GVLIELMI REDOANI IANVENSIS A VERNATIA IVRISCONSVLTI CLARISSIMI ET ACVTISSIMI

OPERA OMNIA.

HACTENVS IN ITALIA DIVERSIS IN LOCIS disiunctim edita, variorum Clarissimorum Vtriusq; Iuris Consultorum studio in aptiorem ordinem redacta, nec non apostillis & additionibus suis in locis aucta.

NVNC PRIMVM IN GERMANIA SIMVL EXcusa, ab innumeris quibus scatebant mendis perpurgata, & characterum diuersitate elegantiora reddita.

OMNIBVS IVRIS CANONICI ET CIVILIS TAM PROFESSORIBVS quam Aduocatis & Practicis summè necessaria.

Cum Indice triplici Quæstionum, Rerum & Verborum copiosissimo.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud PETRVM HENNINGIVM, Bibliopol. sub signo Cuniculi.

Anno M. DC. XVIII.

ADMODVM REVERENDO, PERILLVSTRI, AC GENEROSO D. D. IOANNI IACOBO BARONI IN KVNIGSEK ET AVLENDORF, DOMINO COMITATVS ROTENFELSENSIS,

& Dominij Stauffensis, Electoralis Metropolitanarum, atque Cathedralium Ecclesiarum Coloniensis, Salisburgensis, Augustanæque Canonico, Domino meo obseruandissimo & amplissimo.

ADMODVM Reuerende Illustris & Generose Domine. Quæ prima cura eos solicitare consueuit, qui classem aliquam nauium in periculosum educturi sunt mare, vt famâ celebrem, rerum peritia præclarum aliquê Nauarchum nanciscantur, cuius non solum nutu & imperio procellosa vada præteruehantur, sed etiam singulari prudentia hostium, si quæ lateant insidiæ, detegantur, & vel solo rumore aduentantis profligantur; Eadem me hodie anxie pungit, & mirè stimulat. Etenim triremem librariam à Gulielmo Redoano Iurisconsulto acutissimo fabrefactam, de rebus Ecclesiæ non alienandis, de spolijs Ecclesiasticis, & de simonia, ad errones quosdam & naufragos reuocandos in procellosum mare, & meioparonibus vndique infestum emissurus sum. Pericula vndique imminent; direptiones impendent; tela parantur, iactantur minæ, & quidem ab ijs, in quos non vltionis & vindiciarum causa, sed amoris & salutis gratia educitur. Scilicet ea malitiæ est cæcitas, vt immemor beneuolentiæ & officij, omnia in perniciem parari suspicetur. Itaque ne mea triremis aut procellis illis fracta submergatur, aut meioparonibus cincta diripiatur, sed ad optatum portum amplis naufragantium animorum extractis copijs referta, deuehatur, certum per varias orbis oras ducem ac principem exquirendum putaui. Hæc cura dum noctes diesque pectus rodit, Illustris & Generosa Tua Gratia, si modo dignaretur, percommode hoc munere fungi posse visa est. Etenim si quem generis amplitudo exornat, si officij nobilitas condecorat, si rerum cognitio admirabilem reddit; Te Generosæ stirpis illustrat splendor; Te gloriosa & plusquam angelica sacerdotalis officij dignitas mire nobilitat; Te rerum tum humanarum tum diuinarum

ſcientia longo vſu & longa experientia roborata, æs triplex circa pe-ctus formidabilem reddit. Quapropter Tuæ Gratiæ humillimè ſupplico, Te imploro ſubmiſſiſſime, patere te onerari hac ſarcina, ſuſcipe munus oblatum, Triremi huic meæ *NOMEN TVVM ET OMEN* inſignias; Iterum ſupplico Tuæ Gratiæ, vt Diuinum Numen propitium vbique ſit deuote orans, vale. Dat. Coloniæ Anno cIↄ DC. XVIII. Ipſo S. Benedicti.

Admod. R. & J. T. G.

Humillimus Cliens

Petrus Henningius.

LECTO-

LECTORI S.

ETSI, Lector humanissime, primis rerum inuentoribus nos plurimum debere illa ratio maxime comprobat, propterea, quod principium ad speciem exiguum, ad vim maximum, vt in arboribus semen, sic in artibus ipsum omnium causa esse videatur: tamen non minori laude eos esse dignos, qui rebus ab alio inuentis, & inchoatis summam manum imponunt, easque non solum meliores faciunt, sed etiam ingenio, studio, industria omnibus suis numeris, & partibus absoluunt, atque perficiunt, arbitror. Nec enim Zeno Eleates, qui Dialecticæ elementa inuenisse dicitur, nec Corax, aut Tysias, quib. prima Rhetoricæ inuentio adscribitur, nec Pythagoras, qui de triangulo nescio quid primus reperisse perhibetur, nec Thales Milesius, qui ante omnes de Vrsa minore disputasse creditur, quam Aristoteles, qui veterum præceptis magna diligentia conquisitis, atque in vnum coactis non solum bene dicendi rationem, ac veri, & falsi quasi iudicem Dialecticam, sed etiam vniuersam philosophiam in medio posuit, & diligenter tradidit, quam Pericles, qui non orasse, sed fulminasse, & tonuisse iudicatus est, quam Euclides, aut Hipparcus, quorum vnus Geometriam, alter Astrorum scientiam pene absoluisse memoratur, melius de hominum vita meriti sunt. Et nimirum cum nihil hominum ingenio inuentum in primo suo ab omni parte perfectũ, & absolutum extiterit, nisi primæ illi animaduersioni, & informationi posterorum diligentia accessisset, & multũ de suo addidisset, quę primus inuentor excogitasset, ea non ita magno adiumento nobis esse potuissent. Hęc nec temere, nec sine causa, si GVLIELMI Redoani, quem honoris gratia nominatum volo; De rebus Ecclesiasticis alienandis, aut non alienandis inscriptum opus diligenter consideraueris, posterioremque hanc editionem cum priore comparaueris, vllo modo, qua es prudentia, à me dici existimabis. Nam cum in illa permulta, quæ ad rem, qua de agitur, faciebant, desiderarentur, quamplurima falso citata, præpostereque inserta, non pauca aliena à proposito sine vllo ordine, perturbate legerentur: nunc omnia ita locupletata, ita concinne, apte, & recte disposita comperies, vt recentiores nostri Iurisconsulti, qui in augẽda, & expolienda hac doctrina studiose elaborarunt, illud, quod de vrbe Roma Augustus Cæsar dixisse fertur, iure, ac merito sibi vendicare possint: Lateritiam accepi, marmoream relinquo. Vt vero tibi compertum sit, quibusnam pro tanto beneficio habenda sit gratia, primum omniũ Petrus Antonius à Petra I.V.C. ingenio, probitate, famę celebritate cũ antiquis facile comparandus, & Sereniss. Alexan. Farnesij Placentię, & Parmę Ducis rebus bellicis præstantissimi à consilijs fidissimus, nobilissimis Additionibus librum locupletauit, multas materię particulas anguste nimis tractatas copiosa accessione illustrauit, & vt singula essent suo ordine, partite, & articulatim cõstitũta, magnam curam adhibuit. Secundo loco Albertus à Porta Presbyter, & I.C. morum pręstantia, & doctrina iuxta præditus, non tãtum in corrigendo, verum etiam in perficiendo opere plurimum laboris, studij, vigiliarum insumpsit. Hic profecto infinita loca perperam interposita è medio sustulit: manca & imperfecta suis partibus cumulauit: &, vt numeri numeris, loca authorum non satis apposite citata suis locis, capita capitibus optime responderent, quadrarent, atque conuenirent, quantum per temporis angustias, & operarum festinationem, librorumque copiam licuit, omni studio, diligentia prouidit: atque etiam triplice, eoque copiosissimo Indice, vt multiplex materia tibi propemodum in conspectu esset, totam rem diligentissime proposuit. Itaque, si iustus rerum æstimator esse volueris, nec Petræ seni sapientissimo, nec Portæ iuueni doctissimo, quorum alter altera ratione suam industriam ad perficiendum opus contulit, quam primo operis authori, minus tribuendum censebis. Quod autem ad me pertinet, pro certo habeas velim, me nulli, nec sumptui, nec labori, vt tuis studiis prodessem, pepercisse. De reliquo, te, Lector humanissime, maximopere oro, atque obtestor, vt libenti animo lucubratum magnis clarorum virorum laboribus, nec sine magno rei familiaris meę dispendio in lucem editum librum accipias, & illis, qui tuis inseruire commodis suum esse commodum persuasum habent, fauere, &, si quid in tantis tenebris (quis enim est tam lynceus, qui nusquam incurrat?) forte offensum fuerit, vt tui sis memor, ignoscere animum inducas. Vale.

QVÆSTIONVM OMNIVM, QVÆ A D. GVLIELMO REDOANO

HOC IN LIBRO EXAMINANTVR, ARGVMENTA, IVXTA RECENS RE-stitutum ordinem.

SINGV-

SINGVLARVM QVÆSTIONVM, ET CAPITVM PRINCIPIA OMNIA,

QVÆ IN HOC LIBRO CONTINENTVR,

In rectum digeſta nuper ordinem.

Nec

FINIS.

SOLEMNIS, ELEGANSQVE TRACTATVS, IN QVO SVBTILITER, ET ABVNDE DE ALIENATIONIBVS rerum Ecclesiarum,

ILLARVM CAVSIS, ET SOLEMNITATIBVS

Alijsque ad Materiam requisitis, sub suis Quæstionibus discutitur, & nouissimè aptiori ordine restitutus.

Ita vt nihil desideretur ad causarum huiusmodi vtilitatem, non sine pauco Aduocatorum commodo nuper in lucem editus.

AVTHORE DOM. GVLIELMO REDOANO, IVRISCONSVL. CLARISS.

Et cum aureis Apostillis, ac Additionibus suis coaptatis locis, multum Magnifici D. PETRI ANTONII DE PETRA, *Iurisconsf. Placentini.*

PROOEMIVM.

DEVS Pater Omnipotens, *à quo bona cuncta procedunt, largire, vt cogitem, te inspirante, quae recta sunt, & te gubernante eadem faciam. Dicturus de rebus sancta tua Ecclesia, Sanctissimo tuo nomine inuocato, tuum diuinum auxiliũ implore, vt des mihi cor sapiens, & intelligens: facias mihi animam, linguam deinde eruditã: sis lucerna pedibus, & lumen semitis meis: emittas mihi sapientiam de sede magnitudinis tua, vt mecũ sit, & mecum laboret: aperi os meum, & imple illud spiritu sapientia, & intellectus: da mihi sermonem rectum, & benè sonantem: concrescat, vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, vt quod egredietur de labijs meis, rectum prodeat in conspectu tuo, & quod dicam, sit acceptum coram te, omni tempore ponas custodiam ori meo, & ostium circumstantia labijs meis. Exurge Domine, mihi adsis, vt ad beneficium rerum tua Ecclesia, ad laudem tui Sanctissimi nominis aliquid cum veritate dicere possim, & deducere, quò homines ab illis: inuadendis, vsurpandis, arripiendis, distrahendis, & alienandis vltra modos licitos, & à iure permissos deterreantur; quia bona Ecclesiarum sunt bona Dei,* per Præpositum in c. certum. distinct. 10. in princip. *& sunt patrimonium Iesu Christi,* c. cum ex eo. de elect. in 6. c. causa, de verb. signific. per Barb. & Aug. Bero. in Rub. tit. de reb. eccles. attestatur Paulus II. in littera comminatoriali, quæ inseritur in rescriptis alienationum rerum ecclesię, quæ est in fine descripta, in illis verbis; Patrimonio, &c. *Et cum Ecclesia sit sponsa Christi, qua mater est omnium, eius patrimonium debet conseruari semper illæsum,* iuxta text. in l. iubemus. in fi. C. de sacrosan. Eccles. *Res enim Ecclesia fuerunt oblationes, qua à fidelibus Domino sunt oblata,* c. res Ecclesiæ 12. quæst. 1. *& dedicata vsibus secretorum cœlestium.* cap. attendendum. 17. quæ. 4. *& pro remedio peccatorum, pro salute, ac requie animarum collata,* cap. indignè. 12 quæst. 2. *& sancta sanctorum effecta, in quibus Christus Dominus noster dominium habet, & possessionem,* per Innoc. cap. in ca. cum super. de cau. poss. Affli. decis. 361. *quia Ecclesia æquè clericis, & laicis indigentibus vti filijs de suis reditibus distribuit, & vti mater communis eos tractat,* per Aug. Bero. in capit. 1. de reb. Eccles. alien. vel non. col. 16. versic. tertiò Abb. *Vnde cum dicturus sim de rerum Ecclesiasticarum alienatione, videndum est primò, quid sit alienatio, & de significatione huius verbi; quia à definitione rei est semper sumendum principium, teste Cicerone* de offic. in princip. *vt illud, de quo disputatur, sciatur; quia definitio est, qua dat esse rei, & rei substantiam demonstrat, & in etymologia vocabuli consistit tota substantia,* iuxta illud in princip. ff. de iustit. & iure, vbi Paul. de Castr. per text. in l. tugurij. ff. de verb. signific. *Et absoluta in primis significatione verbi Alienatio, quantum diffusè potuimus, & per cursa vnica quæstione de rerum Ecclesiasticarũ alienatione, sub qua per plurimas quæstiones posui de rebus Ecclesia cuiuslibet generis, dictoque de causis, causaque cognitione, quibus mediantibus, & interuenientibus fieri possunt alienationes huiusmodi, & an in materia alienationis Ecclesiastica appellatione Ecclesia veniant loca pia, item quid veniat in hac materia appellatione rei; enumeratisque postea casibus in quibus fiunt alienationes sine solemnitatibus interuenientibus, & an Prælatus possit disponere de rebus Ecclesia, etiam donando, ac posita quæstione* de alien.

lien.rer.Eccles.*non obstante iuramento de non alienando præstito,& an,quomodo ex mutuo obligetur Ecclesia,& an & quomodo ex contractu prædecessoris teneatur successor; & de locatione rerum Ecclesiæ; subiunctaque infeudatione rerum Ecclesiæ per Papam,item per Prælatos, item additis casibus,in quibus Prælatus reuersa non infeudat, & quæ res dicatur de mensa: item coniuncta decimarum infeudatione, & concessione decimarum per laicum laico, & quid requiratur,vt dicatur res solita infeudari, & addito de laudemijs,ac de augumento rei alienatæ,locatæ,censuatæ, infeudatæ,emphyteuticatæ,de melioramentis, remissione mercedis,solutione canonis emphyteutica,moræ purgatione ob cessatam solutionem,dictoque de pœnis malè factæ alienationis, & an contractus malè factæ alienationis sit ipso iure nullus,dicto de* de restit.in integ.*quæ ob læsionē competit ecclesiæ, & vltimo loco de caducitatibus ob non solutionem,ob rei deteriorationem,ob rei alienationem,ob rei negationem,ob inobseruantiam pactorum, erit ad laudem omnipotentis Dei,eiusque Beatæ Virginis Matris, absolutus iste liber. in quo si deducta erunt nimis seriosè, nimis ad longum si dicta, & seu loca Doctorum nimis per extensum translata.& ad verbum descripta,nihil est, quòd ægrè feras, Lector,sed potius boni, æquique consulas; quia id maiori commoditate fuit factum, vt quæ reperissem;& quæ dixissent in articulo Doctores, hic sine aliqua alterius libri reuolutione,sine aliquo alio labore, sine temporis iactura in promptu ante oculos haberes.Vnde ad laudem omnipotentis Dei,& tuo, Domine,implorato præsidio,qui dixisti ad Moysen.* Exod.4.*Perge igitur,& ego ero in ore tuo,doceboque quid loquaris.&* Deuteronom.18.*Ponam verba mea in ore eius.&* Matth. 10. *Nolite cogitare quomodo,aut quid loquamini;dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, & qui per os Dauid dixisti: Dilata os tuum,& implebo illud,incipiam,quia beatus homo, quem tu Domine erudieris,& de legē tua docueris eum.*

Ps. 80. & 93.

SVM

SVMMARIVM.

1. *Alienatio est patrimonij diminutio.*
2. *Non dicitur alienatum, quòd in nostro remanet dominio.*
3. *Alienare verbum latum omnem contractum, & distractum comprehendens.*
4. *Alienatio propriè sumpta omnem dominij translationem comprehendit.*
5. *Alienatio est actus, per quem ius in re constituitur.*
6. *Alienatio variè accipitur, secundum subiectam materiam.*
7. *Alienare non dicitur quis per compromissum, secundum Bald.*
8. *Alienum dicitur, dummodò sit alienum factum, etiam si à nullo alienatum.*
9. *Alienatio in odiosis, & in pœnalibus sumitur propriè.*
10. *Alienatio in rescriptis latissimè ponitur.*
11. *Alienatio sumitur quatuor modis.*

DE SIGNIFICATIONE VERBI Alienatio, & quid importet.

QVAESTIO I.

a ALIENATIO igitur, à propriè sumpto vo-
1 cabulo, † est patrimonij diminutio: idem quã do aliquid de patrimonio diminuitur, vel distrahitur, *l. si sponsus. §. si maritus ff. de don. inter vir. & vxor.* quem text. ad hoc citat Bald. *in l. bonorum. C. qui admit*
2 *ti.* † Ideò non dicitur alienatum illud, quod in dominio nostro remanet, *l. alienatio ff. de verb. signi.* licèt quandoque largius accipiatur pro abdicatione, seu extinctione quadam, *vt in l. perinde ff. si ser. peta.* Est
3 autem verbum Alienare, † verbum latum, omnem contractum, & speciem distractionis comprehendẽs *l. 1. §. 1. cum seq ff. quæ in frau. cred. Auth. de non alien. reb. eccl. §. alienationis. colla 9. l. fi. C. de reb. alie. & c nulli. vbi Io. And. & alij, extra eo. per Bal in Auth. hoc ius. C. de sacr. sanct. eccl.* sed verbũ Alienare strictè, & propriè sumptum omnem dominij translationem importat. *gl in l. 1. in prin. C. de iur. emphy. habetur in l. ex hoc edicto. §. alienare. ff. de alie. iu. mut. cau. fac. §. nunc admonendi. Inst. quib. alie. licet. Spe. in tit. de act. §. 1. in prin.* Item omnis
4 actus, per quem † dominiũ transfertur. *l. 1. C. de fund. dot.* quandoque latissimè accipitur, *per Cy. in l. 1. C. de iu. emphyt.* ibi, verbum Alienationis interdum sumitur latissimè, & comprehendit omnem contractum,
5 & actum, per quem dominium transfertur, † vel ius in re cõstituitur, *l. fi. C. de reb. alie. non alien.* interdum strictè, & propriè, & comprehendit solùm venditionem, quod voluit etiam Bal. *in l. fi. C. de prad. decur. li.*
6 *10.* & sic variè accipitur, † secundum subiectam materiam, *& per glo. in d. c. nulli. extra eo.* Momentanea traditio, vt qui debeat habere, statim recipiat, non dicitur alienatio, *ff. de solu. l. qui sic soluit. facit tex. in l. non videtur. ff. de acq. poss. l. non videtur ff. de in rem vers.* Item appellatione Alienationis non continetur personalis obligatio; quia prohibitus alienare non intelligitur prohibitus se personaliter obligare *l. alienatiũ. ff. de verb. signif. l. si pro fũdo. C. de trãsact. Bal in l. fi § fi. C cõmu. de leg.* vbi etiam bonus text. subdens ibidem Bal. quòd per compromissum quis non dicitur alienare.
7 † Vnde emphyteuta compromittens, licèt arbiter rem alteri adiudicet, nõ dicitur alienare, quia ex sententia arbitri non perditur, nec transfertur dominium, *c. Raynutius. de testa.* licèt videatur contrà, infra *in q 2. c 36 incip. venire etiam videtur compromissum sub vo*cabulo alienationis. Et dicit Innoc. *in c. Episcopi. de reb. eccl. alie. vel non*: quòd alienatum dicitur, etiam si à nullo fuerit alienatum, † dũmodo sit alienum factũ 8
per occupationẽ, alterius concessione; iuxta illud *in Ps. 57.* Alienati sũt peccatores, id est, alieni facti sunt. In pœnalibus verò, & odiosis statutis, siue statutorum dispositionibus † interpretatur propriè, & strictè, vt 9
illa importare intelligatur alienatio, per quam dominium tantum transfertur. *l. 1. C. de fund. dotal.* nõ illa, quę iure pignoris constituitur, nisi tamen sit obligatio pignoris pro tali, & tanta summa, quòd sit verisimile, debitorem nõ esse pignus luiturum, *vt l. qui habebat. de leg. 2. l. in quorum. ff. de pign.* & in rescriptis latissimè ponitur, vt possessionis † translationem cõ- 10
prehẽdat, *per Inno. d. c. Episcopi. & Spec. in tit. de rescript. impet. §. ratione autem formæ. vers quod si in rescripto Apostolico.* Et dicit Bald. *in c. 1. §. aut si libellario. quibus mod. feud. amit.* quòd alienatio † quatuor modis sumi- 11
tur. Vno modo proprijssimè, quando dominium rei transfertur in perpetuum. *l. 1. C. de fund. dota.* Secũdò propriè, quando non alienatur proprietas, sed vtile dominium tãtum transfertur. Tertiò impropriè, qñ alienatur vsusfructus, vel alia qualitas, aut commoditas rei, vel seruitutis, siue vsus. Quartò improprijssimè, quando res pignoratur, nisi non subsit spes reluendi. Et dicit Bald. *in Authen. & qui iurat. C. de bono. autho. iudi. poss. colum. 16. vers. vlterius quæro.* quòd etiam si prohibita sit omnis spes gratuitæ, & voluntariæ alienationis; fallit tamen, vbi lex est in contrarium: item vbi lex ratione caret: item quando lex municipalis continet ius singulare, *C. de prad. decurio. lib. 10. l. 1. secundum Goffre.* & prohibitus rem extra manum suã ponere, intelligitur prohibitus alienare, id est, extra vsum, vt domum suam ponere, secundum Bald. *in l. fi. C. de alie. non alienan.*

ADDITIO.

a LATE de varijs speciebus alienationis, *per Bero. in c. vlt. char. penul. & seq de reb eccl. alien.* Item largissimè venit omnis actus, per quem aliquod ius transfertur, *vt per Nattam cons. 441. nu 6* Item censentur prohibiti omnes illi modi, per quos põt sequi alienatio, *Natt. cons. 110. nu. 11.* Item venit etiam vltima voluntas, per eundem *cons. 470. colum 1. & cons. 320. colum. 1.* Item dicitur alienatio vsusfructus constitutio. Item solius tenutæ, & possessionis translatio, *vt per Bero. in c. Episcopi. nu. 9. extra, hoc tit.* hæc conclusio intelligitur sequuta traditione, *Bero. cons. 124. nu. 15. vol. 1.* Contra cõpromissum vide Dec. *cons. 282. nu. 3. Rebuff. hoc tit. nu. 66.* Item circa acquirenda, an, & quando fieri dicatur alienatio, & præiudicetur Ecclesię, *Birre. cons. 70. & infrà q. 3. nu. 53. & 59.* Item quæ dicatur alienatio inter viuos, & quę in vltima voluntate, *Goz. ad. cons. 90. nu. 5.* Item collectores decimarum, vel procuratores non possunt transigere, *Cur. iu. in l. nulli. ff. de transact.* Item de materia transactionum in re feudali, vide Curt. iun. *in tract. feu. in 4. parte, nu. 96.* Item rem dimittere apud aduersarium non est propriè alienatio, vt per Soc. Iun. *cons. 32. nu. 24. vol. 3. Vide Curt. vbi suprà.*

SVMMARIVM.

1. *Transactio est alienatio.*
2. *Transactio tunc est alienatio, quando aliquid occasione transactionis datur, non quando retinetur.*
3. *Episcopus potest transigere, si res transigendo apud ipsum remanet.*

4. *Episcopi iurant Papæ in promotioné de non alienando bona Ecclesiæ.*
5. *In transactione duratura post mortem requiritur Episcopi authoritas.*
6. *Res minoris quæ seruando seruari non possunt, alienantur sine decreto.*
7. *In transactione rei immobilis, aut mobilis pretiosæ requiritur solemnitas si remanet res penes alium, secus, si penes Ecclesiam.*
8. *Compromissum de iure, & de facto habet instar transactionis.*
9. *Compromissum de iure, & de facto non fit sine solemnitate.*
10. *Alienatio si permitteretur per viam transactionis, quotidie procurarentur lites pro faciendo transactionem.*
11. *Transactio est personalis, & morte finitur, si in ea non adsit solemnitas.*

QVAE VENIANT APPELLATIONE Alienationis.

CAP. I.

QVAESTIO II.

Istis paucis adductis in genere de significatione verbi Alienatio, est quòd dicamus aliqua particularius, & quid veniat vocabulo, & nomine Alienationis. Et videtur, quòd sub vocabulo Alie-
1 nationis veniat primum † transactio, quia prohibitus alienare est prohibitus transigere, a per Bar. *in l. nulli. C. de trãsact. ibi, videlicet transigẽdo quis dicitur alienare. sequitur Lud. Rom. cons. 166. Abb. cons. 163. Pet. de Anch. ac. 2. de transa. Abb. in c. contingit, eo. tit. glo. in d. l. nulli,* quæ hoc intelligit, quando occasione transactionis venditur, vel datur res, super qua erat cõtrouersia, vel alia, quia hoc casu non licet, *vt per Lud. d. cons. in princip. ibi; quia transactio est species alienationis propria,* vbi ex ea
2 quid alteri dare contingit; † secus, si eius occasione retineatur, licèt aliud fiat, vel detur. ratio; quia tunc non videtur alienare. *subdens Bar. d. l. nulli.* & sic nota, quod licèt Prælati Ecclesiarum non possint transigere de re Ecclesiæ, est verum, vt alij dent, vel alienent, aliàs, si vt eam retineant, aliquo fortè dato, vel facto, licet; *Ias. ibid.* Et hoc est verum, si dicta res, de qua est controuersia, possideatur per Ecclesiam, vel minoré, sed per alium, non: quia eo possidente, & retinente ex causa trãsactionis, videtur etiam vel Ecclesia, vel minor alienare, quod non licet in Ecclesia. Idem consuluit Alex. in proprijs terminis, *in cons. 95. viso. col. 2. vol. 6. per recentiores in l. si pro fundo. C. de transact. per Rebuff. in repet. c. sine exceptione. 12. q. 2. in princ. sequitur Io. Bertach. in tract. de episc. 4. part. vers. 16. quær. nu. 51. in hac verba.* Quæro, vtrum Episcopus possit sine decreto transigere de reb. eccl. Resp sic, si habet plenam administrationem; *vt tenet Bal. in l. quoties. C. de fideicommiss.*
3 *Bar. in d. l. nulli de transact.* dicit, † quod Episcopus potest transigere, si res apud ipsum remaneat per transactionem, licèt pro ea det, vel faciat aliquid, non, si rẽ tradat alteri: quod dicit verum, si ipse possideat rem, secus, si aduersarius. Bal. autem *in l. preces. C. de transa.* dicit, quod Episcopus potest transigere de reb. eccl. non incorporatis, id est, quæ non sunt de mensa, & sine decreto superioris: sed secus dixit de rebus corporatis, quæ sunt de mẽsa, & ab Episcopo bona fide possessæ, & pacificè, quia inconsulto Papa non possunt ab
4 Episcopo alienari, propter iuramentum, † quod præstant Episcopi generaliter in promotione eorũ, secũdum Host. *in c. vt super. de reb. eccl. alien.* & Bald. *in d. l. preces.* vide tamen Inno. *in c. de cætero. de transact.* pro quo modo vide, quæ dicam *inf. q. 55. de alien. non obstante iuramento, nu. 65. cum plur. seq.* Illud ẽt not. quod dicit Bal. *in Margarita in verbo Rector. vers. 1. post Inno. in c. veniens. de transact.* quod Episcopi authoritas requiritur in transactione † Rectoris Ecclesiæ duratura 5
post eius mortem. Est super hoc facta decis. Tholosa. *nu. 98.* vbi ad hoc, quod transactio sit realis, & perpetua, sufficit authoritas Episcopi, modò tamen interueniat in actu alienationis, quia si ex post facto, est secus, & per Innoc. *in c. consuetudinis, de consuetu. & c. dudum. de reb. eccl. non alie. in 6.* idem Inno. *c. veniẽs. de trãsact.* & dicit Bal. *in rub. C. si aduersus transa. nu. 21.* quod minor non potest transigere sine decreto, quia transactio est species alienationis: *l. 1. vers. at si transegit. ff. si quid in fraud. patro fact. sit.* sed res minoris, quæ possunt seruando seruari non possunt † alienari sine decreto, 6
l. 1. ff. de reb. eo. ergo transactio est nulla: distinguendo, vt ibi; quod aut trãsactio fit super rebus, quę possunt alienari sine decreto, vt super his, quę nõ possunt seruãdo seruari, vel super pecunia, vt no. *ff. ad Treb. l. 1. §. fuit quæsitum,* & tunc tenet transactio facta cũ authoritate tutoris, tamẽ probata læsione datur restitutio in integrum; aut fit transactio super rebus, quæ non possunt alienari sine decreto; & tunc, si quidem interuenit decretum, valet transactio, vt hic; & res, quę ex causa transactio his dimittitur, non dicitur alienari, *l. si pro fundo. ff. de transa.* & respondeo, inquit, verum, quod nõ alienatur propriè, quia non trãsfertur dominiũ, sed quia perpetua exceptio paratur possessori, videtur hæc esse quædam species alienationis, *d. l. 1. vers. at si transegit.* Et per Abb. *in c. cõtingit. de transact.* habetur, quod aut per transactioné alienatur res immobilis Ecclesiæ, vel mobilis pretiosã, quæ aliàs sine solemnitate debita alienari non poterat; † & tunc nõ 7
potest fieri transactio, nisi capitulũ consentiat, & authoritas superioris interueniat. nam sicut directè nõ potest fieri talis alienatio sine debita solemnitate, ita nec indirectè transigendo: vnde siue Prælatus petat possessionem ab alio detentã, siue ab eo petatur, nunquam poterit fieri transactio, per quam possessio remaneat penes alium sine solemnitate debita, per tex. iuncta *glo. in l. non solum. C. de pred. mino. non Alie.* vbi habetur, quemadmodum minor nõ potest directè rem alienare sine decreto, ita nec transigendo, quia nõ debet cõcedi alia via illud, quod vna via est prohibitũ, *c. tue. de procur.* & regula cum quid vna via. *de reg. iur. in 6. est decis. Tholosa. vbi glo. dicit,* quod si per transactionẽ alienatur res immobilis, vel mobilis pretiosa, 9 alienatio nõ tenet sine Episcopi authoritate; qa sicut dicta res immobilis, vel mobilis pretiosa directè nõ põt alienari sine solẽnitate, ita nec indirectè trãsigẽdo, *decis. 98.* sed si res religiosa p trãsactioné remanet penes Ecclesiã aliquo dato, vel facto p Prælatũ, tunc poterit ipse Prælatus trãsigere sine alterius licẽtia, & cõsensu, quia reddit cõditioné Ecclesiæ melioré. *glo. not. d. l. nulli:* & ibi Bar. q dicit, id esse perpetuò menti tenẽdũ: subdẽs ibid. Abb. Nã video, quòd Prælat⁹ põt modicè donare, *c. cæterũ, de don.* forti⁹ põt trãsigere, re tẽta, seu recuperata re Ecclesiæ; dũ tñ ius Ecclesiæ nõ sit clarũ; qa, si esset clarũ, nõ admitteretur trãsactio cũ dãno Ecclesiæ, idẽ Abb. in *c. cũ tẽpore, extra de arbitr. vers. & ex prædictis: ibi, Et intellige,* quòd nõ põt transigere, quando per transactioné sequeretur alienatio; secus autem, si res remaneret penes minorem, & tutor daret aliquam pecuniam aduersario: vnde idẽ dico in

co in Prælato, quia non potest solus transigere, quando per transactionem res remaneret penes alium, secus, si penes Ecclesiam. Sequitur Maria. Soci. *cons. 18. incip. prolequendo ordinem, colum. 14. vers. circa sextam: vol. 2.* quòd Prælatus, vel Rector Ecclesiæ nõ potest de rebus Ecclesiæ facere cõpromissum de iure, &
b de facto sine consensu capituli; † quia cũ tale cõpro-
8 missum habeat instar trãsactionis, † vt *in Authē. vt diff. iud. §. 1. & in Authē si verò contigerit. & in Authē si quando. C. de iud. vbi. glo. in c. exposita, de arb.* Et clarũ est, quòd Prælatus sine consensu capituli non potest trãsigere,
9 ideo nec tale cõpromissum facere; † subiungitq; idē Soc. vbi sup. Secundum sequitur ex primo; quia si nõ potest sine consensu capituli transigere, ergo nec cõpromittere de iure, & de facto; & dicit Bar. *in l. 1. C. si aduer. transact.* not. bene hanc glo. contra fraudes, quę fiunt tota die per Rectores Ecclesiarum, qui nõ possunt alienare sine decreto, & sine solemnitate, certè nec transigere possunt, vt hic manifestè vides, & in transactione habent interuenire solẽnitates; quia dicit Inno. *in c. statuimus, de trãsact. in verb. cõpositio:* quòd in transactione voluntaria, sicut in cõpositione, necessarius est consensus illorum omniũ, quos res tangit, *c. fin. de maior. & obed.* vbi dicit, quòd in transactio oibus Ecclesiasticis, de quibus ibi loquitur, ad hoc, vt præiudicetur successoribus, quòd superioris habet authoritas interuenire; & habetur per Bal. *in l. quoties. C. de fideicommis.* vbi quærit, an ille, qui non potest alienare, possit bona fide transigere; Resp. non, si prouocat ad iudicium; secus, si ptouocatur, *l. ideo. ff. de cõdi. fur.* & hoc si habet plenam, & iure suo administrationem, vt vassallus, vel liberam, vt tutor, vel Prælatus; aliàs indistinctè non valet transactio, *l. & si tantũ ff. de pact.* sequitur, & refert Bertach. de Firmo *in tract. de Episcopis, 4 parte, q. 45. versic. dubitari posset, nu. 153.* vbi refert ad litteram distinctionē, & verba Bald. suprascripto loco subdēs; Adde, inquit, quod appellatione alienationis venit trãsactio, *l. 1. ff. si quid in fraud. patr. &c.* Et in transactione facienda super bonis Ecclesiæ debet interuenire solemnitas in alienatione rerum Ecclesiæ requisita, quia transactio videtur esse quædam commutatio, Feder. *cons. 94. casu. & Barb. rub. de reb. Eccl. alie. vel non:* ne indirectè alienetur res, quæ directè non potest alienari, videlicet, trans-
10 figendo, componendo, † nam si permitteretur sic alienari, quotidie procurarentur lites moueri, vt postea super eis posset transigi. Et si non transigatur adhibita solemnitate, de qua in *c. fine exceptione, 12. q. 2.* transactio erit personalis; & finietur morte
11 transigentis, *c. de cætero, c. veniens, de trans.* † *c. ex multiplici, extra de decim.* sequitur Rebuff. *in d. c. fine exceptione, in verb. commutare;* quod intellige, vt suprà, si non remanet res. Et scias, quod in rebus Ecclesiæ valet transactio facta, licèt causa, super qua est facta, nõ est deducta, & inditiata, si habet materiam dubiã, vel sperant deduci, *per not. per Doct. in l. 2. C. de transact. est decis. Mohed. in manuscrip. decis. 5. de transact.*

ADDITIO.

a Et de hoc vide infrà *q. 2. c. 36. num. 1. 2. & 3. & q. 79. & 9 num. 36.*

b Et de hoc vide infrà *q. 2. c. 36. & Cur. Iu. de feudis in 4. parte, nu. 98. & pro negatiua, Dec. cons. 39.*

Illud etiam prætermittere nõ puto, super quo vidi sæpe dubitari, & habui pluries in facti contingentia, an Alienationis verbo in materia prohibitiua cõprehendatur arborum incisio. Qua inre breuiter dico, quòd quãtum ad arbores cæduas, quia scilicet renascuntur, nulla est dubitatio: illæ enim sunt in fructu; vt de sylua palari, & cædua sunt iura clara *in l. itē si fundi, quæ est 10. in §. & l. seq. ff. de vsufr. tit. generali.* Sed quantũ ad arbores grandes, quæ non renascũtur, vel fructiferas, stat generalis cõclusio pro negatiua; *l. sed si grandes, quæ est 12. & l. seq. & l. æquissimum, in princ. ff. eod. tit.* & abundè Tiraq. de retractu cõuent. *§. 3. glo. 1. nu. 22. & plur. seq.* loquēs in emphyteuta, vasallo, creditore in pignore, socio, cõductore, vsufructuario, administratore, & in sylua non cædua Rim. *cons. 430. vol. 3.* hæc. n. manifesta est deterioratio rei, vt per Tiraq. vbi suprà, & Doct. *in auth. qui rem. C. de sacros. eccl.* Itē in cõductore aliqui dissentiũt, quod immò ei liceat syluã extirpare, & agrũ colere, vt dicatur vtilēr face re: Itē quid de emphyteuta, quid de vsufructuario, latè Menoch. *cons. 13. in fi. & per totũ:* & latè omnino vide de arboribus per Boer. *decis. 51.* Item pactũ, quòd emphyteuta possit incidere omnes, & quascunq; arbores, qualiter intelligatur Anchar. *iun. in q. 52. in 2. par.*

Adde etiam, quòd ad hoc, vt emphyteuta cadat ob incisionem, oportet tria concurrere, sc. quòd incisio, seu damnum sit notabile: Secundum, quod sit circa ipsam rem: Tertium, quod ex culpa, vel dolo Ipsius, Ias. *in d. auth. qui rē, nu. 7. C. de sacros. eccl.* & quod attinet ad hanc deteriorationem etiã per incisionē, quod non releuet, si sit modica, quantum ad caducitatem, adde vltra Ias. *in auth. ingressi. C. de sacros. eccl. nu. 7.* Castr. *ibi nu. 2. Albe. in l. diuortio. §. si fundum, nu. 16. in fi. ff. solut. matrim. & in l. ade, nu. 9. C. loca. Natt. cons. vls. vol. 2. nu. 9. Ruin. cons. 95. nu. 55. vol. 4. Ias. post Bal. & Cuma. ibi in d. §. si fundum, nu. 4. in fi. Alex. cons. 117. num. 10. vol. 5. Piccus in l. Titia, §. Titia cum nuberet, num. 121. vers. vnum nota ff. de leg. 2. Bal. in d. auth. in 2. not. Ias. cons. 17. col. 1. Rimin. cons. 74. n. 16. vol. 1.* & latè ꝑ emphyteuta, & quæ requirantur ad deteriorationem, vide Ias. *d. cons. 17.*

Item pro emphyteuta circa arborũ incisiones, & quæ dicantur prohibitæ, & quę arbores cęduæ sint, vel non, & de vsufructuario, vide omnino per Crot. *cons. 115.*

Item quod deterioratio debeat esse notabilis ad effectum caducitatis, aliàs benè tenetur de dãno dato, *Ias. cons. 17. vol. 1.* & de cõpẽsatione deterioratiõũ, ibidem. Itē oportet, quod sit notabilis deterioratio, Bald. *cons. 290. in 2. par.* & latè Nat. *cons. 481. & cons. seq.* Item quid si incidat, & alias arbores subroget, ibi.

Itē quod dixi de notabili deterioratione, probat Clarus, qui tñ nihil allegat, *in §. emphyteusis. q. 26. in fi.*

Quę aũt dicatur notabilis deterioratio, est in arbitrio iudicis, Ias. *d. cons. 17. vol. 1.* & ibi de duab⁹ arborib⁹. Itē non fit cõpensatio meliorationis cũ deteriorationis, Ias. *vbi sup. col. 2* sed vide Crot. *d. cons. 115. & Tiraq. vbi suprà.* vbi de subrogatione arborũ loco incisarũ. Itē vbi sua culpa cadit, perdit omnia melioramenta, latè Dec. *cons. 518. Castr. cons. 277. in 1. par.* Itē deterioratio an sit magna, vel modica cõsideratur, habito respectu ad ipsũ fundũ, Ias. *vbi supr. nu. 7.* Itē de arborib⁹ incisis in causã ædificij rei, Crot. *cons. 115.* Itē de arborib⁹ vetustis, Rol. *à valle cons. 49. nu. 20. vol. 2.* Itē si deterioratio sit in vna, vel plurib⁹ reb⁹ locatis, ibidē *nu. 45.* Itē quòd hic dicitur de notabili deterioratione *nu. 7.* limitatur, nisi quis promiserit nõ incidere arbores, vel vti, & frui arbitrio boni viri, & seu et iurauerit, vel adsit statutũ. Bero. *cons. 153. nu. 74. vol. 1. & pro Ias. vbi suprà,* & ibi citat etiã Alex. Itē dicitur perpetua deterioratio, qñ inciditur arbores fructiferæ. Itē q

 non

non fiat compensatio meliorationum cum deteriorationibus, Rolan. *vbi supra num. 16.* Item quid si fiat in vna re ex pluribus, Natta latè, *cons. 2. vol. 3. & latè* quę requirantur vt emphyteuta dicatur malè versari in re, maximè circa incisionem arborum, Rot. Perus. *decis. 22.* Item dicitur notabilis deterioratio, & enormis ad effectum expulsionis emphyteutæ, vel coloni, quando arbores fructiferas, vel grandes non germinabiles incidit, Bal. *cons. 290. num. 2. in 2. part.* Item dicitur malè versari, si mutet statum rei, in quo erat prius, Rot. Perusi. *decis. 5. num. 3.* Item si fundum ad sterelitatem redigit, ibidem latè *num. 20. & seq.* Item sufficit malè versari in vna re ex locatis, *ibid. nu. 6.* Item deterioratio modica, quando dicatur *num. 16. & seq.* Item pro modico etiam damno saltem tenetur ad solutionem, & interesse, *num. 24. Ias. vbi supra nu. 2.* Item sufficit dolus, vel lata culpa, vel leuis, *ibid. nu. 23. Ias. d. cons. 17. nu 2.* Item propter tres arbores amygdalarum nō dicitur incisio notabilis, Rolan. *cons. 49. nu. 20. vol. 2.* Idem de duabus cerasis, Ias. *d. cons. 17.* Item quod deterioratio dicatur notabilis, & perpetua eo ipso, quòd arbores aliquæ fuerint incisæ, quæ erant fructiferæ, vel non cæduæ, Bero. dicto *cons. 153. in fin. vol. 1.*

Item dolus, vel culpa dicitur probata eo ipso, quod quis contrauenit, ibidem. Item tota hæc materia de modicitate, vel parua deterioratione, limitatur, vbi adest iuramentum, Bero. vbi suprà. Item triā illa requisita, quæ sunt necessaria, quando dicantur adesse, Noni. *cons. 57. nu. 17.* Item modicum damnum excusat, Riminal. *cons. 666. vol. 4.* Item latè de istis causis caducitatis, per Rotam Luca. *decis.* 8. Item ibi de melioramentis, & deterioramentis. Item damnā cum melioramentis non compēsantur, vide Bal. Nouel. *in tract. de duob. fra. in 7. q. princ. insi.* Item emphyteuta, vel vasallus, qui damnificauit, si etiam meliorauit, compensat hæc cum illis, & non cadit. *Corn. cons. 67. colum. 2. vol. 2.* Item non possunt cognosci melioramēta, nisi etiam deteriorationes, sciantur, & de compēsatione eorum, Curt. *iun. con. 165.* Item, quando emphyteutà promisit meliorare &c, tenetur etiam prò modica deterioratione, latè vide Nattam *cons. 481.* & maximè si cōtractus est iuratus, vide enim *cons. 479. & seq.* Quòd nō fiat compensatio meliorationum cū deteriorationib⁹ est *tex. hic in ver. nō repetiturus. Ias. nu. 8. & pulchrè defendit cons. 17. in vlt. dub. vol. 1. vbi etiā citat Petrū, & Cyn. hic & Ias. hic* sequitur Piccus *in l. Titiā testamēto §. Titia cū nuberet. nu. 121. vers. quid si in parte. ff. de leg. 2. & refert, & sequitur Ias. vbi suprà. Tiraq. de retract. cōuent. §. 3. nu. 314. Idē respōdit Natta cons. 482 per totū. vbi etiā ad hoc citat. Saly. & Castren. & est* † *cōmunis opinio, Roland. cons. 49. nu. 16. vol. 2. Idem tenet Bero. cons.*
† *120 nu. 32. vol. 1.* Contrarium videtur velle Bald. *in leg. ede. circa fin. num. 14. C. loca. dum facit* differentiam inter deteriorationem factam in vna re, & meliorationem in alia, quod tunc non fiat compensatio, secus ergò, si in eadem re, & refert Natta *d. cons. 482. num. 1. in vers. fundamento* immò ipse postea respondet: idem clarè tenet Riminal. *cons. 74. nu. 17. vol. 1.* Idem sentit Curt. *in cons. 165. nu. 14.* & hanc partem conatur defendere Dec. qui tamen. reprobatur per Nattam, vbi suprà. Item si adest clausula meliorandi, & non peiorandi, cadit emphyteuta etiam ob modicam deteriorationem, Natta *cons. 481.* vbi multa de hac quæstione: Itē notabilis deterioratio dicitur incisio. 20. arborū *Bero, d. cons. 120, nu. 32. vol. 1.* Item deterioratio sufficiens dicitur per desertionem agri inculti per biennium, maximè stante clausula meliorandi &c. Cepol. *in ciuil. cons. 25. nu. 11. vbi vide.* Item quando emphyteuta promisit rem meliorare, & non deteriorare; tunc etiam modica deterioratio nocet ei Natta *cons. 481. per totum.*

Secundò est etiam considerandum, quòd etiam si damnum incisionis sit modicum, tamen debet damnum, & interesse solui domino, ita Castr. *in dicta auth. qui rem. nu. 2. Albed. in leg. diuortio. §. si fundum nu. 16. in fin. ff. solut. matri. sequitur Castren. Natta in consi. vlt n. 9.*

Tertiò est aduertendum, quod arbores aridæ, & siccæ impunè possunt cedi etiam ad vsum proprium emphyteutæ; secus autem in colono ad tempus, Cast. *& alij in d. §. si fundum.* quos refert, & sequitur Sylua. *cons. 76. nu. 3. & seq.* vbi idem dicit in arborib⁹ cęduis, dummodò loco aridarum alias substituat, vt ibi per eum.

Quartò insuper, si emphyteuta in parte deteriorat, & in parte rem facit meliorem, non tamen euitat caducitatem, & melioramenta perdit, Ias. *in dicta authen. qui rem. num* 8.

Quintò, emphyteuta cedere potest omnes arbores, nedum cæduas, quia has etiam potest conductor temporalis, sed etiam alias præter frugiferas, Sylua. *vbi supra.* & prò emphyteuta, & vsuf. vide *Crot. cons. 115.* Item an tales possint rem boschiuam reducere ad culturam, *Riminal. cons. 430. vol. 3.*

Item arbores virentes erectæ an pertineant ad emptorem cum pacto meliorandi. Rot. Petrus. *dec. 5.* Item pactum de incidendo quascunque arbores, qualiter intelligatur, Ancha. *iun d. q. 52.* Item contra conductorem, Rol. *con. 49. vol. 2.* Item pro conductore, multa etiam in hac materia Menoch. *cons. 13.* & ibi de mutatione status rei ecclesiæ. Et de prædio ad culturam reducto per emphyteutam, quia erat nemorosum, per Ruin. *cons. 157 vol. 1.* Item contra emphyteutam, quod non possit syluam reducere ad culturam, quia mutaret formā rei, latè Rim. con. 430 Itē contra emphyteutam incidentem arbores grandes, vel fructiferas, Bal. *cons. 290. in 2. par.* Item pro emptore, colono, vsufructuario &c. Ancha. *iun q. 73. in 3. par.* vbi quando solum est vna arbor, putà vna nux, vel alia, quæ erat de proximo fecunda. Item quando fundus factus est fructifer. Item quando aliæ arbores fuerūt subrogatæ, ibidē. Item in emphyteuta, latè per Becc. *cons. 33.* sed pro emphyteuta, & simil. latè omninò vide eundem ibi. Item emphyteuta habet ius plenius, quàm vsufructuarius, Ias *in l. 1. nu. 79. C. de iure emphy.* Item vasallum, emphyteutam, vsufructuarium, colonum, & similes, & de eorum æquiparatione, latè per Rol. *cons. 40. vol. 4.*

Et in Prælato, vel Rectore Ecclesiæ, Bombi. *cons. 3.* & pari ratione in grauato rē restituere alteri. Rursus, si motā lite contra aliquem, & reus conuentus arbores non cæduas, sed grandes, vel frugiferas à pedamentis succidat, rem petitam non modicè deteriorādo, certè æquum est petitori consulere, ne minus recipiat, quàm sibi debetur; tex. est *in l. diuus. quæ est 5. in prin ff. de pet. hæred. per quem tex. Bal. in l. si. fideiussor. in 1. lect. §. fin. in fin. & ibi Ias. nu. 31. ff. qui satisd. cogan.* cōcludit, quod præceptum de non lapidando, vel alienando potest fieri statim lite motā, licèt cesset suspicio dilapidationis, per dictam *l. diuus. & subdit,* quod tria sunt, quæ sunt diuersa, sequestratio, descriptio, & inhibitio, quod dicit esse menti tenendum. Quod si reus sul-

us suspectus sit de dilapidatione,& id probetur, certè, si agitur de rebus mobilibus, tūc intrat sequestratio, si verò de immobilibus, locus est inhibitioni, Caputaquē *dec.158.col.1.in.3.par.vbi in 1.casu sic intelligit lo qui l.1 C.de prohib.sequestr.& in 2 casu citat.* Ias. vbi suprà;& subdit, quod inhibitio respicit fruct⁹,& si timeatur de incisione arborū, tunc respectu incisarum subuenitur actori mediāte cautione de eas, vel earū, pretiū restituendo, vt ibi per eū, qui tamē nihil allegat, nec determinat casum respectu earū nondū incisarum, de quibus timetur. Prȩter id, quod decipitur, vnlens, sequestrationem solum respicere fructus, cū & possessioni conueniat, vt habetnr toto titul. *de sequestrat. posses. & fructuum.* & certè quātum ad propositum nostrum, semper mihi placuit inhibitoriū, ne reus dissipet, vel dilapidet, locum habere.

Et postquam de sequestratione sermo hic incidir, considerandum est, quòd plures sunt species sequestrationis,& in quibus casibus locum habeant, videre est apud *Io.And.in reg.locupletari de reg.iur.in 6.*

Item vbi prohibita est sequestratio, sequestrātur fructus tempore collectionis. Bart.*in l.Imp.§.fin ff. de appellat.* Item quæ probationes sufficiant, & quando non relaxetur sequestrum per fideiussionem; Bertran. *in cons.infrà allegato.* latissimè materiam sequestrationis possessionis,& fructuum appellationis, & processus super ea, vide per Rebuff. *super constitu. regis.3.tomo,char.315.* Item lite pendente nō fit sequestratio, si pars sit soluendo, quæ fructus dissipat, *cap. fin. de sequestrat.posse.*& fructuum. Ausre.*decis.477.Rebuff.vbi suprà chart.326 num. 7.* Item vt fiat sequestratio, oportet, quòd reus fructus dilapidet, & non sit soluendo, vel sit suspectus dilapidationis, Abb.*in c. pen nu.20 & plu.seq.eo.*

Item si pars non est soluendo, & dubitetur de dilapidatione fructuum in vsus suos, fit sequestratio, vt per Bertran. *consi. 58 num. 12. & seq.vol 1.Rebuff. in tit sequestr glo.2.in 2.limit.* Multi contradicunt, Paris. *consil.41.volu.1.* in causa principali, vt ibl per eum *col. penult in fin.* & tunc est in causa principali necesse probare dilapidationem, *col fin.* Item plures casus permissos vide per Paris. *consil.107.numer. 69.& plu.sequen. volum. 3.* vbi de prohibitione facta creditori. Item lite pendente in prima instantia regulariter, secundum † communem, non fit sequestratio, Alexand; *consil. 163 in prin. numer. 6.* Item eò minus, si lis aliàs nonpendet, ibidē. Itē quæ requirantur in hac materia,& quando possit fieri sequestratio,& an parte citata, vel non, vide Rebuff. vbi suprà in *glo. 2.* Item quod in causa principali, etiam si subsit timor dilapidationis, non fit sequestratio, secundum † communem, Ancha.*quæst.47.numer.12.& seq.* Sed malè loquitur, quia contra tex.in *cap.2.de sequestrat.posse.& fruct. Abb.in d c.fin.num.7.Curt.in d l.1.numer.11. in fin. & isto casu Ioan. And.non negat in d.c.2.seu pen.nec text.in l.Imperatores in fin. ff. de appellat.* Hanc partem tenet Rebuff. *vbi suprà glo.2.num.6.& ante eos Io. And.in cap.locupletari colum.3.circa prin.de regu.iur. in 6.* vbi considerat semper æquitatem. Item sufficit suspicio dilapidationis, Bertran. *vbi suprà.* Vide *Paris. consi. 41. col. pen.in fin. & seq. volum.* 1. vbi damnat id, quod dicitur de dilapidatione fructuum in prima instantia, & tenet opinionem Saly. sed vide eum *in fi. deci. 477.* & quod hic *num.12.* dicit de probatione, per Ang. *in l. diuus num 7.ff de peti.hered. Aufre.vbi suprà, sed per Curr. & Saly. hic numer. 11. Ancha.q. 47.numer.* 15. Item dissipare quando dicatur fructus, vide Abb. *in dicto cap. fin.hoc tit.num.*8. Item persona est suspecta, quando non possidet immobilia, vel pauca, vel est malè versatus, vel malè administrat, *Io. And. in d.c.pen. colum.1.* Item sufficit semiplena probatio de dilapidatione, vel quod non sit soluendo. Bertrand. d. *consil.58.in 1. parte, volum. 1.numer.*8. Item de descriptione fructuum,& vbi reus non vult eam fieri, tunc fit sequestratio, vt ibi per eum. Item solus timor dilapidationis operatur sequestrum,& paria sunt, quòd quis cōsumit in vsus proprlos, vel dilapidet ad hunc effectū, quādo is nō est soluendo, Bertran. *vbi suprà num.12.& seq.* de descriptione fructuum, vide etiam Alexand. *in l.si fideiussor.§.fin.ff. qui satisd. cogan.* Item apud quem possit fieri sequestrum, vide ibi *Alex.nu. 10.* Item sequestratio potest fieri etiam apud possessorem, Bald. *in c.1.extra eod.num. 3.* Item iudex à quo potest istam sequestrationem facere, *c.fin.eo.vbi Io. And.& Bal.* Item per sequestrationem necessariam non perditur possessio, sed per voluntariam, secundum † communem opinionem, *Auch.in Clem.1.num.11.eo.Cuma.in d.§. fin. Imo ibi num.5.Card.in c.2.Vide omninò tex. in l. 15. ff. de priuileg. cred.* Item quando fit sequestratio debet fieri cum causæ cognitione, *Franc.in c.locupletari. nume. 7. de reg.iur.in 6.* Item vbi possessor est diues, cessat timor dilapidationis, Affict.*decis.188.in fin.* Item quando sequestratio fiat in prima instantia, vide Bursat. *cons.*188.*volum.*2. Item quando propter timorem dilapidationis potest fieri sequestratio, item etiam vbi timetur, ne in vsus suos conuertat, Ang. *in l.si quis.§. pretor.num.4.ff. de acqui. hered.* Item tres sunt termini, descriptio, sequestratio, & inhibitio: primus potest fieri etiam cessante timore dilapidationis, secundus etiam lite mora, tertius, vbi reus alienet, vel dilapidet, Bald, *in l.si fideiussor.§.fin.in fin ff. qui satis. cogan.* Item dilapidare dicitur, qui conuertit in vsus suos, ibidem Ang. vbi suprà,& tunc etiam depopulari dicitur, vt ille ait in l *Imperatores.§.fin. ff. de appellat.* de † communi pro sequestratione fructuum in causa appellationis, *Alexand. consil. 163. in prin.volum.*6. Item non fit sequestratio, nisi prius constito de debito, Alex. *cons.163.vol.*6. Item latè, & pulchrè, quæ requirantur, vt locus sit sequestrationi, vide Guid. *Pap.dec. 246. Rebuff. de sequest. char. 317.num.22.in 3.part.&* ibi latè de materia. Item latè de materia sequestrationis *Borgni decis.* 3. Item in causa appellationis, quando sit locus sequestrationi fructuum, latè per eum *decis.23. numer.18.& plu.seq.& de* † communi in causa principali, quòd non fiat, etiam possessore soluendo non existente, *Ancha.inn.quæst. 47.in 1.parte.* Item qui dilapidat potest cogi cauere, vel interdicitur ei administratio, vel fit sequestratio, vt per Bal. *in l. iubemus enim super C. ad Treb.*

Et in vna Parmensi de mense Martij anni 1588. inter Illustriss. D. Raynutium de Gambara agentem ex vna, & Illustriss. D. Alexandrum de Corrigio, reum conuentum ex altera, per Consilium reuocatum fuit inhibitorium factum dict. Illustris. D. Alexandro de non incidendo arbores grandes fructiferas super bonis; ad quæ intendebat agere dictus Illustriss. D. Raynutius iure fideicommissi, & postea fuit factum præceptum d. Illustris. D. Alexandro, quòd non dissipet, vel dilapidet bona prædicta, sed eis vtatur arbitrio boni viri, sequendo Bald. *ibi suprà.*

(***)

SVMMARIVM.

1. *Vsucapio dicitur alienatio.*
2. *Vsucapio largè continet sub se præscriptionem.*
3. *Dominium ex præscriptione est dominium vtile contrarium directo, quod effectum directi absorbet.*
4. *Præscriptio continetur nomine alienationis.*
5. *Variatio antecedentis facit illationem consequentis.*
6. *Prohibita alienatione prohibetur vsucapio, quomodo procedat hæc regula, & num. 7.*
8. *Vix est, vt non videatur alienare, qui vsucapi patitur.*

CAP. II.

ITem appellatione alienationis venit
1 †vsucapio, dicit *glo. in l. 1. C. si aduer. vsuca.*
2 & vsucapio largo modo sumpta, †&
generaliter continet sub se præscriptionem.
gl. in l. 3. de vsucap. quia dixit Bal.
in Auth. hoc ius C. de sacrosanct. eccl. quod est quod-
3 dam vtile dominium, † quod contrariatur directo,
& absorbet effectum directi dominij, vt dominium
quod quæritur ex præscriptione, vt de præscrip. 20.
anno. *l. si quis emptionis. C. de prascri. 30. vel 40. ann.* &
4 ipsa præscriptio † continetur nomine alienationis,
no. in l. si. in quib. cau. resti. in integ. tamen in tali aliena-
tione, inquit Bal. non habet locum forma huius Au-
then. sed forma præscrip. vt Authen. *quas actiones. C.
de sac. sau. eccle.* habetur per Iac. *in tract. de feud. in verb.
Cum pacto de non alienan per Rebuff. in repet. c. sine exce-
ptione. 12. q. 2. per glo. in ca. si Episcopum. 16. q. 6. in verb. dã-
num. & per gl. in d. l. si. C. in quib. cau. in integr. rest.* quæ
dicit, quod vsucapio venit nomine alienationis; sed
paulò post dicit non valet argumentum; Non potest
alienari, ergo nec vsucapi: sed dic secundum Bal. ibi-
dem, quod immò consequentia est bona, si antecedẽs
ponatur generaliter pro qualibet alienatione, sed si
non ponitur generaliter pro qualibet alienatione le-
gis, vel pro alienatione legali, tũc consequentia nõ est
bona, vt dicit gl. quia non est de natura antecedẽtis,
l. si fundus ff. de fund. dot. Item si antecedens ponitur ab
solutè, tunc est bona illatio; sed si ponitur cum mo-
dificatione, & cum adiuncto, verbi gratia, quia non
dicimus simpliciter, non potest alienari; sed si dici-
mus sine decreto, tunc non est bona illatio, ergo nec
præscribi, quia præscriptiones non habent eam ex de
5 creto, sed ex tempore, & ex dispositione legali; † vn-
de variatio antecedentis facit illationem consequen-
tis esse bonam, vel malam: licèt authores super hoc
dicant multa; tamen veritas est hæc, secundum Bal.
ibidem. Et dicit Aug. Bero. *in ca. nulli. de reb. eccle. a-
lie. vel non. in 36. colum. vers. quidam vltramontani.* quod
ista regula, quod prohibita alienatione intelligitur
6 † prohibita & vsucapio, procedit, quando lex prohi-
bet alienationem, non simpliciter, sed secundũ quid,
hoc est, absque iusta causa, & solemnitate, & illam
permittat cum solemnitate; sed quando simpliciter
est prohibita à lege res aliqua alienari, & indistinctè,
7 vt est res sacra, religiosa, & publica, & dotalis, † tunc
dicta regula non procedit, nec habet locum; Iac. de
Are. quem refert Bar. *in l. si. in quibus cau. rest. in integ.
non est necess. in 3. col.* Et quòd vsucapio veniat sub no-
mine alienationis, est factus ad litteram tex. *in l. alie-
nationis ff de ver. sig. ibi,* Alienationis verbum etiam v-
8 sucapionem continet, vix enim est, † vt non videatur
alienare, qui vsucapi patitur, vbi glo. dicit, quod vbi
prohibita est alienatio, ibi est prohibita vsucapio, &
si alienatio, ergo & vsucapio, cui regulæ dat fallentiã
de re litigiosa, quæ regulariter non potest alienari, vt
C. de litig. l. lite pendente. quæ tamen potest vsucapi, *vt
ff de vei vend. l. si post & l. 1. C. de long temp præscrip. & est
ratio;* quia vitium litigiosi non afficit rem, vt no. *C. de
acqui poss. l. vitia.*

SVMMARIVM.

1. *Præscriptio translatiua dominij est alienatio.*
2. *Præscriptio venit appellatione vsucapionis.*
3. *Prohibitus alienare non patitur præscriptionem.*
4. *Res alienari prohibita si alienetur, præscribitur, si est maioris, non si minoris.*
5. *Emptor non præscribit viuente malè alienante.*
6. *Mortuo malè alienante incipit præscriptio.*
7. *In præscriptione rei ecclesiæ requiritur tempus xl. ann.*
8. *Quæ non possunt alienari propter rem ipsam, vt homo liber, & c. non præscribuntur.*
9. *Quomodo vassalli possint præscribi.*
10. *Quædam, quæ non possunt alienari, nec præscribi, propter fraudem.*
11. *In alienari prohibitis ex priuilegio, finita ratione prohibitionis, inchoat præscriptio.*
12. *In illis, quæ non alienantur, nisi cum decreto, præscriptio succedat loco decreti.*
13. *Romana ecclesia gaudet præscrip. centum ann.*
14. *Etiam feudum præscribitur contra ecclesiam spatio quadraginta ann.*

CAP. III.

ITem sub vocabulo alienationis venit
præscriptio, propter quam inducitur
alienatio, maximè si fit præscriptio † trãs 1
latiua dominij, quæ præscriptio dicitur
alienatio, vt per Bald. *in l. fi. C. de edic. di-
ui. Adria. toll. 16 oppos. vers.* ego expono. ibi: Et dico,
quòd ex vtraque parte est præscriptio translatiua do-
minij, quædam agentis in possessore, quæ præscriptio
dicitur alienatio, &c. habetur per Alex. *in consi. 1. pen.
q. num. 23. 4. parte.* facit, quia si, vt dictum est, alienati-
onis verbum importat vsucapionem, videtur etiam
importare præscriptionem, † quæ venit appellatio- 2
ne vsucapionis, per tex. apertum *in l. 1 & l. 3 ff. de vsu-
cap.* Rebuff. *in repet. sua, c. sine exceptione. 12. q. 2.* faciũt
dicta Bertach. *in trac. de epis. quarta parte. vers. quadra-
gesimoquinto quæro versic. sed nunquid, num. 155.* vbi quæ-
rit, nunquid prohibitus alienare patiatur præscripti-
onem: & dicit, quòd glo. *in l. 1. C. si aduer. vend. tenet,*
† quod non. & text. *cum glo. & ibi Barto. in l. alienatio-* 3
*nis de verb. significa. & Bald. post glo. in l. 2. de vsuca. pro
emptio. Pau. de Cast. consi. 16. Bart. in l. vbi lex. ff. de vsucap.*
& plenius per Bal. *in l. filiusfamilias. §. diui de leg. 1. in fi.*
& ibi dicit, quod si res alienari prohibita alienetur,
potest præscribi, quando res est maioris, non, quan-
do minoris. † & vide per Dom. Sicul. & D. de Balio. 4
in cap. cum non liceat. de præscrip. & quod habetur per
Bald. *in l. fin. colum penul. C. in quib. caus. in integ. restitu.*
& in *l. acceptam 22. q. de vsur.* vt per Bertac. in d. loco.
Et quærit Rebuff. in suo compendio alien. rerum
eccles an possit emptor sine solemnitate præscribe-
re. Et videtur, inquit, quòd non. quia, quod non va-
let ab initio, postea tractu temporis † non conuale- 5
scit. Contrarium est iterum: sed est intelligendum,
quòd non potest præscribere eo viuente, qui malè a-
lienauit, sed eo mortuo incipit præscriptio, *c. sacerdo-
tes 12. q. 4. & 12. q. 2. §. item si. & c placuit Abb. in cap cum
non liceat. num. 7. de præscrip. Guid. Papa in q. Delphin q.*

150.

150 *incip. tertia.* vbi habetur, quòd præscriptio cõtra
ecclesiam non incipit currere tempore Prælati malè
alienantis, sed à tempore eius successoris, & subduci-
tur tempus, quo vixit Prælatus malè alienans: & no-
tanter, inquit decisio, loquor de Prælato malè alienã-
te: quia si aliàs Prælatus legitimè alienet, tunc currit
præscriptio à die alienationis; si postea ecclesia fue-
rit data in commendam, non minus incipit currere
præscriptio. Idem Guid. *vbi sup. quæst.* 152. cuius est ini
tium, quinta & quantum tempus requiratur, tradit
idem Guid. *in quæst. 161. incipien. alterius. quòd quadra-
ginta anni, c. de quarta. de præscrip. & an ecclesia* possit
restitui aduersus illam præscriptionem, tradidit idẽ
Guid. *q. 594. res ecclesiæ.* Socin. *consi. 29. viso colum. 6. &
sequen. 1. volu.* quod sic, *per tex. vbi tradunt Docte. c. 1. de
resti. in integ. in 6.* Item poterit præscribi, si bona fide
7 consensus, † & authoritas vnius Episcopi interuene-
rit, & requirebatur authoritas alterius, vt not. *in cap.
si quis presbyterorum. de reb. eccl. alienan.* dummodo so-
lemnitates, de quibus superius sint seruatæ, *glo. in cap.
apostolica de donat.* Soc. consi. 15. *visis. in fi. vol. 1.* quia ta-
lis error iniustus pro titulo habetur. *l. Celsus ff. de vsu-
ca.* faciunt adducta per Bal. *in l. 1. C. de ser. fug. colum. 5.
vers. sic solue.* vbi dicit, quòd quædam non possunt a-
lienari propter rem ipsam, vt homo liber, domus sa-
cra, cãpus Martius, horti Sallustiani, via publica, & si-
8 milia, † & ista præscribi nõ possunt, *not. C. de lib. caus.
l. nec si volens. ff. de via publica. l. viam publicã. & ff. de leg. 1.
l. apud. Iulian. in fi. vasalli* tamen possunt præscribi, & a-
9 lienari, no. *in d. l. nec si volens.* † dummodo duriorem
seruitutem inuiti non patiantur *ff. de fideicomm. liber.
l. inuitus.* per eundem Bal. *c. 1. de cap. qui cur. vendi in v-
sib. feud.* Quædam sunt, quæ non possunt alienari, nec
10 præscribi propter fraudem, † vt *d. l. quemadmodum
quadam* sunt, quæ non possunt alienari propter pri-
11 uilegia, & tunc præscriptio non potest inchoari, † ni-
si finita ratione prohibitionis, sed inchoata dudum
ante potest confirmari, vt not. *de iur. dot. l. in rebus. §. fi.
& l. fundum. ff. de fun. dot.* Quædam non possunt aliena-
ri ratione ætatis, vt habetur in *ti. in quib. cau. restit. in
integ. & in l. si illius est.* quædam non possunt alienari,
12 nisi sub certa forma, putà, cum decreto; † & tunc præ
scriptio habet vim decreti, *l. post mortem ff. de adopt. &
l. 1. C. qui admitti, vt per Bal. ibid.* Et res ecclesiæ præscri-
buntur, & præscribi possunt spatio 40. ann. nisi sint
res Romanæ ecclesiæ; quia tunc non 40. ann. sed cen-
13 tum annis præscriptio currit, propter † priuilegium,
† quod dicta ecclesia habet; ita per Doct. † communi-
ter in *Auth. quas actiones. & in l. fi. vbi Bar. C. de sac.
sanct. eccle. per Canonistas in d. c. de quarta. ca. ad aures.
c. illud. & c. quia. extra de præscrip.* Et ista est vera con-
clusio etiam in materia feudali, licet aliqui arbitren-
14 tur, quòd † ad præscribendum feudum contra eccle-
siam, sufficiant ann. 30. quæ opinio non est vera, per
Guid. Pap. *decis. 161.*

ADDITIO.

a Quæ requirantur, & quo tempore fuerit adinuẽta
præscriptio, Guid. Pap. *decis. 149 & plu. seq.*

SVMMARIVM.

1. Permutatio venit vocabulo alienationis.

*2 Quid comprehendat verbum, Alienatio, largissimè sum-
ptum.*

*3 Casus in quibus prohibita alienatione, non est prohibita
permutatio.*

*4. Appellatione venditionis venit permutatio, non in illis,
quæ sunt stricti iuris, nec in statutis disponentibus con-
tra ius commune.*

5. Venditio rerum ecclesiæ est prohibita vtroque iure.

*6. Per permutationem transfertur dominium traditione
sequuta.*

*7. Permutatio in vtilitatem ecclesiæ, vel minoris non dici-
tur prohibita.*

CAP. IIII.

VENIT etiam permutatio sub voca-
bulo alienationis, dicit ad litteram
tex. in ca. nulli. de reb. eccl. alie. vel non.
Alienationis autem verbum conti-
net conditionem, donationem, ven-
ditionem, † permutationem, & emphyteuticum per 1
petuũ contractum: allegatur ad hoc *text. in l. fi. C. de
reb. alien. non alien.* vbi largissimè sumitur significatũ
dicti verbi, comprehendens † etiam pignus, & hypo 2
thecam. Est quæstio Bal. *in Auth. res, quæ. C. comm. de
leg. col. fin. versi. quæro.* vtrum, inquit ille, qui non po-
test alienare, possit permutare vbi adductis contra-
rijs, vno videlicet ex voluntate testatoris, per text.
in l. idem seruandum. † *ff. de lega. 2.* & alio contrario 3
in fauorem dotis, *de l. fi. ff. de iur. dot.* in quibus pro-
hibita alienari possunt permutari; tandem tenet ne-
gatiuam, videlicet, quòd prohibitus alienare non po
test permutare. Idem dicit Spe. *in ti. de rerum permu.
in prin. versic. item in hac forma.* ibi, *quia permutatio est* a
*alienatio, vt de rebus eccle. non alie. extrà c. nulli. per Ioan.
And. in addi. ad Spec. Pau. de Cast. cons. 16.* refert Ber-
tach. *in tracta. de Epis. 4. par. q. 45. num. 15 c. versi. nunquid
prohibitus alienare possit permutare.* latè per Ias. *in l. 1. ff.
de rerum permut. num. 5 & plu. seq.* vbi disputat, & te-
net, quòd appellatio venditionis veniat permutatio,
† & venditione permissa, intelligitur etiam permu- 4
tatio, per *text. in l. statu liberi. versic. Quintus. ff. de sta-
tulibe.* vbi appellatione venditionis venit permuta-
tio. & glo. in *l. cum ij. §. si cui. ff. de transa. in verb. disceptatio-
nem.* Et hoc verum, dummodò non simus in illis,
quæ sunt stricti iuris: & dummodo statuta non lo-
quantur contra ius commune. quòd non est in casu
nostro, vbi tam iure ciuili, quàm de iure canoni.
† prohibita est venditio rerum ecclesiarum. Et per 5
permutationem transfertur dominium interueniẽ-
te traditione, *l. 1. ff. de rer. permut.* † *& l. eum, qui. §. si* 6
permutatio. ff. de public. Et hoc, nisi fieret in vtilitatem
Ecclesiæ, minoris, vel dotis: † quia tunc permutatio 7
non dicitur prohibita, *ff. de leg. 2. l. Imperator. §. fi. cum
l. seq.* Bald. *in Auth. res, quæ. C. commu. de leg. Iaco.* de Are.
in *l. magis puto. §. si ex. de reb. eor.* sed dicit Bart. *in l. sicut.
§. si permiserit. ff. quib. mod. pig. vel hypo.* soluitur; quòd
permutatio de re immobili facta à clerico vigore li-
centiæ, de alienandis bonis immobilibus ecclesiæ
pro satisfactione debitorum facta, non valet; per ra-
tionem, quam ibi reddit.

ADDITIO.

a Quamuis permutatio, & vẽditio sint similes, tamẽ
non venit venditio permutationis appellatione in
materia stricta, Alex. *consi. 76. num. 8. volu. 5.* Item inter
cambium, & permutationem, quæ sit differentia, la-
tè Bald. *in c. 1. §. cum autem vol. 1. in fi. de contro. inuesti-
tura.* & permutatio propriè est de specie ad speciem,
Affli. *ibidem. numer. 27.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 Nomine alienationis venit promissio.

2. Promittere, & dare pariscantur, maximè in materia simonia.

3. Electio ita reprobatur præcedente promissione, sicut præcedente datione.

4. Tradere, & promittere differunt.

5 Nouatio fit mutatione personæ

CAP. V.

1 ITem sub nomine alienationis venit promissio, per *text. in leg. final. Codic. ad l. Falcid.* † vbi text. æquiparat promissionem dationi, vel solutioni in multis casibus, maximè in casu simo-
2 niæ, † in quo Canones idem sentiunt de promissione, quod sentiunt de datione, per *tex. in c. nobis. de simonia.* vbi Ana. 2. notab. dicit, quòd ita reprobatur electio, si præcessit promissio pecu-
3 niæ, sicuti si præcessit solutio, † & datio, est text. *in c. dispendia, de rescri. in 6. Doct. in capit. quorundam. de solut.* quia solutio, & promissio pari passu ambulant. *d. l. fi. C. ad l. Falc. per quem text. Bald. ibi in princ. dicit,* quod qui non potest alienare, tamen potest promittere, Alex. *consil. 17. volu. 4. col. 3. num. 7. vers. confirmantur prædicta.* quamuis idem in consil. *119. lib. 4. num. 2. versi, licèt igitur.* videatur dicere, quod nihil inter se differunt tradere, & promittere. Et ideò vbi est prohibita solutio, siue datio, ibi est prohibita promissio, *c. 2. de concess. preb.* Quamuis potest dici contrà; quia qui promittit, non soluit, nec soluere censetur, *l. nepoti ff. de fun. instru.* Sed *tex. in*
4 *d. l. fi.* intelligit Bald. ibi, † quando datur à promissore alia parte volente, & acceptante, quia mutatione
5 personæ est † facta nouatio. *l. inter causas. §. abesse. ff. mand.* Et vide ea, quæ dicam in *Cap. seq. infr.* pro ista materia. & ea maximè vide, quæ dicam in seq. de hypotheca generali, & speciali.

SVMMARIVM.

1. Datio realis in pignus, & hypothecam est alienatio.

2. Maritus hypothecando rem vxori donatam donationem reuocat.

3. Pigneratio pro tanto, quòd non sit verisimilis, reluitio est alienatio.

4. Prohibita alienatione, est prohibitus omnis actus per quem alteri ius quæritur.

5. Prohibitio legis, testatoris, & contrahentium æquiparatur.

6. Non est vera alienatio, nisi per quam transfertur dominium.

7. Alienationis nomine quomodo in statutis, & odiosis non venit pignus.

8. Sine causa rationabili non pignerantur res ecclesiæ.

9. Vbi alienatio prohibetur à iure, & à canone, censetur prohibita alienatio propriè, & quæ fit de facto.

10. Per obligationem peruenitur ad alienationem.

11 Inhibita alienatione, inhibetur omne illud, per quod peruenitur ad illam.

12 Specialis hypotheca cum traditione est prohibita.

13. Generalis hypotheca est permissa cum causa.

14. Per pignus acquiritur ius in re, per hypothecam ius ad rem.

15. Per pignus transfertur possessio rei, per hypothecam non.

16. Hypotheca specialis cur prohibeatur, & generalis permittatur.

CAP. VI.

ITem sub vocabulo alienationis venit pignus, pigneratio, & datio in pignus, & hypotheca, realis † tamē, non verbalis tantum, id est, hypotheca si- 1
ne traditione; per ea, quæ dicit Bald. *in cap. 1. §. rursus. in addit. quibus mod. feud. amitt. in vsib. feud facit. tex. in l. si maritus. 1a. 2. C. de dona inter vir & vxo.* vbi maritus rem vxori donatam hypothecando, & pignerando creditoribus, † videtur reuocare donationem fa- 2
ctam vxori per pignerationem. per Bartho. *in l. rem legatam in fi. ff. de adimen. lega. vbi apostill. ad eum dicit id notan.* per Cyn. *in l. 3. C. de leg.* Sed hoc intellige, quando res pignerata, vel hypothecata esset obligata, & hypothecata, vel pignerata pro tanta quantitate, & pro tanto, quantum, verbi gratia, res valeret, & quod non esset † verisimile debitorem pignerantem 3
debere reluere: per illud, quod dicit Barto. *in d. l. rem legatam. in fin.* ibi: Et prædicta omnia intelligo vera, nisi res esset obligata pro tanto, quòd non esset verisimile debitorem debere reluere: nam tunc pigneratio talis habetur loco alienationis. *l. antepenult. in princip. de leg. 3. & l. legata. in fi. C. de suppellect. leg.* clarius per Bal. *in l. fin. C. de reb. alien.* vbi declarat text. & significatum verbi, Alienatio, vbi formaliter dicit, quod prohibita alienatione, simpliciter videtur prohibitus omnis actus, † per quem alteri ius quæritur. 4
Et æquiparantur prohibitio legis, prohibitio testatoris, & contrahentium; † quia ita est latè interpretan 5
dum vocabulum Alienatio, cum profertur à contrahente, sicut cum profertur à lege, vel à testatore; non tamen vera est alienatio, † nisi per quam transfertur 6
dominium. Et per hoc in statutis odiosis, & pœnalibus, vbi debemus restringere interpretationem, nomine alienationis † non continetur pignus, nisi fortè 7
ascenderet ad tantam quantitatem, quòd non esset, spes luitionis. *ff. de le. 3. l. qui habebat. vbi glo. in verb. redacta.* dicit, pignora videri redacta in proprium patrimonium accipientis per consensum creditoris pignerantis: tum quia debitor, vel pignerans est penuriosus, vel quia calculus vsurarum super pignore est tantus, qui omnem debitoris spem reluendi auferat. vbi Bal. dicit, quòd per hoc potest terminari quæstio, de qua per Doct. in *l. fin. de reb. alie. non alien.* an, si est prohibita alienatio, sit prohibita pignoris obligatio: distinguit, aut pignora sunt obligata pro tanta pecunia, quod non est spes luitionis, & videtur prohibita obligatio, aliàs non: & ita inquit debere intelligi tex, *in l. quorum. ff. de pign.* quia acquisitio per pignus non est, nec dicitur propria acquisitio rei, vt subiungit idem Bald. *in d. loco,* & dicit D. Anto. *in c. nullus. de pignoribus,* quod sine causa rationabili non debent res ecclesiasticæ pignerari: † addit tamen in fine, 8
quod subsistente necessitate, possunt. Nec obstat tex. *in l. 3. C. quæ res pign. obliga. poss. vel non. & l. 1. ff. ea. §. rem. vt ibi per eum.* Et dicitur in additionibus in commentarijs *constit. regni in titul. de reuoc. feud. & rer. feudal. in verb.* Locare, quod vbi fit prohibitio à lege, vt in casu nostro, vbi à canone, & lege prohibentur res ecclesiæ alienari, videtur prohibita non tantùm propria alienatio, & proprio iure, per quam † vi- 9
delicet transfertur dominium, *C. de fund. detal. l. 1.* verùm etiam de facto larga alienatio, quomodocun-
que

que scilicet in alium fiat translatio, vt in *Authen. de a-*
lienatione. §. quia verò cognonimus & argum. ff. de ver ob-
li. l. qui Roma. §. Flauius. Quod etiam ex eo apparet.
nam vbi prohibetur alienatio, videtur prohibitꝰ etiã
hypotheca, seu pignoris obligatio, *l. sancimus. C. de*
reb. alien. non alien. & sic videtur etiam cogitatum de
alienatione etiam de facto, *vt nota. in eadem l. sancimus.*
cùm pignus maneat in bonis debitoris, *l. pignus. C. de*
pign. act. & ipse debitor possidet, *l. cum acutissimi. §. 2.*
C. de prascri. 30. vel 40. anno. & l. pignori. ff. de vsur. vbi idẽ
commentator disputat, an stante prohibitione legis,
quòd res non alienetur, sit prohibitum locare, & sit
locatio prohibita. & paulò post ibidem reddit ratio
nem, quare prohibita alienatione rei, censeatur etiã
10 prohibita pignoris, & hypothecæ obligatio; † quia
per obligationem peruenitur ad alienationẽ, *§. cre-*
ditor. Auth. de non alien. creditor enim, cùm obligatio
facta esset, posset vendere ius suum, *ff. de pign. act. l. si*
conuenerit vel saltem iure dominij possidere, *l. fi. C. de*
iur. domin. impetrau. rationabiliter ergo inhibita alie-
11 natione, inhibetur omne id, per † quod peruenitur ad
eam, *l. oratio. ff. de sponsa.* Et verbum Alienatio com-
prehendit hypothecam, & obligationem, per *tex. in*
l. omnes. & l. seq. C. de his, qui veni. eta. impetra. & per
eundem commentatorem ibidem in verbo: *Iure pro-*
prio. vbi concludit, quod specialis obligatio cum tra-
ditione, vel sine prohibetur, & fieri non potest, sed
generalis sic, vt notatur *in Auth. de aliena. §. nos igitur.*
in fi. & ratio diuersitatis notatur ibi. Et hoc videtur
confirmari dispositione iuris Canonici, *cap. nulli. de*
reb. eccl. alie. vt ibi per eum. Sed melius declara, vt
12 per Aug. Bero. *in d. c. nulli. col. 2. & 3. vbi dicit,* † quod
specialis hypotheca est prohibita, generalis verò nõ;
& quod sicut regulariter est prohibita rerum eccle-
siæ alienatio, ita specialis hypotheca: à pari enim pro
cedunt, quò ad solemnitatem, per tex. *d. c. nulli.* Sed li-
cèt generalis hypotheca non sit prohibita, non tamẽ
13 est permissa simpliciter, † & absque iusta causa: quia,
si non adsit vel causa necessitatis, vel vtilitatis, non
potest fieri generalis hypotheca. Et vt specialis hy-
potheca est prohibita, ita & datio pignoris, ex iden-
titate rationis, *§. nos igitur. Auth de non alia.* Et quod
in datione pignoris illarum rerum, quæ sunt prohi-
bitæ alienari, solemnitas requiratur, ita probatur. In
obligatione specialis hypothecæ requiritur iusta cau
sa, & solemnitas, vt *d. c. nulli.* ergo magis in datione
pignoris, per quam ecclesiæ magis præiudicatur, quã
14 per specialem hypothecam. † quoniam per pignus
acquiritur ius in re, per hypothecam verò ius ad rẽ.
nam per pignus transfertur possessio rei pigneratæ,
15 † & per hypothecam non, *l. si rem. la. 1. §. propriè. l. cum*
fortis. §. pignus. ff. de pign. act. & alias, vt per D. Augu. d.
loco; vbi concludit, quod absque iusta causa, & solẽ-
nitate requisita in alienatione rei ecclesiæ, non po-
test res immobilis ecclesiæ specialiter hypothecari,
nec pignori dari, vt per eum ibi, versi. *ex quib. 3. col.*
subdens paulò post, quod ratio, quare specialis hypo
theca prohibeatur, generalis verò non est prohibita:
16 est, † videlicet, quod per specialem magis præiudica-
tur, per generalem verò minus; quia per specialem
acquiritur ius in re, per generalem autem ius ad rẽ;
gl. in l. si is, qui rem. in prin. ff. de furt. l. fi. C. qui tas pig. ob-
li. poss. in fi. ibi, Ius tamen generalis hypothecæ. vbi e-
tiam tamen videtur, quod solemnitas, & causa in hy-
potheca generali non requiratur tempore hypothe-
cæ, & obligationis, sed benè tempore, quo res hypo-
theca-ta, & obligata distrahitur: in hypothecata verò
speciali, & pignoris datione requiritur tempore hy-
pothecationis, & pignerationis, non tempore distra-
ctionis; vt ibi per eum: vbi subtiliter totam hanc
materiam pertractat Sed si erit facienda aliqua pig-
neratio, vel hypothecatio rerum ecclesiæ, quæ alie-
nationem sapiat, in qua erit necesse, quod adsit causa,
& solemnitas, sciendum est, quod prata, vineæ, & alia
huiusmodi tam immobilia, quam mobilia, quæ non
sunt diuino cultui deputata, possunt alienari cũ cau-
sa, & solemnitate; quæ verò sunt diuino cultui depu-
tata, vt vasa, calices, vestimenta, & ornamenta, ista
non pignerantur, nisi cum summa necessitate, nec
quælibet necessitas sufficit, per *gl. & Doct. in cap. 1. de*
pign. vbi Imol. & Barb. imò ex summa necessitate
priùs alienatio incipienda est ab illis, quæ sunt bene-
dictæ, non ab illis, quæ sunt consecratæ, per Ioann.
And. & Imol. & per Rip. in *l. obligationa. col. pen. ff. de*
pign per Couarr. *variarum resolu. lib. 2. ca. 16. vers. extra*
res.

SVMMARIVM.

1. *Habens rem pro derelicta videtur propriè alienare.*
2. *Habens rem pro derelicta videtur ei, qui occupat, do-nare.*
3. *Non alienat qui duntaxat amittit possessionem.*
4. *Quando habent rem pro derelicta verè dicatur alienare.*
5. *Fraus, & dolus ex proximitate actus præsumitur.*
6. *Si habetur pro derelicto, non cum frauda, nec cum dolo non est donatio.*
7. *Rector, si dolo, vel culpa lædit ecclesiam, tenetur eidem.*
8. *Tenetur resarcire damnum rector, qui patitur rem ec-clesiæ præscribi.*
9. *De mala administratione tenetur Prælatus, & eius hæ-res.*
10. *Prælatus tenetur resarcire, quod sua negligentia omisit vtiliter facere.*
11. *Prælatus si sine iusta causa acquirere omittit, tenetur de suo.*
12. *Bona patrimonialia Prælati sint hypothecata ecclesiæ pro mala administratione.*
13. *Quod dicitur Prælatum teneri admittere, qui omisit ec-clesiæ acquirere, precedit in quolibet beneficiato.*
14. *Factum Prælati an, & quando noceat ecclesiæ, remissi-uè.*
15. *Rector præsentatus à patrono potest, si malè ministrat, reprehendi à patrono, & accusari.*

CAP. VII.

HAbere † etiam rem pro derelicta venit appel- 1
latione alienationis: quia habens rem pro de-
relicta videtur illam propriè alienare; est glo.
notabilis in l. 1. ff. si ex noxali. in verb. mutata. vbi di-
citur contra alienantem, quod quando quis dolo de
sijt possidere, datur vtilis ex ea causa, ex qua prius di-
recta dabatur actio, vbi Bar. dicit glo. esse notandam
contra cauillationem quorundam volentium euita-
re solutionem gabellæ, qui habent fundum pro de-
relicto, & alius vadit, & occupat, vt sic gabella non
soluatur, quasi non sit aliquis contractus; sed certè in
quit, imò videtur celebratus contractus donationis:
qui enim habet pro derelicto, videtur donare ei,
† qui occupat, *l. quod seruus. ff. de stipul. seruor.* vbi An- 2
ge. Imol. & Alex. vnde, si est contractus donationis,
est alienatio, & venit sub vocabulo alienationis, quæ
est prohibita in rebus ecclesiæ, per text. *in l. item*
circa

circa fi. ff. de alienat. iud. mut. ibi: Neque enim alienat,
3 † qui duntaxat. Sed hoc est intelligendum, quando habens rem pro derelicta facit cum fraude, vel do-
4 lo, alioqui non; vt per Alexan. *d. l. 1.* Et ista fraus,
5 aut dolus præsumitur ex connexitate, † & proximitate actus habendi pro derelicto, & occupandi per alium, arg. *l. si ventri. in fi. ff. de priuil. cred. c. officio, extra de elect.* vt si coniuncta persona, vel amicus derelinquentis rem derelictam statim occupat, argum. *l. data. C. de dona.* vbi tenet, quòd si sit habitum pro de-
6 relicto, † non cum fraude, vel dolo, tunc non est cō tractus donationis, nec requiritur insinuatio, si summam excedit. & sequitur Rebuff. *in sua repet. c. sine exceptione. 12. q. 2. est optimus tex. in l. alienationis. ff. de verbo sign. ibi;* Eum quoque alienare dicimus, qui non vtendo amisit seruitutem; vbi dicit glo. omittit enim facere illud, quod debet, quia Rector in rebus ecclesiæ debet vti diligentia, non negligentia; quia si do-
7 lo, vel culpa lædit † ecclesiam, tenetur eidem, per Inno. *in c. cum in officijs. de testa.* vbi distinguitur inter culpam leuem, & non leuem, & gl. *in c. ea, quæ de offi. Archi.* quia si propter negligentiam suam patiatur Rector, vel Prælatus rem ecclesiæ præscribi, tenetur re-
8 sarcire damnum, & † ecclesiam indemnem seruare, per ea, quæ dicit Archi. *in c. placuit. il. 2. 16. q. 3.* quia talis Prælatus non potest redargui de mala administratione; & malè administrans Prælatus tenetur ec-
9 clesiæ recompensare ipse, † & illius hæredes, glo. *in c. Episcopus. 12. q. 2.* vbi dicitur, quod de mala administratione Episcopi ecclesia habet actionem contra hæredem, secundum Canones in contractibus, & in delictis, siue peruenerit ad illum, siue non peruenit, siue lis contestata sit, siue non: quia Prælatus potest
10 cogi ad soluendum de suo patrimonio, † quando est negligens in omittendo ea, quæ sunt vtilia ecclesiæ suæ. Imò ecclesia agit, & potest agere cōtra hæredes Prælati, per Fely. *in c. accepimus. de fid. instrum. vers. tertiò declara. colum. 3.* Imò Prælatus, si sine iusta causa non acquisiuit ecclesiæ, tenetur de suo satisfacere,
11 † optimè per *Abb. in c. tua. de his, quæ fiunt à Præla. circa fi.* & si clericus rem ecclesiæ malè administrauit, tenetur de suo satisfacere, & reficere ecclesiæ, & bona sua patrimonialia sunt ecclesiæ in tali casu hypothecata,
12 † per Fely. *in c. ecclesia. col. 5. versic. adde Cardin. de constit.* & dicit Rebuff. *in cōpendio alienationis rerum ecclesiæ, vers. sextò.* quòd Prælatus, qui potuit quærere suæ ecclesiæ, & non quæsiuit, tenetur ad interesse, *ca quicunque & ibi gl. 12. q. 4.* sicut in tutore respectu pupilli. *l. quicquid. C. arbitr. tute.* subdens: Et idem dicens in quocunque alio beneficiato, quia est eadem ratio. Et dicit *Abb. in c. paternitati. extra de dona. vers. in gl.*
13 in verbo † quod contra Prælatum patientem rem ecclesiæ præscribi, potest agi ad interesse, in quantum ecclesia est damnificata ex negligentia sua, & inquit, de ista materia plenè dixi *in c. 1. de dolo, & contum.* vbi
14 plenè tractaui, † an, & quando factum Prælati noceat ecclesiæ. & per eundem *Abb. in c. quod sicut. de electio.* quod Prælatus malè alienans rem ecclesiæ tenetur ecclesiam de suo patrimonio conseruare indemnem; facit cap. de multa. de præb. vbi in margine ad Abb. allegatur. Aret. *consi.* 114. Rector præsentatus à patrono res ecclesiæ negligens, & malè ministrans repre-
15 henditur à patrono, † & potest ab eo coram ordinario accusari, *c. filijs. 16. q. 7.* dicere videtur *Bald. auth. hoc ius. C. de sac. sanct. eccle. ibi,* sextò est considerare vsum facti magis prouenientem ex permissione domini, &c.

SVMMARIVM.

1. *Tam qui alienationi consentit, quàm alienans alienare dicitur.*
2. *Prohibitus alienare alienationi consentire non potest.*
3. *Persona, quæ non possunt alienare de per se, quæ tamen facienti consentiunt.*
4. *Consensui minoris non obest in re, quæ sine decreto non est alienabilis.*
5. *Minores restituuntur contra consensum præiudicialem.*
6. *Prohibitus alienare ratione iuris consentit, vti vsufructuarius.*
7. *Prohibitus alienare ratione imbecillitatis non consentit alienationi, sicut non alienat.*
8. *Statutum prohibens alienationem minori, prohibet etiam consensum.*

CAP. VIII.

SVb vocabulo quoque alienationis comprehenditur, non solùm quando quis de per se alienat, sed etiam quando consentit alienationi, † quæ fit 1
per alium, & sic consensit alienæ alienationi; qui consentiens pari modo alienare videtur, est *glo. in l. cum pater. §. libertis. in verb. alioquin.* vbi Barto. *in vers. quærit. de leg. 2.* † quia prohibitus alienare non potest a- 2
lienanti consentire. facit, quod dicit Bar. *in l. iubemus. Codic. ad Velleian.* sed melius per Bar. *in l. si fundus. ff. de pign.* vbi tractat materiam, quando quis non potest alienare, an possit alienanti cōsentire; ibi, Nota, quod qui non potest facere, non potest facienti consentire. vbi limitat regulam: quia aliquæ sunt personæ, quæ de per se non possunt facere, possunt tamen facienti consentire; qui secundū aliquos sunt pupilli, † & mulieres: dicit tamen, quod gl. exem- 3
plificat in vsufructuario, qui nō potest obligare proprietatem, proprietario tamen obliganti potest cōsentire, vbi vide illum doctè distinguentem. Sed vide pulchrius per Bal. *in l. 2. C. si aduers. dona.* vbi dicit, quod non obest filio minoris consensus in re, quæ sine decreto alienari non potest: quia sicut minor nō potest alienare sine decreto, † ità non potest alienāti 4
consentire. & ratio est, inquit, quia, licèt à contrahente habeat causam dominij, tamen ab ipso minore, haberet dominium, & auelleretur dominium à minore, quod est prohibitum, &c. subdens, & indubitanter dico, quod si statutum sit, quod prohibeat alienationem, tunc non potest consentire; quia licet alius det titulum, minor tamen daret dominium, & ab ipso minore directè auelleretur, & istud non est aliud, quam alienare; sed alienatio est prohibita per statutum, ergò inualida. subdens: vltimò nota quod sicut minores restituuntur contra contractum, ità pari modo restituuntur contra quemlibet consensum eis præiudicialem. † sequitur Bertac. *in tract. de Episc. quar-* 5
ta parte. q. 45. vbi querit, nunquid prohibitus alienare possit alienanti consentire: † & distinguit, quod 6
aut quis est prohibitus alienare ratione iuris, vt vsufructuarius, & potest consentire proprietario alienanti fundum, in quo sibi debetur vsusfructus, *l. nihil. C. de vsuris.* aut est prohibitus ratione imbecillitatis, vt quia minor, & tunc non potest alienanti consentire,
† sicut nec alienare, tenet Bart. *post glo. Dyn. in l. si. fun-* 7
dus. §. fi. ff. de pin. & Bar. in l. fi. col. 2. C. de pact. & in l. cum pater. §. libertis. post gl. de leg. 2. & in l. iubemus. C. ad Velleia. & dicit Iaco. Butr. *in l. 2. C. si aduer. donat.* † quod 8
statutum prohibens minori alienationem bonorum suo

suorum, videtur etiam prohibere, ne consentiat alteri alienanti.

SVMMARIVM.

1. *Prohibitus alienare dans occasionem alienationis alienat.*
2. *Prohibitus alienare in certam personam, habet curare, ne quouis modo res ad eam perueniat.*
3. *Qui non potest facere non debet dare occasionem, vt alius faciat.*
4. *Factum à singulari successore reputatur factum ab ipso promissore.*
5. *Quod non licet mihi, non possum facere, vt alij liceat.*
6. *Damni causam dans damnum dedisse videtur.*
7. *Qui conuentione tenetur non alienare, habet curare, ne alienatio sequatur etiam ex dispositione legali.*

CAP. IX.

1 SED & sub vocabulo alienationis venit etiam latio occasionis, & dare occasionem, † vt prohibitum alienari alienetur. prohibitus enim alienare non potest dare occasionem, vt alienetur, *gl. est in l. si ita quis. §. ea l in verb. interest ff. de verb. obligat.* vbi dicit, quod prohibitus alienare in fratrem, vel certam personam debuit curare, ne ad il-
2 lam quouismodo † res prohibita perueniret. per quam glo. & etiam *per tex. in c. 1. §. si de inuestit. de re. alien fac col. 10.* & etiam per illum tex. id dicit notabiliter *Bald. in l. quoties. la prima. C. de fideicom. in 1. not.* ibi, Nota quòd ille, qui non potest alienare in certam personam, non potest dare occasionem, vt alienetur: videtur facere text. in *l. Imperator. ff. de fideicom. lib.* & melius per *Bald. in l ea lege. C. de condit. ob cau. col. fin. vers. quantùm ad secundum*, breuiter di-
3 cendum est, † quòd ille, qui non potest facere, non debet dare occasionem, vt alius faciat, *l. in lege loca-*
4 *tionis. ff. loca.* † & hoc casu id, quod fit per singularē successorem reputatur factum ab ipso promissore, qui debuit prospicere, ne id fieret, *arg l si seruum. §.*
5 *idem. ff. de verb. obli.* ad † quod facit *glo. d. §. ea lege. & glo. in l. non impossibile. ff de pact.* & conclusio est, in quit, quod non licet mihi, non possum facere, vt liceat alij impunè. facit regula, quòd qui causam dāni dedit, † damnum dedisse videtur, & prohibitus alienare, tenetur curare etiam, ne alienatio fiat per alium, vltra nota. *d. §. ea lege. per Bal in rub. C. qui admitt.* & qui non potest per expressam conuentionē alienare, tenetur curare, ne alienatio sequatur ex dispositione legali, *l. codicillis. §. matre. ff. de leg. 2. no. glo in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb oblig. Alexand. consi. 158. incip. circa primum dubium. versiculo secundò ille. vol. 5.*

SVMMARIVM.

1. *Dare in dotem est alienare, si prohibitio alienationis venit iure contractus, secus si iure testamenti.*
2. *Prohibita testamento alienari alienantur non sufficiente legitima ad dotem, aut propter nuptias donationem.*
3. *Filia prohibita alienare extra familiam potest pro seipsa dotem dare.*
4. *Non censetur prohibitum dotare de bonis ecclesiæ in certis casibus.*
5. *Clerico est permissum dotare consanguineam de bonis, & seu prouentibus ecclesiæ.*
6. *De iure ciuili frater laicus tenetur dotare sororem dotem non habentem.*
7. *Causa dotis fauorabilior causa alimentorum.*
8. *Clericum magis tenetur actum charitatis exercere quàm laicus.*

9. *Clericus tenetur de fructibus ecclesiæ alere filios.*
10. *Minus peccatum dare consanguineis, quàm extraneis.*

CAP. X.

DAre in dotem videtur etiam regulariter alie-
natio, † & sub vocabulo alienationis com- 1
prehendi, per *gl in l. nulla. C. de iur. dot.* ibi, Nō obstat, quod dicitur, quòd mobilia non possunt à minore alienari, & sic nec in dotem dari &c. vbi Bal. *2 col. vers. quæro quadam*, vbi dicit, & quærit, an puella minor. *25.* ann. possit darè in dotem totam hæreditatem patris, quæ est multum ampla & secundum quosdam videbatur, quod non; quia in ea continentur prædia, quæ non possunt alienari, & breuiter, in quit, dic, quod ex causa dotis possint alienari, quod intelligo, interueniente decreto, *vt. ff. de iur. do. l. fin generali. infi.* Id quod est verum, si prohibitio alienandi veniat ex iure contractus, quia est secus, si veniat ex iure testamenti, *Authen. res, quæ. C. com de leg.* vbi dicitur, quod res, quæ subiacent restitutioni vigore testamenti, prohibentur quidem alienari, vel obligari; sed si liberis legitima non sufficit ad dotis, siue donationis propter nuptias obligationem, permittitur res præfatas in eam causam alienari, † vel obligari; &c. & per *Bal. in l.* 2
voluntas. Cod. de fideicom. ibi, quæro nunquid filia prohibita alienare extra familiam, † possit pro se 3
ipsa dotem dare. respondeo, quod sic, vt per tex. *in l. mulier. §. cum proponeretur, ff ad Treb. & per eundem paulò post ibidem insi.* Quæro, an ista soror possit alienare extra familiam, respon. quod sic: per quod videtur, quod prohibitum in testamento potest alienari, & quod datio in dotem sit alienatio, dicit clare Spec. *in ti. de emp & vendi. §. 4. vers. quid ergo.* ibi, cùm enim prohibita sit alienatio, & per consequens in dotem datio, *l si C. de reb. alie.* sed dare in dotem, & dotare de reb. ecclesiæ non videtur esse prohibitum, † quia imò videtur concessum cleri- 4
co de reditibus, & prouentibus ecclesiasticis dare dotem sororis filiæ, vel alteri consanguineæ, imò videtur, † quod ad id teneatur; quia dicit *Abb. in c.* 5
peruenit, extra de arb. quod quemadmodum de iure ciuili frater laicus tenetur dotare sororem, quæ do tem non habeat, quæ sit ei coniuncta ex parte patris, † vt per *glo in l. qui cum plures. §. pen. & ibi Doct.* 6
ff de admi tut. & in l. non omni. C. eo. tit. & sicut eam tenetur alere in casu necessitatis, ita & dotare † cum 7
longè fauorabilior sit causa dotis, quam causa alimentorum; ita similiter, inquit, frater clericus tenetur ad sororem dotandam; cum clericus magis teneatur, quam laicus actum humanitatis exercere, † & charitatis, *c. 1. quòd ibi no. de emp. & vendi.* sub 8
dens ibidem, & credo, quod cum bona conscientia, si clericus non habet bona patrimonialia, poterit dotare sororem, vel aliam consanguineam de fructib. ecclesiasticis, ac de reditibus beneficiorum, vt dicit *gl. in c. omnino, 31. dist.* quod clericus habens filios potest eos pascere de reditibus ecclesiæ, † ergo 9
à fortiori, & dotare, quia dicit *gl. in c. peruenit, 1. q. 3.* quod minus est peccatum dare consanguineis, quā extraneis, *85. distin. non satis*; & hæc est ordinata charitas, † quamuis grauius puniatur, quia propter af- 10
fectionem magis læditur ecclesia: sed hoc non est præsentis materiæ; quia illud, quod dicitur, quod clericus potest dotare consanguineam de fructibus Ecclesiæ intelligitur de fructibus, non de alijs rebus ecclesiæ, quia horum vnum habet se diuer-

sum ab alio, prout infrà suis locis dicemus; & dixi in meo Tractatu SPOLIORUM Ecclesiastico rũ in quæ. de potesta Cle. vel Præla. & in q. de debit. solnẽ. adde, quod habetur per Io. Bertach. in tract. de epis. 4. par. num. 143 vers. quadragesimoquintò quæro: vbi dicit, quod prohibitus alienare, potest dare in dotem so rori, vel viro suo, vel etiam constituere sibi dotem potest fœmina prohibita alienare, Bal. in l. voluntas, col. 2 C. de fideic. not in Auth res, qua. C. comm. de lega. Pau. de Cast cons 13. vbi ponit, an certa res prohibita alienari à testatore possit in dotem dari, &c.

SUMMARIUM.

1 Receptio solutionis potest dici alienatio.
Item dare, & facere solutionem, vt num. 2.
3. Pupilli sine authoritate tutoris soluere non possunt, quia alienare non possunt.
4. Remittere illud, quod debetur ecclesiæ, est alienare.
5 Factum venit appellatione rei.
6. Ius ecclesiæ non potest sine causa remitti.

CAP. XI.

NEcnon recipere solutionem debiti venit sub vocabulo alienationis, quia receptio soluti-
1 onis potest dici alienatio, † per Bar. in l vero. ff de solutio ibi; Aduerte recipere solutionem est alienare, per text. insti. quibus alie. licet; & apostilla: ad eundem Bar. ibidem: idem Bar. in l. non solum, col. 1 ff. sol. ma. vers. quandoque talis: ibi, sed recipere solutionem est alienatio, per tex. quem allegat, l. qui homi nem. §. qui Titium, ff. de solu. Alexan in l praellegata, vbi dicit, quod idem est in transactione, & idem etiam in re nunciatione. Item non solum recipere so lutionem videtur esse alienatio, sed etiam dare, seu
2 facere solutionem; videtur † optimus tex, in §. sed ex diuerso, instit. quib. alie lic. vbi, habetur, quod pupilli, vel pupillæ sine authoritate tutoris soluere
3 nõ possunt; † quia inquit tex. ibi: Nullius rei aliena tio sine authoritate tutoris concessa est. Itẽ remitte
4 re, † & remissionem facere illius, quod ecclesiæ debetur in facto, videtur alienatio, vt factum, quod
5 debetur ecclesiæ remitti non possit, cum rei † appellatione contineatur, §. 1. in vers. rei, instit. de obliga. per Rebuff. in l. rei. ff. de ver. sig. & in compendio alien. rerum eccl. in verb. de rebus: melius per Abb. in consil. 45. volu. 1. per Abb. c. statnimus, insi de transac.
6 † vbi dicit, quòd ius ecclesiæ remittere non possumus sine causa.

SUMMARIUM.

1. Repudiatio est alienatio.
2. Pupillus non repudiat legatũ sine tutoris authoritate.
3. Renunciatio est priuatio, qua præsupponit habitum.
4. Is, qui delinquit, non potest resignare officium in praiudicium fisci.
5. Prælatus repudiat cum consensu capituli.
6. Pauperior non fit, qui non acquirit
7. Hæreditas ante agnationem non est in bonis.
8. Prælatus non repudiat legatum factum ecclesiæ, nisi cum iusta causa.
9. Prælatus non potest renunciare gratis exceptioni de non verso.
10. Monasterium in quærendis, non in quæsitis potest sibi praiudicare.
11. Solemnitas requiritur in renunciatione legati ecclesiæ facti.

CAP. XII.

PAriter repudiatio, † siue renũciatio videtur alienatio, est text. in l. magis puto, §. fundum, ff. de 1
rebus eo. vbi dicit text. Sed fundum, aut legatum repudiare pupillus sine Prætoris authoritate non po test: † pòt enim esse & hæc alienatio, cum res sit pu- 2
pilli, per Alex in l. vero, in prin. ff. de sol. quia renunciatio est priuato, † quæ præsupponit habitũ de præ 3
senti. Soci. consi 189. incip. viso, versic. primò, quia dictus circa principium, volum. 2. videtur text. in l pupillorum, C. de repud. & abstinen hære. vbi sine tutoris authoritate pupillus hæreditatem delatam sibi repudiare non potest, nec potest resignare officium in fraudẽ fisci is qui deliquit; † quia repudiando, & resignan 4
do alienare dicitur, Barb. consi. 11. col. 15. versicul. c. dopio primum, primò volum. per Bald d. l. pupillorum: vbi in summario dicit, quòd pupillus hæreditatẽ etiã dãnosam sine tutoris authoritate repudiare non pòt. Id quod etiã est dicendum in Prælato, vel Rectore Ecclesiæ, quòd perquisito, quòd hæreditas delata Ecclesiæ sit damnosa, vel subiecta nimis vexationibus, potest eam efficaciter repudiare: tamen si Ecclesia sit collegiata, requiritur consensus capitu-
li. † nec credo, quòd requiratur authoritas Episco 5
pi; quia ista non est alienatio, cum nihil de bonis ec clesiæ in alium transferatur, ff. de reb. eo. l. magis puto, §. si fundus legatus. 1. respon. † neque enim pauperior 6
fit, qui non acquirit, ff. de donat. inter vir. & vxo. l. si sponsus, §. si maritus heres: cum hæreditas non sit in bonis nostris ante agnitionem. ff. ad le. Fal. † l. pretia 7
rerum, sequitur Rebuff. in priu. tepe. c: sine exceptione. 12. q. 2. & dicit Abb. in c. tua nuper, de his, quæ fi. à prælati quod Prælatus non potest repudiare legatum factum, vel faciendum ecclesiæ, vti pupillus non pòt alienare rem suã, quia ex repudiatione sequitur alienatio; vbi Abb. disputat quæstionem, & concludit, quod Prælatus non potest repudiare legatum factũ ecclesiæ, nisi cũ iusta causa, † & si sine iusta causa 8
repudiat, potest compelli, vt satisfaciat ecclesiæ de suo; vt per Abb. d. loco: tamen ibi dicit, quod passus est dubius, Feder. de Senis cons 8. disputat hunc passum, & clarè nõ eligit, an Prælatus possit facere tales legati repudiationẽ: opinionẽ Federici sequitur Gemin. in c. dudum, de reb. eccle. non alie. in 6. vers. qua ro pone: ad fi. sed Laur. de Rodul. in sua repe. c. sine exceptione q. 55. 12. q 2. dicit, quod tutius est dicere, quod nõ valeat talis repudiatio ad quod benefacit, quod no. Inn. in c grauis, de depos. vbi tenet, Prælatum non posse † gratis renũciare exceptioni de nõ verso: fi- 9
git hoc Bertach. de Firmo, in tract. de episcopis, 4. par te, q. 45. nu. 149 vers. successiuè quæro, &c. vbi dicit, quod prohibitus alienare potest repudiare hæreditatem, l. qui autem, de bis, quæ in frau. cred. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de don. inter vir. & vxo. Pau. de Cast. cons. 307. Sed vide, quomodo hoc sit intelligendum, vt per Bal. in authen. si qua mulier. Codic. de sacro-sanct. eccles. in fin. vbi quærit, an monasterium possit refutare bona ingressi: & putat, quod sic, antequam sint acquisita monasterio, puta, in ipso ingressu agendo, quod non acquirantur monasterio, quia in quærendis potest sibi præiudicare, licet sit secus in quæsitis, vt infra inquit leg. iubemus: † ad 10
hoc facit l. magis puto, §. fundum, de reb. eo. & hac ratione potest pati monasterium, conniuentibus oculis, quod hæredi tatem delatam Monacho possideant alij consanguinei, ad quos fortè Abbas,

Abbas,& Monaci pietate mouetur, vel affectione: nam antequã agnoſcatur tale ius per monaſteriũ, non eſt in bonis monaſterij, *l. pretia rerũ, circa med. ff. ad leg. Falcid. per Bal. d. loco.* Et quod Eccleſia repudiando legatum, ſibi factum videatur alienare, ita quod ſolemnitas in tali repudiatione requiratur, veluti in alienatione, ſentit Corſet. *in ſuo repert. in*
11 *verbo, Alienatio,* † vbi allegat tex. *in l. qui autem. in prin. ff. de his, quæ in fraud. cre.* Feder. allegato *conſ. Bal. in l. pupillorum. C. de repud. hære. Card. in Clem. gratia, de reſcript. & Abb. d. c. tua, & an Prælatus poſſit* repudiare legatum factum Eccleſiæ, vide ad longum in repert. *Abb. in verb. Prælatus. in duobus locis.*

ADDITIO.

Sed quod Prælatus ſolus poſſit repudiare legatum factum monacho, licèt ipſo iure acquiratur dominium, ſaltem niſi ſit ſequuta apprehenſio poſſeſſionis, Crot. *conſil. 119. num. 2. plu. ſeq.* latè omnino de hac quæſt. Biret. *conſi. 70.* Item Eccleſia poteſt nõ agnoſcere hæreditatem delatam monacho, Bald. *in authen. ſi qua mulier, nu. 15. C. de ſacroſ. eccle.* & in quibus caſibus poſſit fieri renunciatio, ſeu repudiatio, Rolan. *conſi. 15. vol. 1.* & ibi de momentanea acquiſitione in renunciatione, quòd non conſideretur, cõtra Biretam vbi ſuprà: & abundè etiam de repudiatione facta per monaſterium, vide per Rimin. *iun. conſi. 341.* ſed pro negatiua, vide Iaſ. *in l. legatum, ff. de leg. 1.* Ita vt ſolus Prælatus poſſit hæreditatem Eccleſiæ debitam repudiare, & alteri cedere abſque ſolemnitatibus, *Puthe. deciſ. 519. li. 2.*

SVMMARIVM.

1. *Locatio in perpetuum eſt alienatio.*
2. *Ex locatione ad maximum tempus transfertur vtile dominium.*
3. *Gloſſa reprobatur, quæ dicit, quòd prohibitus alienare locet ad centum annos. Eiuſdem defenſio, nume. 5.*
4. *Prohibitus alienare an locare poſſit ad longum tempus, vide remiſſ. limitationes, & fallentias.*
6. *Caſus, vbi appellatione alienationis venit, & non venit alienatio ad longum tempus.*
7. *Quomodo intelligatur verbum perpetuum remiſſiuè.*
8. *Locatio cum pacto ad longum tempus, quòd non tranſeat dominium vtile, non eſt alienatio.*

CAP. XIII.

Vocabulum quoque alienationis comprehẽdit locationem; ſi quidem locatio ſit facta
1 non ad tempus, † ſed in perpetuum, *tex. & glo. quæ ad id allegatur in l. ſi. ff. ſi ag. vecti.* ſolet allegari *tex. & ibi Doct. in l. 1 ff. de fun. dot. optimus tex in c. ad audientiam, de reb. eccle. alie. vel non:* vbi canonici prædium perpetuum locare non poſſunt, &, ſi locant, reuocatur locatio; vbi Abb. dicit, nota bonũ argumentum, quod locatio in perpetuum largo modo dicitur alienatio, vnde prohibitus alienare non poteſt in perpetuum locare, id quod benè probat ille tex. ſaltem ex eo, quia eſt compilatus *ſub. rubr. de reb. eccl. non alie.* quia benè probat argumẽtum ex inſinuatione rubricæ; quia, ſi iſta locatio in perpetuum non cenſeretur alienatio, non poneretur, inquit, ſub iſto titulo, ſed in titulo de locat. & hoc modo arguit etiam *gl. in c. ſi ſuper, de offi. dele. lib. 6. & c bona, de confir. vtil. vel inutil.* facit *tex. in c. nulli, de reb. eccle. alie.* vbi perpetua emphyteuſis largo modo dicitur alienatio, ergò & perpetua locatio, *arg. inſt. loc. §. adeò;* quia, inquit, ex contractu locationis ad maximum tempus transfertur dominiũ
vtile, † ſicut in contractu emphyteutico, not. *in ca.* 2
cum propter. de loc. glo. in Clem. 1. de reb. eccl. alien. in verb. locationis. vbi dicit, quod prohibitus alienare, obligare, vel vendere, poteſt locare, & quod plus eſt, conductorem creditoribus delegare, *ff. de leg. 2. l. pen. §. inſtituto, gl. in l. fi. C. de pact. pign. & l. 1. §. quod autem. ff. de ſuperfi. ſubdens;* quod autem dixi, quod locare non eſt alienare, illud verum eſt, ſi fiat ad modicum tempus: licet Accurſ. in *d. § inſtituto, in fi.* dicat, quod prohibitus alienare locet ad centum, vel mille annos. Sed *glo.* illa in hoc non approba-
tur, † quia illam ibi reprobat Dec. contra quam 3
tenet Bald. *c. 1. col. 10. qui feud. dare poſſ. & c. imperialem, col. 3. de prohib feud. alien.* & per alios, quos adducit Fely. *in c. quæ in eccleſiarũ, de conſtit. col. 33. verſ. vbi autem.* per Alex. *in l. filiofamilias. §. ſi. circa ſi. ff. ſol. mat.* ſequitur Abb. *d. c. ad audientiam:* per quod vides, quod locatio rei eccleſiæ facta in perpetuum eſt alienatio: & Apoſt. *ad Abb. d. c. ad audientiam, in verb. locare dicit, id etiam teneri per Franc. de Are. conſi. 3. & conſi. 55. & per Aug. conſi. 244. Alex. conſi. 1. 4. par.* & an prohibitus alienare poſſit ad longum tempus locare, vide per Soc. *in reg. an prohibitus alienare:* vbi
dat multas fallentias, & multas limitationes: † & ad 4
hoc vide Aug. Bero. *in c. nulli, de reb. eccl. alie. col. 13. num. 32.* vbi ſaluando gl. *in d. §. inſtituto:* quòd prohibitus alienare locet ad mille annos &c. dicit, quod poteſt ſaluari in caſibus duobus. Primò, quãdo eſſemus in diſputatione pœnali, & odioſa: vbi appellatione alienationis non venit locatio etiam
ad longum tempus, † vt declarat Barba. *in rub. de* 5
reb eccleſ. alie. vel non putà, cum quis ſub pœna ſimpliciter eſt alienare prohibitus; quia tunc non dicitur prohibitus; locare ad longum tempus, quoniã locatio huiuſmodi non eſt propriè, ſed impropriè alienatio. *§ alienationes. Authen. de non alien. not. per. glo. in l. 1. C. de iur. emphy.* ſubdens, quòd in materia, in qua tractatur de pœna, & periculo animæ, appellatione alienationis locatio ad longum tempus nõ continetur; ſed in materia fauorabili, aut indiffe-
renti appellatione alienationis † continebitur lo- 6
catio ad longum tempus. Secundò ſaluatur glo. quando eſſet conuentum, quod per locationem ad longum tempus nullum ius in re acquireretur, & conſequenter nec vtilis dominij, nec poſſeſſionis, quod fieri poteſt, *l. quod ſi nolit. in fin. ff. de ædil edic. l. pen. C. de Pact. per Imo. poſt Bald. d. §. inſtituto.* & ideò, ſi nullum ius acquiratur in re, non poteſt dici alienatio etiam impropriiſſimè. Et quomodo intelli-
gatur verbum Perpetuum, † & quid ſit perpetuum, 7
quid æternum, & quid infinitum, vide per Bal. *Authen. ſi quas. C. de ſac. ſanc. eccl.* & perpetuum dicitur tempus triginta annorum, *Inſti de perpet. & temp. actio.* circa princip. *& in l. 1. ff. pro ſoc. & per d. Bero. vbi ſuprà, num. 35. & 36. Bald. in l ſi domus. §. ſi fundus. de l. 2.* quem ſequitur Alex. ibi eodem modo ſaluat glo. quæ noluit, quod prohibitus alienare poſſit locare etiam ad longiſſimum tempus, vt procedat, quando in tali locatione ad longum, vel longiſsimum tempus eſſet actum, quòd nullum vtile dominium transferatur. pro quo facit, *l. cum manuſata. § ſi. ff. de contrahen. empt. Bald. d §. inſtituto. & in c. quæ in eccleſiarum. de conſt.* Imo. *c. ad noſtram de reb eccleſiæ alie-*
nan. † quia locatio facta ad tẽpus longiſsimũ cum 8
iſto pacto quod non tranſeat dominium vtile, non

 eſt

est alienatio, sed transactio solius commoditatis, reseruato omni dominio. Saluat Bald. alio modo, quando videlicet esset actum, quòd tot essent locationes, quot sunt anni locationis, quæ saluatio non placet Alex. *d §. si fundus.*

ADDITIO.

Quod locatio ad decem annos sit alienatio, vel
* locatio ad vitam est* communis, & debetur laudemium per emphyteuta, *Dec. cons. 204.*

Item inter emphyteusim, & locationem ad lõgum tempus longa est differentia, Natt. consil. *40. num. 32. & seq. & cons. 312. col. 2.*

Item contra locationem ad centum annos in eo qui iurauit non alienare, *Natt. cons. 480.*

Et quod sit necessaria reseruatio vtilis dominij, latè Rui. *cons. 57. nu. 8. in fi. & seq. vol. 1. & infra q. 79. c. 8. nu. 8.*

Item locatio ad longum tempus, & emphyteusis æquiparantur, *Natt. cons. 114.* emphyteusis tamẽ non est ita priuilegiata, sicut alienatio rei ecclesiæ, *Grat. cons. 142. num. 22. vol. 2.*

Sed quòd concessio in emphyteusim cum pacto francandi pro certo pretio sit alienatio, Bero. *cons. 86. in fin. vol. 1.* & eò magis si emphyteusis sit concessa sub vili pensione, quia sapit donationem, Ardizon *in summ. feudo cap. 119.*

SVMMARIVM.

1. *Simplex locatio ad longum, vel longißimum tempus æquipollet alienationi.*
2. *Quomodo intelligatur longum tempus.*
3. *De locatione facta ad decem annos, idem intelligitur, quod de alienatione.*
4. *Locatio potest fieri vsque ad nouennium.*
5. *Iudex arbitratur, an tempus 10 an. vel abinde suprà sit longum tempus.*
6. *Etiam consanguineis potest locari ad nouennium.*
7. *Locatio ad 30. ann. dicitur perpetua.*
8. *Quomodo valeat contractus locationis fructum recepta anticipata pecunia.*
9. *Successor reuocat locationem inutilem, & non seruata forma factam.*
10. *Aduersus contractum solemniter factum inutilem datur restitutio.*
11. *Quando teneatur successor stare contractui.*
12. *Quando successor teneatur stare infeudationi antecessoris.*
13. *Ratio, quare locatio ad longum tempus sit alienatio.*

CAP. XIV.

AT non solùm locatio facta in perpetuum est alienatio, sed locatio facta ad longum tempus: quia prohibitus alienare non potest locare ad longum tempus. *Abb. in c. fin. de eccle. ædific. an. vel reparan. nu. 12.* ibi, Aut quæritur, an prohibitus alienare, vendere possit fructus, aut locare, & dic, quod sic, dummodò nõ fiat ad magnum tempus, per tex. in *Clem. 1. de reb. eccl. non alienan. iuncta glo. per Imo. c. ad audientiã. de reb. eccles. alienan. D. Ant. & alios in c. nulli. de reb. eccl. Iacob de Are. Dy. Bar. & alij in l. pen. § instituto. de lega. 2. sequitur Fely. in c. quæ in*
1 *ecclesiarum. de constitu. vers.* vbi autem ibi, † quia simplex locatio ad longum, vel longissimum tempus æquipollet alienationi. *per Anchar. in Clem. monasteriorũ de reb. ecc. nõ alienan.* vbi etiam dicit, quòd Prælatis regularis non potest concedere ad vitam, neque ad certum tempus, & inquit, intellige tempus certum non modicum, aliàs secus. & *Alex. cons. 17. viso instrumento. col. 2. lib. 4. Barb. reprobando gl. ibi in l. codicillis. § instituto. de leg. 2.* per alios, quos adducit. *Dec. consi. 42. 2. col. vers.* sed prædictis. Et longum tempus, secundum aliquos, intelligatur aliquando
† decem dierum, aliquando decem annorum, aliquando arbitrio iudicis; quia secundum diuersitatem rerum, locorum, & temporum diuersimodè intelligi debet, *gl. in l. si. ff. si ager. vecti. Fely. in c. sicut. de re iud. col. 17.* quia locatio facta ad decennium, vel vltrà dicitur facta ad longum tempus; & de tali locatione ad longum tempus idem iudicatur, † quod 3
de alienatione, vel venditione. nã prohibita alienatione, vel venditione, talis locatio prohibita videtur, *Phili. Dec.* post alios ibi per eum adductos in *cons. 204. in causa. vol. 1. Pan. de Cast. d. l. codicillis. § instituto. in fin. de leg. 2. idem cons. 4.* circa primum dubium. *1. volum. versic.* ad secundum vol. 1. vbi concludit, quòd locatio facta ad nouem annos non dicitur facta ad longum tempus; sed quando fit ad decem annos, vel vltrà, dicitur facta ad
longum tempus, & dicit ità* communiter teneri per Docto. *
idem tenet Bald. *in cons. 392.* in Christi nomine. locatio rerum ecclesiæ. volu. 5. vbi tenet, quòd locatio rerum ecclesiæ potest fieri vsq; ad nouennium, & non vltrà, † nisi cum certa solem 4
nitate; idem quando fit ad modicum tempus cũ pacto renouandæ locationis, quia illud pactum præsumitur fraudulentum, *Alex. in l. si filio. §. fin. ff. solut. matr. in fi.* † & iudex habet arbitrari, quòd tempus 5
10. annorum, vel ab inde suprà, sit tempus magnũ, vel longum, *Archid. c. alienationes. 12. q. 2. vlt. col. Alex. d. cons. 17. 4. vol.* vbi dicit quod quando lex simpliciter facit mentionem de tempore non adiecta quantitate, tunc intelligitur arbitrio iudicis; quando fit mentio de tempore longo, & tunc intelligitur de decennio; & se ità consulisse, & quòd ita seruatur: per multa, quæ adducit; vbi etiã dicit, quòd locatio rei Ecclesiæ facta ad decem annos non valet. ibi, vers. nec obstat. sequitur *Bertachin. in tract. de Episco. 4. parte, vers. quinquagesimoquartò quæro versic aduertas nu 177.* vbi dicit, quod Prælatus non potest locare res ecclesiæ in perpetuum, vel ad vitam suam. vel conductoris; quia non potest locare, nisi ad modicum tempus, secundum Docto. & Ioan *de Imol. in l. si filio. § fin. ff. sol. mat & not. in Clem 1. de reb. ecc. non alien. & Bal. in l. iubemus. in princ. C. de sacros. san. eccl.* hoc verum est, nisi cum solemnitate iuris, scilicet, cum consensu superioris, & conuentus sui fit, per tex. in *Clem. 1. §. si quis autem & ibi Stepha. de reb. eccles. non alien & Laur. in rub. eo. tit. lib. 6. q. vlt.* Item potest locare in quinquennium cum clausula, quòd finito hoc quinquennio aliud quinquenniũ incipiat, secundum Lapum *decis. 12. Butr. in cap. de appellatione. de dona. & Bald. in tit. qui feud. dar. poss. in vsib. feud. col. 4.* Item potest locare ad nouem ann. secundum Bald. *in d. l. iubemus. Doct. & Imo. in d. §. fi.* Quod verum est, etiam si consanguineis suis, quibus ad longum tempus locare non potest, † nec in 6
emphyteusim dare, nec aliter alienare, nec pecunias Ecclesiæ concedere, secundum Bal. *in Authen. quibuscumque. C. de sacr. sanc. eccles.* Et quod dixi in perpetuum, intellige, inquit, scilicet de triginta annis; quia locatio ad triginta annos dicitur perpetua, † non autem locatio ad viginti annos, quæ et- 7
iam non permittitur, vt suprà dixi. subdens idem Bertachin. ibidem, Sed quid si Prælatus vendat fru

ctus

ctus ecclesiæ non ad modicum tempus, & statim recipit pecuniam, an contractus valet sine solemnita-
8 te iuris? Resp. quòd non, si Prælatus † vendit ius percipiedi fructus ad longum tēpus, vel locat non obstante *Clem. 1. suprà allegata*; quia ad euadendam pœnam sufficit superioris licentia, non autem ad cōtractus validitatem; sed si Prælatus vendat fructus percipiendos per ipsum, & tradendos religiosos sufficit forma dictæ Clem. 1. in laico verò tenet alienatio in præiudicium alienantis, non in præiudiciū successoris, *c. si. ne Prælat. vices suas. ita Pau. d. Clem.* Quærit pariter idem Bertachinus vbi supra, videlicet; an si Prælatus locauit nomine ecclesiæ, sed in-
b utiliter, vel si vtiliter, nō tamē seruata forma, † b an
9 locationem possit reuocare successor? Et secūdum Inno. & Hostien. *in c. cum vos de his, quasi à Prælat. qui id dicunt*, dicit, quòd sic. Sed si fuit solemnitas
10 seruata, † & contractus fuit inutilis, valet contractus, sed datur ecclesiæ restitutio in integrum, *c. pen. de restit. in integr.* Ioan. Fan. *in c. abbatibus, & c. fine exceptione. 12. q. 2.* distinguit, quòd aut contractus est factus nomine ecclesiæ, aut nomine proprio, primo casu, aut in vtilitatem ecclesiæ, aut non: si in vtilitatem & tunc, aut interuenit authoritas Episcopi, aut non; si verò non in vtilitatem Ecclesiæ, & tunc, aut fuit seruata solemnitas, aut nō; primo ca-
11 su est nulla, secundo casu † non tenetur successor stare contractui; ità refert *D. Laur. de Clem. 1. eo. tit. q. 7. & q. 3.* subdit ibidem, quòd locatio non dicitur alienatio, nisi fiat in perpetuum pro modica pensione, secundum Bal. *c. 1. §. donare, qual. feud. poss. alien.* & Prælatus non tenetur stare colono prædecessoris sui, *arg. l. si filio. §. 1. & ibi Doct. ff. sol. mat. secūdum* Bal. *in l. iubemus. in prin. C. de sac. san. eccl. & in l. 1. §. ex stipulatu. de rei vxor. actio. not. in l. emptionem. per Docto. C. locat. subdens ibidem*, quòd locatio facta per præbendarium finitur morte locantis, *not. in c. querelam. ne Pral. vic. suas. tenet Bal. in l. si quis domum. 3. not. ff. locat.* Sed benè Episcopus tenetur stare infeudationi factæ per suum præcessorem; per Archid. *25. q. 2. c. decessorum. & Bal. in c. 1. in verb. mar-*
12 *chio. qui feud.* dare poss. † Quod verum est, si infeudatio fuit perfecta, secus, si inchoata, quia successor eam perficere non tenetur, secundum Bal. *c. 1. qui succ. feu. da.* idem si præcessori concessa fuit licentia per Papam in feudandi, quia non tenetur successor infeudare, secundum Bal. *d. vers. marchio.* Quin etiā successor Prælati non tenetur inuestire de feudo, eueniente die, illum, cui successor concessit feudū, & inuestiuit de feudo duraturo vsque ad illum diem, secundum Bal. *in cap. 1. col. 2. quid iur. si post alien. feud. euinc. de feud. in vsib. feud.* Et de locatione ad longum tēpus vide, quæ dico supra in proximè præcedenti intellectu, & infrà in *q. 58. vsque ad quod tēpus locentur res ecclesiæ. & in q. 57. an, & quomodo ex aliena: aut fact. preces.* Et ratio, quare locatio rei ecclesiæ ad longum tempus fit, & intelligatur alienatio, ea est quod; per talē locationē acquiritur cōductori ius in re, & vtile dominiū, *l. 1. §. q; autē ait. ff. de superfic. l. 1. in fin. cū duab. leg. seq. Alex. consil. 122. li 5. in princ.* & quia per talem locationem transfertur na-
13 turalis possessio fundi, vel rei sic† locatæ, *gl. in l si quis ante. ff de acquir. poss & in l 3. §. ex contrario. eod. tit.* per Alex. *vbi multa allegat in cons. 1. 3. col. versic. nō insisto lib. 4. per Pet. de Anch. in Clem. 1. de reb. eccl. nu. 2.* vbi dicit, quod per locationem ad longum tempus transfertur ius in re. Et quod longum tempus in istis locationibus sit intelligendum arbitrio iudicis, est decis. Rotæ prima, aliàs *232 si Prælatus in princ. tit. de locat. in non.*

ADDITIO.

a Vt infrà quæst. *55. c. 1. nu 12.*
b Infrà *quæst. 57. n. 45. cum plur. seq. ver. sed si locatio.*

SVMMARIVM.

1. *Contractus liuellarius est alienatio.*
2. *Contractus alicuius rei ad 30. ann. est liuellus.*
3. *Contractus emphyteuticus, & liuellarius est idem.*
4. *Quid sit contractus liuelli, & precarij.*
5. *Quare appelletur contractus liuellarius.*

CAP. XV.

Pariter sub vocabulo alienationis venit contractus, & concessio rei ad liuellū, † & contra- 1
ctus liuelli; qui est contractus concessionis alicuius rei vsque ad 30. ann. cum annua pensione, † per doctri. Bar. *in l. 1. C. de iur. emph.* vbi dicit, 2
quod contractus emphyteuticus, † & contractus li 3
uellarius est idem, nec aliqua est inter eos differentia. de quo contractu vide per *gl. in Authen. ingressi. C. de sacrosan. eccl.* vbi dicit, quod precaria dicitur, quando quis emit ab eo, qui habebat emphyteuticum, liuellus, quando quis emit ab eo, † qui habet 4
precarium. Item alio modo liuellarius contractus est, quando emphyteuta concedit per certam annuam pensionem perpetuo alteri prædium, quod ipse habuerat ab alio, & sic quando concedens non est dominus, si verò concedens esset dominus, tunc contractus diceretur emphyteuticus, ita Bal. *in c. 1. post Iac. de Belu. & And. de. Iser. de alienat. feud.* sequitur Frater Benedictus Canophilus in sua expositione, siue interpretatione extra vagantis Ambitiosæ Pau. Secundi de reb. eccl. non alie. *extrauag. com.* vbi etiam dicit, quòd contractus liuellarius est, quādo conceditur res immobilis sub certo annuo reditu ad 29. annos ad renouandum, & dicitur quasi contractus perpetuus, saluo, quod finitis dictis 29. annis debet renouari contractus, ita D. And. & Bal. in *c. 1. in verb. aut si libellario. quib. mod. feud. amit.* Imò idem *Bal. in c. 1. de feud. alien. vers. nota*, quod natura liuelli est, quòd non sit perpetuus, & quod communiter, & regulariter constituatur in perpetuum, & ideo, si in aliquo instrumēto contineatur, quod aliqua res sit concessa ad liuellum, intelligitur perpetuò: quod, inquit, est notādum sequi videtur Pau. de Cast. *cons. 138.* vbi dicit, quòd dicit, quòd liuellus transit de consuetudine ad quoscunque hæredes etiam extraneos, & quod illa consuetudo est seruanda: & dicitur contractus liuellarius, † quia de eo solet fieri breuis scriptura. 5

SVMMARIVM.

1. *Constituere seruitutem, aut vsumfructum superre, vel fundo est alienatio.*
2. *Vsusfructus est pars dominij.*
3. *Est fauore Ecclesiæ, vt Episcopi Ecclesiæ non præiudicent.*
4. *Constituere prædia Ecclesiæ tributaria est alienare.*
5. *Apponere conditionem in terris Ecclesiæ est alienare.*

CAP. XVI.

1 QVando verò constituitur seruitus, & vsus-
fructus super aliqua re,† vel fundo,id omne
venit sub vocabulo alienationis, per text. *in*
l.fin C.de reb.alien.non alien. Card.in Clem.1.§.fin. 2.
2 *q.de reb.eccles.non alien.* † quia vsusfructus est pars
dominij,est deci.Boerij 99.*incipien.& Christi. num.*
4.vbi prohibitio alienationis comprehendit vsus-
fructus constitutionem. facit ad hoc text. *in l. Ma-*
*nim.§.penul.de leg.2.*Necnon constituere prædia,vel
bona Ecclesiæ tributaria Alienationis verbo con-
3 tinetur , proinde † fauore Ecclesiæ inductum est,
ne Episcopi possint præiudicare Ecclesijs, vel earũ
terris in constituendo prædia ipsarum Ecclesiarũ
4 tributaria ; † quia istud est alienare:& dicitur tunc
Episcopus apponere conditionem in terris Eccle-
siæ,id est,constituere tributum , quæ conditio ve-
nit appellatione alienationis,*c.nulli.de reb.eccle.alie*
nan. & text. in constit. Paul. II. Ambitiosæ *in verb.*
conditionem extrauag. commun. de reb. eccles. non a-
5 *lien.*† Cald. *in cons.12.in tit.de cens.* Frater Benedi-
ctus Canophilus in suo tractatu de priuileg.Eccle-
siarum *in tit. de reb. ecc. non alien.* Vide,quæ dicun-
tur infrà *in quæstione 15.de vsufruct.alienat.*

ADDITIO.

Bero.consil.124.*num.*8.*vol.1.*& latè,& de ratione istius conclusionis vide Bald.in *l.sed si quid.in 2.lect. & ll. seq.ff.de vsufructu,tit.generali.*

SVMMARIVM.

1 *Datio in solutum est alienatio.*
2 *Dare in solutum est soluere.*
3 *Datio in solutum est emptio.*
4 *Is,cui datur in solutum fit vtilis dominus.*
5 *Prohibitio in nostra materia non est contra ius com-*
mune.
6 *Omnes contractus alienationem importantes in ma-*
teria nostra sunt prohibiti.

CAP. XVII.

1 ITidem datio in solutum comprehenditur sub
vocabulo alienationis,† quia dare rem in solu-
tum est soluere, optimè Bal. *in l. fin. C. ad leg. Falc.*
2 †imò est vendere,& emere,no. glo.*in l.libera.C. de*
sentent. & inter loq. omn.iud. in verb. non prohibens.
3 † quæ dicit, quod datio in solutum est emptio. &
per Spec.*in tit. de emptio.& vendi.§.sextò.vers.sed pone.*
*ibi,*Quid ergo,si non fuit vendita, sed in solutum
data? & videtur,quòd idem;quia datio in solutum
est similis emptioni, *l. litis ff.pro emp.& l.si.ex quib.*
4 *caus. in poss eat.*† quia is,cui datur in solutum,fit v-
tilis dominus,& vtile habet dominium,*l.eleganter.*
ff.de pigno.in prin.& diximus suprà *hac ead.quæst.2.c.*
11.incip. Necnon recipere solutionem debiti, quod
recipere solutionem debiti est alienare,faciunt ea,
quæ habentur in Authen.*de eccl.rer.in tex & in glo.*
sequitur Alex.in cons.76.inci.visis.3.vol.vers.tamẽ.fallit.
vbi dicit , quod adiudicatio in solutum censetur
quædam venditio , vnde est alienatio,& est,ac ve-
nit comprehensa in casu materiæ nostræ;quia pro-
hibitio in nostra materia non est contra ius com-
5 mune: † quo casu censentur prohibiti contractus
6 donationis, permutationis, adiudicationis, † &
alij contractus alienationem importantes,vt ibi.

ADDITIO.

a Latè Gozad.*consi.90.num.10.& 11.*

SVMMARIVM.

1 *Venditio est alienatio.*
2 *Venditio est nomen generale.*
3 *Licitum est contrahentibus se inuicem fallere vsque ad*
dimidiam iusti pretij.
Fallit in rebus,ac personis ecclesiasticis,vt num.4.
5 *Prælatus vendens rem Ecclesiæ regulariter non potest*
fidem habere de pretio.
6 *Procurator generalis,non specialis potest habere fidem*
de pretio.
7 *Quando, & in quo casu Prælatus vendens habeat fi-*
dem de pretio.
8 *Contractus venditionis in casu nostro importat om-*
nem contractum alienationis.
9 *Quando vna dictio possit in genere,& in specie accipi,*
& num.10.
11 *Venditione prohibita,ratione rei, vel personæ,cense-*
tur omnis contractus prohibitus.
12 *In casu nostra materia est prohibita omnis alienatio.*
13 *Per venditionem intelligitur facta alienatio,sequu-*
ta traditione.
14 *Venditionis verbo venit omnis alienatio sequuta tra-*
ditione.

CAP. XVIII.

APpellatione quoque alienationis venit ven-
ditio,† vt *l.fi. C.de rebus alien. non alien.* quia 1
venditio est nomen generale,† comprehen- 2
dens omnem contractum, per quem fiat translatio
dominij,per Bal.in *l fin.§.in computatione 2.col.in fin.*
*versic.vel pone.C de iur.delibe.*Sed an nomine vendi-
tionis veniat omnis contractus alienationis,& om-
nis alienatio,& an,& quomodo,& quando nomi-
ne alienationis veniant alij contractus, vide per e-
undem *c. 1. de feud. alien. in fin.* vbi ponit trimem-
brem distinctionem.idem Bal.*in l. sicut.§.venditio-*
nis.ff.quib.mod pign.vel hyp.sol. Spec.in tit. de empt. &
*vend.§.sextò vers.sed pone.*Et si res Ecclesiæ expona-
tur venditioni,& fiat subhastatio,& vendatur mi-
nus offerenti , licèt videatur, quod debeat tenere,
& valere venditio, cùm sit licitum contrahentib.
se inuicem decipere † vsque ad dimidiam iusti pre 3
tij,*l.in causa ff.de mino.l.1.C de rescin.vẽd.* tamen nõ
valebit talis venditio,de fallit in rebus, † & perso- 4
nis Ecclesiasticis,per Io. de Lign. qui hoc *no. in c. si*
quis presbyterorum , & c. per tuas, in fi de donat.& qua
not.in Authen.hoc ius,super ver.plus offerenti,in gl.qua in
cipit,quid si.C.de sacros.eccl. Quod bene procedit,iu-
dicio meo;quoniam tunc manifestè patet non fuis-
se procuratam vtilitatem Ecclesiæ , sed imò dam-
num cum minus offerenti res venditur , & aliàs vt
per Lauren.de Rodul.*in repe.c. sine exceptione,12. q.*
*2.c.46.*Et Prælatus rem Ecclesiæ vendens fidẽ†non 5
potest habere de pretio,per Bal.*in l.in ciuile,C.de rei*
vend.tenet Bal.ibi , idem in procuratore fisci,per *l. si*
procurator, §.si ab eo.ff.de iure fisci, quod etiam tenet
Bald. *in l.in contractibus,§.sed quoniam,C.de non num.*
pecu. vbi idem dicit in procuratore minoris, vel
Ecclesiæ,idem in procuratore speciali priuatæ per
sonæ , non autem in generali procuratore; † quia 6
specialis procurator vendens non potest habere fi-
dem de pretio,sed generalis sic , nisi sit ei prohibi-
tum, secundum *Bar. in l. 1. ff. de offic. procur. Casa. &*
in l. 1.

in l.1.C.de vsu.rei iudic.& in l.à Diuo Pio,§.sed si emptor,
ff.de re iud. vbi etiam dicit, quod procurator specia-
lis ad vendendum certum fundum pro certo pre-
tio non potest fidem habere de pretio, nec aliter
transfert dominium in emptorem, sicut nec vendē-
7 do pro minori pretio,† quam habeat in mandato;
sed si non habet mandatum limitatum ad pretium,
distinguitur, vt per Bar. *in d.§.sed si emptor, & Bal. in*
d. l. in ciuile; quod aũt erat expressa causa, quę ex pre-
tio erat de præsenti implenda: & tũc nisi impleatur,
non potest fidem habere de pretio; aut non erat ad-
dita causa, & tunc potest, dummodo bona fides ad-
sit, vt quia rem carius vendat ad vtilitatem domini;
quia tunc perinde est, ac si haberet speciale manda-
tum, nisi in procuratore fisci eccles. & minoris: Hęc
Bertach. *in tract. de Episc. 4. par. q. 43. nu. 130.* Et in casu
nostræ materiæ contractus venditionis potest im-
portare omnem contractum, vt videlicet res Eccle-
siæ, quæ est prohibita vendi, intelligatur prohibita
8 † quouis modo contrectari, *l. statuliberi. §. Quintus ff.*
de statulib. c. 1. de contro. int. dom. & empto. feud. vbi Bal.
in fin. maxime quando eadem ratio est in alijs con-
tractibus, quæ est in vēditione, per Ias. *in l. fi. n. 65. C.*
de iur. emphyt. vt in tex. d. c. sine exceptione, vbi prohi-
betur res Ecclesiæ per multos contractus contre-
ctari, puta, vendi, donari, permutari; at causa fauo-
ris Ecclesiæ, & pro publica vtilitate, & materia fa-
uorabili Ecclesiæ tunc ampliatur dispositio, *text. l.*
hoc modo ff de condit. & demon. tenet Ant. de Burgos
9 *rub. d. empt. colum. vlti.* vbi dicit,† quòd statutum prō
hibens venditionem fauore publico, est latè acci-
piendum, vt omnem comprehendat alienationem;
quia, quãdo vna dictio potest accipi in suo genere,
& in certa specie, si materia est fauorabilis, in gene-
10 re;† si odiosa, in specie accipietur, per Doct. in cap.
Rodulphus, præsertim Abb. *sub. nu. 3. vers. & ex hoc*
tene menti. de rescrip Alex. *conf. 248.* pōderatis narra-
tis in themate, *nu. 10. vers. pro quo etiam, vol. 6. & dicit*
11 *Bal. d. c. 1 de contron.* † quod si venditio prohibita sit
ratione rei, tunc omnis contractus prohibetur, si
ratione personæ, & tunc idem, *vt no. in l 2 C de vsu-*
cap pro emp. facit, quia in casu nostræ materiæ est
12 prohibita omnis alienatio, *c. nulli,† extrà de reb. eccl.*
alie Rebuff. *in d. c. sine exceptione, in ver. vendere,* & in
casu materiæ nostræ prohibitio non est contra ius
13 commune, quo casu donatio, permutatio,† & alij
contractus similes intelliguntur prohibiti; secus, si
contra ius commune esset, per Alex. *in conf. 76. incip.*
visis, 5. vol. Barb. rub. de rerum permu. sed si non sit se-
quuta traditio, licèt sit facta venditio, non est ob
14 hoc facta alienatio,† quia quandiu res remanet sub
meo dominio, adhuc à me nihil est remotum, & in
alium est translatum, *l alienatum, de verbo. sign.* ità in
telligitur, *d. l. statuliberi, §. Quintus. ff. de statulib.* quod
venditionis verbo omnis alienatio venit, quando
est facta exequutio.

SVMMARIVM.

1 *Donatio venit appellatione alienationis.*
2 *An emphyteuta donet rem emphyteuticam irrequisito domino.*
3 *Donatio dicitur damnosa datio.*
4 *Donare est perdere.*
5 *Donari dicitur illud, quod nullo cogente iure conceditur.*
6 *Donatio est multò magis alienatio, quàm venditio.*
7 *Donatio facta pro benemeritis est debiti solutio.*
8 *Remuneratio fit in rebus Ecclesiæ mobilibus.*
9 *Merita, propter quæ donatur, debent esse donationi æquipollentia.*
10 *Potest donare de bonis Ecclesiæ, qui tantundem Ecclesiæ donauit.*
11 *Papa ex causa bona vnius Ecclesiæ alteri donat.*
12 *Prælatus potest donare consanguineis pro eorum sustentatione.*
13 *Causa consanguineorum læduntur sæpe res Ecclesiæ.*
14 *Malè succedit, qui sanctam Dei domum offendit.*

CAP. XIX.

NEc donatio separanda venit à vocabulo alie-
nationis;† quia quicquid donatur, id & alie- 1
nari dicitur, per text. *in c. nulli, ext. de rebus Ec-*
clesiæ alie. per Specul. *in ti de loc. §. nunc verò, nu. 107. i-*
bi; Vtrum emphyteuta rem emphyteuticam dona-
re possit sine domini requisitione, & consensu? dic;
† quod sic, vt *l. 1. C de fund. patr li. 10.* alij dicũt, quod 2
non potest extraneo donare, quia hæc est alienatio,
l si quis ita, ff. de verbo. oblig. §. ea lege. Nec mirũ, si do-
natio sit alienatio, & veniat sub nomine alienatio-
nis,† quia donatio dicitur damnosa datio, per Pau. 3
in l. contra iuris, §. 1. ff. de pact. † quia donare est perde 4
re, *l. filiusfamilias ff. de donat.* meritò si in rebus Eccle
siæ donatio est alienatio, & veluti alienatio prohibi
ta: Et donari dicitur illud,† quod nullo iure cogen- 5
te conceditur, *l. donari ff. de reg. iur.* Et postquam vē-
ditio rerum Ecclesiæ prohibetur, ex qua Ecclesia
nō in totum afficitur incommodo, quia recipit prē-
tium, multò magis donatio.† Sed si donetur de bo- 6
nis, & rebus Ecclesiæ benemeritis, videt, quod va-
leat donatio, *c si quos. 12. q. 2* † quia tunc non videtur 7
donatio, sed solutio debiti naturæ, *l. Aquilius, ff. de do-*
na. l. sed & si lege. §. consuluit, ff. de peti. her. c. cum in of-
ficijs, de testam. potest enim Prælatus remunerare nō
concedendo dominium alicuius rei, sed vsumfru-
ctum ad breue tēpus, per *Inn. d. c. cum in officijs.* Bald.
in l iubemus, col. 3. in princ. de sacros. eccl. Et hæc remu-
neratio,† si possit, habet fieri in reb. mobilibus, nō 8
immobilibus, per Doct. *in d. l. iubemus, & c si de pecul.*
cler. Ias in conf. 116. mihi quoque, 4. vol. Et merita,† pro 9
pter quæ donat, debēt esse æquiualentia donationi,
dicunt verba tex. *in c. relatum il. 2. de testa ibi*: Iuxta
seruitij meritum. Dec. *in conf. 174. incip & pro tenui,*
col. 2 pulchra decisio Affli. 102. & decisio Antony Capi. hoc
eo. nu. 102. Vide, quę dico infra *q. 51.* de casibus, in qui
bus fit alienatio rerum eccles. sine solemnitatibus,
ca. 21. incip. remunerationis etiam causa. Item potest
donari de rebus Ecclesiæ ab illo, qui tantundem cō
tulit de suo Ecclesiæ, quantum ipse donauit,† & iu- 10
xta rei collatæ modum, quantitatem, & mensuram,
c. iniustum, in fi. 12. q. 2. ibi: Item si rectores Ecclesiæ
de rebus proprijs tantundē Ecclesiæ restituere vo-
luerint, Ecclesiasticas facultates liberè dare possint:
& constabunt his, quibus datæ fuerint perpetua fir-
mitate, *c. censensus, & c seq. extra de reb. eccl. alie.* & di-
cit Pet. Rebuff. in sua repe. *in c. sine exceptione, 12 q. 2.*
in verb donare, quod tutius est in hoc casu solemnita
tes adhibere.

Tertio loco Papa potest donare bona vnius Ec-
clesiæ alteri,† & ex causa concedere, per *gl. in c. con-* 11
stitutus, in gl. à quocunque. de relig. domib. c. 1. 12. distinct.
per Prepos. in c. non liceat, 12. q 2.

Quarto loco potest Prælatus donare consangui-
neis pauperibus † pro eorũ sustentatione, *c, quisquis,* 12

12.q.2.c.non satis,26.distin. Et prçter victum, & vestitum, & manifestas necessitates nihil cuiquam tribuas,ne panes filiorum canibus concedas, inquit text. *in c.si cupis.16.q.1.* Nec Prçlatus debet facere cõsanguineos suos procuratores in rebus Ecclesiæ,
13 quia res Ecclesiæ taliter lædi possunt,† & fraus legi fieri,*c.Episcopus,12.q.*1.quia sæpe accidit,quod cõsanguinei,quorum causa prælaturam fuit adeptus,exquirunt contractus gratuitos ab eo ad vitam fieri, vel contractus locationem,vel venditionem fructuum ad longissimum tempus pretio confessato; per Io.And.*in addi.ad Spe.in rub.de reb.eccl.non alie.* vbi dixit,quod sciuit Episcopum,à quo promotores extorserunt cõtractum gratuitum ad vitam ipsorum ascendentem ad duas partes redituum Episcopatus, expressa causa seruitiorum,quæ impenderant Ecclesiæ,& promittebant impendere quamdiu viuerent: & instrumentum super hoc fuit solemniter formatum,& de consensu Capituli;sed malè successit dictanti:& meritò sic debet accidere his,qui sanctam
14 Dei domum ad talia trahunt;† & hoc maximè faciunt nobiles, vt reditus domus per Episcopum augeantur:non enim verentur fructus episcopatus,& aliorum beneficiorum miscere cũ bonis patrimonialibus,vnde sic omnia permixta corruunt: vt vulgò intueri licet,Rebuff.*in d.repe.c.sine exceptione.12.quæst.2.*

SVMMARIVM.

1 *Commutatio venit sub vocabulo alienationis.*
2 *Non fit commutatio rei Ecclesiæ,nisi cum forma c.sine exceptione.12.q.2.*
3 *Solemnitates requisitæ in alienationibus Ecclesiasticis habent interuenire in commutatione.*

CAP. XX.

1 APpellatione alienationis venit † etiam commutatio;quia quis non potest commutare,vel permutare res vnius Ecclesiæ cum rebus etiam alterius Ecclesiæ,nisi seruetur dicta in *c.sine ex-*
2 *ceptione,12 q.2.* † & in commutatione requiruntur solemnitates tex.*d.c.* Et an in commutatione habeant interuenire solemnitates necne, disputat in vtramque partem Luc.de Pẽna *in l.1.col.2.C.de fi instr.& iure hast.fiscal.li.10.* & quod habeant interuenire
3 solemnitates † tenet Rebuff.*d.c.sine.per illum tex.& per tex.in §.sed & permutare.10.q.2.*

SVMMARIVM.

1 *Hæredem instituere,& legare est alienare.*
2 *Emphyteuta potest legare extraneo domino irrequisito,in emphyteusim hæredem instituere non potest.*
3 *Quò ad quid hæredem instituere sit alienare.*
4 *Hæredis institutio est dominij translatio.*
5 *Hæredem instituẽdo quis non dicitur alienare,quò ad effectum iudicij mutandi.*
6 *Quando prohibitio alienationis comprehendat successionem ab intestato.*
7 *Facta prohibitione alienationis,est prohibita successio per contratabulas.*
8 *Differentia inter prohibitionem alienationis simpliciter,& in certas personas.*
9 *Generalis prohibitio alienandi non includit institutionem,secundum Alexandrum.*

CAP. XXI.

HÆREDEM quoque instituere,& hæredis institutio, & facere legatum alicui personæ venit appellatione alienationis: adeò quod alienare prohibitus intelligitur prohibitus hæredem instituere,& legare,tex.*ad litteram in l.si quis.§.certum.C.de secun.nup.* vbi dicit,quod illa de cętero videbitur earundem rerum fuisse alienatio,quæ in testamẽto genitoris,& genitricis,vel specialiter relinquendo, vel generaliter hæredem instituendo facta sit:vbi gl.dicit;† Et est simile,quod hæredem instituendo 1
videatur alienare:allegat tex.*in l.peto.§.fratre, de lega.2.* vbi Bal.dicit,quod si quis specialiter relinquat, siue hęredẽ instituat,alienare videtur;& paulò post ibidem,quod hæredis institutio est alienatio.Spec. *in tit.de loca.§.nunc aliqua,vers.112.& 113.* vbi dicit,quod emphyteuta potest legare alicui extraneo,domino irrequisito,† per *tex.in l.conuentionib.de ver.sig.* cum 2
legatum nihil aliud sit,quam donatio à testatore relicta,vt Insti.de leg.circa prin.non tamen hęredem extraneum relinquere potest in emphyteusim sine consensu domini;quia alienatio est,*l.si ita quis.§.ea lege,de ver.obli.* subdens Spec.ibidem,quandoque alienatio est,quandoque non;† quia hæredem insti- 3
tuendo non dicor alienare,quantum ad edictum,*de alie.iud.mut.cau.fac.* Idem Bar. in *l.à filia,in prin sub nu.3.vers.præterea,si res,ff.ad Treb.* ibi;Multo magis in vltimis volũtatibus,quæ est fauorabilior alienatio, & per Bal.*in Auth.contra,rogatus.C.ad Treb.3,col.vers.cõsidera:* ibi;Et ideò in quæst.glo.dico,quod aut decessit testatus,& tunc gl.vera,quia videtur alienasse, vt supra de *nup l.si quis,§.certum;* aut decessit intestatus,& tunc nõ videtur alienasse,& ideo hęres ab intestato restituere cogatur,quod alienatus non inuenitur melius per eundem Bal. *in l.ea lege. C.de cond. ob cau.q.2.* ibi;Sed quæro, an prohibita alienatione intelligatur prohibita hęredis institutio?& videtur quod sic,† quia hæredis institutio dominij est trans- 4
latio, *l.his verbis,ff.de hær.insti.* ergo, inquit,est alienatio,*l.1.C.de fund.dot.* sed distingue,& intellige, vt ibi per eum: vbi facit distinctionẽ multimẽbrem, & per Bar.*in Auth.res,quæ C comm.de leg.2.col.in prin.* vbi dicit,quod alienatio etiã fit testando,& pro hac materia,vide Io.de Lign.*in c.Raynal.de testa.* vbi ponit,& disputat istam quęstionem,an inhibitio alienationis facta à lege,testatore, vel contrahentibus impediat hęredis institutionem,refert Lau.de Rodulphis *in repe.c.sine exceptione,12.q.2.sua q.36.* Et quod prohibitus alienare non possit hæredem instituere, est tex.*in l.si quis,§.certum,& ibi* Bal.*C.de fideic.* Bal.*in l.humanitatis,2.col.C.de impu.& alijs subst.* quod est verum,† nisi quò ad effectum mutãdi iudicij, quia 5
tunc non dicitur alienare quis instituendo hæredẽ, *l.ex hoc.§.alienare,& ibi Bar.ff.de alie.iud.mut.cau.fa.* Item nec potest transferre ab intestato,*l.codicillis.quæ est pen.§.matre.& ibi* Barto.*de leg.2.de quo tamen vide Barto.in l.quemadmodum. C de agri.& cens.lib.11.* & plenè per Bal.*d.l.ea lege,3.q.col.8 C.de cond. ob cau.* vbi dicit,quod aut prohibitio exprimit qualitatem ab intestato succedentium † & tũc videntur prohi- 6
biti ẽt ab intestato succedere;aut ꝓhibitio nõ facit mentionẽ de talibus,quibus à iure defertur:& in eos non videtur extendi ꝓhibitio, & vide Bar.*in Rub.C.qui admit.ad fin.* vbi ẽt dicit,quod prohibitio alienandi intelligitur ẽt, ne quis ab intestato succedat, etiam per contratabulas,† Idem *in l.emancipati.col.* 7
pen.

pen. C. de coll. tenet, quod prohibitꝰ alienare, tenetur pro videre, ne sibi per cõtratabulas succedatur, sed Bart. in *d. l quemadmodum*. dicit, quod prohibitus alienare in certas personas, non potest eis ex testamẽ
8 to relinquere, vel legare: † ita debet curare, ne ab intestato perueniat; secus, si alienatio sit simpliciter prohibita, & indistinctè, quia potest prohibitus relinquere ex testamento, vt ibi per Bar. & per Pau. de Cast. *cons. 279. quem ita refert, & sequitur Bertach. in tract. de episc. 4. par. q. 45. num. 156 vers. post prædicta quæro.* declarat Alex. *in cons. 199. col. 3. vol. 2.* vbi tenet, quod prohibitus alienare potest hęredem instituere, & per viam institutionis relinquere, quia institutio dicitur alienatio necessaria, non voluntaria, *l. ex hoc edicto. § alienare. ff. de alien. iud. mut. cau. fact. l. 1. ff. de fund. dotal.* & vbi fit mentio de alienatione permissiuo modo, tunc benè comprehenditur institutio, *l. si quis. vers. Certum. C. de secund. nup. idem Alex. cons. 55. consideratis his. vol. 3.* vbi licèt hæredis institutio sit alienatio, tamen concludit, quod generalis prohibitio alienandi non impedit hęredis institutionem.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis est alienatio.*
2 *Translatio vtilis dominij est alienatio.*
3 *Quid sit emphyteusis.*
4 *Emphyteusis habetur ex titulo lucratiuo, & titulo oneroso.*
5 *Quid importet vocabulum Emphyteusis.*
6 *Differentia inter emphyteusim, & liuellum.*
7 *Remissio non fit in emphyteusi.*
8 *Emphyteuta non liberatur à pensione in totum, aut in partem, nisi tota res pereat.*
Quare secus fit in colono, vt nu. 9.
10 *Emphyteuta non cadit, nisi cesset in solutione per triennium, aut biennium.*
Secus in conductore ad longum tempus, & cur, nu. 11.
12 *Emphyteuta possidet, & habet ius, secus est in colono.*
13 *Emphyteuta Ecclesiæ non cadit, nisi velit Ecclesia.*
14 *Exceptio canonis soluti non opponitur, nisi per dominum.*
15 *Exceptio emphyteusis finitæ opponitur per tertium.*
16 *Emphyteuta de iure canonico purgat moram post biennium, secus de iure ciuili.*
17 *Etiam Ecclesia cessans soluere per biennium alteri Ecclesiæ cadit.*
18 *Admittitur consuetudo, quòd emphyteuta etiam elapso biennio non cadit.*
19 *Emphyteuta cessans per biennium potest expelli propria authoritate.*
20 *Emphyteuta non seruans pacta contractus cadit.*
21 *Magis communiter tenetur, quod in emphyteusi possit hæres institui, & legatum fieri domino irrequisito.*
22 *Emphyteuta ex solo contractu alienationis non priuatur iure suo, nisi sequuta traditione rei.*
23 *Episcopus de emphyteusi solita, vel feudo antiquo infeudat sine capitulo, & vide, quando id possit, ibid.*
24 *Rex solita emphyteuticari, emphyteuticatur sine solemnitatibus.*
25 *Antiquam emphyteusim finitam Prælatus tenetur concedere successoribus emphyteutæ.*
26 *Quibus attinentibus emphyteutæ defuncti res emphyteutica concedatur.*
27 *Hæredibus inquilini non tenetur Prælatus locare.*
28 *Quomodo emphyteusis concedi solita concedatur.*
29 *Quando intelligatur res esse de mensa.*
30 *Hodie loca, & ciuitates sancta Romana Ecclesia solita infeudari non infeudantur.*
31 *An Prælatus possit emphyteuticare suis consanguineis.*
32 *An augeri possit pensio emphyteusis meliorata.*
33 *An Episcopus recipere possit canonem ab emphyteuta, qui cecidit ob non solutionem sine capitulo.*
34 *An censeatur remissa caducitas ob receptionem pensionis.*
35 *Emphyteuta an possit donare, aut legare rem emphyteuticam.*
36 *Ante traditionem donans nihil à se abdicauit.*
37 *In malæ fidei possessore attenditur veritas non fictio.*
38 *Quando emphyteuta, & colonus repetant melioramenta, & quæ ratio diuersitatis.*
39 *Perpetua, non temporalis emphyteusis est finita, & ibi, quæ sit perpetua.*
40 *Quid sit perpetua.*
41 *Quando mutatis successoribus fit renouatio contractus emphyteusis.*

CAP. XXII.

SIMILITER dare rem in emphyteusim & emphyteuticare rem aliquam, † est illam alienare, 1
& venit alienationis vocabulo, in Auth. *de non alien. & permut. reb. eccl. §. nos igitur. vers. alienationis autem, est tex. in l fi. C. de reb. alie. non. alie.* vbi habetur; quod siue lex alienationem inhibuerit, siue testator, siue contrahens, quod nihilominus contrahere in emphyteusim censetur prohibitum. *est tex. in c. nulli. de reb. eccl. alie.* vbi dicitur, quod sub verbo Alienationis venit conditio, donatio, permutatio, & emphyteuticus perpetuus contractus. Spec. *de loca. §. nunc aliqua. vers. 125.* vbi dicit, quod emphyteuta non potest dare in emphyteusim alteri sine cõsensu domini, quia dare in emphyteusim est alienare, & emphyteuta est prohibitus alienare sine consensu domini, *§. alien Authen. de non alien Bar. in Authen. hoc ius. C. de sacros. eccl.* † & propriè dicitur alienatio, cum vti- 2
le dominium transfertur, vt notat Bal. *in c. 1. §. aut si libellario. quib. mod. feud. amit. & cons. 47. ad euidentiã, per Dec. qui refert cons. 142. col. 3. ver. sed prædictũ.* Et cõcessio in emphyteusim est, quãdo datur à principio certa quantitas, † & postea quando constituitur cer- 3
ta modica pensio annua. Et differt à locatione, quia locatio simplex est, quando à principio nõ cõstituitur certa quãtitas, sed certa annua pẽsio, vt per Doc. *in l. 1. in prin. C. de iur. emphyt. vbi Bar.* Ad euidẽtiã, inquit, debes scire, qualiter fiat cõtractus emphyteuticus: nã initio datur certa quãtitas, vtputà, centũ, & postea annuatim paciscitur aliud modicũ dare. Vel dices, quod emphyteusis est cõtractus, per quẽ trãsfertur dominiũ vtile in emphyteutã retẽto dominio directo apud ipsũ dominũ, & aliquid soluitur singulis annis ipsi domino, prout est tex. *in l. 1. ff. si ager vectig. vel emphy. pet.* Sed cõtrariã opinionẽ, quod à principio nõ requiratur de necessitate aliqua pręstatio quãtitatis ad hoc, vt sit cõtractus emphyteuticꝰ, tenuit Bar. *in l. si mihi, & Titio. pen. col ff. de verb. oblig.* vbi dixit, quod emphyteusis põt haberi dupliciter titulo lucratiuo, & oneroso, dicitur aũt haberi titulo oneroso, † qñ à principio præstatur illa q̃titas, & postea cõstituitur ille modicus census annuꝰ, 4
lucratiuo aũt haberi dicitur, qñ à principio nõ pręstatur illa q̃titas, sed tãtũ cõstituitur annuꝰ reditꝰ, & hãc opinionẽ, qđ de necessitate nõ req̃ratur à principio præstari illa q̃titas, tenent Per. & Cyn. *in l. 1 C. de iur.*

* *de iur.emphyt.* qui dicunt hanc esse* communem opinionem, & ità obseruari de cõsuetudine istam opinionem, & sic esse de consuetudine tenet Saly *in d.l.1.gl.in Auth.qui rem.in verb.potest.C. de sacros. eccl.* dum tenet, valere concessionem rei Ecclesiasticę in emphyteusim pro censu vnius anni. & Bal. *in rub. eo.*
* *tit. sequitur Ias.* qui multos allegat hanc* communẽ opinionem, & hanc consuetudinem attestantes, *in l. 1. C. de iur. emphyt. 1. & 2. col.* Et emphyteusi est nomẽ,
5 seu vocabulum Gręcum, quod importat idem, † quod melioratio. hinc dicit tex. in *c. potuit. extrà loca.* emphyteutam vendere meliorationes suas. Et contractus emphyteusis est contractus inter emptionem, & venditionem, *Inst. de locat. & conduc. §. adeò autem.* Et differt à contractu liuelli, quia emphyteusis da-
6 tur perpetuò, vel vsque ad certas generationes, † liuellarius aũt vsque ad triginta annos. sed Bar. *in l. 1. C. de iur. emphyt.* tenet, quod nulla est differentia inter contractum liuelli, & contractum emphyteusis, sed de liuello dic, vt supra diximus. Et in contractu
7 emphyteusis † non fit remissio pensionis, vel ob sterilitatem, vel ob interitum partis rei, nisi sterilitas possit compensari cum fertilitate anni praecedẽtis, vel sequentis, prout in locatione, de qua in *tex. in c. propter sterilitatem. extrà de loca.* quia remissio nõ fit in emphyteusi, per *glo. in c. potuit. extrà loca. in verb. expelli. circa med. & in §. adeò. Inst. loca. & d. c. propter sterilitatem. & per Bal. in l. 1 ff de iur. emphyt. vbi est tex.* quod emphyteuta propter damnum rei emphyteuticarię non liberatur pensione tota, nec à parte pensionis,
8 nisi tota res perierit, † *arg. l. 1. C. de iur. emphy.* sed propter sterilitatem contingentem in fructibus, quantumcunq; maximã, non fit remissio; licèt aliud sit in colono, *d. c. propter sterilitatẽ.* Et ratio est in promptu: quia colonus videtur conducere sub quadã tacita cõ-
9 ditione † futurorũ fructuũ; ergò illis deficientibus fit remissio: sed emphyteuta soluit in recognitionẽ directi dominij, quod dominiũ remansit penes dominũ, causa soluendi pensionẽ, & propter hoc emphyteuta soluit longè minus, quam soluit colonus. vnde versus,

Si res tota perit liberatur emphyteuta:
Sed si pro parte nulla liberabitur arte.

Et emphyteusis non censetur finita cõbusta domo, minusq; tenetur reædificare, sed tenetur, ad prętationem pensionis sicut tenebatur ante cõbustionẽ, vel destructionẽ, per Ang. *in §. lex itaque. Auth. de non alien.* Differt etiã emphyteusis à locatione in cadu-
10 citate: † quia emphyteuta cessando soluere pensio-
* nem non cadit, nisi cesset per integrum triennium, vel per biẽnium, si simus in Ecclesia: quòd est secus in conductore ad longum tempus, per Doct. *d. c. pro-*
11 *pter sterilitatem. & c. fi. de caus. poss. & propri.* † melius *in c. peruenit. de censib. Auth. qui rem. & ibi Doct. C. de sacros. eccl.* Et ratio diuersitatis põt assignari. quia em-
12 phyteuta possidet, & habet pinguius ius, † sed colonus nõ habet ius, nec possidet: vnde si expellitur nõ habet interdictum contra dominũ, *l. colonus ff. de vi, & vi arma. iuncta l. 2. ff. si ager. vectig. vel emphyt.* Imò emphyteuta Ecclesiæ non cadit à iure suo propter
13 canonem non solutum, † nisi Ecclesia velit, secundũ Bar. *in d. Auth. qui rem. C. de sacros. eccl. & plenius in l. 2. C. de iur. emphyt.* vbi Ias. ad longum. & Bal. post Spec. *in addit. ad Spec. ti. de loca. vers. emphyt. cadit. Ang. in Auth. de non alien. §. si verò. col. 2. per Alex. vbi multa aducit in cons. 163. incip. viso themate, & scrip. uris. nu. 7. vers. praeterea non est verum. vol. 2.* Idem est in emphyteuta priuato, secundum Bal. vbi supra & Bar. in *l. 1. ff. si ager vectig.* Ex quo infertur, † quod exceptio canonis 14
non soluti nõ potest opponi per tertium, sed solum per dominum, secundum Bar. *d. l. 2 q. 1. & d. l. 1. & in tract. represal. 5. q. prin. & Bal in addit. ad Spec. de loca. vers. exceptionẽ canonis. & ibi Spe. §. 6. vers. 66. & seq. & Bal. ibi, vers. si emphyt. cecidit. & plenius in l. solemnib. C. de rei vend. & d. Auth. qui rem. C. de sacros. eccl. Imo in c. potuit. loca. & in c. fi. de praescrip.* Potest tamen opponi per tertium exceptio emphyteusis finitę, † secundũ 15
Bal. *in addit. vbi supra secundum quod refert Bertach. in tract. de epis. 4. par. q. 13. nu. 47. & seq. vers. sed vtrum Episcopus.* vbi etiã quærit, an Episcopus possit remittere felloniam vasallo, & se remittit ad ea, quę dicit Bal. *in c. 1. col. 4. qui feu. dar. pos. in vsib. feu.* Et tam in simplici conductore, quàm in emphyteuta Ecclesię est statutũ bienniũ, † vt si soluere cesset canonem per bi- 16
enniũ, cadat à iure suo, sed per ius canonicũ moram potest emphyteuta purgare post bienniũ per modicum tempus, *d. c. potuit. extra loca Bal d. Auth. qui rem. C. de sacros. eccl per Iacob de Bel. §. scire autẽ. Auth. de non alien. Ang. & Imo. in l. si insulam. ff de verb. oblig. pro quo vide Alex. in cons. 105. incip. magnifice praetor. num. 8. 9. & seq. vol. 3.* vbi tenet, quod talis mora non potest purgari de iure ciuili, nec vbi in cõtractu interuenit iuramentum, quod tollit morę purgationẽ: item non purgatur, quãdo est adiecta dies, & pœna. vt ibi latè per eũ, ex multis, quæ ibi adducit; vbi et dicit, quod emphyteutã priuati morã nõ purgat. Et id in tantũ est verũ, quod cessãs per bienniũ in solutione cadit à iure, quod etiã si emphyteuta vnũ tãtũ nummũ pro canone teneretur soluere pro quolibet anno, si cesset per bienniũ in solutione, nihilominus cadit à iure emphyteusis, etiam si emphyteusis valeret mille marcas auri: ità tenet Bal. *in d. Auth qui rem. per dictũ Petri, per tex. in Auth. de non alien. §. itaque.* vbi ponitur casus cẽsus triũ solidorum: & ita seruatur de consuetudine, per d. Bal. Quod quidẽ etiã procedit in Ecclesiã, quæ cessans in solutione canonis soluendi alteri Ecclesię, nihilominus cadit per bienniũ; licèt aliqui velint, quod per trenniũ: † sed veritas est per 17
bienniũ, per tex. *in d. Auth. qui rem. qui loquitur simpliciter. & indistinctè, per gl. Iac. But & Bal. ibidem.* qui dicunt, quod melior condõ est læsi, & ille læditur, cui non soluitur. Et si emphyteuta vadit per mũdũ vagãdo, qui nescitur, an viuat, qui dimisit procuratorẽ, qui quolibet anno soluit censum nisi per cõiecturas constet, quod viuat, potest Ecclesia talẽ procuratorẽ nõ admittere, & emphyteusim propter dubiũ mortis reuocare, per Spec. *de loca. §. nunc aliqua. vers. 144. Bal. d. Auth. qui rem. in fi* Nec emphyteuta finito cõtractu emphyteusis potest vti retentione propter meliorationes, not. in *l. emptor. ff. de rei vend.* Et est ratio; quia emphyteusis est contractus rei datę ad meliorandũ, vnde rei cedunt factæ meliorationes; quod est sec⁹ in colono, qui finito cõtractu locationis potest retinere, per *Bal. d. Auth. qui rem. in fi* † Et 18
Emphyteuta sic cessans in solutione potest expelli de emphyteusi per dominũ propria ipsius domini authoritate, per *gl. in l. 2. C. de iur. emph. vbi Ias.* Alex. *d. cons. 105. n 17. vers praeterea magis: & ibi in apost. vbi multa. 3. vol. vbi etiã vide,* an possit expelli, quando in cõtractu est actũ, quod nõ possit expelli. *Can. in d. c. potuit, extra loca. vbi Inno. Dec. cons. 146. est decis. Fab. Peregrini in manuscr. decis. 30. apud aduocatos Vrbis.* Et emphy-

phyteuta malè vtēs re debet expelli,si tñ tria cōcur
rāt;quod sit deteriuratio notabilis q̃titatis,& quod
sit ad deteriorationē perpetuā in p̄prietate,& quod
deterioratio p̄cedat dolo,& lata culpa,quia de le-
uissima nō tenetur emphyteuta,*gl.in Auth.de non a-*
19 *lie.§.scire.Bal.dicta Auth.qui rem.*† Item emphyteuta
nō seruās pacta apposita in cōtractu locationis ca-
dit,sicut cessans in solutione canonis,tenuerūt Do-
mini in vna Placen.*decis.* Marcelli Crescētij *in manu-*
20 *scrip.196.* Ias.in *l.1.4 not.de iur.emphy.*†Et in emphy-
teusi potest quis instituere,& hæredis institutionē
facere,et nō requisito domino directi dominij, vel
Ecclesia;id quod etiā procedit in quacunq; aliena-
21 tione,etiā lucratiuo titulo collata per legatū,† aut
** donationē,secūdū ** magis cōmunē *opi.gl.Cyn.Iaci*
But.l.fi.C.de iur.emphyt gl.Inn.Ioan.And.in d. c.potuit,
de loca.Spec.de loca.§ nunc aliqua,vers.107.Bal.d.Auth.
qui rē.C.de sacrosf.eccl.refert Alex.cons.189 viso, & ma-
turè discusso,col.4.nu 13.vers.& hoc etiā procederet,vol.
22 2.Et potest in dotē dari,† & pro dote,vel quocunq;
alio debito hypothecari,& durabit tantū, quātum
durabit emphyteusis,per Alex.*cons.173.* viso thema-
te,& scripturis,*nu 1.vers.ad quod ostendendū,lib 2.* Et
emphyteuta ex solo cōtractu,puta venditionis,aut
alienationis non priuatur iure suo, nisi peruenerit
ad rei traditionē,Spec.*in d §.nūc aliqua,ver.195.Alex.*
d.cons.173.n.2.vers.quin immò. Etsi canonibus statutū
sit,quod nō admittātur cōsuetudines,quæ Ecclesijs
damnū,& læsionē inferūt,*c.1.de consue.* nihilomin⁹
procedit,& obtinet cōsuetudo illa, qua inducitur,
quòd emphyteuta nō cadat ab emphyteusi,& si sol
uere pensionem biennio,aut triennio omiserit,per
Abb.cons 72.col.2.lib.1.Dec.d c.1.nu.5.vers. tertiò nō ha
bet locū,de cōsue.Rochus de *Curt.c.vlt.eo.tit. Ruin.*
cons.4.li.1. Sed emphyteusis antiqua,& cōcedi solita
a non videtur prohibita, quia solus Episcopus sine
capitulo potest aliquē inuestire de feudo antiquo,
23 vel emphyteusi,nec tunc dicitur alienare, † per ea,
quæ dicit Abb.antiquus in *c.2.de feud.* Bal.in *marga*
rit.in verb.Prælatus.vers.fi. Et idcò dicitur, quod sol⁹
Prælatus sine capitulo potest cōcedere inuestiturā,
b tenet Bal. *in l.pen.in princ.C.ad Velleia.* Quod verū
est post cōfirmationē sui,non antè,secundū Barb.*c.*
transmissa.de elect.Bal.in c.1.qui success feud.in vsib.feu.
non tamē potest Episcopus inuestire de feudo nouo
sine cōsensu capituli,secundū Pau.*de Castr.cons. 160.*
in primo dubio.2.col.per Bal. c. 2. qui feu. dare possunt:
vbi vide etiā pro eo,an superior possit dare in feu-
dū res Ecclesiæ habentis aliū Prælatū inferiorē im-
mediatū,per eū ibi 4.*col.* Et emphyteusis iterū dari
24 potest alicui sine aliquibus solemnitatibus † quādo
res fuit solita dari in emphyteusim, aliàs non; per
Bar.*in Auth.qui rē.C.de sacrosf eccl.* Et bona feudalia,
& emphyteutica;quæ essent cōsueta infeudari, vel
in emphyteusim dari possunt,iterū concedi in feu-
dū,& emphyteusim,*c.vt super. vbi Doct.de reb.eccl.a-*
lien. Vide,quæ accumulaui infra de casibus,in quib⁹
sit alienatio rerū Ecclesiæ sine solēnitatibus,*q.51.*I-
25 mò antiquā emphyteusim † finitā Prælatus tenetur
b concedere,successoribus b eisdē emphyteutæ,& sic
illis de quarta generatione,exclusis extraneis,secū-
dum Bar. *in l.1.§ permittitur.ff. de aqua quotid.& estiu.*
c *& in l.1.de priuil.cred.& l.si mihi,& Titio.de verb.ob-*
lig.Ludou.Pont a.in l.1.col.3.ff vt in ius voc.Bald.in addi.
ad Spec.de loca.vers.emphyteuta debet potius,& ibi Spe-
cu. Quod est verū,nisi descendēs ille sit pauper,mi-
les,vel minor,secundū *Io.de Imo.post Io. And.in c.po-*
tuit,de loc.† Et intellige præfata in descendentibus, 26
nō in agnatis emphyteutæ,in cuius patria finita est
emphyteusis,nec in ascēdente,vt sentit Bar.*d.§ per-*
mittitur; quia loquitur per verū descendentē, non
per verū proximiorē:idē sentit Bal.*in d.vers.emphy-*
teuta; vbi dicit de posteris,quod tene menti. In in-
quilino autē est secus,d cui nō cogitur dominus fi- d
nito tēpore locare;† licèt de vrbanitate locare debe 27
ret,secūdū *Host.Io.And.& Butr.in c.1.de loca.* est casus
in *l.ne cui,& ibi Bal.C.loc.vbi dicit verum,* nisi eisdem
sit permissa relocatio.Et quod dicitur,quod Præ-
latus potest concedere emphyteusim cōcedi solitā,
Intellige eo modo,quo est solita concedi,nō alterā
do solitū;† quia emphyteusis Ecclesiæ cōsueta dari 28
per Episcopum ad tertiā generationē masculinā,nō
potest dari ad tertiam generationē masculinā,& fœ-
mininā,per Bal.*in Auth.qui rem C.de sacro eccl.& Bal.*
in c.1.in verb.consuetudo,qui feud.dare poss. in vsib feud.
Nec rem solitam emphyteuticari ad tempus,potest
emphyteuticare e in perpetuum,per Bar.*d. Auth.qui* e
rem. Nec rem emphyteuticari solitam tenetur Epi-
scopus dare amplius in emphyteusim,si illā reuersā
ad Ecclesiā penes se retinuit,& illā de mensa effe-
cit;secundū Bar.*in l.si vacantia.C de bonis vacan.li.10.*
& tunc intelligitur esse effecta res de mensa,seu in-
corporata,quando descripta est in libro continente
res mensales,† vel quando Episcopus declarauit rē 29
esse de mensa,secundum Bart.ibidem,vbi dicit esse
casum:vel statim,quod arma Episcopi sunt imposi-
ta rei,quia tunc pari modo dicitur mēsalis effecta,
secundum Ange.in *d.l.si vacantia;vide f tamen per Ca.* f
non.& Inn.c.vt super.de reb.eccl.alie.& ibi Imo. qui te-
net contra Innoc.in eo,quod dicit rem retentam à
præcessore per annum,dici rem esse effectam men-
salem. Vide per hoc,quę deduco infrà in *d.q.51.c.6.*
in casu,quando feudalia,& emphyteutica reuertū-
tur ad Ecclesiam.Et hodie ciuitates, & loca sanctæ
Romanæ Ecclesiæ solita infeudari,& emphyteuti-
cari,si sunt reuersa,& quę reuertentur,non possunt
de cætero amplius infeudari per Bullam Pij.V.an-
no 1567.iiij.Kal.April.anno sui Pontificatus ij.editā
sub atrocissimis comminationib⁹ pœnarum.Et ad-
uerte,quod dicit,quod res solitas,& consuetas pōt
Prælatus cōcedere in emphyteusim,quia nō solitas,
vel non consuetas emphyteuticari nō potest Præ-
latus solus in emphyteusim cōcedere,*c. 1. de feud.*&
In tit.Episcopū,vel Abbaten.*in vsib.feu.* Bar.*in l.si va*
cantia C.de bo.vac.lib 10 † & Doct.*in c.potuit.de loca.* 30
pau de Cas.cons 136 Quia Episcopus non potest dare
g cōsanguineis suis in feudū,vel emphyteusim per- g
petuā,sed ad tēpus sic,videlicet;vsq; ad tertiā gene-
rationē,per Bar.notabiliter *in Auth. quibuscunq;. &*
per Bal ibi.C.de sacrosf.eccl.& per Bal.c.1.vlt col.qui feu.
da.pos.c 1.post gl.vlt.col si inter dom.& vasal lis ori. Imò
si in perpetuū cōcedatur,intelligitur.s. vsq; ad ter-
tiā generationē,& nō vltra,secundū Alberi.de Ros.
in proœmio C.vers.perpetuo. Et prædicta intellgie,nisi
cōcedatur descēdētibus in infinitū expressim,quod
potest fieri,nō autem extraneis hæredibus in infini
tum;quia tunc non egreditur tertiam generationē,
secundum Bal.*in Auth.defuncto.C.ad Tertullia.* Et pro
ista materia,† an Prælatus possit concedere emphy- 31
teusim consanguineis,vide per Bal.*in d Auth. quibus*
cunque.C de sacrosan.eccles. vbi videtur tenere, quòd
non,vbi dicit,quod de hoc est *glo ordinaria in l. 1.C.*
de contract.idem Bald. in l. cum ipsi. & Saly. in l.si in
emptio-

emptione.§.fi.ff de contrahen.empt. Sed tu videas quę-
stionem, quam disputat Abb. *in c.vt super.de reb.ecc.
alie.* vbi tenet, quod sic, maximè si cesset fraus. dixi
aliqua in *q.57.* an, & quomodo ex alienatione con
tractu, aut facto præcess. teneatur success. *nu.54.vers.
& circa illud.* & melius *in q.60.de infeud.eccl per Prel.
nu 11 vers.vlterius videtur.* Nec potest Prę latus, vel re-
ctor concedens in emphyteusim cōcedere cum pa-
ctis, quæ sint contra naturam contractus emphy-
teusis, per *Paul.de Castr.cons 100.* sed benè potest cō-
cedere casalenum Ecclesiæ cum pacto, quod ædifi-
cetur domus in eo, & post certum tempus ad Eccle-
sias reuertatur; vt per Bal *in l.iubemus.§.sanè.C.de sa-
crosf.eccl.* Sed pro quanta pensione possit dare in em-
phyteusim casalenum, vel res Ecclesiæ ruinosas, &
steriles, vide per Bald & Doct. *in Auth. perpetua.de
sacrosf.eccl.& Auth.qui rem.eo tit.* vbi dicit, quod po-
test concedi talis res cum diminutione sextę partis
pensionis, si plus non inuenitur, alias secus, vt detur
restitutio in integrum, *c.1 de in integ.rest.* Et an Præ-
latus possit dare in emphyteusim cum pacto, quòd
emphyteuta nō cadat à iure, ob canonē non solutū;
videtur, quod sic. quia & tunc omninò emphyteu-
ta cogitur soluere canonem, per Bal. *in l.fundi. C.de
fund.patrim lib.11.& in l.2.&3.C.de iure emphyt.* Bald.
*in addit.ad Spec.de loca.vers an valeat.post Specu.ibi &
Paul.de Castr.cons.137.* Et an Episcopus possit augere
32 censum, vel pensionem colono, vel emphyteutæ †
pro fundo meliorato industria emphyteutæ, vel
coloni: videtur, quòd non; per ea, quæ dicit *Bald.in
l.fi.C.de aluuio.& Bartol.in l.quicunque. C. de omni a-
gr. deser.lib 11.* Nec minus potest Prælatus auferre
colono fundum melioratum, ac alteri locare maio
rem pensionem offerenti, per Paul. *de Castr.cons.161.*
Sed benè Episcopus non potest recipere canonem
sine capitulo post tempus ab emphyteuta, qui ceci-
dit à iure suo propter canonem non solutum in tē-
33 pore in præiudiciū Ecclesiæ, † quæ poterit emphy-
teutam expellere, nisi capitulum postea ratificaue-
rit solutionem factam Episcopo, *c.pastoralis. de his,
quæ fi à Prala. Sed Spec. tit.de loca.§.6 vers. 26. tenet,
quod imò præiudicet, arg.l.aduersus C. de vsu. & ibi Bal.
dicit, non* præiudicari Ecclesiæ, si Episcopus recipit
minorem canonem: tradit Io. Bertach. *in tract. de E-
pisc.4.par.q.13.nu 46.in qua quidem 4.par.omnia* hæc à
nobis hucusque tradita refert, & prosequitur ferè
per tot. Sed pro hoc vltimo dicto extat decis Rotę,
nempè decis. *Putei tit.de reb.ecc.* quod caducitas non
34 censetur remissa ob receptionem pensionis, † si non
fuit petita reuocatio; supposito, quod recipiens ig-
norabat emphyteutam teneri ad illam petendam,
quod & lapsum erat tempus petendi: quæ decisio
fuit facta in vna Bononiensi inter Cardinalem Cā-
pegium, & quendam de Bologninis, & decisio eius-
dem Rotæ in manuscrip. Marcelli Treschi: vbi re-
ceptio facta à Prælato sine consensu capituli, licèt
non noceat Ecclesiæ, vt videatur remissa caducitas,
glo. & Doc. in c. potuit. extra loca Ias. *in l. 2 nu.163.
vers.* communis tamen opinio. de iur. emphy. si ta-
men ille Prælatus, qui solutionem accepit, habebat
authoritatem de nouo locādo, satis videtur tūc per
receptionem Ecclesiæ præiudicatum, Alex. *cons.14.*
viso, & considerato themate. *nu.12.vol.2.* Et quod Ec
clesia habens rem in emphyteusim ab alia Ecclesia,
incidat in commissum, vel ob non solutionem ca-
nonis, vel propter indebitam alienationem, vide
Bal. *qui id dicit, & tenet in cons.27.incip.Reuerendiss.Do
mine.3.vol.* Et an emphyteuta possit, vel legare, † vel 35
donare rem emphyteuticam, & si donet, vel leget
ius, quod habet, reuertatur ad dominum, vide latè
per eundem Bal. *in cons. 160. incip. quaritur, vtrum si
emphyteuta. vol.3,* vbi distinguit, quod aut est em-
phyteusis fisci, vel habentis priuilegium fisci, & te-
net eo casu donatio, & legatum; quia saluum est ius
fisci, vt per iura, quæ ibi adducit, & *per tex.c.1. §. do-
nare.qualiter olim pot.feud.alien, col 10.* aut emphy-
teusis est Ecclesiæ; & licèt Bar. cui Bald. aut asserit,
fuit in causa aduocatus, contra teneat, quod non po
test donari, nec legari; &, si donetur, vel legetur,
quod ad suā reuertatur proprietatem. per *tex.in l.v-
niuersas. C.ne rei domi.vel templo.* tamen ipse tenet,
quod valet tale legatum, vel donatio: quia videntur
legata commoda vtilis dominij, & non ipsum do-
minium vtile: vnde, si talia sunt commoda, quæ le-
gari possint, quia sunt trāsmissibilia ad successores,
illa commoda videntur legata, *vt C.de lega. vxor pa-
tru.& ff.de vsufruct. leg. l.Stico. & quod not. C. si pign.
pig. dat.sit l.1.in glo.sed nunquid.* aut est emphyteusis
alicuius priuatæ personæ, quæ debet censeri iure
communi, & tūc, licèt quidam opinentur, quòd re-
uertatur ad proprietatem, & quidam quod non, ta-
men ipse in casu isto dicit esse cōsiderandum, quòd
si in donatione fuit peruētum ad rei traditionem,
tunc quæstio est dubia. tamen ipse putat, quòd do-
natio valet, & quòd census peti potest à donatario
per conditionem ex lege Zenonis, quæ est quasi in
rem scriptam, vt not. *Instit. loca §.adeò. si verò* non sit
peruentum ad traditionem, vel quasi; & tunc indu-
bitanter res non intelligitur reuersa ad proprieta-
tem: quia ante traditionem, † vel quasi, donans ni- 36
hil à se abdicauit. *ff.de verbo.sig.l.alienatum.* si loqui-
mur in legato; & dico, quod non reuertitur ad do-
minum, & hoc hac noua, inquit, ratione; quia talis
est natura, videlicet, aut legatum valet, & pertinet
ad legatarium, ergò non reuertitur ad dominium;
aut non valet, & tunc legatarius non potest accepta
re legatum, ergò remanet apud hæredem legantis,
C.de cad tollen.l. vnic.§ pro secundo. vnde perinde est,
ac si legatarius repudiaret legatum, vel donatarius,
cui fiebat donatio per nuncium, vel epistolam, eam
non acceptaret, quibus casibus certum est, quod
perinde est, ac si non fuisset legatum, nec donatum,
*l.huic scripturæ.ff.ad l.Aquil. l perinde.ff si cer.pet. vt ibi
per eundem Bal. Et de emphyteusi, & quomodo ad hæredes
descendat emphyteusis, & de forma concessionis in em-
phyteusim, & quæ requirantur in emphyteusi Ecclesiæ ad
hoc, vt transeat ad hæredes, vide per Bal.consi.280. vol 5.*
Et dominium rei emphyteuticæ potest præscribi,
& præscriptione acquiri, quod potest facere emp-
tor, qui emit ab emphyteuta bona fide possidendo
tempore longissimo, † secus si esset malæ fidei pos- 37
sessor; in quo attenditur veritas, non iuris fictio, lo-
quendo in præscriptione lōgissimi temporis, quia
tunc certè non præscriberet dominium, vt *C.de præ
scrip.30.ann l.malè agitur.* sed præscriberet census li-
berationem pro 40. annis retrò, non pro futuro tē-
pore, secundum aliquorum opinionem; sed secun-
dum aliquos, quod in perpetuum pro omni tempo
re præscripsit liberationem, *arg l.eos.in prin.ff. de v-
sur.vt per Bal.ibi.* Et emphyteuta non repetit melio-
ramenta, † nisi quando emphyteusis esset finita pro 38
pter generationem finitam, vel tempus finitum, vt
per

per Bal. *in l. fin. C. commu. de leg. Spec. in § nunc aliqua. ver. 131. de loca.* secùs tamen est in colono, qui semper repetit melioramenta, & expensas vtiliter factas, *d. l. colonus. in prin. vbi gl. & Bar. ff. loca. & conduc. ac idem Bar. in l. dominus horreorum. §. 1. ff. eo.* Ratio est, de qua per eundem Bar. *in d. l. colonus. n. 5.* quia emphyteuta minorem pensionem soluit, quàm ipse colonus; & ideò dicitur in instrumento talis concessit rem tali in emphyteusim ad meliorandam, non ad deteriorandam. Sed de differẽtijs inter locationem, & emphyteusim vide per Spec. in *d. §. nunc aliqua. post principium. & de hac materia emphyteusis, vltra Spec. de loca. vide latè examinata per Ias. in l. 2. C. de iure emphyteutico.* Et nota, quod tex. in *c. nulli. de reb. eccl. alien. habet:* Et emphyteusis perpetuum contractum. per
39 quod intelligitur, † quod non omnis emphyteusis est prohibita, sed tantum perpetua, vt ibi, & *in §. alienationes. in Authen. de non alien. aut permutan.* Et est ratio, quia licet propriè, & strictè non sit alienatio, *vt in l. 1. C. de iur. emphyteut.* largè tamẽ, & impropriè est alienatio, *d. §. alienationes. gl. in l. 1. C. de iur. emphyteut.* *imò* etiam emphyteusis facta ad tempus certũ, vel incertum, vt est ad tempus *20. vel. 29. ann.* vel ad vitam alicuius, *Auth. de alien. & emphyteut. §. & hoc quidem.* ibi, non solum ad tempus, sed & perpetuò. bonus *tex. in l. 1. ff. si ager vecti. vbi à pari regulantur.* per August. Beroum *in d. c. nullis. col. 14. vers. ex vltimis.* subdens secundum Abb. ibidem, quod perpetua emphyteusis est, quæ facta fuit, vt saltem vsque ad 30. annos duraret. *tex. & ibi glo. in § perpetua. 10. q. 2. glo. verò in Authen. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccles.* ait, quod illa est perpetua emphyteusis, quæ semper, & in infinitum durare potest, donec tamen pensio soluatur, per *tex. in l. 2. C. de iur. emphyteut. c. d. potuit. de loca. Authen. qui rem. C. de sacrosan. eccles. tex. in §. adeò. instit. loca.* Et perpetuum dicitur, quod vltra centum annos semper est duraturum in infinitum, *l. 3. ff. de except. l. annua. in fi. cum gl. l. cum quidam. cum l. seq. ff. de annu. lega. probatur in l. fi. C. de sacrosan. eccles. vbi tex.* appellat venditionem penè quasi perpetuam, quæ ad centum annos extenditur. vnde perpetuum non dicitur, quod potest durare per 30. vel centum annos: nec emphyteusis perpetua dicetur, quæ per 30. ann. est duratura. facit text. *in l. si vsusfructus ff. de vsufru. lega. vbi tex.* probat perpetuum dici, quod duraturum est vltra centum annos, & sic in infinitum. Emphyteusis verò concessa vsque ad 30. annos, vel vsque ad secundam, & tertiam generationem, vel ad vitam alicuius, per ea, quæ habentur per *glo. in d. §. perpetua. in d. Authen. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccles. per Spec. in tit. de loca. §. nunc verò aliqua. non* dicitur perpetua, vt ex prædictis constat, sed ad longum, non longissimum tempus, quamuis gl. ibi contrarium velit, per *l. 1. ff. pro soc. per not. in d. §. perpetua.* sed contrarium est verius, per prædicta. voluit Bar. *in Authen. quibuscunque. C. de sacrosan. eccl. per August. Bero. in d. cap. nulli. col. 16. num. 35. vsque ad num. 37.* vbi subdit secundum *gl. in l. 1. ff. pro soc.* quod differunt inter se perpetuum, æternum, & infinitum, quia perpetuum est, donec quis viuit, quia societas benè contrahi potest perpetuò, id est, donec
40 quis viuat, † sed non in infinitum, nec in æternum; emphyteusis verò potest in æternũ durare, quãdiu pensio soluatur, & sic in infinitum. & per tex. *Auth. de non alien. §. emphyteusim* permittitur concessio in emphyteusim in tertiam generationem tãtum. per *Authen. si quas ruinas C. de sacrosan eccles.* permittitur in perpetuum de rebus ruinosis, propter vtilitatem prouenientem ex refectione Ecclesiæ: *sed per Auth. de alien. & emphyteut.* est permissa emphyteusis perpetua. Et facta concessio in perpetuum intelligitur durare etiam in hęrede extraneo in perpetuum soluente canonem, nisi adsit consuetudo in Ecclesia concedente in contrarium, puta, quod Ecclesia sit solita tantum concedere in lineam descendentium, vel lineam masculinam, non fęmininam; quia con-
suetudo debet seruari, † nec ab ea est recedendum, 41
per Bald. *in d. Authen. si quas ruinas*; vbi etiam dicit, quod facta emphyteusis ad generationem non includit filium bastardum, vel naturalem; quia non licet in loco honesto inhonestas collocare personas; & mutatis successoribus fit renouotio contractus; primò, ratione vetustatis, quia stante antiquitate, vel quod sit deperditum inhonestum, debet renouari. secundò, ratione necessitatis orientis ex conuentione de renouando. tertiò, ratione tollendę obscuritatis, & difficultatis probationis, vt quia per instrumenta antiqua non apparent fines noui terrę. quartò, ratione mutatæ successionis, vel vniuersalis, vel particularis successoris, vt per Bald. ibi, vbi posita quæstione, quod contracta emphyteusi pro se, filijs, & nepotibus, filij, & nepotes succedunt; vt illa non obstante, quod iurauerint non habere recursum ad bona paterna, quod mortuo patre renũciauerint in totum hæreditati, quia per stipulationem sic contractam videtur pater donasse eis, & sic eos venire ex donatione: & per alias rationes ibi per Bal. adductas. vbi etiam tenet, quod emphyteusim sic contractam potest pater prælegare filio, & quod in contractu emphyteusis pro se, filijs, & nepotibus masculis, non includitur nepos masculus ex filia; & an, & quomodo in emphyteusi habeat locum ius accrescendi; vbi pulchre vide. Et quod emphyteusis Ecclesiæ sit transitoria ad quoscunque hæredes etiam extraneos, vide per Alex. multa adducentem in *cons. 189. 2. vol.* licet idem contra *cons. 23. 1. vol. opportunè.*

ADDITIO.

a Dummodò non sit incorporata Ecclesiæ, vt suprà nu. 29. & dummodò prius fuerint seruata seruanda in contractu. Bero. in c. quæ in Ecclesiarum. nu. 40. de constitu.

b Etiam pro eadem pensione, Bero. in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitu.

c Infrà quæst. 60. nu 12. & q. 64.

d Infrà quæst. 11. & quæst. 61. & 62.

e Infrà quæst. 62.

f Vide infra quæst. 4. nu. 59.

g Vide Bal. in c. 1. §. 1. nu. 8. aliàs est de his, qui feuda poss. & infrà q. 52. c. 11. & q. 57. c. 4. nu. 11.

SVMMARIVM.

1 *Vide hic de contractu colonario,*

CAP. XXIII.

DICITVR etiam alienatio, & tunc venit nomine alienatione, quando Ecclesia domum valentem solidos centum; & præstantem pensionem solidorum decem dat, & concedit alicui † pro tali 1
concessione centum solidos, vel plus, aut minus, & singulo anno pro pensione soluit eos solidos: & quidam Benedictus Canophilus in sua repet. Paulin. id est, *extrauag. Ambitiosæ, extrauag. comm. de reb. eccl. non*

alien. appellat hunc contractum colonarlum; qui quidem contractus, vt inquit ille, de consuetudine obseruatur, & fit emphyteusis. & de isto contractu est *tex. formalis cum glo. in Auth. de non alie. aut permu. § lex itaque.*

SVMMARIVM.

1 *Quid sit contractus precaria.*
2 *Contractus precaria fit varijs modis.*
3 *Fit aliquando ad preces recipientis, & de precibus fit mentio.*
4 *In contractu precaria non interuenit precium.*
5 *Contractus precariæ reuocatur arbitrio domini secundũ aliquos.*
6 *Contractus precariæ videtur esse contractus emphyteuticus, secundum Bal.*
7 *In diuersis partibus possessiones emphyteuticæ diuersis nominibus appellantur.*
8 *Precarium est, quod durat ad libitum concedentis, vel illius, cui conceditur.*
9 *Differentia inter precarium, & precariam.*

CAP. XXIV.

CONTRACTVS pariter precariæ est, & potest
1 dici contractus alienationis; † quia est contra-
ctus concessionis alicuius rei de quinque in
quinque annos, vel in maius tempus perpetuum,
vel ad vitam, renouando de quinquennio in quin-
quennium, secundum Abb. *in rub. de preca.* Dicit ta-
2 men *glo. in c. precaria. 12. q. 2.* † quod iste contractus
fit sub varijs furmis: quandoque ad certum tempus
cum pacto reuenditionis in idem tempus, & dein-
ceps vsque in perpetuum, putà de quinquennio in
quinquennium, vsque ad finem temporis: aliquan-
do vsque ad vitam recipientis, iux *tex. d. c. precaria.*
& alijs modis per Abb. *in c. 1. extra de preca.* quando-
que ad preces recipientis, de quibus precibus in In-
3 strumento est mentio facienda. † Et in isto contra-
ctu precariæ non interuenit pretium, & potest do-
4 minus reuocare, † quando vult, per Canonistas,
5 quos refert Bal. *in l. 1. C. de iur. emphy.* † vbi etiam
dicit, quod contractus precariæ videtur esse con-
6 tractus emphyteuticus, † vbi dicit, quod in diuer-
7 sis partibus de consuetudine pensiones † emphy-
teuticæ diuersis nominibus nuncupantur. quidam
enim appellant precariam, quidam appellant liuel-
lum, quidam appellant eam ad firmam, quidam ap-
8 pellant ad pensionem. † Est & precarium, quod du-
rat ad libitum concedentis, & eius beneplacitum,
vel illius, cui fuit concessum, *c. 1. de preca.* Et est dif-
9 ferentia inter precarium, & precariam; † quia pre-
carium reuocatur, vt dico, sed precaria non potest
reuocari ad voluntatem concedentis, *vt d. c. 1. gle. in Auth. ingressi. de sacros. eccl.*

SVMMARIVM.

1 *Superficiarius contractus est alienatio.*
2 *Quid sit contractus superficiarius.*
3 *Natura contractus superficiarij est, quòd destructa superficie contractus finitur.*
4 *Quæ sit differentia inter conductam soli, & superficiei.*
5 *Conducta superficie, destructa domo est finitum ius; quod est secus in emphyteusi.*
6 *Superficiarius non perdit melioramenta, si possint illa auferri.*

CAP. XXV.

NOMINE etiam alienationis venit superficia
ria, † siue superficiarius contractus, qui pari 1
modo venit nomine alienationis, qui secun
dum Bal. *in rub. de iur. emphyt.* dicitur quando ven-
do tibi superficiem alicuius fundi, vel domus pro
centum cum pacto, & condictione, quod des mihi
in recognitionem proprietatis quolibet anno v-
num denarium, vel etiam si non constituatur ali-
qua annua pensio. † Et natura talis alienationis, vel 2
contractus est, quod destructa superficie, † puta, 3
combusta domo, cuius superficies fuit concessa, fi-
nitor talis contractus per superficiei interitum, ita
quod si vellet reædificare, nullo modo posset: est
tex. *not in l superficiario. ff. de rei vendic. & per Bar. in l. fi. de superfi.* vbi dicit, quòd differentia est, an quis
conducat solum, an verò superficiem; † quia quan- 4
do conducitur solum destructa domo non finitur
Ius, per *tex. in l. queties. ius si ff. de rei vendi.* sed si sit
conducta superficies, destructa domo, benè, & ius
destructum, & finitum esse debet, *d. l. quoties.* † secus 5
tamen est in emphyteusi; quia si combusta sit do-
mus, vel destructa, non est finita emphyteusis, mi-
nusque tenetur reædificare, & tenetur soluere, &
præstare pensionem, sicut prius ante combustio-
nem, si ante destructionem tenebatur, per *Ang. in §. lex itaque. Auth. de non alie.* superficiarius verò me-
liorationes suas non perdit, † si illę possunt auferri, 6
per *tex. in l. sed addes. §. si inquilinus. ff. loca. refert, & sequitur Bal. in rub. C. de iur. emphyt.*

SVMMARIVM.

1 *Subscribens se alienationi dicitur alienare.*
2 *Subscribens non minus delinquit, quàm alienans.*
3 *Subscribens punitur vti alienans.*

CAP. XXVI.

VERVM & qui se subscribit alienationi vide-
tur alienare, *c. si quis de reb. eccl. alien. vel non.*
vbi nedum alienans, sed se subscribens alie-
nationi punitor. Et est ratio † quia non minus de- 1
linquit, ex quo posset dissentire, & per talem sub-
scriptionem videtur consensum præstare; propter
quod venit puniendus, sicut alienans, *l. iubemus. C. de* 2
sacrosf. eccl. † Vnde per Inno. & Cald. *in d. c. si quis. in-* 3
fertur, quòd subscribens videtur consentire ad sui
præiudicium, probatur *ex d. c. si quis. & c. non liceat 12. q. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus censualis venit appellatione alienationis.*
2 *Quid sit contractus censualis.*
3 *Differentia inter contractum censualem, & contractum emphyteuticum, & superficiarium, vel liuellarium, in quibus concedens non transfert ius, quod habet.*
4 *Censuarius non potest expelli per quamcunque cessationem, & si nunquam solueret.*
5 *Ordo littera attenditur, & ab eo arguitur.*
6 *Differentia inter censum, qui soluitur in recognitionem dominij, & alium censum.*
7 *Rector concedit rem Ecclesiæ potius in emphyteusim, quam ad censum.*
8 *Spiritualia conceduntur ad censum, non in emphyteusim.*
9 *Si non apparet, an sit census, vel emphyteusis, cessans soluere canonem, non cadit.*

10 Vide quid sit contractus census, quo vtimur hodie.
11 Bulla Nicolai V. super censibus, & duæ extrauagantes Martini, & Calixti.
12 Vigore Bullæ, & extrauagantium hodiè liberè venduntur census sine alia confirmatione Apostolica.
13 Superfluè postulatur, quod lex postulat.
14 Contractus census licitus, & à iure approbatus.
15 In contractu census sex seruari debent conditiones.
16 Multis modis in iure sumitur verbum Census.

CAP. XXVII.

CONTRACTVS pariter censualis venit appellatione alienationis, † qui est quando
1 quis vendit, aut alienat ius, quod habet in re aliqua: putà, si habens quis directum dominium il-
2 lud vendat, † vel dominus vtilis vtile vendat dominium, & sic ius omne, quod habet, védat pro pretio centum cum pacto, quod sibi venditori præstetur annuus census, putà, decem, & penes concedentem non remanet, nisi solum illud ius percipiendi illum censum, per text. q. hoc dicit in *c. constitutus. de relig. domi. & per tex. in l. 2. C. sine cens. vel reliq. per Archid. in c. quæsitum. 1. q. 3. per Barto. in l. 1. ff. de publ. Soci. cons. 167 col. 2.* Et differt contractus censualis à contractu emphyteutico, superficiario, vel liuella-
3 rio. † quia in illis concedens non transfert ius, quod habet in re, per illud, quod dicit *gl. not. in l. 1. ff. si ager vecti. vel emphyteu.* & si census soluitur de re nostra; quia in censuarium transit omne ius, quod est penes concedentem; pensio verò soluitur de re aliena, ita Imo. *in c. ad audientiam hoc tit. vbi dicit,* quod si concedo tibi talem rem in emphyteusim pro annuo censu, & etiam in omne ius, quod habeo in illa re, tunc non est emphyteuticarius contractus, sed censualis. Et effectus est maximus hoc scire, & hanc dignoscere differentiam; quia emphyteuta priuati cessans per triennium, & Ecclesiæ cessans per biennium soluere debitum canonem cadit à iure suo. *c. potuit. extra loca. & l. 2. C. de iur. emphyt.* censualis verò si cessaret etiam per mille annos in solutione debiti census, non cadit à iure suo, per tex. iuncta *gl. d. c. constitutus. de relig. domib. sequitur Ias. in l. 2. de iur. emphyt. vers. 8. quæro.* vbi dicit, pone in instrumento emphyteutico dicitur, concedo in emphyteusim, vel censum, an præsumatur in dubio contractus emphyteuticus, an verò censualis? vtilitas, inquit,
4 est magna; quia si est contractus censualis; † censuarius non potest expelli propter quamcunque cessationem, etiam si nunquam solueret censum, secus est in emphyteuta, vt per eundem Ias. *ibi in gl. in ver. triennium. in 3. q. istam quæstionem, inquit, tangit Io. Fab. in l. 1. col. supra eo.* & tenet, quod in dubio dicatur contractus emphyteuticus, allegat *l. 1. & l. species ff. de aur. & arg. leg. & l. si adijciatur. ff. pro soc. aliàs pro soluto.* quam opinionem sequitur Ias. ibi, dicens, quod etiam pro hac opinione faceret ordo litteræ
5 talis instrumenti, vbi † dicit in emphyteusim, vel censum, iuxta not. *in l. nec enim. ff. de solut. & in l. præposteri. C. de testam.* & de hoc redditur ratio *per gl. ibi in d. c. constitutus. in verb. iuxta ratam;* quia videlicet in censuarium transfertur quicquid iuris est penes concedentem nihil penitus retento: per quam rationem dicit Benedictus Caphilus in suo expositione *extrauag. Ambitiosæ, de reb. eccl. non alie. quod per illum tex.* prohibetur, & interdicitur alienatio rei Ecclesiæ in censum, & Ecclesiasticam rem dare in censum est fortius, quam in alijs contractibus; quia in censuarium transfertur quicquid iuris est penes concedentem, in emphyteuta verò secus; quia penes concedentem remanet directum dominium, & ideo potest Dominus cessantem in soluendo expellere. Et prædicta habent intelligi vera, quando præstaretur census de re propria, vt est propria materia census; secus, si solueretur census in recognitionem dominij † existentis penes illum, cui solui 6
debet; quia tunc non soluendo censum caderet à iure suo, per Bal. *in tit. de pac. Constan. col. 28. vers.* persoluere fictum: ideo rector, vel beneficiatus Ecclesiæ in concessione, quam facit de rebus Ecclesiæ in casibus de iure expressis; caueat in tali contractu, quod non faciat scribi, quod concedat ad censum, nec fiat concessio ad censum, † sed in emphy- 7
teusim. Et ideo spiritualia non possunt concedi in emphyteusim; quia quodammodo viderentur vendi, sed benè possunt concedi in censum: † & tunc il- 8
le census retinetur non in recompensationem iuris concessi, sed potius in memoriam liberatis, & in signum præteritæ, & præsentis subiectionis, vt no. *in d. c. constitutus.* Sed si non apparet, an quis sit vel emphyteuta, vel censualis, tunc ex cessatione canonis nó cadit à iure suo, dicit Alber. *de Ros. in l. 2. vers. quid † de quæstione à me requisita C. de iur emphyt. quē* 9
sequitur Ias. ibidē, mihi col. 9. in fi. per not. in d. c. cōstitutus. de relig. dom. Sed iste cótract⁹ cēsualis nó videtur idé contractus quo vtimur hodie in Rom. Curia, & Regn. Neapolis, qui vulgò dicitur, [vno cēso, & cótratto di denari à cēso.] † qui est, qñ sup aliquo fū- 10
do, domo, vel re stabili, vel alias p dominū imponitur, constituitur, & venditur annuus aliquis census, id est reditus alicui emptori, quia exbursat pretium venditori ad rationem decem, vel nouem pro centinario, id est, centum in numerata pecunia pro habendo reditus decem, aut nouem ducatorum singulo anno durante tempore census, pro cuius contractus permissione vidi factam Bullam à Nicolao Papa V. sub dat. ann. 1452. anno vj. quia per primum contractum alienatur prædium, † vel stabile sol- 11
uenti censum; per illum verò venditur census, vel redditus super re impositus, re, vel prædio remanente penes venditorem. Et iste census, siue contractus, quo dico, vtimur, habuit originem, & ortum primò in partibus Germaniæ, & approbatus fuit à Papa, & licitus iudicatus per *extrauag. Regimini. la. 1 & la. 2. extrauag. comm sub. tit. de emp. & vend.* vbi est videre, & quotidie ego in Regno video talem contractum celebrari à personis, quæ gentes pecunia census constituunt, & vendunt super eorum stabilibus cuilibet personæ ementi etiam † 12
absque aliqua confirmatione Papæ, vel Sedis Apostolicæ desuper obtinenda, mediante tali Bulla: quæ confirmatio non videtur necessaria; quia in casu, quo lex loquitur, & permittit, prætorem adire non cogimur, *gl. in c. benè. 12. q. 2.* & quando aliquid liberè facere possumus per nos, alterius consensum requirere non debemus, notat Albert. ex illo *tex. in c. vestra. ext. loca. vers. nota ibi, † & per glo.* 13
in c. 2. 12. q. 2 vbi dicit, quod superfluum est postulare illud, quod lex ipsa dicit. sed id, inquit, fit, quia plus timetur illud, quod singulariter permittitur, quàm quod fit generali concessione. Didacus Couar. defendit ex Canonistarum, & Theologorum authoritate huiusmodi contractus esse licitos, *lib. 3. suarum variar. resol.* † *c. 7. pro quo vide Rip. qui de hoc* 14
tractat,

tractat. lib. 1. respons. c. 19. & per Bartholomaeum Mirandam in summa Conciliorum in vita Martini Papae, vbi dicit, quod in huiusmodi censibus debent seruari
15 sex conditiones.† Tiraq. tamen *de retract. consang. §. 1. glo. 6. num 5. in verb. reditus. dicit*, se semper ab huiusmodi contractu abstinuisse. Et scias, quòd multis modis sumitur in iure verbum, seu vocabulum Census. nam primò census est annua pensio, quae su-
16 perioribus de prouentibus eorum soluitur, † & praestatur; vnde quicquid praestatur annuatim in quantitate, vel summa, census vocatur, vt in *text. in l. aetatem, cum duabus ll. seq. ff. de cens. & cap. cum olim. eo. tit.* Secundò census capitur pro facultatibus, & substantia alicuius personae *, l. de creationibus. C. de episcopa. audien. prope fi.* Tertiò capitur pro libro, in quo bona censualia cum summa census, qui inde debetur, scripta sunt. *l. census ff. de proba. per Luc. de Pen. in rubr. C. de cens. lib. 10.* Pro qua materia vide, quae deduco infra in *q. 17. de annui census in reb. eccles. const. illiusque vend.*

SVMMARIVM.

1 *Dare in feudum est alienare.*
2 *Quid sit alienatio feudalis.*
3 *Feudum est beneuola actio tribuens gaudium capienti.*
4 *Non est feudum concessio pro tota quantitate.*
5 *Accipies feudum pro tanta soluenda quantitate non tenetur praestare fidelitatis iuramentum, nec censetur de iure feudatarius.*
6 *Definitio feudi per communiter scribentes.*
7 *Sex requisita ad essentiam feudi.*
8 *In Feudo dominium directum remanet penes dantem, si secus, alteratur natura feudi.*
9 *In feudo dominium vtile transfertur in accipientem.*
10 *Feudum habet consistere in rebus immobilibus, & annuis reditibus.*
11 *In annuis reditibus non est dare directum dominium, nec vtile.*
12 *Ad consequendos annuos reditus datur directa, & vtilis actio.*
13 *In molendinis potest constitui feudum, quia molendina inter immobilia computantur.*
14 *Molendina alienantur sine decreto.*
15 *Requiritur in feudo, quòd liberè concedatur.*
16 *Feudum propriè non conceditur sub annuo censu.*
17 *Seruitium feudi debet esse personale, non reale.*
18 *Concessio in feudum pro pecunia, vel frumento soluendo non est feudum, sed locatio.*
19 *Si pro feudo soluatur par caponum, non est feudum propriè.*
20 *Species feudi quindecim.*
21 *Quid sit feudum propriè.*
22 *Quid sit feudum impropriè.*
23 *Quid sit feudum regale.*
Quid sit feudum non regale.
Feudum nouum quid, & quid in eo requiratur.
Feudum paternum quid, & quid in eo requiratur.
Feudum antiquum quid, & quid in eo requiratur.
Feudum rectum quid, & quid in eo requiratur.
Feudum hereditarium quid, & quid in eo requiratur.
Feudum ex pacto, & prouidentia quid, & quot in eo requirantur.
Feudum francum quid, & quid in eo requiratur.
Feudum non rectum quid, & quid in eo requiratur.
Feudum habitationis quid, & quid in eo requiratur.
Feudum soldatae quid.
24 *Res Ecclesiae solita infeudari, infeudatur sine solemnitate.*
25 *Quae infeudat praelatus sine capitulo.*
26 *Quanto tempore inducatur feudandi consuetudo, & quot actus requirantur.*
27 *Quid requiratur, vt res reuersa perdat consuetudinem infeudandi.*
28 *Non valet infeudatio, nisi sit ad vnguem seruata consuetudo.*
29 *An res solita infeudari infeudetur in consanguineos.*
30 *An consueta dari possint etiam extendi ad decimas.*
31 *An res solita infeudari possit infeudari cap. eccles.*
32 *Capitulum nunquam moritur.*
33 *Permissus alteri infeudare, vel alienare non alienat. eccles.*
34 *Attenditur causa proxima, non remota.*
35 *Episcopo primo. Papa secundo loco infeudate non tenet secunda infeudatio.*
36 *De absoluta potentia Papa infeudare potest etiam alij adimento.*
37 *Archiepiscopus infeudat tantùm res solitas suae dioecesis, non Metropolis.*
39 *Deuoluto feudo magis tenemur infeudare consanguineis defuncti, quàm alijs.*
40 *Relicta Ecclesiae sub conditione, ne alienentur, non infeudatur.*
41 *Monasterium non potest infeudari.*
42 *Quando Praelatus solus potest remittere feloniam.*

CAP. XXVIII.

DICITVR etiam alienatio dare aliquid in feudum, † a puta castrum, ciuitatē, vel quid 1
simile; quę appellatur alienatio feudalis, quę 2
est, & intelligitur propriè. † quando gratis, & liberè conceditur ob remunerationem acceptorum seruitiorum, per Spec *in §. nunc aliqua. vers. 4. & vers. 129. text. in cap. 1. §. in primis, quib. mod. feud. amitt.* vbi dicitur, quòd feudum est beneuola actio tribuens gaudium capienti, † & ibi *And. de Iser. Rebuff. verò in suo de tract. feuda in princ. definit*, quòd sit be- 3
neuola, & libera rei immobilis, vel aequipollentis concessio cum vtilis dominij translatione retenta proprietate, seu fidelitate, & exhibitione seruitiorum honestorum; vt si non sit concessum gratis sed instrumentum concessionis cātet, putà isto modo, Concessum fuit castrum in feudum, pro annua tanta quantitate frumenti, † tunc non est propriè feu- 4
dum, nec in feudum concessio, sed est contractus emphyteusis, ita notabiliter. Bald. *in l. liberti. in fin. C. de oper. liber.* Ideò secundum eum talis, cui taliter feudum conceditur non tenetur pręstare iuramentum fidelitatis, & non censetur de iure feudatarius. † Idem Bal. *in l. qui se patris. C. de vnde li.* Et quare pro 5
prohibeatur etiā & in feudum datio, ratio est. nam alienationis appellatione venit datio in feudum, & prohibita alienatione prohibetur & datio in feudum, vt propriè de rebus Ecclesiasticis est *tex. in c. 1. sub rubr. Episc. vel Abbat. feud. & per Iser. Alua. Praepos. Afflict. & Bal. in c. 1. de his, qui feud. dare poss. & per eosdem in c. 1. qui succe. tene. & per Doct. in cap. 1. qui succe. tene. in 2. tit.* Sed quia haec materia est nimis confusa, ideò ante-

entequam tangam,an Prælatus possit infeudare,cõ-
uenit digredi ad aliqua.Et primò ad definitionem
* feudi;quę ita tenetur * communiter à Doctoribus,
quòd Feudum sit beneficium,quod ex beneuolen-
6 tia alicui datur vt proprietas , † dominium apud
dantem remaneat directum , ac dominium vtile
transeat ad recipientem, vt succedant hæredes ma-
sculi ex suo corpore descendentes legitimè, vel et-
iam fœminæ,si dictum sit,ità vt iuretur, & obser-
uetur fidelitas,& præstetur seruitium, istam defi-
nitionem ponit text. in c. 1. §. beneficium.quib.mod.
feud.amitt.& ponit Bal. in prælud. feudo. & ibidem Al-
uaro.& in d.c.1 §.beneficium.alleg suprà. & Hostien. in
Summa de feudis,§.1. Iacob. de Ardic.in Sum. sua.feud.
in 2.col.& Alexan.in consil.36.in 1. vol. Et in definitio-
ne ponitur Beneficium , per tex.in d.§.beneficium.
Dixi etiam Cum translatione vtilis dominij; nam
directum in datione in feudum remanet apud dan-
tem vtile verò transfertur, gl.Iser.Bal.& scriben.in
c.1.§.præterea.de capit.Corradi.& per eosdem in c.1.§.1.
de inue.de re.alien fact. Dicitur Sub præstatione fi-
delitatis,& seruitiorum,per tex.in c.1.§ nulli per quos
fiat inuest.& ibi Iser.& Bal.& Doct.Et hæc sex requi-
7 sita requiruntur ad essentiam feudi. † Primò,quòd
spontè detur , vt singulariter dicit summus Do-
ctor Bal.in rub.de contra.inue.Secundò,quòd domi-
nium directum remaneat penes dantem,Bal.in præ-
lud.feud.& ibi dicit,quòd si apponitur pactum,quòd
directum dominium transeat, dicitur alterata na-
8 tura feudi,† & alia conuentio inita est,scilicet,con-
tractus innominatus,idem Bald.in c.1.de ca.qui cur.
vend.& aliàs accidit in facto.nam Rex Carolus inue-
stiuit suum filium Tarenti Principem de Principa-
tu Achaię,&transtulit in illum dominium rectum,
& vtile,dubitatione orta, an esset concessio feuda-
lis,D.Oldr.Laud.consuluit , quòd sit donatio,&
non infeudatio, in cons.159.& Dec. in cons. 413. in 3.
vol.& Ias.in Prælud feud. nu.14. Tertiò requiritur,
quod dominium vtile transferatur, Doct. in c.1.§.1.
9 de inue. de re. alien. fact. † Quartò requiritur, quod
feudum consistat in rebus immobilibus, & in an-
10 nuis reditibus, † Bald in prælud. feud tex. & Doct. in
cap 1.de controu. inter vasal. & Episc. Martin. Laud.in
c.1.qui feud. dar.poss.Nec obstat,quod in annuis re-
11 ditibus non sit dare directum, † & vtile domini-
um:quia loco directi dominij est directa actio, &
loco vtilis dominij est vtilis actio , ad conse-
12 quendos fructus annui reditus, † qui inter immo-
bilia computatur, texc. in Clem. exiui de paradiso. in
verb. cumq; annui reditus. de verb. sig. & competunt
etiam interdicta possessoria. Bal. in l. iubemus. C. de
sacrosan.eccles.Doct in cap. querelam. de elect. Bal. in l.
hac edictali.§.hu illud.C.de secun. nup.& propriè Bal. in
cap.1.de controu.inter Episc.& vasal.Et potest in mo-
13 lendinis constitui feudum,quia molendina † inter
immobilia computantur, Bald. in l certi iuris. C.lo-
ca.idem Bald. in c. contingit. de dol. & contum. & Aug.
in l.non solum.ff de peti.hæred. vbi signanter dixit, &
multum notabiliter , quod quamuis molendina
inter immobilia numerentur, tamen quia sunt in
continuo periculo possunt per Prælatum, & tuto-
14 rem absque decreto alienari.† Quintò requiritur,
quod feudum sit perpetuum.Sed ad istud opponi-
tur. nam videmus quod vasallus potest feudo re-
nunciare,cap.1.de vasal.qui contra constit. Loth. Sed
potes respondere. nam ista perpetuitas concernit
fauorem ipsius vasalli.Sextò requiritur,quod præ-
stetur fidelitas,& seruitium,text.in c. 1.§. nulla per
quos fiat inuest. Additur & septimum requisitum,
quòd feudum liberè concedatur, † & non interue- 15
niente pecunia,ita Bal. in l qui se patris. C.vnde lib. &
idem Bal in l si quam.C.de epis.lib vbi dicit,quòd si quis
emat à Principe mansum in feudum, nnn erit pro-
priè feudum,quia non gratuitum. Infertur & aliæ
decisio,quòd si Princeps concedat feudum pro an-
nuo censu,istud non erit propriè feudum,† ita sig- 16
nanter Bal.in d.l libertl.in versicul.ò item nota si instru-
mentum C de oper.lib vbi dicit,quod erit potius em-
phyteusis,vel census, vel contractus innominatus.
idem Bal.in pac.Constantia,in §.libellarium.idem dicit
Specu & Bal in additione in ti.de loca.§ nunc aliqua.i-
dem Cyn.in Authen.ingressi C. de sacrosan. eccles di-
cens,quòd seruitium feudi debet esse personale,
† & non reale.Sic etiam dixit Bal. in cap.si cantio. de 17
fid. instrum. quòd si concedatur castrum in feudum
pro centum libris soluendis , erit potius locatio,
quàm feudum: quia seruitium in feudo debet esse
personale, † & non reale. idem sequitur Alex. cons. 18
136.incipi.viso,& examinato processu col.2.nu.3. versi-
cundo præmitto.vol.1.Et si dicit inuestituro, esse con-
cessionem factam pro annua quantitate frumenti,
non est feudum, Bald. in allegat al.liberti. Et si pro
feudo præstetur spatula porci , vel par caponum
nó est propriè feudum,† Alex.in d.cons.136.vbi suprà 19
eo. vol.1. & Dec. in cons. 164. Occurrit nunc videre
multas † feudorum diuisiones, & terminos,& spe- 20
cies,vt magis cognoscere, & discernere valeamus,
quando Prælatus,vel Ecclesia infeudare possit.

Prima ergò species feudi est proprij,& habentis
naturam feudi. † & istud definitum est suprà, in 21
quo requiruntur illa septem requisita.

Secunda species feudi est improprij, & non ha-
bentis propriam naturam feudi, † de quo habemus 22
titulum particularem de feudo non habente pro-
priam naturam feudi:nec requiruntur illa septem
requisita,quæ sunt de substantia feudi proprij. & i-
sta est principalis diuisio.post sequitur subdiuisio.
nam sub feudo proprio ponitur species, quæ dici-
tur feudum Regale,vel dignitatis, † quod feudum 23
primò debet habere dignitatem , vt Principatum,
Ducatum,Marchionatum, vel Comitatum, vt de
feudo Marchiæ &c,c.1.quis dicatur Dux, Comes,
vel Marchio. Secundò requiritur, quod detur à
Pontifice Summo,vel ab Imperatore,vel à Rege,vt
notatur p tex. & Doct.in c.1 de his qui feud. dar. poss.

Feudum verò non Regale est, vt quia dignitas
aliqua non est data in feudo,sed aliquid priuatum,
vt mansus terræ , vel si concessa sit dignitas à non
habente potestatem,c.1.quis dicatur &c.& c.si quis de
manso.si de inuesti feu.contro.fue.& ibi Doct omnes.Est
& alia species. nam quoddam dicitur feudum no-
uum:quod est,quando consideratur feudum respe-
ctu ipsius acquirentis viui:nam inspecta persona i-
psius dicitur nouum,vt habetur in c.1. in verb. inue-
stituram.qui testes sunt necess.ad prob.nou.inuestit.& ibi
Iser.Alua.& Bald.

Est & aliud feudum , quod dicitur Paternum,
quod est vsque ad quartum gradum ascendentium,
vt habetur in c. 1. de alienat.feud. pater. & ibi not at
Bald.

Est verò feudum Antiquum,quod excedit quar-
tum gradum ascendentium, licèt multoties con-

fundantur, *c.1.§.1.& ibi etiã Bal.& scribentes de grad. success.in feud.& in c.1.de natu.succ feu.& Bal.in Auth. defuncto.C ad Tertul. Alex.in cons 30.incip. quoniam omne datum optimum.col.3.nu. 6.& seq.vol.1.*

Ponitur & alia species feudi, quod nominatur Rectum:& ex multis respectibus, de quo habemus *rubr.de cons.rect.feud.* dicitur enim rectum feudum aliquando, quia in eo non sunt determinata seruitia, vt dicit *gl.in c.si.de c.qui cur.vendi.* vbi dicit, quòd quando sunt determinata seruitia dicitur feudum conditionatum ; dicitur etiam rectum , quia dominus primò dedit licentiam, & postea feudatarius accepit possessionem cum præsentia, etiam curiæ, vt est *tex.in d.c.1 de consuet rect.feud.iuncto etiam c.1.quib.mod.feud.const potest.* Dicitur etiam rectum aliquando, & alia ratione; quia perpetuum. & non reuocabile, *c.1.§ si vasallus.si cont.fue.de inue.feud.iuncto etiam c.1.de feud.guar.vel castal.& ibi Iser. & Doct.*

Notatur & feudum Hereditarium, quando cõceditur accipienti pro se, & hæredibus, vt habetur *in c.1.de success.feud.& in c.1.de natu feud.& in c.1.§.2. de grad succ.in feudo.* Filius verò non potest acceptare feudum, & repudiare hæreditatem; sed est necesse, quòd vel repudiet vtrumque, vel acceptet, vt habetur in toto *tit. an agna.vel fil.defun.poss retine feud. repud.hære.*

Occurrit aliud genus feudi, quod dicitur ex Pacto, & prouidentia; & est, quando conceditur acceptanti pro se, & liberis, vt declarat Iser. *in c.1.in prin.§.hoc quoque.de succ.feud.& in c. 1.q.succ. tenean. il 1.& in c.1. de alienat. feud.pater.* Et effectus istius feudi est. nam filius potest hæreditatem patris repudiare, & feudum retinere. quod non est in feudo hæreditario, vt dicit Iser. *Afflict.Loffr.Bal. Prepos. Alua.in cap.1.an agnat.vel ff.defun.poss.reti.feud.repu. hared.*

Est alia species, quæ dicitur feudum Ligium. Et tria requiruntur ad eius formationem. primò, quòd vasallus iuret fidelitatem, nulla alia fidelitate alterius reseruata. secundò, quòd expresse dicatur in inuestitura, quòd sit feudum ligium. tertiò, quòd vasallus personam suam, & omnium suæ submittat potestati concedentis feudum. De primò requisito habemus glo. ordinariam *in Clemen.pastoralis.in verbo homoque ligiu.de sen. & re iud nec alium text.de hoc in iure habemus, vt dicit Bal.in l.vnica.§. in primo.in vl.coll.C de cad toll.* De secundo requisito habemus expressam decisionem Bald. *in c.inter dilectos.de fi.instr.* De tertio requisito habemus Bald. *in prælud feud.in 7.diuisione.Ioan. And.in cap.recolentes. de sta. mon. And. de Iser. in cap. 1. de noua forma fideli.*

Est & alia species feudi improprij, quod nominatur Francum, de quo in iure non habemus mentionem, secundum Bald. *in l. 1. C. si à non compet. iud.* & contrahitur hoc feudum duobus requisitis. Primum est , quod expresse dicatur in concessione, quod sit feudum francum, vt dixit Bal. *in cap. inter dilectos de fid.instr.* Secundum est, vt non teneatur recipiens ad seruitia, sed solum ad expressa in inuestitura, Martin.Laud *in cap.1.qui feud.dar.poss.* Iaco. Alua. *in 2.diuisio.Ioan.Raynal.in cap. Imperialem.super rub* Et istius feudi primus effectus est: nam licèt Ecclesia non succedat regulariter in feudis secularibus, *cap.1.§.1.de alien.feud.pat.* tamen si est francum, Ecclesia succedit, Bald. *in Auth.nisi rogati.C. ad Treb.*

Secundus effectus, quia licèt vasallus non possit de feudo regulariter testari. *cap.1.§. donare. qualit.olim pot.feu.alie.tamen in feudo franco vasallus potest testari, ita Bal. in d.Auth.nisi rogati.C. ad Treb.* Tertius effectus est, nam vassallus potest irrequisito domino alienare, saluo tamen iure domini, Bal. *in d.l 1 C.si à non cõpe.iud.Host.in c.si.de reb eccl.alie.vel non.* Occurrit & alia species feudi improprij, quod dicitur feudum non rectum, de quo loquitur *tex.in c.1.quib. mo.feu. const.pot.& c.1.de feu.guar.vel ast.* Accedit & alia species, quæ est impropria, & dicitur feudum Habitationis, quia non transit ad hæredes dantis, sed ad hæredes accipientis; sic capitur feudum habitationis *in ti.de feu.& benefic.in lib.extraordin feud.* Addo etiam quintamdecimam speciem impropriam etiam, quæ dicitur feudum Soldate, quod non est propria species feudi, de quo est text. *in c.1.§.soldata.quis dica.Dux; Com.vel Marcb.* His ergo vel summo digito tractatis, descendo ad nostram materiam. Et primò quæro, an res Ecclesiæ solita dari in feudum ab Ecclesia, si est aperta Ecclesiæ possit dari iterum in feudum sine solemnitatibus, de quibus *in c fine exceptione.12.q.2.& in Auth. hoc ius porrectum. C.de sacros.eccl. Canonistæ* * *communiter in c.2. de feud.* * *dicunt, quod sic. ita etiam Panor.in c.vt super.de reb.eccl. alie.Ludo.Rom.in cons.70.& Pau.de Cast.in cons 136.& Feder.de Sen.in cons 109 & Calder cons.1.* & sic concludunt, quòd feudum reuersum ad Ecclesiam potest infeudari sine alijs solemnitatibus: & hæc est * communis conclusio, reuersa ad Ecclesiam posse dari. *

Secundò quæro , an res infeudari solita in feudum sine consensu capituli à solo Prælato dari possit? Istam quæstionem tangit Bal. *in ca.1.qui feu. dar. poss.* & dicit , quod si tale feudum est distinctum à capitulo, & eius concessio soli Prælato attributa, † 25
poterit Prælatus absque capitulo infeudare; si verò tale feudum non sit distinctum à capitulo est necessarius consensus vtriusque, hanc distinctionem Bal. sequitur *Laud.in c.1.in 3.col.qui succ. tenean. & Card. Mediola in d.c.1.qui feu.da poss* Tertiò quæritur, quãtum temporis requiratur ad inducendum † hanc in 26
feudandi cõsuetudinem? Et varij varia dixere. nam quidam tenent, quod requiritur tantum temporis, vt memoria in contrarium non reperiatur, *c. super quibusdam.§.præterea.ext de verb sig & l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff. de aqua quotid. & æsti.* Fuit alia opinio, quod sicut ad præscribendum rem Ecclesiasticam requiritur tempus 40.ann. ita etiam ad inducendã istam consuetudinem; argumento dictorum per Canonistas in ca. de quarta. extrà de præscrip.& Legistas in *Auth quas actiones.C.de sacros.eccl.& hac opinio.* tenetur tanquam * communis, vt dicit Mart. de *
Laud. *in c.1.de his, qui feud da poss.*

Quartò quæritur, quot actus requirantur ad inducendam hanc consuetudinem infeudandi? Et * *
communiter tenetur , quod ad minus requiratur binus actus, per *text.cum gl.in l.3.C.de Episc.aud.quia ibi tex.dicit,* frequens, *vt in l.etiam C. quæ sit long. consuet.* frequens aũt dicitur, quod bis fit, *§.pen.in Auth. de defens.ciui.* & sic requiritur binus actus cum continua præstatione 40. ann. & hoc tenetur * communiter, vt Matt.de Lau.Iaco. de Belui. Alua.Car. *
Alex. in *c.1.de his, qui feudum dar.poss. & Alex. in cons. 5 incip.si vera sunt.num.11.vers.* fortificantur prædicta *vol.5.allegat Bal in l. de quibus.ff. de legib.Ioan.de Imo. in cap. ex parte. de feud. & idem Alex. in cons. 9.incip.*

visu

viso themate suprascripto nu. 6. vers praeterea ad hoc. vo-
lu. 3. vbi Apostil. plures alios concordes referunt.
Quintò quæritur, quid requiratur, vt res solita
27 infeudari rediens ad Ecclesiam † perdat istam qua-
litatem? Et dicas, quod Archid. *in c. 1. 35. q. 8. dicit,*
quod, si reuersa est ad Ecclesiam, & Prælatus eam
tenuerit per annum, efficitur post annum de men-
sa, & sic non potest infeudari amplius. ita etiã Card.
Flor. *in c. 2. ext. de feu. vbi ponderat. d. tex. in c. 1. 35. q. 8.*
vbi habetur, quod post annum, non dicuntur no-
uæ nuptiæ. ad idem text. *in l. vetus. ff. de triti. vi. & ole.*
leg. vbi post annum dicitur vinum vetus. ad idem
tex. in l. fi. §. quoties. ff de adil. edict. vbi mancipia post
annum dicuntur non nouitia, sed veterana. & Pa-
nor. *in d. c. 2. de feu. & Aluar. in c. 1. de his, qui feu. &c.*
Sed alij ad maiorem declarationem dicunt, quod
vltra cursum anni requiratur, quòd expressè Præ-
latus dicat, quod vult tenere in mensa, vt dicit Bar.
& Ang *in l. si vacãtia. C. de bo. vac. li. 10. & Bal. in c. 1.*
de cle. qui inue. facit. Card. Flor. in c. vt super. extrà de
reb. eccl. alie. & istam opi. tenet Anch. in d. c. vt super.
* *& in cons. 155. & hac est * communis opi. vt aiunt*
Doct.

Sextò quæritur, an infeudatio vltra consuetudi-
nem valeat? vt si consuetum sit solum infeudare in
28 masculos, † & Prælatus infeudat etiam in fœminas.
Et dicas, quòd non valeat ista infeudatio, ita Iaco.
de Bel. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. & in *cap. 1.*
§. similiter. de lega. Corra. idem Aluar. & Mart. Lau-
den. in d. *cap. 1. de his, qui feu. dar. poss. & ibidem idem*
tenet, Card. Mediol.

b Septimò quæritur, an quando b consuetum est
infeudari, possint tamen Prælati infeudare in con-
sanguineos? Dicas quòd sic; dummodo sine fraude,
29 & cum debito ordine; ita Iser. † & Affli. *in c. 1. qui*
succe. tenean. vt Bal. in c. 1. de his, qui feu. &c. tenet gl. in
c. 1. si inter dom. & vass. lis oriat. & ibidem Alua. & Bal.
iuxta no. per eundem Bal. in l. illud. C. de sacrosan. eccl. &
in rub. de rer. diui. §. & in c. ex priore. ext. de appell.

Octauò quæro, vtrum ista dispositio, quòd con-
30 sueta dari † possint etiam extendi ad decimas? Pa-
nor. *in cap. probibemus. de deci. tãgit quæstionem.* Ioann.
de Imo. in c. 2 de feud. dicit, quòd non habet locum in de-
cimis; sed opinio Panor. quòd habet locum in deci-
mis, laudatur ab Alua. in *c. 1. de his, qui feu. dar. poss. &*
idem ibidem Card. Med. & Gemin. *in c. 2. de decim.*
libro 6. Fely in c. cum causam. de præscrip. Ioan. de Ligu.
in c. ad hac. de decim.

Nonò quæro, nunquid Prælati Ecclesiarum,
qui possunt infeudare res solitas, possint illas res so
litas, si Ecclesiæ apertæ fuerint, infeudare in capi-
31 tulum ecclesiæ? In hoc moderni † Docto. *c. 1. de his,*
qui feu. dicunt, quod de hoc inuenitur sola decisio
Cardi. Florent. in cons.. *37. incip. casus feudum quod-*
dam: vbi dicit, non valere talem infeudationem, eo
fundamento. nam Prælatus non potest deteriorare
conditionem Ecclesiæ, *l. iubemus nulli. C de sacrosan.*
eccl. et c. cum Apostolica de his, quæ fiunt à Præla. sed sic
est, quòd si Prælatus infeudet capitulo rem solitam
infeudari particularibus personis, facit deteriorẽ
conditionem Ecclesiæ. ratio est, quia non erit am-
plius spes, quod feudum redeat ad Ecclesiam, prout
32 erat primo casu, † quia nunquam moritur capitu-
lum, *c si gratiosè. de rescrip li. 6. & l. proponebatur. ff. de*
iud. sed ad hoc addo *tex. in c. 1. de alie. feu.* vbi vasallus
in casu alias permisso alienandi prohibet alienare
in Ecclesiam, † quia nunquam moritur: optimè 33
Bal. *in c. 1. de feu. alie.* vbi dicit, quòd est licitum con
cedere feudum ad libellum priuato, sed non eccle-
siæ, quia de facili non reuertitur, quia Ecclesia nun-
quam moritur: item quia Ecclesia est potentior eo,
in quem non debet fieri alienatio: & ex conuenien-
di difficultate Ecclesia non censetur persona ido-
nea. ad hoc etiam cõsideratur dictum Panor. *in c si-*
cut. in vlti. col. in textu. vbi Episcopus nullo modo do
nat capitulo: nam ipse sibi non potest authorari,
sed debet adesse summus Pontifex, &c.

Decimò quæro, nunquid superior Prælatus rem
Inferioris Prælati solitam infeudari reuersam ad
Prælatum Inferiorem, possit infeudare absque il-
lius inferioris consensu? Bal. in *c. 1. qui feu. dar. poss. in*
quit, non posse: allegat gl. singularem in Auth de alie. &
emphy. in prin. accedit alia ratio; quia vbi concurrunt
causa proxima, & remota, attenditur proxima,
† Bal. *in l. ex placito. C. de. rer. permut. & dixit idem Bal.* 34
in l. sub prætextu. C. de transa. quòd magis proxima
præualet, quam remota causa, *& in l. si mulier. ff. rer.*
amo. sed sic est, quod Prælatus superior est causa re-
mota, & inferior causa proxima, ergo &c.

Vndecimò quæro, quæ sit potestas Papæ circa
istas infeudationes? Habetur *c. ad Apostolica. §. præter*
hac. de re iud. li. 6. & potest infeudare feuda omnium
Ecclesiarum. nam cum sit pater patrum, cum omni
Prælato in potestate concurrit, Bal. *de his, qui feud.*
dar. poss. in prin. & Ioan Mona. in c. si eo tempore. de elect.
lib. 6. & Bald in l cum multa. in fi C. de bon. qua lib. vbi
dicit, quod Summus Pontifex castra Ecclesiæ, sed
magnas ciuitates non dat absque consensu Cardi-
nalium.

Duodecimò quæro, quid si Episcopus in suo
Episcopatu primò concedit rem in feudum, postea
Summus Pontifex concedit eandem rem, quæ in-
feudatio præualet? Pau. de Cast. *in cons. 156. inci. viso,*
& examinato puncto † dicit, non valere secundam 35
concessionem, & istam opi. sequitur Alex. *in cons. 3.*
ex his, quæ in themate in 5. vol. Sed de eis loquendo di
cas, quod de potentia ordinaria neque Summus Põ
tifex, neque Imperator priuat vasallum feudo sine
causa, vt Bal. dicit in *c 1. de vas. feu & Bal. in c. 1. de*
proba & Panor. in c. quæ in Ecclesiarum de consti Aut
loquimur de potentia absoluta, † & tunc potest in- 36
feudare alium adimendo alij, quia omnia Papa
potest, vt per Doct. *in c. solita. de maio. & obe. & in*
c. nisi pridem. de renun & in c. per venerabilem, qui fil.
sint legi. & in c. sicut nre. de excess prælat. & extrauag.
vnam sanctam. de maio. & obe.

Decimotertiò quæro, nunquid Legatus de late-
re infeudat feuda Ecclesiarum suæ legationis? Et
dicas, quod non, vt Bal. & *Aluar. dicunt in c. 1. de his,*
qui feud. Et ratio est; quia non potest tollere ius Ec-
clesiarum suæ legationis, Archid. *in c. imputato. 25.*
q. 1 facit auth. perpetua. C. de sacrosan. eccl. faciunt no-
tata per Bal. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi, aut clam,
& ita dicunt Ant. de But. & Card. Flor. in c. 2. de feud.
ext.

Decimoquartò quærò, an regula dicta, quòd
Prælati possint infeudare res solitas, † habeat locũ 37
in Archiepiscopo? Dicas, quod in tota metropoli
non; sed in sua diœcesi potest, *tex. & Doct. in c 1. de*
cle. qui inuest. facit.

Decimoquintò quæro, an finita generatio-
ne, &

ne, & sic deuoluto feudo teneatur Prælatus potius
38 inuestire consanguineos defuncti, quam alios† Dicas, quod tenetur, per dicta Bar. *in l. 1. §. permittitur ff. de aqua plu. arc. Bart. in l. 1 ff. de priui. cred. & in l. si mihi, & Titio ff. de verb obli. Pet. de Anch. Panor. Car. in c. bonæ. ext. de post præla. Ang. in d. §. permittitur, & Alex in consl. 80. incip. viso, & opportunè animaduerso. nu. 2. vers. sed his non obstantib. vol. 1.* vbi addentes plures alios cumulant.

Decimosextò quæro, an quando Prælatus vult
39 facere nouas infeudationes,† requirantur solemnitates, de quib. *in c. ad nostram. de reb. eccl. alien. & in c 1. eo. ti. & in 6. & in Cle. eo. ti.* & an requiratur, vt præstetur canon decens, sicut in emphyteusi; qui canon decens dicitur, quod reddantur omnes fructus deducta sexta parte, & in *Authen. præterea C. de sacrosanc. eccles.* Dicas, quod hæc quæstio est noua, & à nemine tangitur, nisi ab *Alex. in consl. 79. incip. circa primum, de quo quæritur. nu. 3. cum plu. seq. vol. 1.* vbi decidit, quòd non requiritur illa existimatio in feudis.

Decimoseptimò quæro, nunquid Prælatus pos-
40 sit infeudare rem solitam infeudari † cum pacto, ne incidat in commissum propter canonem non solutum? Dicas audacter, quod nō: per ea, quæ habentur ex *Bal. in l. si à re. C de pact. inter emp. & vēd.* vbi dicit, non valere rescriptum Papæ, quod emphyteuta non soluens canonem, ne incidat in cōmissum. & And. Barb. *in c. potuit. extra locati.* dicit, quod nullo modo Prælatus potest per pacta præiudicare Ecclesiæ in huiusmodi conuentionibus, *l. iubemus nulli. C. de sacrosan. eccles.*

Decimooctauò quæro, si vasallus soluebat Ecclesiæ centum pro iure directi dominij, an, si recepit longo tempore nonaginta, possit præiudicare Ecclesiæ? Dicas, quod de hoc casu est tex. *in c. olim causam ext. de censib. & per notata ibi per Ioan. And. & Panor.* vbi habetur, quod soluens minorē censum per quadraginta annos Ecclesiæ præscribit, secus inter laicos; namibi requiruntur solum triginta anni, Franc. Aret. *in consl. 12. inci. consideratis diligenter.*

Decimononò quæritur, quid si res Ecclesiasticæ sint à potente occupatæ, ita quod non possent recuperari, nunquid possunt infeudari, etiam si sint res non solitæ infeudari? Dicas, quod Card. Flor. *in c. 2. de feud.* dicit, quod non: & ita concludunt Io. de Imo. ibi, & Pano. Et datur ratio: nam daretur via ad fraudem: nam ab Epis. permitteretur res occupari, & postea alienaretur.

Vigesimò quæro, an relicta Ecclesiæ sub conditione, ne alienentur, possint infeudari? Dicas, quod non; Iaco. de Ardiza. & Aluar. *in c. 1. de his, qui feu. da. poss. per tex. in §. sanctissimas. in Authen. de alie. & emphy.*

Vigesimoprimò quæro, an monasterium pos-
41 sit infeudare? Dicas, quod non,† vt in *d. c. 1. allegato dicunt Aluaro. Car. Alex. per text. in d. §. sanctissimas. in Auth. de alien. & emphyt.*

Vigesimosecūdò, & vltimò quæro, an solus Prælatus sine assensu alio, vel Pontificis, vel capituli possit remittere felloniam vasallo? *Bal. in d c. 1. qui*
42 *feud. da. poss.* distinguit; † quod aut Prælatus solus est collator feudi, & tunc, quia fellonia vasalli solū ipsum offendit, ipse solus potest remittere; aut non confert Prælatus solus, sed cum capitulo; & tunc, quia fellonia offendit etiam capitulum, debet haberi etiam consensus capituli offensi, argu. *l. 2. C. de liber. & eo. lib. & l. fundus. C. de autho. præst. & Io. And. in c. cum desideres. ext. de sent. excomm. & gl. & Doct. in c potuit. ext. loc.* vbi distinguunt, si Ecclesia est collegiata, vel non; si non collegiata, remittit cum capitulo, aliàs secus, & Spec. in tit. de loca. *§. nunc aliqua. vers. 26. dicit idem,* & corroboratur ab apostilla Io. And. ad dictum versiculum: & Imo. quamuis ipse disputet contrarium, tamen *in d. c. potuit. dicit, ita seruari in practica.*

ADDITIO.

a Sed contra Marcabrun. *consl. 55. nu. 135.*
b Vide infra *q. 54. nu. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatus deducendo res eccle. in litem videtur alienare.*
2 *Prælatus, qui consentit in iudicium conueniri causa rei Ecclesiæ, videtur alienare.*
3 *Prælatus, & capitulum vnum corpus censetur, ideo vnus sine altero non alienat.*
4 *In iudicio contrahitur.*
5 *Qui non potest alienare, non potest rem in iudicium deducere.*
6 *Prohibitus alienare non potest actiones in iudicio tractare, tamen potest excipere.*

CAP. XXIX.

VEnit etiam sub vocabulo alienationis, quando Prælatus deducit res Ecclesiæ in litem, † & in iudicium, & quando conuenit, vel conueni- 1
ri in iudicium causa rei Ecclesiæ consentit: † quia 2
tunc taliter agendo alienare videtur, quod non potest facere; Prælatus, per gl. *in c. 1. ext. de procu. in glo. legaliter.* quæ habet, quod nec Prælatus sine consensu capituli, nec capitulum sine consensu Prælati potest iudicium exercere, nec conueniri: quia nec alienare potest res Ecclesiæ alter sine reliquo, *c. sine exceptione. 12. q. 2.* nec commutare, nec donare, vt ibi dicitur, & *c. pastoralis, de dona. & de his, quæ si à Prala. per totum* Et eodem modo, nec capitulum sine consensu Prælati; cum oēs vnum corpus intelligantur, *c. nouit.* † *de his, quæ si à Prala.* Et propterea dicit lex, 3
quod qui nō potest alienare, nō potest rē in iudiciū deducere. *l. ait prætor. ff. de iur. delib.* & per iudicium quædā alienatio fit. † in iudicio enim contrahitur, 4
sicut in stipulatione, *ff. de pecul. l. licet. §. sed si filius. in fi.* Præterea si Prælatus sine consensu capituli posset agere, vel conueniri, & præiudicaret Ecclesiæ factum Prælati, fraus posset fieri Ecclesiæ, ac præiudicium; quia permitterent, imò procurarent quandoque Prælati mali se conueniri, & facerent collusionem, vt per *gl. d. loco,* idem habetur in gl. *in c. edoceri extra de rescrip. in verb. debeant.* vbi dicit pariter, quod vti non potest Prælatus sine capitulo alienare, ita nec super re, vel de re Ecclesiæ sine capitulo litigare. subdens ibi: Et dicit lex,† quod qui non po- 5
test alienare, nō potest rem in iudicium deducere: & si lis oriatur inter collegium, & Prælatum, debet adiri superior, & ille dabit collegio curatorem ad litem, quia sub vocabulo alienationis venit intentatio iudicij, & intentare actiones in iudicio; † quia 6
prohibitus alienare non potest actiones in iudicio tractare, cum sit illa species alienationis, *l. aut prætor §. 1. ff.*

§. 1. ff. de iur. deliber. sed benè potest excipere, secundū Bart. in l. libertus in fi ff. de in ius voc. per Ioan. Bertach. in tract. de Episco. 4. par. q. 45. nu. 145. vers. quaero etiam. Pet. de Ancha. in Clem. 1. de reb. eccl. non alie. 2. col. vers. 5. nota vbi dicit, quòd sicut non licèt Praelato sine consensu capituli agere, vt de procur. cap. 1. & cap. causam. il 1. de iudic. sic nec contrahere: vbique enim versatur quasi quaedam alienatio; in iudicio enim quasi contrahitur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum deferre est species alienationis.*
2 *Probibitus alienare est prohibitus iuramentum deferre.*
3 *Res prohibita alienari per testatorem est etiam prohibita alienari de solemnitate iuris.*

CAP. XXX.

1 Contineri sub vocabulo alienationis videtur quoque iuramenti delatio; † quia deferre iuramentum videtur species alienationis; ex quo prohibitus alienare videtur etiam iuramentū deferre non posse, *l. iusiurandum ex conuentione. §. pu*
2 *pillus:* † *& ibi Bar. de iureiur. refert*, & sequitur Io. Berta. *in trac. de Epis. 4. par. q. 45. vers.* potest etiam dubitari, *nu. 152.* vbi subdit in materia, quod si testator
3 prohibeat res Ecclesiae legatas † alienari, intelligitur etiam de solemnitate iuris, vt alienari non possint, secundum Pau. de Cast. *cons. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatione alienationis venit obligatio ad alienandum.*
2 *Probibitus alienare non potest se obligare ad alienandum.*
3 *Promittere, & dare in materia simonia parificantur.*

CAP. XXXI.

1 Obligatio ad alienandum † venit etiam sub
2 vocabulo alienationis: † quia prohibitus alienare non potest se obligare ad alienandum, per *tex. in l. si ad resoluendum, & ibi Bar. C. de praed. minor. Bertach in trac. de Epis. par. 4. q. 45. num. 152. insi. vers. item an prohibitus alienare.* Quamuis contra videtur, *per tex. in l. in bonae fidei. ff. de eo, quod certo loco. l. si fideiussor. §. 1. de lega. 1. vbi legitur. quod aliud est alienare aliud est promittere, per* Alex. qui id tenet, *in cōs. 173. incip. viso themate, & scripturis. col. 2. nu. 2. ver.*
3 *secundò respondeo, volu. 2.* Facit à simili, quia † promittere, & dare in materia simoniae parificantur, & tam per promissionem, quam per dationem simoniae crimen inducitur, latè in meo tract. de simo. Vide & tene vt supra hac eadem *q. 2 c. 5. incip. item sub nomine alienationis venit promissio, per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatione alienationis venit concessio vtilis dominij.*
2 *Prohibita alienatione est prohibitus omnis actus dominij directi, vel vtilis translationis.*
Vtile dominium consideratur.

CAP. XXXII.

Nomine alienationis † venit etiam transla- 1
tio, vel concessio dominij vtilis, quod quis habet in re aliqua, per ea, quae dicit Bal. *c. 1. in fi. per quos fi. inuest. optimè Bart. in l fi. C. de reb alie. nō alie.* vbi dicit, quod prohibita alienatione, † vide- 2
tur prohibitus omnis actus, per quē fit translatio dominij directi, vel vtilis, vel alicuius iuris, per Abb. in *c. nulli. de reb. eccl. alie. ibi*: Nota, quòd verbum Alienationis in materia Ecclesiae capitur largissimè, vnde comprehendit contractum, per quē transfertur vtile dominium tantum per *Bald. in c. 1. §. aut si libellario. circa fi. quib. mod feud. amitt. & cons. 47. refert, & sequitur Dec. cons. 142. 2. col. circa fi. Benedic. Canophi. in suo tracta. de priuil.* † *ecclesi. in tracta. de* 3
reb. eccle. non alien. priuileg. 21. & per Bald. Auth. hoc ius. C. de sacrosanc. eccl. vbi dicit, quòd vtile dominium consideratur dupliciter, quoddam videlicet, quod directo dominio sub ordinatur, & oritur ab eo, vt dominium rei emphyteuticae etiam feudatarij, & si hoc transfertur, dicitur alienatio, &c. vt in casu seq.

SVMMARIVM.

1 *Sub nomine alienationis venit vsusfructus alienatio.*
2 *Si venditur vsusfructus, donatur, vel conceditur, est alienatio.*

CAP. XXXIII.

Sub nomine alienationis venit etiam vsusfru- 1
ctus alienatio: † quia, si vsusfructus vendatur, donetur, aut alio modo transferatur est alienatio per Bal. *in Auth. hoc ius. ver. tertiò est considerare. de sacrosanc. eccl.* vbi dicit, Tertiò est considerare vsum 2
fructum: † hic si transferatur, dicitur etiam quaedam alienatio, *l. iubemus. §. fi.*

SVMMARIVM.

1 *Translatio possessionis est alienatio.*
2 *In rescriptis fit latissima interpretatio.*
3 *Propriè alienatur, quòd à dominio distrahitur.*
4 *Qui possessionem transfert sine titulo pleno, dominio sibi retento, non alienat.*
5 *Iudex deputatus ad reuocandum alienata, reuocat etiam alienata quo ad possessionem.*
6 *Duplex ius habemus in re nostra proprietatis, & possessionis.*
7 *Res possessa ab Ecclesia, ita prohibita est alienari, sicut si esset res ecclesia.*

CAP. XXXIV.

Vocabulo alienationis comprehenditur etiā possessionis translatio: † quia translatio pos- 1
sessionis dicitur alienatio, per Bal. *in Auth. hoc ius. C. de sacrosan. ecc per tex. in l. magis puto. §. 1. de rebus eorum.* & quia parit perpetuam fructuum acquisitionem, *l. 3. §. ex contrario. ff de acquirenda poss.* & maximè in rescriptis, † vbi fit latissima interpretatio, se- 2
cūdum Inn. *in c. Episcopi. ext. de reb. eccl. alien.* sequitur Alber. in *d. Auth. hoc ius. vers ego autē.* licèt. n. alienatū propriè dicatur, † quod est dominio distractū; *l.* 3
alienatū. de verb signifi. l. 1. & 2. C. de distriā. pign. tamē largè etiam quò ad possessionem dicitur, *l. non solū. l. ex hoc edicto. §. alienare. ff de alie. ind. mut. cau. fac.* & quod not. per Inn. *in d. c. Episcopi. clarè probatur in l. si mulier. §. qui possessionē. ff. q met. cau. not at gl. in l. non alienat.*

alienat ff de reb. eor. Inno in d. ca. Episcopi expressè dicit. quòd alienatum dicitur quò ad possessionem, licèt proprietas non fuerit translata, & notabiliter dicitur in additio. in rub. ad Bal. in c. 1. de feud. alien. quòd
4 vbi quis transfert possessionem sine titulo, † retento sibi pleno dominio, nô dicitur alienare, Fabian. de Mon. sequitur in tractat. de empt. & vend. in q. 4. prin. quaest. 22. nu 7. versic. circa secundum, an comprehendatur possessionis trãslatio. melius per Abb. in d. c Episcopi. de reb. eccl. alienan. ibi, Et sic facit ad quæstionem, quam ponit hic Innocen. Papa commisit cuidam delegato, vt ea, quæ reperiret alienata de bonis Ecclesiæ, deberet in ius, & proprietatem Ecclesiæ reuocare, nunquid talis delegatus habeat
5 † iurisdictionem super rebus inuasis, & alijs malè detentis, & in quibus possessio tantum transiuit in alios? Et videtur, inquit, primò, quòd non; quia nô dicitur alienatum, nisi quando transiuit dominium, l. 1. C. de fund. dotal. & in l. alienationis. de verb. sig. contrarium finaliter concludit hic Innocen. & ** communiter Doct. & per Lap. de Castellio. alleg. 2 nam duplex ius habemus in re nostra, videlicèt, ius proprietatis, & † ius possessionis. vndè licèt
6 non sit facta alienatio quò ad proprietatem, est tamen alienata possessio, per Aug. Bero. in d. ca. Episcopi. col. fin. vers. praeterea ibi, Quia non solùm quid alienari dicitur, quando dominium transfertur, sed etiam quando sola possessio. Item largò modo res dicitur alienata, cùm recedit à libera facultate; iuxta illud Psalmistæ, Alienati sunt peccatores. Et verbum Alienatio non semper stat stricto modo, c. nulli de reb. eccl. alien. & rescripta debent latissimè interpretari, l. solemus. ff. de iud. c. cum eccl. de caus. poss. & propri. Et nota, inquit, vnum, quod videtur extraneum, quòd rescripta ad lites sunt latissimè interpretanda. Facit Bal. in l. iubemus. la. 2. in fin. C. de sacrosanc. eccl. vbi dicit, quòd si res est possessa ab ecclesia ita prohibetur alienari, † & est côprehêsa sub
7 prohibitione alienationis, ac si esset res Ecclesiæ, per Inn. in cap. Episcopi. de reb. Ecclesiæ alienan. per Archid. 12. q. 1. cap. ille. & qui possessionem solam transfert, dicitur alienare, vt l. si mulier. §. qui possess. ff. de eo, quod met caus. l. non solùm ff. de aliena. iud. mut. caus. fact. quia quantum ad possessionem facta est alienatio, sicut dicit Ioan. de Imo. in d. cap. Episcopi. hoc tit. & est alienata facultas libera domini; non autem ipsa res, quantum ad dominium, potest dici alienata, c. tua. de decim.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio est alienatio.*
2 *Minor, qui non potest alienare, non potest ad diuisionem prouocare.*
3 *Diuisio dicitur habere vim emptionis.*
4 *Frater non prouocat ad diuisionem, nisi cum solemnitate in alienatione requisita.*
5 *Necessitas facit probabile illud, quòd alias esset improbabile.*
6 *Prabet causam diuisionis socius rixosus: nam tacitam ad diuisionem prouocat, qui inquietat.*
7 *Ecclesia prouocata ex causa necessaria potest venire ad diuisionem prouocans venit ex vtilitate.*
8 *Ecclesia in diuisione extraiudiciali seruat solemnitates alienationis.*
9 *Iudex, si expedit, facit diuisionem minori.*

CAP. XXXV.

Venit quoque diuisio sub vocabulo alienationis, † a quæ diuisio dicitur alienatio, per tex. cùm glo. in l inter omnes. C. de prad mino. tradit Bal. in l. generali. C. de secund. nup. vnde dicitur, quòd minor, qui non potest alienare, non potest ad diuisionem prouocare, d. l. inter omnes. † Iacob. de Are. Cyn. Bald. in l. 1. C. si aduers. transac. l. iubemus. la. 2. C. de sacrosanc. eccl. nisi quando sibi expediret; putà, quia haberet socium rixosum, vel alias esset sibi vtile, l. si conuenerit. ff. pro soc. not. in d. l. iubemus. & in l. pupillorum. ff. de rebus cor. † & alias diuisio dicitur habere vim emptionis, per Cyn. in l. 1. C. comm. diuid. glo. in l. pen. §. si pater. ff pro soc. ponit Bald. in rubr. C. eo. & in l. si domus. §. fin. de leg. 1. Et dicit Imo. in c. nulli. de reb. eccl. alien. in fin. quòd si diuisio fiat gratia commodioris vsus, & cultura, non venit prohibita alienatione, d. l. iubemus. la 2. secundum vnum intellectum. C. de sacrosanc. eccl. facit, quod habetur in l. Caius. §. 1 de leg 1. sed si fiat causa adiudicandi partem vnam vni, & aliam alteri, tunc respectu eius, cui est prohibita alienatio, intelligitur etiam prohibita diuisio: & ideo non poterit frater prouocare ad diuisionem sine solemnitate requisita † in alienatione; secus, si socius, cui non est prohibita alienatio, velit prouocare ad diuisionem alium, cui est prohibita: quia tunc potest, & non requiritur solemnitas respectu eius, cui est prohibita alienatio, l. inter omnes. cum ibi no. C. de prad minor. vt per Imo. d. loco, & per Bal. d. l. iubemus, vbi dicit, quòd prima solutio est ad quæstionem dubij, quod si Prælatus locat rem vnam vni, & alteram alteri, vel etiam eãdem diuidat inter colonos, & vnus laborat ex vna parte, & alius ex altera ratione vberioris culturæ, potest fieri diuisio: quia tunc nullam includit alienationem. Item si loquimur de voluntaria diuisione, ad illam Prælatus non potest deuenire: aut de necessaria, quando Prælatus prouocatur ad diuisionem, & ista potest fieri, sicut in minore. Et ratio est; quia necessitas facit probabile illud, † quod alias non esset probabile, l. qui potuerunt. ff. de manu. testa. aut Ecclesia vult diuidere cum alia Ecclesia, & potest; aut vult diuidere cũ priuato, & potest, si sibi est vtile, l. si ff. de iur. dot. Et quando diuisio dicatur vtilis Ecclesiæ, vide per Bald. in l. 1. fin. ff. de reb. cor. & in l. 1. ff. si aduers. transact. † quãdo habet sociũ rixosũ; nã tacitè ad diuisionẽ prouocat, qui inquietat, l. si conuenerit. ff. pro soc. & côcludit ibi Bald. quod aut loquimur de diuisione facti, vel fructuum, & ista potest fieri; aut de diuisione dominij, & tunc, si Ecclesia prouocatur ad diuisionem, tenet diuisio, † quia est necessaria; aut prouocat alium, & tunc, si pro vtilitate Ecclesiæ est, potest fieri diuisio. in diuisione verò extraiudiciali nô valet diuisio, † nisi seruetur forma alienationis c. fine exceptione. 12. q. 2. per iura, quæ copiosè ibi adducit idem Bal. & per eundem Bal. in l. si pro fundo. de transac. ibi, Minor nô pôt diuidere, nec venire ad diuisionem sine decreto, quia diuisio est species alienationis, l. cum solus. ff. de vsucap. hoc verum, inquit; in extraiudiciali diuisione; sed secus, quando iudex facit diuisionem propter vtilitatem minoris; quia tunc valet diuisio: ex quo minori expedit, vnde nô pôt dici alienatio. In feudo autẽ, & materia feudali diuisio non videtur importare alienationẽ: quia feudũ benè potest diuidi inter vasallos, etiã inscio domino; quia prohibita alienatione nô cẽsetur ꝓhibita diuisio, ꝑ Dec. cõsi. 81. num.

num 5. tex in c. 1. § praterea Ducatus. de prohibi. feu. alien. 1. ss. in l fin. num. 114. vers. quid autem in feudo. C. de iur. emphy. Quod procedit, etiam si in diuisione vni totum assignetur, *Ruin. consi. 168. vol. 5.*

ADDITIO.

a Bero. cons. 124. nu. 12. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Compromittens respectu sententia subsequenda videtur alienare.*

2 *Prelatus, qui iurauit non alienare, non potest compromittere.*

3 *Clericus non potest facere compromissum, per quod sua Ecclesia obligetur sine consensu Episcopi.*

4 *Clericus non potest compromittere super re, de qua non potest disponere.*

5 *Prelatus compromittendo non dat potestatem arbitro, quòd procedat de iure, & de facto.*

6 *Iudicium est necessarium compromissum voluntarium*

7 *Quando possit compromitti super decimis.*

8 *Super spiritualibus compromittitur in arbitratorem, non in arbitrum.*

9 *Arbiter procedit iuris ordine seruato.*

10 *Arbitrator procedit ordine non seruato.*

11 *Si in compromisso ponitur arbitratur, & arbitret, censetur esse arbiter, & procedit iuris ordine seruato.*

12 *Qui sint arbitri iuris.*

13 *Non potest compromittere Pralatus, vt procedatur de iure, & de facto, & de iure sententietur.*

24 *Super fructibus prateritis potest compromittere Pralatus, non super futuris.*

15 *Compromissum factum de iure, & de facto non valet, quia habet instar transactionis.*

16 *Abbas, & Conuentus quando possint compromittere inter se.*

CAP. XXXVI.

VEnire etiã videtur compromissum sub vocabulo alienationis: a quia compromittere
a
1 respectu sententiæ subsequendæ, † propter
quam contingere posset alienatio rerum Ecclesiæ, potest dici alienatio, per Hostien. & Ioan. And. *in d. c. cũ tempore. de arbi.* vbi dicunt, quòd Episcopus,
2 vel Prælatus, qui iurauit non alienare, † non potest
compromittere bona Ecclesiæ, eadem ratione, ne occasione sententiæ contingeret fieri alienationẽ, aut Ecclesiam grauari; quod habetur ibidem per Ioan. de Ligna *in verb. Licentia.* Item & ea ratione, quia sententiæ arbitri etiam iniquæ est standum, Hostien. *§. 3. vers. item. est. de arbit.* quia clericus non
3 potest facere compromissum, † per quod sua Ecclesia obligetur sine consensu sui Episcopi; ita dicunt Hostien. Ioan. And *in c. peruenit. de arbitr. per tex. in c. regenda. 10 q. 5. c. de catero. de transact. Spec. de arbit. §. restat. vers. sed nunquid. & §. finitur. vers. sed nunquid Pralatus in fi. Idem Ioan. de Ligna. d. c. peruenit super gl. fin. per Feder. cons. 89 refert, & sequitur Lauren. de Rodul. in repet. c. fine exceptione. 12. q. 2. quæstione sua 44. pro quo vide Abb. in c contingit. de transac. vbi dicere* videtur, quod clericus de rebus Ecclesiæ simpliciter, & indistinctè compromittere non potest. Ait enim Prælatus non potest compromittere super re, in qua non potest solus disponere, † vnde
4 non potest compromittere super re immobili ad
inferendum perpetuum Ecclesiæ præiudicium sine authoritate superioris, & consensu capituli per Hostien. & Io. And. loco præalleg. per Lap. alleg. *102. vbi dicit,* quod Prælatus compromittendo super re Ecclesiæ, non potest dare potestatem arbitrio, vt
procedat de iure, & de facto; † quia posset Ecclesiæ 5
præiudicare, vt ibi per eum. Ex quibus, inquit, nota, quòd licèt solus Prælatus possit agere in iudicio etiam de re immobili, non tamen potest compro-
mittere: † quia iudicium est necessarium, compro- 6
missum verò voluntarium: compromissum enim per præbendarium in præiudicium Ecclesiæ fieri non potest, sed in præiudicium proprium sic; per Hostien. in Summa de arbit. *§. de qua re. ver. fin Spec. eo tit. §. restat videre vers. sed nunquid clericus per Cyn. in l. preces C de transa.* & compromissum fieri non
potest de decimis, nisi † quando dubitatur de quã- 7
titate fructuum cum authoritate superioris, c. 2. de transac. *Spec. de arbit. §. restat. vers. item sententia excommunicationis. & vers. quid de decimis.* Hostien. *§. tertio de arbit. per Bal. in § possessiones de pace Constan. circa prin.* vbi dicit, Super decimis, & super alijs spiritualibus compromitti potest in arbitratorem, nõ in arbitrum, vt *not. in c. vlt. de rer. permut. in nouell.* Et compromissum in causa spirituali tanquam in arbitratorem valet, licèt secus sit, si sit factum tan-
quam in arbitrum. † Ioan. And. *c. 1. de rer. permut. in* 8
nouella Bald. in tit. de pace Constan. d. §. possessiones. Et differentia est inter arbitrum, & arbitratorem.
† quia arbiter est, cui datur potestas procedendi 9
iuris ordine seruato, arbitrator verò dicitur ille, cui datur potestas procedendi iuris ordine non seruato, *per Innoc. capit. Quintauallis. vers.*
item nota. de iure. † Bal. *in margarita. in verb. arbiter.* 10
vers. 7. vbi dicit, quòd si in compromisso ponatur vtrunque scilicet arbiter, & arbitrator, censeri de-
bet esse arbiter, † & sibi data potestas iuris ordine 11
seruato procedendi, aliàs secus. Et arbitri iuris di-
cuntur, † qui authoritate legis, vel canonis eligun- 21
tur, & eliguntur in casibus expressis tantum, per Abb. *in c. pastoralis in prin. extrà de rescrip.* vbi enumerat aliquos casus, an eligi possint in alijs casib. similibus enumeratis; ibidem Fely. *colum. 5. post Abb.* Et an compromissum per Rectorem, vel Prælatum Ecclesiasticum fieri possit sine consensu capituli, & sine superioris authoritate de rebus ecclesiæ, & maximè de re, & super re, quæ non possit alienari sine consensu, & tractatu capituli, vide per Soc. *consi. 18. incip prosequendo. circa sextam. & vltimam quæstionem, cum vers seq. in 2. parte. per Corn. consil. 57. incip. in causa. in 3. parte. per Abb in c. cum tempore de arbit. nu. 3. vers.* vltimò potest colligi argumentum, quod is, qui non potest rem alienare, seu liberè de illa disponere, non potest super eam compromittere, cũ per compromissum possit sequi alienatio. & paulo post ibidẽ: Ex hoc collige notabile dictũ, quòd Prelatus non potest compromittere super rebus, quas alienare non potest, voluit Lap *allegat. 3. Ludo. Ro. consil. 389.* vbi in terminis consuluit secundum, id quod legitur in margine ad Abb. ibi subdens Abb. ibidem, an authoritate sua possit Prælatus compro-
mittere, vt procedatur de iure, & de facto, † & sentẽ 13
tiare de iure tantũ, Lap. in præalleg. allegat. concludit, quod non; quia non pôt Prælatus remittere iura ecclesiæ. nam per processum de facto feudum posset

possset arbiter lædere Ecclesiam admittendo pro-
bationem non legitimam, vel repellēdo idoneam;
secus dicit, si compromittet, quod procedatur sim-
pliciter, vel de plano sine strepitu, & figura iudicij,
quia ius approbat istum modum procedendi, vt in
Clem. *dispendiosam, de iud. Et dicit. Soc. d. cons. 18. col.
e4.* quod Prælatus non compromittit super rebus
Ecclesiæ, in quibus non habet liberam potestatem,
& quamuis quidam alij contra sentiant, & refert
* Inno. *in d. c. cum tempore. ext. de arbi. tamen* * commu
nis opinio videtur esse, quod non possit. tenet D.
Anto. & Io. *de Imo. d. c. cum tempore*, vbi dicunt, quòd
licèt super rebus proprij possint compromittere, &
etiam super fructibus præteritis, tamen super fru-
14 ctibus futuris, † & super iuribus ecclesiæ, non pos-
sunt compromittere sine superioris authoritate,
Federic. *cons.* 87. *Moder. in d. c. cum tempore. subdens
Socin.* quòd si sit factū cōpromissū de iure, & de fa-
cto tale cōpromissum nullo modo videtur valere
posse sine cōsensu capituli: quia tale cōpromissū ha
15 bet instar transactionis, † in *Anth. vt diff. iud. §. 1. & in
Anth. si verò cōtigerit. & in Authen. si quando. C. de iudi.*
vbi dicit, Sed clarū est, quod solus Prælatus sine cō-
sensu capituli non potest transigere, ergò nec tale
compromissum facere, *c. de cætero. c. statuimus. de trā-
sact. Doct. in d. c. contingit. Inn. in d. c pervenit.* Et quod
Prælatus non posiic cōpromittere in rebus quibus
nō pōt sequi alienatio sine authoritate superioris,
habetur in c. veniens. c. de cætero. c. contingit. de
transact. vbi not. Doct. vbi Prælatus in rebus, in qui
bus non potest transigere, non potest compromit-
tere: quia compromissum est transactio, *Authen. vt
diff. iud. in princ. not. in d. c. Quintauallis. de iureiur. fir-
mat. Bald. in l. 1. C. si aduers. vend* plenè per *Alex. cons.
52. opportunè lib 2. Subdens Soc.* Secūdum sequitur ex
primo, quia si nō potest sine consensu capituli trā-
sigere, ergò nec compromittere de iure, & de fa-
16 cto. Abbas tamen, & Conuentus † possunt inter
eos, & alium compromittere, si monasterium ple-
no iure ad Abbatiam pertineat, nec habeat alium
superiorem, ita vt habeat iurisdictionem episco-
palē: pro quo est tex. *in d. c. statuimus: de transac. vbi
Abb. nu. 4. & in c. cum & plantare. §. in ecclesijs. de pri-
* uile. glo.* * *communiter approbata in c. 1. in verb. proprij.
in Clem. hoc tit. nostro de reb. eccl. non alienan & per Do-
minic. cons. 96. vide decis. Rota in manuscrip decis. Putei
decis. 4 de reb. eccl. non alienan.*

ADDITIO.

a Suprà *q. 2. nu. 7. & omninò infrà q 79. c. 8. num. 10. &
c. 9. nu. 36. & de transactione in q. 2. nu. 1. & plu. seq.*

Item quando sit licita transactio, latè vide Nat-
tam consi. *145. num. 20. & cons.* 441. Et idem in tuto-
re, quod in Prælato: quia illi æquiparatur, Dec. in
l. *pactum pro curatoris. nu. 2. C. de pact.* Item quando tu
tor non possit compromittere, vel transigere, *Grat.
consi. 3. in fi. vol. 1. & quando possit, vel non, Rolan. consi.
76. vol. 1.* Contrarium est in vasallo super feudo,
quod nullatenus possit compromittere, secundum
* communem, Clar. *in feudum. q. 39. Nec transigere
dimittendo. q. 38.*

Item qui non potest alienare, non potest com-
promittere; *latè Dec. cons. 475. in fi. Limitatur, quando
quis possidet, Rolan. consil. 15. num. 43. volum 1.* Sed de
lite pendente potest liberè fieri transactio, vt per
Decia. cons. 28. nu. 8. vol 3. vbi in hac materia.

SVMMARIVM.

1. *Dissipare est alienare.*

CAP. XXXVII.

ADdo, quòd qui dissipat bona videtur aliena- 1
re, secundum glo. notabilem *in l. nuper. §. fin.
ff. de leg. 2. de qua per Bald. in cap. 1. §. aut si libellario,
quib. mod feud. amitta. in vsib. feudorum.*

SVMMARIVM.

1 *Manumitere est alienare.*
2 *Seruus non manumittitur, nisi vt res immobilis.*
3 *Pro manumisso datur dupla.*

CAP. XXXVIII.

ILle quoque qui manumittit seruum Ecclesiæ,
videtur alienare, † quia manumittere est aliena- 1
re, *l. fin. C. de rebus alien. non alienan.* vnde seruus
Ecclesiæ non † manumittitur, nisi vt res immobilis, 2
& res pretiosa Ecclesiæ: quia cum seruus sit res mo-
bilis pretiosa, vt legitur, & *not. in cap. episcopus, qui.
12 quæst.* secunda non manumittitur, nisi sicut aliæ
res immobiles, *c. consensum. cū c. seq de reb. eccl. alien.* &
si manumittitur, † aut alienatur, fit alienatio dicta 3
dupla Ecclesiæ, *d. c. episcopus*, nisi manumittatur, vt
fiat clericus in Ecclesia, cui seruit, vel alia; per ea
quæ habentur in *c. de famuln. de ser.* non ordinan. &
alibi sæpè; *vt dixi in q. 2. de aliena rer. eccl. sese mouen.
per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Dedicare est alienare.*
2 *Bona profitentis ex legis dispositione transfertur in
ecclesiam.*
3 *Cui me committo, & mea committo.*
4 *Bona minoris tacitè pro dote sunt obligata.*
5 *Vide, quot modis fiat dedicatio.*
6 *Res prohibita alienari etiam pro anima dari nō potest.*
7 *Ecclesia est filius anomalus, qua non succedit, nisi casi-
bus à iure expressis.*

CAP. XXXIX.

DEdicatio etiam, & dedicare venit appellatio
ne alienationis, per ea, † Quæ refert Fab. de 1
Monte in tract. suo de emptio. & vendi. *quæst.
4. prin. q. 22. nu. 18 versi.* circa decimumtertium de
dedicatione. vbi dicit: Dic, quod prohibitus aliena
re non dicitur prohibitus dedicare bona cum sua
persona profitendo, quia dedicans non alienat, sed
lex ipsa profitendo religionem facit, quod omnia
sua mobilia, & immobilia transferuntur in Eccle-
siam, licèt sine sua persona hoc non possit, † vt per 2
*Cy. in Auth. ingressi. C. de sacros. eccl. per Bal. in cons. quod
incipit.* In Christi nomine quæritur, *an reseruatio.*
quia cui me committo, † intelligor pariter in con- 3
sequentiam, & mea ei committere, *§. illud quoque.
Authen. de nuptijs in l. 1. in fin. iuncta glo. ff. de adop. & est
simile illud*, quod dicitur de minore, cuius bona li-
cèt non possint obligari, vel alienari per eum, tamē
accipiendo vxorem, & dotem condignam, † eius 4
bona intelliguntur ab ipsa lege tacitè pro restituti-
one ipsius obligata, *glo. in l. fi. C. de legit. tut. latius tra
ditur in l. item quia. ff. de pac.* quia alienatio legalis po
tiùs dicitur quàm hominis, quæ non intelligitur
prohibita, *l. alienationis. ff. familiæ hercisc.* Et quot
modis fiat dedicatio, † vide per Bal. *in l. si nōdum. C.* 5
de fur. vbi dixit, quod fit corde, verbo, & opere. li-
cèt dedicatio propriè sumatur quò ad personam,
l. 2 ff. de pollicit secundum Cy. d. Authen. ingressi. 2 q. Et
an fundus possit consecrari, vide *Gulie. de Cun. in l.
fin.*

fin. ff. vt in poss. leg. quod non. plenè per Bal. in rub. ff. de
6 *reb. dub.* Et licèt res prohibita alienari etiam † pro
anima regulariter dari non possit, *ca. s. §. donare.*
qualit. olim sen. pot. alien. tamen in Ecclesiam con-
ferri potest, quando est de suis, id est, quando habe
tur loco filij, *c. in præsentia. de reprobatio. scilicet, per*
ingressum religionis, per Bar. in l. si ita quis. §. ea lege post
glo ff. de Verb. obl. Et dicit *Bal. in d. §. donare.* quod Eccle-
7 *sia est filius anomalus*, † & non habetur loco filij, nisi
in casibus à iure expressis, *d. c. in præsentia. Auth. roga-*
ti. ad Treb. plenè Bar. in l. si ita quis. §. fin. ff. de lega. 2. &
alias, vt per Fabian. d. loco.

SVMMARIVM.

1 *Vnio venit appellatione alienationis.*
2 *Ecclesia dicitur alienari, quæ alteri Ecclesiæ vnitur perpetuo.*
3 *In concessione, vel vnione Ecclesiæ alteri requiritur solemnitas alienationis.*
4 *Minus est vnire, quam alienare.*
5 *Sede vacante ius veniendi transit in capitulum, non ius alienandi.*
6 *Vnio facta ex falsis causis non tenet.*

CAP. XL.

SVb vocabulo alienationis venit etiam vnio:
1 † quia prohibitus alienare rem Ecclesiæ, fauo-
re ipsius Ecclesiæ intelligitur etiam prohibitus ve-
nire, quia vnio est species alienationis, *c. 1. de reb. ec-*
cl. non alie. in 6. quia dicit Abb. in c. tua nuper. de his,
quæ fi. à Præla. quòd Ecclesia dicitur alienari, cùm con-
2 ceditur alteri Ecclesiæ in perpetuum: † nam quasi
capite minuitur, cum non gaudeat proprio Recto-
re, sed alij subijcitur. & in hac alienatione, vel con-
3 cessione requiruntur omnes solemnitates † requi-
sitæ in alienatione cuiuslibet rei Ecclesiasticæ; se-
cus, si ecclesia sit concessa non in perpetuum, sed ad
tempus, vt ibi per eum in vers. seq. not. quamuis v-
nire sit multò minus, quàm alienare; quia qui po-
4 test vnire, vtique non potest alienare. † quod ex eo
patet, quia sede vacante in capitulum transit ius ve
5 niendi, † per *Inn. in c. sicut vnire. de exces. Prælat. gl. in*
Clem. ne in agro. §. ad hæc. de stat. mona sed non ius alie-
nandi, nec ius authorandi, c. 1. & ibi glo. ne sed. vacan. not.
in c. cum olim. de maio. & obe per Ang. Bero. in ca. 1. de
reb. eccl. alien. col. 6. vers. modo quod est decis. Rota in nou.
229. incip. in dimembratione in fi. sub tit. de reb. eccles.
alien. & decis. 34. in vltimis. vbi habetur, quod vnio fa-
cta ex falsis causis non tenet, & *decis. 2. Thomæ Fasto.*
in vltimis. Et habetur per Philip. Franc. in rub. de reb. ec-
cle. non alien. Secundò nota, quod licèt Ecclesia va-
cans possit alteri vniri, etiam non dato sibi legiti-
mo defensore; tamen in tali vnione, & conces-
sione requiritur omnis solemnitas in alienatione
rerum Ecclesiæ requisita, *c. tua. de his, quæ fi. vide per*
Dec. in cons. 174. & pro tenui. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Submißio venit appellatione alienationis.*
2 *Submittens rem suam alteri videtur fateri dominium ad illum pertinere directum.*
3 *Si me constituo me tuo nomine poßidere, in te transit possessio.*
4 *Is poßidet, cuius nomine poßidetur.*
5 *Verus dominus constituens rem suam alieno nomine detinere, transfert dominium, & poßeßionem.*

CAP. XLI.

INtelligitur submissio nomine alienationis,
† quia submittere, supponere, vel subijcere res 1
Ecclesiæ alicui, & sub nomine alicuius est alienare
per text. in hoc casu formatum in c. s. de reb. eccl. non a-
lien. in 6. quia dicit Pet. de Anch. ibidem, quod si benè
attendatur, submissio est quædam alienatio quasi
ad illos confiteatur dominium † pertinere dire- 2
ctum, *l. 1. §. fi. ff. si ager vectig. vel emphyte. sicut cum me*
constituo † tuo nomine poßidere in te transit poßeßio, & 3
abdicatur à me: † quia is possidet, cuius nomine 4
possidetur, c. cùm venissent. de restit. spol. subdens;
quòd per ista sentit Io. And. † quod si meus domi- 5
nus, & possessor constituit se alieno nomine rem
suam detinere; per hoc transfertur dominium &
possessio, &c.

SVMMARIVM.

1 *Nomine alienationis venit fideiußio.*
2 *Prohibitus alienare, est prohibitus fideiubere.*

CAP. XLII.

ALienatio pariter sub se continet fideiusso-
rem: † quia prohibitus alienare, vide fideiu- 1
bere. † quia dicit *Bal. in l. exceptione C. de eust.* quòd 2
prohibitus alienare non potest etiam in contractu
fideiubere pro alienante. refert, & sequitur Ber-
tachin. in tract. de epis. *par. 4. q. 45. nu. 154. vers. circa*
prædicta. ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Dimembratio venit appellatione alienationis.*
2 *Cum Ecclesia, aut illius bona dimembrantur, vide, quid solemnitatis requiratur.*
3 *Dimembratio est perpetua alienatio, ideò solemnitates alienationis in ea interueniunt.*

CAP. XLIII.

INtelligitur etiam dimembratio † appellatione 1
alienationis, puta, cum dimembratur aliqua ec-
clesia, vel bona illius per Prælatum aliquem, vel
Legatum de latere; quia illa est alienatio, & requi-
ritur Rectoris vocatio, causæ expreßio, tractatus,
† & aliæ solemnitates est decisio Rotæ in nou. *decis.* 2
229. incip. in dimembratione tit. de reb. eccl. non alien. &
decis. seq. † Et in dimembratione rerum Ecclesiæ re- 3
quiruntur solemnitates requisitæ in alienationibus
Ecclesiasticis, quia dimembratio est perpetua alie-
natio, per *Perus. c. 1. col. 1. nostro ti. refert Rebuf. in c. si-*
ne exceptione. 12. q. 2. in verb. vendere.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio est omnis actus translatiuus, tam vtilis, quàm recti dominij.*
2 *Alienatio sumitur quatuor modis.*
3 *Alienatio sumitur etiam, quando aliquid iuris transfertur, puta, vsusfructus.*
4 *Verbum alienasse videtur importare, quòd omne dominium, quod habet, sit translatum.*

CAP. XLIV.

1 SImiliter sub vocabulo alienationis venit † omnis actus dominij, tam directi, quam vtilis translatiuus, aut alicuius iuris in re; ita per *Bal in l. sancimus. C. de reb. alie. non alie. per Abb c nulli de reb eccl. alien. vers. nota*, quòd verbum, quia dicit tex. in cap. possessiones. 16. *q. 1. quod res Ecclesiæ* non solum nõ possunt alienari, permutari, vel prædictis contra-
2 ctibus transferri, sed nec quibuscunque titulis, † vel distractionibus, vel sub quocunque argumento cõcedi. Et alienatio sumitur, vt & supra in *1. q. sub num. 11. dicebamus*, quatuor modis, per Bal. *in Auth. hoc ius. C. de sacrosanc. eccle. & per eundem in cons. 51. col 3. 1. volu. Primò*, videlicet proprijssimè sumpto vocabulo, vtpotè, quando plenum transfertur dominium. *l. 1. & ibi glo. C. de fun. dot.* Secundò propriè, quando transfertur vtile dominium, veluti est in emphyteutico contractu, & emphyteusi, vt *in Auth. de non alie eccl. Barba. in rub. huius tit. col. 8. nu. 46.* Tertiò modo impropriè, quando quis alienat vsumfru-
a ctum, vel vsum, vel aliam a qualitatem rei, vt seruitus, per text. *in l. iubemus. §. fi. de sacros. eccl.* Quarto modo improprijssimè: & abusiuè, veluti, quando res pignori obligatur. *l. in quorum ff. de pign. vbi Bar. & in l. qui habebat in prin. ff. de le. 3. & hoc*, quando nõ est spes redimendi, putà, quando tanti est obligata res, quanti valet, Alex. *cons. 169. inspecto*, ac maturè consideratur *in fi. vol. 6. Barb. in rub. huius tit. col. 12. nu. 71. refert, & sequitur Rebuff. in repet. c. fine exceptione. 12 q. 2.* vbi dicit, quod isti quatuor modis possunt iudicio suo reduci ad duos tantum, propriè, & impropriè: propriè, quando transfertur dominium directum, vel vtile; impropriè quando dominiũ rei non transfertur, sed aliquod ius tantum, vt vsus
b fructus, b † vel quando res pignore obligatur. Lud.
3 Rom. *sing. 600 incip. tu scis, vt per Rebuff. ibidem. facit*, quod habetur per Alex. *in cons.* 108. *incip. viso* processu causæ principalis. *num. 3 vers. quarta. ratione. vol. 6.* vbi verbum Alienasse importare videtur, quod omne dominium, quod habet, sit translatum
4 in alium, † *l. alienatum ff. de verb. sign. cum concord.*

ADDITIO.

a Infrà *q. 79. c. 9. num. 38. Immò etiam* venit constitutio vsusfructus, *vt per Nat. cons.* 470. *in prin.*

b Infra *q. 79. c. 9. nu. 38. & q. 15. in prin.*

SVMMARIVM.

1 *Sub nomine alienationis venit conditio.*

2 *Quid sit contractus conditionis.*

CAP. XLV.

1 NOmine item alienationis † venit conditio, per tex. in *c. nulli. ext. eo. ibi*, Alienationis autem verbum continet conditionem: quod aliqui intelligunt pro contractu conditionali, per Io. And. & But. ibidem: quod non placet Floriano de Sancto Petro; quia, inquit, cum prohibeantur omnes contractus, videntur prohibiti omnes sub quauis forma stipulati, & formati, & sub forma conditionali: alij intelligunt pro contractu, quo prædia Ecclesiæ obligantur ad aliquod onus tributi. id enim quod est sub tributo, regulariter est sub con-
2 ditione, † si tributum non soluat. Alij si res Ecclesiæ efficiatur subiecta alicui oneri, & iuri; vt si Prælatus aliquod ius in rebus Ecclesiæ constituat, vel fiat actus, per quem ius in re acquiratur, quod non esset dominium, putà, ius vsusfructus, vsus, vel alterius seruitutis realis, quia sic alienare videretur. *l. fi. C de reb. alie. non alie c. non liceat. 12. q. 2. & ita intelligitur tex. c. nulli. de reb. eccl. alie. vel non Host. in Summa de cond. appo per ea, quæ adducit latè Aug. Bero. in c. nulli præallegato. col. 12. vers. notandum.* vbi subdit, quod etiam posset intelligi, si Prælatus promissionem, pactum, aut conuentionem faciat, quibus obligaret, vel rem Ecclesiæ dare promitteret, vt per stipulationem, vel pactum, ex quo de iure Canonico potest agi, &c.

ADDITIO.

a Rerum appellatione, In hac materia latissimè per Bero. in *c. vlt. nu. 63. & plu. seq. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio est, quando vsus rei ad longum tempus transfertur.*

2 *Alienatio est, quando vsus facti transfertur.*

CAP. XLVI.

INtelligitur & alienatio, † quando solus vsus ad 1
longum tempus transfertur, per Bald. *in auth. hoc ius. vers. sextò est. C. de sacros. eccl.* vbi dicit, quod est considerandum, quòd si vsus facti transfertur,
† quòd vidatur esse alienatio; quia, si ista commodi 2
tas transfertur ad longum tempus, licèt propriè nõ sit alienatio, tamen habet materiam prohibitam in loco alienationis, ne committantur, *Fran. c. hoc consultissimo. de reb. eccl. non alie. in 6.*

SVMMARIVM.

1. *Translatio solius detentationis est alienatio.*

2. *Omnes modi alienationis sunt prohibiti, in quibus ratio prohibitionis militat.*

CAP. XLVII.

DIcitur quoque alienatio, † quando transfer- 1
tur sola simplex occupatio, & detentatio rei, & si à nemine sit alienatum, sed solùm inuasum, & occupatum, largissimè tamẽ loquendo; probatur in *l. quemadmodum. C. de agr. & cens. lib. 11. Abb. & Ioan. And. in c. Episcop. de reb. eccl. alie. vbi Aug. Bero. col. fi. vers. præterea.* Et omnes supradicti modi videntur
venire alienationis vocabulo, † quia illi modi, in 2
quibus ratio prohibitionis militat, censentur inclusi, alij minime, *c. nulli. extra eo Clem. 1. eo. ti. in fi. c. 2. eo. tit. lib. 6.* sicut videmus, quòd in tali alienatione veniunt etiam obligationes, quæ tamen alienationes nõ dicũtur, per Bar. *in l. Titum lex. in fi. ff. de fideiussorib.* Per quæ videri potest, quòd multis rationib. & multis modis contingere potest rerum Ecclesiæ distractio, vel alienatio. Hæc singulatim volui ponere, & enumerare; quia sic melius materia declaratur, melius intelligitur, & percipitur; vt illa benè, & melius intellecta, facilius caueatur ab indebita vsurpatione, inuasione, alienatione rerum Ecclesiæ, & ab illicitè super illis contrahendo, vel distrahendo, præter formam à iure traditam.

(*.*)

SVM-

SVMMARIVM.

1 Prohibitionem alienationis rerum Ecclesiæ à Leone, & Anastasio editam Imperator corrigit.
2 Prohibitio Leonis, & Anastasij extenditur ad quascunque Ecclesias, & loca pia.
3 Omnem genus alienationis Ecclesiastica est prohibitum.
4 Data per Principem Ecclesiæ nullo modo alienantur.
5 Data Ecclesiæ, vt non alienentur, non possunt alienari etiam pro redemptione captiuorum.
6 Pactum interueniens, cum res datur Ecclesiæ, debet seruari.
7 Etiam ruina rerum Ecclesiæ non possunt alienari.
8 Pœna permutantis cum Ecclesia de iure ciuili.
9 Pœna accipientis rem donatam Ecclesiæ.
10 Pœna accipientis rem immobilem Ecclesiæ in pignus.
11 Pœna accipientis rem in emphyteusim.
12 Pœna donantis sterilia Ecclesiæ, ex quibus sit damnificata.
13 Prohibita est alienatio rerum Ecclesiæ in veteri testamento.
14 Item iure canonico vocabulo alienationis largissime sumpto, vt nu. 14.
15 Sanctum est Domino quicquid offertur.
16 Semel Deo datum, licet sit alienum, non potest fieri profanum amplius.
17 Est sacrilegus, qui putat semel Deo datum reuocare.
18 Pœnitentiam aget dolens se pauperibus dedisse.
19 Quare sit facta prohibitio alienationis rer. eccl.
20 Pro re Ecclesiæ alienata, Ecclesia conuenit vel alienantem, vel possessorem.
21 Si Ecclesia cepit vnum conuenire, potest omittere & contra alium reintentare.
22 Ecclesia consequuta ab vno rem, potest ab alio consequi pœnam.
23 Qui rem Ecclesiæ vendit, aut inuadit ad altare non accedit.
24 Bona Ecclesiæ sunt collata pro remedio peccatorum.
25 Contractus alienationis rei Ecclesiæ est inanis, & vacuus, & non transfert dominium.
26 Vsibus particularibus non applicetur illud, quod communi vtilitate datum dignoscitur.
27 Res Ecclesiæ dicuntur esse pauperum.
28 Alienatores, nisi rem restituant, excommunicantur.
29 Alienans potest repetere rem Ecclesiæ alienatam etiam contra proprium iuramentum.
30 Perpetua locatio est species alienationis.
31 Bona dotalia Ecclesiæ non alienantur, nec præscribuntur.
32 Bona sunt tradita ab Ecclesijs, vt victus Catholicis subministretur.
33 Bona data Ecclesiæ sunt data Deo.
34 Ecclesia habet dominium rerum Ecclesiæ.
35 Datum Ecclesiæ videtur datum pro salute animarũ.
36 Deus in rebus Ecclesiæ habet dominium.
37 Locus semel religiosus factus non tendit ad vsus seculares.
38 Ruente Ecclesia, locus, in quo est fundata, remanet sacer.
39 Papa sacrum ad profanum reducit.
40 Nihil est impossibile Papæ de iure positiuo.
41 Res ecclesiæ non sunt dandæ cognatis.
42 De rebus ecclesiæ fiunt quatuor partes.
43 Extrauagans Pauli II. super rebus ecclesiæ non alienandis.
Et constitutio Iulij III.
Et constitutio Pauli. IIII.
Et Pij IIII.
44 Quia ecclesia est mater religionis, ideo eius patrimonium conseruetur illæsum.
45 Propter malos prælatos, inuenta est alienationis prohibitio.
46 Prohibetur alienari tam res parua, quàm magna.
47 Dictio Quicquam, & Aliquid quid importent.
48 Alienans prædium ecclesiæ, vel magnum, vel exiguũ deponitur.
49 Rub. de eccl non alien. reb. stat prolata negatiuè.
50 Datum Ecclesiæ, vt non alienetur, non alienatur, etiam cum necessitate de iure ciuili.
51 Quilibet Episcopus iurat fidelitatem Papæ, & non alienare.
52 Papa habet omnia iura in scrinio pectoris.
53 Negligentia Prælati præiudicialis etiam tacendo, aut omittendo punitur.
54 Prælatus tenetur ex dolo, vel culpa non leui commissa circa res Ecclesiæ.
55 Prælatus de leui culpa tenetur, si scienter, de non leui, si ignoranter
56 Prælatus dispensans vltra modos, licitos peccat, & punitur.
57 Cuius sint res Ecclesiæ.
58 Prælatus alienans res Ecclesiæ incidit in periurium.
59 In dubio res Ecclesiæ semper præsumitur esse de mensa.
60 Prælatus tenetur refundere tantundem Ecclesiæ, quãtum omisit acquirere.
61 Rei appellatio est generalis, & quid veniat appellatione rei in hac materia.
62 In materia alienationis Ecclesiæ appellatione Ecclesiæ veniunt loca pia.
Maximè quo ad seruandam solemnitatem.
63 Sex casus, in quibus res Ecclesiæ nõ possunt alienari.
64 Quod in vno est prohibitum, in reliquis videtur esse permissum.
65 Quæ diuisim sunt tradita, faciliùs percipiuntur.

DE RERVM ECCLESIASTICArum alienatione.

QVAESTIO III.

HIs sic paucis præmissis circa significatũ verbi Alienatio, est, quod aliquid dicamus de rerũ Ecclesiæ alienatione, & an possint, vel non possint res mobiles, immobiles, iura, & actiones Ecclesiæ alienari.

Et videtur primò, quòd non possint alienari modo aliquo res Ecclesiæ. quia id videtur expressè legibus Imperialib. inhibitum. est enim factus titulus per Imperatorem in *Auth. de non alien. aut permut. reb. eccle.* in cuius nigro Imperator primò corrigendo leges à Leone, & Anastasio editas in prohibendis alienationib. rerum Ecclesiæ, †quæ essent 1
certis locis restrictæ, non amplæ, nec generales, nec amplexantes res cuiuslibet Ecclesiæ vbique existentes extendendo, & ampliando ad quascunque Ecclesias, & pia loca vbique terrarum existentia, interdicit, & prohibet vendi, donari, commutari, in emphyteusim concedi,

 dari

2 dari in solutum,† & alienari, vocabulo Alienationis largissimè sumpto, vt *§. nos igitur. eo. tit. Item in Authen. de ecclesiast. rer. immob. alien. & solutio.* ibi, Nuper igitur scripsimus legem sanctissimis ecclesijs omnibus, & monasterijs, & reliquis venerabilibus domibus, nullam eis rerum immobilium alienationis licentiam permittentem. *& gloss ibi in verb. perimentes.* dicit, quòd omne genus alienationis rerũ
3 ecclesiæ † est prohibitum. Item in *Authen. de aliena. & emphyteu. §. ea verò.* vbi ea, quæ ab Imperatore, vel
4 Principe data sunt ecclesiæ interdicuntur, † quod modo aliquo non vendantur, pignerenter, supponantur, vel modo aliquo alienentur. & paulò post ibidem, Modis omnibus prohibemus fieri alienationem monasteriorum. Item & ibi, Oeconomis verò, & alijs ordinatoribus clericorum prohibetur, ne faciãt locationes, emphyteusim, emptiones, aut hypothechas rerum immobilium ecclesiæ suis parentibus, filijs, aut alijs coniunctis. Item *in §. sanctissimas.* prohibet, quòd res non alienentur etiam pro redemptione captiuorum, maximè si sint datæ ec-
5 clesiæ cum hoc, † quod non alienentur, per *text. ibi, & per tex in l. fin. C. de reb. alien. non alien. & in l. fin. C. de pact. inter empto. & vendito.* pactum enim, quod
6 interuenit, † quando res datur ecclesiæ, hoc est, vt non alienetur, seruari debet. *glo in Authen de aliena. & emphyt. d. § sanctissimas. in verb. alienent. Item per tex. præallega. Authē. de non alien. aut permutan. §. quod autem. ibi* nedum est prohibitum alienare bona immobilia ecclesiæ, sed etiam ipsas ruinas, & ea quæ omninò destructa sunt, & iacenti in paulmento. i-
7 bi, † Quod autem dictum est à nobis, vt nullius rei ecclesiasticæ, aut pthociæ alienatio sit permissa: ad nullam nostræ Reipublicę personam sancimus valere, non solùm super constantibus domibus & suburbanis, & hortis, ac agris, sed etiam super ruinis, siue ex igne, siue ex terræmotu, siue ex aliqua qualibet causa ruina sit; sed etiã in ijs, quæ omninò destructa sunt, & in pauimento iacẽt; siue etiã in puris ruinis nullum ædificium habentibus, neque materiam iacentem. non enim in illis alienationem fieri permittimus, &c. Imò, si quis præsumat rem Ecclesiasticam emere, cadit in pœnam, quia cadit statim à prętio exbursato, & res empta potest ab eo auferri cum omnibus intermedij temporis fructibus, *d. Authen. de non alien. §. quis igitur emere præsumpserit.*
Itam si quis cum Ecclesiastica re permutat, aut
8 permutare † ausus, fuit, cadit in pœnam, quod datã sibi rem ex permutatione amittit, quæ redit ad Ecclesiam, & datum per eum Ecclesiæ pro re Ecclesiastica remanet penes Ecclesiam ablato sibi iure repetendi. Et qui donatam sibi rem Ecclesiæ acci-
9 pere pręsumit, † perdit rem donatam, & aliud tantundem de sua substantia Ecclesiæ restituere, & recompensare tenetur, vt ibidem *in §. si quis autem per donationem & §. si autem permutatio.* Et si creditor in pignore corporali audet eligere, & accipere rem immobilem eccle. vel in suburbanis, aut agris,
10 aut hortis, † cadit à prætio, quod exbursauit, illo remanente penes Ecclesiam, *§. si autem creditor.* Ex si quis acceperit, vel accipere præsumpserit in emphyteusim perpetuam rem Ecclesiæ, cadit ab em-
11 phyteusi, † & quod per eum fuit datum, remanet eccle. acquisitũ, & ad Ecclesiã redit emphyteusis, *Auth. eod. §. si verò in perpetuam.* Item nec etiã bona immobilia sterilia vendi, aut, alienari possunt; & si alienetur cõtractus est nullus, & pro nõ facto habet, *§. si-cut autem damnosas d. Auth. Item ab eod.* Imperatore fuit factus alius titulus in fauorem rerum eccle. videlicet, de Ecclesiasticarum rerum immobilium alienatione, & solutione, vbi exceptis casibus ibi expressis, generaliter prohibetur alienatio rei Ecclesiasticæ. & glos. *in verb. perimentes.* dicit, quod omne genus alienationis est prohibitũ. Imò si steriles res sint per aliquem donatæ Ecclesiæ, & ob earum sterilitatem Ecclesia sit in aliquo damnificata, vel dãnum, iacturam, seu detrimentum sustinuerit, tales res debent dantibus restitui, vel eorum hæredibus, qui tantum de eorum facultatibus recompensent
ecclesiam, † quantum damnum, ob illarum datio- 12
nem, vel receptionem sustinuerit, per *tex. in §. si verò quidam cuilibet. Authen. de alien. & emphyteu.*
Item vltra ius ciuile, est expressè interdictũ res ecclesiasticas alienari ordinatione veteris testamẽ-
ti, † *Leuit. Capit. 25.* vbi Deus prohibet rerum sua- 13
rum, & suæ Ecclesiæ alienationem fieri; ibi, Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, &c. Et etiam per ius canonicum. nam videtur formata super hoc causa *12. q. 2 per totum.* vbi text. in summa dicit, quod res Ecclesiæ nullo modo distrahi, & distractæ nullo modo possideri possunt. &
glo. ibi. dicit, † quod res Ecclesiæ sunt prohibitæ a- 14
lienari, alienationis vocabulo sumpto pro omni contractu per quem dominium transfertur; sed, inquit, in hac materia largius sumitur: quia nec etiam obligari potest res ecclesiæ: & alias, vt ibi. *& per tex. in c. 1. ibidem.* qui Christi, & qui ecclesiæ pecunias aufert, veluti homicida damnatur: quia quicquid Domino consecratur, offertur, vel datur, siue fuerit homo, siue animal, siue ager, vel quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit
Domino, & inexcusabilis erit omnis, † qui quæ Do- 15
mino, & Ecclesiæ competunt, aufert, vastat, inuadit, vel eripit, *c. nulli ea cau. & q. vbi glo. dixit,* quòd
semel Deo datum, † licet etiam sit alienum, non po- 16
test amplius effici prosanum, *17 q. 4. & ff. de rerum diuis. l. in tantum. c. iniustum 12. q. 2. & habetur in tex. c. sunt. 16 q. 4. quod est sacrilegus,* qui putat illud, quod semel Deo, & Ecclesiæ contulit, esse reuocãdũ: quia si quis emittit votum proprio impulsu, illud tenetur
obseruare, quia qui pœnitet, † & dolet de eo, quod 17
dedit pauperibus, de illo dolore, siue pænitentia
pœnitentiam agere debet, † vt per *glo fin. ibidem.* Et 18
quare sit facta lex prohibitiua alienationis rerum Ecclesiæ, dicit Imperator in Authen. *de Ecclesiast rerum immob. alien in prin. ibi.* Scripsimus legẽ prohibẽ
tẽ res Ecclesiarũ omniũ alienari, † quia videbamus 19
prædia, & possessiones paulatim alienari sine dignis solutis prætijs, & sine causa ineuitabili. Quia si non esset interdicta alienatio rerum ecclesiasticarũ, esset periculũ, quòd ecclesia ad nihilũ redigeretur. *per tex. in c. monemus. 12. q. 2.* vbi sub vltione canonica interdicitur, quòd clericus, vel sacerdos non vsurpet, vel alienet rem ecclesiæ. *& ibi glo. dicit.*
† quòd pro re ecclesiæ alienata recuperanda potest 20
conueniri alienator, & possessor, & ecclesia habet electionem, vtrum malit conuenire; & si cœpit vnum conuenire, potest omittere, & contra
alium intentare; & , si † Ecclesia sit suum conse- 21
quuta ab vno, potest denuò agere contra alium

alie-

alienantem, si agit ad pœnam incursam pro aliena-
22 tione; † non tamen si agit ad interesse: quia pœna v-
nius non liberat alium *c. cum deuotissimam. ead. cau.* *& q. glo. in c. si quis. in glo. fin. de reb. eccle. alien.* Imò & ipsi Papæ videtur interdictum prædia Ecclesiastica alienare, *c. nō liceat Papa eadem caus. 12. & q. 2* Et qui
23 res Ecclesiæ vendit, vel inuadit, ad altare † non potest accedere, nec eius oblatio recipitur, & à sacramentis Ecclesiæ est suspensus, *per tex. cum ibi glo. in c. indigne. ea. caus. & q. vbi per text.* valde iniquum, &
24 ingens sacrilegium est, † vt quæ pro remedio peccatorū, vel pro salute, & requiē animarū suarum vnusquisque Ecclesiæ contulerit, ab his, à quibus maximè seruari debuissent, in aliud transferri, vel conuerti permittatur, & propterea accipienti, donanti, vel possidenti sit anathema.

Itē bona ecclesiastica vendita, vel donata reuocātur, & Ecclesiæ, à qua distracta fuerunt, restituuntur, & reintegrantur: per tex. *in c. Vulterana. 12. q. 1. ibi.* Prædia culturæ restituatis, & reuocetis, si qua sunt vendita, aut donata mancipia. Possessiones etiam, quas ab Emancio, & Opilione Episcopis, vel cæteris quouis iure videritis teneri (quia contra constituta Synodi ab Episcopis prædia alienari nullo potuerunt cōmento) nihilominus reuocentur. Sit emptoribus ad eum recursus, qui præsum-
25 psit aliquid de Ecclesiæ rebus † illicita venditione distrahere. Immo contractus talis venditionis, vel alienationis est inanis, & vacuus, nec in emptorem transferri potest rei talis venditæ dominium: per *tex. cum ibi glo. in c. quicquid. ea. caus. & q.* Imo honore priuatur, & deponitur, siue donator, siue venditor, siue alienator quicunque ausus fuerit aliquod, vel magnum, vel exiguum reb. eccl. alien. dicit *tex. vbi glo. in c. quicunque. 17. q. 4. vbi glo. 1.* dicit, quod si statim restitueret; pœnā effugeret. *& gl. seq. declarādo* dicit, intellige exiguum, si sit tamen vtile Ecclesiæ; subdens, quod in talibus alienationibus faciendis est multum attendendum, quod disponitur per leges municipales; quia ratio nulla permittit, vt
26 proprijs cuiusquam vsibus applicetur illud, † quod pro communi vtilitate datum esse dignoscitur, *c. ratio d. 17. quæstio. 4.* Et legitur *in c. sunt qui opes. ea. cau. & q.* quod qui putat reuocandū illud, quod semel ecclesiæ contulit, sacrilegium committit. Itē & qui contendit retinere relicta, siue legata sacris locis, *vt c. sacrilegium. ibidem. Et in c. attendendum. eo.* habetur, qua pœna sit puniendus, qui Ecclesię vsib. dedicata vexare tentauerit. Facit, quia res Ecclesiæ dicuntur etiam esse res pauperum, vel egentium, opti-
27 mus *tex. in c. qui res. de reb eccl alien.* † *cum ibi no. gl. & tex. in c. quoniam quicquid. quod est vlt. 16. q. 1.* meritò si non possunt alienari, quia habet interuenire consensus pauperū, vel egentiū, quorum esse dignoscūtur, quia sine illorum consensu non valeret alienatio: quia quod nostrum est, sine facto nostro &c. quia in vnoquoq; actu pars, quæ habet interesse, debet citari, & audiri. *l. in vnoquoque. ff. de re iud. & bona Ecclesiæ sunt pauperum, quò ad substantiam, Io. And. & Perus. in c. fi. infi. princ. eo ti. lib. 6 post Io. Monac. & Pet. Rebuff. in cōpendio alien. rerū eccl. in verb. id eligat. Item est tex. in materia factus in c. nulli liceat. de reb. eccl. alie. vel non:* vbi expressè prohibetur sub pœna Leoninę cōstitutionis rē ecclesiæ immobilē alienari, vel hypothecari, alienationis vocabulo largissimè sūpto. & in *c. si quis presbyterorū. eo. ti.* vbi alienatio facta de reb. eccl. nō tenet, & alienatores, nisi rē restituant, excōmunicantur: & quilibet clericus contradicere, † ac rē cū fructibus medij tēporis repetere pōt: *vbi* 28
gl. fi. ponit, q̄ actionē, & cōtra quē habeat ecclesia agere, cuius bona fuerūt alienata, *vbi gl. in verb. alienator, dicit,* quod † qui alienat in prœiudiciū ecclesiæ e- 29
tiā si iurasset nō repetere, reuocare debet alienationē nō obstāte iuro, quia est illicitū, *c. intellecto. de iure iur. extrà. Et in c. possessiones. eo. in tex. cum gl.* habetur, quod prohibita est perpetua alienatio possessionū ecclesiæ. Et *in c. ad audientiā. eo.* canonicus prædium ecclesię perpetuò locare nō pōt; † quia talis locatio 30
nō pōt fieri, nec tenet de iure, vt per *gl. ibidem*; quia est species alienationis *gl. in l. fi. C. de pac. pign & in l. 1. §. q aut. ff. de superfi. gl. in Cle. 1. de reb. eccl. non alie. in verb. locare. Itē dicit gl. in c fi. de reb. eccl nō alie. in 6. in verb. immobilia,* quod tā immobilia, q̄ mobilia ecclesiæ alienari prohibētur, &c. & Glossator, siue Cōmentator *d. Cle. 1. de reb. eccl. nō alie. dū colligit notabilia:* Nota, inquit, inhibemus perpetuo edicto, i. prohibemus statuto in æternū duraturo, quia volum⁹, quod istud edictū, siue statutū de reb. eccl. nō alie. sit perpetuū, ita quod nunq̄ alienētur res ecclesiæ, &c. Et bona, quæ sunt data, & assignata ecclesiæ pro dote, vel in dotis causa, non possunt, † nec alienari, 31
nec præscribi aliquo modo, per ea, quæ dicit Bald. *Nouell in tracta. de dote. in princip. primæ par Ias. in Authen. quas actiones. C de sacrosanct. eccles. per Dicto. in cap. de quarta. & cap. ad audientiam. de præscrip. refert Bened. Canophil. in suo tract. de priuile. ecclesia. & personar. in tit. de aliena. rer. eccle.*

Item alia ratione videtur, quod bona Ecclesiarū non possunt alienari, quia sunt bona tradita, & assignata ecclesiæ, vt ex illorum fructibus victus Catholicis subministretur: † quia est sciendū, quod in 32
primitiua ecclesia feruescente calore fidei confluētes ad fidem vendebant omnia bona sua, & portabant, & deponebant pretium ante pedes Apostolorum, & ex illo victus subministrabatur omnibus Christi fidelib. communem vitam degentibus, & inde fuit statutum per sacerdotes, & leuitas, quod non amplius venderentur prædia, sed ecclesijs traderentur, vt ex eorum fructib. & prouentib. elegātius victus Christi fidelibus, & ministris subministraretur, *c. videntes. 12. q. 1. subdens text. infi.* Ideò si aliquis extiterit modernis, aut futuris temporibus, qui hæc auellere nitatur, iam dicta comminatione feriatur. vnde si alienarentur, cessaret victus pauperum, & cessaret effectus, ad quem sunt talia bona assignata ecclesiæ; quod quidem non est dicendum.

Item talia bona ecclesiæ tradita, concessa, donata, aut oblata, sūt Deo data, † & oblata *cap. res. 12. quæ* 33
stio. 1. & d. cap. videntes. ecclesia. enim, cuius caput est Christus, habet dominium bonorum ecclesiæ, † quæ quò ad substantiam sunt pauperum, quò ad 34
administrationē sunt clericorum, quò ad dominium sunt Christi, *Io. And. & Perus. in d. c. fin. eod. titu. in 6. post Io. Monac.* ipsæ enim res fidelium oblationes appellantur, quæ à fidelibus Domino offeruntur &c. *vt d. c. res:* quia homines talia offerentes Ecclesiæ, habent respectum ad Deum, *vt in cap. nulli liceat. 12. q. 2. d. cap. res ecclesiæ. 12. quæst. 1. ibi,* Domino oblatæ, &c. & de *rerum permuta. cap. mancipia. & c. iniustum, & extrauag. Ambitiosæ. de rebus eccle. non alie. in princ. ibi,* Immobilia, & pretiosa, Deo dicata, extrauag. commu. Et oblata Ecclesiæ sunt

dedicata vsibus secretorum cælestium, *cap. attendendum. 17. q. 4.* Et datum Ecclesiæ videtur collatum
35 pro remedio peccatorum, & pro salute, † ac requie animarum, *c. indignè 12. q. 2.* vnde cum sint ista Dei non possunt sine Dei consensu alienari; quia quòd nostrum est, sine facto nostro, à nobis auelli non potest, *c. ab eo. de elect. li. 6.* & Deus in rebus Eccle-
36 siæ habet dominium, & possessionem, † *d. c. nulli. per Abb. in repe. c. cum esses de test. nu. 29. vers. quintò principaliter quæro. Afflict. decis. 361. & semel.* Deo dicatum ad vsus humanos amplius transferri non potest, *v. semel Deo. de reg. iur. optima glo. in c. possessiones. in verb. laicis. extra de reb. eccl. alien.* vbi locus semel religio
37 sus factus ad seculares vsus non redit. † & Dyn. *in d. regula semel.* secundum quod dicit ibidem Ioan. Andr. in mercurialibus, ponit exemplum in æde sacra, quæ si corruat, vel sit destructa, locus tamẽ, in quo erat fundata, vel constructa, remanet sa-
38 cer, † & Ecclesiasticus, *§. locus. Instit. de rer. diuis. & in l. in tantum. §. sacra. ff. de rerum diuis. & l. & sacra. ff. de contrahen. emptio.* Et ad illud, quod potest adduci de contrario *in l. continuus. §. pen. ff. de verb. oblig.* vbi habetur, quòd benè est possibile, quòd res sacra fiat profana: dic, quod dicitur in reg. semel. dicitur, quò ad impossibilitatem iuris; quod verò *in l. continuus.* quò ad potestatem Papæ, qui potest sacrum
39 reducere ad profanum, † & de sacro profanũ facere, sed quod illius solius potestati permittitur, impossibile reputatur. *l. apud Iulianum §. si. ff. de leg. 1. secundum eundem Dyn.* & nihil est impossibile Papæ
40 de iure positiuo: † quia Papa est super illud, immutat, contra illud dispensat, *c. proposuit. cum concordã. de conces. preb.* imò illud reuocare potest, & facere, quod factum habeatur pro infecto, *Clem. vna. de im mun. eccl. Et dicit glo. in d. c. possessiones,* quod vestes, vestimenta altaris, ligna Ecclesiarum, ex quo semel Ecclesiæ, & Deo dicatæ sunt, non reuertuntur ad vsus profanos, vnde nec alienari ab Ecclesia, nec euelli possunt. Et res Ecclesiæ profectò res Dei sunt, nec possunt alicui dari, vel alienari, *c. quisquis. 12. q. 2. ibi:* Non licet autem fraudare quicquam ex illis,
41 † nec cognatis proprijs dare, quæ Dei sunt: quia sacerdos habeat illa conseruare, & custodire, per tex. ibidem, paulo ante, ibi; Omnium Ecclesiasticarum rerum Episcopus habeat solicitudinem, & dispenset eas, tanquam Deo contemplante.

Item ex alio etiam non possunt res Ecclesiæ alienari; quia fructus rerum Ecclesiæ per Canones sũt destinati, vt de eis fiant quatuor partes, vna videli-
42 cet, Episcopo, alia fabricæ, † tertia pauperibus, quarta ministris, *c. quatuor. c. de redditib. c. mos. 12 q. 2.* meritò nõ possunt alienari, quia præiudicaretur istis portionibus, & personis, quibus sunt assignatæ. Et deueniendo ad moderna tempora est facta super hoc extrauagans per Pau. II. incip. *Ambitiosæ. eo ti. ex*
43 *trauag. comm.* vbi omnium rerum, † & bonorum ecclesiasticorum Alienatio, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessio, hypothecæ, locatio, conductio vltra triennium, infeudatio, & contractus emphyteuticus constitutione perpetua, & semper valitura prohibetur. Item in litteris Iulij III. incip. Transumptum litterarũ Apostolicarum. appellatis in forma breuis in libris Bullarum super bonis Ecclesiasticis Alienatis, edita die 23. Maij, anni 1552. Pontificatus sui anno tertio, bona Ecclesiarum alienata, locata, occupata, vel detenta contra formam Bullæ extrauag. Ambitiosæ, vel alias null iter, & in euidens damnũ Ecclesiarum vocatis possessoribus, & detentoribus, perquisito super nullitate, & inualiditate contractuũ ad ipsarum Ecclesiarum ius, & proprietatem reuocari, & reduci mandatur, & iubetur, cogendo eos, qui indebitè illam possederint ad satisfaciendum de perceptis.

a Item in extrauag. Pauli IV. edita anno a 1558. pridie idus Iulij, vbi adhærendo constitutioni Papæ Symmachi, qui prædium Ecclesiæ pro aliqua necessitate quouis modo alienari, & iura Ecclesiæ in vsumfructum dari prohibuerat, de qua in c. quicunque. quod *est 1. 17. q. 4. & in c. si quis presbyterorum. de reb. eccl. alien.* & inhærendo etiam constitutioni Ambitiosæ præfatæ, idem Paulus IV. omnes alienationes, locationes, concessiones, permutationes, hypothecas, & obligationes, de quibusuis reb. ecclesiæ tam mobilibus, quam immobilib. iuribus, & actionib. vltra triennium factas, & instrumenta, & contractus desuper celebratos rescindit, cassat, annullat, & irritat. Idem statuit Pius IV. *per suam constitutionem editam anno 1565. 15. Kal. Iunij. Et dicit Rebuff. in compendio alienationum verũ Ecclesiæ in verb. ne quis,* quod Episcopus non potest alienare res Ecclesiæ; quia sicut Ecclesia est mater religionis, ità eius patrimonium † cõseruari debet illæsum, *l. iubemus in fi. C. de sacrosanc. eccl.* & propter malos Præla- 44
tos prohibita est alienatio, † qui fortè omnia bona Ecclesiæ alienarent, *Rofred. in tract. libello. rub. de rebus eccl. alien. vers. prohibita. subdens idem Rebuff.* Et licèt iste tex. prohibeat Episcopo alienare, idem quoque est dicendum *in Papa. c. non liceat Papæ 12. q. 2.* & idem etiam statuitur in Cardinalibus, *d. c. nõ liceat. ibi, custodes.* idem in Archiepiscopo, & in quocunque alio Prælato, vel clerico Præpo. *in c. seq.* & idem in alijs Rectorib. Abbatibus, & alijs ministris Ecclesiæ, quos *Rebuf. enumerat ad longum ibidem.* & subiungit idem Rebuff. *ibidem in verb. quicquam, quod per verbum, Quicquam in text. d. c. sine exceptione.* positum prohibentur alienari tam res paruæ, quam res magnæ. † nam dictio Quicquam, & verbum Aliquã 46
verificantur etiam in re minima, *Authen. habita. ne fil. pro pat. glo. in Clem. vna. de so. compe. in verb. omnia. Tiraq. in repe. l. si vnquam. C. de reuocan. dona. num. 16.* vbi dicit, quòd tantum importat dictio Quicquã, quantum dictio Aliquid; † per *gl. in extrauag. susce-* 47
pti §. fi. vers. & si quicquã ne sede vacan. extrauag. com. Dec. cons. 445. num. 6. & consil. seq. num. 3. Immò deponitur alienans prædium Ecclesiæ magnum, † vel 48
exiguum, *c. quicunque. 17. quæst. 4. & ibi vide responsum, & intellectum nouum ad tex. in c. terrulas. 12. q. 2.* Et quod sint prohibitæ res ecclesiæ alienari, patet per omnes Rubricas *de reb. eccl. non alie. in Decretalibus, in Sexto, in Clem. & in Auth. de non alie. aut permut.* † quæ cum loquantur negatiuè, intantum di- 49
sponere videntur, quòd licet eas allegare, pro nigro, dicit *glo. ordi. in l. 1. ad fi. C. ne fideiuss. vel manda. dot. dent. in rub. C. ne liceat in vna eadem causa. not. gl. in proœmio in Sexto. super verb. titulis.* Et in tantum procedit prohibitio, quòd si res sint relictæ cum hoc, † quòd non possint alienari, etiam in eminenti necessitate alienari non poterunt de iure ciuili, 50
glo. est in verbo, Alienare. §. sanctissimas. Authent. de alie-

alien.& emphyt. Et Prælatus regulariter non potest vendere, aut alienare bona Ecclesiæ; cum quilibet
51 Episcopus, † qui immediatè subest Papæ, iuret fidelitatem Papæ, & non alienare inconsulto Romano Pontifice bona Ecclesiæ, & stylus obtinet, quòd ponatur in Bulla prouisionis Episcopatus, vel Prælaturæ, & ita etiam iurant Episcopi, qui subsunt Metropolitano, vt habetur *in c. ego. de iureiur. c. vt super. c. fin. de reb. eccl. alien. declarat Bal. ca. 1. in fi. princip. qui feud. dar. poss. & quod habetur in l. iubemus. C. de sacros. eccl.* subdens, quòd si Episcopi impetrant licentiam à Papa vendendi, vel alienandi, non facta relatione iuramenti, valebit nihilominus alienatio, nec erunt periuri; *per Ioan. Andr. in nouella, d. c. vt super.* Et ratio est; quia, cum sit de iure communi, quòd Episcopi præstent tale iuramentum, vt iuribus allegatis, est perinde, ac si foret expressum, & specificatum, cum
52 Papa omnia iura in scrinio sui pectoris † habere præsumatur, *c. 1. de constit. in 6.* Et facit, quia nedum non videtur esse licitum res Ecclesiæ alienari, vendi, vel distrahi, sed immo cum bona cura, & diligẽtia custodiri, & conseruari mandantur: & si in eis, vel circa eas cura leuis, aut negligentia sit adhibita,
53 etiam tacendo, vel omittendo aliquid, † propter quod sit aliquò modo læsa, aut præiudicata Ecclesia, punitur ille, cuius curæ, custodiæ, aut gubernationi sunt demandatæ, per ea, quæ dicit *gl. in ca. placuit. il 2. 16. q. 3. Abb. in c. auditis. de præscrip. col. 10. num. 34. ibi*, taciturnitas Prælati nocet Ecclesiæ, in quo læsit Ecclesiam permittendo præscriptionem contra eam currere, &c. per eum *in cap. ex præsentium. de pign. num. 4. vers. nota tertiò. ibi, nam per istum text. dic*, quòd heres suus potest compelli ad satisfactionem faciendam, &c. Et si dolo, vel culpa Prælatus, aut Rector lædit Ecclesiam tenetur Ecclesiæ; intelli-
54 gendo † tamen de culpa non leui, per *Innoc. in c. cum in officijs. de testa.* quamuis ipsum teneri etiam de culpa leui sit *tex. apertus in l. quicquid. C. arbit. tutel. facit text. in l. si res. ff. de admin. tut. & gl. in c. ea, quæ. de offic. ord. tamen eadem gl.* dicit, quòd non tenetur de negligentia, nisi crassa, id est, lata, vnde videtur,
55 quod teneatur de leui culpa, † si deliquit scienter, & de non leui, si ignoranter, si ex negligentia: vbi etiam dicit, quod tenetur Ecclesiæ, si fecerit gratiam alicui de rebus illius, per Innoc. *d. loco.* Tertiò, si passus est rem Ecclesiæ præscribi propter negligentiam suam. Quartò, si fructus, & reditus Ecclesiæ conuertit in vsus inhonestos, *c. 1. 12. q. 4.* dico aliqua in meo Tractatu Spoliorũ Ecclesiasticorũ, in quæstione de potestate Ecclesiæ, vel Prælati circa fructus, & res Ecclesiæ, &c. *vers. & licet clericus &c.*
56 quia, si clericus extra modos licitos dispensat res, † & fructus Ecclesiæ, peccat, & potest puniri, adeò, quod quandoque ab Ecclesia remouetur, *c. 2. de pecul. cler.* quia bona Ecclesiæ, quò ad vsus, & substantiam, sunt pauperum, & egentium personarum, vnde alienari non possunt, *gl. in cap. 2. de reb. eccl. alie. in gl. egentium.* † Et si Prælatus alienat, committit per-
57
58 iurium alienando, per ea, † quæ dicit *Bal. in cap. 1. in princ. col. 7. vers. dicit Inno. qui feud. dar. poss.* maximè si
b sit res Ecclesiæ de mensa Ecclesiæ, b † prout esse in
59 dubio semper præsumitur, quam Prælatus in tempore suæ promotionis promittit, & iurat conseruare, & non alienare, nec alienationi consentire, nec infeudare, *c. vt super. de reb. eccl. alie. vbi optima gl. in verb. sacramento. vbi Abb. & alij & gl.* appellat illud iuramentum, iuramentum fidelitatis, quod Episcopi præstant Papæ, & suo Metropolitano. latè ponitur per Franc. Pauin. *in tract. de visit. 2. par. q. 5. nu. 118. Et dicit Hostien. in c. non liceat de reb. eccl. alie.* quod cauere debet Prælatus ea, quæ inuenit in Ecclesia, salua tenere: absurdum est enim, vt Ecclesiæ, cui de suo nihil dedit, damnum inferat, & eius bona distrahat, *c. Episcopi. de reb. eccl. alien.* Et nedum videtur permissum Prælato posse alienare bona Ecclesiæ, sed immo si Prælatus sine iusta causa non acquisiuit, † Ecclesiæ tenetur de suo satisfacere illud, 60
quod omisit acquirere, per Abb. *in cap. tua nuper. de his, quæ fi. à Præla. vbi dicit*, quod quemadmodum tutor, qui potuit acquirere pupillo, & non acquisiuit, tenetur pupillo. *l. quicquid. C. arbitr. tutel.* ita pari modo tenetur Ecclesiæ Prælatus, *per tex. cum glo. in c. 2. 12. q. 4. sequitur Aug. Ber. in c. nulli. ext. de reb. eccl. col. 24. num. 65. vers. in glo. vbi etiam dicit*, quod bona Prælati sunt tacitè hypothecata Ecclesiæ pro mala administratione; quasi innuens, quod si potuit acquirere, & omisit, eius bona sunt pro tali damno obligata. Et quia rei appellatio † est generalis, 61
l. 1. ff. si cer. pet. l. rei. ff. de verb. sig. sub ru. de prohibi. alien. rerum eccl. comprehenduntur ferè omnia. nam primò comprehenduntur res soli, item coloni, seu mancipia rustica, quæ inter immobilia reputantur. *cap. nulli. ex. eo. l. lex, quæ. C. de admi. tut.* item pecunia destinata emptioni prædiorum, quæ inter immobilia reputatur, *l. quid ergo. §. vsuras. ff. de contra. & vti. actio. tut* item annui redditus, veluti decimæ, census; & possessiones, *c. Ecclesia cap. statuimus. 16. q. 1. c. super. extra eo. c. monemus. cum seq. 12. q. 1.* item vsusfructus Ecclesiæ debitus, vel ex rebus Ecclesiæ alteri venditus: item & aliæ seruitutes prædiales, ac ius obuentionis. *cap. non liceat. 12. q. 2.* item vsus rerum, *l. iubemus. in fi. C. de sacros. eccl. Clem. 1. eo. tit.* item feuda, & iura emphyteutica. *ca. nulli. c. si eo cap. quæ in Ecclesiarum. de consti. c. 1. de resti. in integ.* item res mobiles, sacræ, & aliæ res non sacræ, & quæ seruando seruari possunt. *d. l. lex. abb. in cap. consensus. eo. c. aurum. 12. q. 2. c. casellas. 10. q. 2 cap. 1. de pign.* Et in hac materia huius rubricæ appellatione Ecclesiæ comprehenditur omnis locus pius, vt intelligantur prohibitæ alienari † nedum res Ecclesiæ, sed o- 62
mnium locorum piorum, quia appellatio Ecclesiæ hic largè sumitur. nam propriè loquendo, Ecclesia non comprehendit monasteria, nec loca pia, per Ioan. And. *in cap. 2. de in integ. restit. in 6 per Abb. in c. 2. de consue. latè per Aug. Bero. in rub. de reb. eccl. alie. vers. notandum est, col. fi. & per eundem in c. nulli. eo. col. antepen. nu. 86.* vbi dicit, quod quò ad solemnitatem obseruandam in alienatione rei æquiparantur eccl. & alia loca pia, veluti hospitalia, & ita per * communiter scribentes, *vt per Anto. & Io. de Imo.* ibidem. subdens idem Aug. & probatur ex hoc tex. intelligendo, quod se referat ad constitutionem Leonis, de qua in *l. iubemus. la 2. C. de sacros. eccl.* & ad omnem eius extensionem. nam lex illa extenditur à Iustiniano ad omnia loca pia, *Auth. de non alie. §. 1.* omnia igitur in dictis iuribus dicta censentur posita, & expressa in hoc Canone, *arg. l omnes. C. de prescri. 30. ann. faciunt not. per Bal. in l. prætor. §. quod ait. in fi. ff. de vi. bo. rap per Bero. d. loco.* Per quæ nimis longè forsan deducta videtur interdictum clericis, & quibuslibet

 bet

bet alijs personis res Ecclesiæ alienare, de eis disponere, aut sese in illis modo aliquò immiscere alien.

De quo quidem ego valdè dubito; quia reperio multa esse in contrarium, adeo vt veritatem se aliter habere magis credibile videatur: nam siue velis de rebus mobilibus Ecclesiæ, siue de immobilibus, siue de sese mouentibus, siue de reditibus, iuribus, & actionibus, siue de vsu, vsufructu; & possessione, siue de pecunia, ac censibus ecclesiasticis, & de rebus ecclesiæ cuiuslibet generis, videtur esse permissum iure vẽdere, permutare, & in emphyteusim concedere, donare, etiam largissimè sumpto vocabulo, omninò alienare, & illas, siue iure directi dominij, siue vtilis, quo ad proprietatem, & vsum omninò, per quem omne ius transfertur, passim, & vbique possideri, & haberi: prout per inferius deducta apparebit, & per iura, & Doctorum authoritate constare faciemus. Quia dicit *gl. in Auth. hoc ius. in verb. perpetuò. C. de sacros. eccl.* quod sex tantum sunt casus, in quibus res ecclesiæ alienari non possunt.† Primus, quando res immobilis datur à Principe ecclesiæ; quia tunc nulla de causa alienari potest, *vt d. Auth. hoc ius. quæ sumitur ex Auth. de alien. & emphyt. §. ea verò. exemplo etiam sacra pagina, Gen. c. 47.* vbi propter famem redimẽdam omnis terra habitatorum Aegypti fuit alienata Pharaoni præter possessiones, & terras sacerdotum, quæ à Rege illis traditæ fuerant, &c. Secundus, quando quis ipsam ecclesiam alienat, quod fieri non pót modo aliquo, vt in *Auth. multò magis. C. eod. de sacros. eccl.* Tertius, quando ipsemet emeret, vel cognato venderet, *vt Auth. quibuscunque modis, C. eod. tit.* Quartus casus est, quando res ecclesiæ est data, vel donata cum ista conditione, vt non alienetur, sed semper habeat permanere in ecclesia, *Authen. de alien. & emphyt. §. sanctissimas.* Quintus casus est, quando quis venderet rem ecclesiæ hæretico, cui alienare res ecclesiæ est penitus interdictum, *Auth. de ecclesia. tit. §. iubemus.* Sextus casus est, *vt in d. Auth. de eccl. tit. §. si autem annale:* vbi annale legatum ecclesiæ, vel pijs locis nullo modo alienari potest. Vnde, si istis tantum sex casibus est prohibita in rebus ecclesiæ alienatio, valet argumentum, quod in cæteris omnibus est permissa, & concessa: quia quod in vno est prohibitum, in cæteris regulariter videtur esse permissum. *l. necnon. §. quod eis ff. ex quib. cau. maio.* Erit longa hęc lectio forsan, quę te, benignissime lector, tędio afficiet: sed erit, quod nobis ignoscas, bonique consulas; quia materia ardua est, & quantò accumulatius, & copiosius erunt eius particularitates à nobis pertractatę, tantò minor erit labor legentis in reuoluendis chartis, perscrutandis dictis authorum, pro huius materiæ locis inuestigandis, & intelligendis. Vnde pro meliori, & faciliori perceptione materię de singulis speciebus rerum ecclesiasticarum, illarumque alienationibus ponemus, quia illa, quæ diuisim, & distinctè sunt tradita, melius percipiuntur, & facilius intelliguntur, † *l. 1 in prin. iuncta gl. ff. de dol. excep. Ias. cons. 24. col. 2. lib. 1.*

ADDITIO.

a Vide infrà quęst. 35.

b Quod tamen an verum sit, videndum *est suprà q. 2. c. 21. nu. 28. in fin. & seq.*

SVMMARIVM.

1. *Non videtur à iure prohibita alienatio rerum mobilium Ecclesiæ.*
2 *Quod non reperitur prohibitum regulariter, videtur permissum.*
3 *Quod non est immutatum stare non prohibetur.*
4 *Leges ciuiles loquentes de prohibitione alienationis rerum Ecclesiæ, loquuntur de immobilibus.*
5 *Leges ciuiles disponentes circa res, & personas Ecclesiasticas non debent attendi.*
6 *Ratio, quare leges ciuiles circa res Ecclesiæ reperiuntur canonizatæ.*
7 *Principes laici non possunt statuere circa res Ecclesiæ.*
8 *De iure canonico est prohibita alienatio rei mobilis.*
9 *Verbum pecunia omne, quod habent homines complectitur.*
10 *Verbum Pecunia complectitur & iura.*
11 *Pecunia propriè sumpta inter mobilia connumeratur, & alienatur.*
12 *Verbum res est generale comprehendens omnia.*
13 *Res mobilis alienatur forma tradita à iure. Item immobilia.*
14 *Res Ecclesiæ non sunt prohibitæ alienari, sed benè nisi seruata solemnitate.*
15 *Res Ecclesiæ mobilis præscribitur, & vsucapitur spatio 30. ann.*

DE RERVM MOBILIVM ECCLESIĘ alienatione.

QVAESTIO IV.

ET loquendo in primis de rebus mobilibus, de quibus primo loco dicemus, videtur, quòd sit licitum illas vendere, permutare, donare, & illas quouis modo alienando contractare: † quia in 1 illis, & super illis non videtur, quod sit facta aliqua alienationis prohibitio. quia iura, quę prohibent alienationem non videntur loqui de rebus mobilibus & super rebus mobilib⁹ sed de, & super immobilibus tãtum, siue legas *tex. in l. iubemus. C. de sacros. eccl. siue totum titulum, de non alie. aut permutan. reb. eccl in corpore Authenticorum, siue totum titulum de ecclesiast. rer. immob. alienatio. & solutio siue titulum de alienatio. & emphyteu* qui fuerunt facti, & formati ab Imperatoribus in fauorem rerum Ecclesiarum, & ad prohibendum illarum alienationem. vnde, cum non videatur prohibita alienatio generaliter, & indistinctè de rebus omnibus, & expresse etiam de rebus mobilibus intelligere debem⁹ de eis esse permissum: † quia quod non reperitur prohibitum re 2 gulariter, intelligitur, & videtur permissum *l. necnõ. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maior.* & facit regula, quod non est immutatum, † stare semper nõ prohibetur, 3 *l. conficiuntur ff. de iur. codicilli,* quia leges, & Canones prohibentes res ecclesię alienari, loqui videntur de rebus immobilibus tantum; † non autem de rebus 4 mobilibus, vt iuribus pręallegatis per totũ. facit optime *tex. in ca. nulli liceat. ext. de reb. eccl. alie. vel non.* vbi cãtat littera formalis, Nulli liceat alienare rem immobilẽ ecclesię, siue agrũ, &c. vbi nihil habetur ordinatũ, vel ꝓhibitũ sup re mobili: ergo videtur remãsisse res mobilis ĩ dispositiõe iuris cõis, vt in ea sit libera

bera potestas Prælati, qui de illa possit disponere,
& in illa possit esse liber administrator, & arbiter;
vt in re sua, *l. in re mandata. C. mandati. Hostiens. in c. 1.*
de bu, quæ fi. à Præla. habetur hoc in glo. in Auth. de non a-
lie. in verb. huiusmodi. vbi quærit, quid de mobilibus?
respõde, inquit, mobilia possunt benè alienari cùm
non inueniatur prohibitum, *vt ff. ex quib. cau. maior.*
5 † *l. nec non §. quod eis per eandem glo. adducta.* Sed non
est prohibitum, scilicet, de iure ciuili: quia iura ciui
lia suprà adducta non videntur prohibere rei Eccle
siæ mobilis alienationem: quæ iura in casu isto pu-
tarem posse dici, quod non deberent attendi, vel li-
garent. dato etiam quod sint promulgatæ in fauo-
rem Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum,
cum Princeps secularis nullam dignoscatur habere
iurisdictionem, vel potestatem in rebus Ecclesiæ,
aut personis ecclesiasticis, per *tex. in c. ecclesia Sancta*
Maria. ext. de constit. & c. benè quidem. 96. dist. vbi lai-
cos monet obediendi necessitas, non authoritas im-
perandi. Et licèt forsan possit dici, quod ista iura fu
6 erũt approbata à Papa, acceptata, & canonizata, † *vt*
d. c. nulli. de reb. eccl. alie. ext. Respõderi potest. vt per
Doct. maximè in additio. *ad gl. c. 1. de reb. eccl. in 6.*
Guid. Pap. cons. 149. D. Petr. Rebuff. in repet. c. sine exce-
ptione. 12. q. 2. quod ideò fuit per Papam factum, ad
ostendendum affectum Imperatorum, quem gere-
bant aduersus ecclesias, & illarum bona: quia Princi
pes laici benè possunt dare priuilegium clericis, &
reb. ecclesiarum; & facere in fauorem illarum; non
7 tamen per hoc intelligitur, † quòd possint super il-
lis, & circa illos imponere leges, *gl. in c. fi. de reb. eccl.*
alie. in verb. principes, quia de iure Canonico, & de
iure ecclesię benè est prohibita etiam res mobilis
8 alienari. † habetur *in tex. in c. qui Christi. 12. q. 2.* vbi
pecunias quis distrahere, vel ab ecclesia alienare nõ
debet. & verbum pecunia ibi intelligi potest largo
9 modo, & largo vocabulo, vt importet totũ, † quod
homines habent in terra: & omnia, quorum domi-
ni sunt pecunia vocantur, seruus, vas, ager, arbor, pe
10 cus; quicquid horum est, pecunia dicitur, † *c. totum.*
1. q. 3. & ibi gl. dicit quòd etiam iura complectitur
nomen pecunię, *l. pecunia. ff de verb. sig.* & pecunia ꝓ-
priè sumpta pro nummo connumeratur inter res
mobiles, & potest alienari per solum prelatum, per
Abb. in *d. c. nulli liceat. de reb. eccl. alie col 3. nu. 2. vers.*
11 *de pecunia.* † quia est de illis, quę seruando seruari nõ
potest, per Card. Zabar. in *c. caterum. de dona. item est*
tex. in c. nulli. 12. q. 2. vbi quod Domino semel conse-
cratum est, siue fuerit homo, siue animal, siue ager,
&c. ad ius pertinet sacerdotum. & denique videre
est per totam illam causam, & quęstionem. vbi in
mille locis habetur expressè prohibitum rem ec-
clesię mobilem alienari. *item in tex. in c. consensu. c. E-*
piscopi. cum multis alijs de reb eccl. alien vel non. videtur
tex. in c. 1. de reb. eccl non alien. in 6. secundum opinionem
gl. in c. 2. eo ti. vbi dicit, quòd tã mobilia, q̃ immobi-
lia bona ecclesiarum non possunt alienari, in verb.
Immobilia. *est tex. in c. nihil est ext. de elect.* vbi habe-
tur ꝙ nihil omninò de rebus ecclesię alienetur. itẽ
in tex. in c. indemnitatibus. §. si verò. de electio. in 6. ibi,
tamen quòd de rebus monasterij nihil alienetur.
optimus *text. in extrauag. Ambitiosa. extrauag. comm.*
nostro tit. ibi, Omnium rerum, & bonorum ecclesia-
sticorum &c. in quibus iuribus Papa vtitur verbo,
& vocabulo Rerum, quod est nomen generale cõ-
prehendens res cuiuslibet generis, † & cuiuslibet 12
speciei, *l. rei appellatione. ff. de verb. signi. gl. in c. Salua-*
tor. 1. q. 3. in verb. ecclesiastica. vnde meritò de quali-
bet re tã de mobili, q̃ de immobili intelligi habet.
qa verba generaliter ꝓlata debent generaliter in-
telligi, *l. de pretio. de publ. in rẽ actio. & in d. extrauag.*
Ambitiosa. vtitur Papa isto verbo Omniũ, quod est
signum, vel terminus vniuersalis, vniuersaliter om
nia amplectens *Et dicit Abb. in d. c. consensu. de reb. eccl.*
alien. nu. 5. quod rem mobilem prælatus non potest
alienare sine consensu superioris, & sine solẽnitate;
vnde infert, quòd videatur etiam rei immobilis ꝓ-
hibita alienatio. Sed *ex tex. qui hoc decidit in c. relatũ.*
il 2. de testa. qui dicit, quod tam mobilia, quã immo-
bilia acquisita per ecclesiam debent penes ecclesiã
remanere, pro quo vide Lauren. de Rodulph. *in re-*
pet. d. c. sine exceptione. 12. q. 2 in sua q. 27. vbi disputat,
an dispositio prohibitiua de non alienandis rebus
ecclesię, extendat se ad immobilia tantũ, an verò ad
mobilia, latè per Aug. Bero *in d. c. nulli ext. de reb. ec-*
cle. alie. nubi, col. 30. vers. ex quibus. ibi, Nam mobilia,
quæ seruando seruari non possunt, possunt alienari
sine decreto, & solemnitate; mobilia verò, quę pos-
sunt seruari, non alienantur sine solẽnitate, &c. Sed
dum dicit esse prohibitum alienare, res mobiles ec-
clesię, est † intelligendum, videlicet, quòd non pos- 13
sunt alienari passim, & indistinctè: quia benè possũt
alienari permissione Canonica in casu licito, requi-
sitis solemnitatibus interuenientibus; quia non est
verũ, † quòd res ecclesiæ etiam cuiuslibet generis, 14
sint prohibitæ alienari indistinctè, sed benè nõ ser-
uata solemnitate, & sine causa, *per Abb. in c. cum non li-*
ceat. de prascrip. col. 5. nu. 7. vers. & circa. per Hostiens. in
c. 1. de bu, quæ fi. à Præla. ibi, Non liceat fieri alienatio
rei ecclesiæ, quod est verũ, sine solemnitate, quẽad-
modum bona minorum intelliguntur prohibita a-
lienari, & dari in dotem sine causa, per *glo. in l. nulla.*
C. de iur. dot est gl. c. 1. de reb eccl. alie. ibi, passim, & sine
causa. Ex causa tamen potest: quia res ecclesiæ mo-
biles, vel sint fructus vel sint de illis, qua seruando
seruari nõ possunt, vel si tres mobilis sacra, siue sit
pretiosa, aut alias alterius generis, omnino permis-
sione legis, & canonis alienari possunt, per gl. quę id
dixit *in c. is, cui. de electio. in 6. in verb. immobilia* ibi, Si
voluisset † papa, quòd alia alienari non possunt, hic 15
generaliter loquutus fuisset; &c. quia etiam res ec-
clesię mobilis vsucapitur spatio trium annorum,
vt C. de prascrip. 30. ann l. omnes & Authen. de eccl. tit.
§ pro temporalibus. collat. 9. & in Authen. tit. hac consti-
tutio innouat gl. in §. res fisci. institu. de vsucap. in verb.
non potest.

SVMMARIVM.

1 *Fructus Ecclesiarum possunt vendi pretio etiam pro tem pore vita Pralati.*
2 *Fructus non sunt adiuncti sacris, vel spiritualitati.*
3 *Episcopus non potest statuere, quin fructus vendantur.*
4 *Canonicus non locat fructus vltra vitam suam.*
5 *Locatio etiam non finita expirat morte Pralati, nisi sit solemnitas facta.*
6 *Fructus, qui non possunt commodè seruari, alienantur etiam sine consensu superioris.*
7 *Non reperitur prohibitum, quin fructus decimarum.*

& Eccle.

& Ecclesiæ vendantur.

8 *Clericus potest obligare fructus, etiam sine consensu Episcopi.*

9 *Quod dicitur, quòd clericus locat, & vendit fructus non extenditur vltra suam vitam.*

10 *Clericus vsufructuarius potest cedere vsumfructus authoritate superioris.*

11 *Successor tenetur stare locationi per præcessorem solẽniter factæ.*

12 *Quis teneatur ad restitutionem, si Prælatus, qui pro tempore futuro locationis pretium percepit ante moriatur.*

13 *Prælatus vltra tempus vitæ suæ non locat res Ecclesiæ.*

14 *Prohibitus alienare non intelligitur prohibitus vendere fructus.*

15 *Hodiè Prælati locant, & vendunt fructus ad modicum tempus, & sine capitulo.*

16 *Longum tempus dicitur decem annorum.*

17 *Locatio, & arrendatio rerum Ecclesiæ non fit vltra iij. ann.*

18 *De fructibus, quos facit suos Prælatus alienat in quantuncunque summa vult.*

19 *Quid dicatur nimium statur determinationi consuetudinis.*

20 *Non donat Prælatus de fructibus non minimum, nisi adsit consuetudo.*

21 *Quinam sint fructus, quos Prælatus facit suos.*

22 *Prælatus facit fructus suos preceptos. & reconditos.*

23 *Canonicus dicitur simpliciter beneficiatus.*

24 *Secundum multorum opinionem clericus nullos fructus facit suos.*

25 *Tutor sine decreto iudicis alienat fructus.*

26 *De reditibus Ecclesiæ debet subueniri clericis, & laicis indigentibus.*

DE FRVCTVVM ECCLESIASTICORUM alienatione.

QVAESTIO. V.

QVOD autem fruct⁹ Ecclesiæ alienari possint, est tex. *in c. fin. ne Prælat. vices suas.* vbi fructus
1 beneficiorum, † & Ecclesiarum pretio venduntur. *Clem. 1. §. fi. & ibi gl. in verb. ad tempus. de reb. eccl. non alien.* ibi, quòd locatio, & venditio fructuũ ad modicum tempus non includatur in prohibitione. per *Fede. de Sen. in cons. 123. incip. quæritur, an cõstitutio.* Et venduntur nedum ad tempus certum, & specificatum, sed & pro toto tempore vitæ Prælati, vel beneficiati, per *Prepos. in c. sed adhuc. 1. q. 3.* vbi dicit, quòd percipiendos fructus ex præbenda, & beneficio emere licet: quia fructus non sunt sacris ad-
2 iuncti officijs, † cùm etiam à laicis haberi possint: quia fructus beneficij, & Ecclesię non sunt, nec possunt dici annexi spiritualitati, per Archid. *d. cap. sed adhuc. 1. q. 3. est tex. apertus in c. vestra. vbi Abbat. & alij. ext. locat.* vbi colligunt Doctores, quod Episcopus non potest facere statutum, quin fructus Ecclesiarum locentur, vel vendantur, quãdo id esset in prę-
3 iudicium Ecclesiæ. † est *tex. cum ibi gl. in Clem. 1. in fi. de reb. eccl. non alien. Abb in c. ad audientiam. ext. eo.* vbi
4 dicit, quod Canonicus † vltra tempus vitæ suæ non potest locare fructus suæ præbendæ: vnde, si locauit ad certum tempus, & moritur ante locationem finitam, expirat locatio, nisi in locatione interueneritauthoritas superioris. idem Abb. *in c. continebatur. de his quæ fi. à Præla. vers. limita.* vbi Prælatus concedit res suæ Ecclesiæ ad vitam suam tantum, quod pôt. quia tractatur tantum de sui ipsius solius præiudicio, *alleg. Feder. de Sen cons. 53. Abb. cap. nulli liceat. nu. 8. de reb. eccl. alien.* † vbi dicit, quod illa, quę com- 5
modè seruari non possunt, † possunt alienari, veluti 6
sunt vestes, & fructus per Bellamer. *in c. abbatibus. 12. q. 2. col. 3. vers. expone,* quod fructus, qui seruari non possunt, potest Prælatus alienare sine cõsensu superioris: quia in illorum retentione damnificaretur Ecclesia. optimus *tex. in d. c. vlt. ne Præla. vices suas. pulchra gl. in c. alienationes. 12 q. 2. in verb. præbenda.* quæ dicit, quòd fructus beneficiorum, & decimarum possunt vendi, & alienari: quia non reperitur prohibitum, † licèt hoc non sit honestum: concludens 7
ibidem *glos. quòd* sicut clericus potest vendere fructus sui beneficij sine consensu Episcopi, † possit et- 8
iam illos obligare maximè ad modicum tempus, sicut tutor vendit fructus pupilli sine authoritate iudicis: & per Archid. *ibidem col. 3 vers. in gl. fructus.* vbi dicit, quòd illud, quod dicitur, clericum locare, & vendere fructus, non extenditur vltra vitam suam, *l. si quis domum. §. hoc* † *subiungi potest. ff. loca.* nisi 9
authoritas Episcopi interueniat. ad vitam tamen alterius, quam Prælati, non videtur permissum, *in Clem. 1. isto tit. vbi Card. secundum Laud.* quòd ista concessio, tanquam ambitiosa restringitur: quia vita lõgæui hominis est vsque ad centum annos, licèt hodiè plures moriantur citra quinquaginta, quam viuant vltrà, vt per eum vers. tertiò not. subdens Archid. *d. loco.* quærẽdo, quod cum clericus sit vsufructuarius, numquid possit alijs ius cõcedere? Arguit, quod non, *ff. de iur. dot. l. si vsusfructus.* sed causa percipiendi fructus bene potest concedere, *l. arboribus. §. vsufructuarius. ff. de vsufruct.* authoritate tamen superioris posset etiam ius cõcedere, † *c. ad hoc. ext. de off.* 10
vic. Et posita etiam ibi per eum quæstione, nunquid mortua persona, quæ ad certum tempus locauit capellam, successor teneatur stare contractui locationis; dicit, si solemniter, & vtiliter est facta locatio, quòd sic: † quia nec precarium finitur obitu conce 11
dentis. nam cum Prælatus sit successor vniuersalis, debet speciali fauore amplecti omnes illos, quos nouerat fideliter suo prædecessori paruisse, *vt c. seq.* & si locator censum, vel pretium locationis recipit pro pluribus annis, & moriatur, dico, inquit, hæredem eius teneri successori pro rata temporis, † si hę 12
redem habet; si non habet, tenetur tunc conductor, qui debuit prospicere, quòd hoc euenire posset, *l. si quis domum. §. 1 ff. loca. per gl. quæ hoc dicit in d. c. fin. ne Præla. vic suas.* quæ dicit, quòd, si Prælatus nomine Ecclesiæ pro vtilitate contraxit locando, & pecunia inde recepta sit conuersa in vtilitatem Ecclesiæ, successor in Ecclesia tenetur stare contractui, *c. 1. de solutio. 12. q. 2. c. hac huius placiti.* cum alijs, quę cumulatè adducit. Si verò non pro vtilitate Ecclesiæ, sed vt ipse tanquam Prælatus perciperet reditus ad firmam, successor stare non tenetur, *de precar. c. 2.* quia vltra tempus suum Ecclesiam locare non potuit, & si soluit cõductor aliquid vltrà, sibi imputet, † quia 13
hoc præuidere debuit, *l. si quis domum. §. 1. ff. locat. idẽ Archid. in d. c. Abb. 12. q. 2.* ibi, Et si quis iurauit nõ alienari, potest vendere fructus possessionum ad decẽ;

vel

vel ad viginti annos,&c. quia prohibitus vendere
rem non intelligitur prohibitus vendere fructus il-
lius. *l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. & l. pater. in princ.*
14 *de leg. 3. sequitur Soc. in cons. 32.* † *prima parte. incip. ex*
his. vbi dicit, quòd Prælatus, siue Rector ecclesiæ ad
ministrationem habens potest locare, & vendere
fructus Ecclesiæ, non solum ad quatuor, vel sex an-
nos, sed etiam vsque ad septennium, per *text. in d. c.*
fi. ne Præla. vic. su. & hodiè etiam est tex. apertus iuxta
* glos. & etiam opinionẽ * communem, quòd Præla-
ti, Rectores, Priores, & alij quicunq; administrato-
res ecclesiarum etiam Præsidentes; etiam Religiosi
possunt locationes, & fructuum venditiones ad mo
15 dicum tempus facere, etiam soli, † & nullo capituli
consensu accedente, per tex. *in Clem. 1. de reb. eccl. non*
alie. tenet Card. d. Clem. 1. vers. quartò oppono, quod fru
ctus ecclesiarum ad modicum tempus arrendari, &
vendi possunt, & licitè contractari, vt ibidem pro-
batur à contrario *in c. tua nuper. de his, quæ fi. à Præla.*
vbi Io. And. in verb. perpetuas. gl. & Archi. 16. q. 1. c. posses-
siones. latè per Calde. cons. 8. incip. in venditione. tit. de
reb. eccl. non alie. Et licèt aliquorum opinio sit, quòd
quomodo intelligatur modicum tempus, quòd sit
arbitrio iudicis terminandum, per adducta per *gl.*
in Clem. 1. de reb. eccl. quæ dicunt, quòd hoc est æquũ
propter varias regionum conditiones, dico aliquid
infrà, q. 10. quid, & quomodo intelligatur modicum,
* tamen videtur, quod sit * communis opinio *gloss. &*
Doct. in d. Clem. quòd modicum tempus intelligatur
infrà decennium, per *text. in l. fin. C. de præscrip. long.*
temp. & ff. qui, & à quib. l. si cum fideicommissaria, §. Ari-
16 *stot.* † & ita probatur in pluribus legibus illius *tit. de*
præscrip. longi. temp. iuncta rub. dum dicit præscrip. long.
temp 10. *vel 20.* ergò minus tẽpus decẽ anno. non di-
citur longũ, & sic dicitur modicũ. facit quod not. *in*
l. 1. ff. de superfic. tenet Iacobin. de Sanct. Georg. quem dicit
Ioan. And. post gl. illam fi. Clem. 1. hoc tit. ita publicè respon-
disse. sequitur Zabarel. qui dicit, se ità pluries consu-
luisse, & quòd ità obseruatur. facit, quod tradit Bar.
in l. in venditione. §. 1. ff. de bon. autho. iud. poss. & proba-
tur iudicio meo satis hæc opinio. quoniam ante
Clẽ. 1. habemus tex. in d. c. fi. ne Præla vic su. vbi habetur,
quod cum possit Prælatus, siue Rector locare vsque
ad septennium absque superioris authoritate, & a-
liàs absque solemnitate, quæ exigitur in alienatio-
nibus rerum ecclesiæ, de quibus *in c. 1. de reb. eccl. a-*
lie. & 12. q. 2. in summa & c. sine exceptione. ea. cau. & q.
& d. Clem. 1. ergò d. Clem. quæ non venit correctiuè
ad ius antiquum disponens, quòd ad modicum tem
pus possit fieri talis locatio, & venditio fructuum,
debet intelligi de decennio; ita per Socin. *d. cons 32.*
quod vide factum est. n. in ista materia. pro quo vide et-
iam Pet. Rebuff. in suo compend. alien. rer. eccl vers. secũ-
dus casus est. vbi dicit, quòd illa, quæ seruando ser-
uari non possunt, benè possunt alienari absque so-
lemnitate, veluti sunt fructus, qui non possunt vltra
triennium durare, glo. singularis *in l. vna C. si aduers.*
vsucap. Sed nota, quod tex. in extrauag. Ambitiosæ extra-
uag. comm. de reb. eccl. non alie prohibet locationem, siue
17 arrendationem fieri † vltrà triennium de reb. eccl.
vnde fructus, vel census, vel affictus vltra tale tem-
pus nõ videtur recipi posse, sub pœna nullitatis cõ-
tractus, excommunicationis, & alijs pœnis ibidem
positis. Et dicit Imo. *in c. cæterum. de dona.* quod si Prę
latus velit rem mobilẽ pretiosam alienare; & tunc,

aut vult facere donationem de reditibus, quos facit
suos, & potest facere donationem † in quantacunq; 18
summa, & quantitate voluerit, etiam sine consensu
capituli, vel superioris, ex quo sunt sui: quia cum in
talib⁹ agatur de præiudicio solius Prælati, ideò po-
test solus Prælatus in quantacunq; quantitate. de il-
lis liberè disponere. Si vero vult donare de rediti-
bus, quos non facit suos, & tunc, si vult donare aliq
minimum benemerenti, potest sine consensu capi-
tuli, & non subsistente aliqua consuetudine, & quid
dicatur minimum, vel non, stabitur determinatio-
ni consuetudinis, † si de illa apparet, aliàs videbitur 19
quòd arbitrio superioris hoc poterit determinari,
c. de causis. de off. deleg. qui habet considerare quanti-
tatem, seu valorem rei. Si autẽ vult donare aliquid,
quod non sit minimum non tamen lædere ecclesiã
enormiter, † & tunc sine consensu capituli non po- 20
terit, nisi hoc habeat consuetudo: quia talis consue-
tudo esset onerosa ecclesiæ ideò non valeret, *c. 1 de*
consuet. & si Prælatus donet rem mobilem ecclesiæ
non pretiosam, si moderatè donat, valebit donatio
etiam cessante consuetudine, per tex. inquit, in cap.
præcedenti, à contrario sensu. & d. c. cùm olim. il 2.
in quibus iuribus improbatur donatio, ex eo, quia
fuit immoderata, & sic non modica, vt ibi per Imo.
Et quinam sint fructus, † quos clericus, vel Prelatus 21
facit suos, dicit Imo. ibi, habetur *in gl in c. præsenti. de*
offi ordi. in 6. in verb. reseruari. vbi distinguit; vel bene-
ficium habet administrationem, vel non habet: si
habet administrationem, tunc beneficiatus quãdiu
viuit, & sanus est, potest dare de fructibus beneficij,
moderatè tamen; comparatur enim vsufructuario,
quia eius ius morte finitur. sicut vsufructuarij; vn-
de potest, dum viuit, voluntatem suam facere, dum-
modò moderatè. Si verò sit non habens administra
tionẽ, sed personaliter sit, & simpliciter beneficia-
tus, potest disponere de fructibus in vita, & in mor
te; & in vita, & in morte comparatur vsufructuario
quantum ad faciendum fructus suos, de quibus et-
iam potest testari, ecclesia tamen illi succedit ab in-
testato. subdens eadem gl. & quod dictum est, quòd
clericus simpliciter beneficiatus facit fructus suos,
† intelligendum est de receptis, & reconditis. ista 22
est distinctio, quam etiam facit Hostiens. *in c. fi. de pe*
cul. cleric. Sed ista distinctio non placet Abb. *in d. c.*
vlt. nu. 5. qui nullam facit differentiam, an fructos
sint beneficij habentis administrationem, vel bene-
ficij simplicis, & personalis: quia talis distinctio iu-
re non probatur. † Nam Canonicus, qui est simpli- 23
citer beneficiatus, habet præbendam, vt ex illa pri-
mò necessaria pro suo victu percipiat, & si quæ su-
persunt, suis necessitatibus deductis, in communes
vsus ecclesię expendat. nec iura, in quibus fundatur
ista distinctio, maximè *in c. requisisti. §. illud. de testa.*
probant illam, cum loquantur de Canonico, & sic
simpliciter beneficiato, per multa, quæ adducit idẽ
Abb. in d. c. fi. de pecul. cleri. & in repet. c. cùm esses. de te-
sta. nu. 21. vers. secũdo principaliter. vbi examinat istam
quæstionem per multa contraria. eandem distin-
ctionem reprobat idem *Abb. in c. cum in officijs. de te-*
sta. in c. 2. de decim. eandem reprobat Archid. *in q. sta-*
tutũ. §. assessorem. de rescrip. in 6. Inn. in c. Iudæorum. de æ-
tat. & qualit. Barbat. in tract. de præstan. Cardi. 1. par. q.
3 n. 80. idẽ in d. c. requisisti. de test. idem in d. c. fi. de pecul.
cler. Zabar. ibi, circa fi. in illis verbis; Tñ talis distinctio
iure

iure probatur. *sequitur Dominic. à Sancto Geminia. in d. c. præsenti. ibi*, quam gl. quidam sic intelligunt, quod
24 quilibet habens beneficium, *& c. super quo cogita.* † quia secundum opin. Abb. quæ videtur * communiter approbari, clericus nullos videtur fructus facere suos, sed habere tantum in fructibus Ecclesiæ victum, & vestitum, & illo deducto, non habet se in fructibus Ecclesiæ immescere. Pro qua materia, vide, quæ deduco in meo tractatu in lucem edito Spoliorum in *q. de potesta. Cler. vel Prala. circa. fru. re. eccl.* vbi deduco de omnibus fructibus ecclesiasticis. Et si rectè memoriæ recolo, credo, quòd clericus non faciat fructus suos, nisi fructus pensionum ecclesiasticarum, vel fructus reseruatos; de quibus tamen vide in d. tractatu, & d. q. & illos fructus, qui soluūtur clerico ratione sui stipendi pro labore, putà, quando aliquis pro capellano inseruit, & etiam fructus distributionum quotidianarum, &c. de quibus etiam distingue, vt in d. tractatu. & d. q. Sed *de d. extrauag. Ambitiosa.* quam suprà adduco in contrarium vide, quæ deduco infrà in *q. 58. de loca. re. eccl. c. 2. sub nu. 23. cum plu. seq.* vbi aliqua dico, an sit vsu recepta. & etiā *in q. 35. cum seq. q.* Facit pro hac materia, quod dicit *Io. Bertach. in tractat. de Episc. quart. part. q. 34. sub nu. 104. vers.* redeundo. quòd clericus potest vende-
1 re, locare, & obligare fructus suorum beneficiorū, & ecclesiarum etiam sine authoritate Episcopi, secundum Bernar. contrà Ioan. *in c. alienationes. 12. q. 2.* quod intellige, inquit, ad modicum tempus. sic dicitur in tutore, qui eos sine decreto iudicis potest
25 alienare, † *l. lex, quæ. C. de admin. tutor.* Pro qua materia vide illa, quæ deduco infrà *in q. 57.* an, & quomodo ex alienatio. *contract. vel fact. præcessor. tene. a succe.* Facit, quia de reditibus, & emolumentis ecclesiæ po
26 test subueniri clericis, & laicis indigentibus, † latè per Aug. *Bero. in c. 1. de reb. eccle. col. 16. per duas col. & habetur per Zabarel. in Clem. 1. nostro tit. versic. vigesimo septimò quaro.* in quæstione, quam facit de fructuum venditione, quòd si venditur ius colligendi fructus, & tunc, dicit, est solemnitas necessaria; sicut si venditur possessio: idem si venditio fit per modum perpetuæ locationis; secus est, si venduntur fructus percipiendi, ad quos tractādos obligat se Prælatus: quia tunc, si venditor est religiosus, sufficit seruare formam *d. Clem. 1.* Si verò alienans sit non religiosus, & tunc, si fructus sint communes cum alijs, adhibeat illorum consensum, cum quibus sunt communes. Si verò fructus spectant ad alienantem tantum, tenet alienatio in eius præiudicium, non autem in preiudicium successoris. Per quę, meo iudicio, clarè constat, quòd fructus ecclesiarum, & beneficiorum possint locari, vendi, & quouis modo distrahi per clericum. Sed est, quòd aliquid dicam de rebus mobilibus alterius generis.

SVMMARIVM.

1 *Alienari possunt mobilia Ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt.*
2 *Alienari mobilia pretiosa sine solemnitate non possunt.*
3 *Alienari possunt, quæ magis vendi expedit, quam retineri, veluti vestes attritæ, & animalia superuacua.*
4 *Alienatio rerum, quæ seruando seruari non possunt dicitur causa damni euitandi.*
5 *Tutores, & curatores sine interpositione decreti vendunt vestes attritas, & superuacua animalia.*
6 *Prælatus solus potest alienare bona Ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt, veluti vestes, & fructus.*
7 *Fructus vltra triennium durare non possunt.*
8 *Vestes non possunt seruari, quin veterascant.*
9 *Pecunia seruando seruari non potest.*
10 *Tutor solus potest, immò debet collocare pecuniam pupilli in emendo, vel mercando.*
11 *Prælatus potest disponere de pecunia Ecclesiæ, sicut de fructibus.*
12 *Actio competens ad pecuniam censetur vti res mobilis.*
13 *Pecunia vsu consumitur.*
14 *Pecunia fuit destinata ad expendendum.*
15 *Pecunia in aliquibus casibus censetur vti res immobilis.*
16 *Pecunia sua non debet esse cuiquam otiosa.*
17 *Thusci non sinunt pecunias suas esse otiosas, sed Lombardi sic, qui seruant eas dominis suis.*
18 *Stante statuto, quòd mulier lucretur dimidiam partem bonorum immobilium mariti sine liberis defuncti, lucrabitur quòque partem pecuniæ deputatæ ad emendum bona immobilia.*
Idem si esset pecunia quantitatis magnæ.
19 *Pecunia per Episcopum acquisita cedit Episcopatui.*
20 *Clericus potest disponere de pecunia, veluti de fructibus Ecclesiæ, quando pecunia non habetur inter illa, quæ seruando seruari possunt.*
21 *Pecunia licèt sit res mobilis, tamen si destinata sit ad emptionem prædiorum, vicem rei immobilis obtinet.*
Contrarium tamen tenent relati nu. 22.
23 *Destinatio an habeatur pro re perfecta.*
24 *Pecunia redacta ex venditione rei stabilis, mobilis, an immobilis censenda sit.*
25 *Grauatus per fideicommissum potest retinere bona, quæ seruando seruari non possunt.*
26 *Bona, quæ seruando seruari non possunt, dicuntur illa, quæ vltra triennium non possunt conseruari.*
27 *Bona, quæ seruari possunt vltra triennium, dicuntur esse de his, quæ seruando seruari possunt.*
28 *Bona, quæ vsu consumuntur, nō sunt de illis, quæ seruando seruari possunt.*
29 *Multa, quæ seruando seruari non possunt, vbi enumerentur.*
30 *Bona, quæ non sunt duratura per triennium absque notabili deterioratione, dicuntur esse de rebus, quæ seruando non possunt seruari.*
31 *Quare bona, quæ seruando non possunt seruari, alienētur etiam sine solemnitate.*
32 *Immobilia, quæ Ecclesia omnino perdit, ad instar eorū, quæ non possunt seruando seruari, alienantur.*
33 *Immobilia, quæ sunt occupata à tyranno, vel alio potente, possunt infeudari, & alienari alteri æquè potenti, vel potentiori.*

DE ALIENATIONE ILLARVM rerum, quæ seruando seruari non possunt.

QVAESTIO VI.

ALIENANTVR pariter, & alienari possunt illa mobilia ecclesiæ, † quæ seruando seruari 1
non

non possunt, dicit *gl. in c. nulli. ext. hoc eod. tit. in verb.*
immobilia. ibi, Immobilia verò, quæ seruando ser-
uari non possunt, Prælatus potest alienare ad in-
star tutoris *l. lex, quæ in fi. C. de admin. tuto. l. vlt. C.*
quando decre. opus non est. habetur in gl. in c. tua nuper. de
2 *his, quæ fi. à Præla. in verb. tractatur.* vbi dicit, † quòd
mobilia pretiosa non possunt alienari, quia est
necessaria solemnitas; secus, si sint de illis, quæ ser-
uando seruari non possunt, quia tunc benè alie-
nantur, Ioan. Andr. & Zaba. *in d. c. nulli.* vbi dicunt,
3 † quòd illa possunt benè vendi, quæ magis vendi
expedit, quam retineri; vti sunt vestes attritæ, & a-
4 nimalia superuacua vbi Hostien. dicit, † quòd
causa damni euitandi est, quod illa, quæ seruando
5 seruari non possunt, alienentur. † sine enim inter-
positione decreti tutores, & curatores vendunt
vestes attritas, & superuacua animalia, *col. vlt. in d.*
6 *gl. allegata. vbi Abb.* melius; † quòd Prælatus solus,
& de per se potest alienare bona illa mobilia Ec-
clesiæ, quæ commodè seruari non possunt; veluti
sunt vestes, quæ quotidie magis veterascunt, &c.
per *Aegid. Bellamer. in c. Abbatibus. 12. q. 2. 3. col. vers.*
expone, quòd fructus, qui non possunt seruari,
potest Prælatus sine consensu superioris aliena-
re, quia in illorum retentione damnificaretur Ec-
clesia, *per Abb. d. c. tua. de his, quæ fi. à Præla. optimè gl.*
in c. 2. de reb eccl. non alien in 6. in verb. immobilia. i-
bi, nisi quæ seruando seruari non possunt. *gl. in c.*
nulli de elect. in 6. in verb immobilia. ibi, Puto, quòd
mobilia etiam pretiosa in casu licito possunt alie-
nari: de his enim, quæ seruando seruari non pos-
sunt, non est dubium. *tenet Host. in c. 1. de his, quæ fi. à*
Præla. ibi, Exceptis his, quæ seruando seruari non
possunt, non pretiosis. vbi etiam Ioan. And. *est tex.*
in extrauag. Ambitiosæ. nostro tit. extrauag. comm. ibi,
Ac de fructibus, & bonis, quæ seruando seruari nõ
possunt, &c. *per Rebuff. in suo compen. alien. rer. eccl.*
vers. secundus casus est, quando alienantur res,
quæ seruando seruari non possunt. *gl. in summa 12.*
7 *q. 2. Calderi. & alij in c. si quis presbyterorum. eo. tit.* †
veluti sunt fructus, qui non possunt vltra triennij
um durare *gl. Ang. in l. vna C. si aduers. vsucap. Alex.*
in l. à Dino Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. vers. adde,
quòd ibi; Debemus aduertere, aut datur aliquid
mobile; & tunc, aut datur ad rem, quæ seruando
seruari non potest, & sic non requiritur decre-
tum; aut ad rem, quæ potest seruando seruari, &
tunc requiritur, &c. per *Aug. Bero. in c. consensus. de*
reb. eccl. alien col. 8. vers. alia conclusio. ibi, Sed res,
quæ seruari nequeunt, possunt sine solemnitate a-
lienari, vt vestes attritæ, animalia antiqua, & su-
perflua, † & annui reditus prædiales. vestes enim
non possunt seruari, quin veterascant, vt in Psal-
mo 101. Et omnes, sicut vestimentum, veteras-
cent. Et inter ista computatur, & connumeratur
9 † pecunia; quæ seruando seruari non potest, per
Zabarel. *in c. cæterum. de dona. dicit Abb. in d. c. nulli.*
de reb. eccl. alien. 3. col. nu. 11. ibi, De pecunia etiam
dubitatur, nunquid computetur inter ea, quę ser-
uando seruari non possunt. & dicendum est, quòd
non: quia pecunia retenta nihil operatur, *c. eijci-*
mus. 88. dist. not. in l. 1. §. quæsitum. ff. ad Treb. facit tex.
10 *in l. cum plures in fi. ff. de adminis. tut.* Etiam solus tutor
de per se potest, immò debet collocare pecuniam

pupilli in emendo, vel mercando; quod non pos-
set, si computaretur inter ea, quæ seruando serua-
ri possunt, *vt d. l. lex, quæ.* † Ex quo infero, solum 11
Prælatum posse disponere de pecunia Ecclesiæ,
sicut de fructibus, *in Clem. 1. eo. tit. Et dicit Imo d. c.*
nulli in fi. † quòd si actio competit ad pecuniam, a- 12
ctio censetur vti res mobilis, & pro re mobili cõ-
petere censetur, quia seruando seruari non potest,
vt gl. nota. in l. 1. § fuit quæsitum. ff. ad Treb. vbi Ias. te-
net, † quòd pecunia vsu consumitur, & quòd pro- 13
pterea non connumeratur inter illa, quæ seruando
seruari possunt, vbi multos citat authores, quia vt
pecunia afferat vtilitatem secundum vsum, ad quẽ
destinata fuit, † id est, ad expendendum, dicitur 14
esse de rebus, quæ seruando seruari non possunt,
per eundem Ias. ibi. † Ego tamen, si pecunia sit ma- 15
gnæ quantitatis, quę collocata in emptione, alicu-
ius reditus, vel census, fructuum afferre posset, pu-
tarem, quod posset cõnumerari inter illa, quę ser-
uando possunt seruari; quia dicit summa Roscilla.
Hoc tamen limita, quando tale, quod seruatur, po-
test sic seruatum fructum producere, aliàs non, vt
sic quæ cõsumuntur, sint de illis, quę seruãdo ser-
uari non possunt: item quãdo esset collocata in a-
liquo Banco ad lucrandũ, vel penes aliquẽ, prout
dicitur *in l. 1. C. de vsur pupil.* vel quãdo pecunia es-
set reposita pro cõseruatione, & tuitione patrimo
nij, vt propterea inde nõ remoueatur; vel quando
pecunia esset deposita ad emptionẽ prędiorũ: quia
istis casibus censetur vti res immobilis, & nõ alie-
natur sine decreto, vt per *Ias. d. § fuit quæsitum col.*
pen. vers. limita cum seque. optimus tex & ibi Bal. Lud.
Rom. in l. 3. §. vsuras. vers quid ergo. ff de contra. & vtil.
actio. tut. vbi tutor expẽdit pecuniã pro pupillo, &
ex quo currũt sibi vsurę, quęritur nũquid, dum est
tutor tantũ, & tutelę tempore durãte, vsurę debe-
antur, an etiã finita tutela: & dicitur, quòd sic, & a-
get cõtrario iudicio tutelę: † quia pecunia sua nõ 16
debet sibi esse otiosa; quod verũ esset, dicit tex, si e-
rat in facultate pupilli aliquid, de quo posset, sibi
satisfieri; quid ergo si illę res erãt deputatę ad em-
ptionẽ prędiorũ? dicitur, quòd si nõ impetrauit à
Prętore, quòd promatur pecunia, sibi est imputan
dũ. Et sic apparet manifestè, quòd illa pecunia in-
ter immobilia cõputatur, ex quò sine Prętore di-
strahi nõ poterat, nec de ea fieri solutio. qñdoq; dẽ
nec res minorũ immobiles sine authoritate, & de
creto Prętoris possũt vẽdi, *toto tit. de reb. eor. ff. &*
Barb notat ibi, † quod Thusci nõ sinũt pecunias suas 17
esse otiosas, † sed Lõbardi sic, qui seruãt eos domi- 18
nis suis. Et ꝑ hoc dicit Alb. *in q. 24. in 2. parte statu.*
quod qñ statuto cauetur, quod mulier lucretur di-
midiã partẽ bonorũ immobiliũ mariti sine liberis
decedẽtis, quod &t lucrabitur partẽ pecunię depu
tatę ad emẽdũ bona immobilia; quia illa pecunia
iudicatur, vt res immobilis. Idẽ est intelligẽdum,
qñ pecunia esset summę quãtitatis; quia tũc quan
titas facit illã cẽseri vti rẽ immobilẽ, per tex. c. li-
cet Heli. de simo. vbi accusatur Prę'atus, quod ma
le expẽdit pecuniã nõ modicã: ergo nõ põt eã vti
pręlat⁹, veluti vtitur fructib⁹. Et dicit Imo. *in d. c.*
cæterũ. de dona. circa fi. † quod pecunia, q̃ acquisiuit 19
Episcop⁹; qa erat religiosus, non põt disponi ꝑ eũ,
qa illa cedit Episcopatui, ꝑ illud, q̃ habetur *in c. 1.*

18. *q.1.* ideo, inquit, non poteſt de illa diſponere
in quantitate immoderata, ſed quando eſſet mo-
derata ſic. Et ſic pecunia in iſtis caſibus cenſetur,
& habetur inter illa, quæ ſeruando ſeruari poſsũt,
20 non interea, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. †
Secus ſit, ſi non ſimus in iſtis caſibus; quia de illa di
ſponet clericus, veluti de fructibus eccleſiæ *per*
Abb. & alios primo loco allegatos. ſequitur Ange. in
Summa, in verb. alienatio. verſ. verum pecunia. Apo-
ſtilla ad illum, & dicit Magnif. & excellens vir D.
Petrus Follerius I.V.D. eximius amicus meus in
ſua Practica criminali, *in rub. an notentur bona con-*
21 *tumacis, in hac materia,* † quod licet pecunia ſit res
mobilis, & quæ ſeruando ſeruari non poteſt, &
quæ ideò poſſit à minore, & Prælato alienari abſ-
que ſolemnitate; tamen ſi ea deſtinata ſit ad emp-
tionem prędiorum, vicem rei immobilis obtinet,
vt dicit Raph. *Cuma. in d.l. à Diuo Pio. §. vlt. per illum*
tex. ff. de re iud & in l. cætera. §. ſed ſi ſeparauit. ff. de le-
ga. 1. ideò nec ea ſine decreto iudicis alienari po-
teſt, ſicut nec alia immobilia ipſius minoris, per
d.l. 3. §. vſuras. verſ quid ergo & ibi Roma ff. de contra.
& vti. actio. tutel & voluit idem Rom. in d.l. ſi ex legati
cauſa. col. 4. & ibi Fran. Are. col. 4. verſ. addit etiam D.
Barb. col. 13. & Roma. ſingu. 103. tu habes, quod pecu-
nia. & ibi ad hoc adducit *tex. in d. §. vſuras. ſed* idem
22 refert Pet. Folle. † quod in contrarium tenent Ia-
co. Raph. Cyn. Ray. Bal. Ang. Imo. Floria. Alex.
Fran. Aret. & Iaſ. in *d.l. cætera. §. ſed ſi ſeparauit. ff de*
leg. 1. vbi dicunt, non haberi pro re immobili pe-
cuniam deſtinatam ad emptionem prædiorum.
ſubdens idem Pet. Follerius; Huius controuerſiæ
23 cardo in eo vertitur; † an deſtinatio habeatur pro
re perfecta, an non: de quo per Socin. *conſ. 249. col.*
pen. verſ. circa quartam. li. 2. & Alber. in 2. parte ſtatu.
q. 205. Bart. & alios in d. §. ſed ſi ſeparauit. & Alex.
conſ. 97. incip aliàs de facto conſultus. nu 6. verſ. & non
obſtat, quod deſtinatio lib. 3. & Fran. Aret. conſ. 6. viſo in
ſtrumento in 2. dubio. & latiſſimè per Fely. in c. cum ad-
eo. col. 2. ver. deſtinatio. ext. de reſcrip. in quibus locis de
ſolutione quæſtionis latè habes. ſubdens idem Magni-
24 ficus Petrus: † Et quid de pecunia redacta ex ven-
ditione rei ſtabilis, an mobilis, an immobilis cen-
ſenda ſit? Et videtur dicendum, quod ſit quod-
dam inter mobilia, ſecundum *Raph. Cyn. Alber.*
Bald. Cornu. Philip. & in l. ea demum. C. de colla. & te-
nuit Firm. in ſuo reperto. in verb. Bona mobilia. verſ. 4.
Sed, inquit, idem videtur dicendum, quòd ſit im-
mobilis. nam eius naturæ cenſeri debet, cuius res
erat, ex cuius venditione confecta eſt: & quæ ſit
ſubrogata in locum illius, vt habetur per Man-
ſier. *in tit. de ſocie §. item nomina, ſeu debita:* & idem
videntur voluiſſe. Raph. Alex. Fran. Are. *in d.l. ea*
demum. ſubdens idem Pet. prima opinio ve-
rior eſt, & tenenda, vt per Tiraq. in tract. de vtro.
retract. *fol. 108. nu. 112. §. 1. in gl.* pecunia verò repo-
ſita in banco non numeratur inter immobilia, &
hanc opinionem approbat, & eam ſequitur d. Ti-
25 raq. dicto loco. Facit ad materiam; † quia grauatus
reſtituere per fideicommiſſum bona, benè poteſt
alienare, non obſtante, quòd ſint reſtitutioni ſub-
iecta bona, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, per
gl. Alex. & alios in §. res, quæ. l. Marcellus ff. ad Treb. v-
bi multi caſus enumerantur, in quibus eſt permiſ-
ſa alienatio bonorum reſtitutioni ſubiectorum.
Illa verò, quę † ſeruando ſeruari nõ poſſunt, ſunt 26
illa, quę triennio conſummari poſſunt, & per trie-
nium non poſſunt retineri, optima *gl. in l. 1. C. ſi ad-*
uerſ. vſucap. per Ang. in Auth de nup. §. & quia parum. A-
lex. in l. procuratorem. C. de procurat. Ang. in l. 1. §. quæ-
ſitum. ff. ad Treb. & in l. procurator tutorum. ff. eod. gl.
in l. diuortio. §. interdũ ff. ſol. matrim. tales enim res,
quæ triennio ſeruari non poſſunt, dicũtur eſſe de
his rebus, quę ſeruando nõ poſſunt ſeruari, per A-
lex. d.l. procuratorem. † Quod tamen limita, vt dixi, 27
quando tale, quòd ſeruatur, poteſt ſic ſeruatũ fru-
ctum producere; aliàs non, argum. *d. §. quæſitum.*
per gl. ibi, quæ ita intelligis. Facit tex. in l. Ariſt. §. fi. cum
l. ſeq. ff. de iur. delib. & ſic, † quæ vſu conſumuntur, 28
non ſunt de illis, quæ poſſunt ſeruando ſeruari. † 29
Et illa, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, multa
enumerantur in *d.l. lex, quæ. & l. fi. C. de admin. tut.*
& in l tutor, qui. & l. ſi res. ff. eo. & in l. mulier. §. ſed et
enim. ff ad Treb. & l. fi. C. quand decret. opus non eſt gl.
ſumma 12. q. 2. & in l. & ſi ſine §. 1. cum gl. ff. de mino.
tex. in c. benè quidem. verſ. iniquum. 96. diſt. gl. in l. 1. §.
quæſitum. ff. ad Treb. quę dicit, pecuniam eſſe de re-
bus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. *Bar. in l po-*
teſt pupillus. ff. de aut bo. tuto. Et Aug. Bero. *in d. c. nul-*
li. de reb. eccl. alie. col. 25. verſ. quæro etiam. facit regu-
lam generalem, † quod illa cẽſentur de rebus, quę 30
ſeruando ſeruari non poſſunt, quãdo per trienniũ
communiter non ſunt duratura abſq; notabili de-
terioratione, ita colligitur *in gl ſingulari. d.l. vnica.*
C. ſi aduerſ. vſucap. quam ſequitur Alex. in d.l. 1. §. fuit
quæſitum. in 2. col. Addas, inquit, tamen vel vltra tri
ennium abſq; notabili deterioratione: arg. eorũ,
quæ habentur in *d.l. lex, quæ.* Et de pecunia vide in-
fra ſuo loco *in q. 16.* de pecuniæ Eccleſiæ alienatio-
ne. † Et cauſa, quare iſta alienentur etiam ſine ali- 31
cuius ſolemnitatis requiſitione, eſſe poteſt neceſ-
ſitas, ob quam recedimus à regulis iuris, vt dico in-
fra *q. 19. de cau. prop. quas ff. alien rer. eccl. & de cau.*
neceſſ. Et in huiuſmodi rebus dicitur neceſſitas re-
ſpiciens ipſam rem; quia eſt neceſſe illam alienare
quia periret, cum conſeruari non poſſit, & Eccle-
ſia in valore rei illius eſſet damnificata. *gl. in c. qua-*
liter. de elect. gl & Doct. in c. ſi. de accuſ. Abb. in c. † *vene-* 32
rabilem. ad fi. 2. col. de elect. Et licet ponatur exem-
plum in rebus mobilibus, quæ ſeruando non poſ-
ſunt ſeruari: tamen idem etiam poteſt intelligi de
immobilibus quas Eccleſia omninò perderet; quia
ſunt fortaſsè in manu tyranni † ſine ſpe recupera- 33
tionis; quia ſi re haberi non poſſunt à manu tyran-
ni, aut alicuius potentis illa detinentis, & benè et-
iam poſſunt infeudari, & alienari alteri æquè po-
tenti, vel potentiori. *c. 2. in fi. de feud. Bal in c. 1. 3 col.*
qui feu dar. poſſ. ibi Lauden. ibi Iaſ 7. col & Aluaro. ante
fi 7. col Bal. in c. 1. 2. col. Epiſco. vel Abb. ibi Mart. in prin.
2. col. Aluaro. 3. col. Hoſtien. in Summa de feud. §. qui
poſſit. verſ. & ſi feudum. Doct. in c. 2. de feud. per Claud.
Seyſel. in ſpecul. feud. in reg. quando prohibitio bonis,
verſ. ſecundò reſtringe. & in reg quòd Prælatus non in-
feudat res eccl. verſ. tertiò limito. tit. qui feu. dar. poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Alienari non poſſunt regulariter res ſacræ mobiles ad altaris miniſterium neceſſaria.*

2 *Quod diuini iuris eſt, nullius in bonis eſſe poteſt.*

3 Sacra

3 Sacra res sunt, quæ ritè per Pontifices Deo consecrata sunt.
4 Mobiles res sacræ vendi debent pro redimendis captiuis.
5 Animæ hominum quibuslibet rebus præponendæ sunt.
6 Pro captiuis redimendis venduntur res sacræ, quãdo timetur de morte, aliàs secus.
7 Captiui dicuntur ij, in quibus imminet periculum animæ, vel corporis.
8 Paßio Iesu Christi fuit redemptio viuorum, & mortuorum.
9 Redemptio Christianorum licita est, etiam durante bello, licet inde commodum infidelibus perueniat.
10 Alienari possunt res sacræ si superfluæ sunt, etiã propter debitum Ecclesiæ persoluendum.
11 Alienantur quoque pro ædificatione Ecclesiarum, aut augmentatione Cœmiterij.
12 Alienantur pariter pro alendis pauperibus.
13 Res sacra non vsucapitur.
14 Res sacræ poßideri non possunt, & præsumptio est cõtra poßidentem.
15 Res sacræ mobiles vltra casus enumeratos, non alienantur sine solemnitatibus in immobilibus requisitis.
16 Res sacræ. veluti vasa sacra, vestes, cruces. paramenta, & ornamenta, quæ dicuntur spiritualibus annexa, in casibus à iure expreßis pignerantur, hypothecantur, venduntur, & alienantur.
17 Res sacra in casu neceßitatis, etiã in eadem forma, pignerari ad tabernam possunt.
18 Forma, siue modus, qui adhiberi debet in sacrarum rerum mobilium alienatione facienda, ex c. aurum 12. q. 2.
19 Vas sacrum quando laicis venditur, non solũ debet confringi, sed etiam conflari, & de ratione.
20 Vas sacrum post confractionem, vel conflationem nõ est amplius sacrum, sed purum metallum.
21 Vas conflatum, si reintegratur, noua indigeret consecratione.
22 Calicis forma de Ecclesia non debet ad vsus nefarios transferri.
23 Vas sacrum Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis personis in eadem forma vendi potest.
24 Quid si laici vellent vas sacrum in eadem forma? Resp. quòd dari non debet, vt nu. 24.
25 Quid si hostes vellent occidere captiuos, nisi eis daretur vas in eadem forma? Resp. quòd dari non debet, vt nu. 25.
26 Mala non sunt facienda pro bono.
27 Recipiens rem Ecclesiæ vltra modum à iure approbatum, ius in ea non acquirit.
28 Calix sacratus vendi potest, Ecclesia consecrata vendi non potest, & de ratione.
29 Lapis pretiosus in calice consecratus non distrahitur.
30 Ad hoc, vt vasa, & alia mobilia ad cultum diuinum deputata alienari poßint, qualibet neceßitas non est sufficiens. sed debet esse summa.
31 In alienatione rerum diuino cultui deputatarum incipiendum est ab his, quæ tantum sunt benedicta, non à consecratis.
32 Alienationis præcipua est causa, vt pauperibus subueniatur, & vt redimantur captiui, siue sint proprij parochiani, siue extranei.

DE RERVM SACRARVM MObilium alienatione.

QVAESTIO VII.

ET res mobiles sacræ circa altare, & altaris ministerium necessariæ † regulariter alienari 1
non possunt, *vt Instit. de rer. diuis. § nullius. & l. sancimus. C. de sac. sanct. eccl.* vbi res sacræ, religiosæ,
& sanctæ ideo non alienantur, † quia nullius esse 2
possunt: quòd enim diuini iuris est, id nullius in
bonis esse potest. *Instit. eo. d. § nullius.* † Et res sacræ 3
sunt, quæ ritè per Pontifices Deo consecratę sunt,
veluti, ædes sacræ, & dona, quæ ritè ad ministeriũ
dedicata sunt. † *Instit. eo. § seq.* Benè dico mobiles 4
res sacræ ex canonum permissione venduntur, &
vendi possunt, & alienari, immò pro redimendis
captiuis debent, nedum possunt alienari, *per glo in Auth. de non alie. in verb huiusmodi. per tex. in c. Apostolicos. 12. q. 2.* † quia hominum animæ, quibuslibet 5
rebus mundi præponendæ sunt. *l. sancimus. in fi. C. de sacros. eccl.* † Non tamen semper indistinctè pro 6
redimendis captiuis res sacræ habẽt alienari; quia
dicit *gl in c. aurum in verb. occisi. 12. q. 2.* quòd tunc
demum debent redimi captiui, & pro redemptione vasa sacra vendi, quando timetur de morte,
vt per gl. dicitur *in c. sicut omnino. ea. cau. & q.* quæ
dicit, † quòd captiui dicuntur, qui ab hæreticis, 7
vel gentilibus capti sunt, vel à talibus, vbi timetur periculum corporis, vel animæ; tales, inquit,
tenetur redimere Ecclesia; & quilibet priuatus: &
redemptio viuorum. † & mortuorum fuit passio 8
Iesu Christi. *§. semel immolatus. de conse. di. 2.* & licitum est redimere † Christianos etiam durãte bel- 9
lo licèt ex redemptione commodum, & subsidiũ
proueniat infidelibus, per *Abb. in c. significauit. ext. de Iudæis.*

† Item possunt etiam alienari sacra, quæ sunt 10
superflua, etiam propter debitum soluendum, si
quod habebat Ecclesia, nedum propter redemptionem captiuorum, *vt Auth. de alie.* † *& emphyt. §.* 11
si verò sint plura.

Item alienantur etiam in ædificationem, & pro
ædificatione templorum, & Ecclesiarum, aut augumentatione cœmiterij. *per tex. & gl. in d. c. aurũ. 12. q. 2. in gl. in verb. in his tribus.*

Item † alienantur etiam sacra in alium casum 12
pro alendis pauperibus, *d. c. aurum glo Instit. d loco. § sacra in verb excepta.* † Non tamen res sacra vsu- 13
capitur, *vt C. de præscrip. 30. ann. l. omnes. & in Auth. de eccl. tit. § pro temporibus. colla. 9 & in tit. hac constitutio innouat. colla. 8. glo. in § res fisci.* † *Instit. de vsucap.* 14
quia iure cõmuni tales possideri nõ possunt ab aliquo, & præsumptio est cõtra possidentẽ, per ea,
quæ dicit Dyn. in *reg. possessor. de reg. iur.* Et † aliàs 15
res sacra nõ alienatur, nisi cũ solẽnitatibus requisitis in alienatione rerũ immobiliũ Ecclesiæ, quib⁹
sacra, quò ad solemnitatẽ alienationis, æquiparantur, Rebuff. *in cõpen. alie. rerũ eccl. vers. sũt* tamẽ. ibi,
sec⁹ pretiosa, quę eqparãtur immobilib⁹, *p gl. in c. tua. de his, quasi à Præl.* idẽ in re sacra, *d. c. Apostol. 12.*

16 q. 2. Et vasa sacra, † vestes, cruces, paramenta, & ornamenta, in quibus, & cum quibus spiritualia ministrantur, quę propter consecrationem, & seu benedictionem in illis, & de illis factam, quando fuerunt deputata ad vsum, & sacrorum ministerium, videntur, & dicuntur annexa spiritualibus, non obstante, quod sint consecrata, benedicta, & deputata ad ministerium, & vsum sacrorum, quotidiè videm⁹, quod legum authoritate, & canonum permissione, causa, & necessitate vigente, in casibus à iure expressis, pignerantur, hypothecantur, venduntur, & alienantur: *gl. est in c. ea .n. §. hoc ius. 10. q.*
17 *2. in verb. conflata.* quæ dicit, quod possunt † etiam in casu necessitatis pignerari ad tabernam, etiam in eadem forma, *text. est in d. cap. aurum. 12. q. 2.* vbi non obstante consecratione, vasa sacra alienari permittuntur; immò increpantur sacerdotes, si non faciant, vel si in faciendo negligétes fuerint, putà, pro alendis pauperibus, & redimendis captiuis, pro templo Dei, aut loco religioso ædificãdo, pro cœmiterijs ampliandis, sepulturis mortuo
18 rum extruendis, & similibus † vbi datur forma, & modus, qui debet adhiberi in alienatione facienda; vt primò videlicet, alienentur aurum, si existat, vel argentum, quod nõ cõsistat in vasibus, vel alijs diuinis ministerijs, vel officijs deputatis. Istis non existentibus deuenitur ad vasa diuinis deputata, quæ non sint consecrata: deinde ad vasa consecrata, quæ alienantur, venduntur, permutantur, pignerantur, & hypothecantur alteri Ecclesiæ in
19 eadem forma, & figura. † si verò non Ecclesię, sed extra alienentur, putà laicis, præmissa prius oratione ad Dominum, confringuntur, & confracta, & conflata venduntur. *gl. d. c. ea enim. in verb. conflata. Et quærit Archid. in d. c. aurum. 12. q. 2. super verb. conflare.* quare additur verbum Conflare? & respondet, quod non sufficit constringere; quia in superficie exteriori potius consistit consecratio, vt vnctio: ne ergo aliquid ibi consecrationis remaneat, confringuntur vasa consecrata, & postea conflantur, & ita venduntur, vt ibi per eum, &c. S. Thom. *2. 2. q. 100. de simo. ver. ad quartum. Ricar de Media Villa 25. art. 3. circa fi.*

Nec mirum, si post conflationem, & confractionem venduntur vasa sacra, & vendi, vel alienari
20 possunt; † quia post confractionem, vel conflationem non intelligũtur esse vasa sacra, sed materia,
21 † & purum metallum: vnde, si ex eadem materia similia vasa de nouo fierent, vel reintegrarentur, indigerent noua consecrationi, per S. Tho. *d. loco,* quia quod dicitur, vasa sacra vendi posse, habet intelligi, quod confracta, & conflata vendi habent
22 laicis; † quia mystici poculi forma de Ecclesia exire non debet, nec ad vsus nefarios sacrilegis mi
23 nisterium transferri, *d. c. aurum.* † Ecclesię verò, & personis Ecclesiasticis in eadem forma vendi possunt, quia non exeunt Ecclesiam, quæ in Ecclesia permanent, per *gl. in d. c. ea enim. in verb. conflata. Io. de Selua in tract. de benef. 1. par. q. 7. nu. 70. vers. item va*
24 *sa sacra.* † & si laici vellent illa nõ cõfracta, nec cõflata, sed integra, & consecrata, est dicẽdum, quod
25 dari non debét, per Arch. *in d. c. aurũ.* † & si hostes vellent occidere captiuos, nisi dentur in eadẽ for
26 ma, † pari modo, secundum Arch. dari non debét: quia non sunt facienda mala pro bono, & nulla cõpensatione boni est peccandũ, vt inquit D. *Aug. 14. dist. c. quod ait. 22. q. 2. c. primum,* quia debet seruari forma à lege tradita. † Et recipiẽs rem Ecclesiæ vl- 27
tra modum à iure approbatum, in ea ius nõ acquirit. *l. iubemus. la 1. C. de sacros. eccl. not. Abb. in c. Episcopi. de reb. eccl. alien sequitur Didac. Couar. in li. 2. varia. resol. c. 16 vers. cæterum.* Et quærit Arch. *in d. c. aurum 12. q. 2.* quare † calix sacrat⁹ potest vẽdi, ecclesia ve- 28
rò sacrata vendi non potest? Et respondet, quòd ratio est in occulto, & sufficit dicere, quòd istorũ alterum est prohibitum, alterũ verò expresè permissum. & vlterius quia maior, & solemnior consecratio adhibetur Ecclesiæ, quam calici; & calix potest dissolui, & dissolutus potest maiorem vtilitatem afferre: & locus sacratus non potest possideri in alio loco, quod nõ est in calice: vel dic, quòd in calice habetur respectus ad materiam, ad quam potest redigi in Ecclesia ad ius speciale, cum non possit redigi ad antiquam formam. subdẽs, quòd lapis pretiosus in calice † consecrato inclusus non 29
distrahitur, si cum calice consecretur, quia est in calice ad instar lignorũ Ecclesiæ disruptæ, *de consec. dist. 1. c. ligna.* nisi alteri Ecclesię vendatur, vt ibi per Arch. Et vasa sacra, vestimenta sacerdotalia, altarium paramenta, & ornamenta, calices, cruces, & alia diuino cultui deputata, non aliter alienari possunt, vel in pignus tradi, quã ex summa necessitate, † ita quòd non est quælibet necessitas suffi- 30
ciens, per *gl. & Doct. in c. 1. de pig.* vbi notant expressè Imo. & Barbo. † & in tali necessitate alienatio in- 31
cipienda est ab his rebus, quæ tãtum sunt benedictæ, non ab his, quæ sunt consecratæ; quod sentiũt ibi Ioan. And. & Imo. & hanc esse * communem * distinctionem fatetur Ripa in *l. obligatione. col. pen. ff. de pign.* † Et causa alienationis præcipua rerum, 32
quæ diuino ministerio sunt deputatæ, est ad subueniendum pauperibus, ne frigore, vel fame pereant, & ad redemptionem captiuorum. *l. sancimus. C. de sacros. eccl. c. sicut omnino. 12. q. 2.* non tantũ ad alẽdos proprios parochianos. *gl. in d. c. 1. de pig.* sed & ad exterorum alimenta, & redemptionem, *gl. in d. c. sicut omninò. & Ripa d. l. obligatione. Couar. varia. resol. vers. cæterum res eccle. nu. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Alienari res mobiles Ecclesia possunt, licèt sint pretiosa seruata solemnitate.*

2 *Res immobilis, & mobilis pretiosa æquiparantur, quò ad solemnitatem alienationis, & nu. 9.*

3 *Clericus rem mobilem de thesauro, quem inuenit, donare non potest, nec rem Ecclesiæ nimis pretiosam.*

4 *Clericus quemadmodum rem immobilem donare nõ potest, ita nec mobilem pretiosam.*

5 *Clericus an possit donare mobilia sine consensu capituli: & an requiratur consuetudo.*

6 *Res mobilis Ecclesiæ pretiosa non vsucapitur triennio.*

7 *Prælati sine superioris authoritate rem mobilem, quæ rei immobili æquiparatur, alienare non possunt, veluti sunt decimæ.*
Item nec super illis transigere.
Item nec amicabilem compositionem facere.

8 *Solemnitates requisita in aliquibus casibus necessaria non*

non sunt, veluti, quando res minimi momenti alienantur, vt serui fugitiui.

9 Res mobilis pretiosa aequiparatur immobili, quo ad solemnitatem alienationis, & nu. 2.

10 Mobilia pretiosa, & quae seruando seruari possunt, sicut immobilia, sine causa, & solemnitate non possunt alienari.

DE ALIENATIONE RERVM MOBILIUM pretiosarum Ecclesiae.

QVAESTIO VIII.

1 PRETIOSAE etiam res mobiles Ecclesiae, licet non passim: & indistinctè, tamen † seruata solemnitate tradita, & in casibus, & cum causis à iure expressis alienantur, & alienari possunt: est *tex. in l. lex quae. C. de admin tut. per gl. in c. tua nuper. de his, quae fi à Prala. in verb. tractatu.* vbi dicit, quòd res mobilis pretiosa nō potest alienari, quia est necessaria solemnitas, &c. melior *gl. in c. si cui. de elect. in 6. in verb. immobilium.* ibi: Puto etiam: quod mobilia pretiosa in casu licito possūt alienari. de his, quae seruādo seruari non possunt, non est dubium, &, si Papa voluisset, quod alia mobilia alienari nō possent, generaliter loquutus fuisset, &c. sequitur Host. *in c. nulli. ibi:* Immobilem, nec mobilem pretiosam rem, & ibi *Abb. nu. 8. de reb eccl. alien. vers. in gl. 2.* ibi, nota, quod Praelatus alienat bona mobilia, quae commodè seruari non possunt; ea vero, quae commodè seruari possunt, non alie-
2 nantur sine solemnitate † nam res immobiles, & mobiles pretiosae aepuiparant, quò ad solemnitatem alienationis. Idem *in d. c. tua nuper. nu. 7. de his, quae fi à Prala. 2. col. ver. in ea gl.* ibi, quod bona immobilia, & mobilia pretiosa, quae seruari possunt, aequiparantur, quò ad solemnitatem adhibendam ad eorum alienationem, per *Host. in c. 1. eo. ti.* & exceptis his, quae seruando seruari non possunt nō pretiosis: vbi etiam Ioan. Andr. videtur dicere idem. *Abb in c. consensus. nu. 5. de reb. eccl alien.* ibi; Ex quod infertur, quod rem etiam mobilem non potest Praelatus alienare sine consensu superioris, & dic, quod requiritur solemnitas requisita in rebus immobilibus quod dic, inquit Abb. vt per *gl.*
3 *in c. tua. de his, quae fi. à Prala.* † id est, quando mobilis res sit pretiosa, quia rem mobilem de thesauro, quem inuenit clericus, donare non potest, nec etiam rem Ecclesiae nimis pretiosam, per Host. *in c. caeterum. ext. de dona. §. data rei.* Ioan. And. Zabarel.
4 verò, ibi dicit, † quòd de mobilib⁹ pretiosis idem debet intelligi, quòd de immobilibus; quòd videlicet clericus donare nō possit, secus verò de reb⁹ mobilib⁹ non pretiosis, vt ibi Abb. etiā ibidē dicit *nu. 4.* quòd aut vult donare aliquā rē immobi-
5 lem Ecclesiae, & tunc, † si est minima, non requiritur consuetudo, nec consensus capituli; si verò nō est minima, oportet, quod concurrat consuetudo; & si enormiter laeditur Ecclesia, non valet cōsue-
6 tudo. † Item res mobilis pretiosa Ecclesiae non vsucapitur triēnio, *tex & ibi gl in c. de redditib. 12. q.*
7 *2.* † & dicit D. Ant. *in c. tēpore. de arb.* quòd Praelati non possunt alienare rem mobilē, quae rei immobili aequiparatur, veluti sunt decimae, sine authoritate superioris, nec super illis transigere, vel amicabilem compositionem facere, per Rebuff. *in compen. alie. rer. eccl. vers.* sunt tamen quidam casus. † v- 8
bi dicit, quod sunt casus, in quib⁹ solemnitates in alienando requisitae non requiruntur ex necessitate. primus, quando alienantur res minimi momēti, seu vtilitatis, vt serui fugitiui, *12 q. 2.* Guido. Papa. *q. 156. c. fine exceptione eadem causa, & q. infi. & c. seq. c. vt super. §. fi. de reb. eccl. alie.* Io. And. *in c. qui tacet. de reg. iu. in 6.* quod intelligerē, inquit Rebuff. quando res esset mobilis, & minus pretiosa, *c. fi. eo. tit. in 6.* † sec⁹ in pretiosa, quae aequiparatur immo- 9
bilibus quò ad solemnitatem alienationis, *gl. in c. tua. de his, quae fi. à Prala.* & dicit D. Quintilianus Mādosius vir doctissimus, & rerum Romanae curiae valde practicus in praxi, quam composuit, rerum, & clausularum à signatura concedi, denegari, & limitari solitarum, *in rub. si in euidentē. vers. rescriptū,* quòd rescriptum. Si in euidētem super alienatione, vel distractione rerum Ecclesiae etiam mobiliū requiri solet, si quidem res mobiles sint pretiosae, mobilia enim pretiosa immobilibus aequiparantur, *extrauag. Ambitiosae extrauag. comm. nostro ti. &* per alia, quae ibi ille vir doctus adducit. sequitur Aug. Bero. *in d. c. nulli. de reb eccl. alie. col. 25 num. 68. vers.* ex verbis Abbatis. q. dicit, quòd mobilis pretiosa, † & quae seruando seruari possunt ad vtilita- 10
tem Ecclesiae, sunt pohibita alienari, sicut immobilia absque iusta causa, & solemnitate. *c. benè quidem. c. Apostolicos. c. aurum. 12. q. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Res Ecclesiae mobiles non pretiosae, immò & immobiles parua solo Praelati consensu sine solemnitate alienari possunt.*

2 *Domus Ecclesiae in ciuitate existens, quae maioris est sumptus, quàm fructus. sine solemnitate alienari potest.*

3 *Serui fugitiui Ecclesiae, & benemeriti alienari possunt.*

4 *Res non pretiosa. quae seruando seruari non possunt, terrae more considerato, possunt à praelato moderatè donari.*

5 *Alienatio necessaria non requirit solemnitatem.*

6 *Alienatio rei Ecclesiae paruae non requirit consensum capituli.*

7 *Res magna à Praelato alienari ad eius vitam potest, vbicunque bona Praelati sunt distincta à bonis capituli.*

8 *Res parua potest per Praelatum alienari etiam si iurauerit non alienari res Ecclesiae.*

9 *Iuramentum de non alienando non includit parua, siue modica.*

10 *Consensus capituli expressus non requiritur in modicis, sed tacitus.*

11 *Emens à solo Praelato sine alia solemnitate potest praescribere.*

12 *Stante statuto, quòd possidens apothecam non possit personaliter capi, possidens vilissimam commodo statuti non gaudet.*

13 *Qui parum transgreditur, non vituperatur, nec flagellatur, & nu. 59.*

14 *Statutum loquens in debitore, locum non habet in paruo debitore.*

15 *Solemnitates non sunt necesseriae in aliquibus casibus veluti, si res sit modici momenti, vel vtilitatis, serui fugitiui.*

 16 Con-

16 Consuetudo terræ,& quantitas rei donatæ facit do nationem ratam,vel irritam iudicari.
17 In donatione rei mobilis Ecclesiæ certa regula dari non potest,sed plura sunt consideranda.
18 Lex municipalis valdè est attendenda in alienationibus.
19 Prælatus secundum consuetudinem Regni etiam sine consensu capituli dat in feudum,& num.38.
20 Prælatus in donatione, & alienatione Deum suum ante oculos habeat.
21 Prælatus cauere debet,ne pro donatione obliget suam Ecclesiam, & ne de eius partes ditent,vel nimis delitiosè viuant.
22 Distinctio Zabarel.an,& quando valeat rerum ecclesiæ donatio.
23 Prælatus amicis benemerentibus donare potest.
24 Eleemosynam Prælatus de rebus Ecclesiæ etiam circumscripta consuetudine facere debet.
25 Clerici etiā in ægritudine constituti eleemosynam facere possunt,vel pro remuneratione seruitij donare,donec viuit.
26 Res ecclesiæ mobilis potest dari in remunerationem seruitij ecclesiæ,vel Prælato collati.
27 Promissio facta de remunerando debet attendi, etiam si facta sit nudis verbis.
28 Prælatus potest subuenire,suis si indigent,non tamē illos ditescere.
29 Prælatus pro seruitijs impensis ecclesiæ potest concedere possessionem ad vitam.
30 Prælatus in testamento nihil disponere potest, licèt in vita aliquid donare possit.
31 Episcopus,dū viuit potest dare centesimam, vel quinquagesimam Ecclesiæ per eum constructæ.
32 Accusare nemo potest , quare templum Dei adificent.
33 Clericus, qui contraxit debita pro sua sustentatione,potest in vita,& morte dictum debitum de fructibus ecclesiæ soluere.
34 Clericus etiam in ægritudine de qua decessit , his, qui sibi seruierunt,locis religiosis,& pauperibus mobilia conferre potest.
35 Erogatio,quando fit pauperibus,& locis religiosis requirit tantum charitatem sed in alijs requirit seruitium,etiam si fit consanguineus.
36 Seruitium præstitum Prælato videtur præstitum Ecclesiæ.
37 Remuneratio veri beneficij permittitur etiam de bonis immobilibus.intellige tamen,non per modum concessionis dominij,sed fructum,ad modicum tempus & nu.39.
40 Merita debent constare per coniecturas nec sufficit sola assertio Prælati.
41 Qui dicantur benemeriti, quibus possit fieri remuneratio.
42 Clericus de bonis Ecclesiæ paruis infendare potest.
43 Inferioris in minutis non habent necesse habere cōsensum Episcopi, item nec capituli, si necessitas vrgeat,& num.44
45 Modicum dicitur quod non est vtile Ecclesiæ.
46 Clericus alienans præter eius permissionem incidit in pœnam & potest deponi.
47 Res Ecclesiæ minus vtiles sine fratrum consilio alienari non possunt.
48 Alienatio prædij inutilis facta sine necessitate requirit solemnitatem.
49 Episcopus alienando rem minimam vtilem punitur.
50 Hodiè interdicta est alienatio,etiam rei modica,inconsulto Papa.Limita,vt non procedat in modicis, Item vbi necessitas non patitur, quòd Papa authoritas expectetur.
51 Solemnitas non est obseruanda in rebus Ecclesiæ alienandis quando necessitas non pateretur obseruantiam solemnitatis.
52 Modica non curantur,ex quo ad non vlla infertur, & nu.57.
53 Dolus non præsumitur in modica summa.
54 Natura tribuitur hominibus liberum arbitrium voluntatis.
55 Cardinalis pro re modica simoniam committere nō præsumitur.
56 Minima præsumuntur donata amore Dei.
57 Modicum,& nullum æquiparantur.
58 Pauperes non sunt puniendi in corpore propter leues abrasiones,& nu.59.
60 Ebrioricum comedens non aliter punitur,quā quod sibi detur aqua calida ad bibendum.
61 Virtus corrumpitur,si multum discedatur à medio, secus si parum.
62 Papa non potest alienare res Ecclesiæ, quando alienatio esset magna, secus, si res alienata sint modicæ , quia censentur à solemnitate iuris exemptæ.

DE RERVM MOBILIVM MOdicarum Ecclesiæ alienatione.

QVAESTIO IX.

Aliae verò res Ecclesiæ mobiles , † quæ 1 sunt non pretiosæ,non sacræ,passim videntur alienabiles , immò etiam immobiles, 2 vel sine solemnitate,& solo consensu Prælati, *cap. terrulas 12.q.c.cæterùm de donationib.optima gl. in c. 1.de his,quæ fi.à Præla.* vbi dicit, quòd parua res Ecclesiæ sine solemnitate alienari potest,vbi *Hostien.* dicit,quòd nō est licitum facere alienationes rei Ecclesiæ sine solemnitate,nisi esset res parua, vel modica res vilis,& infructuosa,in qua non requiritur solemnitas;† vbi etiam enumerat domus Ecclesiarum in ciuitatibus, quæ maiorum sumptuū sunt,quàm fructuum,*12.q.2.*† nō liceat Papæ,item 3 seruos fugitiuos Ecclesiæ,& benemeritos,qui benè possunt alienari,secundum quòd legitur. *12 q. 2 fugitiui.c.iniustum.& duab.c.seq.* item excipit illa, quæ seruando seruari non possunt , † si non sint 4 pretiosæ,item excipit res mobiles,& se mouentes de quib' potest Prælatus moderatè donare,terræ more † considerato,& excepto casu , quando est 5 necessariò alienandum,in quibus rebus tenet *Hostien.*quòd possit fieri alienatio per Prælatum, etiam non seruata solemnitate,de qua in *c.fine exceptione.12.q.2.& per Ioan.And.ibidem,ibi,*exceptis mobilibus,& excepta alienatione necessaria,&c.idem tenet Zabarel.ibidē in illis verbis,aliàs nō licet alienare volūtariè,exceptis reb' mobilibus,necessariò verò sic.*vbi Abb.*† quod in alienatione rei Eccle 6 siæ paruæ nō requiritur cōsensus capituli,&c.videtur esse

esse *tex. in c. continebatur. de his, quæ fi. à Præla.* vbi videtur, quòd res modica potest concedi absque solemnitate: ita intelligit illum tex. *Feder. de Sen. cõs. 51.* quod loquitur in concessione rei magnæ, in qua solemnitates interuenire debent. refert, & sequitur *Abb. in d. c. continebatur. subdens num. 7.* † Limita, quòd vbicunque bona Prælati sunt distincta à bonis capituli, tunc benè possunt per Prælatum solum sine consensu, & solemnitate concedi ad vitam eius, & durante vita illius, quia tunc solum agitur de suo præiudicio; idem *Feder. cons. 53. per Host. in Summ. in § fi. per Doct. in c. veniẽs. de transa.* Imò res parua, & modica videtur, quòd possit alienari per Prælatum, etiam si Prælatus iurauerit res Ecclesiæ non alienare. per Abb. *in c. vt super. colum. 2. sub nu. 15. de reb. eccl. alien. vers. ego dicerem,*
9 quod aut res est modica, seu modicæ vtilitatis, † & tunc non includitur sub iuramento de non alienando; quia non est verisimile, quòd superior voluerit illum illaqueare in istis modicis, quæ sunt exempta ab omni solemnitate ex dispositione iuris; idem *Abb. ibidem paulò ante nu. 14. vers. in glo. in*
10 *verbo assensu. vbi dicit*, † quod in rebus modicis non requiritur consensus capituli expressus, sed taci-
11 tus. facit, † quod dicit *Abb. in d. c. continebatur. in fi.* quod emens à solo Prælato rem Ecclesiæ absque alia solemnitate potest præscribere; &, vbi res est prohibita alienari, non tamen intelligitur res modica prohibita, per *gl. in Authen. de here. & Falcid. §. hinc nobis. vers. ad substantiam. & ibi dicit Ang. quod*
12 *illa glo.* facit ad † statutum, dicens, quod nullus possidens apothecam possit capi personaliter; quia si aliquis possidet, vilissimam apothecam, non gaudet commodo statuti. & dicit *Bal. in l. 2. C. de re-*
13 *scind. vendit. 12. q.* † quod ille, qui parum transgreditur, non vituperatur, nec flagellatur, dicit *glo. in Auth. minoris debitor. C. qui da. tut. poss.* vbi statutũ
14 † loquens in debitore non habet locum in debito re paruo, & alia adducta per *Fel. c. fi. §. 11 autem. de offic. & pot. iud deleg. & dicit Rebuf. in compen. alien.*
15 *rer. eccl. vers. sunt tamen,* † quòd sunt aliqui casus, in quibus istæ solemnitates non requiruntur de necessitate. Primus est, quando alienantur res minimi momenti, vel vtilitatis, vti sunt serui fugitiui, *c. fugitiui. 12. q. 2. Guid. Pap. q. 156. c. sine exceptione. 12. q. 2. in fi. & c. seq. c. vt sup. §. fi. de reb. eccl. alie. Ang. in §. nec etiam insi. de aliena. & emphyte.* Quod intelligerem, inquit Rebuff. quando res esset mobilis, & minus pretiosa; *est optimus tex. in c. cæterum. de*
16 *don. extra, vbi habetur, ac per Doct.* omnes † intelligitur, quod Prælatus rem modicam Ecclesiæ donare potest, vbi hoc habeat consuetudo. datæ enim rei quantitas, & illius terræ consuetudo facit donatum ratum, vel irritum iudicari. Et dicit *gl. in c. hoc consultissimo. eo. tit. li. 6.* mihi in additio. quòd secundum Ioan. Monac. ibi prohibentur quidam modi alienationis, vel dationis in rebus
17 Ecclesiæ immobilibus, † de mobilibus verò, vt dicitur, certa regula dari non potest, quia secũdum quid donum est paruum, vel magnum, tenet, vel non tenet datio, & si dator est paruus, vel magnus, vel donatarius benemeritus, vel non meritus, per iura, quæ ibi adducit. & dicit *Host. in d. c. cæterum. si Prior,* Abbas, vel alius Prælatus, vel beneficiatus consueuit dare viginti, vel centum solidos, palafrenum, equum, vel aliam rem mobilem, quæ superest de bonis Ecclesiæ, alicui pauperi, vel egenti nobili verecundo, vel puellæ maritandæ, &c. subdens: Et cum supradicta liceat sine consuetudine speciali, intelligo, quod ratione consuetudinis valebit donatio simpliciter facta, etiã si donatarius forsan non nimis egeat. Et in huiusmodi donatio
nib. siue alienationibus valde † est attendenda lex 18
municipalis, per *glo. in c. quicunque. 17. q. 4.* quia dicit *glo. in Auth. de alien. & emphyteu. in verb. sanciri,* quòd secundum consuetudinem Regni Prælatus etiam sine consensu, vel authoritate solus dat in feudum: semper tamen, inquit Host. ego consulo
Prælato, † quòd in talibus habeat intentionem, & 19
oculos ad Dominum Deum suum; sed caueant donatarij ab ingratitudine. Et hoc intellige, quando
Prælatus habet superflua, secus si pro talibus † fa- 20
ciendis Ecclesiam suam obligat; hoc enim omnino sibi cauendum est, sed & de hoc caueant, ne etiam de eis parentes ditent, vel nimis delitiosè vi-
uant, vt ibi per eum, † tenet idem *Zabarel. in illis* 21
verbis: aut loquimur de bonis Ecclesiæ mobilibus, aut de immobilibus; si de immobilibus, non valet donatio, nisi hoc habeat consuetudo, & donatio sit moderata; si de mobilibus, aut pretiosis, & tũc idem, quod de immobilibus, *l. lex, quæ. C. de admin. tuto.* aut de non pretiosis, & in his, si Prælatus moderatè donat, valet donatio, etiam cessante consuetudine, vt ibi per eum, sequitur *Abb. in eod. c. cæterum. sub num. 4. de donatio. in illis verbis*, Aut vult donare aliam rem mobilem Ecclesiæ, & tunc, si est minima, non requiritur consuetudo, nec consensus capituli; si verò non est minima, oportet, quòd concurrat consuetudo; & si enormiter læditur Ecclesia, non valet consuetudo: & ex his videtur sentire, quod requiritur consuetudo, vbi res est nõ minima. subdens; Satis ego crederem, quòd cessante consuetudine nihil donare potest, absque causa rationabili, sed cum causa rationabili sic, quia, putà, recepit donans seruitium ab illo, & vult eum remunerare, vel quid simile. Et dicit *glo. in Authent. de non alien. & emphyte. in verb. sancimus,*
† quòd donare quoque potest Prælatus amicis be 22
nemerentibus sequitur *Cors. in tracta. de minimis, prima parte, num. 7. vers. 10. ibi,* nunquid Prælatus rẽ modicam possit donare? dic, quòd aut consuetudo est in loco, quòd Prælatus dat puellæ pauperi maritandæ viginti, vel triginta, nobili, vel pauperi, & potest, secundum Docto. *in d. cap. cæterum.* nã
eleemosynam debet facere † Prælatus de rebus 23
Ecclesiæ etiam circumscripta consuetudine, 16. *quæst. 1. cap. quoniam*: aut Prælatus donat alicui non pauperi, puta, amico, vel consanguineo, & valet donatio, si concurrit consuetudo in rebus mobilibus, non pretiosis; aut vult donare aliqua de redditibus, quos facit suos, & potest: cessante verò consuetudine nihil donare potest, nisi cum cau-
sa rationabili: facit *text. in c. ad hæc. de testamen.* † v- 24
bi clerici possunt facere moderatam eleemosynam de acquisitis per Ecclesiam etiam in ægritudine constituti; quod notant Docto. pro aliqua parua obligatione facta ancillæ, vel seruitori per ipsum clericum, vt intuitu eleemosynæ, vel pro

remuneratione seruitij, quod agere possit actualiter donando, donec viuit, non autem relinquat conferendum post mortem ipsius, *secundum Abb. in cap. ad hæc. de testamen.*

26 † Item & res Ecclesiæ mobiles possunt alienari, quia possunt dari in remunerationem seruitij collati Eccclesiæ, vel Prælato, per *tex. in c. quicunque. il 2.12.q.2.* vbi promissio facta de remunerando de bonis Ecclesiæ aliquem, qui Ecclesiæ inseruierit, debet attendi, & adimpleri; vbi *glo. dicit*, quod talis promissio etiam nudis verbis facta valet, nulla interueniente stipulatione, & potest dici, quod competit actio ex nuda promissione, *l. condictione ex Canone 26.q.5. iuramenti. per iura, quæ glo. allegat. tenet Abb. in d. c. consensu. de reb. eccl. alie. nu. 4.* quod Prælatus benè remunerat de bonis Ecclesiæ eos, qui exhibuerunt obsequi, & seruitia Ecclesiæ. & apostilla ibi citat *Alex. conf. 101. lib. 1. Oldra conf. 278. Imò dicit Abb. in c. inquirendum. de pecul. cleric.* quod

28 Prælatus benè potest de rebus †Ecclesiæ subuenire suis, si indigent, licet illos ditescere non possit

29 de eis. † & pro seruitijs Ecclesiæ impensis potest Prælatus concedere possessionem Ecclesiæ ad vitam, per eundem *Abb. in c. si quis. de pecul. cleri & dicit idem in d. c. ad hæc. de testamen.* quod clericus potest donare aliquid de reb. Ecclesiæ intuitu eleemosynæ in vita, † licet non potest aliquid disponere in testamento subdens, & potest quis facere per se, quod relinquere non potest per alium faciendum post mortem. † similiter dicitur in Episcopo, qui potest, dum viuit, dare centesimam, vel quinquagesimam Ecclesiæ per eum constructæ, vel coustruendæ, &c. † quia nemo potest accusari, quare templum Dei ædificet, vt per *glo. in c. aurum. 12. q. 2. in verb. in his idem Abb. in repe. c. cum esses. de testam. num. 27. vers. quartò principaliter quæro:* quod si † clericus contraxit debita pro sua sustentatione, potest dictum debitum soluere in vita, & in morte de fructibus Ecclesiæ. & melius per

30

31

32

33

34 *Abb. in c. relatum. il 2. de testam. nu. 8.* † nota, quòd clericus etiam in ægritudine, de qua postmodum decessit, potest aliqua mobilia Ecclesiæ conferre locis religiosis, & pauperibus : item his, qui sibi seruiunt, siue consanguinei sint, siue extranei, secũ

35 dum seruitij meritum. † ex quibus verbis infert, quòd in pauperibus, & locis religiosis sufficit ad erogationem faciendam sola charitas; sed in alijs, qui non sunt pauperes, vel non sunt loca religiosa, requiritur, quòd præcesserit aliquod seruitiũ. Ex quo, inquit, infero, quod consanguineo diuiti, qui non seruiuit Ecclesiæ, vel prælati, non potest Prælatus aliquid conferre etiam de mobilibus Ec

36 clesiæ. Item nota, inquit; † quòd seruitium impensum Prælato, videtur impensum Ecclesiæ adeò, quòd de bonis Ecclesiæ potest fieri remuneratio: facit *c. per tuas. vbi idem Abb. de donatio. Idem tenet gl in l. iubemus. l. 2. C. de sacrosan. eccl. in verb permissam.* ibi, an ergò benemerentem potest benè remunerare? dic, quòd sic, nã

37 si colorati beneficij remuneratio impenditur, † ergò vera permittitur etiam de mobilibus, vt videtur hic innui. Idem dicit *gl. in Authen. de aliena. & emphyteu. in verb. licentiam. ibi,* donare quoque potest amicis benemerentibus, † secundum Alanum.

38 item secundum consuetudinem Regni; & sine patroni consensu, & authoritate solus Prælatus dat in feudũ sequitur *Bar. in d. l. iubemus. ibi, quæro. vtrum ecclesia possit alienare, enumerando eos, qui fecerunt seruitia?* Text. inquit breuiter, quòd de reb. mobilib. potest sine dubio, *ext. c. relatum. de testa. vbi Innoc.* de immobilibus verò siquidem est beneficiũ collatum, reuocare non potest, sed si non est collatum, tunc sic, dum tamẽ interuenit solemnitas, *Auth. hoc ius:* vel quæ requiritur de iure canonico. & *Bal. ibidẽ vers.* deinde hic vides, quòd prætextu beneficij colorati, non potest Prælatus remunerare amicum suum. si ergò apparet de iustis meritis, & seruitijs, potest benè remunerare: † quòd intelligitur non per modum concessionis alicuius 39
alienationis dominij, sed per modum concessionis fructuum ad modicum tempus, secundum *Inno. in c. cum in officijs. de testa. per Spec. in ti. de sta. monac. §. 8.* de quibus meritis † habet constare per 40
coniecturas; nec sufficit sola assertio Prælati, iuxta not. infrà de colla. l. si donatione. & ita tenet *Gulielm. de mont. Laud. in c. 1. in Clem. de reb. eccl. non alie.* & qui dicantur benemeriti, † quibus possit 41
fieri remuneratio, dic, vt per *gl. 12. q. 2. si quos facit l. Attilius Regulus. & l. si pater. de dona. optimus tex. in l. etiam. ff. de manu. vin.* Et de alienatione rerum Ecclesiæ mobiliũ, vel immobiliũ pro remunerationibus faciendis, ego deduxi aliqua in meo Tractatu Spoliorũ ecclesiasticorũ, in quæstione de licen. testan. paulò post prin. Facit, quod dicit *glo. in c. Abbatibus 12. q. 2.* quæ habet, quòd de rebus Ecclesiæ benè potest dari modicũ, immò potest clericus de rebus Ecclesiæ † infeudare, in paruis tamẽ, vt ibi dicit. *per quã gl. dicit Io. And. in reg. qui tacet. in si. in mercurial.* quod inferiores † in minutis 42
non habent necesse habere consensũ Episcopi. & 43
dicit *gl. in sũma. 12. q. 2.* † quòd si res sit modica, & 44
necessitas magna, cõsensus capituli nõ est necessarius. Et dicit *gl. in c. sine exceptione. 12. q. 2. in ver. quicquã,* quòd Episcopus nõ põt quicq̃ donare, vel vẽdere de bonis ecclesiæ, nisi modicũ: & hoc modicũ est intelligẽdũ, † quod nõ sit vtile ecclesiæ, quia 45
† si aliter sit, nõ videtur licitũ. Clericus. n. alienans 46
incidit in pœnã, & põt deponi, *per gl. c. quicũq. 17. q. 4. vide Rebuf. in d. c. sine exceptione, 12. q. 2. in verb. quicquã. ibi; Nec obstat tex. in c. terrulas.* qui loquitur in terris exiguis, & minus vtilibus, aut lõgè positis, quæ possũt sine solemnitate alienari; secus in alijs exiguis, vt per *Præposi. d. c. terrulas. cum omnibus ibid.* * *cõmuniter scribentibus*, qui respõdẽt ad tex. *in c. caterũ. ibidẽ allegato*, videlicet, licere rẽ modicã alienare ex causa, & solemnitate adhibita. Sed Rebuf. ibidẽ dicit, quòd nõ consentit opinioni Doct. sed dãdo nouũ intellectũ intelligit, † quòd res ecclesiæ minus vtiles nõ possunt ẽt alienari fratrũ cõsilio, *c. vt super. de reb. eccl.* nec obstat *tex c. terrulas: q. a* intelligitur habere locũ, qñ necessitas interuenerit, vtpotè nõ potuit alienãs cõuocare canonicos propter pestẽ lõgè distãtes, vel ob aliã causã qñ, res erãt exiguæ, & min⁹ vtiles, poterunt alienari sine hac conuocatione: & probatur *in c. ea. n 12. q. 2.* vbi in alienatione prædij inutilis requiritur solẽnitas ibidẽ requisita, † fortius in re parũ inutili, nisi cõcurrat necessitas, & alias, vt ibi per eũ. Et dicit *Bert. in tract. de Episc. par. 4. in q. 36. nu. 110 vers. sed requiritur,* † q̃ Episcopus alienãs rẽ minimã vtilẽ punitur: 49
ibi, nã si vtilis sit, quoquomodo puniẽdus est alienãs. vbi dicere videtur, q̃ *tex. in c. terrulas. 12. q. 2.* in 47 48

tell:

telligitur in re prorſus inutili. & licèt poſſit dici,
50 † quòd hodie ſit interdicta omnino alienatio etiam rei modicæ,& parui valoris,per *extrauag. Ambitioſa.de rebus eccl.non alie extrauag.comm.* vbi non poteſt alienari res Eccleſiæ inconſulto Papa;tamẽ dicta extrauagans debet limitari, vt in modicis, & paruis rebus non intelligatur; & quando eſt tãta,& tam vrgens neceſſitas, quòd non poteſt expectari authoritas Papæ, *Gondiſſal à Villadieg. in tract. de leg.q.11.in fi.* vbi dicit, quid ſi ſumma eſſet neceſſitas, quæ tantam celeritatem deſideraret, quòd commodè non poteſt Papæ authoritas expectari, an non obſtante dicta conſtitutione, *Ambitioſæ.* poſſet fieri alienatio? Dicendum,quòd ſic:ad hoc. *gl.not.12. q. 2. placuit.tex.ff. de peti.hæred.l.diuus.l. tutor. ff. de admin.tuto. tenet Hugo,& Archid.in c. Abbatibus.12.q.2.* & ſic diſputando terminauit Paulus *in quæſt.quæ incip.condemnatus.vlt.memb.* idem tenet D.*Cardinalis in Clem. 1. de reb.eccle.non alien.ad quod facit tex.in c.ſi.de rebus ec*
51 *cleſiæ ædifican.vel reparan.* Ex quibus † infertur limitatio ad iura quæ exigunt ſolemnitatem in rebus Eccleſiæ alienandis, vt intelligantur,niſi tanta,& tam vrgens neceſſitas eſſet, quod non poſſet obſeruãtia ſolemnitatis præfatæ ſeruari,vt in *tex. d.c.placuit allegato*,& hoc modo,inquit, limitabis extrauagan.*Ambitioſa*,& illam,inquit,etiam limita,niſi res eſſent modicæ,quod ſatis innuit *d. conſtitutio.*ad quod etiam facit tex.*d.c. terrulas. 12. q. vt per Gondiſſal.d. loco.*

Nec videtur mirum, ſi de rebus Eccleſiæ modicis modicè,& moderatè clericus, vel Prælatus poteſt donare,vel diſponere:quandoquidem quę modica ſunt vel parua,iura non curant,vel habẽt
52 in conſideratione;†quia de modicis non curatur, *l.ſi oleum.ff.de in integ.reſti.* vbi pro modica læſione non datur reſtitutio in integrum,per *tex. in l.ſi oleum ff.de dol.* vbi pro modica re non datur actio
53 de dolo, nec dolus præſumitur † in modica ſumma, *tex. in c.cum te. de re iud. vbi gl.in verb.minima.* colligit in argumentum, quod pro modico non datur actio iniuriarum,& alibi colligit *Bald.* quod de minimis non eſt ſindicandus, & de minoribus non eſt facienda ſcrupuloſa inquiſitio propter li-
54 berum arbitrium voluntatis, † quod natura hominibus tribuit,*l ſi ſeruus vetitus de leg. 1.* Et pro
55 re † modica Cardinalis non præſumitur committere ſimoniam,*c.ſi quæſtiones ext. de ſimon.* Et de
56 † minimis præſumitur largitio,& donatio amore Dei,per *Bar.in l.quæ dotis. ff. ſol. matr.& in l.ſi quis cum aliter de verbo.oblig.* Nec eſt ſine ratione, quòd
57 de modicis non ſit curandum.† quia modicum,& nullum æquiparatur,*c. licet cauſam. de probat. d. c. cum te. de re indic.c.tenere.iuncta glo in verb.nec præterit.31. diſtin. c. reuera.de conſecr.diſtin.2.* Et cauſa modici damni non receditur à iure,in *Specu. §. 6. verſ.vt autẽ.de loca.*Et modica res non debet attendi. *l. ſi quis fundum. ff. loca.* nec vitiat contractum, nec actionem parit, nec exceptionem, *l. habitatores. ff. locat. l.ſi id,quod. §.ſi quas,cum alleg.in gl ff.de don inter vir.& vxo.*& vbi res modici prætij eſt, omittitur titulus,& habetur pro non titulo,*l.etiam §. quod ſi quis hæredit atem.in verſ.modico vendidiſſe.ff. de petitio.hæredit.* Et pro re modica non itur ad Prætorem,vel iudicem,*l. placet. C. de peda. iudi.* & dicit *Bal. in l. quicunque. 2. col. C. de ſer. fugit.* quod propter leues abuſiones pauperes † non ſunt in 58
corpore puniendi *ff.de offi.præſ.l.illicitas. in ſi.* abſurdum enim eſſet punire in corpore, nam qui parũ tranſgreditur,† non vituperatur, nec flagellatur, 59
l.2.§ fin.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur. ſicut, ſecundum eum, dicimus in eo, † qui ficos comedit in 60
horto vicini,qui non punitur in aliquo, niſi quia datur ei bibere ex aqua calida ed euomendum illos,vt *C.ex quib. cauſ.in l. verbum.vbi gl. 3.* † & dicit 61
Io Calde.in c. cum ex iniuncto. de hære. quod ſi parũ diſcedatur à medio, non eſt contra virtutem,ſed benè ſi multum diſcedatur; quia tunc corrumpitur virtus in actu ſuo,*23. q. 4. cum in lege, & dicit glo. in c.ad noſtram.de reb. eccl. in verb.enorme*,quod pro leui damno non datur reſtitutio Eccleſiæ.Facit illud,quod dicit Aegid.*in conſ. 12. & Fely. poſt Abb.& alios, quos allegat in c.ad audientiam.col.2.de præſcrip.*† quod illud,quod dicitur,Papam aliena- 62
re non poſſe de rebus Eccleſiæ,vt in *c. non liceat. 12.q.2.* procedit,quãdo alienatio eſſet magna, quæ ſcandalizaret totam Eccleſiam, quia res modicæ alienatæ ſunt à ſolẽnitate iuris exemptæ,*12.q. 2. c. terrulas not. in c. vt ſuper.de reb.eccl.alien. Inno.in c. intellecto. de iur. iuran. vbi Abb. col. 2. & in conſ. 3. q. 26.lib.2.Bart.in l.prohibere.§.planè.ff.quod vi, aut clam.Feder.de Sen.conſ.210.*

ADDITIO.

a Vide Infra *q.13.in princip.*

SVMMARIVM.

17 Pu-

17 *Pubertati proximus dicitur, qui ab ea distat per tres annos.*

18 *Regula, quæ seruatur in cognoscendo modicum, seruari posse videtur in cognoscenda re magna quantitatis.*

QVID, ET QVOMODO DIcatur modicum.

QVAESTIO. X.

MOdicum autem, & exiguum varijs modis
1 dicitur. †Nam minima summa aliquando
dicitur, quæ vsque ad decem libras auri, alibi vsq;
ad 20. marcas, aliqui vsque ad duos aureos *ff. de do*
lo. l. si oleum, alibi ad quinquaginta solidos, *l. 1. C. de*
defenso. ciuit. glo. in c. anteriorum, 2. q. 5. glo in c. terru-
las, in verb. exiguas 12. q. 2. vbi dicit varijs modis di-
ci modicum, respectu qualitatum, & conditionũ
2 personarum: †quia res modica vni, potest esse ma-
gna alteri; quia homo tenuis fortunæ seruat por-
cellum, veluti oculum, & veluti rem magnam,
per *gl. in l. illicitas. § & ne tenuis, in verb. lumine. ff. de*
offi. præsid. gl. in l. sed & si susceperit. in verb. modica ff. de
iud. quæ dicit, quòd duo pondo auri sunt res mo-
3 dica respectu personarum, † sicut dixit Comitissa
Mathildæ: Aliquantulum terræ concedo illi Ec-
clesiæ, quæ tamen terra in triginta miliaria exten-
debatur. Et ratio est, quod dicit modicum: quia
modicum erat respectu personæ donantis, & in-
4 ter pauperes, & viles personas. † ergò & causa de
5 porcello dicitur magna causa. † Et alia causa di-
citur minima, quæ ad sumptus iudiciales non
sufficit, *2. q. 6. c. anteriorum. §. illud gloss in c. de appel-*
latione. per tex in l. mediterranea. C. de anno, & tri-
but. lib. 10. vbi Bar. dicit per illum tex. quem non
6 debere accusari, † si non fecit illud, ad quod faci-
endum maior erat tempus, quam rei agendæ vti-
litas, quia nunquam debet fieri expensa, quàm res
pati, vel sustinere non potest per *tex. & ibi no. in l.*
7 *si serues ff. de pignoratio.* † Et si res hæreditaria esset
etiam parui valoris, quod esset maior impensa in-
uentarij, quam valor hæreditatis, tunc non tene-
tur hæres facere inuentarium, sed sufficit sim-
plex descriptio bonorum authore prætore, per
Bar. in d. l. mediterranea. quem *Alex. & Ang. ibi sequun-*
8 *tur*, & non imputatur † tutori, si non exigit debi-
9 tum, in quo plus oportebat expendere, † quam in-
de percipere, Item iudex non debet facere testes
citare ad locum iudicij, quando tantum distant,
quod plus expenderetur in adeundo, q̃ sit valor
causæ, arg. *d. l. mediterranea* sed tunc iudex debet
delegare examinationem, *l. generaliter § his præsen-*
tibus. C. de rebus cred. & iud. instru. Authen. apud elo-
10 *quentissimum.* † Item si habendo recursum ad supe-
riorem expenderetur plus, quam sit valor causæ,
tunc licitum est non haberi recursum, secundum
Bar. & alios *in d. l. mediterranea* refert, & sequitur
Ant. Corset. *in tract. de minim. par. 1. num 10 vers. 16.*
11 † Sed quæ, & quando dicatur magna, & parua quã-
titas, quæ magna, & parua causa dicatur, relinqui-
tur arbitrio iudicis, secundum qualitatem, & gra-
dum personarum, per Inn. Card. & alios *in c. fi. § is*
autem. de off. & pot. iud. deleg. & dicit glo. in l. ea ha-
ctenus. ff. de vsufruct. accrescen. in verb. pertinet ibi, sed
quæ erit modica impensa in prædictis? respon.
duorum aureorum, vel dic melius iudicis arbi-
trio, & c. dicit Ioann. de Imo, *in c. cæterum. de don.*
†quod quãdo quid dicatur minimũ, vel nõ stabi- 12
tur determinationi consuetudinis, si de illa appa-
ret, aliàs videtur, quod arbitrio superioris hoc po-
terit determinari, arg. c. de causis *de offic. deleg.* qui
habebit considerare quãtitatem, seu valorem rei.
Facit, quòd habetur *in Authen præterea. C. vnde vir,*
& vxor. & in l. 1. ff. de dol. per quam legem videtur,
quod possit arbitrari quantitatem duorum au-
reorum esse modicum, nisi aliud haberet consue-
tudo, vt ibi per eundem Imo. Et modicum tẽpus,
secundum *glo. in c. 2 de reb. eccl. in 6. & ibi Archi. &*
Gemi. in verb. non modicum † dici potest tempus in- 13
fra decem annos, vel relinquitur arbitrio iudicis,
inspecto statu ecclesiæ, & imminenti periculo, &
conditione personarum, *d. c. de causis. l. 1 in fi. ff. de*
iur. delib. tenet glo. in Clem. 1. eo. tit. in glo. fin quæ di-
cit, quod quomodo intelligatur modicum tem-
pus, relinquitur arbitrio iudicis, est decisio Rotæ
232. in nouis sub tit. *de reb. eccl. non alien. si Prælatus.*
in princ. si Prælatus locat ad certum, & modicum
tempus, relinquitur arbitrio iudicis, & per *gl. in*
l. 1. ff. de superfic. §. quod att. subdens, & videtur hoc
æquum propter varias cõditiones regionum, quæ
etiam dicit, quod modicum tempus dicitur in-
fra decennium, item 30. dierum, item biennium,
item quinquennium, † vt per *glo. d. Clem. 1. in gl. fi.* 14
Et cõcludo, secundum Ant. Corf. quod minimũ,
& modicum dicitur attenta qualitate rei, & per-
sonarum, secundum iudicis arbitrium, ad quod
facit bonus *tex in l. legitimes ff. de legit. tuto.* & quod
legitur &, not. *in c. & si quæstiones. de simon. vt per eũ-*
dem Corset. in tract. de minim. 1. parte, circa princ. Et
in materia vide Corne. *cons. 179 incip ex puncto præ-*
misso 2. col. 3. vol. vers præterea. † vbi loquens de di- 15
ctione, Circa, dicit, quòd refertur ad modicum
tempus, & quod tempus trium annorum † potest 16
censeri modicum respectu quinquaginta, & quar-
ta pars dicitur parua; † & prope pubertatem di- 17
citur ille, qui distat à pubertate per tres annos.
Facit, quia eadem regula, quæ seruatur in cogno-
scendo modicum, eadem ferè seruari posse vide-
tur in cognoscenda re magnæ quantitatis; † quia 18
quæ dicatur magna res, relinquitur arbitrio iudi-
cis, attenta qualitate illius, qui donat, *arg. glo. in l.*
sed & si §. 1. ff. de iud. §. sed ex his legibus vers facult a-
tes. Instit. de auth. tut. Bar. & alios in l. si constante.
ff. sol. ma. in repet. in quæstionib. pri par. Alex. cons.
1. 5. col. num. 19. & seq. 5. vel. Abb. cons. 3. 21. col. 26.
dub 2. vol.

SVMMARIVM.

1 *Res mobiles, & se se mouentes non differunt, nisi aliter sit expressum.*

2 *Serui Ecclesiæ fugitiui per Prælatum alienari possunt Intelligi tamen, vt num. 7 habetur.*

3 *Serui fugitiui, dum in fuga sunt, sub conditione si apprehendantur, vendi possunt, non simpliciter, & de ratione.*

4 *Serui Ecclesiæ non fugitiui alienari prohibentur.*

5 *Prælatus mobiles res, & se mouentes moderatè donare potest.*

6 *Prælatus solus animalia ad opus Ecclesiæ deputata alienare non potest.*

8 *Serui*

8 *Serui benemeriti libertate donari possunt, & eius manumissis victum conferre; iuxta tamen taxam à canone expressam; & nu. 11.*

9 *Donatio facta de fructibus Ecclesiæ per Rectorem reuocatur.*

10 *Serui Ecclesiæ manumitti non debent, nisi retento Ecclesiastico patrocinio.*

11 *Serui bene meriti, qui dicantur.*

13 *Episcopus volens manumittere seruum, non seruato patrocinio Ecclesiæ, debet duos suos seruos eiusdem meriti offerre.*
Et quare pro vno duo offerantur.

14 *Seruus duplici via potest prodesse Ecclesiæ.*

15 *Prælatus, qui de suo contulit Ecclesiæ, potest alienare de rebus Ecclesiæ tantundem, quantum de suo contulit, immò quantum dare voluerit.*

16 *Alienator rei Ecclesiæ, si Ecclesiam conseruat spontè indemnem, euadit depositionis pœnam.*

17 *Prælatus ad hoc, vt possit seruum manumittere, sufficit, quod det de proprio rem eiusdem æstimationis.*

18 *Remuneratio à Prælato authoritate superioris fieri debet.*

19 *Hodiè loco authoritatis concilij prouinciæ olim requisiti in alienatione rei Ecclesiæ, sufficit Episcopi authoritas.*

20 *Liberti Ecclesiæ fabriles, & obsequiales operas præstare illi tenentur sumptibus proprijs.*

21 *Seruo manumisso, in dubio non censetur reseruatū peculium.*

22 *Liberti Ecclesiæ si absque filijs legitimis decedant, acquisita remanent Ecclesiæ.*

23 *Prælatus, qui ex industria sua aliquid acquisiuit Ecclesiæ, potest de bonis Ecclesiæ liberius disponere, quam alius, qui nihil acquisiuit.*

24 *Seruus rusticus non alienatur, nisi vt res immobilis.*

25 *Seruus rusticus dicitur pars instrumentalis fundi, & glebæ annexus, & reputatur immobilis, non sic in boue, vel asino.*

26 *Ascriptitius non potest alienari sine gleba, nec præscribi.*

27 *Seruus rusticus dicitur, qui est deputatus prædio.*

28 *Serui rustici destinati culturæ agrorum vocantur membra terræ, & sequuntur naturam agrorum, quibus cohærent.*

29 *Iudæi licet non possint Christiana mancipia habere ad illos tamen transire potest prædium cum mācipijs Christianis.*

30 *Ascriptitij, fauore etiam sacrorum ordinum, à cultura terræ separari nequeunt, nisi domino consentiente.*

31 *Homo, pro quo natura omnia creauit, quomodo potest alteri rei accedere.*

32 *Sese mouentia, quando retinētur ab Ecclesia velut corpus immobile, alienari non poterunt, nisi vt de immobilibus.*

33 *Seruus dicitur res pretiosa mobilis.*
Manumissio est alienatio.

34 *Seruus non potest manumitti, nisi sicut aliæ res immobiles. Excipiuntur tres casus ibidem enumerati.*

35 *Ecclesia, quando manumittit reseruato patrocinio non afficitur graui præiudicio, & fungitur officio pietatis.*

36 *Seruus demeritus non est manumittendus, sed alienandus.*

37 *Vasalli Ecclesiæ alienari possent cum solemnitatibus requisitis.*

DE ALIENATIONE RERVM Ecclesiæ sese mouentium.

QVAESTIO XI.

IDem quoque puto posse dici de rebus Eccle-
siæ se se mouentibus, quod fuit dictum de mo
bilibus, vt possint passim distrahi, vendi, & aliena-
ri, † quia res mobiles, & sese mouentes non diffe- 1
runt inter se; immò vnum, & idem sunt, quia ap-
pellatione mouentium, & mobilium idem signi-
ficatur, nisi tamen in dispositione aliter sit expres
sum, & aliud appareat ex mente loquentis; puta,
quia testator, vel alius, animalia tantum intelligi
voluerit, est text. *apertus in l. mouentium. ff. de verb.*
sign. text. in l. à Diuo Pio. §. 1. ff. de re iudic. vbi glo. in
verb. mouentia. dicit, id est, alia mobilia: vnde cum
sint eadem diuerso iure censeri non debent; quia
vbi idem ius, ibi eadem ratio haberi debet. Nam
cum causis, & cum solemnitatibus, & etiam sine,
per Prælatum solum alienantur, & alienari pos-
sunt; † quia serui Ecclesiæ fugitiui, qui retineri nō 2
possunt bene distrahi possunt, & alienari per Præ-
latum, *per tex. in c. fugitiui 12. q. 2. & ibidem in c. ter-*
rulas. & possunt alienari, vt ibi legitur, etiam per
solum Prælatum, vt illa, quæ seruando seruari nō
possunt, quæ bene per solum Prælatum absque a-
lia interueniente solemnitate alienantur, † vt di- 3
ximus suprà; vbi dicit glo. quod seruus fugitiuus
non potest vendi, dum est in fuga; quia fuga est
species libertatis. *ff. de edil. edict. l. quid sit fugitiuus.*
§. idem refert; sed bene potest vēdi cum cōditione,
si apprehendatur, quod in casu isto debet esse per-
missum pro euitando damno, seu periculo dam-
ni, quod subit Ecclesia, vel subire potest per fugi-
tiui amissionem: vnde vendendo Prælatus potest
dicere, quod faciat pro vtilitate Ecclesiæ, quia
pretium, quod ex venditione fugitiui retrahitur,
conseruatur Ecclesiæ, per Rebuf. *in compen. alie. re-*
rum eccl. vers. sunt tamen, ibi, primus casus est, quan
do alienatur res minimi momēti, seu vtilitatis, vt
serui fugitiui, & dicit tex. *in c. seq. d. causa, & q. ibi,*
Cū canonica authoritas seruos fugitiuos tātū mo
dò distrahi permittat. † vbi serui non fugitiui a- 4
lienari expresè prohibentur, & dicit Hostien. *in*
c. 1. ne Præla. vic. suas, quod sese mouentia benè pos-
sunt alienari, nec veniunt comprehensa in prohi-
bitione alienationis rerum Ecclesiæ: vbi excipit
res mobiles, † & se mouentes, de quibus Prælatus 5
moderatè donare potest terræ more considerato,
sequitur Alber. *in Authen. hoc ius. C. de sacros. eccl.* v-
bi dicit, quod tam se se mouentia, vti sunt oues,
boues, & similia, quæ possunt seruando seruari,
quàm res mobiles, & quæ non possunt seruando
seruari, possunt alienari; quia talium alienatio nō
reperitur expresè prohibita, ergò cōcessa, vt per
eum ibidem; † animalia verò ad culturam, & opus 6
Ecclesiæ deputata, vt sunt boues, & huiusmodi,
alienare non potest sine consensu superioris, arg.
l. vlt.

l.vlt.C.de admin.tut.& 96 distin. benè.per Bellamer. in c. Abbatibus.3.colum verſ. expone 12. quæſt. 2. Et
7 quod ſerui fugitiui poſſint vendi,† intellige,quando ſunt ſoliti fugere,& reuocati retineri non poſſunt abſque timore fugæ,prout ibi dicit *text. in verb.reuocati,*& ideò tunc vendi , & alienari poſſunt per Prælatum;quia tunc vendendo Prælatus proſpicit meliora,prout declarat Archid.*d. c. ſine exceptione verſ ſi meliora.*Item non ſolum ſerui fu
8 gitiui † Eccleſiæ poſſunt vendi,& alienari,ſed ſerui Eccleſiæ etiam benemeriti libertati donari poſſunt,quibus etiam manumiſſis de rebus Eccleſiæ victus conferri ſolet,iuxta taxam tamen à Canone expreſſam;&ſi detur vltra taxam,reuocatur poſt manumiſſoris mortem, dicit tex.*in c. ſi quis qualibet.§.item 12 q.2.quem tex. Abb.in reper. c. cum eſſes ſub nu 23.verſi.ad inducta.*allegat ad hoc,quòd donatio facta de fructibus Eccleſiæ perRectorem
9 † reuocatur,& per tex.*c.ſi quos de ſeruu.ea.cauſa.&*
10 *q.*† vbi in fi.dicit text. quòd manumitti ſerui Eccleſiæ non debent,niſi retento Eccleſiaſtico patro
11 cinio.dicitque *glo.in d.iniuſtum.§.item* † *ſi Rectores d.12.q 2* quod hæc ſententia, quod ſerui benemeriti poſſunt manumitti , & de rebus Eccleſiæ habere vnde viuant. Idem tradit *gl.in c.conſenſu. de*
12 *reb.eccl.in verb. de familia.* † Et ſeruos benemeritos appellat *gl.in d c.ſi quos.*illos , qui aliquod inſigne ſeruitium fecerunt Eccleſiæ,*c.ſi quis,Papa.79. diſt.* vbi eſſe poteſt exemplum de eo , qui reuelaſſet fraudes , vel coniurationes Eccleſiæ , qui valde præmiatur,& is ſeruus pro ſeruitio collato eſt remunerandus libertatis præmio. Largo tamen modo benemeritus dicitur,quicunque nõ demeruit, & ita quilibet dicitur dignus,qui non eſt indignus,per iura,quæ eadem glo.adducit. Imò E-
13 piſcopus volens manumittere † ſeruos Eccleſiæ poteſt , etiam non retento,aut reſeruato Eccleſiæ patrocinio,dummodo tamen duos ſeruos eiuſdẽ meriti Eccleſiæ offerat,*d.c.ſi quos.in fi. & c. Epiſcopus,qui.12 q.2* Et quare pro vno ſeruo ſic manumiſſo dentur duo ſerui,& pro vno reddẽtur duæ, rationem aſſignat glo. *d.c.ſi quos.*quia videlicèt,ſi ſeruus Eccleſiæ ſit bonus,diligenter gerit res , & negocia Eccleſiæ, & non permittit fieri fraudem; & ſi ſit malus,per eum poteſt extorqueri veritas; quam rationem aſſignat tex.*in l. lex,quæ. C. de ad-*
14 *min.tuto.*† vnde duplici via ſeruus poteſt prodeſſe Eccleſiæ,& duplex commodum affert,per glo. *d.l.lex.*Et de quo patrocinio debeat intelligi , & quod patrociniũ poſſit remitti,&an de eo , quod conſiſtit in faciendo , vel de eo quod conſiſtit in
15 non faciendo,vide*gl.d.c.Epiſc.*Sed ſi clericus,† vel Prælatus contulit de ſuo,velEccleſiam beneficiauit,vel ampliauit,benè quidem poteſt diſponere, & alienare de rebus Eccleſiæ tantundem, quantũ de ſuo contulit,& etiam ſeruos manumittere,per *text.in d.l c.iniuſtum.§.item ſi Rectores.12.q. 2.* Immò poteſt alienare,antequam det Eccleſiæ ; quia dicit littera ibi ; Si Rectores Eccleſiæ de rebus proprijs tantũdem Eccleſiæ reſtituere voluerint, Eccleſiaſticas facultates liberè dare poſſunt,&cõſtabunt his,quibus datæ ſunt perpetua firmitate
16 &c.† vbi notat glo.quòd ſi alienator rei Eccleſiæ, Eccleſiam conſeruat ſpõtè indemnem, euadit depoſitionis pœnam,quàm alienator incurrit,idem habetur in tex.*in c.conſenſu.&c. Epiſcopus de reb eccleſ.alienam.vbi glo.in verb conferunt.*inquit , ergò à contrario ſenſu ſi de ſuis conferunt , aliquos manumittere poſſunt &c.† & dicit Augu. Bero. ibi- 17
dem,quod ad hoc,vt Prælatus Eccleſiæ poſſit ſeruum illius manumittere,ſufficit , quod illi det de proprio rem eiuſdem æſtimationis ; per iura ibi per eum allegata.& dicit idem Aug.*in d. c. conſenſu.de reb.eccl.alien.colum.5.* quod manumiſſio ſerui.† & ſic diſpoſitio de rebus Eccleſiæ, quæ fit a- 18
licui etiam ob merita , & propter obligationem naturalem ad antidora,fieri debet authoritate ſuperioris,putà cum conſenſu Epiſcopi;poteſt allegari ad hoc tex *d c.ſi quos, & tex.in c quicunque. 12. q. 2.* vbi propter benemerita collata ab aliquo, Rector Eccleſiæ illi poteſt dare , vel promittere, & promiſſum de bonis Eccleſiæ ſolui debet,dummodò talis promiſſio , vel conceſſio à concilio prouinciæ fuerit confirmata.Sed † hodiè loco au- 19
thoritatis concilij olim requiſiti,ſufficit authoritas Epiſcopi,& ſuperioris Prælati,vt per *Aug.d loco.*vbi dicit multa de ſeruis ab Eccleſia manumiſſis,& deſcendentibus,† in quibus dicit eſſe ſpecia 20
le,quod operas fabriles , & obſequiales ex iuris diſpoſitione præſtare tenentur,ac quod eorum operas iuxta virtutem , & eorum poſſibilitatem præſtant,etiam ipſiuſmet liberti ſumptibus , ſuo victu , & veſtitu,ſi tamen habeat,vnde hoc facere poſſit;quia ſeruus id præſtare nequeat,vel Eccleſia ipſa alet illum illis diebus,quibus præſtabat operas,vel dabit illi tantum ſpatiũ temporis,quo victũ ſibi aliunde in illis diebus quærere poſſit.
Itẽ quod ſeruo manumiſſo etiã ob merita in du- 21
bio non dicitur ei reſeruatum peculiũ;& quòd liberti Eccleſiæ filios legitimos non habentes de bonis ſuis non diſponunt,ſed omnia Eccleſiæ acquiſita remanent,vt ibidem.Immò dicit Abb.ibidem,† quòd Prælatus,qui acquiſiuit ex induſtria 22
ſua aliqua bona Eccleſiæ,poteſt liberius diſponere de bonis ipſius Eccleſiæ,quam alius , qui nihil acquiſiuit,& legitur in tex.*in c.cum redemptor 12 q. 2.*quod miſerationis,& pietatis etiam intuitu Eccleſiæ ſerui manumittuntur , † & ſi tamen ſeruus 24
ſit ruſticus,vel ruſticum mancipium , non alienatur,niſi vt alienantur immobilia,*Authen.de non alienan §.nos igitur, quia dicit Bal.in l. .col. 5.verſ. ſolutio.C. de ſeru.fug* quod ſeruus aſcriptitius glebæ eſt portio fundi,& inter immobilia computatur, *l.iubemus.C.de ſacroſ.eccl.l. ſi quis inquilinos. de leg.* 1. licet enim ſit corpus diſcretum naturaliter à fundo , † tamen ſeruus pars eſt inſtrumentalis fundi, 25
quod non cõtingit in boue,vel aſino : nam ſi ſunt inſtrumenta fundi,tamen mobilia ſunt;ſed in ſolo homine contingit , quod glebæ annexus reputetur immobilis , vnde ſeruus longo tempore prout res immobilis praſcribitur,& aſcriptitius † non poteſt alienari ſine gleba,ergò nec præſcri- 26
bi, *l quemadmodum. C.de agri. & cenſi. li. 11. & per text.vbi Abb.in c.nulli.de reb. eccl.alie. 2.* notab. ubi dicit , quod ruſticus ſeruus † computatur inter 27
bona immobilia, & dicitur ruſticus ille , qui eſt deputatus prædio : nam videtur inhærere prædio , quod cum ſit res immobilis communicat

natu-

naturam suam seruo deputato ad eius culturam, per iura, quæ ibi adducit, & serui rustici destinati
28 culturæ agrorum† vocantur membra terræ, *l. cum satis. C. de agri. & tens. lib. 11.* & comprehenduntur in dispositione loquente simpliciter de reb. immobilibus: nam ratione connexionis sequuntur naturam agrorum, & prædiorum naturæ accedũt, accohærent; colligitur in *l. 3 ff. de diuers. & temp.*
29 quia vt videmus,† licèt Iudæi non possint emere, nec habere mancipia Christiana; tamen si ad eos transeat rusticum prædium, transeunt etiam mãcipia Christiana destinata culturæ illius prædij, ratione connexionis, quia non principaliter, sed
30 accessoriè possideri dicuntur, *c. 2. de Iuda.* † immò fauore etiam sacrorum ordinum à cultura terræ, & prædio, cui sunt ascripti, separari nequeunt, nisi prædij domino consentiente, *c. generalis. 54. dis.*
31 *per Aug. Bere. in d. c. nulli. de reb. eccl. alien.* † vbi & disputat, quomodo homo, pro quo omnia natura creauit, propter sui nobilitatẽ possit alteri rei accedere: sed si se se mouẽtia, vt oues, boues, & equi
32 sint,† vel stent applicata, & assignata Ecclesiæ vt res immobilis, vt prædium, vt ego vidi in pluribus Ecclesijs, in quibus grex animalis stat vt immobile, & vti prædium, vt audio in Abbatia S. Leonardi de Phrygia in Apulia, vbi adest corpus, seu grex 5000. pecudum, qui retinetur vt corpus immobile, & vti prædium: ego puto, quod de huiusmodi non fiat alienatio, nisi vt de immobilibus, & quod in alienatione taliũ ea debeãt requiri, quæ requiruntur in alienatione immobiliũ. Et dicit quidam Doct. *in d. c. nulli. ext. eod. tit.* quod cũ
33 seruus sit res † pretiosa mobilis, vt legitur, & notatur in *c. Episcopus, qui 12. q. 2.* & manumissio sit alienatio, *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* non pote-
34 rit manumitti,† nisi sicut aliæ res immobiles, *c. cõsensu cum c. sequen. ext. eo. tit.* secundum * communem expositionem, nisi dupli æstimationẽ præstiterit ille, qui manumittere voluerit, plene *in d. c. Episcopus*, qui, nisi secundum Henric. Boic. *in c. nulli. allegato.* manumitteretur, vt promoueretur ad clericatum in eadem Ecclesia, cui seruit, vel alia; iuxta ea, quæ habentur *in c. de famulis. c. eò libentius. de ser. non ordinan. c. qui ex famulis. 54. dist. c. de libertis. 12. q. 2. cum ibi not.* item nisi manumitteretur ob benemerita, vt *c. si quos. ead. causa, & quæstione.* quo casu fit manumissio reseruato patrocinio Ecclesiæ, & potest simpliciter manumitti, dummodò non sit demeritus, *l. seruos. ff. de ma-*
35 *num. testa.* † quoniam tunc non afficitur Ecclesia graui præiudicio, & fungitur officio pietatis, *c. cum pastoris. 12. q. 2.* quã ratione procedit casus, quãdo ad clericatum promouetur seruus, quia tunc dicitur manere in patrocinio, & seruitio ecclesiæ. bene verum est, quod pleno iure non potest nisi contributo prius duplo, nec demeritus debet ma-
36 numitti, sed potius alienari, *d. c. si fugitiui.* † cum alias prohibita sit alienatio in priuatum ipsius fauorem, *c. iniustum ea. causa & q.* quamuis quando-
37 que aliter obseruetur, *c. ecclesiasticis. 12. q. 2.* † vasalli quoque, & subditi ecclesiæ, & ecclesiarum alienantur cum solemnitatibus requisitis, est facta decis. *Rot. Telomai 81. incipi. in vna Terraconen. tit. de reb. eccle.* vbi alienata villa per camerarium, & alienatione confirmata per Sedem Apostolicam, quærebatur, an vasalli potuerint inuiti alienari, & per multa ibidem recitata concluditur, quòd sic. Et per hæc deducta, meo iudicio, cõstat, quòd res Ecclesiæ mobilis, siue sint fructus, siue sint res, quæ seruando seruari non possint, siue sint res pretiosæ, siue res sacræ, siue alterius generis, mobiles, aut se se mouentes omnino, vel cum consensu, vel sine, etiam per solum clericum, aut Prælatum alienari possunt, & vendi.

Sed optimum erit, vt deueniamus ad bona ecclesiæ alterius generis, de quibus singillatim libenter dicemus, vt quo magis res singulæ discutiuntur, & disputantur, eò magis plana materia reddatur. vnde cum de mobilibus, & se mouentibus tractatum fuerit, postea dicemus de immobilibus, deinde de reditibus, & actionibus, & vsufructus, ac possessionis, pecuniæ, ac census Ecclesiæ alienatione: hoc enim modo, meo iudicio, erit tactum de rebus, & bonis Ecclesiasticis cuiuslibet generis, & cuiuslibet speciei.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio Leonitæ constitutionis, de non alienandis rebus Ecclesiæ fuit lex localis.*
Sed per Imperatorem fuit extensa ad alias Ecclesias, vt num. 2.
3 *Quæ non sunt comprehensa in dispositione prohibitiua, censeri debet remansisse libera.*
Item quod non reperitur expressè prohibitum, regulariter intelligitur esse permissum.
4 *Constitutio Leonina prohibens alienationem rerum Ecclesiæ Constantinopolitanæ, aliarum Ecclesiarum rerum alienationem permittebat.*
5 *Imperatori permittitur, tribus concurrentibus, alienare res Ecclesiæ.*
6 *Res immobiles eccl. in emphyteusim alienari possũt.*
7 *Forma concedendi res Ecclesiæ in emphyteusim.*
8 *Formis, & solemnitatibus in concessione in emphyteusim, requisitis non obseruatis, non tenet emphyteusis.*
9 *Emphyteusis hodiè concedi potest, dimissa sexta parte valoris rei.*
Quod qualiter sit intelligendum, vide num. 20.
10 *Aestimatio rei, quæ datur in emphyteusim, fit iuxta illius valorem, licèt sit parui reditus.*
11 *Emphyteuta cessans à solutione canonis per biennium cadit à iure suo, nec tenetur ecclesia ad restitutionem melioramentorum.*
12 *Emphyteuta, si rem Ecclesiæ deteriorat, cogitur ipse, & eius hæres in pristinum restituere.*
13 *Ruina ædificiorum Ecclesiasticorum in emphyteusim concedi possunt.*
14 *Ecclesiæ rei vsusfructus concedi potest data proprietate æquiualenti Ecclesiæ, cum pacto, quod finito tẽpore vsusfructus ad Ecclesiam redeat.*
15 *Ecclesiasticæ rei vsusfructus non conceditur vltra vitam accipientis.*
16 *Hypotheca specialis, & generalis in effectu idem esse videntur.*
17 *Ecclesia propter functiones fiscales, si aliunde soluere nequeat secundum formam traditam, rem immobilem insolutum dare, vel alienare pro tali debito poterit.*
Idem si debeat alicui priuatæ personæ, vt nu. 18.

19 *Ecclesia res immobilis. & rusticum mancipium potest commutari cum imperatore.*

21 *Loca diruta, ex quibus nullus resultat reditus, ab Ecclesia perpetuò in emphyteusim dari possunt.*

22 *Locare immobilia Ecclesia licet, modo spatium triginta annorum non transcendat.*

23 *Ecclesia sine Pralatus res immobiles de iure ciuili supponere potest. non autem de iure canonico.*

24 *Ecclesia, res hodiè creditori in pignus speciale dari possunt.*

25 *Creditor ex fructibus rei pigneratæ pro sorte principali, & pro vsuris sibi satisfacere debet, postea res ad Ecclesiam reuertitur.*

26 *Ecclesiarum res vltra Constantinopolitanam possunt in emphyteusim perpetuo concedi.*

27 *Disposita circa ruinosas domos Ecclesia Constantinopolitana ad alias Ecclesias extenduntur.*

28 *Permutationes rerum immobilium Ecclesiarum inter quascunque Ecclesias permittuntur.*

29 *Quinq; casus enumerantur, in quibus immobilia ecclesia nullo modo alienari possunt, licèt alias permitteretur.*

30 *Prohibitum certis casibus, in cæteris videtur esse permissum.*

31 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

32 *Immobilia Ecclesia, attento iure ciuili, omninò alienabilia esse, seruatis à dicto iure traditis, ex Authoris sententia firmatur.*

33 *Alienari possunt res Ecclesia, attentis antiquissimis constitutionibus canonum, causis existentibus.*

34 *Sacerdotes cum clericorum consensu res Ecclesiæ distrahere possunt, si adest necessitas, vel vt meliora prospiciant.*

35 *Ecclesia rem quis habere potest, si tantundem Ecclesia dare velit, & illam indemnem conseruet.*

36 *Alienator rei Ecclesia, si indemnem sponte Ecclesiã reddat, euadit periculum depositionis.*

37 *Pralatus, quæ inuenit in Ecclesia salua teneat.*

38 *Pralatus potest aliquid donare de bonis Ecclesia, si de suo proprio eidem tantundem contulit.*
Et quamodò hoc intelligatur.

39 *Pralatus, qui tantundẽ de suo contulit Ecclesiã, alienando videtur de ipsius Ecclesia volũtate alienare.*

40 *Episcopus, qui seruum Ecclesia manumittere vult, debet offerre duos similes.*
Et de ratione.

41 *Sacerdotes, qui aliquid relinquunt, vel acquirunt Ecclesia. possunt manumittere seruos, dummodò illud, quod Ecclesia collatum fuit, duplum æstimationis seruorum sit.*

42 *Pralatus, qui ex industria sua aliquid acquisiuit ecclesia, liberius disponere, quam alius, potest.*

43 *Dilapidator, si vult conseruare Ecclesiam indemnẽ, non debet ab administratione remoueri.*

44 *Rector Ecclesia potest vnam rem alienare, dummodò de suo tantundem Ecclesia conferat, etiam sine vtilitate Ecclesia.*

45 *Ecclesia res, vbi adest necessitas, etiam sine solemnitatibus distrahuntur.*

46 *Alienans Ecclesia rem id gerat, quod de iure reprobari non merentur.*

47 *Pralatus. pro Ecclesia vtilitate benè alienat.*

48 *Ecclesia immobilia, & mobilia pretiosa secundum iura nouissima alienari prohibentur, nisi in casibus à iure expressis.*

49 *Res Ecclesia ab antique in emphyteusim concedi solita alienari possunt.*

50 *Bulla Iulij Tertij, & Pij Quarti in materia rerum Ecclesiasticarum alienatis edita, sunt principaliter facta ad reuocandum male alienata, non ad prohibendum alienationem.*

51 *Res semel effecta alienabilis semper durat alienabilis.*

52 *Alienationem veterem confirmans non intelligitur alienare.*

53 *Res Ecclesiæ prohibita alienari, propter consuetudinem alienari poterit*

54 *Solitum concedi illud dicitur, quod bis spatio annorum 40. fuerint concessum.*

55 *Bona feudalia, & emphyteutica consueta infeudari, vel emphyteuticari iuxta consuetum, iterum poterunt concedi absque alia solemnitate, & causa.*

56 *Bona Ecclesia solita infeudari, vel emphyteuticari possunt de nouo concedi, causa prima concessionis durante.*

57 *Pralatus solus potest parcere emphyteuta cessanti in solutione canonis.*

58 *Causa prima concessionis qualiter cessare, aut durare dicatur, demonstratur duobus exemplis, & num. 59.*

60 *Hodie loca Romana Ecclesia, quæ reuertuntur ad illam non possunt de nouo concedi, ex constitutione Pij Quinti.*

DE IMMOBILIVM RERVM Ecclesiæ alienatione.

QVAESTIO XII.

PRædia igitur, possessiones, agri, domus, cæteraq; immobilia, ecclesiarum videntur pa ssi modo contrectabilia, & alienabilia, quod quidem, vt antiquis iuribus incipiamus, de iure ciuili ex eo manifestè apparet † quia priuilegium, & 1
prohibitio Leoninæ constitutionis de non alienandis bonis Ecclesiæ erat concessum, & factũ tantummodò pro rebus, & bonis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, dicunt verba tex. *in l. iubemus. in prin. C. de sacros. eccles. & glo. in verb. vrbe. & sic fuit tex localis, dicit glo. in Authen. hoc ius. C. eod. ibi. eam ecclesiam. in princip. dicit tex. apertius in Authen. de non alienan. aut permu. in prin. in corpore.* † vbi Impera- 2
tor emendans dictam Leoninã constitutionẽ, & in melius reformans illius dispositionẽ restrictã ad solã Constantinopolitanã ecclesiã, eamq; ampliãs ad oẽs alias Ecclesias illã extẽdit, vt ibi in tex. legitur melius per tex *in Auth. de eccl. rer. immob. in prin. §. nuper igitur ibi:* videbamus enim causam effusã, & paulatim ad alias ecclesiasticas migrantem possessiones, neque pretijs solitis dignis, neque opere ineuitabili imminente alienantis &c. Vnde si Ecclesiæ solummodo bonæ Constantinopolitanæ erant alienari prohibita tempore Leonis, claré arguitur, quod bona aliarum Ecclesiarũ poterant passim vendi, cõtrectari, & alienari: † quia cũ non 3
essent comprehensa in dispositione prohibitiua, censeri debent remansisse in libera dispositione Rectoris, vel Prælati, vt de illis posset suo modo disponere, *l. in re mandata. C. manda.* quia illud, quod non reperitur expressè prohibitũ, regulariter intell igitur esse permissum, *l. nec non. §. quod eu. ff.*

ris. ff. ex quib. cau. maior. meritò potest dici, quod bona Ecclesiarum poterant alienari, quæ non in-
4 ueniebantur prohibita; † & per Leoninam quoque constitutioné permittebatur etiam illarũ alienatio, per text. in d. l. iubemus. circa fin. vbi si quis desiderabat temporalem vsumfructum alicuius prædij possessionis, vel rei Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ei permittebatur per Oeconomum concedi, vel esset prædium vrbanum, vel rusticum, vel ad 5. vel ad 10. annos, vel ad tempus vitæ, cùm pacto, quod finito tempore concessionis dictus vsufructus remearet ad ecclesiã cũ alio prædio, quod acciperet tantundé reditus, & fructus redderet, vt dicit tex. ibi, & glo. in verb. si quando. Et per easdem Imperatoris leges, per quas fuit inducta prohibitio alienationis rerũ ecclesiarũ videtur pari modo concessa alienatio. nam in tex. in Auth. de non alien aut permut. res Ecclesiæ immobilis permittitur alienari Imperatori, vel Imperio tribus con-
5 currentibus. † videlicet, vtilitate publica, seruetur illæsa ecclesia, & cum pragmaticæ forma, vt ibidé in §. si nimis. vbi est videre formã alienationis, qua non seruata Imperator determinat alienationem nullã, vel sit donatio, vẽditio, aut permutatio, vel
6 facta cũ Imperatore, vel alia cũ persona. † Et per eundé tex. permittitur etiã alienari in emphyteusim res immobilis tã Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quã aliarũ Ecclesiarũ; vt in §. emphyteusim, v-
7 bi datur forma concedendi res Ecclesiæ † in emphyteusim; permittitur. n. ibi posse concedi bona quæcunque Ecclesiæ in emphyteusim in personã accipientis, & in duobus eiusdé personæ hæredibus, & deinceps tantũ solis masculis, vel fœminis, aut nepotibus vtriusque naturę, aut vxore, aut viro, si sit inter cõtrahétes expresũ, alioquin nõ trãsit emphyteusis ad aliũ hæredé, & cũ alijs modis, for-
8 mis, & solemnitatibus ibi traditis, † quibus non seruatis non valeat aliter facta emphyteusis, subdens tex. ibidé, quod licèt ante sine aliqua diminutione valoris rei daretur in emphyteusim res Ecclesiæ, tamen hodiè benè perscrutato, & requisito valore rei tépore, quo primò deuenit ad ec-
9 clesiam, † conceditur emphyteusis, dimissa sexta parte valoris, plus verò dicta sexta parte non possit emphyteusis diminui, nec per cladé, nec per a-
10 liũ casum; † & si prædiũ ecclesiæ, quod desideratur in emphyteusim, sit quidé maximi pretij, & valoris, parui verò, vel nullius reditus, tũc fiat illius æstimatio, & pretio, & valore æstimato fit emphy-
11 teusis; † & si emphyteuta cessat à solutione Canonis per biennium continuum, ab emphyteutico iure cadit; nec ei Ecclesia tenetur ad restitutionem melioramentorum in re Ecclesiastica fa-
12 ctorum, & in text. ibidem habetur, † quod si emphyteuta remEcclesiæ deteriorat, cogitur ipse, & hæredes rem Ecclesiæ in pristinum restituere cum omnibus fructibus; & nedum res im-
13 mobiles conceduntur in emphyteusim; † sed & ruinæ ædificiorũ Ecclesiasticorũ. Et in tex. in §. si quis. reformãdo constitutioné Leoninã, permit-
14 titur concedi vsusfructus rei Ecclesiæ, † data statim Ecclesiæ proprietate alicuius rei æquiualétis, cũ pacto, quòd finito tépore cõcessionis vsusfructus concessus ad Ecclesiam redeat, ità intelligit gl. tex. in d. l. iubemus. in gl. fin. in verb. derelinquat &c. vbi dicit; quod per constitutioné Leoninã sufficit relinquere in morte; sed hodiè per hunc text. ab initio, & mox dari debet. Et per tex. in Authen. de aliena. & emphy. §. si verò. habetur, quod concessionis tempus non habet transcendere vitã † accipien- 15
tis, & conceduntur bona Ecclesiæ pro sola necessaria, & ineuitabili occasione, præter quã non pôt illud, quod imminet adimpleri, aut pro alia causa vtilissima, pro quibus causis possunt generaliter tantum obligari, & hypothecari, quod inquit gl. est idé, ac si liceret deuenire ad specialem; † quia 16
idem in effectu specialis hypotheca, & generalis esse videntur, per gl. d. Authen de non alien. §. si autẽ creditor. in verb. ad generalẽ. Et legitur in tex. in Authen. de eccl. reb. immob. alien in corpore, † quòd si 17
Ecclesia sit obligata ad solutiones, vel functiones fiscales, & non possit aliunde debitum soluere, facto super hoc consilio & perquisitione, seruatis solemnitatibus secundũ formã ibi traditã, possunt possessiones, & res immobiles ecclesiæ in solutum dari, & pro solutione talis debiti alienari. Itẽ † si 18
ecclesia aliquid dare debeat etiam alicui priuatæ personæ, res immobilis in solutum dari posse permittitur, vt per tex. & ibi gloss. in verb. ad alienationem, quæ dicit, quod secundum dispositioné illius constitutionis pro debito fiscali permittitur rei immobilis Ecclesiæ alienatio, & in solutũ datio, sed pro debito priuati solum in solutum datio; sed hodiè, inquit, generaliter permittitur alienatio pro debito fiscali, & debito priuato cum solemnitatibus, vt ibi. Item pari modo legitur in tex. in Authen. de alien. & emphyt. §. sancimus. † quod 19
res immobilis etiam ecclesiæ Constantinopolitanæ, aliorumque; ibi cõnumeratorũ piorũ locorum ciuilis annona, & rusticũ, mancipium benè potest commutari cum Imperatore, item & in emphyteusim dari in plures personas, sextam tantummodò partem valoris rei emphyteutæ dimittendo, id est, † quod pro re valoris sex emphyteu- 20
ta soluat quinque; ita ego intelligo tex. Dimissa sexta parte. † Item & loca diruta, in quibus, vt 21
vtar verbis text. antiquæ habitationes depositæ sunt, ex quibus nullus resultat reditus, quæ per dictam Ecclesiam reædificari non possunt, perpetuò in emphyteusim dari licet pro canone, vel pensione, de quã in tex. ibi. § si verò quædam. Item conceditur vsusfructus rerum immobilium Ecclesiæ modo, & formis iam dictis. † Item & 22
immobilia est licitum locare pro quantouis longo tempore, modo spatium 30. annorum non transcendat, §. locationes. eod. tit. si dicta Ecclesia, vel prænominata loca pia pro soluendis debitis, aut alijs necessitatibus pecuniæ indigent, possunt res immobiles † de iure ciuili supponi: 23
quod videtur prohibitum hodiè expressè in c. 2. de reb. eccl. in 6. per illa verba ibi; Submittere, subijcere, & seu supponere &c. † Item est etiam licitum 24
talia dare creditori in speciale pignus, quod ante non licebat, per tex. in Authen. de non alien. aut permutan. §. si autem creditor; vbi ad hypothecam tantum generalem posse deueniri † permittitur, 25
cum hoc tamen, quod creditor de fructibus rei pigneratæ sibi tam pro sorte principali, quàm pro vsuris, quæ quartam partem centesimæ non excedant, satisfaciat, & sibi integrè satisfacto res

pigne-

pignerata ad Ecclesiam redeat, per text. *in §. si verò
contigerit. de alien & emphyteu.* vbi subiungit tex.
solemnitates quas vult adhiberi in concessione
26 emphyteusis.† Aliarum vero Ecclesiarum vltra
Constantinopolitanam res immobiles possunt in
emphyteusim perpetuò concedi seruatis formis,
& solemnitatibus ibidem in text. traditis. *§. licen-*
27 *tiam igitur.*† Et quæ disposuit Imperator circa rui
nosas, & collapsas domos eccl. Constantinopoli-
tanæ, & aliorum prænominatorum piorum loco
rum, quæ in emphyteusim perpetuò concedi pos
se statuit, eadem ad alias Ecclesias extendit, *§. qui-
cunque verò*, & eisdem etiam Ecclesijs pro solutio-
ne debitorum, vel alia vrgenti necessitate, quæ ex
venditione, vel pretio rerum mobilium solui nõ
valeat, permittit ad alienationem rerum immobi
lium deueniri cum forma, & solemnitate tradita,
per tex. *in d. Authen. de aliena & emphyteu. §. hoc au-*
28 *tem.*† Item & permutationes quarumcunque re-
rum immobilium Ecclesiarum cum quibuscunq;
Ecclesijs, & inter quascunque Ecclesias fieri posse
conceditur, *d. §. hac verò.* cũ solẽnitatibus ibi tradi-
tis, & per *gl. §. hac verò. in verb. ea verò.* vbi enume-
29 rat quinque casus † tantum, in quib res immobi-
les eccle. aliena. nullo modo possunt. Primus est,
quando res est data ecclesiæ à Principe, vt in *§. ea
vero, quæ ab imperiali* &c. Secundus quando est ali-
quod monasterium, vel eccles. quod semper est
prohibitum alienari, *§ & quoniam.* Tertius, quan-
do venditor alienat sibi ipsi, vel alicui ex suis:
quo casu est prohibitum, *§. Occonomo.* Quartus,
quando res esset data Ecclesiæ cum conditione,
quod nõ posset alienari, *§. sanctissimas. eo.* Quintus,
quando hæretico alienaretur, quod fieri non po-
test. *§. iubemus. Authen. de eccl. tit. vt per gloss. d. loco.*
his enim, inquit, casibus prohibetur omninò alie
nari, & facta alienatio non tenet, etiam si tali mo-
do fieret, in quo alias permitteretur, & stantibus
30 his, intrat regula iuris, † quod certis casibus pro-
hibetur, in cæteris videtur esse permissum, *l. nec
nõ §. quod eis ff. ex quibus cau maior.* quia exceptis su-
pra numeratis casibus, in cæteris omnibus passim,
& indistinctè res Ecclesiæ immobiles videntur
posse vendi, permutari, donari, vel quouis modo
alienari, seruatis formis in casibus, & pro casibus
31 à iure ciuili expressis: † quia exceptio, & limitatio
firmat regulam in contrarium.

Hæc pauca ego descripsi ex dispositione iuris
32 ciuilis, † per quæ, meo iudicio, clare probatur,
quod res Ecclesiæ immobiles sunt omnino aliena
biles, seruatis à dicto iure traditis. Sed est, quod
veniamus ad iura Canonica, vt eo viso, quod in
eis quoque disponatur, de huiusmodi rerum im-
mobilium Ecclesiæ alienatione rei veritatem ma-
gis certò scire possimus. Et per dispositionem Ca-
nonum incipiendo ab antiquissimis constitutio-
nibus, nedum non videntur prohibitæ Ecclesiæ
33 rerum alienationes, verum etiam passim, † & v-
bique concessæ causis existentibus. Quia habe-
tur in text. *in c. sicut Ecclesia. §. sed notandum. 12. q.
2.* quod causis existentibus res eccles. benè pos-
34 sunt distrahi: † quia si adsit necessitas, vel vt me-
liora prospiciant Sacerdotes, cum consilio cle-
ricorum benè res Ecclesiæ distrahere possunt,
quod quidem habetur expressius *in c. sine exceptio-
ne. eod.* quod si faciat, vt meliora prospiciat, & cũ
totius cleri tractatu, & consensu id eligat, quod
non sit dubium pro futurum Ecclesiæ, clericus,
vel Prælatus de reb. Ecclesiæ potest donare, † com 35
mutare, & vendere, & si quis velit dare tantundem
Ecclesiæ, potest quamlibet rem Ecclesiæ habere
dummodò Ecclesiam indemnem conseruet, text.
est in *c. inustum. §. item si rectores. 12. q. 2.* vbi legi-
tur, quod si rectores Ecclesiæ de rebus proprijs ta
tundem Ecclesiæ restituere voluerint, ecclesiasti-
cas facultates liberè dare possunt, & constabunt
his, quib. datæ sunt perpetua firmitate. † vbi glo. 36
dicit, quod si alienator reddat Ecclesiam indem-
nem, scilicet sponte, potest euadere periculum de-
positionis, quia dicit Hostien. *in c. nulli de reb eccl.
alie.*† caueat Prælatus, quod ea, quæ inuenit in Ec- 37
clesia, salua teneat, absurdum est enim si cui de suo
nihil dedit, damnum inferat. † & habetur *in c. si* 38
quis qualibet. ea. cau. 12. & q. 2. quod de rebus Eccle-
siæ aliquid donare potest, si de suo proprio tan-
tum Ecclesiæ contulerit, quantum visus est abstu-
lisse, & tunc demum illud stare licebit. Idque est
intelligendum, quod possit fieri, quando prius ha
bitus est tractatus cum clericis, quod de suo tan-
tum vellet dare, vt possit rem illam alienare, & ta-
li alienationi clerici assenserunt; vel quando pri-
mò tantundem Ecclesiæ contulit sacerdos, & post
alienat ab Ecclesia, quia ex voluntate Ecclesiæ
† fecisse intelligitur, vt per *gloss. d. c. si quis, item est* 39
tex. in c. Episcopus, qui. 12 q 2 † vbi Episcopus, qui de 40
siderat mancipium iuris Ecclesiæ manumitti, po-
test manumittere oblatis Ecclesiæ duob. simili-
bus: vbi gl. reddit rationem, quare teneatur refun
dere duos seruos: quia, inquit, si seruus est bonus,
diligenter gerit Ecclesiæ negotia, & non permit-
tit fieri fraudem; si sit malus, per eum potest ex-
torqueri veritas, & sic pro vno mancipio duo de-
bet refundi Ecclesiæ, vt Ecclesiæ duplici via pro-
uidetur. Item habetur *in cap. 3. de reb. eccl. extra.* v-
bi † sacerdotes, qui aliquid eccl. relinquunt, aut a- 41
liqua prædia, vel familias suis ecclesijs acquirunt,
possunt aliquos seruos Ecclesiæ manumittere iu-
xta rei collatæ mensuram. vbi glos. *in verb. modum.*
dicit, quod illud, quod contulit, debet esse duplum
illius, quod aufert. *d. c. Episcopus, qui. 12 q. 2.* † vbi nõ 42
tat Abb. quod Prælatus, qui ex industria sua ac-
quisiuit aliquid Ecclesiæ, potest liberius, quàm a-
lius, qui nihil acquisiuit, disponere. Et dicit gl. *in
c. si quis ibidẽ, in verb. remediũ:* † quòd si dilapidator 43
vult seruare ecclesiã indemnẽ ab administratione
rerũ Ecclesiæ, remoueri non debet. & per Abb. *in
c. vt super. extra eo. col fin.* † quòd Rector cuiuscun- 44
que Ecclesiæ põt vnã rẽ de Ecclesia auferre, dum-
modò de suo tantũdẽ Ecclesiæ cõferat. & sic habet
priuilegium, quòd potest alienare res ecclesiæ sine
sine vtilitate ecclesiæ: satis est enim, quòd ecclesia
non sit deteriorata, ut ibi per eum facit tex. *c. Epi-
scopi. ea. cau. 12. & q. 2.* vbi qui nihil ex proprio
Christi ecclesiæ cõferũt, liberos seruos facere nõ
præsumãt: impiũ est. n. vt qui Ecclesiæ res suas nõ
obtulerit, dãnũ inferat, vbi *gl in verb. cõferũt.* ergò
à contrario sensu, si de suis cõferũt, aliquos manu-
mittere possunt. Immò videtur, quòd causa existẽte
possunt immobilia Ecclesiæ alienare, quia † si ad- 45
sit necessitas, benè etiam non seruatis solemnita-

tibus

tibus distrahūtur, gl. *in summa. 12. q. 2.* vbi multas enumerat causas, propter quas bona stabilia Ecclesiæ alienari possūt. Et dicit Archid. *in c. placuit.* b *eād. cau & quæst.* quòd si vrgens b sit necessitas taliter, quòd solemnitates requisitæ adhiberi non possint, tunc benè alienantur sine solemnitatibus,
46 † dummodo alienans id gerat, quòd de iure reprobari non mereatur. idē sentit *gl. in c. nulli liceat*
47 *extrà de reb. eccle. alie.* † vbi pro vtilitate bene alienat. Prælatus. idem habetur in tex. *in c. 1. eo. tit. de reb. eccle. lib. 6.* vbi præcedente tractatu habito euidentis vtilitatis, vel necessitatis causa existente permittuntur alienari quęcunque res ecclesiæ. Et in Clem. *1. eod. tit.* iura, reditus, & possessiones Ecclesiarum etiam pecunia recepta conceduntur, & concedi possunt, si adsit necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ, Prælati interueniente consensu. Et in *extra-*
48 *uag. Ambitiosæ.* c † vt ad iura nouissima deueniac mus, *eo. tit. de reb. eccle. non alien. extrauag. commun.* vbi omninò videntur prohiberi alienari bona immobilia ecclesiæ, & mobilia pretiosa, & habetur, quòd in casibus à iure expressis, puta, necessitatis, vtilitatis, & vt suprà diximus, benè possunt
49 concedi, & alienari; † & pari modo res ab antiquo in emphyteusim concedi solitæ, ibi, præterquam in casibus à iure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo cōcedi solitis, &c. Nihil dico hic de Bulla Iulij Tertij, quæ appellatur transumptum, de quà dico suprà in addu ctis pro contrarijs, nec de Bulla Pij Quarti, reformatiua Bulla Pauli IIII. in hac materia alienatio-
50 num Ecclesiasticarum editis, † quia sunt principaliter potius formatæ, & factæ ad reuocandum malè alienata, quam ad prohibendum alienationem, de quibus dicetur infrà *qua. de præmio. Et in extrauag. Ambitiosæ.* dicitur, quòd res ab antiquo concedi solitæ possunt in emphyteusim concedi, & a-
51 lienari; † quia res semel effecta alienabilis semper durat alienabilis, per Bar. *per illum tex. in l. 1. C.*
52 *de impo. lucra. descrip. li. 10. vers. quòd si res* † *& per tex in l. pater. §. quindecim. de leg. 3.* & non intelligitur alienare, qui alienationem veterem inuenit, & eam confirmat, etiam si in aliam transferat personam, *vt in l. 1. §. permittitur. ff. de aq. quotid. glos. in Authen. hoc ius in gl. fin. C. de sacrosan. eccl.* vbi dicit,
53 † quod benè res eccl. prohibitæ alienari possunt alienari, si adsit consuetudo: probatur *in c. 1. in princ. vbi hoc tenet Bal. per quos si inuestit. benè facit tex in c. 2. de feud. facit tex. in c. vt super. de reb. eccle. alien. ibi;* & alijs non infeudauit &c. sed Bar. *in l. petio. §. fratre. de leg. 2.* intelligit hanc regulam procedere quando prohibitio de non alienando fit in personam; sed secus dicit, quandò fit in rem, quia illa talis prohibitio, prout in casu nostro, semper durat, & transit cum ipsa re; & quicquid dicat Bar. in casu nostro, res ecclesiæ in emphyteusim cōcedi solitæ possunt benè concedi, & alienari, & sunt exclusæ à prohibitione generali, per dictam *extrauag. Ambitiosæ.* tenet in terminis *Dec. cons. 142. 2.*
54 *colum.* † & dicitur solitum concedi illud esse, quod bis spatio annorum 40. fuerit concessum, per Bal. *in l. de quibus. ff. de leg. Imo. in c. 2. de feud. Alex. in cons. 9. incip. viso themate suprascripto. num. 6. vers. preterea ad hoc. volum. 2.* vbi addentes plures alios citant concordes. & *in cons. 5. incip. si vera sunt nu. 11. vers. fortificantur prædicta. vol. 5.* quia præsumitur, quod vtiliter fiat. Et non debet ista facultas Ecclesiæ adimi, Rebuff. *in compēdio rer. eccl. alien. vers. octauus. vbi dicit:* quod octauus casus est, in quo possunt res eccle. alienari sine solemnitate, † quā- 55
do bona feudalia, vel emphyteutica reuerterentur ad Ecclesiam, & essent consueta infeudari, vel emphyteuticari, tunc si non esset prima causa, poterunt iterum concedi in feudum iuxta consuetum modum, vel emphyteusim sine solemnitate, *d. c. vt super & ibi plenè Doct. Franc. Curtius in tract. de feud. 2. par. q. 1. & seq. Dec. de cons. 142. 1. par. incip. & pro tenui. col. 16.* & prædicta maximè haberent locum, si ista bona essent solita concedi: quia tunc simpliciter absque alia solemnitate à Prælatis concedi potuissent, *c. 2. de feu. not. Bar. in Authen. q. rem. circa fi. C. de sacrosan. eccl. in l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. col. 9. & 11. in tit. de feu. Pau. de Cast. in l. etiam. circa fi. ff. sol. matrim.* vbi dicit quod tali casu absque alia causa bona ecclesiæ conceduntur, vt not. *Alex. cons. 14. incip. viso, & considerato. col. fi. num. 3. lib. 2. idem in cons. 189. viso & maturè discusso. colum. 5. numer. 17. & seq. volum. 2. & in d. cons. 9. num. 3. volum. 3. Dec. in d. loco. colum. 2. vers. solum superest ibi,* quia illud dictum intelligitur in rebus consuetis dari in emphyteusim; in quibus solus Prælatus habet potestatem alienandi secundum modum consuetum; quia Prælatus concedens in feudum res solitas infeudari alienare non dicitur, Abb. antiq. *in c. 2. de feud. Bal. in margarita in verb. Prælatus vers. fin.* Sed distingue, & intellige, vt per Abb. *in c. vt super. 2. colum. num. 10. & seq. de reb. eccl.* † vt videlicet possint res de 56
nouo emphyteuticari, & infeudari sine solemnitate, causa primæ concessionis durante; sed si non durat, tenet, quòd sit opus de nouo adhiberi solemnitates, vt per eum ibi. Et est ratio, secundum Inn. quia bona data in feudum, vel emphyteusim videntur ordinata ab initio, vt illa bona concederentur in feudum, vel emphyteusim; vnde nil noui facit nunc Prælatus titulum concedens. Et pro hoc eleganter sentit. *Fed. de Sen. cons. 173.* quòd in hac secunda concessione non requiritur superioris consensus: quod est valdè notabile. † pro quo facit tex. *in c. potuit loca.* vbi so- 57
lus Prælatus potest parcere emphyteutæ in solutione canonis cessanti, illum non expellendo, & eodem modo potest concedere alteri; & in margine. Abb. allegatur *Alex. cons. 79. incip. circa primum, de quo quæritur. in fi. vers. sed præsupponitur. vol. 1. Ant. de Butr. consil. 12. subdens Abb.* Ego crederem, quòd vbi prima causa concessionis duraret de præsenti, habent locum per dicta; sed vbi cessat illa prima causa concessionis, tunc puto, quòd eò ipso, quòd redeunt ad ecclesiam, & efficiuntur de mensa, & assumunt sibi naturam, & qualitatem aliarum rerum ecclesiæ, † exempli gratia, res incul 58
ta fuit data in emphyteusim hoc respectu, vt reducatur ad culturam, alias ecclesia non concederet: tractu temporis, illa res optime culta reuersa est, puta; quia finitum est tempus concessionis vel propter defectū hæredū vasalli, vel emphyteutæ, aut propter delictū eorum, vt *d. c. potuit. de loca. &*

 c. 2. de

c.2.de feud. non video, inquit Abb. quod iterum licitè possit concedi sine solemnitate debita, & sine causa, nam cessat causa primæ concessionis, & militat tunc argumentum à cessante ratione, c. cum cessante de appell. vbi causa prima perseueraret,
59 procedit primum dictum; † exemplum, Ecclesia habet castrum, quod fortè propter custodiam, & præsidium in eo tenendum, vel aliàs est magis dãnosum, quam vtile, deliberauit semel cum solemnitate debita dare in feudum, si tractu temporis redeat ad Ecclesiam, potest Ecclesia iterum alij de nouo concedere sine solemnitate, non obstante iuramento de non alienando: quia non est noua alienatio, sed quædam executio ordinis antiquis. facit c. cõsulit. ext. de indic. & hæc limitatio, inquit, mihi videtur verissima, & rationabilis. Sed
60 hodiè loca, † & ciuitates Sanctæ Romæ. Ecclesiæ deuoluta, & deuoluenda & quæ reuertuntur ad illam non possunt amplius alienari, concedi, aut infeudari de nouo, & per Bullam Pij V. desuper sanctissimè factam anno 1567. quarto Calen. April. sui Pontificatus anno 2. descripta in præsentis calce laboris. Et per ista clarum videtur, quod tam de iure ciuili, quam de constitutione Ecclesiæ, Decreti, Decretalium, in lib. 6. Clem. Extrauag. Bullarum, seu Constitutionum modernorum Pontificum, causa necessitatis, vel alia causa existẽte, multis modis à iure traditis, bona immobilia Ecclesiæ alienantur, & alienabilia sunt. Et quia huc vsque diximus de immobilibus magnæ quantitatis, nunc dicamus aliqua de immobilibus exiguæ quantitatis.

ADDITIO.

a Annuus reditus nõ venit appellatione immobilium But. in cap. in præsentia. nu. 25 de probat.
Sunt multi casus, in quibus sine causa, & solemnitate licita est alienatio.
Primus est in re solita concedi, vt suprà quæst. 2. cap. 22. num. 22. & 23.
Secundus, quando res meliorata redijt ad Ecclesiam per tempus finitum locationis, tamen debet iterum concedi, vt per Bero. in c. quæ in Ecclesiarum. nu. 42. de const. & vide suprà q. 2. c. 22. num 26. & 28.
b Vide in quæst. 20. num. 3. de iure autem communi res Ecclesiarum inferiorum possunt alienari sine auctoritate Papæ, Ias. in l. apud Iul. §. fin. col. pen. ff. de leg.
c Latè infra quæst. 35. in prin. & quæst. 36. & suprà quæstio. 4. nu. 42. in fin. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Dictio Quicquam importat aliquid, & verificatur in modicare.*
2 *Prædium Ecclesiæ magnum sit, vel exiguum alienari non potest.*
3 *Minoris prædium inutile, ac sterile nihilominus alienari non potest.*
4 *Ecclesia, & minor æquiparantur.*
5 *Res immobiles Ecclesiæ exiguæ, vt sunt terrulæ, vineola, ex causa etiam sine solemnitate alienantur.*
6 *Abbas potest modicum dare, & infeudare, si hoc habet loci consuetudo.*
7 *Episcopus solus absque alia solemnitate res modici pretij alienare potest.*
8 *Episcopus, licèt iuret, non potest tamen modicum terræ concedere consanguineo, si contractus fiat bona fide, & contractus redundet in vtilitatem eccles.*
9 *Modica sunt exempta ab omni solemnitate.*
10 *Iuramentum simpliciter præstitum intelligi debet secundum subiectam materiam.*
11 *Prælatus, qui iurauit rem non alienare sine superioris consensu, poterit rem paruam, puta reditus quinque solidorum in emphyteusim concedere.*
12 *Episcopus alienans rem minimam non punitur.*
13 *Prælatus necessitate existente videtur liberatus ab obseruatione solemnitatum in alienando requisitarum.*
14 *Si adsit celeritas, quòd commodè non possit consensus Sedis Apostolicæ haberi, Prælatus alienat, non obstante constitutione Ambitiosæ.*
15 *Duæ limitationes ad constitutionem Ambitiosæ.*
16 *Tenet datum à Prælato, si adsit consuetudo.*
17 *In modicis solemnitas iuris est remissa.*
18 *In modicis causis vnus potest esse iudex & notarius.*
19 *Tria copulatiuè requiruntur, vt habeat locum dispositio c. terrulas. 12. q. 2.*
20 *Res magnæ inutiles non alienantur sine solemnitate seruata.*

DE RERVM EXIGVARVM immobilium Ecclesiæ alienatione.

QVAESTIO. XIII.

Modò deueniendo a ad exiguas res immobiles Ecclesiæ, habetur in text. in c. sine exceptione 12. q. 2. quòd Episcopus de rebus Ecclesiæ suæ quicquam donare, aut commutare non præsumat, & verbum: Quicquam. † interpretatur id esse, quòd aliquid, & sic per id videtur prohibita alienari, tam res parua, quam res magna, quia ista dictio: Aliquid, verificatur, etiam in re modica, & minima, Authen. habita. C. ne fil. pro pat. glo. in Clem. vna. de foro competen. in verb. aut eorum aliqua. per And. Tiraquel. in repet. l. si vnquam in verbo omnia. num. 5. de reuocan. dona. vbi dicit, quòd tantum importat dictio Quicquam, quantum dictio: Aliquid, per gloss. in extrauag. suscepti. §. si. versicul & si quicquam, ne sede vacan. extrauag. commu. per Dec. cons. 455. col. 1. vers. secundo prædictum statutum, &c. & cons. 456. col. 1. vers. hoc pro constanti. ibi, quia illa dictio Aliquid etiam in minimo verificatur, &c. † & per text. in c. quicunque, 17. q. 4. vbi non potest alienari prædium Ecclesiæ, vel magnum sit, vel exiguum, & alienans deponitur, vt ponderatur per Rebuff. in compend. alien. rerum eccles. Item † & minoris prædium inutile, & sterile non potest alienari, per Bar. in l. 2. C. de agri. & cens. lib. 11. & † ecclesia, & minor æquiparatur, not. in c. cupientes. de electio. li. 6. & per Rebuff prææleg. loco. vbi dans nouum intellectum ad tex. in c. terrulas 12. q. 2. dicit, ibi ideo valere alienationem sine fratrum consilio, quia ibi erat necessitas, & Canonici propter pestem, vel aliam causam erant longe distantes, vnde eos conuocare non poterat &c. & quia tunc, quando res erunt exiguæ, minus vtiles poterunt alienari sine hac conuocatione.

His

His tamen non obstantibus, ergo dico,† quod
5 exiguæ res immobiles,& pauci momenti, vt terrulæ, vineolæ,& huiusmodi benè alienantur,& alienabiles sunt necessitate interueniente, & causa etiam sine solemnitate, *d.c.terrulas.12.q.2.per gl.ibi,* Hæc est sexta pars, in qua proponitur seu proponere intenditur casus, in quibus possit alienatio fieri, Capitulo inconsulto,&c. per Præpo.& Arch. & alios ibi scribentes, quos dicit esse in turba magna Petr.Rebuff. *præallegato loco.* Facit, quod dicit *gl.in c. Abbatibus.12.q.2.* vbi dicit, quod licèt Abbas non possit sine consensu Episcopi alienare rē Ec-
6 clesiæ; tamen si hoc habet † loci consuetudo, benè potest dare modicum,& potest infeudare, *c.ad nostram.extrà eo.* & hoc potest Abbas, vel Episcopus sine cōsensu Capituli, *d.c.terrulas.subdēs d.gl.* quod falsum est, nisi in paruis,& facit, quod habetur in *c.bonæ rei.12.q.2.dicit in termino Io.And.in reg.qui tacet.de regul.iur.in mercurialibus,in prin.*ibi; Sed de iure terrulæ alienantur sine solemnitate etiam per Episcopum sine Capitulo, ergo de re modica non debet intelligi loqui statutum &c. *Dec.cons.142.*& pro tenui *lib.1.col.3* ibi; Secundò, quia age-
7 batur de rebus sterilibus,† & modici pretij; quæ ab Episcopo solo absque alia solemnitate alienari poterant, *c.terrulas,&c.* dicit optimè Arch. *in d.c. terrulas in fin.* ibi, Et hoc vltimum sequitur hic Laud. qui dicit, quòd tanta potest esse necessitas, vt etiam magna prædia Episcopus possit alienare sine consensu Capituli. & propterea dicit Bald. *in c.1.qui feu.dar.poss* quod tanta potest esse instans necessitas Ecclesiæ, vt etiam magnæ possessiones, nedum steriles,& exiguæ possent alienari, vt dicit Arch. *in c.terrulas & d.c.Abb.12.q.2. dicit Federic.de Sen.in cons.203.incip.* casus talis est, quidam Episco-
8 pus.† licèt Episcopus iuret non alienare, tamen pōt modicū terræ cōcedere consanguineo, si contractus fiat bona fide, & redundet in vtilitatem Ecclesiæ, quia dicit Abb. *in c.vt super.de reb.eccl.alien.vel non.nu.15. vers.* sed oppono contra, quòd si res est modica, seu modicæ vtilitatis, tunc non includitur sub iuramento de non alienando, quia non est verisimile, quod superior voluerit illum
9 iurantem illaqueare in istis modicis: † quia ista
10 modica sunt exempta ab omni solemnitate, † & iuris dispositione, *c.terrulas,* quia iuramentum simpliciter præstitum debet intelligi secundum materiam subiectam, & non obstante tali iuramento, subdit Abb. Prælatus potest concedere etiam suo consanguineo paruam petiolam terræ. ibi, *Sed reperio Feder.de Sen.cons.204.* vbi, inquit, videtur sentire contrarium. format enim istam quæstionem nunquid Prælatus, qui iurauit non alienare sine licentia superioris, possit concedere in emphyteusim rem valoris vnius floreni cum
11 dimidio, † & reditus quinque solidorum, nam expediebat propter vicinitatem consanguineos habere illam petiolam terræ: & determinat finaliter, quòd sic: quia in istis minimis non obstat iuramentum. sequitur Fabian. de *Mon.in tract. de emptio.venditio.3.q.principali.num.34.vers.17.quarto. sequitur Bertachin.in tract de Epis.4.par.q.36 nu.110. vers.* sed an requiratur authoritas, vbi inquit; quod in alienatione rei sterilis, & minimæ non requiratur iuris solemnitas, si subsit necessitas, *12.q.2.c. terrulas.*† immò Episcopus alienans rem minimā 12
non punitur, per *gl.c.1.7.q.4.* quæ dicit verum, si res ipsa, licèt minima, sit inutilis Ecclesiæ, nam si vtilis sit quoquomodo, puniēdus est alienās. Et nota in ista materia, quod *tex.in d.c.terrulas.* super quō nititur ista omnis disceptatio, permittit tales fieri alienationes, si adsit causa necessitatis,† per 13
quod videtur necessitate existente Prælatum videri ab obseruatione solemnitate in alienando liberatum; quod videtur dicere. *gl.in c.placuit 12. q.2.in gl.fin.*ibi; ergo in necessitate possunt eis inconsultis,&c. *& Arch.d.c.terrulas.* ibi, secundum Lauren.&c. per quam gloss. dicit Condisal. à Villadie. *in suo tract.de leg.par.1.q.11.nu.10.& seq.* quòd si subesset summa necessitas, quæ tantam celeritatem desideraret, vt commodè authoritas, vel rescriptum Papæ expectari non posset, etiam fieri posset alienatio rei Ecclesiæ non obstante constitutione: *Ambitiosa*, per quam prohibetur, † quòd 14
hodie non fiant alienationes inconsulto Romano Pontifice, per *d.gl.d.c.placuit.& per tex.in l.diuus.ff. de pet.hæred.& l.tutor, qui repertorium ff. de admin. tuto.§.1.hoc tenet.Hug.& Arch.in c.Abb.12.q.2. Card. in Clem.1.de reb.eccl.facit tex in c fi.de reb.eccl.* Ex quibus infertur limitatio ad iura, quæ exigunt solemnitatem in alienatione rerum Ecclesiæ, vt intelligantur, nisi tanta necessitas, & tam vrgens interueniret, quòd non posset regula solemnitatis præfatæ obseruari, & videtur *text.cum gl.d.c. placuit* † & hoc modo, inquit, limitabis *tex.d.ex-* 15
trauag.Ambitiosæ, subdens, quem tex. etiam limita alio modo, videlicet, nisi essent res modicæ, quod satis innuit *d.constitutio. Facit tex.in c.cæterum.de dona.* vbi Prælatus rem modicam Ecclesiæ donare potest, si hoc habet consuetudo. datæ enim rei quantitas,† & illius terræ consuetudo est diligen- 16
ter attendenda; & secundum hoc donum est ratum,& irritum iudicandum; vbi gl. dicit, secundum vnum intellectum, quòd text. loquitur de vera donatione, quam potest facere Prælatus, si hoc habet loci consuetudo quæ consuetudo loci dat iurisdictionem, & liberiorem tribuit administrationem, *l.prohibere.§.non tantum.ff.quod vi, aut clam & per Ioan.And.Host.& Zabarel d.c.cæterum,* quòd de immobilibus etiam potest fieri donatio, si tamen hoc habeat consuetudo, & donatio sit moderata, id est, facta de exiguis, vel inutilibus: quia consuetudō facit valere contractum alienationis de rebus Ecclesiæ cum minori solemnitate, quam à iure sit statutum, secundum Innocen. *c.statuimus.de transact.Arch.& Doct.post gl.c. dudum.de reb.eccl.non.alien.in 6.refert Bertach.in d. tract.de Episc.ead.4.par.q.36.sub nu.108 vers.item intellige, nisi consuetudo.* Idem videtur dicere *gl.in c. fraternitatem.in verb.in consultis, de donat.tex ibi;* Cum nec eorum consilio potest facere donationem damnosam Ecclesiæ,&c. Nec mirum id esse debet, quia modica sunt exempta à solemnitate iuris, per *Abb.in d.c.vt super.sub nu.15.de reb.eccl.& dicit Ang.in Auth.de alien.& emphyt.§.hoc etiam.in fi.* † quod solemnitas iuris in modicis est remissa. & 17
idem Ang. *in Auth.de hæredit.& Falcid.§.hinc nobis.* quòd si statuto caueatur, quod nullus possidens apotheF 4 potho-

pothecam possit capi personaliter; si aliquis possideat vilissimam apothecam, non gaudet commodo statuti, per not. *in l. sciendum ff. qui satisd. cogan.* vbi qui possidet cespitem terræ non excusatur ab onere satisdandi, tanquam qui possideat immobilia, vel si domunculam possideat. idem tenet *Ioan. And. in mercurial. in reg. qui tacet. simile videtur in Auth. nisi breviores. C. de senten. ex brevicu. recitan.* vbi in causis parui momenti, vel vilibus rebus, & causis, solemnitas, quæ in alijs attenditur, remittitur; in quibus vnus, & idem potest esse iudex, & notarius, & eidem in istis creditur, vt ibi per * communiter scribentes. Et dicit Bald. in c. duos fra-
18 tres. † *de dilatio. fac. de nob. inuest. & in rub. eccles. alien. vel non. vers septimò limita.* quod si statutum dicat, quod domus non possit vendi, non habet locum io parua domo, domuncula, vel capana. Et de istis modicis, & quomodo in hac materia capiatur, & intelligatur modicũ, vide, quę dixi suprà proximè in *q 9. de rer. mobil. modic. eccl. alie.* Pro qua materia vide, quid de duco infrà *q 51. c. 1. de casibus,* lo quibus fit alienatio Ecclesiæ sine solemnitate, *nu. 5. & plu. seq. vbi etiam, nu. 16. & seq. secundum Bero.* videtur tenendum, quod res immobilis licet etiam parua, non sit alienabilis sine solemnitatibus, & sine causa. Quia declarat *Pet. Rebuff. in d. c. sine exceptione. in Vers. quicquam.* quod ad hoc, vt habeat locum dispositio *d. c. terrulas.* tria copulativè
19 requirũtur, † videlicèt, quòd res sit exigua, quòd non fit vtilis Ecclesiæ, & quod alienatio fiet ex causa necessitatis, vt per *Archid. d. c. sine exceptione, in vers. si necessitas. vbi subdit Rebuff.* quòd his tribus concurrentibus solùm potest omitti coocillum, vel tractatus capituli, non autem aliæ solemnitates, prout est licentia superioris. *est decis. Guid. Pap. q. 156.* vbi habetur conclusum, quòd res Ecclesiæ minus vtiles, & quæ suot onerosæ Ecclesię, & quæ plus afferunt incommoditatis, quam commodi, possunt etiam sine solemnitate aliènari, *d. cap. terrulas. §. item domus. cap. fugitiui. 12. q. 2. vbi Hugo. & Archid. Inno. Hostien. Henric. Boic. Franc. Zab. & Card. Flor. in c. nulli de reb. eccl. alien. vel non. Feder. de Sen. cons. 403. & per Inn. in c. 1. de his, qua fi. à Prala.* vbi alienatio rei paruæ facta per Prælatum sine consensu capituli teoet indistinctè. sed secundum *Abb. ibidem,* in alienatione perpetua rei paruę videtur exigi consensus tacitus. *& Archid. in d. c. terrulas.* dicit esse verum, quod de rebus inutilibus, paruis, longè positis fit alienatio sine solem-
20 nitate; sed est secus in rebus magnis, † licet inutilibus, quia citra debitam solemnitatem talia alienari non possunt, oisi fortè magna immioeret necessitas.

ADDITIO.

a Suprà *q. 9. in prin. & infrà q. 51. c. 1. nu. 6. & pluribus seq.* declaratur, vt procedat in exiguo prædio, de quo modicus reditus percipitur, per *Bero. c. qua in Ecclesiarum nu 41. de constitutio.* Non tamen requiruntur tractatus, & quædam aliæ solemnitates, vt per *Bero in c. nulli nu. 46. & seq. de reb. eccl. alien. vel non.*

SVMMARIVM.

1 *Quæ diuisim sunt tradita, melius intelliguntur.*
2 *Reditus habet se ad fructus, velut genus ad speciem.*
3 *Reditus Ecclesiæ venduntur licitè.*
4 *Appellatione bonorum veniunt iura, & actiones.*
Item appellatione rei
5 *Quid veniat appellatione rerum incorporalium.*
6 *Latior est appellatio rei, quam pecunia.*
7 *Quid veniat appellatione pecunia.*
8 *Iura veniunt appellatione immobilium.*
9 *Iura competentia pro annuis redditibus, censentur immobilium.*
10 *Vsusfructus annumerantur inter immobilia.*
11 *Quid importet nomen Ciuiles annonas.*
12 *Quando annui reditus nnmerantur inter immobilia & num. 30.*
13 *Ordo qui seruetur in exequutione facienda super rebus mobilibus, immobilibus, & iuribus.*
14 *Quomodo iudicetur, iura esse mobilia, vel vt immobilia, & num. 23.*
15 *Actio censetur qualitatis rei, pro qua competit.*
16 *Quæ non possunt seruando, seruari alienantur sine solemnitate.*
17 *Quando annui reditus censentur, vti immobilia.*
18 *Cum causis, & solemnitatibus iura Ecclesiastica alienantur.*
19 *Mobilium, & immobilium appellatio cadit in his, quæ certo loco concluduntur, iura autem non.*
20 *Quando dispositio comprehendit omnia iura trahitur ad immobilia vel mobilia.*
21 *Actio, quæ pro mobili competit, potest cedi, non quæ pro immobili.*
22 *An, & quomodo seruitutes censeantur, vel numerentur inter immobilia.*
24 *Actio competens pro re immobili censetur vti rei immobilis.*
Idem si competat pro re immobilis.
25 *An actio competens ad pecuniam censeatur competere pro re mobili, vel immobili.*
26 *In iuribus personalibus non est reperiri possessorium, nisi impropriè, nisi pro annuo censu, vel reditu.*
27 *Quomodo intelligatur, quòd iura possint, vel non possint cedi.*
28 *Iura, & nomina debitorum intelliguntur secundum naturam rei super qua sunt fundata.*
29 *Annui reditus ad 6. vel. 8. ann. non æquiparantur immobilibus.*
30 *Quando annui reditus relevent quem ab onere satisdandi.*
31 *Montes Romanæ Curiæ releuant à satisdando, item præstita Venetiarum.*
32 *Item Mons Sancti Georgij Genuæ.*
33 *Vbi prohibetur alienatio, ibi prohibetur vsucapio.*
34 *Episcopus, licèt possit disponere de fructibus decimarum, non tamen de iure decimandi.*

45 De

35 *De iure canonico prohibetur, vti directi, ita vtilis dominij translatio.*
36 *Non licet inferioribus clericis sine superiorum consensu alienare annuos reditus.*

DE ALIENATIONE REDITVVM, iurium, & actionum Ecclesiæ.

QVAESTIO XIV.

a His paucis præmissis de a mobilibus, & immobilibus rebus Ecclesiasticis, ponemus etiam hic, quæ inueniemus per iura, & Doctores, statuta, & dicta de redituum, iurium, & actionum alienatione: quia diuisa, & distincta melius intelliguntur, *l. 1. in princ. iuncta gl de dol excep. §. sed non vsque. Insti. de lega.* & licèt cum dictum fuerit de fructibus videatur quoque dictum de reditibus, quia fructus sunt reditus, & reditus possunt dici fructus; tamen quia nomen reditus habet se ad fructus, quemadmodum genus ad species, *gl. in Clem. 1. de reb. eccl. in verb. reditus. & ibi Card.* quòd plus est in reditu, quam fructus; quia si fructus est, reditus est, non autem è conuerso, etiam de rediti
1 bus dicemus: arbitrates, † quòd quò magnis singula singillatim discutiuntur, eò clarius, & facilius, legenti materia explicatur, & traditur. Et de huiusmodi re idem quoque videtur dicendum, quod fuit dictum de mobilibus, & immobilibus, quia
2 videm', quod iura, & actiones, † & redit' Ecclesiæ venduntur quotidiè, & alienantur annuus enim reditus benè quidem alienatur, & alienari potest
3 licitè, & tam in pecunia, † quàm re emi potest, & vendi *l. 1. §. iubemus. C. de sacros. ecclesiis Auth. de non alien* vult enim & talis contractus, non est nec illicitus, nec vsurarius latè disputatur per Bald. *cons. 292. incip. quia ex facto ius. vol 5.* ait enim sicut potest legari quid annuum, & dnnari, *vt C. de leg. l. in annalibus. & ff. de verb. oblig. l. Stichum. §. stipulatio.* ita & vendi potest aliquo pretio conuenienti, & iusto, vt per Bal. *latè d loco. vbi tenet*, quòd talis cõtractus est non illicitus, nec modo aliquo vsurarius. Et licèt cùm superius fuerit tractatum de mobilibus, & Dei immnbilibus, possit censeri quoque esse dictum de iuribus, & actionibus reditibus, & prouentibus, quia appellatione istorum benè quidem potest dici, quòd veniant iura quoque, & actiones, ac huiusmodi incorporalia, *per tex. in l. 2. C. quan. & quib. qaur. par. §. naturale quoque. lib 10.* ibi; Mobiles autem res, vel se mouentes, vel instrumenta, vel si quid etiam in huiusmodi iure consistat, &c. qui tex. allegatur ad hoc, quòd iura veniunt appellatione mobilium, quia prohibitio alienationis facta de rebus Ecclesiæ, ex quo est facta de omnibus rebus, & bonis, *vt in text. c. sine exceptione. 12. q. 2. & c. hoc consultissimo. eo. tit. l. 6. & in tex. extrauag. Ambitiosæ. eo. tit. extrauag. comm.* censetur etiam facta de iuribus, & actionibus,
4 nam appellatione bonorum † & iura quoque veniunt, & actiones, *l. bonorum ff. de verb. sign. per Bart. in l. potest ff de author. tuto. Spec. de restit spol. §. 2. Imo. Archid Gemin. c 1. de reb eccl non alien. in 6. est in decis. Tholos q. 315. vbi gl.* multa accumulat in hac materia. Ex facit ad hoc, *quia rub. ext. in 6. in Clementinis & extrauag. dicit de reb. eccl. &c.* & appellatione rei veniunt iura, & actiones, *l. rei appellatione. ff. de verbo. sign. per Bal. in l ex legato. 3. oppo. C. de lega.* item veniunt nomina deb to um, per Bar. *in l. Quintus. § argento. 1. col vers. quaero aliquis donauit. ff de aur. & argen. lega & dicit Bar. in l. licèt. C. de pact. per illum tex.* quod appellatione rerum continetur tota hæreditas, & id apparet, & expressè habetur per *text. in l. rei appellatione. la. ff. de verb. sign.* vbi habetur, quod appellatione rei causæ, & iura continentur, vbi glo. putat, sic generaliter concepto libello, De omnibus rebus ad me pertinentibus. verbum enim. Res ad corporalia, & earum causas, id est, omnes vtilitates, & incorporalia, quæ sunt iura, prætenditur, *Instit. de reb. corporalib. & incorporalib. in princ.* ibi, Incorporales autem sunt, quæ tangi non possunt, qualia sunt
ea, † quæ in iure consistunt, qualia sunt hæredi- 5
tas, vsusfructus, & vsus, & obligationes quoquo modo contractæ, *l. si mater. ff. de except, rei iudi. §. eadem facit tex. in d. l. rei appellatio ff. eo. tit. de verb.*
signi. vbi dicit text. quod latior est appellatio rei, † 6
quam appellatio pecuniæ, & appellatione pecu-
niæ venit omne illud, quod homines habent, † & 7
quod est in mundo, *c. totum. 1. q. 3 & in l. nominis. ff. de verb sig. iuncta gl. & gl. in l. appellatione rei pars continetur. ff. eod.* nam æque bonis adnumerabitur etiam si quid est in actionibus, petitionibus, persequutionibus: nam hæc omnia in bonis esse videntur, *l. bonorum. ff. de verb. sign. latè per Lauren. de Rodulph. in sua repet. c. sine exceptione. 12. q. 2. in q. 6.* vbi ponit, an iura, vel nomina possint vendi sine solemnitate, vbi quæstionem disputat per tres, vel
quatuor columnas. Et potest etiam dici, † quod 8
iura veniant appellatione immobilium, quia cum sint incorporalia, non possunt moueri, *l. seruum. §. incorporales. ff. de acquir rer. domi.* & ex eo etiam dici possunt immobilia, quia in illis fit exequutio, *l. à diuo. §. in venditione. ff. de re iudic. facit text. in l. si chorus. §. 1. de leg. 3 gl. qua ita dicit in l. mouentium ff. de verb sign. melior gl. per illum tex. c. 2 de reb. eccl. non alie. in 6 in verb. iura* ibi, Nota iura, vel incorporalia poni inter immobilia, sic enim in vtrisque ius idem statuit; facit *l. vlt. C. de long. temp præscrip. l. iubemus la 2. §. primo. C de sacros eccl & in Auth. de non alie. §. vlt. facit, quod not. in Spec de restit spolia. §. nunc dicamus. ante fi. vt per gl. & additio. ibid. c. 2. de reb. eccle. in 6.* † Et iura competentia pro annuis rediti- 9
bus censetur inter immobilia, *Clem. exiui. de verb. sign. & d l. iubemus. C. de sacros. eccles.* & reditus ipsi annui connumerantur inter immobilia. *d. Clem. exiui. §. cumq; annui reditus. per Bart. in d. l. iubemus. §. 1. in fi.* ibi; Vltimò nota, quòd annui reditus connumerantur inter immobilia. vbi apostilla Barbariæ
vlterius dicit, † quòd vsus fructus annumeratur 10
inter immobilia. *tex. cum ibi gl. in Auth. de non alie. §. 1.* ibi, Vlt. enim quòd illa neque Deo amabilem Archiepisc. & Patriarcham huius felicissimæ ciuitatis, seu sanctissimæ maioris Ecclesiæ neque Oeconomum vendere, aut donare, aut aliter rem alienare immobilem, domum forsan, aut agrum, vel colonum, aut mancipia rustica, aut ciuiles annonas (nam & hæc inter immobilia sunt numeranda) &c. & per verbum Ciuiles annonas intel-
ligit

11 ligit tex. ibi, reditus,† & prouentus percipiendos singulis annis, vt per *gl in verb. ciuiles.* Et dicit Feder. de Sen. in suo *cons. 12. incip.* fratres. quòd tunc
12 demum reditus annui † annumerantur inter immobilia, qñ referuntur ad longum tempus; secus si ad modicum tẽpus, puta, ad sex, vel octo annos, quia tũc possunt æquiparari mobilibus. facit Bal. *in c. 1. §. sciendum de feud. cognit.* quòd quando reditus annuus consistit super aliqua re immobili, tũc est inter immobilia, secus si est debitum merè p̃sonale, quia tunc non censetur inter immobilia, nec aliquod interdictum possessorium competit pro tali reditu, vt not. *in c. querelam. de electio per Cyn. in l. si certis. C de pact. Bart. in l. sciendum. C. qui satisd. cogan.* Verum quia *tex. in d. l. à diuo Pio. §. in venditione.* facit distinctionem, & separatim ponit de iuribus, & actionibus, quia cum dicat primo loco; quòd fieri debeat exequutio in rebus mobilibus, secundo loco, quòd mobilibus non existentibus, vel non sufficientibus fieri habeat super immobilibus, tertiò verò loco po-
13 nit,† quod deueniatur ad iura, & actiones, super quibus tunc fieri debet exequutio, quando non adsunt, vel non sufficiunt mobilia, & immobilia; vnde cum ponat tex. separatim, & seorsim de iuribus, & immobilibus, datur intelligi, quòd iura, & actiones sunt quod seorsum, & quid diuersum à mobilibus, & immobilibus, vt quandam tertiam speciem de se faciant, dicit ad litteram Bar. *in d l. mouentium. de verb. sign.* ibi, Dico, quod nomina nõ sunt mobilia, nec immobilia & hoc quia non tangibilia, & est genus de per se. idem Bart. *in l. potest. ff. de author. tut.* ibi, Ex quo apparet, quòd actio nõ continetur appellatione mobilium, & immobilium. Et ad in contrarium adducta, à *gl. in d. l. mouentium.* idem respondet, ibidem; quod aut in actione veniunt immobilia, & tunc iura computãtur inter immobilia; aut veniunt non immobilia, sed mobilia, & tum computantur inter mobilia vbi etiam secũdum Dyn. quem allegat, distinguit pro concordando, quia videlicet, aut consideramus ipsum ius obligationis, & ipsum ius est immobile, ita loquitur *gl. in d. l. mouentium.* aut consideramus effectum descendentem ex ipsa obligatione, & tunc dicit regula iuris, qui actionem habet, rẽ habere videtur. Vnde procedunt aliæ glossæ, vt distinguamus, aut actio datur ad mobilia, vel ad immobilia, & secundum hoc, vel erit necessarium iudicis decretum, vel non vt per Alex. in *d. l. à Diuo Pio. §. in venditione, paulo post princ. vers. ad-*
14 *de.* vbi dicit; quod consueuit esse communis † cõclusio, quòd non est necesse, quod nomina debitoris, seu iura attribuantur speciei bonorum mobilium, aut immobilium, sed per se stare possint tanquam tertia species, & tunc nunquam appellatione mobilium, aut immobilium veniunt, vel continentur, inquit, vt hic, & *l. quam Tuberonis. §. pen. de pecu.* aut est necesse, quod ista nomina debitoris attribuantur speciei mobilium, vel immobilium, vt quia videndum sit, an ista nomina debitoris sint iudicanda, prout de mobilibus, aut de immobilibus, quia lex, vel statutum dicit, quod in omnibus bonis sint hæredes agnati, & cognati, sed quòd agnatis debeantur mobilia, cognatis immobilia; tunc, quia est necesse, quod nomina comprehendantur sub istis, iudicamus secundum opinionem *gl. in Auth. de non alien. §. hac ergo nos. in verb. numerãda.* videlicèt, quia aut ista actio datur ad quid mobile,† & tũc iudicatur mobilis, & prout de mo- 15
bili, & si datur ad immobile, iudicatur immobilis, & tanquam de immobili iudicatur; & ideo si quæratur, an quando minor cedit actionem sibi competentem, requiratur decretum iudicis, debemus aduertere, ad quid detur actio; quia si ad quid immobile, tunc requiritur decretum, & si detur ad quid mobile, & tunc subdistingue; videlicet, quia aut ad rem, quæ seruando seruari non potest, & tunc non requiritur, quia talia diximus supra suo loco, quòd sine decreto, & sine solemnitate alienari possunt;† vel datur actio ad rem, quæ seruando 16
seruari potest, & requiritur decretum, quia intelligitur secundum naturam rei, ad quã datur actio. & si competat actio alternatiua ad rem mobilẽ, & immobilem, vtrum tunc illa actio dicatur continere mobilem, & immobilem, vide Bar. *in l. si sic. §. si per illum tex. de leg. 1. vt per Alex. d. loco. Soci. cons. 101. 1. vol. incip. viso testamento Antonij. sequi videtur Gemin. in c. hoc consultissimo, hoc nostro tit. in 6. in verb. iura.* vbi videtur cõcludere, quod nomina debitorũ sunt species diuersæ de per se, vnde non sunt bona mobilia, nec immobilia. *d. §. in venditione. & in margine ad Gemin. allegatur Oldr. cons. 163. Bar. cons. 8. Car. cons. 27. Lap. alleg. 1.* & quia sunt incorporalia, quod non sunt in re mobili, vel immobili; vnde cũ sit species de per se, si legantur mobilia, & immobilia, & nihil diceretur de nominibus debitorũ, non cederent nomina debitorũ in legato, quia non est necesse, vt ad alterum istorum applicetur, tunc locum habet *gl. in Auth. de non alien. §. 1. col.* quia si in actione venit immobile, computatur inter immobilia, si mobile, computatur inter mobilia.

Et dicit D. Petrus Follerius *in sua praxi censuali, verb. huiusmodi censualia. nu. 25.* quod licet annui census non sint neque mobiles, neque immobiles, sed tertiam constituant speciem, secundum Abb. *in c. nulli. col. 3. vers. quid autem de reb. eccl. quem sequitur Alex. in addi. ad Bar. in d. l. mouentium ff. de verb. sig. Maria. in tract. oblatio. 8. libell. 6. q.* tamen vbi non sunt trahendi ad alterutrum eorum, sequuntur materiam immobilium, *l. si quis inquilinos ff de leg. 1. l. iubemus nulli. in prin. cum ibi gl. in verb. annonas vbi Bal. Paul. de Cast. C. de sacros. eccl. & l. hac edictali. §. his illud. vbi Bal. & Cy. C. de secun. nup.* Hinc est, quod Fratres Prædicatores sunt incapaces censuum, Feder. *cons. 12. Alber. in d l mouentium. de verb sig. Bal in Auth. ingressi. C. de sacros. eccl.*

Vnde si, vt per hæc distinctum apparet, iura, actiones, nomina, & huiusmodi incorporalia, modò sunt, & censentur immobilia, modo mobilia, & dicendum, quod vti mobilia, & vti immobilia alienentur, & alienari possint cũ causis, & solẽnitatibus, & sine, prout mobilia, & immobilia alienãtur; quia cũ causis, & solẽnitatibus à iure traditis, iura, actiones, & redditus, ac prouẽtus Ecclesiastici † alienantur, & alienari possunt. *Clem. 1. de reb.* 17
eccl. non. alie. vbi prohibens monasterio, Prioratui aut Ecclesiæ iura, redditus, & possessiones, potest cõcedi alicui ad tempus certum, vel ad vitam, nisi neces-

necessitas, aut vtilitas monasterij idẽ exposcat cõuentus sui, vel Prælati assensu ad hoc accedẽte; qa Ecclesia cũ decreto benè cedit, & alienare potest sua iura, dicit *gl. vel addi. Ioan. And. in c. 2. de reb. eccl. in 6. in verb. vniuersos. per Dec. cons. 123. incip. perlectis. 1. vol.* vbi dicit secundum conclusionem Doctorũ, valere venditionẽ annui redditus factã ab Ecclesia ad vitam, pro certo pretio; est doctrina Abb. *in c. nulli. ext. eo.* ibi: Sed est dubiũ de actione, nũquid in alienatione, seu iuriũ cessione debeãt seruari solẽnitates, & pro intelligentia, est quærere, nũquid cõputetur inter mobilia, vel immobilia, quia, inquit, benè potest concludi, quod secundũ propriũ significatũ vocabuli actio, vel nomina debitorum non sunt mobilia, nec immobilia, sed faciũt tertiã
19 speciẽ de per se; quia mobiliũ, † & immobiliũ appellatio cadit in his, quæ certo loco concludũtur: immobile enim dicitur illud, quod nõ potest à loco amoueri, mobile verò est illud, quod secũdum naturã suã est aptũ moueri; actiones ergo cum sint quid incorporale, non concluduntur certo loco, & sic non possunt dici immobilia, vel mobilia: ideo Iurisconsultus ponit actionẽ, seu nomina debitorũ, vt tertiã speciẽ. *d. §. in venditione.* quo fit, vt in testamentis appellatione bonorũ mobiliũ, vel immobiliũ nõ veniant nomina debitorũ, quia debemus capere verba propriè. *l. qui hered. ff. de cond. & demonst.* vnde, inquit, consuluit Oldr. & consului ego alias, quòd si Princeps reliquit bona sua mobilia distribuenda in pios vsus, nunquã veniunt in tali dispositione pœnæ adhuc non exactæ, tamen vbi oportet necessariò, vt actiones trahãtur ad bona mobilia, vel immobilia, vt quia dispositio vo-
20 lẽs † cõprehẽndere totũ patrimoniũ illius hominis, fecit mẽtionẽ duntaxat de mobilibus, & immobilibus, hoc casu ista tertia species assumit naturã alterius extremorũ, & hoc casu est seruãda opinio *gl. in Auth. de alie. §. hac ergo.* quæ tenet, quod actio cedi non potest, si competit pro re immobili, vel vti res immobilis alienari regulariter non potest, sed benè potest cedi, sic competat pro mo-
21 bili, † allegatur ad hoc dictum Bar. *ff. de autho. tut. in l. potest.* Et ex his, inquit Abb. potest inferri, nũquid Prælatus possit cedere actionem cõpetẽtem Ecclesiæ, seu illam vendere. idem, inquit Abb. dic in seruitutibus seu alijs incorporalibus, quod vbi necessariò non cõprehenduntur sub appellatione immobiliũ, aut mobiliũ, non veniunt appellatione illorum; sed vbi oportet, quòd includantur, vti quia de toto patrimonio disponitur, tũc serua, inquit, quod de proximo dictũ est, & per *Imo. in d. c. nulli. vers. vltimò. ibi, tangit hic D. Anto.* quòd iura, & nomina debitorũ cõputantur inter mobilia, & immobilia in effectu; & concludit, quòd aut quæri-
22 tur de seruitutibus, & seu de seruitutũ iuribus, † in illo casu censentur immobilia, quia adhærent rebus immobilibus *l. si alie. §. 1. ff. de vsucap.* quia si seruitutes de se possunt considerari, vt necessariò nõ habeãt esse in dispositione mobiliũ, aut immobiliũ, neutrorũ appellatione cõtinebuntur; & cũ regulariter non possideantur seruitutes sine rebus immobilibus, vt ædificia, & prædia, &c. *d. §. 1.* erũt inter immobilia cõnumerandæ, & ita debet intelligi *gl. in c. 2. in verb. iura. eo. ti. li. 6.* & seruitutes reales, ac iura pro eis competentia censentur immobilia, ex quo adhærẽt rebus immobilibus. *d. l. si alien. res. §. 1. ff. de vsucap.* Et si sint iura cõpetẽtia pro annuis redditibus similiter censentur immobilia. *Clem. exiui. §. cumque annui redditus. de verb. sig.* si verò sunt alia iura, puta, nomina debitorũ, tũc dicit ipse Imo. quòd ipsa in se considerata sunt immobilia, seu incorporalia. *l. 3. & l. 4. ff. pro soc. & tex. in l. quis ergo casus. ff. de pecul.* & ideo non possunt dici propriè mobilia; quia non præscribuntur loco, sicut res immobilis, sed sequuntur personam, quocunque vadit: facit in materia, quod habetur in *l. fi. C. de præscr. long. temp.* & sunt tertia quædam species separata à mobilibus, & immobilibus. *d. l. adiuno Piu. §. in venditione.* vbi disponit, quod in exequutione sententiæ primò deueniatur ad mobilia, secundò ad immobilia, tertiò ad nomina debitorũ; vnde, inquit, in talibus legatis non veniunt nomina debitorum, & hoc etiam voluit Specu. *in tit. de fruct. & interess. §. 1. vers.* sed pone Prælatus, & ibi per *Ioan. And. in addit.* Si verò sit necessariũ, † quod 23
ipsa nomina debitorum applicentur ad aliquam speciem mobilium, vel immobilium, putà, quia tractatur de alienatione talium iurium cõpetẽtiũ minori, & quæritur, an solemnitas aliqua requiratur in tali alienatione, & sic eadem solẽnitas requiritur, quę in rei immobilis alienatione requiri solet; si verò pro re mobili, † & tũc iudicatur prout 24
de re mobili, re natura, & qualitate inspecta; & sic si cõpetat actio pro re mobili, quę seruãdo seruari non potest, solẽnitas non requiritur, & ideò procedit, inquit *gl. in Auth. de non alie. §. 1.* & quando dicatur necessariũ, quod ipsa nomina debitorũ applicẽtur ad aliquã speciẽ mobiliũ, vel immobiliũ declarat, & dicit Abb. *in c. nulli. de reb. eccl. ext.* dicens tunc dici necessariũ, quando sumus in dispositione, in qua disponens vellet totũ patrimoniũ alicuius cõprehendere, & in illa facere mentionẽ de bonis mobilibus, & immobilibus dũtaxat, intẽdens per istã expressionẽ, & mentionẽ totũ patrimoniũ, & totas facultates amplecti, quia tũc actiones quoq;, & nomina debitorũ veniunt, & alterius naturam assumerent, prout in se continerent. Hãc declarationem Abb. per multa, quæ disputando adducit, improbat *Aug. Bero. in d. c. nulli col. 30. vers.* hanc declarationem Abb. quam posteà saluat in *vers. vel cogita.* vt veniant comprehensa ista nomina debitorũ nõ ex proprietate verborũ, prout declarat Abb. sed ex mente disponentis, secundũ quã cõprehendi possunt nomina debitorũ, quæ accedere possunt mobilibus, aut immobilib⁹, *per Spec. in tit. de fructib. & interesse. §. 1. vers.* secundò quæritur, & per Alex. quæ copiosè adducit *D. Bero. in d. vers. vel cogita. &c.* quo loco ad longum disputat de materia actionũ, iuriũ, & nominũ creditorũ Ecclesiæ, & an possint, vel non possint cedi, & an cũ solẽnitate, vel sine, *col. 26. vers.* in quæstione, an Prælatus solus, &c. mihi *nu. 69.* subdens Imo. ibidem: Et nota, quod si actio cõpetit ad pecuniã, censetur actio cõpetere pro re mobili, † quæ seruando ser- 25
uari nõ potest *gl. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Treb.* sed id ego non intelligerẽ simpliciter de qualibet pecunia, sed putarẽ posse distingui, vel pecunia esset paruæ, vel magnæ quantitatis, & aliàs prout diximus

mus supra de pecunia suo loco *in q. 6.* de aliena-
tione mobilium, quæ seruando seruari non pos-
sunt, & infra *in q. 16.* de alienatione pecuniæ Ec-
clesiæ, subdens Imola ibi: Et quod dixi de iuri-
bus, & nominibus minoris, idem dic de iuribus,
& nominibus Ecclesiæ, quia est eadem ratio, *c. 1. de
in integ. rest.* & pro eo, quod dixi debere inspici, ad
quid competat actio, facit *l. si ad resoluendum. C. de
præd. mino. sequitur Bal. in d. l. iubemus. in prin. C. de
sacros. eccl. vbi vers. secundo dico.* dicit, quòd licet in
iuribus personalibus, quæ subiectiuè fundantur
in persona, & non in re, non sit reperire quasi
possessorem, nisi quodammodo impropriissimo
26 modo, † & per consequens non sit reperire ali-
quod iudicium possessorium. *l. si ff. quor. bonor.* ta-
men istud est verum, nisi pro annuo censu, vel
redditu, quia reputatur quid simile: & ita sal-
uatur id, quod legitur, & notatur extra de elect.
c. querelam. Et per eundem *Bald. in auth. hoc ius. C.
de sacros. eccl. in fi.* vbi quærit, quid de actionibus
competentibus pro alia re, quàm pro annuo
redditu, vel debito, vtrum possit cedi, vbi etiam
tenet, quòd si competat pro re immobili, etiam
potest cedi, quamuis, inquit, cessio actionis non
sit alienatio propriè. *l. si sponsalib. §. 1 de iure dot.* si
27 verò † competat pro re mobili, potest cedi, sicut
res mobilis. Et per Doct. *in d. c. hoc consultißimo.
de reb. eccl. non alien. in 6. vbi habetur,* quòd illud,
quod Ecclesia non potest cedere, aut alienare iu-
ra, vel actiones sine solemnitate requisita, intel-
ligi debet, quando talia iura, vel actiones com-
petunt ad immobilia, vel mobilia pretiosa, aliàs
secus erat; quia actiones, nomina debitorum, &
iura iudicantur secundum naturam rei, super
quâ sunt fundata, ità no. *gl. in §. 1. in Authen. de non
alien. & in l. 1. C. si aduer. transact. & ibi Bal. & per
Bar. in l. potest. & in l. pupillus. ff. de autho. tut.* Et di-
cit *Gemin. in d. c. hoc consultißimo. eo. tit. in 6.* quod
redditus annui computantur inter immobilia:
quod limitat verum Fede. de *Sen. cons. 82.* quan-
do referuntur ad longum tempus, vt dico suprà,
28 † ita intelligit *Clem. exiui.* sed si referuntur ad
modicum tempus, non computantur inter im-
mobilia, vt si legarentur alicui redditus annui ad
sex, vel octo annos, non possunt æquiparari im-
29 mobilibus, † allegat pro hoc *Clem. 1. de reb. eccl.
non alien.* vbi redditus possessionum æquiparantur
bonis immobilibus, quando refertur dispositio
ad longum tempus, secus si ad breue: & in margi-
ne ibi allegatur *Lud. Roma. cons. 302. Pet. de Ancha.
cons. 48.* refert etiam, & sequitur *Domin. in c. 1. eo.
tit. li. 6.* Sed pro hoc vide *Iaso. in l. sciendum. ff. qui sa-
tisd. cog.* vbi dicit; quòd tunc annui redditus
computantur inter immobilia, quando percipi-
30 untur ex fundo, † quia tunc releuant quem ab o-
nere satisdandi, per iura, quæ adducit: quod qui-
dem ipse limitat tribus modis. Primò, quando
ille, qui possidet annuos reditus est in posses-
sione illos percipiendi: secundò, quando di-
cti reditus sunt ad longum tempus, si ad modi-
31 cum: † tertiò, quando tales annui reditus deben-
tur illi ex publico, vt sunt impræstita Venetia-
rum. Ergo adderem etiam, vti sunt in Montibus
erectis in Romana Curia, putà, per Romanos
Pontifices in Monte Fidei, Monte Farinæ, Mon-
te S. Spiritus, & huiusmodi. † Item in inclita pa- 32
tria mea Genuensi Monte S. Georgij communis
Genuæ, quem vocant Montem Comperarum
Sancti Georgij, in quo stant reditus firmi & tu-
ti, non ad plus, quam trium, vel circa pro cente-
nario, tales reditus tunc æquiparantur stabilibus,
& releuant quem ab onere satisdandi. Et post i-
stos, vide *Lau. de Rodul. in repe. c. fine exceptione. 12. q.
2. q. 6.* vbi disputat, nunquid iura, vel nomina pos-
sint alienari sine solemnitate: vbi idem tenet, ma-
teriam disputando per tres, vel quatuor colum-
nas. Facit *abb. in c. tua. de his, quæ fi. à Præla. in fi. verb.*
ibi; Quia quemadmodum Prælatus solus non po-
test alienare rem, ita nec actionem. Faciunt dicta
Soci. *cons. 18. 14. col. vers. circa sextam.* vbi tenet,
quòd super iuribus Ecclesiæ non potest compro-
mittere clericus sine superioris authoritate, quē-
admodum non potest solus alienare res Ecclesiæ,
quæ sibi soli sunt alienari interdictæ. Idem tenet
Spec. *in tit. de arbit. §. restat. vers. sed nunquid. & a-
lias,* vt ibi per eum. Et iura, & immobilia paribus
passibus ambulant, Archid. *in c. 2. de reb. eccl. in 6. v-
bi apostilla. alleg. Bar. in d. l. mouentium. ff. de verb. sig. &
ibi plene Alex. in apostilla. Alex. cons. 16. circa fi. 1. vol. &
cons. 31. 3. col. vers. sed ita eo. vol. Bart. in d. l. si sic. §. si. de
leg. 1. Alex. cons. 27. in fi. & cons. 49. circa princ. 3. vol.
Bar. in l. singularia. 5. col. ff. si cer. pe. & Auth. hoc ius. in
fi. C. de sacros. eccl. Bar. in l. centurio. 7. col. ff. de vulg.
Iaso. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. obli. Fe-
ly. in proœ. Decret. 3. col.* idque est intelligendum iu-
xta supradicta, & supradictam distinctionem. Et
vnum illud est sciendum in hac materia; quia
quemadmodum iura, & actiones Ecclesiæ, vt su-
pra fuit dictum, alienari prohibentur, ergo simili
modo debent dici prohibita præscribi, aut vsu-
capi: quoniam vbi lex alienationem prohibet, v-
sucapionem quoque prohibuisse censetur: † quia 33
alienationis verbum vsucapionem continet. *l. a-
lienationis. cum gl. & ibi Bart. ff. de verb. sign. & l. vbi
lex. ff. de vsucap.* quod tamen falsum est; quia res
Ecclesiæ possunt præscribi; item vsucapi, iuxta
not. *in c. 1. de rest. in integ. per Innoc.* & alios magis
** communiter. & habetur de seruitutibus, alijs- **
que iuribus *in c. de quartâ. de præscrip. per Aug. Bero.
col. 36. nu. 81 in d. c. nulli. de reb. eccl. alien. vers.* sed v-
num, &c. Facit, quod habetur per eundem in *c. 1.
16. col. eo,* quod Episcopus, licèt possit disponere de
fructibus, † & obuentionibus, & fructibus deci- 34
marum, non tamen potest disponere de iure deci-
mandi, vt possit illud à certo loco, & à certa Eccle-
sia auferre, & alteri loco, vel Ecclesiæ conferre, vt
ibi per eum vers. secundò Abbas: & paulò post i-
bidem in vers. quartò. vbi dicit, quod quatenus in
c. ad audientiam. intelligatur de iure decimandi
concessio, potest dici illud factū esse à Papa nō de
ordinaria potestate, sed de potestatis plenitudine
Papæ, & de eius mandato expresso, quia inferior
à Papa hoc facere non potest inuito Rectore, &
absque consensu Rectoris maioris Ecclesiæ, &c.
Facit, quod habetur per Bar. *in cons. 199. 2. vol. in fi.*
vbi dicit, quòd de iure Canonico eodem modo
prohibetur translatio vtilis dominij, † quemad- 35
modum & directi, in quo eadem solemnitas ad-
hiberi

hiberi debet. *c. nulli. de reb. eccl. alie. vel nō. facit tex. in c. statuimus. ext de transa.* vbi de consensu superioris est permissa transactio, siue compositio super decimis. *& ibi no. Inno.* quod sine consensu superiorum non est licitum inferioribus clericis alienare res immobiles Ecclesiæ, vel redit⁹ annuos. *Auth. de alie. & emph. in prin. 17. q. 4. c. in venditionib.* vnde à contrario sensu seruatis solemnitatibus non est interdictum.

SVMMARIVM.

1 *Verbum rei est generale, complectens tam corporalia, quàm incorporalia.*
2 *Quid sit vsus.*
3 *Vsus non consistit in rebus, quæ solo vsu consumuntur.*
4 *Quantum possit sumere vsuarius.*
5 *Quid sit vsusfructus.*
6 *Differentia inter emphyteutam, & vsufructuarium.*
7 *Vsusfructus alienatio est prohibita.*
8 *Vsusfructus alienatur forma seruata.*
9 *In precario, & in vsufructu interuenit scriptura.*
10 *Ius vsusfructus non potest vendi, sed benè commoditas percipiendi fructus.*
11 *Bona, in quibus debetur vsusfructus, non prohibentur alienari.*
12 *Si constituo vsumfructum, alieno, item si loco ad longum tempus.*
13 *Si promitto tibi dare fructus, etiam si per centum annos, non alieno.*
14 *Superioris licentia sufficit ad attendendam pœnam, non ad validitatem contractus.*
15 *Alienatio possessionis parit perpetuam fructus perceptionem.*
16 *Duplex ius habemus proprietatis, & possessionis.*
17 *In alienatione illius, quod possidetur ab Ecclesia, requiritur solemnitas.*

DE VSVSFRVCTVS, ET POSSESSIONIS REI ECCLESIÆ ALIENATIONE.

QVAESTIO XV.

POTEST dici quoque, quod si extra propositum dicere, vel quęrere hic, an vsus, vel vsusfructus rerum Ecclesiæ possit alienare, vel distrahi; quia cū habeatur *rub. de reb. eccl. non alie.* per quam generaliter rerum Ecclesię interdicitur distractio, & alienatio illarum, de his etiam videtur dictum, quod de alijs dicitur improximè præcedentibus, maximè per verbū Rebus, quod est no-
1 men, † & verbum generale, omnia, & quæcunque
amplectens, per *text. in l. 1. §. fi. ff. si cer. pet. Bar. in l. Quintus. §. argento. 1. col. vers. quaero aliquis. ff. de au. & arg. leg* & verbum Rei complectitur tam corporalia, quam incorporalia, per *Spec. de emp. & vend. §. 1. col. 3. vers.* nota, quod in contractu venditionis. ibi; Verbum autem Rei complectitur corporalia, & incorporalia, &c. qualia sunt iura, & huiusmodi incorporalia; quia vsus est ius vtendi rebus alienis
2 † saluâ rerum substantiâ, secundum Azo. in Summâ, & secundum *gl. in l. 1. ff.* de vsu, & habit. ex quâ definitione infert *gl. ibi*, quòd vsus propriè consistere non potest in rebus, quę solo vsu consumuntur, † & vsuarius est, cui re tantum ad vsum quoti- 3
dianum vti licet, *Insti. de vsu, & habit. §. 1.* vnde vsuarius potest sumere, non solum quātum sibi expedit, † sed etiam quantum & familiæ suæ sit ne- 4
cessarium. *l. plenum. in fi. ff. de vsu, & habit.* & vsusfructus est ius † alienis rebus vtendi saluâ rerum sub- 5
stantiâ; quia est ius in corpore, quo sublato, & ipsum tolli necesse est, *l. 1. ff de vsufruct. Insti. eo. tit. in princ.* & est propriè solum in rebus, quæ vsu non consumuntur. *l. omnium. ff. eod* à quo vsufructu est dictus vsufructuarius, qui differt ab emphyteuta: quia emphyteuta habet vtile dominium, iste autem habet solum ius vtendi, † & fruendi ab vsua- 6
rio verò differt, quia is, cui datur nudus fundi vsus, nihil habet vlterius in eo, nisi vt oleribus, pomis, fęno, & huiusmodi vtatur ad vsū quotidianū, nihil alij vēditurus, aut daturus, & in eo moritur, sic tñ, vt domino fundi molestus nō sit, nec ijs, per quos opera rustica fiunt; nec potest ius, quòd habet, alteri vendere, aut locare, aut gratis concedere, sed vsufructuarius sic, *Insti. de vsu, & habit. §. 1.* Et ex eô etiam videtur posse dici, esse extra propositum hic de huiusmodi sigillatim dicere; quia cū vsus, & vsusfructus sint iura, & actiones, videtur, quod de eis supra sit dictum: nam cum de rebus sit dictum abundè, genericeque, superfluum videtur de illis quoque specificè, & particulariter loqui. superflua enim sunt resecanda, & euitanda: tamen quia nostra fuit ab initio, & est ad præsens intentio, rem, & materiam istam magis, quam fieri possit, & clarius pertractare, de omnibus etiam particularius, quam fieri possit, dicere intēdimus: cum illa, quæ magis particulariter sunt tradita, melius percipiantur, & intelligantur: ideò hic ponere decreuimus ea, quæ de talium alienationibus tradita per iura, & Doctores inuenimus; quia licet propriè loquendo, nō possit dici quid alienatum, nisi quando transiuit dominium. *l. 1. C de fun dota & in l. alienationis verb. de verb. sign.* quod non videtur in istis considerabile. vsus enim & vsusfructus sunt quid separatum à dominio, & proprietate, immo in alio præsupponunt dominium esse, & proprietatem, & licet dicat *tex. in c. non liceat Papa*, quod non liceat iure Ecclesiæ dare in vsumfructum, † 7
12. q 2. & Bal. in cons. 194. 1. vol. dicit; quod alienatio vsusfructus est de iure prohibita, *l. iubemus. § fi. C. de sacros. eccl.* tamen videtur, quod vsus, & etiam vsusfructus rerum Ecclesiasticarum possit distrahi, & alienari. De vsu habemus per Bal. *in Auth. hoc ius. col. 2. C de sacros. eccl. col. 2 ibi:* Sextò est considerare vsum facti magis prouenientē ex permissione domini, quam ex natura possessionis. *l. si seruus communis. §. locū. ff. de furt.* & hic, inquit, si ista commoditas transfertur ad lōgum tempus, licet propriè nō sit alienatio, tamen habet ibi materiam prohibitam in loco alienationis, ne committatur fraus. *c. hoc consultissime de reb. eccl. non alie. in 6. Clem. monasteriorum. eo. ti. facit. c. exijt, qui seminat. § porrò. de verb. sign. in 6.* Et de vsufructu videtur esse *tex. in d. l. iubemus. C. de sacros. eccl. §. sanè.* vbi vsusfructus rei Ecclesiasticæ permittitur posse distrahi, & concedi alicui, vel ad tempus, vel ad vitam recipientis, hoc tamen acto, quod tempore concessionis vsusfructus

fructus finito reuertatur Ecclesiæ res alia tantundem reditus cũ dicto vsufructu concesso, vbi Bar. id notat subdens, quod textum illum allegauit eo anno pro casu in vna quæstione Ecclesiæ Sanctæ Crucis de porta Sancti Petri, &c. vbi notat, quod vsusfructus rei Ecclesiasticæ ad certum tẽpus, vel vitam recipientis cõcedi potest, cum hoc, quod vsufructu finito, cum illo reddatur tantundem Ecclesiæ. idem habetur reperitum, & extensum ad omnes Ecclesias, in *Authen. de alien. & emphyt. § si verò aliquis quamlibet rem immobilem, &c. & § si verò quis voluerit. circa fi. illius ti.* vbi habetur, quod vsus-
8 fructus rei Ecclesiasticę, seruatâ formâ,† & modo ibi tradito, benè potest alienari, & distrahi. doctrina est *Bal. in Auth. hoc ius. C. de sacrosf. eccl. ibi*; Tertiò est considerare vsumfructum, & hoc si trãsferatur, dicitur etiam quædam alienatio. *l. iubemus. la. 2. §. fi. eo. ti. vbi Pau. de Cast. in verf.* sanè nota; quod permittitur alienari vsusfruct' rei immobilis Ecclesiæ ad certum tempus, vel ad vitam recipientis, dum tamen recipiens promittat finito tempore vsusfructus restituere rem Ecclesiæ, & etiam vnam aliam rem suam non minoris valoris, quá illa sit, quantum ad proprietatem, & vsumfructum, aliàs vult contractum non valere; item quia vsus solus rei concedi potest, toto *tit. Instit. de vsu, & habit. per Spec. de emp. & vend. §. 1. verf.* dare in instrumentis. ibi: Impropriè verò ponitur in illis instrumentis, in quibus solus vsus, vel sola possessio rei cõceditur, & in instrumentis emphyteusis, feudi, & locationis, & c. est dicendum, quod vsus etiam rerũ Ecclesiæ possit alienari, pari modo & distrahi, quemadmodum vsusfructus: & de vsus alienatione idẽ videtur dicendum, quod de vsusfructu, videtur *tex. in l. iubemus. præalleg. §. sanè, & præalleg. Auth. per ea, quæ dicit Bal. in d. Auth. hoc ius. de sacrof. eccl.*

Hæc autem sint dicta ex disputatione iuris ciuilis: quia de iure Canonico nemini dubium esse potest, quod vsus, & vsusfructus rerum Ecclesiarũ potest nedum ad vitam, & ad tempus alienari, sed etiam perpetuò, videtur *tex. in c. sæpè. 12. q. 2.* vbi Episcopus potest donare bona Ecclesię, quò ad vsufructum ad tempus alicui, qui seruiat Ecclesię, puta, terras, & similia, & de hoc habet fieri cautela per scripturam, ne superuenientia temporis procedẽte possit allegari postmodum præscriptio; quia isto modo per quantumcunque tempus possideat cleric', vel alius nõ præscribit, *c. clerici. 16. q. 3.* quia est vsusfructuarius tantùm, qui nõ potest pręscribere. *§ fructuarius Inst. per quas perso. nob. acqui.* & durante illo seruitio, durabit stipendium: & ideò dicit nomine precario: quia quemadmodum in pre-
9 cario habet interuenire scriptura,† ita & in simili cõcessione ad vsumfructum, facit *tex. in c. possessiones. 16 q 1.* vbi habetur, quod huiusmodi bona possunt cõcedi clericis pro meritis, & seruitijs collatis, & etiam possunt cõcedi monasterijs intuitu religionis, aut peregrinis, si necessitas hoc suaserit, si tamen, vt hęc ipsa non perpetuò, sed temporaliter perfruantur; & hæc sunt verba formalia tex. & sic tamen quò ad vsum, non quò ad proprietatẽ. vbi Arch. interpretando verbum Perfruãtur, passiuè, inquit, vel actiuè, id est, ad vsum habeantur, vel ad vsum habeant: subdens, tenetur etiam isti possidẽtes vites suf ferere, possessiones nõ deteriorare. *l. si cuius. §. vlt. ff. de vsufruct.* & paulò post, idẽ, quod peregrinis laicis, vel clericis, si pauperes sint, & indigeant, licitè concedantur possessiones Ecclesię, vel in vsumfructum, vel in proprietatem. Et *tex. in d. c. possessiones. 16. q. 1.* exprimit tres casus, in quib' rei Ecclesiæ possunt concedi in vsumfructum, videlicet, quando cõcederentur pro meritis, vel monasterijs intuitu religionis, vel certè ipsis peregrinis; & quando fit alienatio vsusfructus, nõ propriè fit alienatio, sed impropriè, vt per *Bal. c. 1. § aut si libellario. vlt. col. verf. adde; quòd alienatio. quib. mod. feud. amitt. & in rub. de feu. alien. dicit*; quòd alienatio fit quatuor modis, scilicet, proprijssimè, quando plenum dominium transfertur: propriè, quando ius, & vtile dominium transfertur: impropriè, quando alienatur vsusfructus, & seruitus: improprijssimè, quando datur pignus sine spe luitionis. Et de iure Canonico permittitur rei totalis alienatio ex istentibus causis, per *tex. vltra alios. c. sine exceptione. 12. q. 2. & c. hoc cõsultissimo. de reb. eccl. li. 6. per Bal. optimè conf. 374. 3. vol.* vbi dicit, quòd in quatuor casibus alienari possunt res Ecclesiæ, pietatis, necessitatis, vtilitatis, & incommoditatis: his enim casib', inquit, potest alienari plena proprietas rerum Ecclesiæ, nedum nuda subdens: Dico ergo, quod Ecclesia potest nudam proprietatem permutare in alia re meliori, magis fructuosa, vtiliori, & magis necessaria Ecclesię: nam quosdã fundos vendimus propter sterilitatem ipsorũ, quosdã propter vicinitatẽ cõparamus, dicit Paul. de Cast. *in d. l. iubemus. § sanè. ibi*; Sed per Auth. quæ infra sequũtur, ab illa auth. si quas ruinas vsque ad auth. hic vsus pręstatur, pmittitur alienatio, nedũ in vsufructu, sed & in pluribus alijs, maximè qñ nõ fit ex toto, sed quò ad vtile dominiũ, remanẽte directo penes Ecclesiã: & de iure Canonico permittitur totalis alienatio, si vtilitas Ecclesię hoc suadet, *c. sine exceptione, & c. hoc consultissimo. allegatu. per Bal. in conf. 189. 2. vol. in fi.* vbi dicit; quod de iure Canonico eodem modo prohibetur alienatio, vel translatio vtilis dominij, sicut directi, & sic eâdem ratione in vtroq; casu erit necessaria eadẽ solẽnitas, *c. nulli. de reb. eccl. & per eundẽ Bal. ibidẽ paulò ante.* nã si cõceditur plenaria alienatio rel Ecclesiasticæ ex causis not. *per gl. 12. q. 2. in summa*, scilicet, ex causa vtilitatis, necessitatis, pietatis, incõmoditatis, aut minoris vtilitatis, quantò magis debet cõcedi id, quòd est min', loquẽdo de emphyteusi, quòd simile est in materia Et facit ꝓ materia; quia vsusfructuari' pôt benè cedere, vel vẽdere cõmoditatẽ vsusfrũctus, per *Bar. in l. intereſt. C. de vsufr. & habita & per eundem Bart. melius in l. cum Titio. ff. ad l. Falcid.* vbi dicit; † quòd ius vsusfructus, & ius alimentorum 10
vendi non potest. *l. si vsusfructus ff. de iur. dot.* Ratio est, quia à persona separari nõ potest, & alia sunt alimenta vnius personæ, & alia alterius *Instit. de vsufr. §. finitur.* sed benè cõmoditas percipiendi fructus vendi pôt. *l. necessariò. § si ff. de perit. & commo. rei. vend.* Ita annuus reditus emi, & vendi pôt tam in pecunia consistens, quam in alia re. *C. de sacrosf. eccl. l. iubemus. in fi. & in Auth. de non alie § vult enim* Sed vsusfructus non potest alteri cedi, vendi, nec legari, sed tantũ perceptio fructuũ, id est, fructuũ per-

percipiendorum commoditas. *d. l. necessariò. §. fi. & in l. arboribus. §. vsufructuarius ff. de vsufr. not. Bar. in l. 7. C. de petit. bon. subla li. 10. Bal. in l. per diuersas. C. mand.* & alteri cedendo, vel vendendo, quam domino, id est, proprietario nihil agit. *d. l. si vsusfructus & ff. de noua l. si vsusfructus. & Instit. de vsu, & habita. §. item si. in gl. in verb. transferre.* & ita in monasteriũ
vsusfructus nõ transit ex persona vsusfructuarij ingredientis, sed tantùm commoditas percipiendi,
quæ durat, donec ingrediẽs viuit, per Bal. *in Auth. ingressi. C. de sacros. eccl.* sed habens vsumfructũ formalem, si ipsum vendiderit, cõsentiente proprietario, & sic in casu à iure permisso, non perdit ipsum; quia *text. in d. §. finitur.* habet locum, quando
venditur in casu prohibito, per Bal. *in l. 1. C. si pig. dat. fac. l. vsusfructus ff sol. matr.* vbi vsusfructus formalis venditus non reuertitur ad proprietatem,
quia videtur solùm vendita commoditas ipsius,
non ius inseparabile à persona. *d. l. necessariò. vt tradit Bald. d. l. 1.* Sed pro conclusione prædictorum;
magistraliter distinguendo concludes, aut vsusfructuarius vendit, &c. & nõ finitur vsusfructus; quia
rem alienam vendere potest in sui præiudicium.
l. rem alienam ff. eo. aut tradit vsumfructum formalem, & tunc, aut non traditur possessio, & nõ finitur vsusfructus, quia non erat separatus à vẽdente, cui est tradita possessio; & est finitus, & redit ad
proprietatem. *d. §. finitur*; aut venditur commoditas percipiendi fructus, & non finitur. *d. l. necessariò. in fi. ita signanter dicit Bal. in l. res quarum. C. de iur. dot. refert Fabia. de Mon. in tract. de empt. & vend.*
11 *q. 4. princ. vers. 21. nu. 53. & seq.* vbi etiam dicit; †
quod bona, in quibus debetur alteri vsusfructus,
alimenta, vel reditus non prohibentur alienari.
Faciunt deducta per Laur. de Rodulph. *in repe. c. fine exceptione. 12. q. 2. qõ. 28. vers.* ad prædicta; quod
ille, qui vendit fructus domus pro cẽtũ annis, aut
vendidit fructus constituendo emẽti ius vsusfructus in re, & tunc est alienatio, vt *l. fi. C. de reb. alien.*
aut non constituendo, sed obligando se actione
personali ad dandos fructus, & tunc non est alienatio. *l. si ff. de contrahen. empt. facit. l. liberto. in prin. ff. de ann. leg.* quod qualiter perpendatur, scilicet,
quod constituerit ius vsusfructus nec ne, notat. in
l. si ita. ff. de vsufr. facit. l. fundi Trebatiani ff. de vsufr. leg. secundum eundem Bar. vt per Laur. d. loco. Per quæ
videtur inferre, quod cum constituitur ius vsusfructus in re, est alienatio, & tunc debeat in alienatione tali interuenire solemnitas. Et idem dicit
apertius idem Laur. *in sua quæst. disputata, quæ incipit, quo trimembru. vers. quintò dico.* vbi dixit; quod
constituere quem vsumfructuarium in vita re, est
alienatio; & propterea, si non seruentur solemnitates, non valet alienatio, per illa verba, ibi; Quia
cum constituerit vsumfructuarium in vita, ex quo
solemnitatem non seruauit, per consequens alienatio non valet: & nedum in regulari clerico, sed
etiam in seculari procedit: pro quo videtur esse
casus *in c. non liceat. 12. q. 2. ibi*: Nec in vsumfructum
iura dare, vt ibi per eũ. sequitur Bertach. *de Firm. in tract. de Episc. 4. par. q. 45. nu. 154. vers. circa prædicta.* vbi dicit, quod prohibitus alienare non potest
vsumfructum constituere etiam per mensem, sed
benè potest locare ad tẽpus non longũ. Itẽ potest
promittere fructus, & dare ẽt ad centũ annos, secũdũ Bal. *in c. 1. col. 7. qui feu. dar. poss. Ang. verò in Auth. de nõ alie. §. hoc igitur. col. 2 aliter loquitur. & vide Bar. & Bal in l. codicillis. §. instituto. de leg. 2.* vbi dicit; quod
prohibitus alienare põt promittere, vel vendere
fructus rei ad mille annos, nisi vendendo fructus
cõstituat ius vsusfructus emptori, secũdũ Bar. *ibi, & est tex in l. fi. C. de reb. alie.* quòd nec vsumfructũ
cõstituit, † qui nõ põt alienare. *d. l. fi. & Bal. d. locu,* 12
per Bertach. d. loco Et habetur in addi. ad Bal. de his, qui feu. dar. poss. col. 4 vers. & an nomine. in verb. alienationes. De locatione ad tempus, quãdo dicatur alienatio
† tres sint casus. Aut ego alienare prohibitus con- 13
stituo tibi vsumfructũ, & alienare dicor, ẽt si per
mensem constituerẽ; aut loco, & non dicor alienare, nisi ad longũ tẽpus; aut promitto tibi dare fructus, qui percipientur singulis annis, & tũc ẽt si ad
centũ annos constituerẽ, nõ dicor alienare, sed est
quædã personalis obligatio. Per quæ potes cõcludere, quòd prohibitus alienare non põt vsumfructum constituere; quia constituere vsumfructum
videtur esse alienare. Et quòd vsusfructus vendi
possit, prout res illa, super qua fuit impositus, vẽdi, & alienari põt causis, & solẽnitatibus interuenientibus à iure requisitis in alienatione bonorum
Ecclesiæ; vide eundẽ Bertach. *in eo. tract. de Episc. q. 54. nu. 178. vers.* sed quid si Prælatus. vbi quærit; an
si Prælatus vendat fructus Ecclesiæ nõ ad modicũ
tẽpus, & statim recipiat pecuniã, contractus valeat
sine solẽnitate iuris? Et dicit, quòd nõ, si Prælatus
vendat ius percipiẽdi fructus ad longũ tẽpus, vel
locet, non obstante *Clem. 1. de reb. eccl. non alie.* quia
ad euadendũ pœnã sufficit superioris licentia, nõ
† aũt ad contractus validitatẽ. Sed si Prælatus ven- 14
dat fructus percipiendos per ipsum tradendos religioso, sufficit formam seruari *d. Clem. 1.* Et dicit
Car. *in d. Clem. 1. vers. 27. quæro, in q.* quam facit ibidẽ
venditione fructuũ; quòd si venditur ius colligẽdi, est solẽnitas necessaria ẽt in clerico seculari, *c. 2. eo. ti. li. 6.* idẽ si vẽditio fit per modum locationis
perpetuæ, quia est alienatio; secus, si vendũtur fructus percipiendi, ad quos tractãdos obligat se Prælatus, quia si vendens est religiosus, sufficit seruare
formam *d. Clem. 1.* si verò alienans sit clericus secularis, & tũc si fructus sunt communes cum alijs, debet adhiberi cõsensus illius, cũ quo sunt cõmunes;
si verò fructus spectẽt tantũ ad alienantẽ, tenet alienatio in eius præiudiciũ, licet nõ in præiudiciũ
successoris. subdẽs, quod in tẽporalibus successionibus nõ est forma necessaria. Similiter ad materiã
facit; quia ille, cui legata est in testamẽto domus ad
habitãdũ, poterit illã alteri locare, & finietur morte illius, cui legata est. *l. si habitat. ff. de vsu, & habit. Inst. eo. §. sed si cui.* ille verò, cui vsus est relictus, nullo modo ius suum ad alium transferre potest.

Hæc volui deducere, licet nimis seriosè, ad materiam vsus, & vsusfructus. Addam subsequenter,
quæ inter legendum reperij circa alienationem
possessionis Ecclesiasticæ. Et de alienatione possessionis rerum Ecclesiæ dicendum videtur pari
modo, quòd sit interdictum illam vẽdi, distrahi,
vel alienari, per *tex. in c. hoc consultissimo de reb. eccl. lib. 6.* vbi interdicitur Prælato, quòd bona Ecclesiæ
immobilia, vel iura non submittat, non subijciat;

aut supponat alicui. vbi gl. notat, quòd bonorum Ecclesiæ dominium est penes Ecclesiam, videtur esse *tex. in d.c. nulli. §. alienationis. extra eo. vbi no. Hostien.* quod verbum Alienationis ibi large accipitur etiam pro actu, per quem transfertur sola possessio, vel vsus, vt in contractu emphyteusis, feudi vel locationis, per quem sola possessio, vel solus vsus transfertur, per Spec. *in tit. de emptione. §. 1. vers.* dare in instrumentis quandoque propriè, & impropriè accipitur. Et dicit Bal. *in Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl.* quòd alienare rei Ecclesiæ possessionem circumscripto, vel retento dominio, dicitur quædã alienatio, quia parit perpetuam fructuum

15 perceptionem.† ibi, Quintò est considerare possessionem, si possessio est iusta, etiam circumscripto dominio, dicitur quædam alienatio. *l. magis puto. §. 1. de reb. eo.* nam parit perpetuam fructuum perceptionem, *not. ff. de acquir. poss. l. 3. §. ex contrario. & per eundem Bal. ibidem vers. vltra Doctores.* vbi dicit, quòd si dominium vtile transferatur, dicitur, & est alienatio; & licèt propriè non dicatur facta rei alienatio, nisi quò ad dominium, & nisi quando dominium rei transiuit; quia tunc verè alienatio facta censetur, per *tex. in l. 1. C. de fun. dot. l. alienationis verbo. ff. de verb. signif.* tamen largo modo dicitur etiam alienatio quo ad possessionem, per ea, quæ dicit Inno. *in c. Episcopi. ext. de reb. eccl. alie. & per Archid. in c. & si illi. 12. q. 2.* ibi: Ad ius, id est ad potestatem; quasi dicat, facias, quòd illi, qui sunt alienati ab Ecclesia, redeant ad suam potestatem, &c. Vnde, inquit, apparet, quòd quando mãdatur alicui, vt ea, quæ de bonis Ecclesiæ inuenerit alienata, studeat ad ius, & proprietatem Ecclesiæ reuocare, res intelligitur reuocari ad ius Ecclesię, & proprietatem, etiam si Ecclesia non amiserit proprietatem, sed possessionem tantùm. nam & duplex ius habemus, iure, scilic. proprietatis, &

16 possessionis,† & in larga significatione dicitur etiam alienari possessio, non solum proprietas. *ff. de alie. iud. mutan. caus. fact. l. non solum. ff. quod met. cau. §. 2. c. nulli. extra de reb. eccl. alie.* & contraria, inquit, loquuntur in stricta significatione, vnde dic, quòd in hoc casu potest agi petitorio, & possessorio, secundum Innoc. *in d. c. Episcopi. per Host. in d. c. nulli. in §. alienationis.* ibi, Verbum Alienationis hic largè accipitur etiam pro actu, per quẽ non transfertur dominiũ, &c. & per eundem Host. *in d. c. Episcopi §. tales. de reb. eccl. alie.* vbi ponit hanc quæstionem, si mandatur alicui, quòd ea, quę de rebus Ecclesiæ inuenerit alienata studeat ad ius, & proprietatem Ecclesiæ reuocare, an possit reuocare ea, quæ inuenit alienata, & occupata non quantum ad dominium, sed quantum ad possessionem tantùm; vbi tenet, quòd sic; quia quod dicit littera alienata, largo modo sumitur, & intelligitur non solum de proprietatis, sed etiam de possessionis alienatione; vt ibi per eum, vbi multa aducit. Facit, quod si quis sit iudex delegatus, vt ea, quæ nouerit ad ecclesiam pertinere, recuperet ipse, tam debebit recuperare, quæ pertinent quò ad possessionem, & quò ad possessorium, quàm quo ad dominium. *c. querelam & ibi gl. ant ep. de elect. vbi Anto. de Butr. per Alex. vbi latè cons. 98. vol. 5 post princ.* vbi dicit; quòd licèt propriè illud tantũ dicatur, quod est alienatum quò ad proprietatem, tñ largè intelligitur etiam alienatũ, quod est quò ad possessionem. Sequitur *Abb. in d. c. Episcopi* nam, inquit duplex ius habemus in re nostra, videlicet, ius proprietatis, & possessionis; vnde licet non sit facta alienatio quo ad proprietatem, est tamen alienata possessio: item largo modo res dicitur alienata, cũ recedit à libera facultate, iuxta illud Psal. Alienati sunt à peccatores, &c. Et per doctrinam Archid. in *d. c. & si illi. 12 q 2. dicit Bal* quod etiam res aliena possessa ab Ecclesia cõprehẽditur in prohibitione, *Iubemus*; vt per eũdem *in d. l. vers. extra quæro. 3. col.* ibi: Extra quæro, quid si res non est Ecclesia sed est possessa ab Ecclesia, an in ea habeat locum prohibitio huius legis? Et videtur, quod non, vt *l. magis puto. §. 1. de reb. eo* Dic contra, vt *no. Innocen. & c.* Facit, quod in simili dicit Spec. *in ti de empt. & ven. §. 1. vers.* dare in instrumentis, vbi dicit; quod dare in instrumentis aliquando propriè accipitur, aliquãdo impropriè: videlicet, propriè sumitur in illis, vt cum res data sit accipientis in instrumentis, in quibus agitur de rerum alienatione, id est dominij translatione: impropriè vero ponitur in illis instrumentis, in quibus conceditur solus vsus, vel sola possessio rei, vt in instrumentis emphyteusis, &c. Sed quòd possit alienari, & distrahi possessio rei Ecclesiæ, videtur dicere Paul. de Cast. *in d. l. iubemus. § si vbi dicitur*; quòd per illum tex. potest fieri alienatio vsusfructus rei Ecclesiæ, & per Authen. sequentes permittitur alienatio in pluribus alijs, maximè quando non fit ex toto, sed quò ad vtile dominium, remanente directo penes Ecclesiam. Et de iure Canonico permittitur totalis rei Ecclesiæ alienatio, id est, vtilis, & directi dominij, & proprietatis, & possessionis, si vtilitas Ecclesiæ hoc suadet, *c. sine exceptione. 12. q. 2. c. hoc consultissimo. de reb. eccl. non alien. in 6.* vnde si totalis permittitur alienatio, est dicendum, quod possessionis concedatur etiam alienatio, quæ est pars rei, argumento de parte ad totum; quia si de toto, ergo etiam de parte: & prout etiam suprà diximus de vsus, & vsusfructus alienatione. Nam rei Ecclesiasticę possessio potest alienari sine solemnitate, vt per *tex. in c. cum Apostolica de his, quæ fi. à Prala. vbi Abb.* in figuratione casus dicit, quòd alienari illud, quod ab Ecclesia possidetur, nõ potest sine authoritate; quia id, inquit, nõ potest fieri cum consensu Episcopi, & sine consensu capituli, † vt per eundem 17
Abb. in *c. tua nuper. eo. circa fi. ibi, Pro hoc facit c. sup. proxim.* vbi solemnitas requiritur, cum alienatur res, quæ possidetur ab Ecclesia, &c. Faciunt ea, quę deduco *sup. in q. 2. c. 34. incip.* Vocabulo alienationis cõprehenditur etiã possessionis translatio, &c.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus Ecclesiæ disponit de pecunia Ecclesiæ sine solemnitate, vt de fructibus.*
2 *Pecunia retenta nihil operatur.*
3 *Pecunia perpetuam habet æstimationem.*
4 *In pecunia est vsusfructus.*
5 *Pecunia non est de illis, quæ vsu consumuntur, sed illis proxima.*
6 *Tutor non potest sibi soluere pecuniam depositatam ad emptionem prædiorum.*
7 *Pecunia destinata ad mutandum est iudicanda vti res immobilis.*

8 Pe-

8 *Pecunia destinata causa negotiationis dicitur esse negotiationis, etiam antequam sit in eam expensa.*

9 *Pecunia magna quantitatis deponi debet, vt conuertatur in emptionem.*

10 *Veteres in pecunia omne robur posuere.*

11 *Quantitas pecuniæ facit illam censeri vti rem mobilem, vel immobilem.*

12 *Opin. Doct. tenentium, quòd pecunia destinata ad emptionem sit vt res mobilis, & e contrà.*

13 *Pecunia redacta ex venditione rei immobilis an sit vti immobilis.*

14 *Pecunia reposita non numeratur inter mobilia.*

15 *De pecunia, quæ est in fructu, Prælatus disponit, vt de fructibus; secus de pecunia, quæ est in proprietate.*

16 *Regula, quod pecunia est de his, quæ seruando seruari possunt, limitatur quinque modis.*

DE PECVNIAE ECCLESIAE Alienatione.

QVAESTIO XVI.

SEn est, quod videamus, an pecunia Ecclesiæ
alienari, contrectari, vel distrahi possit, quod
meo iudicio videtur, vel reputetur pecunia vt
res mobilis, vel vt res immobilis: vtroq; enim mo-
do, & vtroque casu contrectatur, alienatur, & di-
strahitur. Nam quod vt res mobilis censeatur, & in-
ter res mobiles annumeretur, vel reputetur, est
tex. qui hoc dicit ad litteram, *in l. si chorus §. 1 ff. de
leg. 3.* vbi legatis mobilibus debetur legatario pe-
cunia non deputata, vt daretur mutuo, sed quæ
prædij causa reposita est. *§. & quia parum. Auth. de
nupt. colla. 4 latè per Abb. in c. nulli. de reb. eccl alie.* v-
bi concludit. quod pecunia dicatur de rebus mo-
bilibus, quæ seruando seruari non possunt, & con-
sequenter quod Prælatus Ecclesiæ de illa possit di-
1 sponere etiam absque solemnitate, † vt de fructi-
bus prædiorũ, & rerũ Ecclesiç, alijsque rebus, quæ
seruando seruari non possunt. Et quod sit pecunia
de illis mobilib⁹, quæ seruãdo seruari nõ possunt,
2 videtur esse tex. in *c. eijciens. 88. dist.* vbi habetur, †
quod pecunia retenta nihil operatur, & nihil pro-
* ducit, not. *per gl. quæ ad hoc allegati solet* * *communi-
ter, in l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad Treb l. lex quæ. C. de ad-
mi tut. ibi. fœnerandi vsus, &c. §. constituitur. Insti. de
vsufru facit, quod voluit gl. & ibi Bar. in l. interdum.
ff. de cond. & demon. Bar. in l. potest pupillus. ff. de
autho. tut.* & quòd sequatur illatio, quam facit
supradicto loco, dicit, & sequitur Lud. Roma. *in
suo sing. 103 tu habes, quod pecunia. facit tex. in l. cum
plures. in fi ff. de admin. tut.* nam solus tutor de per se
potest collocare pecuniam pupilli in emendo, vel
mercando, quod nõ posset, si computaretur inter
ea, quæ seruando seruari possunt, *d. l. lex, quæ.* Ex
quo potest inferri, quod solus Prælatus ita potest
disponere de pecunia Ecclesiæ, sicut de fructibus,
*in Clem. 1. eo. ti. Et dicit Ioan de Imo. in d. c nulli. de reb.
eccl. alie. in fi.* quod si actio competit ad pecuniam,
actio censetur vti res mobilis, & pro re mobili cõ-
petere censetur, quia seruando seruari non potest,
per *gl. d. l. 1. §. fuit quæsitum; vbi Ias. tenet;* quòd pecu-
nia vbi consumitur, & quod propterea non con-
numeratur inter ea, quę seruando seruari possunt;
vbi multos citat authores, quia vt pecunia afferat
vtilitatem secundum vsum, ad quem destinata est,
id est, ad expendendum, dicitur esse de rebus, quæ
seruando seruari non possunt, vt per *Ias. ibidem.* Et
quod pecunia ipso vsu, ac cursu temporis consu-
matur, & dicatur esse de illis, quę seruando serua-
ri non possunt, habetur in *l. Aristo. §. si ff de acquir.
hære. cum l. seq. est casus in l. Iulianus. ff. de pet. hære.* ibi;
Pecunia, quæ seruari non potest. *d. §. & quia parum.
Auth. de nup. col. 4. cum concord per Moder. post gl in l
interdum. ff de condi* Quod videtur mirum, cum pe-
cunia perpetuam † habere dicatur ęstimationem. 3
l. 1. ff. de contrahen. empt. vbi dicitur ex substantia
capere vsum, quę substantię tanquam solida, & du-
rabilis non videtur facilè pro vsu consumi posse:
vnde nec materia potest alienari sine causá iustis-
simâ, & cum solemnitate legitur, & not. *in c. 1. de
pign.* Quinimò in pecunia est vsusfructus, † qui nõ 4
cadit in his, quæ ipso vsu consumuntur, *l. 2. & per
totum. ff. de vsufru. ea rer. quæ vsu consum. l. 1. §. si decẽ,
quæ in arca. ff vt lega. nomi. cau.* tamen ista ratio vsũ-
fructũ nõ cõcludit; quoniã cadit in pecunia vsus-
fructus præstita cautione, sicut est in alijs, quę ipso
vsu cõsumũtur, vel diminuũtur, vt vinũ, oleũ, fru-
mentũ, vestes, & similia, de quib⁹ in *in l. 1. ff. de vsu-
fruct. ear. rer quæ vsu consumun. §. constituitur Insti. de
vsufruct. & l. 1. C. eo. tit.* Vnde magis vrget alia ra-
tio, quod ipsa materia sit perpetua, quæ neque ex
longissimo vsu consumitur, vt docet experientia,
quæ est rerum magistra, *c. quam sit. de electio. nu. 6.*
nam videmus vetustissima numismata, in quibus
antiquorum sunt inscriptæ imagines, non tamen
esse ob antiquitatem extincta, vel diuturnitatem
consumpta. facit Bal. *in l. si curatorem. circa med. C.
de in integ. resti.* quod speciale est in pecunia pupil-
li, vt sine decreto alienetur, cum sit res, quæ seruã-
do potest seruari Et illa, quæ seruando nequeunt
seruari, vsu triennali consumuntur, *gl. in l. 1. C. si ad
uers. vsuc.* inter quæ non potest pecunia numerari,
quæ tam breui tempore non consumitur. Sed po-
test dici, quod pecunia propriè non est de his, quę
vsu consumuntur, sed est de illis proximè dictis;
quia eius vsu, & assidua commutatione † quodam- 5
modo consumuntur: est casus in *d. §. constituitur;*
quia vsus pecuniæ est deputatus ad emendum *d. c.
eijciens. 88 dist.* & vt pecunia expensa est, dicitur cõ-
sũpta. *l. quod si fortè. §. fi. & l. seq. ff. de sol. legitur. & no-
ta. in l si filiusfam ff si cer. pet.* & sic isto respectu dica-
tur ipso vsu expendendo consumi, & consequẽter
seruando eã, non expendendo, quia fructũ suũ nõ
præstat, nõ põt dici seruari posse. Sed quod pecu-
nia nõ sit res mobilis, & inter mobilia nõ cõnume-
retur, immò potius, quòd sit immobilis, & inter
immobilia cõnumerari habeat, videtur esse *tex. in
l. quid ergo. ff. de cõtra & vtil. actio. tute.* vbi tutor nõ
põt sibi soluere pecuniã depositã ad cõparationẽ
prædiorum absq; decreto iudicis; † vnde videtur, 6
quòd cẽseri habeat vti res immobilis, de qua non
disponit tutor sine decreto iudicis; qa iure illo Di-
gestorũ in alienatione mobiliũ, siue essent de his,
quę seruãdo posset seruari, siue nõ, decretũ iudicis
nõ reqrebatur, *d. l. lex, C. de admi. tut. & Abb. in c. 1. de*

*rest. in integ. & Bart. in l. 2. §. si à pupillo. ff. de vsucap. pro
empto. & ibi Alex. in apostil. Bar. in l. fi. C. in quib. cau.
in integ. resti non est necessaria per Bar. in d. c. nulli. ext.
de reb. eccl.* vbi dicit; id esse speciale in pecunia de-
positatâ, & destinatâ ad comparationem prædio-
rum, sequitur *Alex. in d. §. fuit quæsitum:* vbi dicit;
quod Immo talis pecunia censetur vti res immo-
bilis, vbi allegat *tex. in l. à diuo Pio. in fi ff. de re iud. i-
ta tenet Bal in l. catera. in fi ff. de leg. 1.* quem plures i-
bi sequuntur, quos refere *Alex. in d. l. à diuo Pio. in
fi.* Et secundum aliquos, inter quos etiam hodie est
Aug. Bero. *in d. c. nulli.* habet fieri distinctio inter
magnam pecuniæ quantitatem, & modicam, quia
si magna summa pecuniæ apta ad comparationem
7 prædiorum, sit depositata ad comparationē, † vel
mutuandum, vel negotiandum, de ea est iudican-
dum vti de re immobili; secus, si summa parua, vel
quantitas modica sit depositata, nec apta ad cōpa-
8 rationem † prædiorū, vel aliàs; quia inter immo-
bilia connumerari non dicetur, ità distinguit *gl. in
l. nisi. C. de admin tuto & text. in l. ita autem. ff. eo. &
dicit Bal. in margarita, in verb.* Pecunia; quòd pecu-
nia destinata certæ negotiationi dicitur esse illius
negotiationis, etiam antequam sit in eâ expensâ,
aut collocata, per *tex. in l. ex facto* [la grande] *circa
fi. ff. de hare. insti.* & pecunia penes campsorem de-
stinata pro emendis immobilibus tanquam im-
mobilis est iudicanda. *d. l. quid ergo § planè. est opti-
mus tex. in c. licet Heli. ext. de simo.* vbi Prælatus, qui
non modicam summam pecuniæ relictam à præ-
decessore expenderat, tanquam suspectus ab ad-
ministratione amouetur, & consequenter de illâ
disponere non potest, vt de re mobili, quæ serua-
ri non possit, & vt de fructibus. Et quod pecunia
sit de illis, quæ possunt seruari, id ex eo apparet:
quoniam si aliquid disponitur, vnum quodq; tale
etiam esse intelligitur. *l. oratio ff de spons.* & per pe-
cuniam depositam, & reconditam præsidij gratia
patrimonia conseruantur. *d. l. chorus. §. 1.* meritò,
&c. Preterea, si pecunia pupilli sit summæ magnę,
9 à tutore debet deponi, † vt conseruetur, vt inde
prædia emantur, vel vt credatur, *l. nisi, cum l. seq. C.
de admi. tut cum ibi not. l. ita autem ff. eod.* ergo dici
potest de rebus, quę seruãdo seruari possunt, post-
quam depositata, & recondita est. Et dicit tex. in *d.
l. lex, qua. §. pen.* quòd veteres in pecuniâ omne ro-
10 bur posuere; quod non esset; † si seruando seruari
non posset. Facit, quòd dicit Alex. *in d. § fuit quæsi-
tum;* quòd si consideremus pecuniā, quò ad actua-
lem conseruationem materię, illa seruando serua-
ri potest, putà, deponendo illam vt dictum est, *c. a-
lhm de censibu;* si verò quò ad sui formam, & quò
ad cui sum pecunię, ea dicitur de rebus, quę seruã-
do seruari non possunt, *arg. c. pen. de censib. cum ibi
not. Bar. in l. Paulus. l. 1 ff. de solut.* si autem considere-
mus pecuniam, quo ad fructuosam conseruatio-
nem, tunc etiam non dicitur de illis, quæ seruan-
do seruari possunt; quoniam illa seruando nihil
producet. *d. c. eyciens.* & ideò illá vtendo ad vsum,
ad quem foit destinata, hoc est, ad emendum, non
dicetur de his, quæ seruari possunt, si vsu consumi-
tur, & hoc modo habet intelligi doctrina Abb. *in
d. c nulli* Item conseruando pecuniam, eam depo-
nendo, & in tutissimâ custodiâ collocando, vtili-

tatem afferre dicitur, quia est maximum præsidi-
um, & pro maximo præsidio patrimonij habetur,
quod sine ea esset fragile, *d. l. chorus.* item quia ex
ea possunt emi prædia occasione temporis viliori
pretio, quam in præsentiâ fieret, *d. l. tutores. & d. l.
ita autem. cum ibi not.* item conseruando illam po-
test eius valor crescere, & conseruando non mo-
dica vtilitas percipi posset; quia tutor, qui ex offi-
cio tenetur, vtilia facere, tenetur pecuniam con-
seruare, vt dictis iuribus, vnde considerando pe-
cuniā quò ad fructuosam cōseruationem, dicitur
de his, quę seruando seruari possunt; quò ad vsum
vero, ad quem inuenta fuit, dicitur de his, quę ser-
uari non possunt. facit ad hoc *tex. vbi Bald & Ludo.
Rom. in l. 3. §. vsuras vers. quid ergò. ff. de contra. & vtil.
act. tut.* vbi tutor expendit pecuniam pro pupillo,
ex quo currunt sibi vsuræ, quæritur, nūquid dum
est tutor tantum, & tutelæ tempore durante vsurę
debeantur, an etiam finita tutela? & dicitur quod
sic, & agit contraria iudicio tutelæ; quia pecunia
sua non debet sibi esse otiosa, quod verum esse di-
cit tex. si erat in facultate pupilli aliquid, de quo
possit sibi satisfieri. Quid ergo si illæ res erant de-
putatæ ad emptionem prædiorum? dicitur, quòd
si non impetrauit à prætore, quod promatur pe-
cunia, sibi est imputandum. Et sic apparet manife-
stè, quòd illa pecunia inter immobilia cōputatur;
ex quo sine prætore distrahi nō poterat, nec de ea
fieri solutio, quãdoquidem nec res minorum im-
mobiles sine authoritate, & decreto pretoris pos-
sunt vendi, *toto tit. de reb. eo. & Bart notat ibi,* quòd
Thusci non sinunt pecunias suas esse otiosas, sed
Lombardi sic, qui seruant eas dominis suis. Et per
hoc dicit Alber. *in q. 24. in 2 parte.* quòd si statuto
cauetur, vt mulier lucretur dimidiam partē bono-
rum immobilium mariti sine liberis decedentis,
lucrabitur partem pecuniæ deputatæ ad emendū
bona immobilia; quia illa pecunia iudicatur vt res
immobilis. Idem est intelligendum, quando pecu-
nia esset summæ quantitatis; † quia tunc quãtitas 11
facit illam censeri vti rem immobilem, *c. licet He-
li. de simon allegato;* vbi accusatur Prælatus malè ex-
pendens pecuniā non modicā; ergò non potest ea
vti Prælatus, veluti vtitur fructibus. Et dicit Ioan.
de Imo. *in c. caterum. de don. circa fi.* quod pecunia,
quā acquisiuit Episcopus, quia erat religiosus, nō
potest disponi per cū, illa enim cedit Episcopatui,
c. 1. 18. q. 1. ideo inquit, nō potest disponi in quãtita-
te immoderatâ, sed quãndo esset moderata, sic: &
sic pecunia in istis casibus cēsetur, & habetur inter
illa, quæ seruãdo possunt seruari; secus sit, si nō su-
mus in istis casibus, quia de illa disponit clericus,
veluti de fructibus Ecclesiæ, per Abb. & alios pri-
mo loco alle. sequitur Ang. *in Summa in verb. alie-
natio. versic. verum pecunia. vbi apostilla ad Angel. ibi-
dem, & per eximium Petrum Follerium in practica cri-
minali, in rub. annotentur bona contumacis.* vbi dispu-
tat in hac materia, quòd licet pecunia sit res mobilis,
& quæ seruãdo nō pōt seruari, & quę ideo possit à
minore, & Prælato alienari sine solēnitate; tñ si ea
destinata sit ad emptionē prędiorū, vicē rei immo-
bilis obtinet. *per Raph. Cuma. in l. à diuo Pio. §. vlt. per
illū tex. de re iud. & in l. catera. § sed si separauit ff. de le.
1.* iō nec ea sine decreto iudicis alienari pōt, sicut
nec

nec alia immobilia ipsius minoris. *d. l. quid ergo. § vsuras. vers. quid ergo. & ibi Rom. ff. de contra. & vtil. actio. tute. voluit idem Rom. in d. l. si ex legati causa. col. 4. & ibi Fran. Are. Rom. in singu. 103.* tu habes, quod pecunia. *& ibi ad hoc adducit text. in d. §. vsuras. & idem Pet. dicit;* quod in contrarium tenent, *Iacob. Raph. Cyn. Ray. Bal. Ang. Imo. Floria. Alex. Fran. Aret. & Ias. in d. l. cætera. §. sed si separauit. ff. de leg. 1.* vbi dicunt, non haberi pro re immobili pecuniã
12 destinatam ad emptionem prædiorum. † Sed vide super hoc factam decis. per Boet. *deci. 209.* quod pecunia destinata ad emptionem prædiorũ non reputatur vti res immobilis; sed vti res mobilis; & dicit hanc esse communem opinionem communiter approbatam: pro quã communiter Doctores eam tenentes numer. 25. tenentes verò contrariam opinionem enumerat num. 14. Subdens idem Pet. Foll. Huius controuersiæ cardo in eo vertitur, an destinatio habeatur pro re perfecta, de quo per Soc. *cons. 249. col. pen. vers. circa quartam li. 2. & Alber. in 2. parte statut. q. 206. Bar. & alij in d. §. sed si separauit. & Alex. cons. 97. alias de facto consultus, num. 6. vers. & non obstat, quod destinatio lib. 3. & Franc. Are. cons. 6. viso instrumento. in secundo dubio. & latissimè per Fely. in c. cum adeo. col. 2. vers. destinatio. ext. de rescr. in quibus locis de solutione quæstionis latè habetur.* Subdens idem Petrus: Et quid de pecunia redacta ex ven-
13 ditione rei stabilis, † an mobilis, an verò immobilis censenda sit? Et videtur dicendum, quòd sit quoddam inter mobilia, *Rapha. Cyn. Alber. Bald. Philipp. Corn. in l. ea demum. §. de collat. tenuit Firm. in suo reperto. in verb. bona mobilia. vers. quartò;* sed inquit, idem videtur dicẽdum, quòd sit immobilis: nec eius rei naturæ censeri debet, ex cuius vẽditione confecta est, & quæ sit subrogata in locũ illius; vt habetur per Mansuer. *in tit. de societ.* & item nomina, seu debita. & idem videtur voluisse *Raph. Alexand. Franc. Aret. in d. l. ea demum.* Subdens idem Petr. Prima opinio verior est, & tenenda, vt per Tiraquell. *in tract. de vtroque retract. fol. 108. num. 112. §. 1. in glo.* quia videtur rem, quæ pro pecunia venditur; in illa repræsentari. *l. quia qui pretio. ff. de vsufruct.* Vnde videtur absonum, quòd Prælatus posset pecuniam alienare, quæ est ex re vendita, cum rem ipsam non alienare potuisset, vt etiam videtur voluisse Bald. *in d. l. ea demum. in fi. C. de collatio. vbi dicit;* quòd pecunia redacta ex re immobili reputatur immobilis, ita & quæ ex mobili, mobilis. vnde dicit Spec. *in tit. de caus. poss. & proprie. §. 1. vers. certum,* quod pecunia facta ex argento meo, mea est, & possunt petere illam; idẽ si ex qualibet re mea, quæ venditur, *vt l. mater. §. 1. C. de rei vend. l. fi. C. de nego. gest. l. si cum seruum. ff. si cer. pet.* Vnde pecunia, quæ fuit redacta ex re immobili, vel mobili pretiosa, non potest alienari sine solẽnitate. Et ratio est in promptu; quia cũ vẽdi talia nequeat sine solẽnitate, & cã, vt infra dicõ in *quæst. 19. de caus. prop. quas fi. aliena. rer. ecclesi. & sup. in quæst. 12. de immobil. rer. eccl. alie. & in quæst. 8. de aliena. rerum mob. pretio. aliena.* ita pari modo pecunia peruenta ex illis: vnde solemnitas requiritur in illius alienatione, quæ in alienatione rei requiritur; est casus in *Authen. hoc ius. cum ibi not. C. de sacros. eccl.* alias frustra, delusoriè, & sine effectu interueniret solemnitas in sola venditione, ex quo in pretio posset ecclesia decipi, & damnificari, sicut in re vendita Pecunia verò reposita in banco non numeratur inter mobilia, † sed inter immo- 14
bilia. *Bal. in c. cum causa. ext. de re iud.* & hanc opinionem approbat Tiraq *d. loco, & Folerius ibidem.* Sed in hac materia Aug. Bero. *in d. c. nulli. de reb. eccle. alie. col. 36. num. 83. vers. circa vltimum.* multum distinguit ibi, & an pecunia Ecclesiæ saltem hodie possit alienari absque solemnitate, & Prælatus illa ad eius libitum vti valeat. Breuiter concludo, inquit, quod aut loquimur de pecunia, † quæ 15
est in fructu, & reditu: & de illa Prælatus disponere potest, vt de alijs fructibus rerum ecclesiæ, quorum ipse est vsufructuarius, *gl. in c. fi. 5. q. 3. glo. fi. in c. generali. de elect. in 6.* Aut loquimur de pecunia, quæ est in proprietate Ecclesiæ, vt de illã, quæ fuit à prædecessore relicta. *d. c. licèt Heli. de simon.* Aut de pecuniã redactã ex reb. Ecclesiæ, putã, venditis. *d. l. lex, quæ.* & tunc si modica, paucaque summa sit, absque dubio potest de illa disponere, eãque expendere pro vtilitate, & necessitate ecclesiæ, absque alia solemnitate, *arg. d. l. ita autem. c. terrulas. 12. q. 2 sic ita, inquit Bero. intelligo. l. quoties. §. sicut. & §. non tantum. & d. l. tutor rerum. ff. de admin. tuto. cum l. fi. in fi. C. eo.* Si verò summa sit magna, in hoc consistit difficultas. Sed dices, quod si pecunia sit exacta ex vẽditione rerum Ecclesiæ facta à Prælato ob iustam causam, tunc illud pretium, & pecunia in eam causam absque alia solemnitate conuerti potest. satis enim est, quod solemnitas fuerit adhibita in contractu alienationis. *§. hoc ius porrectum. 10. q. 2. c. aurum. c. sine exceptione. & per totum, 12. q. 2.* Si verò res Ecclesiæ sit vendita pro necessitate, & vtilitate Ecclesiæ, vt in *c. vt super ext. de reb. eccl.* talis pecunia in aliam causam Ecclesiæ conuerti non poterit, nisi seruata solemnitate, *c. sine exceptione. 12. q. 2.* quoniam ea succedit loco rei, quia semper fauore Ecclesiæ pretium etiam in particularibus loco rei succedit, vt no. *in c. 1. 12. q. 3. arg. l. ita constare. & no. in l. fi. ff de iur. dot* ergo sicut res ipsa absque solemnitate alienari non poterat, eodem modo pecunia redacta de dictã re nõ poterit in aliam causam absque solemnitate conuerti, arg. *l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de reb. eo.* vbi casus notabilis, subdens Bero. in hac materia ibidem, quod si pecunia esset de proprietate Ecclesiæ, tunc fortè dici posset, illum non posse alienari, nec de eã Prælatum posse disponere, nisi cum solemnitate Ecclesiæ, etiam conuertendo eam in vtilitatem, ac necessitatem Ecclesiæ, quoniam cum talis pecunia sit de his, quæ seruando possunt seruari, non poterit absque solemnitate alienari, per *gl. in d. c. nulli. ext. eo.* alioquin Prælatus vti de dilapidatione suspectus posset ab administratione rerum Ecclesiæ amoueri. *c. licet Heli. de simo.* Præterea pecunia depositata ad comparationem prædiorum, vel ad credendum, non censetur mobilis. *d. l. si chorus:* neque hoc modo deposita, vel ad vtilitatem pupilli, & minoris non potest conuerti in vtilitatem, vel necessitatem Ecclesiæ per solum tutorem, nisi cum decreto iudicis. posset tamen talis pecunia pro

exequu-

exequutione sententiæ, absque decreto pretoris à iudice cap. *d. l. à diuo Pio in fi.* idem ergo de pecunia ecclesiæ est dicendum, vt ibi per eundem Aug. Bero. Vnde potes regulam firmam facere, quod pecunia Ecclesiæ, siue censeatur vt res mobilis, siue vti res immobilis, potest alienari, & si vti mobilis, sine solemnitate, si verò vti immobilis, cum solemnitate, cum qua res immobiles ecclesiæ alienantur. Item aliam regulam facias, quod pecunia destinata ad comparationem prædiorum, item destinata ad credendum, siue negociandum, item quæ est redacta ex venditione rei stabilis, vel mobilis pretiosæ, item pecunia non modicæ quantitatis, item pecunia, quæ est de proprietate Ecclesiæ, non potest alienari sine solemnitate; quia talis pecunia censetur ad instar rei immobilis, per supradicta. Sed melius potes facere con-
16 clusionem: † quod pecunia est de his, quæ seruando seruari non possunt, & ob id potest benè per Prælatum alienari; sed cum infrascriptis limitationibus vt in laudabili, ac honestâ id alienatione procedat, secus in damnosâ, & inhonestâ. *d. c. licet Heli ext. de simo.* Secundò, vt impropriè dicatur de his, quæ seruando seruari non possunt, non autem verè loquendo, & quantum ad oculum. *§. constituitur. Inst. de vsufr. Bart. in l. potest. ff. de auth. tuto. & §. fuit quæsitum. l. 1. ff. ad Trebe.* Tertiò, vt non procedat in pecunia deposita ad emendum immobilia, vel etiam mobilia pretiosa. *l. 3. §. planè. de contra. & vtil. actio. tutel.* Quartò, vt procedat in pecunia strictè, & propriè sumptâ, non autem largissimè sumpta. *l. 2. C. de quæstio.* Quintò, vt non procedat in pecunia redacta ex venditione rei immobilis, aut mobilis pretiosæ, arg. *d. l. quia qui pretio. ff. de vsufr.* Sextò, vt non procedat in pecunia magnæ quantitatis aptæ ad comparationem stabilium. Septimò, si pecunia esset de proprietate Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Census super bonis Ecclesiasticis imponi potest.*

2 *Censualis contractus quandoque transfert in emptorem vtrumque dominium.*

3 *Censualis contractus quemadmodum à contractu emphyteutico distet.*

4 *Emphyteuta cessans in canonis solutione cadit à iure suo, secus in censuario habente vtrumque dominium.*

5 *Contractus in dubio præsumitur potius censualis, quàm emphyteuticus.*

6 *Contractus censualis quandoque non transfert rem, nec illius dominium directum, vel vtile.*

7 *Census constitui potest super fructibus ecclesiasticis.*

8 *Fructus Ecclesiæ alienari, & in causam iudicati capi possunt.*

9 *Alienare non dicitur, qui fructus alienat.*

10 *Vendere rem prohibitus non intelligitur prohibitus vendere fructus illius.*

11 *Decimæ licet vendi, nec pignorari possint, secus est tamen in earum fructibus.*

12 *Census super Ecclesiasticis fructibus indistinctè constitui non potest, sed ad modicum tempus, vel ad Prælati vitam.*

13 *Feudum obligari, & alienari ad vitam vasalli sine domini consensu nequaquam potest.*

14 *Vasallus licet non possit constituere vsumfructum in feudo, vendere tamen potest fructus totius temporis, quo feudum apud se futurum est.*

15 *Vsusfructus in re emphyteutica sine domini consensu constitui potest.*

16 *Census super fructibus feudi, etiam sine consensu domini, durante vita feudatarij, constitui posse videtur.*

17 *Seruitus in feudo non potest constitui in præiudicium domini, sed in vasalli constituentis præiudicium sic.*

18 *Census licet imponi, nec augeri possit super rebus Ecclesiasticis, tamen super fructibus bonorum Ecclesiæ constitui à Prælato potest.*

19 *Prælatus, aut rector an possint alienare fructus ad longum tempus latè.*

20 *Maritus regulariter censum super feudo dotali imponere non potest. Quod declaratur, vt procedat, si velit imponere in perpetuum.*

21 *Census in rebus restitutioni subiectis constitui potest, quousque venerit casus restitutionis.*

22 *Alienari possunt res subiectæ restitutioni, sed reuocantur adueniente casu restitutionis.*

23 *Census constitui non potest super bonis prohibitis alienari per testatorem, sed benè super fructibus eorum.*

24 *Emphyteuta potest constituere censum super rebus emphyteuticis sine domini consensu.*

25 *Census in rebus Ecclesiæ à solo Prælato ad illius vitã concedi potest, sed non in perpetuum.*

26 *Census perpetuus intelligitur esse rei immobilis.*

27 *Fratres Prædicatores sunt census perpetui incapaces.*

28 *Annui reditus veniunt appellatione immobilium.*

29 *Annui reditus, & census excusant ab onere satisdandi.*

30 *Census annuus non potest alienari, nisi cum causa, & solemnitatibus requisitis in re immobili.*

31 *Census perpetuus constitui potest in rebus minorum, cum solemnitatibus à iure requisitis.*

32 *Census in re minoris exigit octo requisita, quæ hic enumerantur.*

33 *Census requirit solemnitates requisitas in alienatione rerum Ecclesiæ.*

34 *Argumentum valet à minori ad Ecclesiam.*

35 *Census constitui potest super re emphyteuticâ alienari prohibita, rebus, ac fructibus Ecclesiæ, non autem super re feudali.*

36 *Feudatarius tenetur meliorare feudum, non autem deteriorare potest sine domini consensu.*

37 *Feudatarius non potest in domini præiudicium imponere seruitutem, nec ad modicum, vel longum tempus dare in emphyteusim.*

38 *Feudum nec in totum, nec in partem obligari, aut alienari potest.*

39 *Census constitui potest à domino directo, quo casu constituens actione personali tenetur.*

40 *Census, quando non potest habere de re, super qua constitutus fuit, insurgit obligatio personalis.*

41 *Census si constituatur super re, quæ illum non possit comportare, debet super alia re suppleri. Quod declaratur ibidem, quomodo id procedat.*

42 *Census constitui non potest super omnibus bonis*

noƺ

non specificatis rebus aliquibus. Contrarium tamen tenent quidam relati nu 43.
44 Census ex consuetudine constituitur super re certa, alijs obligatis pro euictione.
45 Census ex statutis Rom. Pontif. constitui debet super certa re, & illa tantum obligari debet.
46 Census constitui non potest, qui non sit relatus ad certam rem.
47 Census super certis rebus ideo constitui debet; quia iniquum esset emptorem nullum subire rei emptæ periculum.
48 Rebus, super quibus constitutus est census peremptis, perimitur & census.
49 Census ex aliquorum opinione potest constitui sola obligatione personali, absque generali, aut speciali obligatione.
50 Census constitui potest super rebus cum pacto, quòd rebus peremptis, adhuc venditor teneatur.
51 Pensio annua potest constitui super sua persona.
52 Operas suas quis potest locare ob mercedem pecuniæ.
53 Obligatio ad soluendum censum videtur personalis, assignatio verò rei videtur accessoria pro certiori solutione.
54 In contractu censuali subintelligitur, quòd salua re maneat actio ad censum re perempta, licet non exprimatur.
55 Census super aliam censum constitui potest de iure, & vigore Bullæ Nicolai V. sed secus est de consuetudine Franciæ.
56 An constituto censu super censum cesset primus census, remissiuè.
57 Olim dubitabatur, an necesse esset, quod census prius constituerentur, antequam venderentur; sed hodiè clarum est vnico contextu posse vendi, & constitui, quod Rom. curia obseruat. & num. 58. & 59.
60 Contractus censuales legitimè fieri possunt.
61 Pecunia mutuata conuerti potest in emptionem census.
62 Onus soluendi censum regulariter sequitur quemcunque possessorem, etiam si res transeat in Ecclesiam, vel in fiscum.
63 Possessor rei censuatæ tenetur nedum ad futuros, sed etiam ad præteritos census, actione s. hypothecaria, non personali.
64 Possessor non tenetur ad census præteritos, si ille, qui habet consequi censum, potuit illum exigere, & non exegit.
65 Fideiussor non tenetur, si creditor fuit negligens in exigendo.
66 Possessor rei censuatæ potest conueniri ad solutionem censuum, etiam nulla facta excussione.
67 Possessor etiam singularis cogi potest censum soluere, ac de nouo recognoscere emptorem & Dominium iuris percipiendi annuum censum.
68 Census si impositus sit super tribus fundis, & fundi peruenerint ad tres tertios possessores, an creditor possit agere contra quemlibet insolidum.
69 Tertius possessor an conueniri possit ad omnē cēsum.
70 Census quo pacto constitui possit, remissiuè.
71 Censuarius non cadit à iure suo ob alienationem, vel deteriorationem rei censuatæ: immò pactum, quod censuarius cadat in commissum, non valet.
72 Contractus in dubio censetur censualis, non emphyteuticus.
73 Census potest probari per assertionem factam in venditione rei censualis.
Quod intelligunt alij procedere alijs concurrentibus vt num. 74.
75 Census recognitio si facta sit formiter in præsentia partis, cui census debetur, vel notario stipulante pro eo, benè probatur,
76 Census solutione duorum annorum probata sufficit ad probandum in possessorio.
In petitorio verò si census à proprio rustico petatur requiruntur triginta anni, vt nu. 77.
Si verò petatur ab alijs, quàm à rustico decem anni sufficiunt, vt num. 78.

DE CONSTITVTIONE ANNVI census in rebus Ecclesiæ illiusque venditione.

QVAESTIO. XVII.

CEnsus quoque, siue annuus reditus imponi, constituique posse videtur super bonis, reb.
† ac fructibus eccl. per tex. *in c. constitutus, cum glo.* 1
pen. extra de relig. dom. & Bar. in l. 1. §. 1. ff. de pub. Socin. cons. 167 vol. 2. & est super hoc edita Bulla à Nicolao Papa V. quæ si esset super hoc aliqua vsurariæ prauitatis suspicio, tollit omnem dubietatem, aut scrupulositatem, quæ est edita anno 1452. pridie Kal. Octob. Pontifi. sui anno 6. cuius tenor est descriptus in calce præsentis quæstionis. Sed vltra dicta per me supra *q. 2. c. 27. incip. contractus pariter censualis*, dico; quod obseruaui contractum
census, siue censualem † esse duplicis qualitatis, & 2
duobus modis fieri. Vno modo videlicet, quando quis vendit rem suam alicui transferendo in emptorem omne, quod habet, directum, & vtile dominium, cum onere tamen, quod emens, vel accipiens rem teneatur soluere certum conuentum censum, siue reditum singulis annis, de quo in *d. c. constitutus, & alijs locis suprà adductis. Imo. in cap. ad audientiam. col. 2. de reb. eccles. alienan.* vt contractus census similis sit illi, quo agri vectigales constituuntur, *l. 1. §. 1. ff. si ager vectig. vel emphyt.*
† Et distat contractus iste censualis à contractu 3
emphyteutico, in quo dominus rei rem ipsam sub annuâ pensione, vel propter aliud pretiū, simul & recognitionis solutionem alteri tradit, quò ad vtile dominium, dominio sibi directo reseruato, probatur *in l. 1. C. de iure emphyt. vbi Ias. nu. 48. idem in Authen. qui rem. C. de sacros. eccl. Oldrad.*
consi. 29. † Et effectus huius differentiæ est, quia 4
emphyteuta cessans soluere canonem priuati per triennium Ecclesiæ biennio iure suo cadit, *l. 2. C. de iure emphyt. c. vlt. de loca d. Auth. qui rem.* secus in contractu censuali, quia si censuarius cesset soluere canonem, vel censum etiam per mille annos nō cadit à iure contractus, *glo. in d. c. constitutus. Imo. & Ias. in locis citatis, Abb. in c. 1. de in integ. rest. Soci. d. cons. 167. lib. 2. Ias. in l. 2. C. de iure emphyt. Hyppol singul. 95. Bar. d. §. 1. quorum opinio* * *communis est, secundum Dec. consi. 138. quamuis Bal. in cons. 177 lib. 3. contrarium sententiam dicat,* * *communem.* Et in dubio contractus potius præsumitur censualis,
† quàm emphyteuticus, per Alber. *d. l. 2. vbi Ias. nu. 42.* 5

nu.42.Soci.d.conf.167.Hyppol. & Dec.d.locis.Rui.consi.42.li 1.num.7.& solet in contractu censuali apponi ea conditio, vt non soluto censu biennio, aut triennio ius ipsius contractus pereat, fiatque res i-
6 psa commissa.† Secundo modo obseruaui contractum censualem fieri, quando quis constituit, & imponit super suo prædio, domo, vel reditu aliquem censum, & illum vendit alicui pro pretio conuento, putà, ad rationem decem pro annuo reditu, id est, pro pretio centum in numerata pecunia pro decem annuis habendis in reditu, licèt iste non propriè, nec ex dictionis significatione, etiam qua canones vtuntur, non possit appellari census, per Dida. Couar. variar. resol lib.3.c.7. tit. de annuis reditib. circa prin. in quo contractu non transfertur res, nec dominium illius directum, vel vtile in emptorem census, sed immò penes sese retinet venditor, obligatus tantum ad illa decem census obligando, & hypothecando rem certam, in qua imponitur cum obligatione etiam personæ pro solutione, & aliorum bonorum, vt optimè declarat Grat. in suo cons. 817. de quo loqui videtur tex. in extraua. Regimini. la 1. & la 2. extrauag. comm. tit. de empt. & vend. & de isto dicemus, quia videtur contractus magis frequens, & hodiernus. Qui quidem census, & contractus videtur, quod tam possit constitui, & vendi, & respectiuè celebrari tã super fructibus, & emolumentis ecclesiasticis, quã super fundo, & proprietate rerum Ec-
7 clesiæ.† Nam super fructibus, & emolumentis nemini videtur dubium, cùm possint vendi, & alienari per Prælatum ad eius libitum voluntatis, vt latè dico suprà in quæst. 5. de fruct. ecclesiast. alienat. & in q. 6. de alienatio. illar. rer. quæ seruan. seruã. non poss. & infra in quæst. 51. de casibus, in quibus fit ali-
8 enatio. cap. 2. & in cap. 3. quia fructus Ecclesiæ, † & præbendæ benè possunt vendi, & alienari, & in causam iudicati capi. commodis. vbi Bart. Imol. & Alex. & alij. ff. de exequ. rei iud. & in c. 2. ibi, alioquin, extra de fideiuss. glo. & Doctor. in l. stipendia. C. de exe.
9 qu. rei iudic.† non enim dicitur alienare, qui fructus alienat, secundum Bal. in c. 1. §. aut si libellario. colum. 6. quib. mod. feud. admitt. l. 1. per illum tex. & l.
10 peto. §. prædium. ff. de leg. 2. † & prohibitus rem vendere non intelligitur prohibitus vendere fructus illius, l. codicillis. § instituto. ff de lega. 2. & l. pa-
11 ter. in prin. ff. de lega. 3. † Et licèt decimæ vendi non possint, vel pignerari, fructus tamen decimarum vendi benè possunt, & pignerari, c. vestra. ext. loca habetur per Spec. in tit. de pigno. §. 1. col. vlt. vers. quid de decima? & habetur per Alber. post Iac. Aret. in l. in ædibus. §. 1. ff. de dona. & per eundem Alber. in l. monumẽta. C de lega. 1. & per alia, quæ adduco in locis citatis.
12 Sed non puto, † quod census possit imponi, constitui, vel vendi super fructibus, & emolumentis ecclesiasticis indistinctè, putà, ad longum tempus, vel perpetuò, vel sine causa, & solemnitate. Quia immò est cum distinctione intelligendum, vt distinguo in dictis locis suprà adductis: quia videlicet ad modicum tempus, vel ad tempus vitæ Prælati, vel beneficiati, non autem perpetuò possit talis census constitui, vel vendi per Prælatum solum sine causa, vel solemnitate, vt potest alienare, &
13 vendere fructus Ecclesiæ. † quia licèt feudum non possit obligari & alienari sine consensu domini, quamdiu vixerit vasallus, secundum Andr. de Isern. in c. imperialẽ. in princ. & ibi Bal. col 3. vers. quæro, nunquid si ex consuetudine. Imol. Alua & Martin. Lau. col. 2. ibi, versic. quæro, nunquid vasallus & Card. Alex. col. 4 vers. quæro, an vasallus possit. de prohib. feud. alie. per Feder. dicũt quod licet vasallus non possit constituere vsũfructũ in feudo, † l. arboribus. §. vlt. ff. de 14
vsufruct. potest tamen vendere fructus totius illius temporis, quo feudum apud se futurum est. Pro quo facit, quia potest constitui † vsusfructus 15
in re emphyteutica sine consensu domini, secundum Petr. in tit. de actio. in re pro emphy. col. 14. & Bal. in l. 1. §. idem in fundo. quem legit cum princ. eiusdem l ff. quib mod. vsusfruct. amitt a. & Saly. in l. vlt. col. penul. vers. nunc sequitur & ibi Ias. col 34. vers. nunquid autem. C. de iur. emphyteu. Alexan. & Ias. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq possess. Alexand. consil. 120. super eo, quod quæritur. in fi. lib. 1. Catel. Cot. in memor. in vers. emphyteuta non potest. & Steph. Bertran. cons. 134. pro faciliori, lib 4. Vnde videtur, † quod possit libe- 16
rè constitui census super fructibus feudi etiam sine assensu, & consensu domini, durante vita illius feudatarij, ità quòd aperto feudo domino, vel agnatis oẽs obligationes pereunt, l. lex vectigalis ff. de pigno. & ità tenuit in indiuiduo Curt. in tracta. feud. tit. ex quibus caus. feud. amitt. quæ. 15. Simile est in seruitute, quæ licèt feudo imponi nequeat in præiudicium domini, † tamen quò ad præiudi- 17
cium ipsius vasalli constituentis benè imponi poterit, vt plenè habetur per eundem Curt. d. loco, q. 14. Et dicit D. Petr. Foler. in sua praxi censuali, versic. huiusmodi censualia, mihi num. 17. vbi quærit; an Prælatus possit constituere † censum super rebus Ec- 18
clesiasticis, quòd licèt videatur super rebus Ecclesiasticis non posse nouum censum per Prælatum imponi, nec antiquum augeri, Clem. 1. §. nouos ext. de excess. Præla. & ibi Card. & c. prohibemus. extr. de censi. tamen putat, quòd in fructibus beneficiorum possit bene imponi, & constitui census; quia præbenda, & bona Ecclesiæ licèt non possint vendi, vel alienari, possunt tamen eorum fructus vendi, & in causam iudicati capi. d. l. commodis. vbi Bar. Imol. & Alex. & alij, quos adduco suprà in princ.
† Et licèt controuertant Doctores valdè, an Præ- 19
latus, aut Rector possint alienare fructus ad longum, & non modicum tempus; tamen Cat. in Clem. 1. de reb. eccl. non alien quæst. sua. 27 post longam disputationem concludit, & tenet, quòd in præiudicium Prælati, vel Rectoris alienari possunt, non tamen in præiudicium successoris, ex c. fin. ne Præla. vic. su. Et, inquit, refert Zenzelin. & Matth. dixisse, quod in temporalibus successionibus non est forma necessaria, secundum gl. in c. 2. de his, quæ fiu. à Præla. Inno. in c. vnico. vt Ecclesia. benefi. Et Feder. de Sen. in cons. 52. incip. quidam Prælatus, consuluit, valere concessionem vsusfructus factam consanguineo ad vitam. licèt cons. 143. voluerit, debere, interuenire authoritatem Papæ. Sed Abb. in cap. fin. ne Præla. notat, posse Rectorem locare fructus pro tempore vitæ suæ, quod dicit notari per glo. ibi, & per Hostien. in Summa de his, quæ fiu. à Præla § fi. subdens idem Petrus Folerius; Ego autem dicerem, benè posse constitui censum super fructibus ecclesiarum, & fructibus

bus feudi,videlicè,quòd Prælatus,& feudatarius
vẽdat, & vẽdere possint annuũ censum super pri-
mis fructibus,& redditibus beneficiorum , & feu-
dorum,& ad hoc ipsi se obligent soluere, nec nõ
obligent omnes fructus,& reditus feudorum , &
beneficiorum : isto etenim casu tam iste Prælatus,
quam feudatarius remanet obligatus in vita eius,
& non potest contrauenire, videtur enim potius
obligatio personalis , & ideò tenentur ad obser-
uantiam contractus , nisi Ecclesia esset læsa , quia
eo casu posset beneficiatus petere restitutionem
in integrum,& eo casu est Ecclesiæ, subueniendũ,
per Hostien. in c. vniru. de transac. vbi Abb. sed si
beneficiatus,aut Rector haberent de proprio,cõ-
pellerentur satisfacere contrahentibus cum eis
20 pro interesse , argum. c. de multa. de præben. †Facit
quia maritus licèt regulariter non possit impone-
re censum super feudo dotali,l.lex Iulia cum l seq.
ff.de fund.dotal.intelligendum est , quod non pos-
sit constituere censum in perpetuum , secus si ad
vitam.& donec ipse fundus dotalis erit penes ip-
21 sum maritum,per supra dicta † Quod quidem e-
tiam venit dicendum in rebus restitutioni subie-
ctis,vt in illis possit constitui census , vt remanet,
& remanere possit quousq; venerit casus restitu-
22 tionis,† quia etiam res subiectæ restitutioni pos-
sunt alienari, sed adueniente casu restitutionis a-
lienatio reuocatur,l fi. §.sed quia nostra.C. de leg. l.
seruo legato. §.1. & ibi Bar ff de le.1. not.in l.cum pa.
ter. §. libertis. ff. de le.2. Pau Castr.cons.94.l.2.Cor.
cons. 234. Alex. cons. 65 omissis.l 5. Guid. Pap.dec.611.
23 Et in rebus,† ac bonis prohibitis alienari per te-
statorem in testamento licèt non possit constitui
census,secundum Bald.in c. ad audientiam. il 2. col.
2. & in glo. 1. de rescrip. & habetur in l. vl. C.de reb.
alie.non alien & c.non liceat.ibi, Nec in vsufructum
rura dare. 12 q.2.Bar.in l codicillis.§. instituto. ff de le.
2.Fulgo.cons 92.est intelligendum, vt nõ possit cõ-
stitui super rebus prohibitis sed benè super fru-
ctibus eorundẽ bonorũ,non constituendo ius su-
per eis,sed obligando se actioni personali ad dan-
dos census super dictis fructibus,per Bar.in d.§.in-
24 stituto. Et emphyteuta etiã†pôt cõstituere cẽsum
super rebus emphyteuticis, absq; cõsensu domini
directi,per Bal.in l.1.§.idẽ in feudo ff.de quib.mo.v-
susf.amitta. vbi notat,quod emphyteuta potest fa-
cere aliũ vsumfructuariũ, nec credit requiri de-
bere consensũ domini, Saly. & Ias. ibi col. 34 vers.
nunquid autẽ emphyteuta. C. de iur. emphyt. Alex &
Ias.in l 3.§.ex contrario ff de acqui.poss. quod est in-
telligendum sine præiudicio iuriũ directi domi-
ni,& durante tẽpore emphyteusis.Et per hæc ap-
25 paret,quod in rebus , † ac fructibus Ecclesiæ po-
test cõstitui cẽsus ẽt per solũ Rectorẽ , aut benefi-
ciatũ ẽt sine solẽnitate,vel causa ad tẽpus,&ad vi-
tã cõcedentis, vel cõstituentis.Sed si constituatur
super re ecclesiæ cẽsus.nõ ad tẽpus,nec ad vitã,sed
in perpetuũ,vt teneatur successor, puto aliter di-
26 cendũ,† quia tunc cũ cẽsus perpetuus sit,& intel-
ligatur vti res immobilis.l si quis inquilinos ff. de l.
1.l.iubemus nulli.vbi glo. in verb. annonas. Bal. Pau. de
Ca.& alij C.de sacrosf.eccl l.hac edictali §.his illud. vbi
gl.Cyn & Bal.C.de secun nup. Vnde est,quod Fratres
27 † Prædicatores sunt census huiusmodi incapaces,
per Fed.de Sen.cõs 121.Fratres Prædicatores.col.1.Al-
ber.in l.mouentiũ in fi ff de ver.sig.Bar.in tract.minor.
li.2.dist.6.c.1.Bal in Auth.ingressi.col fi.ver ex quib.C.
de sacrosf.eccl. † & appellatione immobiliũ veniũt 28
cõprehẽsi annui reditus,per Ang.in l si cõstãte §.vlt.
ff sol.matr.& cõsi.328.Anast.col.5 Fulgo.cõs.104.Imol.
Rom.Barb.in l.Stichũ.§.1.ff.de ver.obli †Et annui re- 29
ditus,& cẽsus releuãt, & excusãt quẽ ab onere sa-
tisdãdi,Gulie. de Cun.Rain.Cyn.in l.sciẽdũ. in prin.&
ibi Bar.Bal.Alb.& Ang ff.qui satisd.cogan.In isto casu
res aliter sese habet;quia talis census nõ pôt † vel 30
super fructib⁹,vel super re aliquo modo cõstitui,
vẽdi,aut alienari per Rectorẽ,aut beneficiatũ,ni-
si existẽte cã,& interuenientibus solẽnitatibus, vti
fit in re ecclesiæ immobili,in cuius alienatione in-
teruenire habet cã, & adhiberi habent solẽnitates
iuris r. sine exceptione 12.q.2. vt diximus supra in q.
12.de immob.rer.eccl.alie.& in q.14.de alie.redit.& in
q.15.de vsufr.& poss.& infra q 19.de causis,& q.24.de
solẽnitatib suis locis ; quod apparet , & per deducta
superius, dum dicebamus , quòd in constitutione
census temporalis,& in tẽporali successione nõ re
quiritur forma,de quo nõ est dubitãdũ , prout in
reb⁹ minorũ † pôt constitui perpetuus census.Sed 31
est intelligendũ concurrẽtib. solẽnitatibus à iure
requisitis,non alias.secundũ Bal. in l.iubemus nulli.
C de sacrosf.eccl.& per eundẽ cõs.518 lib.5.& Tiraquel.
in trac.de vtroq; retract.§.1.gl.6.nu.6.Et requisita in
huiusmodi censuũ minorũ constitutione haben-
tur per Afflic.decis.249 fuit in cõsil.Primò, vt sit cã
vrgẽs cõstituẽdi censũ.l ob æs.C.de præd.mino.l.ma-
gis puto.§.ne passim.ff.de reb.eo.&de hac vrgẽtia cau-
sæ habetur per Capic. dec. 113. Secũdò requiritur, 32
q aliundè necessitati pupilli subueniri nequeat,
quàm per constitutionẽ cẽsus. Tertiò,quòd id li-
queat iudici. Quartò,quòd si pôt vẽdi res minus
dãnosa,vẽdatur.Quintò, quòd pro pretio debito
nõ cõstituatur census magnus.Sextò, quod inter-
ueniat tutoris authoritas.Septimò,quod interue-
niat decretũ iudicis.Octauò,quod fiãt subhastati-
ones,per Paris.cõs.98.1.lib & cõs.99.& cõsi. 10. & cõs.
85.ea.lib.Et solẽnitates interuenire habẽt in cõsti-
tutione cẽsus in reb. minorũ, & si sine eis sit cõsti-
tutus,nõ valet cõstitutio. Vnde in cõstitutione cẽ-
sus super reb.ecclesiæ habẽt interuenire causæ, & 33
solẽnitates introductæ super alienatione rerũ Ec-
clesiæ,de quibus in d.c. sine exceptione,& de quib.e-
go latè infra deduco q 19. cũ plur. seq vt videlicet ad-
sit,vel cã vtilitatis,necessitatis,incõmoditatis,vel
pietatis,&explicetur actus casu,tractatu,cõsensu,
auctoritate,& subscriptione,vt †dixi præallegatis 34
locis:quia benè valet argumẽtũ à minori ad eccle
siã,qa minor,& ecclesia in cã alienationis æquipa-
rãtur,quòd ad solẽnitates seruãdas,c.1.de in integ.
restit.ità pari mõ cẽsus nõ pôt cõstitui,aut alienari
super rebus ecclesiæ,nisi cũ causis, & interuenien-
tibus solemnitatibus in alienationibus rerũ eccle-
siæ requisitis.† Et cẽsus pôt constitui super re em- 35
phyteutica,itẽ super re alienari ꝓhibita,ac super
re restitutioni subiecta, super reb⁹,ac fructib.Ec-
clesiæ,vt dico supra, & super fructib⁹ feudi, licèt
nõ super feudo;quia feudatarius tenetur meliora
re feudũ,†nõ deteriorare sine volũtate domini,& 36
agnatorũ,ad quos venire debet per successionem,
per

per Iser. in c. 1. §. ecótrario. de inuestit. de re alien. faci. & quia seruitutem in præiudicium domini im-
37 ponere † non potest, per Isern. ibidem. §. quid ergò, quia feudum nec ad longum tempus, nec ad modicum potest dari in emphyteusim, per Bal. in c. 1. col. 3. de prohib. feu. alien. Quia nec in totum, nec
38 † in partem potest obligari, aut alienari feudum,
39 c. imperialem. de prohib. feu. alien. &c. † Item constitui potest census super proprietatibus, id est, super rebus, in quibus habemus tantum directum dominium, Bal. in l. pen. C. si non à compet. iud. Bal. in l. cum res. C. de probat. Sed hoc est intelligendum verum in constitutione census, quæ non constituit ius re, sed facit teneri constitutionem ad cen-
40 sum actione personali. † quia quando census non potest haberi de re, super qua constitutus fuit, insurgit obligatio personalis c. illo vos. de pigno. Lau. de Rodul. de vsur. c. consuluit. q. 12. nu. 46. quia si cen-
41 sus sit constitutus super re, † quæ non possit illum comportare, constituens debet illum supplere super alia re, l. Lucius ff. de alim. & ciba. lega. Io. Fab. in l. si quis argentum in princip. C. de donat. Guid. Pap. q. 8. Chass. in consuet. Burg. fo. 349. & 354. num. 1. col. vlt. vbi dicit: id procedere in eo, qui asseruit rem, quã onerauit reditu aut pensione, esse sufficientem mediante pecunia, aut alia re, secus si alicui daretur aliqua res mediante pensione, seu reditu quolibet anno super ea præstanda; quoniam hoc casu si non potest supportare pensionem, aut quia casinate perijt, aut alio modo fuerit deteriorata, po-
42 terit renunciari domino, l. 1. C. de iure emphyt. † super omnibus verò bonis generaliter non specificatis bonis, vel rebus aliquibus non videtur constitui posse census, secundum Chassanæ. in consuet. Burg. in tit. des censes. rubri. 2. §. 6. in tex. ibi, (de alcune cose) & in catalog. glor. mundi. in fin. 90 consideratione. versi. per vigintiquinque limitationes aduerte. pro quo dicit facere text. in extrauag. Regimini. la. 1. & la. 2. de empt. & vendit. quia ante illas extrauag. erat dubium, an talis contractus emptionis annui reditus essent validi, an vsurarij, & per illas extrauagantes permittuntur cum illis qualitatibus, ergò non seruatis qualitatibus, videtur dicendum contractus non esse licitos. Sed Laurent. de Rodulph.
43 in repet. cap. consuluit. † de vsur. 13. q. num. 47. dicit: quòd si contractus census constituitur super omnibus bonis non est illicitus, cum hic sit merces, & pretium, & talia iura reali est licitum vendere, ff. de hare. & actio. vend. per totum, & maximè procedunt prædicta, si legitimum est pretium, & ad obiectum census relatum. Cauendum tamen est
44 contrahente ab intentione deprauata. † Sed in rei veritate ex consuetudine passim constituuntur census super certa re, alijs postea obligatis pro e-
45 uictione. † Et per Martinum, & Calixtum Romanos Pontifices statutum fuit, quod census constituatur, & constitui debeat super certa re, & illa tantùm debeat obligari, vt habetur in Summa Conci-
46 liorum fol. 387. † Nec minus etiam potest constitui census, qui non sit relatus ad certam rem, puta, vt quis se obliget ad vnum florenum, quia decem dat, & vendit hoc ius percipiendi florenum non relatum ad certam rem, id est, quia reditus istius floreni non fuit impositus, vel constitutus vel super domo, vel fundo, aut alia res specificata, per Laur. de Rodul. in repetit. d. c. consuluit. de vsur. q. 12. num. 46. & Bulla Nicolai V. habet; quod habeat constitui super re certa. Et in prællegatis constitutionibus † videtur expressum, quod census super 47
aliquibus bonis certis debeat constitui. & id ratione probatur: cum iniquum sit emptorem nullum subire rei emptæ periculum, sed semper tutum esse, reditumque saluum fore contra text. in l. 1. C. de peric. & com. rei vend. §. cum autem. Instit. de empt. & vend. vnde ad iustitiam istius contractus oportet, quod reditus constituatur super bonis certis, † ita vt peremptis illis perimatur & cen- 48
sus, per Io. de Ligna. c. in ciuitate. de vsur. & c. vlt. q. 1. eo. tit. Aret. cons. 151. viso themate. col. 3. Abb. in disputa. 5. col. fi. Lauren. de Rodul c. consuluit. 2. par. q. 12. Ange. in Summa in verb. † vsura. versi. 78. Dida. tamen 49
Couar. variar. resolut. li. 3. d. c. 7. post nu. 7. vers. ego sanè. dicit: quod annuus census etiam pecunia soluẽdus, etiam redimibilis, & cum pacto redimendi, constitui potest, etiam sola obligatione personali, absque generali, incerta, speciali, vel certa bonorum, vel rerum assignatione, & hypotheca. sensit hanc opinionem Conrad. de contract. q. 74. & 75. & q. 83. conclus. 31. & Ioan. Medina. in tract. de restit. q. de censi. col. 5. Probat id etiam ratione: quia, inquit, certum est, † quòd iustè, & licitè hic contractus celebratur cum pacto, quòd census constituatur super certis bonis, quibus peremptis, adhuc venditor teneatur reditum soluere; vnde rebus extinctis illa obligatio alia est, quam personalis, meritò non semper constituitur, vel constitui habet super certis bonis. id probat tex. in extrauag. Regimini. la 1. in illis verbis, Sed ad hoc, &c. & in la 2. ibi; Sed ijdem emẽtes, vbi sentit tex. quod rebus, super quibus fuit constitutus census, peremptis, salua maneat obligatio ad annuum reditum soluendũ, quia si peremptis bonis, itidem perempta esset obligatio soluendi, hoc Papa explicasset, sicut de obligatione reddendi pretium in specie. Secundò comprobat, † quia quis potest gratis personali ob- 51
ligatione promittere alteri annuam pensionem soluendam, & eam super sua persona constituere. Tertiò, † quia quis ob mercedem pecuniæ potest 52
locare operas suas, l. qui operas, & l. in operis. ff. loca. Quartò, nam si benè res tota consideretur, obligatio ad soluendum censum constitutum † est 53
personalis principaliter, & assignatio rei, vel fundi accessoria est, & ea pro certiori solutione, & iure pignoris vel hypothecæ est, accedit, l. fundus, quem. & ibi Bart. ff. de annu. lega. vnde re perempta, remanet salua obligatio, l. aduersus. vbi Bar. & Bal. C. de act. & oblig. subdens; quod licet in contractu constitutionis annui census non exprimatur, † quòd peremptâ re, super quã salua esse, & rema- 54
nere intelligatur actio ad soluendum censum, super re perempta constitutum, nihilominus semper intelligitur, & quòd salua semper remanet, per eos quos idem Couar. ibidem adducit. † Et su- 55
per censu alius census constitui potest de iure, per Ioan. Fab. in §. adeò Insti. loca, idem tenet Chassan. in consuet. Burg. tit. des censes, §. 3. sed est secus de consuetudine Franciæ, quia de tali consuetudine non potest constitui, per eundem Chassan. d. tit.

rub.

56 rub 2.in verb.le figneur cenfir.nu.5.† & vigore Bullæ Nicolai V. bene poteft conftitui, vt eft videre in
57 text.† Et an conftituto cenfu fuper cenfum,ceffet primus cenfus, vide per D. Chaffan. *vbi fuprà, fol.*
58 354.† Et olim hæfitabatur interDoctores, vtrum contractus cenfuales effent,vel non effent validi, & tenebant nonnulli,non aliter effe validos, nifi cenfus effent prius conftituti,antequam venderétur; vnde tenebant,non valere,fi venderentur,aut venditi effent,fi per prius non fuiffent conftituti, per *Inn. Hoft. & Ioan. And.in c in ciuitate.de vfur.refert Lau. de Rodul.c.confuluit.eo q.11.nu. 42.* Hodiè
59 fecundum Bullam Nicolai Papæ V. † non eft neceffe,quod per prius fint conftituti,antequam vẽdantur,aut vendi poffint, fed vnico contextu, & vnà infimul poffunt vendi,& conftitui, & vendi
60 † quod ego femper in Romana Curia in celebratione talium contractuum feruari vidi:quia infimul conftituitur, & venditur cenfus vnico contextu,abfque eo,quod fit,vel effe habeat difgrega-
61 ta conftitutio à venditore † Et Dida. Couar. *var. refolu.lib.3.c.7.* difputat,an tales cenfuum venditores,& tales contractus poffint legitimè fieri:& tãdem poft multa in vtranque partem adducta, tener,quod funt liciti,& validi:vbi eum vide maximè in *verf.fexto poft variam*,&c.Et pecunia mutua-
62 ta † benè conuerti poteft in emptione cenfus; putà,accepi à Titio mutuo centum,adueniente folutionis tempore, non habeo pecuniam præ manibus,pro eadem pecunia conftituo,vendo,& do in folutum vnum annuũ cenfum fuper bonis meis, & valet contractus,per ea,quæ confuluit Bertran. *in confi.91.ex propofitis num.7.lib.3.fequitur Andr.Tiraquel.in tract. de retro quarto tracta.in fin.num.135.* Et
63 onus foluendi cenfum † fequitur regulariter quẽcunque rei cenfuatæ poffefforem,*Clemen. 1. de cẽf. vbi glo.in l. refcripto. §. fciendum. ff.de mun.& honor.* etiam fi res cenfuata vadat ad Ecclefiam, quia fecum femper portat onus folutionis.Inn.*in c.verũ de for. comp.Hoft.in Summa in tit. de iur. immunit. §. à quibus prope princ.Iaf.in l.placet.2.lect.in glo.ß.C. de facrofanct.eccl.* Idem fi etiam in fifcum tranfit;quia cum tali onere tranfit.*l.2.C.ad l.Iul.de vi publ.Abb. confi.14.col.2.lib.2. Spec. in terminis cenfus de loca.§. nunc aliqua. verf.85. Corn. conf.264.col.2.circa med. lib.4.Aymon.Craue conf.217.2 parte,incipit:fuit in re-*
64 *rum natura.*† Quod eft adeo verum, quod poffeffor,nedum tenetur foluere cenfus futuros, fed etiam præteritos,id eft,pro tempore,quo non poffedit,per Ancha.*conf.386.in hac col.1. Aym. Crauet. vbi fupra.Afflic deci.59.Angel.Galeotta*,fed intellige, quod contra poffefforem agatur,vel agi poffit hypothecaria, non autem actione perfonali, vt di-
65 ctis locis, fed † quò ad cenfus præteritos non folutos, non videtur teneri poffeffor, fi ille,qui habet confequi cenfus potuit cenfus exigere, & non exegit putà, fi adminiftraffet bona debentis cenfum,vel fructus peruenerũt ad eum,vel eius procurator,aut negotiorum geftor fuerit , aut alio modo potuerit exigere, & apparere poffit, quod negligentia fua non exegit , cum in poteftate fua effet exigere;quia eo cafu nouus poffeffor non tenetur,fed ei eft imputandum,*l.iure ciuili ff. de condit.& demonft.l.in exequutione.§. penul. ff. de verb.*

obligat. Confuluit ad propofitum in cafu magis dubitabili, Soci. *confi. 273. 2 lib.* quod fi quis fideiuffit pro Titio in eo,† quod alteri debet,& in eo, 66
quod non exegerit ab illo debitore,tunc fi creditor potuit exigere, & non exigit , fed fuit negligens,ad nihil tenetur fideiuffor ille,non enim ferendum eft, quod negligentia illius noceat nouo contractus poffeffori. Et poffeffor talis rei,† vel 67
prædij cenfuati poterit conueniri ad folutionem cenfuum,etiam nulla facta excuffione,quam nullo modo poteft opponere: quia hæc reditus conftitutio fuper fundo, in quo imponitur, inducit hypothecam fortiorem omnibus alijs , quò ad hûc effectum; cum videatur ius quoddam fuper ipfo fundo conftitui tanquam onus ipfius fundi, quod tranfeat in quemcunque eius poffefforẽ,†& 68
ideò etiam quilibet fingularis poffeffor cogi poterit cenfum foluere , ac denuò præmiffa obligatione emptorem ipfum recognofcere vt domum illius iuris percipiendi annuum reditum ex ea re, Guid.Pap.*q.42. & q. 576. Chaffa.in confuetu. Burg. rub.11.§ 6.in princ.† Subdens*, quod emptor cenfus 69
poterit omiffo tertio poffeffore agere ad annuum reditum aduerfus conftituentem , vel eius hæredes,etiam fi non poffideant rem , fuper quã iure, confuetudine,ac legibus ipfius contractus cõftat. Sed hoc licet fit verum in eo, qui reditum vendidit,& eius hæredibus;in eo tamen, qui vt tertius poffeffor,&ratione poffeffionis coactus fuit recognofcere ipfum creditorem , titulumq́ue nouum eidem facere , non procedit, qui tantum eft obligatus , quantum eft poffeffor, & quantum fibi durat poffeffio ; qui fi fine fraude fua defierit poffidere, non poterit ad folutionẽ cenfus, cogi ipfe, nec hæredes , ità Couarru. *varia.refolu. lib. 3. d. c.7. poft. nu.6.verf.hinc.etiam deducitur*; vbi ad hoc nonnullos adducit. Et fi annuus cenfus† fit 70
impofitus fuper tribus fundis,& fũdi peruenerint ad tres tertios,qui nõ fint cõftituẽtis hæredes,dicit,quòd emptor vel creditor põt agere ad cenfũ fibi foluendũ cõtra quẽlibet in folidũ,per text. *in l.Mofchis. vbi glo. & Bar. ff. de iur.fifc.Corn cõf.135.1.lo. Pet.Ferra.in pract. Papien.in for.refp libell.in actio.hypoth.fuper verb exceptionẽ excuffionis.n.24.Iaf.in §.itẽ fi quis in fraudẽ.nu.128. verf.quartò,& vltimò.Inft. de actio.Ant.Negufan in tract.de pignor.primo membro,8, part.principa.n.50.* quę fententia eft iure vera,per Afflict.*in cõftit.Regni rub.17 lib.1.n 28. vt per Cou.in d. loco verf.quæritur deinde:* vbi allegat aliqua in cõtrariũ, & tandẽ attẽta materia cenfuali refoluit fe cũ tenentibus cõtrariã opinionẽ,quòd debeat agi nõ contra quẽlibet in folidũ,fed contra fingulos pro ratã fibi cõtingente.Et pro† quo pretio poffit cõ- 71
ftitui annuus cenfus,vide per eundẽ Couar.*d.lib.3. variar.refolu.c.10. tit. de iufto pretio annui reditus.* Et ob nõ folutionẽ cẽfus,vel ob alienationẽ rei cenfuatæ,aut propter deteriorationem,licèt per Bullã præfati Nicolai Papæ V.pacta nõ valeant,quod cenfuarius cadat in commiffum,quod eft fecus in emphyteuta;facit tex.*in d.conftitut.* de religio.domi.licèt. Ang. Aret.*in §.adeò Inftit. loca.* voluerit, quod cẽfuarius ob alienationem factam caderet à re in commiffum,ficut emphyteuta; tamen per Capic.*decif.196.* habetur conclufũ, quod cẽfuarius

non cadit à re obligatâ prò censu propter eius a-
72 lienationem facta irrequisito domino. Et † si di-
catur in instrumento. Concedo tibi talem rem in emphyteusim pro annuo censu, & omne ius, quod habeo in ea, posset dubitari, an emphyteuticus contractus esset, an verò censualis? Imo. *in c. ad audientiã. de reb. eccl. alien. vel non.* dicit; quod iste nõ est contractus emphyteuticus, sed censualis, & illa verba Concedo in emphyteusim stant impropriè. Sed hoc habet locum in censu, seu contractu censuali primæ qualitatis, vt dico supra in principio, qui est, quando conceditur res nihil reten-
73 to, excepto aliquo censu. † Et, si de censu nullus appareat contractus, potest consensus probari per confessionem, aut assertionem factam per venditorem in venditione rei censualis, puta, si dicat se vendere cum onere soluendi censum, vel æstimo hoc dixisset; quia illa confessio, aut assertio probat censum, per quam nedum ipse profitens, sed quilibet singularis successor causam ab eo habens teneri habeat, per Bar. Chassa. *in constitu. Burgun. tit. de censes, rub. 11. §. 3. in tex. ibi, censetur cense. nu. 5.* vbi dicit; id teneri per Franc. Aret. *cons. 36. col. 2. per Guliel de Benedic. in repet c. Raynutius in verb & vxorem nu. 444. Guid. Pap. q. 24. dicit;* quod talis con-
74 fessio, vel assertio non sufficit sola, † & de per se, vt emptor teneatur ad censum, & rem esse censualẽ, sed alijs concurrentibus, sic; vt quia probatur venditorem antea consueuisse soluere, aut quia venditor aliàs dispositiuè recognouerat, aut professus fuerat rem censualem in præsentia partis, cui debetur census, aut notario stipulante. Et, si reco-
75 gnitio census sit facta formiter in † præsentia partis, cui census debetur, aut notario stipulante pro eo, tunc bene probatur, Guido Pap. *d. q. 24. & q. 272. & q. 42.* & probata solutione census duorum
76 annorum † sufficit ad obtinendum in possessorio, secundum Petr. *in petitio. reditu, vers. item credo*, vbi dicit, quòd in acquirenda possessione annuæ præstationis duo sufficiunt anni, aliter non constito de titulo, per Guliel. de Benedic. *d. loco. nu. 438. Guido Pap. quæst. 407. insi.* In petitorio verò
77 † dicit idem *Guliel. d. loco. nu. 439.* quod est distinguendum, quia si dominus petit cẽsum solui sibi à suo rustico, quod ad obtinẽdũ est opus, vt probet de annuâ præstatione per ann. 30. quia minoris temporis præstatio non sufficit, eo quia præsumitur violentia facta per dominum rustico suo, per Spec. *de restit. spol. §. nunc dicamus vers sed si quis. idem tenet Inn. in c. bona. il 2. de postul. Pral. lo. And. in c. 1. de*
78 *prascrip. li. 6.* † Si verò dominus petat censum ab alijs, non à rustico, decem anni sufficiunt, per Spec. *d. loco per text. in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. de quo idem Guid. Pap d. q. 407. & per Guliel vbi suprà; & per Bart. Chassan. in consue. Burgun. tit. des censes. §. 2. fol. 1350 num. 9. vbi latissimè tetigit hanc quæstionẽ*, & videtur esse eiusdem opinionis, quoad præscriptionem non minoris temporis 30. annorum indistinctè, nullo habito respectu, nec ad vasallum, aut rusticum, vel ad personam alterius conditionis, vt per D. Petr. Folerium in sua praxi censuali. *fol. 177. num. 91. §. huiusmodi censualia.* Hæc deducere volui in materia census, licèt forsan extra propositũ, pro eo, quod in tali materia occurrere solet,

BVLLA MARTINI, ET CALixti super censibus, siue censualibus contractibus è Summa Conciliorum Martini, & Calixti i substantialiter extracta.

Bulla sunt, Regimini. la 1. & la 2. de empt. & vendit. extraua. commu.

Martinus Episcopus, &c. & Calixtus Episcopus, &c. Sanè petitio dilectorum filiorum nobis exhibita continebat, quòd a tanto tempore, cuius contrarij memoria hominum non existit, quædam consuetudo rationabilis obseruata, præscripta, ac moribus vtentium approbata ad communem vtilitatem hominum introducta fuisset, pro quibus Princeps, miles siue oppidanus partium earundem, cum hoc expedire videbatur, personæ Ecclesiasticæ, vt seculari collegio, aut vniuersitati super bonis suis, oppidis, terris, agris, prædijs, domibus, & hæreditatibus vendere consueuit, & vendidit annuus census, vnius, vel plurium marcarum, & pro qualibet marcâ annui census decem, vndecim, tredecim, quatuordecim marcæ, aut plus, vel minus, secundum temporis qualitatem prout ipsi contrahentes tũc inter se conuenerant, ipsi venditori tunc integraliter in pecuniâ numeratâ solui consueuerant, bonis in ipso contractu tunc expressis, pro ipsius census annui solutione in perpetuum obligatis. Et semper in ipsis contractibus expresse ipsis vẽditoribus data fuit facultas, atque gratia, quod ipsum annuum censum in toto, vel in parte pro eadem summâ denariorum, quam ab ipsis emptoribus, receperunt, quandocunque vellent liberè absque alicuius requisitione, contradictione, vel assensu possent extinguere, & redimere, ac se ab ipsius census solutione ex tunc penitus liberare. Sed ad hoc huiusmodi census venditores inuiti nequaquam per emptores arctari, vel astringi valerent, etiam ipsis possessionibus & bonis obligatis penitus interemptis, seu destructis. Sed ijdem ementes, etiam si bona, domus, terræ, agri, possessiones, & hæreditates huiusmodi processu temporis ad omnimodæ destructionis, siue desolationis reducerentur opprobrium, pecuniam ipsam etiam agendo repetere non valerent. Apud aliquos tamen, an huiusmodi contractus, emptionis, & venditionis liciti existant, hæsitatur. Quare pro parte eorundem vobis fuit humiliter supplicatum, vt, an contractus huiusmodi liciti, vel illiciti censeri debeant, declarare de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur competimus contractus huiusmodi iuridicos, & iuxta determinationem doctorum licitos fore, & iuri communi conformes, ideò ipsorum censuum venditores ad illorum solutionem obligari auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium ex certâ scientiâ declaramus: Non obstantibus, &c.

ADDITIO.

Census ob non solutionem, etiam in mille annis, non annullatur, Hippo. *sing. 95.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vendens censum debet exprimere aliquam rem, quam alius emit, putà, domum, quæ debet remanere obligata solutionem census.*
2 *Census iusto pretio emi debet, & tempore celebrati contractus pecunia dent integraliter numerari.*
3 *Venditor habet auctoritatem censum pro eadem summa redimere.*
4 *Venditor cogi non potest ad redimendum censum.*
5 *Si res obligata ad census solutionem perierit, ementes pecuniam ipsam, quam dederint pro censu, repetere non poterunt.*
6 *Res ad censum obligari non potest, nisi sit vendibilis, & fructuosa.*
7 *Si plus est in annuo censu, quàm in fructibus rei venditæ, destruitur emptio, & paliatur vsura.*
8 *Forma, sub qua censualis contractus hodiè celebrari debeat, in quo locum habeat, per Bullam Pij V. tradita.*
9 *Omissio cuiuslibet solemnitatis requisita in alienatione rerum Ecclesiæ reddit contractum nullum.*
10 *Ad alienationem rei Ecclesiæ duo concurrere debent, causa, & solemnitas.*
11 *Alienationis causa licita multiplex est.*
12 *Alienationis Ecclesiasticæ rei prohibitio fuit introducta in fauorem Ecclesiæ.*
13 *Alienationis prohibitio simpliciter facta est odiosa, sed secundum quid, putà, absque iuxta causa fauorabilis est.*
14 *In materia alienationis rerum Ecclesiæ tria considerantur. modus siue forma, causa, & personæ.*

CONDITIONES, QVIBVS ANNVI census licitè emi possunt, & vendi.

QVAESTIO. XVIII.

1 PRima igitur conditio est, quòd oportet, vt vendens designet, † & exprimat, rem aliquã, quam vendat, & alius emat, putà, domũ, aut agros, &c. & rei, vel rerum designatarũ tantũ debet fieri emptio, & venditio, & ea sola debent manere obligata ad solutionẽ prædicti cẽsus, & nõ alia vendẽtis bona; quia, si vniuersalia bona cum personâ vendente obligantur, vt fit apud nos, iã destruitur emptio, & venditio, & est pigneratio, & fit cõtra-
2 ctus vsurarius. † Secunda conditio est, quòd iusto, & competenti pretio ematur annuus census, & quo tempore celebratur contractus, integraliter
3 numeretur pecunia. † Tertia est, quòd in eodem contractu expresè venditori detur facultas, qui ipsum annuum censum in toto, vel in parte pro eadem summâ denariorum, quam ab emptore recepit, quandocunque velit, liberè absque alicuius requisitione, aut contradictione, possit extinguere, vel redimere, & se ab ipsius census solutione ex tunc penitus liberare. Quarta est, quòd ad redi-
4 mendum † annuum censum, venditor inuitus nullo modo obligari possit, sed liberùm fuerit illi, vel soluere censum, vel redimere in toto,
5 vel in parte eadem numeratâ pecuniâ. † Quinta est, quod, si contingat aliquando bona ipsa, domus, agros, aut possessiones alias, quæ obligatę sunt ad solutionem census, & quorum facta est emptio, processu temporis omninò destrui, & penitus interire, ementes pecuniam ipsam, quam dederunt pro prædictis bonis, repetere amplius nequaquam valebunt: quoniam ementis periculo debet perire res empta, alioquin non fuit vera emptio, & venditio, sed contractus vsurarius.
† Sexta est, quod non debet obligari ad censum 6
res aliqua, nisi sit vendibilis res, & fructuosa: & annuus cẽsus, ad cuius solutionem talis res est obligata, non debet excedere valorem fructuum, quos ex reipsa † percipere solet, aut potest do- 7
minus rei. si enim est plus in annuo censu, quàm in fructibus rei venditæ, tunc destruitur emptio, & paliatur vsura, & emens accipit rem ipsam in pignus: suæ pecuniæ. Seruatis prædictis conditionibus, vt cunque tolerandos iudico tales contractus; quibus omissis nulla ratione puto tolerandos. Hæc ex Summa Conciliorum, & ex Summa Martini, & Calixti, fol. 387. Sed hodiè tempore Pij V. in Congregatione Deputatorum per eundem Pium super reuisione huiusmodi contractus census, illius qualitatum, formæ, & conditionum, factis multis discussionibus super varijs capitibus, reiectis multis illicitis, iniustisque pactis, & conditionibus in contractu huiusmodi per contrahentes apponi solitis, fuit resolutum, & statutum, quòd traderetur forma, † sub qua talis 8
contractus celebrari de cetero deberet; vt mihi fuit dictum à multum Reruer. & Nobili Fran. Spinula Excel. Iur. Vtr. Doct. Protho. Apostol. vno ex Prælatis in dictâ Congregatione interuenientibus à Prælibato Sanctiss. Pio. V. deputatis, iuuene vti nobili, ità ob sui præclari iudicij singularitatem, ingenij acumen, morum candorem, & suauitatem, naturæ iucunditatem multum apud omnes commendato æquè charo, & periucundo. prout expost desuper eiusdem prælibati Pij V. formam celebrationis dicti contractus continens emanauit Constitutio in calce descripta, publicata die 29. Ian. 1569.

S.D.N.D. PII PAPÆ V. CONstitutio super forma creandi Census.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuum rei memoriam.

CVm onus Apostolicæ seruitutis obeuntes cognouerimus, innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari censuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos, verum etiam, quod deterius est, contrarijs omnino pactionibus propter ardentem auaritiæ stimulũ, legũ etiã diuinarum manifestum contemptum præ se ferunt, non potuimus animarum, prout tenemur, saluti consulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam satisfacientes, tam graui morbo, lethiferoq; veneno salutari antidoto non mederi. Hac igitur nostrâ cõstitutione statuimus, censũ, seu annuũ reditum creari; cõstituiuè nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui naturâ fructiferâ, & quæ nominatim certis finib⁹ designatâ sit. Rursum, nisi verè in pecuniâ numeratâ, pręsentib⁹ testibus, ac notario, &

in actu celebrationis instrumenti, non autē prius, recepto integro, iustoque pretio Solutiones, quas vulgò anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad casus fortuitos eum, qui alias ex naturâ contractus teneatur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam, quia volumus rem ipsam semper, & liberè, ac fine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quātitatis, vel rei, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda sit, volumus dominum census alijs omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda sit, & per mensem expectari. Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, siue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu siue aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita sint, & nulla. Imò & censum augeri, & nouum creari super eadem, vel alia re in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis vel præteriti, vel futuri omninò prohibemus. Sicut etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non spectarent. Postremò census omnes in futurum creandos non solùm re in totum, vel pro parte peremptâ, aut infructuosâ in totum, vel pro parte effectâ, volumus ad ratam perire, sed etiam semper pro eodem precio extingui: non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, immò centum, & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuscunque verbis, aut clausulis concepta sint. Cum verò traditione pretij reditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denunciari ei, cui pretium dandum erit, & post denunciam, intra annum tamen, etiam ab inuito precium repeti posse, & vbi precium, nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur, volumus nihilominus quandocunque reditum extingui posse, præuia tamen semper denunciâ, de qua supra, & non obstantibus his, de quibus suprà, idque obseruari mandamus etiam quod pluries, ac pluries denunciatum fuisset, nec vnquam effectus secutus fuisset. Pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictum, ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse, omninò prohibemus, contractusque sub aliâ formâ posthac celebrandos fœneratitios iudicamus, & ita illis propterea non obstantibus, quicquid vel expresse, vel tacitè contra hæc nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à Fisco volumus posse vendicari. Hanc autem salutiferam sanctionem nedum in censu noulter creando, verùm etiā in creato quocunque tempore alienando, modò post publicationem Constitutionis creatus sit, perpetuò, & in omnibus seruari volumus. Declarantes pretium semel censui constitutum nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quò ad vltimo contrahentes minui, vel augeri. Et licèt legem ipsam ad contractus iā celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos sub alia forma peruenerunt census, hortamur in Domino, vt singulos contractus censuræ bonorum religiosorum subijciant, & animarum saluti consulant. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis, & consuetudinibus, nec non priuilegijs, & literis etiam per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, nec non irritantibus decretis, ex quauis causa, etiam per modum legis vniuersalis, aut alias quomodolibet editis, siue in fauorem Vniuersitatum, Communitatum, Collegiorum, Congregationum, Ciuitatum, & locorum concessis approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, quatenus directè, vel indirectè præsenti nostræ Constitutioni in toto, vel in parte contrarientur, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod præsentes in Cancellaria, & acie Camp. Floræ publicentur & inter Constitutiones extrauagantes perpetuò valituras conscribantur. Et quia difficilè foret præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quòd earum transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quę præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli, ergò omnino hominum liceat hãc paginam nostræ prohibitionis, annullationis, statuti, mandati, iudicij, hortationis, derogationis declarationis, & voluntatis Infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, quartodecimo Kalendas Feb. Pontificatus nostri anno quarto.

Ca. Glorierius.

H. Cumyn.

PER ista meo quidem iudicio apparet, quod res Ecclesiæ possunt alienari, & distrahi, siue sint immobiles, siue mobiles cuiusuis generis, siue sint reditus, iura, & actiones, siue vsusfructus, vsus, vel possessio. Sed id verum esse non apparet indistinctè, sed secundum quid: quia in alienatione rerum Ecclesiæ, † maximè immobilium, & 9 mobilium pretiosarum, & earum quæ vti immobilia censentur, multa requiruntur solemnia, & cuiuslibet omissio reddit contractum nullum, per Petr. de Anch. *c. 1. eo in. 6* quia, si non adsit vel necessitas, aut euidens vtilitas, vel aliqua alia de causis, quæ esse & interuenire habeat, quando talium permittitur alienatio, & in casibus, & cum solemnitatibus à iure expressis, est omninò prohi-

prohibitum, & interdictum illas alienari, vel distrahi: quia videtur, quod res Ecclesiæ non alienētur absque causis, solemnitate, est tex. *in Auth. hoc ius C. de sacrosan. eccl. c. 1. de rebus ecclesiast. non alien.*
10 *in 6. Clem. 1. eod tit.* † Et quòd ad alienandum duo concurrere debeant, causa, & solemnitas, per Abb. & *alios in c. nulli. de reb. eccles. alien. id dicit glo. pen. in fin. quam ibi. D. Ant. & Abb. sequuntur, in c. 1. de integ rest per. Dec. in cons. 142. vbi dicit esse* * *communē opinionem Abb. in c. tuæ nuper. ext. eo. tit. & in c. ad nostram, & per Hostien. in d. cap. nulli. ext. eo. vbi dicit*; quod alienatio rei eccl. fit seruata solemnitate, &
11 causa licita † & causa licita est multiplex, vt per eū, & Bal. *in Auth. hoc ius. C. de sacrosan. eccles. vers. subsequenter venio ad causas, &c.* faciunt dicta Aug. Bero. *in rub. de reb. eccles. alien. vel non. col. fi. vers. sed aduertendum, vbi dicit*; quod omnes fatentur, quod
12 prohibitio alienationis rerum Ecclesiæ † fuit inducta in fauorem ecclesiæ. Cōtrà quod verè pos-
13 set opponi, † quod interdicere alicui alienationē rerum suarum est odiosum, & iniquum, *l. non vsque adeò ff. si à paren.* quod dicit verum, vt quis simpliciter prohibeatur alienare, sed est secus, quando prohibetur secundum quid, putà, absque causa ista, vt in terminis nostris, quia tunc dicitur non
14 odiosum, sed fauorabile, &c. † Quia dicit Bald. *in d. Auth. hoc ius. C. de sacrosan. eccle.* quod in istâ materiâ alienationis rerum ecclesiæ tria habent considerari, primò modus & forma, secundo, causa: tertiò, persona; Ideò primò de causis, secundò autem loco dicam de forma, & de singulis solemnitatib. formæ, de personis verò dicetur in solemnitate de consensu; & in solemnitate, de authoritate Prælati.

SVMMARIVM.

1 *Causæ, propter quas fieri possint alienationes rerum ecclesiæ, regulariter sunt quatuor, & prima est causa necessitatis.*
2 *Necessitatis nomine venit omnis iusta causa alienandi.*
3 *Vtilitatis causa est iusta causa alienandi rem Eccles.*
4 *Redemptio captiuorum, quæ respicit pietatem, est iusta causa.*
5 *Alimonia pauperum iusta est causa.*
6 *Causa commoditatis, aut minoris vtilitatis, dicitur iusta causa.*
7 *Episcopus potest bona vnius Ecclesiæ auferre, & alteri alienare, quando vnus Prælatus ex reditibus non potest sustentari, & alter abundaret.*
8 *Causa antequam res alienetur, subesse debet.*
9 *Causa vna sufficit. quòd insit in alienationibus.*
10 *Dictio Aut est disiunctiua, & importat, quòd sufficit alterum impleri.*
11 *Necessitatis causa ponitur pro prima causa, per quam fieri possit alienatio rerum Ecclesiæ.*
12 *Necessitatis causa tunc subesse intelligitur, quando debitum Ecclesiæ vrget, nec Ecclesia valet satisfacere de fructibus.*
13 *Debitum ad hoc, vt sit causa sufficiens ad alienationem faciendam, oportet, quòd sit vrgens, & certum, & clarum.*
14 *Obligari, & hypothecari generaliter possunt res Ecclesiæ pro sola necessaria & inenitabili occasione, & pro alia vtilissima causa.*
15 *Ecclesiæ res alienari, & in solutum dari possunt pro functionibus fiscalibus, si aliunde non possit debitum solui.*
Item & pro debito priuato, vt nu. 16.
17 *Alienatio rei Ecclesiæ, etiam pro debito facta, debet fieri congregato clero cum Episcopo ciuitatis Metropolis, & propositis Sanctis Euangelijs.*
18 *Solemnitates requisitæ pro alienatione rerum immobilium Ecclesiæ ex §. si verò contigerit & §. quacunque Auth. de alienatione. & emphyt. & nu. 19.*
20 *Res immobilis Ecclesiæ creditori, si voluerit, dari debet, vt eiusdem rei fructus reputet tam in debitis pecunijs, quàm in vsuris.*
21 *Debitum Ecclesiasticum debet manifestari apud Episcopos, vel alios Prælatos.*
22 *Gesta in alienatione rerum Ecclesiæ fieri debent sine aliqua expensa venerabilium domorum.*
23 *Res Ecclesiæ, quæ venditur, debet poni in subhastationem per viginti dies, & deliberari plus offerenti.*
24 *Emptor rei Ecclesiasticæ, si non inueniatur, debet creditori dari res, iusta æstimatione facta, & addita in pretio decima parte vniuersæ æstimationis.*
25 *Ordinatores venerabilis domus, & amplior pars deseruientium venditionibus consentire debent.*
26 *Res Ecclesiæ pro causa necessitatis alienari possunt, & debent.*
Idem & si subest vtilitas.
27 *Vtilitas & necessitas æquiparantur; & sufficit de istis duobus alterum adimpleri.*
28 *Necessitatis nomine in materia, alienationis venit omnis iusta causa alienationis.*
29 *Necessitatis causa vrgente potest fieri alienatio rei Ecclesiæ etiam sine solemnitate requisita.*
30 *Alienatio quando est necessaria, & requirit celeritatem, potest fieri sine superioris authoritate, etiam non obstante iuramento de non alienando.*
31 *Necessitas potest esse tanta, quod Prælati iustè alienarent sine consensu, vel authoritate Episcopi.*
32 *Causa vtilitatis, & necessitatis frequenter permittunt, recedi à iure communi.*
33 *Necessitas si summam celeritatem requirit, consensus non debet peti.*
34 *Necessitate subsistente alienatio fit seruatis solemnitatibus, quæ non exigunt tantam solemnitatem.*
35 *Iura, quæ exigunt solemnitatem in alienatione rerum Ecclesiæ limitantur, vt non procedant, si necessitas non patiatur solemnitates obseruari.*
36 *Alienantur res Ecclesiæ sine solemnitate, quando Ecclesiam non potest habere proprium, vt est in Fratribus minoribus ordinis Sancti Francisci de Obseruantia.*
Sed data consuetudine, quòd proprium habere possint, solemnitas obseruanda erit, vt num. 37.
38 *Prædicatores quando vendunt necessitate eorum status, solemnitas, nec causa necessaria est.*
39 *Ecclesiæ si alienat rem ex fideicommissi dispositione solemnitas non est necessaria.*
40 *Necessitate vrgente potest disponere Episc. de beneficio patronatus aliter, quam eius natura exigeret.*
41 *Patronus si permutationi sine causa assentire non vult, potest Episcopus hoc facere sine eius consensu.*

42 Consensus non requiritur in casu necessitatis, aut vtilitatis, licèt aliàs requiratur.

43 Necessitate vrgente, quæ celeritatem exigit, potest Episcopus alienare bona Ecclesiæ maioris, non obstante iuramento de non alienando inconsulto Pontifice.

44 Clericus potest alienare bona Ecclesiæ ex causa necessitatis, & pro reparatione domus, pro debitis soluendis, &c.

45 Clericus potest alienare sine solemnitate, si subest summa necessitas, & celeritas.

46 Quando res esset tempore peritura, licitum est recedere à regulis iuris.

47 Alienatio si imminet ex necessitate iuris, nulla est seruanda solemnitas, secus si ex necessitate hominis.

48 Alienantur res non obstante iuramento in casu necessitatis, & vtilitatis.

49 Necessitas, & vtilitas æquiparantur à iure.

50 Clerici sede vacante nihil habent disponere de reb. Ecclesiæ.

51 Sede vacante nihil est innouandum.

52 Casu necessitatis, vel vtilitatis eueniente potest Episcopus disponere in casu, quo aliàs non posset.

53 Necessitate vrgente non requiritur consensus illius qui aliàs requireretur.

54 Episcopi translatio permittitur propter periculum scandali.

55 Necessitatis ratione potest actus expediri sine consensu eius qui aliàs debet requiri.

56 Episcopus potest alienare bona Ecclesiæ Cathedralis si necessitas vrgeat, & res exigit celeritatem non obstante iuramento.

57 Consensus requirendus ex dispositione legis differt à requirendo ex dispositione hominis.

58 Necessitatis appellatione in materia ista venit necessitas extrema tantum.

59 Necessitas licet subsit, vel legitima causa, tamen non potest res Ecclesiæ prohibita alienari sine solemnitatibus.

60 Necessaria causa licèt subsit, expedit tamen fortè aliam rem, quam istam alienari.

61 Necessitas tanta esse potest, quòd etiam magna prædia possunt sine solemnitate alienari.

62 Necessitas hodie non habet esse qualis qualis, sed euidens.

63 Res Ecclesiæ non possunt alienari, nec pignerari ex summa necessitate.

64 Necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ exigente quis cogitur promoueri.

65 Quod fit ob necessitatem, licite fieri censetur.

66 Necessitas facit licitum, quod aliàs non erat licitum.

67 Necessitas non habet legem.

68 Baptisma ab hæretico in casu necessitatis recipere licitum est.

69 Item in casu necessitatis licitum est socio confiteri.

70 Necessitas famis excusat à furto.

71 Dauid ob necessitatem famis comedit, panes propositionis.

72 Pater filium distrahere potest ob necessitatem famis.

73 Communia omnia esse debent in necessitate, maximè cibaria.

74 Esurientem ex præcepto pascere quis debet.

75 Rem subtrahens in necessitate famis potuit credere dominum hoc permissurum, & sic non deliquit.

76 Prælatus stante necessitate res Ecclesiæ sine solemnitatibus alienat, dummodò id gerat, quod de iure probari mereatur.

77 Res relicta Ecclesiæ cum hoc, quòd non possit alienari, etiam subsistente necessitate alienari non poterit de iure scilicet, ciuili: & quid de iure Canonico, num. 78.

79 Papa solus potest alienare donata Ecclesiæ per fideles.

80 Relicta ad certum vsum non possunt in alium conuerti sine Principis authoritate.

81 Probibitio hominis, & legis vbicunque concurrunt de iure ciuili, rès prorsus efficitur inalienabilis.

82 Prohibitione hominis accedente res etiam in casu aliàs à lege permisso non poterit alienari, & num. 83.

84 Prohibitio addita prohibitioni magis astringit, sicut promissio addita promissioni magis ampliat.

85 Dispositio debet aliquid operari.

86 Relicta Ecclesiæ videntur ea intentione relinqui, vt perpetuò apud eam sint.

88 Ecclesia non moritur.

89 Expressa intentio magis operatur, quàm tacita.

89 Specialiter prohibitum plus solet timeri, quam generaliter prohibitum.

90 Res prohibita alienari per expressam dispositionem etiam propter famis necessitatem alienari non potest, secus si simpliciter à lege prohibeatur.

91 Necessitate vrgente res Ecclesiæ alienari quidem possunt, sed ordine seruato.

92 Ecclesia non potest stare commodè sine bonis mobilibus, sed benè sine immobilibus.

93 Immobilia illa sunt primo alienanda, quæ minus vtilitatis afferunt.

94 Vendens res Ecclesiæ vtiliores non dicitur meliora prospicere.

95 Bona Ecclesiæ si alienanda sint, non deuenitur primò ad alienationem debitorum.

96 Sententiæ exequutio si fit, debent primò capi ea, quæ habent faciliorem expeditionem.

97 Aurum si extat, debet primo alienari, idem & de argento, quod non consistat in vasibus: & quid si in vasibus consistat.

98 Alienare prohibitus potest alienare ex causa necessitatis.

99 Bona prohibita alienari propter debita testatoris alienari possunt.

100 Bona alienari prohibita possunt propter dotem alienari.

101 Domus relicta pro construendo hospitali, & alienari prohibita à testatore, de iure Canonico per vxorem creditricem viri vendi potest.

Limita, vt procedat, si non sint alia bona testatoris, vt num. 102.

103 Domus relicta ad certum pium vsum non potest in alium vsum mutari, nisi de licentia Papæ.

104 Ver-

104 *Res prohibita alienari etiam in casu necessitatis de iure ciuili alienari non potest.*
105 *Verba testatoris aliquid operari debent.*
106 *Res prohibita alienari non poterit alienari, si sub sint aliae res, quae alienari possint.*
107 *Testator disponere non potest quòd alienatio facta non teneat, vel quòd dominium non transeat in accipientem, vel quòd sine traditione redeat ad alienantem.*
108 *Prohibitio non astringit, si alia bona desint.*
109 *Res relicta Ecclesiae cum pacto, quòd non possit alienari, nunquid de iure Ciuili, & nunquid de iure Canonico aliquo casu alienari possit.*
110 *Res hospitalis potest alienari, nisi sit relicta ad certum vsum.*
111 *Bona restitutioni subiecta alienari possunt ex causa necessaria, & necessitatis.*
112 *Causa dotis, donationis propter nuptias, & carcerationis filij, dicitur necessaria, & causa captiuitatis, & carcerationis, nu. 113.*
114 *Bona restitutioni subiecta possunt pro dote restituenda obligari.*
115 *Necessitas an dicatur, quando aliquis est condemnatus pro delicto.*
116 *Papa potest bona Ecclesiarum inferiorum alienare in casu necessitatis.*
117 *Papa asserenti casum necessitatis creditur.*
118 *Omnis Papae alienatio indistinctè sustinetur, modò ex ea scandalum non oriatur.*
119 *Princeps secularis rem priuati alienare ex causa potest; idem in Papa. & nu. 121.*
120 *Papa est dominus omnium rerum Ecclesiarum.*
122 *In his, quae sunt iuris positiui, statur assertioni Papae.*
123 *Iudex super notorio potest ex se animum suum informare.*
124 *Ecclesia inferior se laesam dicere non potest ex alienatione facta in subuentionem Ecclesiae vniuersalis.*
125 *Ecclesiae inferiores habent bona vti Deo dicata per fidelium oblationes.*
126 *Papa vti Christi vicarius est caput, & factum ab eo videtur ab ipso Domino factum.*
127 *Si Ecclesia sit in ea necessitate constituta, quod non possit deliberare, nisi per laicos, quid sit agendum.*
128 *Alienatione facta sine solemnitate ob necessitatem debet postea ratificatio solemniter sequi.*

DE CAVSIS, PROPTER QVAS fiunt alienationes rerum Ecclesiae, & de causa necessitatis.

QVAESTIO XIX.

CAVSAE verò, & solemnitates, propter quas, & cum quibus fiunt alienationes rerum Ecclesiae, sunt multae: ideò est, quod de causis primò, deinde de solemnitatibus quae in talibus alienationibus, vel distractionibus interuenire habent, dicamus aliquid: quia istis cognitis erunt contraria superius adducta reconciliata, & apparebit, an, & quomodo possit, & non possit fieri, & quomodo facta valebit, & non valebit alienatio. Vnde causae,† propter quas fieri possunt, & fieri 1
solent alienationes rerum Ecclesiae sunt quatuor regulariter; videlicet, causa necessitatis; vt si debitum aliquod Ecclesiae vrgeat, & sit necesse alienare pro soluendo debito. *Auth. hoc ius. C. de* † *sacros.* 2
eccl. c. sicut. 12. q. 2. & quandoque eius appellatione venit omnis causa, *c. non habenti. ibidem. & ibi Praeposit.* hac nuncupatione exprimit, & per Aegid. Bellamer. *in c. sed notandum. 12. q. 2.* vbi dicit; quod nomine necessitatis intelligitur omnis causa iusta alienandi.† Alia causa est vtilitatis, vel necessita- 3
tis, vt in *c. sine exceptione. 12. q. 2. c. tua. de his,* † *quae fi.* 4
à Prala. ext. Item causa pietatis pro redimendis captiuis, *l. sancimus. C. de sacros. eccl.* † aut pro alimo- 5
nia pauperum, per *tex. in c. aurum 12. q. 2.* Item causa incommoditatis, † aut minoris vtilitatis, quia 6
res, quae est alienanda, Ecclesiae est magis damnosa, quàm vtilis, *c. non liceat Papa d. c. sine exceptione. c. terrulas. 12. q. 2. & quae enumerantur per gl. in summa, 12. q. 2. per Bal. in cons. 374. incip. factum tale est. ibi:* Res verò Ecclesiarum; vel monasteriorum non possunt alienari, nisi in quatuor casibus, &c. *& gl. in summa, 12. q. 2.* dicit; quòd aliae causae possunt assignari, sed ad has quatuor omnes canones possunt reduci, &c. idem habetur per Hostien. *in c. nulli ext. de reb. eccl. alien.* vbi dicit; Et vna de causis legitimis, † propter quam potest Episcopus 7
bona vnius Ecclesiae auferre, & alteri alienare, est; quando vnus Praelatus ex reditibus non potest sustentari, & alter abundaret. per Gemin. *in c. dudum de reb. eccl. alien. vers. nota vnum.* De causis autem prius, quàm de solemnitatibus, dicemus, quia primò debent esse causae istae, † vel vna istarum 8
antequam res Ecclesiae alienentur, vt per Rebuff. *in compen. alien. rer. eccl. vers. quarto impropriissimè.* & sufficit, † quod in alienationibus vna causa in- 9
sit. *gl. in Clem. 1. eod. in verb necessitas. ibi; sufficiat alterum, &c. & Card. ibid. vers. sextò nota. ibi,* de dictione Aut, quòd sufficit alterum, scilicet, quòd subsit necessitas aut vtilitas, &c. Facit ad hoc, quia in *tex. in c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6.* stant prolata illa verba, Necessitas, vtilitas, interiecta interea dictione Aut, quae est disiunctiua, quae importat, quòd alterum sufficit adimpleri. Et deueniendo ad singulas causas,† causa necessitatis videtur po- 10
ni per Doctores pro primâ causâ, per quam fieri possit alienatio rerum Ecclesiae, vt per *gl. 12. q. 2. in summa. per Bal. in Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl. col. 3. vers. subsequenter venio ad causas. per Abb. in c. nulli. ext. de reb. eccl. alien.* † Et causa necessitatis tunc esse 11
intelligitur, quando debitum Ecclesiae vrget, nec Ecclesia valet satisfacere de fructibus; vnde est necesse pro solutione deuenire ad alienationem rerum est, *tex. in Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl. dicit gl. in summa, loco praeallegato. Abb. in d. c. nulli, de reb. eccl. alien. ibi;* Prima causa est necessitatis, si debitum vrgeat, & Ecclesia non possit satisfacere de fructibus. Et nota secundum Aegid. Bellamer. *in d. c. non liceat. 12. q. 2. col. 35. vers. 3. probatur.* † quod 12
ad hoc, vt debitum sit causa sufficiens ad alienationem faciendam, oportet, vt sit vrgens, *d. Auth. hoc ius.* & per consequens est necessarium, vt si certum, & clarum. & est ratio, quia debitũ obscurũ, dubiũ, aut incertum non est vrgens, quia ad illud nõ põt

14 alien. aut permuta. §. si quis. † quod pro sola necessaria, & ineuitabili occasione, propter quam non potest illud, quod imminet, adimpleri, aut pro alia causa vtilissimâ possunt res Ecclesię generaliter obligari, & hypothecari. Et legitur in *tex. Auth. de eccl. rer. immobili. alien.* quod si Ecclesia sit obligata ad solutiones, vel functiones fiscales, & non possit abundè debitum soluere facto super hoc cõsilio, & perquisitione, seruatisque solemnitatibus, secũdum formã ibi traditam, possunt possessiones,
15 & aliæ res immobilis Ecclesiæ in solutum dari, † item & pro solutione talis debiti alienari. itẽ si Ecclesia aliquid debeat alicui priuatæ personæ, res imobiles in solutũ dari posse permittitur, vt p *tex. ibi. & in gl. in verb. ad verb. alienationẽ.* quæ dicit, q secundum dispositionem illius constitutionis pro debito fiscali permittitur rei immobilis Ecclesiæ alienatio, & in solutum datio, sed pro debito priuato solum in solutum datio, sed hodiè, inquit, generaliter permittitur alienatio pro debito fiscali, vel propter debitum priuatum cum solemnitatibus, de quibus in *d. tex. in Auth de eccl. rer. immobili.*
16 *alien.* videlicet, congregato clero † cum Episcopus ciuitatis Metropolis, & ibi præpositis sanctis Euangelijs, si non potest aliundè solui debitum, posse procedi ad alienationem rei immobilis decreto celebrato apud prouinciæ iudicem, & res immobiles in solutum dare ad solutionem debiti emptoribus in fiscum soluentibus, & aliàs, vt ibidem;
17 secundum gl. Sunt vidẽdæ solemnitates † *in Auth. de alie. & emphyt. §. si verò contigerit.* vbi habetur, Si contigerit aliquam prædictarum venerabilium domorum fiscalium tributorum, aut alterius cuiuslibet superuenientis necessitatis venerabili domui, pecunijs egere, liceat eius ordinatoribus immobilem rem aut supponere, aut dare in speciale pignus, & creditor possideat eandem rem, & eius fructus colligat, & reputet sibi tam in his creditis pecunijs, quàm in vsuris, non autem maiorib⁹ quã quartam partem centesimæ. subdens text. quòd p soluto debito, vel ex fructibus adimpleto credito,
18 res habeat redire ad Ecclesiam alienantem. † & ibidem *in §. quæcunque.* Hoc etiam super ipsis venerabilibus domibus definire præuidimus; vt si quidam ex eis, siue publicis collationibus, siue pro aliâ necessariâ causâ eiusdem domus debitis obnoxij fiant, & non est possibile de rebus mobilib⁹ eadem persolui debita, & primò quidem ordine in
19 speciali pignore dari rem immobilem † creditori, vt eius fructus colligens, reputet sibi tam in ipsis debitis mutuis pecunijs, quã in vsuris, non amplius quartâ parte centesimæ. Si verò noluerit isto modo debitum transigere, iubemus per eos quidẽ qui à sanctissimo Patriarcha ordinantur, siue Metropolitæ, seu alij Episcopi sint, siue Archimãdritæ, seu alij, vt ibi enumeratur, aut aliarum venerabilium domorum ordinatores, apud Patriarchas, à quibus ordinantur, aut præponuntur, monumẽta fieri, & cum iureiurando ordinatorum, & consensu amplioris partis in eis deseruientium debi-
20 tum † manifestari, & quia non est possibile de rebus mobilibus istud persolui, per eos verò qui à Metropolitis ordinãtur, siue Episcopi sint, siue Archimandritæ, vel alij venerabilium locorum ordinatores, apud eos similiter Metropolitas, Episcopos huiusmodi monumenta conscribi; ab illis verò Episcopis, qui aut à Patriarchis, aut Metropolitis Episcopis ordinantur, & habent sub propriâ iurisdictione, aut monasteria, aut parochia, aut alias venerabiles domos sub similem modum fieri gesta; ita † tamen, quòd fiant gesta sine aliqua 21
expensa venerabilium domorum. post hæc gesta res ponatur in subhastationem in loco publico ciuitatis † plus offerenti deliberanda per 20. dies; & 22
his præcedentibus fieri venditionem pro pretio omnino in solutionem debiti conuertẽdo. & hoc euidenter inscribatur, quod nihil sit ad læsionem diuinæ domus. Si verò secundum prędictum modum emptor huiusmodi rei non inueniatur, iubemus creditorem ex iure prædictarum venerabilium domorum, quod pro soluto dicitur, eandem accipere possessionem, iustà, & districta ęstimatione facta, & addita in pretio decima parte vniuersę æstimationis, in ipsa quantitate accipere rem creditorem pro solutione certo dominio possessorũ, ita tamẽ vt ordinatores venerabilis domus, & amplior pars deseruientium huiusmodi venditionibus consentiant, & aliàs, vt ibi in *tex. d. Auth.* Facit in materia *tex. in c. sicut. 12 q. 2. ibi,* Sic iterum culpa est, imminente huiusmodi necessitate, & c. & quod pro causa necessitatis habeant, vel possint alienari res Ecclesię, est *tex in c. 1. de reb. eccl. non alie. 6.* † vbi 23
pro euidenti necessitate, vel euidenti vtilitate res Ecclesiæ alienari possunt; ibi, Præsertim cum euidens necessitas, quare fieri deberet, aut vtilitas nõ subesset. & ex eo, quòd ibi in tex. fuerat facta alienatiò causa legitima alienandi non existente, ideò decernitur non valere. idem habetur in *Clem. 1. de reb. eccl. non alie. ibi,* Nisi necessitas, aut vtilitas monasterij, priorat⁹, & Ecclesi. hoc exposcat. vbi dicit *gl. in verb. necessitas.* † quòd sufficit de istis duo- 24
bus alterũ adimpleri, quod ista duo vtilitas, & necessitas æquiparantur, *c. quæris. de stat. & qualit. & c. exposuisti de præben.* Et nomine necessitatis in materia alienationis venit, † & intelligitur omnis iu- 25
sta causa alienationis, per not. per Archid. & Præposit. *in d. c. non habenti. 12. q. 2. sequitur Lauren. de Rodulphis in repet. d. c. sine exceptione. 12. q 2. 3. col.* Immò causâ necessitatis vrgente † potest benè fieri alie- 26
natio rei Ecclesiasticæ etiam sine solemnitate requisitâ, per ea, quæ dicit Hostien. *in c. 1. de his, quæ fi. à Præla.* vbi notat casus, quos excipit, in quibus potest fieri alienatio sine solemnitatibus in rebus Ecclesiæ. excipit casum, quando est necessaria alienatio, † ibi, Exceptâ necessariâ alienatione; quia si sũ- 27
ma adest necessitas alienandi, quæ tantam requirat celeritatem, quod expectari non possit superioris authoritas, vel quæ superiorem consuli non pateretur, potest benè tunc alienatio fieri, etiam nõ obstãte iuramento de non alienando præstito, per ea, quæ dicit Abb. *in c. fin. ext. de eccl. ædifican. vel reparã. col. fi. dicit gl in c. placuit. 12. q. 2. in verb. necessitas. ibi; Ergò in necessitate possunt eis inconsultis. per Archid. in c. Abbatibus. ead. caus. & q. ibi;* Sed tamen † 28
tanta posset esse necessitas, quòd in his casibus alij Prælati iustè alienarent sine consensu, vel authoritate Episcopi & Io. de Fan. *in d. Clem. 1 de reb. eccl. non alien.* qui dicit in casu illius tex. posse fieri alienationem impunè illa solemnitate non seruatâ, si necessitas non capit tantam dilationem; vbi etiam

Card.

Card.vers.quintò notat,quod hæ duæ causæ, vti-
29 litatis scilicet, † & necessitatis frequenter permit-
tunt recedi à iure communi;*1.q.7.§.nisi rigor.& per*
30 *eundem vers.29.*quòd si necessitas † summam cele-
ritatem requirit, licentia, vel consensus peti non
potest,vel petitus obtinerè:exemplificat *in l.diuus.*
vbi adductá.& in cibaria familiæ,vel finge, inquit,
quòd non facile poterat obseruari solénitas,quod
accidere potest multis ex causis,potest absque me-
31 tu pœnæ celebrari; † quia quod dicitur, si subest
necessitas,fit alienatio seruatis solemnitatibus,in-
telligitur de necessitate , quæ non exigit tantam
celeritatem, sequitur Gondisſ. à Villadieg. *in suo*
*tract.de leg.q.11.in fi.*vbi allegat multos, quos alle-
32 gat Abb.suprà.Ex quibus,inquit, † infertur limi-
tatio ad iura,quæ exigunt solemnitatem in rebus
Ecclesiæ alienandis,vt intelligantur,nisi tanta ne-
cessitas,&tam vrgens interueniret,quod non pos-
set obseruantia solemnitatis prædictæ obseruari,
vt ex *tex.cum gl.in d.c.placuit.12.q.2. Pet. Rebuff. in*
suo compen.alien.rer.eccl.vers.quintus casus. ponit ca-
sum , in quo potest alienari res Ecclesiæ sine so-
33 lemnitate,videlicèt,† quando Ecclesia non potest
habere proprium,vti est in Cordigeris, credo in
Fratribus Minoribus ordinibus S. Francisci de
obseruantia, qui tenentur alienare, ne contraue-
niant institutionibus regulæ,& poterit tunc fieri
alienatio sine solemnitate,in *gl.in c.vno.in verb. do-*
mum.de relig.domi.in 6 idem tenet Bal. in Auth.si qua
mulier.C.de sacros.eccl.3.col.vers.quartò quia ibi; Sed
34 si ponamus consuetudinem , † vt dixit superius,
nunquam poterunt vendere non seruatâ solem-
nitate, quæ ponitur in *Auth. hoc ius.* quia quando
isti Prædicatores vendunt necessitate eorum sta-
tus,non est necessaria solemnitas, nec causa, quia
35 vendunt ex necessitate eorum status, † cum possi-
dere repugnet eorum statui,*arg.in l.2.de reb.eorum.*
Idem habetur per Ant. de But. in c. in præsentia. col. 7.
vers quintus casus.ext. de probatio. Idem si alienare-
36 tur res , quam Ecclesia † esset grauata per fidei-
commissum alienare; quia tunc etiam, si sine so-
lemnitate alienaret Ecclesia, valet alienatio, ita
Lap. *alleg. 26. disputat &c. quem refert Fely.in d.c.in*
præsentia.col.20.de probatio.Bal.in c.cum causa. col.fi.
37 *de re iudic. refert Hipp. in sing. 132. in alienatione.* †
Facit,quia,si immineret necessitas, per quã pro v-
tilitate Ecclesiæ moueretur Episcopus ad dispo-
nendum de beneficio patronali aliter, quam eius
natura exigeret,tunc etiam potest Episcopus pro-
pter dictam necessitatem imminentem dispone-
re,per doctrinam Abb.*in c.cum accessissent. de con-*
*stit.*Facit,quod notant Domini de Rota *decis. 307.*
*incip permutatio.in nouis,*quod si dominus, vel pa-
38 tronus non † vult sine causa assentire permutatio-
ni beneficij,potest Episcopus hoc facere sine con-
sensu eius,quia patronus non debet impedire ma-
gnam vtilitatem Eccles. Et dicit Inn. *in c. nisi cum*
*pridem.de renuncia.*quod in casu necessitatis aut v-
39 tilitatis,† non requiritur consensus, qui alias re-
quireretur.per Fely.*in d.c. cum accessissent. de con-*
stit per tex.elegantem in l. tutor, qui repertorium.ff de
administra.tutor.per quem tex.dicit Fely.quod Abb. in
c.fi.de eccl.ædific.vel reparan. dicit; quod si immineat
40 necessitas alienandi bona Eccles.Cathedralis, † &
exigat tantam celeritatem , vt superior consuli
non possit,potest Episcopus alienare,non obstan-
te iuramento de non alienando inconsulto Rom.
Pontifice.Et dicit Card.*in Clem.1.de reb.eccl.non a-*
lien. in princ. quod clericus potest alienare bona
Ecclesiæ ex causa necessitatis,† vt pro reparatione 41
domus Ecclesiæ ruentis , pro debitis soluendis,
pro molendinis, ne pereant, pro emendo castro,
vel fundo vicino , non pro emendis fulgidis ve-
stibus,& idem ibidem *q.29.* quòd potest † cleri- 42
cus alienare sine solemnitate, si subest summa ce-
leritas,& necessitas Ecclesiæ, puta, etiam quando
res esset tempore peritura,† quo casu videtur esse 43
licitum discedere à regulis iuris , & quod possit
relaxari iuris dispositio,per ea,quæ habentur *in l.*
pro hærede. ff. de acqui hæred. vbi Bal. & Lud.Rom Et
vide Abb. in c.pastoralis.de his,quæ fi.a Præla.vers. in gl.
in fi.& ex hoc collige.vbi dicit,quod † si alienatio 44
immineat ex necessitate iuris,tunc nulla est seruã-
da solemnitas,secus, si immineat voluntaria pro-
pter necessitates, hominũ. Et dicit Abb. *in c.vt su-*
per. de reb. eccl.alie.3 col.vers.si verò iurauit. quod in
casu necessitatis possunt † alienari res Ecclesiæ nõ 45
obstante iuramento:putat idem esse in casu vtili-
tatis,quia dicit necessitatem, & vtilitatem æqui-
parari à iure, *not. 12 q.2. in summa. per Innocen.in c.*
cum omnes.de constit.Item dicit gl in c.si quis de cleri-
*cis.12.q.2.in verb.rescisso.*quod licèt Clerici sede va- 46
cante nihil habeant disponere de rebus Ecclesiæ,
*vt 12.q.2.si quis Episcopus.75.dist.*quoniam, quia sede
vacante nihil esset immutandum,sede enim vacã-
te non possunt clerici immutare statum , *c. nouit.*
*ext.ne sede vacan.*tamen dicit, si est magna necessi-
tas,clerici possunt aliqua alienare,&c. Facit,quia
eueniente casu magnæ necessitatis , & vtilitatis
inexcogitato tempore constitutionis, Episcopus
potest † dispensare in casu,in quo alias nõ posset, 47
Domini de Rota *decis.205 Io.de Ligna.in c & si cle-*
rici.de iudic.Bal. in l.omnes populi. ff. de iustit. & iur.
Bar. in l. si hominem ff manda. Angel. in Summa in
verb.dispensatio.§.5.in quibus casibus.vers.secundo, ra-
tione.† Facit,quia vrgente necessitate non requiri- 48
tur consensus illius,qui aliàs requiritur, per Inn.
in c.nisi cum pridem.de renunciat. vt de translatione
Episcopi inuiti propter periculum scandali; † & 49
propter necessitatem aliquando licitum est aufer-
ri rem ab inuito,*l.venditor.§ si constat.ff. commi.præ-*
dio. † & propter necessitatem potest actus expe- 50
diri sine consensu eius, qui aliàs deberet requiri,
per *tex.in d.l. tutor, qui repertorium. ff. de admi.tut.*
vbi tutor inuentario non confecto administrare
potest bona pupilli;quod aliàs cessante necessita-
te facere non posset. per quem text. decidit Abb.
in d.c.fi de eccl.ædifi.vel reparan.† quòd si immineat 51
necessitas alienandi bona Ecclesiæ Cathedralis,
& exigat res tantam celeritatem, quòd superio-
rem consuli non patiatur, potest Episcopus alie-
nare non obstante iuramento de non alienando
Roma. Pontifice inconsulto præstito. latè per Fe-
ly.*in d.c.cum accessissent.de constit.col.9 vers.& quod*
in casu necessitatis,vide Bar.in l.1.§ si plures. ff. de ex-
ercit.ver.secundò quæro vbi dicit; Pone, quod in ali-
qua causa requiratur consensus alicuius, sine quo
res illa expediri non potest,an semper consensus
sit re-

sit requirendus? & tandem dicit, quòd est aduer-
tendum, an consensus sit requirendus ex disposi-
52 tione legis, an ex dispositione hominis, & an im-
mineat necessitas, an non; vbi concludit, quod in
casu necessitatis non est requirẽdus, quando com-
53 modè haberi non potest, &c. † Nec in casu nostro
est intelligendum de qualibet necessitate, sed de
illâ necessitate, quæ est extrema, per ea, quæ dicit
Marian. Soc. *In suo tracta. de oblatio. 9. libell 3. col.*
54 *nu. 15 ibi*, † Simile videmus in Ecclesia quod licèt
subsit necessitas, vel legitima causa alienandi, non
potest tamen alienari res Ecclesię regulariter pro-
hibita sine solemnitatibus requisitis; traditur *12.*
55 *q. 2. iniustum. c. sine exceptione. c. alienationes.* † quam-
uis enim necessaria causa incumbat; tamen fortè
potius expedit minori aliam rem, quàm istam a-
lienari: quia responderi potest, quod nos loqui-
mur, quando vellet prouidere existenti in extre-
mâ necessitate, ità quod non esset locus liberalita-
ti, & alias, vt ibi per eum. Faciunt dicta Archid. *in*
d. c. Abbatibus. 12 q. 2. quod tanta possit esse necessi-
56 tas, † vt etiam magna prædia possit sine solemni-
tate alienare. idem Io. de TurreCremata *in c. serru-*
las. 12. q. 2. Et hodiè in alienationibus rerum Eccle-
57 siæ † non habet esse qualis qualis necessitas, sed e-
uidens necessitas, & quæ euidenter appareat, per
tex. de hoc dicit ad litteram in *c. 1. de reb. eccl. non*
alien. in 6. vbi tex. declarando qualitatem necessi-
tatis, quæ habet esse, vt deueniri possit ad aliena-
tionem rerum Ecclesiæ, & ad tollendum ambi-
guitatem, & difficultatem, quæ oriri possit, habet
ista verba, Præsertim cum euidens necessitas, qua-
re fieri deberet, vel vtilitas non subesset. &c. &
pondera quid importet verbum Euidens, sequi-
tur Didac. Couar. *in lib. 2. variar resol. c. 16 nu. 8. vers.*
ceterum vbi dicit; quod res Ecclesiæ non possunt
58 alienari, † nec pignerari ex summâ necessitate, ità
quòd non erit quælibet necessitas sufficiens, per
gl. & Doct. *in c. 1. de pign vbi id not Imo. & Barb. & a-*
lij, vt per Didac. ibidem. In hac materia dico aliqua
in quæst. seq. de causa vtilitatis, vbi vide. Nec mi-
59 rum; quia si necessitas, † aut vtilitas Ecclesiæ id
exigit, qui etiam nolens cogitur promoueri, per
illud, quod dicit *gl. in summa. dist. 74.* & si quid fit
propter necessitatem, illud licitè fieri censetur. *gl.*
in c. quoniam 48 dist & quòd non est licitum in le-
ge, necessitas facit licitum, *c. quod non est licitum. de*
60 *reg. iur* & † necessitas legem non habet, *de consecr.*
dist. 1. sicut & in casu necessitatis est licitum etiam
61 ab hæretico recipere † baptisma *gl. in c. subdiaconus.*
§. sed illud. in verb habebunt. 24. q. 1. & in necessitate
positum socio confiteri posse, inquit Diuus Au-
62 gust. *de pœnit. dist. 1. c. quẽ pœnitet.* † & in casu necessi-
tatis famis excusatur quis à furto, *d. 1. distin. c. sicut.*
per gl. in c discipulos. de consec. distin. 5. quæ subiun-
git, quòd propter necessitatem famis Dauid cum
suis comedit panes propositionis, quos manduca-
63 re † tantummodò sacerdotibus erat permissum,
Mat. 12. & Marc. 2. & 25 q. 1. §. his ita. Nam per ne-
cessitatem famis pater distrahere potest filium. *l.*
64 *si quis propter. C. de patrib. † qui filios suos distraxe.* Et est
ratio, quia in necessitate omnia debent esse com-
65 munia, † *distin. 47. sicut hi.* & maximè cibaria *ff. ad*
leg. Rhod. de iact. l. 2. §. cum in eadem naui. insi. Item

† quia ex præcepto ipse dominus tenetur pascere 66
esurientem, *86. distin. c. pasce.* † vnde talis fur iustè 67
potuit credere dominum hoc permissurum, & sic
non deliquit, *Insti. de oblig. quæ ex delict. nascun. §.*
furtum. Potest ergo Prælatus, † vel clericus res Ec- 68
clesiæ, stante necessitate vrgenti, alienare non ser-
uatis solemnitatibus, quæ propterea adhiberi
non possunt dummodo alienans id gerat, quod
de iure reprobari non mereatur, per ea, quæ dicit
Archid. *in c. ea enim. §. hoc ius. 10. q. 2. in verb. conflata.*
quod res sacræ ad tabernam possunt obligari, et-
iam sub eadem forma: † si tamen res sit relicta 69
Ecclesiæ cum hoc, quod non possit alienari, &
sic alienari, prohibita ab homine, non potest
etiam vrgente necessitate alienari *gloss. est singu-*
laris in §. sanctissima. de alien. & emphyteut. in verb. a-
lienare. † licèt sit secus de iure Canonico, nisi ta- 70
men relicta esset ad certum, & specificatum vsum:
nam tunc sine licentia Papæ ad alium permutari
non potest, per *text in Clemen. quia contingit. de*
relig. dom. ibi, Cum tamen ea, quæ ad certum v-
sum largitione sunt fidelium destinata, ad illum
debeant, non ad alium, salua quidem Sedis Apo-
stolicæ licentia, & authoritate, conuerti, &c. vbi
gl. in verb. non ad alium. extendit, etiam pium, & in
verb. Sedis Apostolicæ. notat solum Papa posse al-
terare donata Ecclesiæ † per fideles. Declarat Bal. 71
solemniter in Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl vers. sed po-
ne, quod cuidam. Pro quo benè facit tex. in l. legatum.
ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. & in l. legatum ff. de v-
sufruct. legat. † *vbi tex notat,* quod relicta ad certum 72
vsum non possunt in alium commutari sine Prin-
cipis authoritate, & cõuocatis hæredibus, & prima-
tibus ciuitatis. Hæc tñ iuris ciuilis dispositio † ap- 73
batur, quia vbicũq; cõcurrit circa idẽ prohibitio
alienationis legis; & hominis, ibi nũquã res pote-
rit alienari, sed est prorsus inalienabilis effecta. *gl.*
est singularis in l. 2. C. de vsucap pro empto. Io. de Imo.
in l. filiusfamilias. ff. de leg. 1. quod etiam ibi colli-
gitur ex verbis Bar. & sequuntur Moderni in *c.*
cum contingat. de iureiur. † nam accedente prohibi- 74
tione hominis in tantum fortificatur prohibitio
legis, quod etiam in casu aliàs à lege permisso, nõ
poterit res alienari. facit *gl in l. fi. C. de reb. alien. non*
alienan. quod notat Imo. in l. Raynutius. de testa. vbi
dicit, quod si relinquatur † res Ecclesiæ per testa- 75
torem cum hoc, quod non possit alienari, non
potest alienari etiam in casu alias permisso. *d. Auth.*
hoc ius. C. de sacro. eccl. d. c. sine exceptione. 12 q 2. † Ac- 76
cedit, quod prohibitio addita prohibitioni ma-
gis astringit, sicut permissio addita permissioni
magis ampliat, *d. §. sanctissimas. de alien emphy. nota.*
in l. 1. §. nunciatio ff. de no. oper. nuncia. † quia pactum, 77
seu dispositio dent aliquid operari, *l. sed & si quis.*
§. quæsitum. vbi glo ff. si quis caut. Bal in c. 1. §. præterea
de c. Corr. & licèt ea, † quæ reliquuntur eccles. sem- 78
per videantur ea intentione relinqui, vt perpetua
sint ad vsum ipsius, & pauperum; & ideò cauen-
dum est ab alienatione, & Prælati periurium in-
currunt Deo, & Papæ secundum Inn. *in d. c. vt super*
de reb eccl. alien. in eo, quæ eligit Ecclesiam perpe-
tuò hæredem. † quæ non moritur, *12. q. 2. c. liberti.* 79
Bald. in c. 1. in princ. qui feud. dar poss. tamen expressa
intentio magis operatur, quàm tacita, *l nonnum-*
quam.

80 quam.ff.de codi. & demonstr. † & l expressa.ff. de reg.
81 iur. & quia plus solet timeri, † quod specialiter in-
hibetur , quàm quòd generaliter prohibetur,
Clem. vna cum concor de excess. Prælat. Et dicit Cyn. in
82 d. Auth. hoc ius; quòd † res prohibita alienari p ex-
pressam dispositionem, vt quia relicta sub condi-
tione, ne alienetur, etiam propter famis necessita-
tem alienari non potest, secus, si simpliciter à lege
prohibeatur : sequitur ; & refert ista Fabian. à
Mon in tract. de emptio. & vend. 4. q. prin. nu. 25. &
seq. vndecimò quæro. Et dicit Ioan. de Turrecremata
83 in summa, 12. q. 2. † quòd in casu, quo sint de ne-
cessitate res Ecclesiæ alienandæ, ordo seruari de-
bet in alienando; quòd si Ecclesia habet mobilia
superflua, illa primò sunt alienanda; sed primo
loco sunt alienanda non sacra, postea verò sacra;
& sacra si alienentur alij Ecclesiæ, possunt aliena-
ri in eadem formâ, & figurâ ; si verò vendantur
laicis, sunt vendenda conflata, & confracta, 10. q. 2.
hoc ius. l. sancimus nemini. & Auth. præterea vbi Docto.
C. de sacros. eccl. & c. aurum. 12. q 2. si verò Ecclesia
non habet mobilia superflua, tunc recurrrendum
84 est ad immobilia, † quia sine mobilibus necessa-
rijs Ecclesia non potest esse commodè , sed benè
sine immobilibus, & ità potius ista sunt alienan-
da, quam alia, 10 q. 2. hoc ius. Item immobilia illa
primò sunt alienanda , quæ minus vtilitatis affe-
85 runt Ecclesiæ, † vt semper maior vtilitas seruetur
Ecclesiæ, d. c. hoc ius & c. videntes. ead. quæst. & c sine
exceptione. & c. non liceat. & c. terrulas. 12. q. 2. quia
in alienationibus faciendis de rebus Ecclesiæ
semper habeat alienans prospicere meliora , di-
ctis iuribus : vnde vendendo non habet incipere
à rebus Ecclesiæ vtilioribus, sed à rebus successi-
86 uè minus vtilibus ; † quia non dicitur meliora
prospicere, qui vendit res Ecclesiæ vtiliores Ge-
min. cons. 48. presbyter. col. 3. ideò res mediocres
debet vendere, per Rebuff. in compendio alien. in
verb. prospiciat. Facit, quod dicit Bart. in d. Auth. hoc
87 ius. C. de sacros. eccl. vers. ext. gl. quòd in casu, † quo
sit deueniendum ad alienationem bonorum Ec-
clesiæ , ad venditionem debitorum non deueni-
tur vltimo loco , nisi in casu, quo fit exequutio
sententiæ per iudicem : quia eo casu debent pri-
88 mò capi ea, † quæ habent faciliorem expeditio-
nem, idem dicit Sanct. Thom. in secunda secundæ,
quæst. 100. de simon. vers. ad quartam. Richard. de Me-
diauilla 25. arti. 3. circa fi. quod alienatio primò de-
89 bet fieri de auro, si existat, † & argento, quod non
consistat in vasibus diuinis mysterijs , & officijs
deputatis ; si verò sint vasa diuinis officijs depu-
tata non consecrata , primò sunt largienda ,
deinde etiam ea, quæ sunt consecrata in pios vsus,
sunt conuertenda, & alienantur in eadem formâ,
& figurâ altari, vel Ecclesiæ; si verò laicis sunt a-
lienanda , præmissâ prius oratione ad dominum,
90 confringuntur, & confracta , & conflata dantur,
&c. † Facit, quia prohibitus alienare potest alie-
nare ex causa necessitatis , l. pater filium. in princip.
& ibi Bart. de leg. 3. l. 1. ff. de fund. dotal. & ibi Bar. per
91 eundem Bar. in l. filiusfamilias §. Diui. de leg. 1. in l pe-
ro. §. prædium. de leg. 2. vbi dicitur, † quod possunt
alienari bona alienari prohibita propter debita
testatoris vide per Alber. de Rosat. in tracta. sta-
tut. 2. parte, 2. q. vbi tenet idem. † Item possunt a- 92
lienari etiam propter dotem, & donationem pro-
pter nuptias, secundum Bart. in d. §. Diui. & per
tex. & Bar. ibi, & Doctor. in Auth. res quæ C. commu.
de lega. & per Bal. in l. 2. in fi. C. si aduers. vendit pign.
vbi dicit posse de iure Canon. vendi per vxorem
† creditricem viri defuncti domos relictas pro 93
construendo hospitali, & alienari prohibitas à te-
statore, sed hospitale fieri debet alibi, facta muta-
tione loci arbitrio Episcopi, quod est notandum.
† Sed limita secundum Bald. in Auth hoc ius porre- 94
ctum. C. de sacros. eccl. vt verum sit, si non sint alia
bona testatoris, de quibus possit vxori, & alijs
creditoribus satisfieri. Quinetiam dicit ibi Bald.
quod ex quo relicta est domus † ad certum pium 95
vsum, puta, ad hospitalitatem ibi tenendam, non
potest in alium vsum mutari , nisi de licentia , &
authoritate Papæ , & sic non potest creditor eas
distrahere: quod nota ad id, quod suprà proximè
dico secundum Bal. in d l. 2. & vide tex. cum gl. no-
tab. in Authen. de alien. & emphyt. § sanctissimas. † vbi 96
contrarium probatur de iure ciuili , quod non
possit etiam in casu necessitatis distrahi res alie-
nari prohibita, quod maximè procedit in relicto
facto Ecclesiæ cum prohibitione de non alienan-
do ; quia vt verba testatoris aliquid operentur,
† prout operari debent, l. si quando de leg. 1. intelli- 97
gitur facta prohibitio, etiam in casibus à iure per-
missis, secundum dictum Bartholo. Cæpol. in rub.
de verb. sign. 14. col. per tex d. §. sanctissimas. col. 9. Vide
ibi Ange. in §. hoc etiã 3. col. vbi dicit ; quòd veritas
est, † vt si sint aliæ res, quas alienando possit satis- 98
fieri, non poterit res relicta Ecclesiæ cum prohi-
bitione de non alienando alienari; vt sic intelli-
gatur dictum Inn. in c. Raynaldus. ext. de testamen.
vbi dicit, † quòd pactum facere non potest testa- 99
tor, vt alienatio facta non teneat, vel quod domi-
nium non transeat in accipientem , vel quod sine
traditione redeat res ad alienantem, &c. quod et-
iam notatur in d. §. sanctissimas, & in cap. verum. de
condit. appos & sentit Bald. in d. l. 2 vlt. colum. † sed si 100
alia bona desint, prohibitio non astringit, d. l. pa-
ter filium de leg. 3. pro quo vide Bald. alleg. Auth. hoc ius.
vers. sed pone. vbi dicit; quod res relicta Ecclesiæ,
† cum pacto quòd non possit alienari, de iure ci- 101
uili nullo modo alienatur. Canonistæ, inquit, di-
cunt contrà, si Ecclesia non habet alias res, quas in-
stante necessitate possit alienare, tu dic, inquit, da-
to, quod hoc sit verum de iure Canonico ; tamen
est intelligendum, vbi res relicta vel donata, non
est relicta ad certum pium vsum, quia si sit expres-
sus vsus, putà, domus ad hospitalitatem, non po-
test commutari ad alium, nisi de licentia Papæ, I-
dem Bal. in l. orphanotrophos. C. de Episcop. & cler.
vers. sextò nota. vbi tenet , quod res hospitalis po-
test alienari, † nisi sit relicta ad certum vsum , & 102
quando ad certum vsum , quòd possit mutari, &
alterari vsus de authoritate superioris; per iura,
quæ in dictis locis adducit. Facit, quia † ex causa 103
necessaria, & causa necessitatis, bona etiam resti-
tutioni subiecta possunt alienari, per gloss. in § res,
quæ. l. Marcellus ff ad Treb. In casu, quando res essent
steriles , vel quæ seruando non possent seruari, &
in casibus, qui habentur in d. Auth. res quæ. C. com-
mun.

mun. de lega. & in causa alimentorum, per Bart. & * * communiter Doctor. in d. Auth. res. Et vt ex causa dotis, & donationis propter nuptias, quæ est
104 causa necessaria, † ita ex causa carcerationis filij ex delicto hæres grauatus posset dicta bona alienare pro redemptione filij, cum sit causa necessaria, & vna & eadem ratio, quę est in dote, & in donatio-
105 ne. † & vbi quis esset captus, & carceratus pro delicto, tunc benè potest alienare, & tunc est permissa alienatio, per Bar. in d. Auth. res quæ per Alex. in d. §. res, quæ. vbi multos casus enumerat, in quibus videtur permissa alienatio bonorum restitutioni subiectorum, sequitur Ludo. Roma. cons. 337.
106 † vbi licèt res subiectæ restitutioni possint pro dote restituendâ obligari, tamen eum grauatus recepit fructus ascendentes ad restitutionem, tūc non possunt alienari pro ipsâ dote restituendâ, l. mulier. §. cū proponeretur. ff. ad Treb. idem Rom. cons. 233. Pau. de Cast. cons. 17. apostill. ad Bar. d. §. res, quæ, vbi an prohibitus alienare, nisi in casu necessita-
107 tis; & quæ dicatur necessitas, † & an, & quando sit quis condemnatus pro maleficio, dicatur necessi-
108 tas, & Apostil. ad Alex. d. § res. quæ. † Et Papa in casu necessitatis, si necessitas sit probabilis, bona Ecclesiarum inferiorum alienare potest, licèt causa necessitatis ditandi suos consanguineos, & familiares, vel aliàs sine causa rationabili non possit, per Archid. Bald. Dom. Bellamer. Turrecrem. & omnes alios in d. c. non liceat. 12. q. 2. tenetur, quod non possit. pro qua conclusione Bald. in l. fi. C. de bon. quæ lib. & Fely. in c. ad audientiam. de præscrip. Paul. de Cast. in cons. 414. qui videantur, cum adducant solidissima fun-
109 damenta. Et Papæ asserenti causam † necessitatis creditur, par Abb. in c. cum venissent. de iud. & Alex. cons. 1. lib. 2. & Aegid. in d. c. non liceat. Et licèt in text. in c. non liceat, 12. q. 2. habeatur, quod Papa non potest
110 alienare pro aliqua necessitate, † tamen omnes admittunt, quod Papa possit tam ex causa necessitatis, quam alia alienare, Bald. in l. fi. C. de bon. quæ lib. & omnis Papæ alienatio indistinctè sustinetur, modo ex ea scandalum non proueniat, per Aegid. cons. 12 Fely in d. c. ad audientiam. 1. & 2. col. de præscr. Quod ex eo comprobatur: quia Princeps secula-
111 ris ex causâ potest rem priuati auferre, † & aliena- re, l. Lucius. ff. de euictio. quod est multò magis ad-
112 mittendum in Papa; † qui est dominus omnium rerum Ecclesiarum, adeò quod eas alienando potius dicatur disponere in præiudicium Ecclesiarum super vsu, quam super dominio; ideò de reb. Ecclesiarum inferiorum disponere potest, per
113 Pau. de Cast. cons. 214. col. 2. lib. 1. † Et si Papa afferat, sed alienare bona Ecclesiarum ex causa necessitatis, non potest reuocari in dubium, an causa sit vera, ex quo Papæ asserenti creditur, Abb. in d. c. cum venissent. Alex. cons. 1. li. 2. Quòd quidem comprobatur * communi omnium sententia, † quod in
114 his, quæ sunt iuris positiui, Papa contrarium disponens ex causa, statur Papæ causam asserenti, per Dec. post alios in c. quæ in ecclesiarum. col. antepen. nu. 134. de const. Quod maximè procedit, quando alienatio nō est talis, quæ tendat in scandalum Ecclesiæ, per Fely. in d. c. ad audientiam. & maxime etiam quando causa esset notoria, † quia super no-
115 torio iudex potest ex se animum suum informare, Bald. in l. 1. col. 2. vers. ex hoc pono. C. vt quæ desunt aduocа. & pro suis, Sedis Apostolicæ, ac vniuersalis Ecclesiæ necessitatibus Papa benè potest bona inferiorū Ecclesiarū alienare, † nec ex alienatio- 116
ne facta in subuentionem Ecclesię vniuersalis per Papā Ecclesia inferior se læsâ dicere potest: quia si Papa pōt in subuentionē alterius Ecclesię indigētis rē vnius alteri applicare, D. Anto. Abb. & alij in c. constitutus. de relig. dom. multò magis dicendum est posse applicare necessitatibus Ecclesiæ vniuersalis; inferendo dicit Pau. de Cast. cons. 414. versic. præterea. col. 2. Pro quo est considerandum, quod Ecclesiæ inferiores habent bona † vti Deo dica- 117
ta per fidelium oblationes, c. futuram 12. q. 1. Inn. in c. cum super. de caus. poss. vnde ab initio, quo acquiruntur, lubt affecta, vt necessitati inseruiant Ecclesiæ, cuius Papa, † vt Christi Vicarius est caput, 118
& quod ipse facit, ab ipso Domino factum videtur, c. inter corporalia. de transla. Præla. Præpos. in c. tuas. de sponsal. Paris. cons. 68. lib. 4. & ideò si cōtingat alienari, non potest dici Ecclesia læsa, cùm bona hac lege affecta habuerit in ipsâ primariâ acquisitione. Ias. in l. si contra iuris. §. si filius. colum. 2. ff. de pact. † Et in hac materia, si Ecclesia, vel locus pius 119
sit in tanta constitutus necessitate debitorū, quod non potest deliberare, nisi per laicos, quid hoc casu sit agendum, vide per Archid. 88. distin. c. iudicatum: Alber. in Auth. hoc ius. C. de sacrosf. eccl. † Et nota, 120
quòd in casu alienationis factæ sine solemnitate ob vrgentem necessitatem, Bal. in c. 1. qui feud. dar. poss. 4. col. putat, quod ex post de necessitate sit facienda ratificatio solemniter, iuxta not. in l. Pomponius ff. de nego gest. refert, & approbat Ias. ibidem, col. 8. vers. tertiò limita.

ADDITIO.

Prædicta omnia, & quæ subsequuntur cessant in alienatione facta per Summum Pontificē, Abb. cons. 41. col. pen. in fi. in prima parte. & regulariter in cæteris alienationibus multi volunt, quod tres causæ sint, propter quas licita sit alienatio, videlicet, necessitatis, vtilitatis, & remunerationis benemeritorum, Castren. cons. 74. in facto isto. in prima par. Et circa hanc primam causam necessitatis aduertendum est, quod illa sub se plures particulares habet casus: inter quos est ille, quando Rector molestatur super rebus Ecclesiæ, & cogitur litem subire, & postea in lite vincit, Castren. vbi supra colum. 2. in princ. illis enim concurrentibus, Ecclesia tenetur ad expensas per eum factas.

De causa inopię, vide tex. in c. quæ in Ecclesiarum, & ibi Bero. num. 29. de constitut. Non debet se extendere vltra necessitatem, Nat. cons. 126. in princ.

Notandum est etiam, quòd multi volunt, quòd non valeat constitutio Papæ, quod res Ecclesiæ alienari possint sine iusta causa, Bero. in d. cap. quæ in ecclesiarum. nu. 38 & seq. quod tamen periculosum est, saltem quò ad potestatem absolutam, vt infra dicetur q. 44. Si autem alienatio facta fit ex vnâ causâ, quæ non subsistat, non potest sustineri ex alio subsistente, Castr. cons. 74. col. 2. in prima par. & ibi addit, oportere constare de causa aliundè, quā ex assertione Prælati, vel Rectoris. Quod si alienatio facta sit indebitè, potest alienans contrauenire, etiam si alienationem iurauerit, Calcan. cons. 125.

125.*nu.21.* Milis in suo repertorio in verb. Praelatus, & facit doctrina Bart. *in l. post mortem ff. de adopt.* De quo tamen vide Bero. *in c. si quis eod.* Constat etiam, quod indebitè alienans, & acquirens res Ecclesiae sunt excommunicati, Bero. *vbi suprà, per illum tex.* & remedium euincendi bona malè alienata potest esse recuperādae, seu reintegrandę, Neuiza. *cons. 85. Sarmient. de redit. Ecclesiae, in prima par. c. 2. & in tracta. select. ar. opinionum lib. c. 11. nu. 10. & seq* & pulchrè pro spolio Grammat. *decis. 79.* cōpetit etiam rei vendicatio Bero. *cons. 59. nu. 34. in fi. vol. 1.* & pro remedio spolij, Paris. *cons. 101. nu. 96. & plur. seq. & omninò per Plot. in l. si quando. num. 205. C. vnde vide vi.*

Vide suprà *q. 13. nu. 45. in fi. & seq.*

Et in effectu triplex est causa iusta alienandi. prima scilicèt, necessitatis, secunda vtilitatis Ecclesiae, tertia remunerationis benemeritorum, Castr *d. cons. 74.* in facto isto. *in princ. in prima parte.* & de omnibus causis suprà, sed omninò infrà *q. 22.* Item de causa constare debet legitimè, *q. 23.* & de remunerationis causa infrà *q. 51. c. 21.*

Circa primam necessitatis, illa sub se plures particulares habet casus. Primus est, quando Rector molestatur super bonis Ecclesiae, & cogitur litem subire, & postea in lite vincit Castr. *vbi supra col. 2. in prin.* Illis enim concurrentibus Ecclesia tenetur ad expensas per Rectorem factas.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitatis causa tam de iure Ciuili, quam Canonico res Ecclesiae potest distrahi.*

2 *Ecclesia non debet cum aliena iactura locupletari.*

3 *Ad hoc, ne Ecclesia cum aliena locupletetur iactura, aequum est, quòd reddat.*

4 *Praelatus, qui alienauit malè, & si pauper, habetur recursus contra Ecclesiam factam locupletiorem.*

5 *Conductores rei Ecclesiae habent actionem ad repetendum pretium, si fuerint in bona fide.*

6 *Ecclesia, quae vendicat res permutatas, debet & ipsa restituere, quae habuit.*

7 *Ecclesia debet tantum iustum pretium recipere, licèt plus eidem offeratur.*

8 *Contrahentes possunt se inuicem decipere.*

9 *Ecclesia in suis contractibus non debet solum facere.*

10 *Ecclesia sicut in damno morari non debet, ità nec in lucro.*

11 *Emptor bonae fidei repetit pretium ab alienante, non ab Ecclesia, nisi in defectum.*

12 *Ecclesiae sufficit, quòd conseruetur indemnis.*

13 *Ecclesia semper intelligitur facta locupletior, quando non est facta pauperior, & nu. 28.*

14 *Contractus non vtiliter gestus forma seruata tenet, sed potest reuocari.*

15 *Res Ecclesiae quando alienantur gratia vtilitatis, debent cum vtilitate distrahi.*

16 *Vsusfructus rerum immobilium Ecclesiae qualiter cōcedi possit.*

17 *Res Ecclesiae alienatur propter vtilitatem, non obstante prohibitione de non alienando.*

18 *Res Ecclesiae Hierosolymorum alienātur ex causa vtilitatis pro emendis reditibus melioribus.*

19 *Episcopus non potest vendere, vel donare res Ecclesiae, nisi vt meliora prospiciat, & nu. 21.*

20 *Meliora sunt, quae sunt vtilia.*

22 *Res Ecclesiae alienari non potest, nisi pro vtilitate ipsius.*

23 *Alienatio rerum Ecclesiae est concessa, si adsit vtilitas Ecclesiae.*

24 *Sufficit, quòd alterum interueniat, scilicèt, aut vtilitas aut necessitas.*

25 *Seruum Ecclesiae alienans tenetur ad duplum.*

26 *Ecclesia si faciat negotium, ex quo speretur vtilitas immobilia poterunt alienari.*

Vtiliter coeptum esse sufficit, licèt non sit secutus effectus, ibid.

27 *Contractus tenet si inde Ecclesia non fuit neque locupletata, nec damnificata.*

29 *Profuturum esse sufficit communi opinione Canonicorum, licèt contrarium eueniat, & nu. 31.*

30 *Benè gestum sufficit à principio.*

32 *Laesione probata datur restitutio in integrum.*

33 *Fraus solet irritare contractum.*

34 *Verbum Eligat, & Prospiciat, intelligitur quantum in se est.*

35 *Si alienatio fiat ex causa necessaria, sufficit, quod vtiliter sit res coepta.*

36 *Pupillus negotiorum gestoris facto non obligatur, nisi quatenus factus est locupletior.*

37 *Ecclesiae satis cautum est, quòd probata laesione restituatur.*

38 *Ecclesia restituitur probata laesione.*

39 *De forma alienationis est, quòd cum capitulo tractet, & deinde alienet.*

40 *Alienatio tenet, dummodò forma seruetur, etiam si fiat in casu nōn concesso.*

41 *Res necessaria si agitur, sufficit, quòd vtiliter coepta sit, qualemcunq; exitum habeat, secus, si agatur res vtilis tantum, & nu 42.*

43 *Contractus, in quo Ecclesia non fuit, nec locupletata, nec damnificata, valet.*

44 *Eo ipso, quòd Ecclesia non reperitur pauperior facta, intelligitur locupletari.*

45 *Alienatio si facta ex causa necessitatis fuerit, sufficit, quòd Ecclesia non patiatur damnum.*

Secus si ex causa vtilitatis, tunc enim oportet, quòd vtilitas sequatur, vt nu. 46.

47 *Contractus, si celebretur in casu licito apparenter, licèt non existenter, valet, sed datur restitutio.*

Si verò in casu non licito, nec apparenter, nec existenter, nullus est, vt nu. 48.

49 *Ad contractus alienationis validitatem sufficit, cōtractum fieri ad vtilitatem Ecclesiae, attento fine, & sic sufficit causa putatiua.*

50 *Pretium rei venditae debet esse versum in vtilitatem Ecclesiae.*

51 *Emptor debet esse curiosus, vt pretium vertatur in vtilitatem Ecclesiae.*

Necesse tamen non est, quod duret versum, vt numer. 52.

53 *Emptorem scire non oportet, ad quem vsum pecunia conuertatur.*

54 *Vtilitas iudicanda est arbitrio boni viri.*

55 *Iure cautum non reperitur emptorem debere assi-*

127 *Quando aliquid qualificatum requiritur, non sufficit illud simpliciter interuenire.*
128 *Defectus euidens vbi requiritur, non sufficit defectus, nisi sit euidens.*
129 *Vtilitas euidens est, super qua dubitari non potest, quin sit profutura.*
130 *Vtilitas aliter apparere debet, quàm per scripturam publicam.*
131 *Euidens id dicitur, quod nulla tergiuersatione celari potest, & nu. 132.*
133 *Euidens est, quod absolutè est tale, non quod respectiuè.*
134 *Vtile respectiuè absolutè est vtile, & è contrà.*
135 *Res minus vtiles alienantur pro vtilioribus de cõsensu capituli.*
136 *Vtile accipitur dupliciter, simpliciter, & absolutè.*
137 *Tempus alienationis consideratur ad vtilitatem considerandam. & nu. 141.*
138 *Aestimatio constituitur non ex præterito tempore, sed ex præsenti, & nu. 139.*
140 *Permutatio licet sit cum Ecclesiæ vtilitate facienda: tamen sufficit, quòd Ecclesia non sit damnificata.*
142 *Res permutata si efficeretur deterior, Ecclesia non potest dicere se læsam, ergo nec si efficeretur melior.*
143 *Tempus contractus est inspiciendum.*
144 *Petere non debet quis id, cuius contrarium non esset petiturus.*
145 *Valor rei qualiter per testem probetur.*
146 *Iudex debet mittere duos bonos æstimatores, ad faciendam æstimationem.*
147 *Pretium præsentis temporis attenditur, si non cõstat de præterito.*
148 *Præsumitur de præsenti in præteritum.*
149 *Arguitur ex præterito ad præsens.*
150 *Si venditio minus iusto pretio facta sit, an per emptorem suppleri possit.*
151 *Res in dubio præsumitur tantum valere, quantum est in æstimo communis.*
152 *Valor rei qualiter probetur, & articuletur.*
153 *Res parui valoris dicitur respectu mali vicini.*
154 *Aequalitas est seruanda.*
155 *Si probatum fuerit quòd alienatio non sit in vtilitatem Ecclesiæ, ea corruit.*
156 *Ecclesia vtitur iure minoris.*
157 *Si iusta causa alienandi non subest, datur Ecclesiæ rei vendicatio contra possidentem.*
158 *Vtilitas Ecclesiæ præsumitur, sed tamen potest contrarium probari.*
159 *Concessio in emphyteusim à Papa confirmata retractatur, si apparet facta in læsionem.*
160 *Acta reuocantur, si narrata in supplicatione non verificentur.*
161 *Alienata reuocantur data læsione, non obstante decreto, & informatione.*
162 *Decretum, & causæ cognitio faciunt præsumi omnia solenniter acta, & nu. 163.*
164 *Sacrilegij instar est dubitare, an Principi liceat cum causa confirmare.*
165 *Papa potest aliqua bona Ecclesiæ alicui donare, & præsumitur iusta causa motus.*
166 *Defectus causæ finalis vitiat rescriptum.*
167 *Vtilitas est causa finalis rescripti.*
168 *Causa defectu probato contractus nullus redditur.*
169 *Vtilitas qualis qualis non sufficit, sed debet esse euidens.*
170 *Vtilitas resultat, tam ex æstimatione rei sine qualitate, quàm ex redituum quantitate.*
171 *Valor rei probatur non tam ex qualitate rei, quàm fructuum modo.*
172 *Vtilitas non intelligitur, si detur res æquiualens Ecclesiæ, quia debet esse maior.*
173 *Eo ipso quòd datur res æquiualentis pretij, tunc dicitur constare de damno.*
174 *Alienatio tendens in vtilitatem Ecclesiæ potest fieri absque aliqua solemnitate.*
175 *Liberatio pupilli facta sine tutore valet.*
176 *Pupillus habet idoneam personam, quando agitur de eius fauore.*
177 *Transactio vtilis alimentariæ valet inconsulto prætore.*
178 *Venditio valet, si vtilitatem manifestam pupilli, vel Ecclesiæ contineat.*
179 *Authoritas superioris ex interuallo potest interponi, quando alienatio vtilis est Ecclesiæ.*
180 *Stante statuto, quod certa solemnitas debeat interuenire, si contractus vtilis est, valebit etiam non interueniente solemnitate, & nu. 181.*
182 *Vtilitas Ecclesiæ si adest, solemnitas etiam ex post facto interuenire potest.*
183 *Alienatione prohibita, non intelligitur illa prohibita, quæ fit in illorum fauorem, quorum causa fuit facta prohibitio, & nu. 200.*
184 *Statuti prohibitio non extenditur ad casum, in quo alienatio est vtilis Ecclesiæ.*
185 *Prohibitio alienationis non comprehendit alienationem factam in vtilitatem Ecclesiæ.*
186 *Alienatio rei minoris, vel Ecclesiæ valet, quando continet manifestam eorum vtilitatem.*
187 *Contractus cum carcerato factus non valet, nisi factus sit ad illius vtilitatem.*
188 *Iuramentum ex verisimili mente iurantis non continet minima.*
189 *Iuramentum non est iniquitatis vinculum.*
190 *Iuramento non obstante potest Prælatus res Ecclesiæ alienare ex causa vtilitatis.*
191 *Iuramentum de non alienando non astringit in casu necessitatis Ecclesiæ.*
192 *Necessitas, & vtilitas æquiparantur à iure.*
193 *Contractus si nullus est ob non seruatam formam, si vtilis est, potest ab Episcopo, vel Rectore approbari, vel non approbari: potest enim Ecclesia ratificare, & nu. 194. & 197.*
195 *Statuti prohibitio non extenditur ad casum vtilitatis Ecclesiæ.*
196 *In alienationibus huiusmodi formaliter requiruntur solemnitas, & iusta causa.*
198 *Hodie contractus valere non potest inconsulto Romano Pontifice. Vide tamen, quæ ibi dicuntur, num. 199. & 200.*
201 *Statutum prohibens aliquid fieri, nisi cum certa solemnitate, limitatur, nisi contractus sit vtilis.*
202 *Necessitatis, & vtilitatis causa in materia alienationis pari passu procedunt, & æquiparantur.*
203 *Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.*

204 *Alienatio si constat facta in euidentem vtilitatem valet, sicuti transactio alimentorum absque solemnitate facta.*

205 *Alienatio non valet, nisi seruata forma in casu licito.*

206 *Alienatio facta sine superioris authoritate, etiam si Ecclesiæ vtilis sit, est nulla*
Item nulla est, si fiat cum solemnitate in casu non licito, vt nu 207

208 *Si in alimentorum præstatione solemnitas sit omissa, actus est nullus.*

209 *Forma dat esse rei.*

210 *Ecclesia tenetur de eo, & pro eo, quod est versum in vtilitatem suam.*

211 *Mutuum factum Ecclesiæ si versum sit ad illius vtilitatem, locus est repetitioni.*
Sed quid in alijs contractibus, an debeat esse versum in Ecclesiæ vtilitatem, & repetitioni sit locus? vide nu 212.

213 *Soluens sic bene tutus esse velit, debet de ordinarij superioris authoritate soluere.*

214 *Soluens Ecclesiæ liberatur quidem, sed Ecclesia restituitur, si pecunia non conuertatur in vtilitatem ipsius.*

215 *Solutio si facta sit alicui recipienti pro Ecclesia, & pecunia salua sit, Ecclesiæ soluens tutus est exceptione doli.*

216 *Versum in vtilitatem Ecclesiæ quomodo dicatur, & quomodo probetur.*

DE CAVSA VTILITATIS.

QVAESTIO. XX.

ALIA quoque causa, propter quam est permissa alienario rei Ecclesiasticæ, est causa vtilitatis; quia propter vtilitatem, quam re-
1 cipit, † a & recipere potest Ecclesia, est permissum
a tam de iure Ciuili, quam Canonico, vt res Ecclesiæ aliàs distrahi, & alienari prohibitæ possint benè alienari, licèt videatur contrarium; quia videtur esse satis, quod Ecclesia damnum non patiatur, vel in aliquo non damnificetur, & quod conseruetur indemnis absque damno, aut læsione ali-
2 qua. † non debet enim Ecclesia locupletari cum alienâ iacturâ: nam videretur capere contra conscientiam illud, quod plus caperet, & teneretur restituere saltem de æquitate, dicit optimè *gl. in l. in-*
3 *bemus C. de sacrosf. eccl. in verb. acquirant. ibi*; † Sic ergo Ecclesia locupletatur cum aliena lactura; vnde æquum est, quod reddat. vbi id videtur tenere gl. de æquitate, licet ad hoc ciuilis non competat actio, vt ibi per eam, & per Bar. *in Auth. qui res, C. eo.*
4 vbi dicit, quod † si Prælatus, qui malè alienauit res Ecclesiæ, putà, non seruatâ formâ, & in casu nō licito, sit pauper, nihilque habeat, & contra emptor, vel conductor, sit in bonâ fide, & ex eo contractu Ecclesia sit facta locupletior, eo casu habet recursum contra Ecclesiam; quia non debet esse facta locupletior cum damno illius, allegat ad hoc
* Bar. bonam gl. quam dicit, quod * omnes Canonistæ sequuntur in *c. ad audientiam ext de reb. eccl. alie vel non. in gl. in verb. refundendam qua dicit*; quod
5 conductores † habent actionem ad repetendam pecuniam, vel pretium, si fuerunt in bonâ fide. Et subdit Bar. Id intellige verum, quando contrahentes erant bonæ fidei in veritate, aliàs non haberet regressum contra Ecclesiam, nec contra Oeconomum. & dicit Bart. Secundum hoc vidi fieri plu-
ries, † cum quidam homines permutassent cum 6
quadam Ecclesiâ non seruatâ formâ iuris, & Ecclesia postea vendicaret, quæ alienauit, dixi, quod debebat restituere, & ipsa idem, quod accepit, si haberet, &c. vt ibi per eum. Et dicit *gl. in c. hoc ius.*
10. q. 2. in verb. vt plus, † quod si quis offert vendito- 7
ri rei Ecclesiasticæ plus, quam res valet, tunc Ecclesia habet tantum iustum pretium recipere: licet lex dicat, quod contrahentes possunt se inuicem fallere, *l. in causa. l. 2. §. idem Pomponius. ff. de*
minor. † sed Ecclesia in suis contractibus † non de- 8
bet dolum facere. *c. per tuas. extra de dona. per Io. de* 9
Lign. in c. si quis. de reb. eccl. alie. & in c. per tuas. in fi. de dona. faciunt dicta per Laur de Rodul. in repet. c. fine exceptione. 12. q. 2. q. 46. facit, quod habetur per gl. in c. 1. ext. de in integ. resti. in gl. si qua dicit, quod ab vtraque parte haberpeti restitutio acceptorum hinc inde; quia sicut Ecclesia in damno morari non
debet, † ita nec in lucro in casu restitutionis in in- 10
teg. *l. vna C. de repud. ff de mino. l. quod si minor. §. restitutio.* Idem habetur per Abb *in cap. si quis. de reb. eccl. alie. in fi. ibi*; Si verò emptor fuit in bona fide,
repetit pretium à male alienante, non autem † ab 11
Ecclesia, nisi in defectum, puta, quia si Prælatus non est soluendo, agit contra Ecclesiam, quatenus est effecta locupletior ex illo pretio, *arg. c. 1. extrà de deposi. vt ibi per eum.* Et habetur in gl. *in d.*
c. fine exceptione. in gl. in verb. profuturum; † quod 12
sufficit, vt Ecclesia in contractibus conseruetur
sine damno; nec est opus semper, † quod fiat locu- 13
pletior; sed satis est, quod non deterioretur eius conditio, vel quod non fiat pauperior; & quia semper intelligitur facta esse locupletior, quando non est facta pauperior, vt per *gl. ibi.* Et dicit *Innoc.*
in c. 1. ext. de depos. in princ. quod immo, † etiam si 14
non vtiliter contrahat Ecclesia, contractus tenet, dummodo forma à canone tradita sit seruata, licet reuocari possit per restitutionem in integ. *l. si quid. C. de prad. minor. cap. 1. de in integ. restit.* & quòd habeat fieri alienatio cum vtilitate, & pro vtilitate.

Sed istis nō obstantibus, quę intelligi habent in terminis, in quibus loquūtur, & vt loquitur *gl. in d.*
c. sine exceptione. † res Ecclesiæ, si distrahūtur, vel 15
alienantur, debent distrahi, & alienari cū vtilitate Ecclesiæ, quā causa vtilitatis fit alienatio, tā ex dispositiōe iuris ciuilis, quā canonū authoritate; vt primò
est *tex. in l. iubemus. circa fi. C. de sacrosf eccl. ibi*; † Vsus 16
fructus rei si immobilium Ecclesię, & piorū locorum cōceditur cuilibet, qui dat rē in proprietatē cum tantundē fructuum respōsione, mox & cū pacto de retrouēdendo cū vsufructu, vel post mortē accipientis, vel post tēpus, seu terminū conuentū. *§. si verò aliquis. Auth. eo.* idem habetur in *Auth. de nō alie. aut permutan. §. hac igitur increpaus. & in tex. in Auth. de alien. & emphyt. §. si verò aliquis quamlibet rem immobilem, &c. & §. si verò quis voluerit rem, &c.*
circa fi. Auth. † vbi nō obstante prohibitione de nō 17
alienādo res Ecclesię, pro vtilitate, & in casu vtilitatis permittitur, quod possit alienare vsusfructus rei Ecclesiæ, &

się,&habetur in Auth. *de alie.& emphyt. in corpore §.*
18 *sanctissimas verò,* † quod ex causa vtilitatis,&pro e-
mendis reditibus melioribus,& vtilioribus,est li-
citum Ecclesię Hierosolymorum alienare res su-
as pro tanto pretio , quantum de possessionibus
annuis exigit in annis quinquaginta id est , pro
annatis;vt ego puto quinquaginta: ibi; Et hoc au-
tem concedimus , vt Hierosolymorum sanctissi-
ma Ecclesia licentiam habeat domos competen-
tes ei,& positas in eadem sanctissimâ ciuitate ven-
dere non minori pretio , quam de pensionibus e-
ius in quinquaginta annis colligitur, vt ex eorum
pretio reditus meliores emat. Et habetur in *text.*
19 *in d. c. fine exceptione. 12. q. 2.* † quod Episcopus non
potest vendere , vel donare aliquid de rebus Ec-
clesiæ,nisi fortè aliquid horum faciat, vt meliora
prospiciat. vbi Lauren. de Rodul. *in suâ repe. dicit,*
quod Doctores exponunt verba Meliora prospi-
ciant,id est, vtilia. Ex quo nota, inquit, quod sunt
20 vtilia,† quando meliora; sed non possunt esse me-
liora,nisi vbi minus vtile vendat; quia vtile dici-
tur,quod meliorem facit , & deteriorem esse non
sinit. *l. quod dicitur. §. fi. ff. de impens. in re. dota. fact.*
cum l. seq. l. impensa. ff. de verb. sig. Item legitur *in text.*
in c. tua nuper. extra de his, quæ fi. à Præla. sine consens.
21 *ibi;* Ne quis Episcopus † de rebus Ecclesię donare,
permutare,vel vendere audeat,nisi faciat, vt me-
liora prospiciat. eadem litterâ habetur in *t. cum*
Apostolica. de his, quæ fi. à Præla. &c. dicit gl. in c. nulli li-
ceat. ext. de reb. eccl. alie. in ver. alienare, nõ licet,in-
22 quit,alienare,† nisi pro vtilitate Ecclesię *c. fine ex-*
ceptione, &c. Idem habetur *in tex. in c. 1. de reb. eccl.*
23 *non alie. in 6.* vbi alienatio rerum † Ecclesiæ est cõ-
cessa,si adsit vtilitas Ecclesiæ,in tex. ibi; Præsertim
cum euidens necessitas,quare id deberet fieri, vel
vtilitas non subesset. Item legitur in *tex. in Clem. 1.*
eo. ti. nostro ibi; Nisi necessitas,aut vtilitas monaste-
rij Ecclesiæ,vel prioratus hoc exposcat, *vbi gloss. in*
verb. necessitas. declarando text. inquit; sufficit alte-
24 rum istorum interuenire, † videlicet, vtilitas,aut
necessitas;& ista duo, inquit, æquiparantur. Simi-
liter idem habetur in *tex. in extrauag. Ambitiosæ, ex-*
traua. commu. eo. ti. ibi: Præterquam in casibus à iu-
re expressis,ac de rebus,& bonis in emphyteusim
ab antiquo concedi solitis,& cum Ecclesiarum e-
uidenti vtilitate. *Et per tex. in c. Episcopus. 12. q. 2.* ha-
25 betur, † quod qui alienat seruum Ecclesię,tenetur
ad duplum Ecclesię,&eidem duos seruos eiusdem
meriti recompẽsare,per rationem, quam assignat
ibi *gl. in verb. patrocinio: quæ est gl. 1.* Et adeò est ve-
rum, quod pro vtilitate res Ecclesiæ alienantur,
26 quod si Ecclesia faciat aliquod negotium, † à quo
speretur, vel expectari possit vtilitas, tali casu a-
lienantur etiam stabilia ; videntur dicere Ang. *&*
gl. in Auth. de non alie. §. fi. n. col. 2. in verb. consistente.
vbi dicunt;quod bona Ecclesiæ immobilia possũt
alienari pro emendis bobus pro laborerio,& cul-
tura.

Per hæc igitur satis videtur apertum, iura vo-
luisse,quod causa vtilitatis sit causa potissima ad a-
lienandum res Ecclesię, Sed *gl. in d. c. fine exceptione.*
b monet in hac materia dubium; quomodo aliena
tio intelligatur vtilis Ecclesiæ,& cum vtilitate;an
videlicet sufficiat,quod vtiliter cœpta sit,licet nõ
sit inde sequutus effectus vtilitatis, vt *ff. de neg. gest.*
l. sed an vltrò. Et respondet, quod non; quia cum Ec-
clesiam comparemus pupillo,non debet sufficere,
rem esse cęptam vtiliter, nisi Ecclesia sit facta locu-
pletior. *ff. de neg. gest. l. si pupilli. in pr.* nisi ita sit, quòd
illa res naturaliter, vel terræmotu perierit, vt *ff. de*
minor. l. verum. §. si locupleti. † & si ex illo contractu 27
Ecclesia non est,nec locupletata, nec damnificata,
contractus tenet;quia sufficit nihil ad læsionẽ do-
mus factum fuisse. † nam cum Ecclesia nõ est facta 28
pauperior, tũc facta intelligitur locupletior. *l. pu-*
pillo ff. de solutio. idem dicit *gl. in c. tua. de his, quæ fi. à*
Præla. vbi est eadem littera in verb. dubium. vbi de-
clarat verbum illud Dubium † profuturum, quòd 29
sufficit,non esse dubium, vt sit profuturum com-
muni opi. Canonicorum, vel probabili iudicio, li-
cèt fortè secus cõtingat, *d. l. verum. §. si locupleti sub-*
dens: Et intelligo non sit dubium, quantum ad se;
† quia sufficit ab initio benè gestum, *d. l. sed an vl-* 30
trò. §. 1. vel dic dubium, scilicet, communi opi. cle-
ricorum. idem dicit *gl. in c. cum Apostolica. de his, quæ*
fi. à Præla. in verb. profutura. † Profuturũ, inquit, in- 31
tellige, quantum ad opinionem ipsorum, & sic te-
nebit alienatio, quamuis contrarium eueniat, *ff. de*
admi. tut. l. tutor, qui § 2. † tamẽ si probaretur lęsio, 32
restituitur, *c. 1. de in integ. resti.* Et idem dicit *Ioã. de*
Turr. Cremata, ibidem, ibi: Hic surgit quæstio, vtrũ
si non sequatur vtilitas, quam credebat Episcopus
& clerici, debeat contractus reuocari alienationis.
Respondetur secundum Hug. quòd non debet re-
uocari, ex quo legitimè, & solemniter celebratus
est, nisi fraus interuenerit, † quæ contractum solet 33
irritare. Nec est imputandum Episcopo, vel cleri-
cis, ex quo bona fide, & rectâ intentione celebra-
uerunt contractum, & meliora Ecclesię prospexe-
runt; &, quantum in se fuit, perspexerunt, licet ali-
ter contigerit; † & quod hic dicit, eligat, vel pro- 34
spiciat, intelligitur, quãtum in se est, vt ibi per eũ.
Sed Archid. *in d. c. fine exceptione.* non transit sim-
pliciter cum *d. gl. d. c. fine.* in hoc enim videtur sequi
distinctionem Ioan. de Fantu. qui distinguebat, vi-
delicet, quòd si in alienatione, quæ fit, agitur res
necessaria, id ẽ, quæ erat necessariò, † & de necessi- 34
tate facienda, putà, cum alienatur non pro vtilita-
te, sed pro necessitate cogente, tunc non debet cõ-
siderari, an vtilem, vel non vtilẽ successum habue-
rit; quia tunc qualemcunq; exitũ habuit, quod ge-
stum est, stabit, dummodo sit cœptum Si verò ge-
ris res vtiles, in quarũ gestione (ita ego intelligo)
nulla adsit necessitas, sed totum obiectum sit vtili-
tas, tunc locum, inquit, habet *tex. in l. si pupilli. in pr.*
ff. de neg. gest. vbi pupillus nõn est, † nec venit obli- 36
gatus facto negociorum gestoris, nisi quatenus ex
illius facto factus fuerit locupletior, vt per *text. i-*
bidem. vbi gl. dicit; quòd si gestor impendit in cau-
sam necessariam pupilli, tenetur pupillus in soli-
dum, quemcunque exitum res habuerit, dummo-
dò vtiliter sit inceptũ, secus, si voluptuariè, &c. per
iura, quæ ibi adducit. Sed ꝑ hoc vide Laur. de Ro-
dul. *in sua repe. d. c. fine exceptione. 12. q. 2. col. 5. vers. gl.*
hic respondet. vbi dicit, quòd opinio *gl. in d. c. fine*
exceptione. sufficere velle videtur, vt vtiliter sit cę-
ptum, & quòd nihil sit factum ad læsionẽ diuinæ
dom⁹, & quòd ex quo nõ ẽ deteriorata, meliorata

37 intelligitur; est, dicit, opinio verè æqua;† satis e-
nim debet esse Ecclesiæ, quòd probata læsione re-
stituatur, vt dicit *gl. in d. c. cum Apostolica. de his, quæ*
fi. à Præla. in verb. Profuturum. ibi; Profuturum,
quantum ad opinionem ipsorum; & sic tenebit a-
lienatio, quamuis contrarium eueniat. *l. tutor. §. 2.*
38 *ff. de admin. tut.* tamen † si probaretur læsio, resti-
tueretur. *c. 1. de in integ. resti.* Et facit, inquit, finis
nostræ *gl. 1. gl. d. c. sine exceptione. in fi. ibi*; Sed resti-
tuitur Ecclesia, si probet se læsam, quod inquit,
declarando oppono sic, & videtur, quòd gl. sibi i-
psi contraria videatur, quod probo sic. De formâ
39 alienationis est, † vt capitulum cum Prælato, siue
Prælatus cum capitulo tractet, & deinde cum cō-
sensu ipsius capituli deliberatione factâ Prælatus
alienet; non autem est de formâ, quòd illud deli-
berent, an initium, vel finis sequutus illius, quod
deliberant, sit vtile Ecclesiæ: præsumitur enim ex
quo sic deliberant, vtiliter deliberare, scilicet,
quòd sit vtile: quia aliàs nō est alienatio concessa,
40 † sed tunc sic, cum forma seruetur, alienatio te-
net, etiam si fiat in casu non concesso. Et dicit, in-
quit, finis glo. nostræ, ergo alienatio facta in for-
mâ tenet, quamuis non sit vtilis sequutus effectus;
ita vult finis huius gloss. cuius contrarium sentit
principium eiusdem *gloss sed gloss. in prin. cum dicit*,
quòd non sufficit vtiliter cœptum, si vtilis non
sequatur effectus, quantum est ad hoc, quod per-
petuam habeat firmitatem contractus alienatio-
nis, ita quòd non sit locus petitioni restitutionis,
sic concordabit cum fine; & ita intelligendo nul-
la erit contrarietas inter gl. & dicta prædictorum.
& istum intellectum apertè probat *gloss. in d. c. cum*
Apostolica. Sed Io. de Fa. *secundum Archi. distinguebat*
41 *sic*; aut agitur res necessaria, † aut vtilis tantum.
primò casu stabitur illi, qualemcunque exitum
habeat, dummodo fuerit vtiliter cœptum; secun-
dò vero casu habeat locum. *l si pupilli. hic allegata.*
subdens idem Laur. & si rectè considerentur verba Gof-
fre. in d. c. tua, de his, quæ fi. à Præla. idem sentit. nam
dicit formaliter *in d. c. tua. in verb. profuturum.* In-
telligo, quòd cum ex necessaria causa alienantur,
42 *vt 12. q. 2.* hoc ius. sufficiat negotium vtiliter † in-
choatum, etiam si vtilitas non sequatur, &c. & a-
lias, vt per Laur. *in d. repe. d. loco.* Et vide eum ibi-
dem in *1. q.* vbi quærit, pone, quòd est factus con-
43 tractus, † in quo Ecclesia non fuit nec locupleta-
ta, nec damnificata, an valeat? Et inquit, valet con-
tractus. satis est enim inquit, quòd nihil sit actum
44 ad læsionem diuinæ domus. † item cum Ecclesia
non reperitur pauperior facta, tunc intelligitur
locupletior. Opinionem Ioan. de Fa. *sequitur Gu-*
liel. Aurio. in additio. ad Guliel. de Monte Landuno in c.
si plurib. de preb in 6. Quod est verum, si alienatio
fuerit facta ex causa necessitatis; quia tunc suffi-
45 cit, † quod ex contractu alienationis Ecclesia non
patiatur damnum; & ita intelligitur *tex. in d. §. hoc*
46 *ius. ibi*, si debitum vrget. Si verò loquamur † in a-
lienatione facta ex causâ vtilitatis, & tunc opor-
tet, quòd vtilitatem habeat Ecclesia, alioquin non
esset vtilitas, nec res melior, ita probat *tex. d. c. sine*
exceptione, ibi, non dubium. &c. vt super. in fi. ibi; pro
vtilioribus, &c. & *c. ad aures. ibi*; ad maiorem Ec-
clesiæ vtilitatem. *ext. de reb. eccl. alie. vel non. facis.*

tex. in l. cū, qui. §. melior. ff de in diem adiect. Rebuff. in
d. c. sine exceptione. in verb. vt meliora, &c. & pro hoc
vide, quod tenet *gl. 12. q. 2. in summâ*, quòd etiam te-
net notabilis *gl. in d. c. cum Apostolica. in verb. profutu-*
rū. de his, quæ fi. à Præla. & in d. c. tua. in verb. non du-
bium per D. Ant. in c. 1. de in integ. restit. † quòd aut 47
apparenter, licèt non existenter, contractus ce-
lebratur in casu licito; & tunc non datur restitu-
tio in integ. cum contractus omnino non dicatur
nullus, ex quo celebratus in casu licito fuit appa-
renter: aut contractus celebratur † in casu non 48
concesso seruatâ formâ, nec apparenter, nec exi-
stenter; & eo casu contractus dicitur esse nullus:
& ideò si quoad opinionem suberat vtilitas, vel
necessitas Ecclesiæ, licet reuera non subesset, tenet
alienatio, sed esset locus restitutioni in integrum;
secus, si apparenter non suberat causa quoad opi-
nionem; quia tunc contractus erit omninò nullus,
nec erit opus restitutionis in integ. Ideo D. Ant.
in c. ad nostram. vlt. not. de reb. eccl. alie. dicit; † quod 49
quò ad validitatem cōtractus alienationis rei Ec-
clesiæ, sufficit, contractum fieri ad vtilitatem Ec-
clesiæ, attento fine mouente contractum, vel cau-
sam, licet in modo contrahendi non fuit vtilitas
Ecclesiæ: & sic vult, quod sufficiat causa putatiua
ipsius contractus ad hoc, vt teneat, quod est no-
tandum perpetuo, &c.

Syluester autem in *Summâ in verb. Alienatio nu.*
24. §. 26 quærit. quomodo intelligatur vtilitas Ec-
clesiæ, pro quâ fit alienatio. Et dico, inquit, secun-
dum Laur. † quòd oportet pretium rei venditæ 50
esse versum in vtilitatem Ecclesiæ; & sic illam v-
tilitatem esse perpetuam, & euidētem, vt in ædifi-
cijs perpetuis, emptionibus alienatarum rerum,
vel solutione debiti grauis; † & emptor debet es- 51
se curiosus, vt videat, quod sic conuertatur. Sed
tamen Zabarel. *super Cle. monasteriorum. eo. ti.* di-
cit; non esse necesse, † quod duret versum in vtili- 52
tatē Ecclesiæ: & *gl. 10. q. 2. c. ea. n. §. hoc ius.* dicit; quod
non oportet emptorem scire ad quem † vsum pe- 53
cunia conuertatur, sed sufficit probare, quod Ec-
clesia tunc indigebat. † Vel potest dici, quod vti- 54
litas ista iudicanda est arbitrio boni viri; sicut
quando omnibus cōsideratis iudicatur, quod Ec-
clesia benefacit, vel quia inde recipit reditū maio-
rem, vel si parem, aut minorem, tamen cōmodio-
rē, vel aliquod tale; ità fuit, inquit, de mente *gl. in*
c. ea. n. §. hoc ius. in verb probat. 10. q. 2. Nec inuenitur
† aliquo iure cautum, quod oporteat emptorem 55
cautum effici de istâ vtilitate, sed sufficit sibi rem
emere in isto pretio, reliquum relinquere cōsci-
entijs vendentium. Et quærit Petr. Rebuff. *in suo*
compen. alie. rer. eccl. † *in expositione. c. sine exceptione.* 56
12. q. 2. in verb. vt meliora. quãdo dicatur cōuerti in
vtilitatē Ecclesiæ. Et respōdet, quãdo cōuertitur
in rem Ecclesiæ, & duraturã, puta, in emptionē a-
licuius rei, seu ædificiū, vel aliam rē, *l. 1. & 2. ff. de*
impens in re dota. fac. c. quod quibusdā de fideiussor. † 57
Itē dicitur cōuerti in vtilitatem Ecclesiæ, et si Ec-
clesia nō haberet perpetuā vtilitatē, sed tēporalē,
vtpotè pro colēdis agris, colligēdis fructibus seu a-
lijs, *l. in fundo. & l sumptus. & l. si fundi. ff. de rei vend.*
Dom. in d. §. hoc ius, col. 2. vbi dicit; quod nō ē vera vtili-
tas, † nec ēt qñ datur in feudū, licet retineatur ho- 58
magium,

magium, & ob defectum homagij non praestiti
59 res possit cadere in commissum,† quia non debet attendi aduersa fortuna.*l.inter.§ sacram ff. de verb. obl.Bellam consi.33.incip.quod si.col.14. vers. quoad secundam difficultatem.* Et sufficit, quod tempore contractus dicatur vtilis,licet efficiatur deterior;
60 † quia attenditur tempus contractus.*l.si voluntate. C.de rescin.vendi. Cald.expresse cons. 5. in rub. de rer. permu.per text. in l.sed an vltrò. §.1.ff. de neg gest.Et vide Inno.in c.quod quibusdam.ext.de fideiuss. in verb.*
61 *in vtilitatem.vbi dicit*; quod duobus modis † quid dicitur conuerti in vtilitatem ecclesiae.primò id tantum, quod conuertitur in rem Ecclesiae etiam in posterum duraturam,puta,in emptionem alicuius rei, aedificium, & consimilia.& sic,inquit, accipitur hic,*& ff.de impens.in reb dotalib.fac.l.1.&*
62 *3.*† Item alio modo dicitur conuerti in vtilitatem Ecclesiae etiam id, quod non accipitur ad perpetuam vtilitatem,sed temporalem,puta,pro colendis agris,& domibus non necessarijs, aliàs tamen vtiliter faciendis, & alias,vt ibi per eum. Vide, quae deduco ego infra *in q.56.an,& quomodo ex mutuo obligetur Ecclesia;propè finem quaestionis*: Et in materia hac nota,quod refert Corsetus in *repert.*
63 *in verb.alienatio*, † quod res Ecclesiae pro vtilioribus possunt alienari, *c. vt super. de reb. eccl. alie.vel non.vbi Abb.infert*;quòd si Praelatus non reperit vnum cambium, poterit vendere, & precium in
64 res vtiliores conuertere;† nam precium succedit in locum rei Ecclesiae,Abb.*c. 1. col 1. de his,quae fi à*
65 *Pral.* † Nec creditur instrumento asserenti, vti quòd sit factum causa vtilitatis,nisi probetur.*c.nō*
66 *liceat.12.q.2.vbi Praepos. 2. col. dicit*; † non stari verbis Papae dicentis se alienasse ex causâ suis consan-
67 guineis,† nec praesumitur vtilitatis causa factum, nisi probetur.*c.1.& ibi glo.in 6.eo.tit.concludit Guido Pap.q. 151.Aegid.Bellamer consi. 33. 14. col.*nec etiā
68 si partes † confiteantur esse vtile Ecclesiae; Barb. *cons.40.praclarè.col.5.vol 1.*&pateret via fraudibus, & renunciarent partes per indirectum, quòd di-
69 rectò facere non possunt,†& eadem facilitate,quā actum conficiunt,confiterentur. Nec etiam confessio Praelati extraiudicialis nocere potest Ecclesiae,*gl.in l. certum, §. sed an ipsos.ff. de confess. Cald. cons. 5. an confessioni. in illo titulo. Rebuff. in compen. alie.in verb. prospiciat. & per Card Zabarel in Clem. 1. de reb. eccl. vers. trigesimo quaro;habetur secundum*
70 *Laud.*† *in probando versum*; quòd non sufficit probatio per scripturam publicam confectam super confessione Praelati,nisi id aliter probetur per le-
71 gitima documenta,quia de facili improuidè† Praelatus prodigus posset confiteri pecuniam versam esse,quae non esset versa.*l. iubemus. §.scientes. C. de*
72 *sacrosf.eccl.* Et,si sit dubium, vtrum † contractus sit vtilis Ecclesiae, quid sit praesumendum, vide Bal.*in c.1.de his, qui feu. da.poss.* vbi de hoc ponit
73 quaestionem. vbi dicit; † quòd si feudum sit apertum,praesumitur contractum esse vtilem,alias secus. sed gl. *qua est in Authen.hoc ius in fi.*dicit, quod
74 vbi interuenerit plenus consensus Ecclesiae, † id est,Praelati,& capituli, praesumitur factum in vtilitatem Ecclesiae processisse:& ego,inquit, addu-
75 co generaliter, † quod vbi est forma seruata, & decretum generaliter interpositum, semper praesumitur factum pro vtilitate Ecclesiae, *arg. not. ad hoc in l.1.C.de pred.curia.lib.10.Et vide Bal. qui notabiliter loquitur in l.fi.§.necessitatem.C.deb on. qua lib. idem dicit Dec.cons.142.in prin.ibi*: Et cum dicatur ista alienatio facta solemniter,in dubio † praesu- 76
mitur contractum cedere in vtilitatem Ecclesiae, vt per Bal. *in d. c. 1 qui feu. dar. poss. quod dictum sequitur Alex cons.79 incip.circa primum.nu.7.vers.fortificatur. vol. 1. idem Bal. in c. Sicut circa si vers.item quaero. de re iud. dicens*. † quòd quando interuenit 77
decretum superioris, praesumitur,quòd actus vtiliter factus fuerit *argum.l.1.C.de pred.curia.lib.10. sequitur glo.ad decis.Guid.Pap.quaest.151*& decisio illa habet, quòd si in instrumento alienationis dicatur, † quod sit factum causa vtilitatis Ecclesiae, 78
tamen id non praesumitur, nisi aliter probetur; *per tex.iunct.gl vbi Gemi.ca.1.de reb. eccles. non alie. in 6. licèt Inno. Hostien. Flor. 3. q.c.ea noscitur.de his, quae fiu à Prala. contrarium teneant, vt d decis.& per. Pet. de Anchar. in Clemen. 1. de reb. eccles. vers.quartò nota.*Si verò considerentur iura antiqua,prout in tex. *in d c.fine exceptione.12 q.2 in d.c.tua.vt in d. c. cum Apostolica.de his.qua fiu à Prala.*apparet,† quod 79
dummodò alienans prospiciat meliora, & dummodò quoad ipsum, vel communi opinione non sit dubium, vt quod gerit,sit profuturum Ecclesiae, quòd facere potest alienationem rerum Ecclesiae; vnde qualitercunque agatur vtiliter, & cum quacunque, & qualicunque vtilitate res sit gesta, sufficit, cum dicta iura aliud non specificent. † quia cum dictorum iurium intentio sit 80
prouidere, ne Ecclesia damnificetur,& quod indemnitati ecclesiae sit prouisum,satis esse videtur, quoad illa, qualis qualis vtilitas: quia sufficit, quod Ecclesia non sit deteriorata,si non sit locupletata.dicit enim Laur.de Rodul.*d.loco*; Doctores exponunt illa verba Meliora prospiciat,id est, vtilia.† ex quo nota;inquit, quod sunt vtilia, quādo meliora,sed non possunt esse meliora, nisi vbi 81
minus vtile vendat; vt ibi per eum *col.16 vers.ex quo nota.*quia vtile illud dicitur, quod meliorem facit,& deteriorem esse non finit,*l. quod dicitur.§. fi.ff de impens. in re dota.fac. cū l. seq l. impensa ff.de verb.sig.* Sed videtur hodie melius declaratum, & specificatum per iura noua, & moderna,per text. 82
*in c.1.de reb eccl.non alien.in 6.*vbi tex.declarare videtur & tollere ambiguitatem,quae oriri poterat, an quaelibet etiam parua vtilitas sufficeret. dicit enim † quod vtilitas,vel necessitas,per quam de- 83
ueniri potest ad alienationem rerum Ecclesiae,nō habet esse qualis qualis,sed habet esse euidens, & talis,quae euidenter appareat, summeque sit manifesta;quia tex. vtitur verbo Euidens:dicit enim Praesertim cum † euidens necessitas, & vtilitas, 84
&c. quod verbum importat rem manifestā per coniecturas: quia euidens illud dicitur esse,quod est manifestum, & constat per coniecturas, dicit Bar. *in l.prator ait.in prin.ff.de non.oper nunc.*ibi,Sicut enim illud dicitur euidens, quod colligitur ex coniecturis,*l.licèt de leg.1 & glo. in c constitutionem de verb sig.li.6.*ponens exemplum de defectu euidenti,quia concernit personam,puta, inquit, quia caret oculo, vel patiatur defectum scientiae. subdens† quod euidens propriè dicitur,quod se- 85

mel factum, semper durat, *c. euidentia.* de accusat.
86 & manifestum † dicitur, quod non durat in appa-
renti; sed tamen potest probari de facili, vtrum sit
87 idem, &c. Et illud dicitur † euidentissimè appare-
re, quod constat per Instrumentum publicum,
Ias. *in l. 1. ff. de non. ope. nunc. Fely. in c. licet causam. ext.*
88 *de prob.* † vel etiam per tres testes idoneos, vel per
duos multum excellentes, per Spec. *in ti. de pre. §.*
fin. vers. vltimo. Franc. Curt. in c. 1. §. 1. quib. mod. feu. a-
mitt. col. 10. per Ias. in l. sciendum. ff. de verb. obli. 4. col.
vnde euidens debet esse ista vtilitas Ecclesiæ, quã-
do rerum illius fit alienatio. Et rescripta, quæ e-
89 manant à Sede † Apostolicâ super alienationibus,
vel concessionibus rerum Ecclesiarum, veniunt,
& emanant cum clausulâ istâ: Si in euidentem vti-
litatem Ecclesiæ cesserit, vel cedet venditio, per-
mutatio, cessio, vel alienatio, quia conclusio ta-
90 lium rescriptorum est, † quòd committatur Vica-
rio Vrbis, si in Romanâ Curiâ fiat alienatio; si ve-
rò extra eam ordinatio, seu alteri; vel aliquibus
probis viris in partibus illis commorantibus con-
iunctim, vt ego vidi sæplus fieri, vt constito sibi,
quòd venditio, locatio, permutatio, seu emphy-
teusis, vel alienatio cesserit, vel cedat in euiden-
tem Ecclesiæ vtilitatem, locationem, permutatio-
nem, eandem cum omnibus, & singulis pactis, &
conuentionibus in ea appositis comprobet, & cõ-
firmet, seu comprobent, & confirment. Vel dat
illis licentiam alienandi, dummodò faciant id in
euidentem vtilitatem Ecclesiæ, vel in euidentem
necessitatem, omnesque, & singulos tam iuris, quã
facti defectus, si qui forsan interuenerint, sup-
pleat, seu suppleant, cum potestate citandi, &c.
Ponitur etiam clausula, & per Breue, scilicet Ve-
stræ hac supplicatione introclusa: attento, quod
prædij valor non excedit centum ducatos: seu at-
tento, quod annuus census, seu annuus valor non
excedit summam quinque ducatorum de camerâ,
vt per Io. Staphi. *in tract. de grat. & expecta. in rub.*
de rescrip. in formâ Breui. 2. col. vers. datur per Breue. v-
91 bi dicit, † quod licentia vendendi bona Ecclesiæ
datur per Breue, præcipuè terras, & possessiones
incultas, & steriles, & pecuniam exponendi in a-
lijs bonis in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, iuxta
ca. terrulas. 12. q. 2. & in Authen. item prædium. C. de sa-
92 *crosan. eccle. ponit gl. in l. si fundus ff. de reb. eol.* † Sci-
endum tamen est, quod istud conceditur per Bre-
ue supplicatione introclusâ, vel per rescriptum
Apostolicum in formâ Dilectus, tunc demum, &
eo casu, quando valor non excedit centum duca-
tos, aut annuus census quinque ducatos, & tunc in
clausulis supplicationis debent dici ista verba: Et
per Breue Sanctitatis Vestræ hac supplicatione in
troclusâ: vel quod litteræ per cancellariam expe-
diantur per rescriptum Apostolicum in formâ
Dilectus, attento, quòd pretium non excedit cẽ-
tum ducatos, &c. alioquin non datur per Breue,
sed per Bullam: sed quando est in Vrbe, tunc per
93 solam signaturam. debet † tamen exprimi titulus
Prælati, vel Canonici, cui committitur. dicitur e-
nim clausulis super tali materiâ: Et quod pecu-
nia apud ædem sacram, aut aliquem probum vi-
rum deponatur, donec pro alijs bonis stabilibus
exponatur, ad quæ bene facit tex. *in l. acceptum. C.*
de vsur. Demum in fine clausularum semper po-
nitur hæc clausula, videlicet. Si in euidentem.
† quod ideo ponitur, vel si non est in clausulis de- 94
bet poni per referendarium in pede supplicatio-
nis, vt signator ponat illa verba in signaturam, at-
tento, quòd in hac materiâ solet fieri difficultas
super alienatione huiusmodi bonorum propter
diminutionem dotis. Et ideò, quando aliquis
petit, † quòd possit alienare, siue vendere possessi- 95
onem, siue aliquid aliud immobile suæ Ecclesiæ
ad effectum reparationis domus, vel Ecclesiæ, tũc
cõsueuit proponi supplicatio in signatura: † quia, 96
vt dixi, solet in similibus fieri difficultas propter
diminutionem dotis: *facit c. nulli liceat. & c. qui ab-*
stulerit. 12. q. 2. & c. res. c. videntes. 12. q. 2. vt per eundẽ
Staphil. ibidem sequitur Rebuff. qui se remittit ad eũ-
dem Staphileum in sua Praxi Beneficiali, dum
tractat de Breui, *pag. 453. num. 29. & per Sarnen. in*
tract. Breuium, num. 22. vers. solent etiam concedi per
Breue licentia vendendi. † vbi dicit, quod licentia 97
vendendi res immobiles Ecclesiæ conceditur per
triplicem viam: per Breue supplicatione intro-
clusâ, per Rescriptum in formâ Dilectus, & per
Bullam sacræ pœnitentiariæ. † sed per primam viâ 98
non solet concedi, nisi ad valorem centum duca-
torum cum suis iustificationibus videlicet, dum-
modo pretium apud ædem sacram, aut aliquem
mercatorem idoneum deponatur. *d. l. acceptum.*
† Et fiunt istæ commissiones cum clausula. Si tibi 99
constiterit, quod alienatio prædicta sit in euiden-
tem vtilitatem Ecclesiæ. Et istæ licentiæ frequẽ-
tius † hodie expediuntur per Pœnitentiariam et- 100
iam ad magnâ summam, & non solum si in euidẽ-
tem vtilitatem, sed etiam si duntaxat fiant in eui-
dentem necessitatem, quando illa necessitas aliun-
dè repatari non posset, nisi alienando, *Clem. 1. de*
reb. eccle. non alie. in verb. necessitas. & ibi glo. † Et ta- 101
lis necessitas habet esse Ecclesiæ, non personæ: pu-
ta si Ecclesia pateretur ruinam, quam non posset 102
aliundè, nisi ex venditione rerum reparare, aut
pateretur defectum ornamentorum, & vasorum
sacrorum, *c. aurum. 12. q. 2.* quia tali causa datur li-
centia, secus, si adesset necessitas personæ, putà,
quia beneficiatus esset obæratus ære graui alieno;
† quia tunc licèt possit satisfacere creditoribus de 103
fructibus *ca. peruenit. de fideiuss. no. Io. And. & alij in*
c. grauis. de deposit. non tamen per hoc potest alie-
nare bona Ecclesiæ, *per Arch. Ioan. And. & alios in c.*
eos. de sent. excomm. per Abb in c. reprehensibilis. de ap-
pell. † Vidi etiam tales licentias de alienando res 104
Ecclesiæ concedi per litteras camerales Cameræ
Apostolicæ, & id vigore priuilegiorum, & indul-
torum per Rom. Pontif. eidem Cameræ concesso-
rum. quam authoritatem, † & facultatem vidi 105
nudiustertius reuocatam, & abrogatam per spe-
cialem motum proprium Sanctiss. D. N. D. Pij
Papæ V. hoc præsertim anno 1569. desuper editũ.
Idem tenet Quintilianus Mandosius in suâ Praxi
signaturæ, sub rub. si in euidentem. vbi dicit,
† quod si valor rei excedit centum ducatos, vel 106
annuus reditus sit vltra quinque ducatos simi-
les non dantur per Breue, sed debent litteræ ex-
pediri; si extra Curiam; & in omni casu addi de-
bent per Referendarium in calce supplicationis
hæc

hæc verba, videlicet; Et si in euidentem, subdens: Dum autem Signatura æquiparat, quod valor rei excedit centum ducatos, vel illius redditus sint vltra ducatos quinque, hac ratione factum esse crediderim,
107 † quia pretium rei secundum reditum consideratur, text. *in Auth. hoc de non alie. § quod autem. inf. & in l. si fundum. vbi ad hoc illum tex. not. vbi glo. ff. de leg. 1.* & pro simili æquiparantur est tex. *in l. si quis. ibi, qualitas rei, & redituum quantitas æstimetur. C. de rescin. vend.*
108 † & Romæ dicimus domū valere mille, quia communiter locatur, & conducitur quinquaginta ducatis. Quare autem per signaturam consueuerint limitari huiusmodi concessiones per illam clausulam, attento, quod annuus valor non excedit summam quinque ducatorum; potest responderi, quod hæc sunt arbitraria, & quod non omnium,
109 † quæ maioribus nostris tradita sunt, ratio reddi potest. *l. non omnium. ff. de leg.* exquisitius verò perscrutanti occurrit tex. *in l. diuus. ff. de bon. dam. ibi, aut leues annulos si.*
110 *qui rē non excedunt aureorum quinque.* † & sic quinq; aurei habentur pro parua summā: vnde meritò pro tali summā non curet litterarum expeditionem, & sic per graues impensas. subdens dando
111 regulas signaturæ: † Suppletio defectuum deleri debet præsertim si defectus in supplicatione in specie non narratur: pront etiam supponit Hierony. Paulus *in lib. nuncupato Prouinciali fo. 64. vers. Si petantur suppleri defectus in supplicatione super gratia.* Si in euidentem signata per Fiat, vt petitur, litteræ expediri poterunt cum suppletione defectuum; prout notauit ibidem idem Hierony. Paulus ibi, vel per Fiat, vt petitur, supplicatio signata fuerit; super hoc, & altero, quod præmissi: habemus regulam cancellariæ 39. iuxta ordinem antiquum, ibi; Declaro, quod operatur illa clausula Supplentes defectus, & qui defectus suppleantur,
112 &c. vt ibi per eum. † Et licentia alienandi res Ecclesiæ, quæ conceditur per Papam Episcopo, aut clerico per Episcopum, debet esse in formā præcisā, & specificā, non autem generalis, & generaliter formata; quia non valet, nec sufficit in formā generali, *c. 2. de reb. eccl. non alie. in 6. facit c. 2. de preb. li. 6. ca. qui ad agendum. de procu. eo. li. gl. in Clem. 1. de off. ord. in c. ne captanda. de conceß. preb. in 6. in l. magis § ne tamen. ff. de reb. eo. & in l. ob as. C. de prad. mino. Bart. in l. in pupillorum. § si prætor. ff. de reb. eo vbi dicit*; quod malè facit Episco-
113 pus, † si concedit licentiam alienandi rem minus damnosam, nisi rem specificet, vel saltem debet Episcopus concedere purè dictam licentiam; quæ concessio valet, secundum Bar. *ibidem.*
114 † Et quare non valeat, nec valere possit licentia generalis concessa de alienando, ratio esse videtur; quia videtur esse ecclesijs onerosa; ita dicit Laur. de Rodul. *in repet. d. c. sine exceptione. sua q. 19.* vbi ponit quæstionem; Quæro de licentiā, quam iam vidi dari in genere per Episcopum, vt possit Rector, siue Prælatus alienare hinc ad tres, vel quatuor annos, quotiescunque casus occurrerit vtilitatis, vel necessitatis, bona suæ Ecclesiæ: Re-
115 spon. † Puto indubitanter illam non valere, etiam si aliud habeat consuetudo, cum sit Ecclesijs onerosa. Sed Lap. de Castell. *in c. de Xenodochijs. de reli. dom. quem ibi Laur. cit at*, dicit, quod Rector hospitalis S. Mariæ de Florentiā consueuit de triennio in triennium impetrare licentiam ab Episcopo Florentino vendendi, & alienandi bona immobilia, quæ obuenire contigerit ipsi hospitali, & vigore ipsius licentiæ plurima vendit: quæritur, inquit, an possit de iure? & respondet, quòd non est dubium, dictam licentiam non sufficere in bonis Ecclesiarum, vbi requiritur materia, † scilicet, causa iusta, & forma tractatus inferiorum, seu authoritas superiorum: sed talis licentia diffusa, vaga, & incerta non potest prædicta inducere: & in hospitalibus putat Lap. idem, si loqueremur de dote primæua, id est, de bonis à principio † in dotem hospitali assignatis, & traditis, & sine quibus Episcopus pati non debet hospitale exigi: sed secus tenet de bonis, quæ obueniunt ex relictis, † vel fide liū oblationibus: quia talia facilius vēdi possunt: causa enim semper est vniuersalis, perpetua, & iusta, scilicet, vt distribuantur in vsus pauperum: & ideo dicta licentia generalis potest se legitimè ad causam † perpetuam referre. Et si valet in hoc consuetudo per se, vt supra dictum est, fortius consuetudo cum licentia Episcopi: & sic obseruantia hospitalis prædicti Sanctæ Mariæ videtur de iure posse sustineri. Hanc opinionem Lapi examinat Lauren. de Rodul. *d. loco*: & tandem in causa dicti hospitalis videtur pro eodem Lapo concludere, vt ibi per eum. Sed ego in quæst. an sufficiat licentia alienandi † generaliter concessa nec ne, huius sum opinionis, quod generaliter concessa non valeat; quia cum debeat in alienatione sem per præcedere causa, & sequi tractatus capituli, qui habet cognoscere, & discutere, an magis hanc, quàm illam rem expediat Ecclesiæ alienare, cum primò debeant solui debita de fructibus, quàm procedatur ad rei distractionem: cum pro paruo debito † alienari non habeat res magni momenti, & huiusmodi, prout dico *in q. 23. de causa cognitione, & in q. 25 de tractatu*: non videtur, quod generalis licentia alienandi res Ecclesiæ sufficiat generaliter concessa: sed quod immò specialis, & specialiter † impetrari habeat. *le qui videtur Gemin. in c. hoc consuluisimo. eo. tit. li. 6. vers. qua ducatur.* † vbi dicit, quod licentia specialis dicitur, quando est expressa, *l. negocium alienum. C. de neg. gest. Io. And. Lap. & Abb. hoc dicunt*, quod oportet, vt Papa sciat, quare, † de quibus rebus licentia sit concedenda, *arg. ff. de reb. eor. qui sub tutela. l. magis. § ne tamen C de præd. mino. l. ob as.* Vnde patet, inquit Gemin. quod non sufficit habere generalem licentiā alienandi secundum eum, & per Gemin. *d. loco, vbi plura loca citat. Sequitur Ioann. Bertach. de Firmo in tracta. de Episco. par. 4. quæst. 39. num. 114.* Et ista rescripta † cum tali clausula signata, vel per Breue, vel per Bullas, aut per viam sacræ Pœnitentiariæ, vel aliàs expedita, ob talis clausulæ appositionē, vulgò, Si in euidenti, appellantur. † Et est facta pulchra constitutio per Paulum Secundum, pro animaduertendo benè, & considerando circa alienationes rerum Ecclesiæ sub interminatione, & comminatione diuersarum pœnarum tàm iudicibus, quàm partibus: quàm mandat semper inseri debere in commissione Breuis, vel Bullæ, in materiā

116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126

teriâ alienationis rerum Ecclesiæ expediendâ,
aut emanandâ; sub dat. Romæ apud Sanctum
Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1465.
idibus Maij, anno primo sui Pontificatus, quam
inserimus in fine præsentis laboris. Vnde in ca-
su talis rescripti, in quo insit clausula, Si cedat
in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, non suffi-
ceret ad esse vtilitatem, sed opus est, quòd
adsit euidens vtilitas, & sic cum qualitate; vn-
de, si interueniret sine illâ qualitate non suf-
127 ficeret. † quia quando requiritur aliquid qua-
lificatum, non sufficit illud interuenire sim-
pliciter sine illâ qualitate, *l. Falcinius. §. cum hoc.
& ibi Bar ff. quib. ex caus. maior l praetor. §. do-
cere. & ibi Bar. ff. vi bon. r. p. bona gloss. in c. si for-
tè. in verb. euidentem. de election. in 6. qua vult,*
128 † quòd vbi requiritur euidens defectus. non
sufficit defectus, nisi sit euidens; & vtilitas e-
129 uidens dicitur, quæ ita, † est profutura Eccle-
siæ, vt in dubium venire non possit, *c. tua.
nuper. de his, quæ fiu. à Prala. c. fine exceptione. 12.
q. 2. ibi,* Non sit dubium Ecclesiæ profuturum. v-
bi Cemi. *in notabilibus. declarat Barb. cons. 41. vol 1.
col. 2. Petr. Rebuff in suo compend. alie rer. eccl. in verb.
id eligat. Et dicit Petr. de Anch. in Clem. 1. de reb. ec-
130 cle. non alien. vers. quartò nota.* † quod vtilitas ista
debet euidenter apparere aliter, quàm per publi-
cam scripturam hoc continentem, secundum Lu-
131 do. & Zabar. Et euidens idem dicitur, † quod sem-
per ita palam est, vt nulla possit tergiuersatione
celari, *gloss. in c. 2. de verb. sign. fi. in 6.* & verbum E-
132 uidens vtilitas, importat id, quòd certum, † & no-
torium est profuturum, Aegid Bellamer. *in d. c.
fine exceptione. 22. q. 2. glo. in c. 2. de verb signif. in
133 6.* Item vtilitas euidens est, † quæ simpliciter, & ab-
solutè est talis, non quæ respectiuè, & secundum
quid; quia verba sunt accipienda simpliciter, &
non secundum quid, Bar. *in l. hoc legatum. de le. 3.
134 patet,* † quia id, quod est vtile respectiuè, simplici-
ter, & absolutè est inutile, & è contrà, *tex. gl. & Inn.
135 in d. c. vt super. §. possessiones de reb. eccl. alien.* † vbi
res minus vtilis alienatur pro vtiliori de consen-
su capituli, *gl. ibi opponit de tex. c. terrulas. 2. q. 2.* vbi
in tali casu non requiritur consensus capituli,
136 Glo. soluit, † quòd minus vtile accipitur duplici-
ter, absolutè, & per se, item respectiuè, & quando
res est minus vtilis simpliciter, & per se, non re-
quiritur consensus capituli; ita procedit tex *d. c.
terrulas.* sed quando est minus vtilis respectiuè,
requiritur. Ecce tibi clarè patet, quod res dici-
tur vtilis respectiuè ad minus vtilem, eadem per
se, & absolutè est inutilis. Itidem in casu nostro
vtilitas, quæ consideratur euidens respectiuè ad
contractum, eadem per se, & simpliciter conside-
rata non est vtilitas, igitur ista vtilitas hic respe-
ctiua, non potest esse in consideratione; quia de-
bet esse euidens; & euidens dicitur, quæ sine du
137 bio est profutura Ecclesiæ: † Ad vtilitatem verò
considerandam spectatur tempus concessionis,
vel alienationis, *l si voluntatem in fin. Codic. de re-
scinden. vendi. Dec. cons. 308. incip. in casu. in prin-
138 cipio.* nec si fortè res alienata fuisset † per aliud
tempus, attenditur præteritus contractus, sed
præsens status, *l. ad rescindendum. Codic. de re-
scin. vend.* quia pretium non ex præteritâ em-
ptione, † sed ex præsenti æstimatione con- 139
stituitur, *l. 3. §. diui. ff. de iur. fisci.* In hac
autem materiâ est factum consilium Io. Calde-
rini in terminis in *cons 5. tit. de rerum permuta.*
vbi Ecclesia permutauit 30. tornaturas terræ
valoris pretij 300. cum 10. tornaturis eiusdem
valoris, post permutationem illæ 30. tornatu-
ræ efficiuntur maioris valoris, & æstimatio-
nis, & dubitatur propterea, an teneat facta
permutatio, & dicit ibi, † quòd licèt per- 140
mutatio habeat fieri semper cum vtilitate Ec-
clesiæ, *12. q. 2. c. fine exceptione. c. cum Apostoli-
ca. de his, quæ fiu. à Prala.* tamen est satis, quod
ex dicta permutatione non sit Ecclesia damni-
ficata, *12. q. 2.* hoc ius. dummodò fuerit ser-
uata forma, quæ notatur in *d. c. cum Apostoli-
ca. in gloss. quantum. & c. seq. in gloss. probabiliter.*
Nec inquit, obstat, quòd res, quæ fuit Ec-
clesiæ, sit expost meliorata; † quia non tempus 141
superueniens, sed tempus contractus inspici
debet, & attendi, & secundum illud de eius
valore iudicatur, vt *cap. vt super. de reb. eccles.
alienan. ca. cum causa. de test. ca. cum dilecti. de
emptio. & vendit. leg. ex mille. §. 1. de euictio. ff.* sub-
dens Calderi. prætereà si res permutata, quæ fuit
Ecclesiæ, efficeretur deterior, † Ecclesia non 142
posset dicere se læsam, ergò nec dicere debet,
si efficeretur melior, ex quo in contractu
non fuit vitium, aut defectus, *leg. pen. Codic.
de solut. not. gloss. in c. cum causâ. in verb. tempore.*
† quòd tempus contractus est inspiciendum. 143
*& in c. cum. dilecti. allega. vbi gloss. in verb. tunc va-
lent. dicit*; quòd tempus contractus est pari-
ter inspiciendum. subdens, sed pone, quod
tempore venditionis valebat 10. tempore litis
contestatæ valebat 30. sine studio, vel labore
monachorum, vel alio modo, nunquid modò
reuocabitur venditio? & dicit, quod non,
quia tempus venditionis est spectandum, *d. l.
ex mille. l. voluntate. C. de rescind. vendi.* subdit,
& si deterior facta esset, non peteret, & ità
cum non essent petituri monachi † contrarium. 144
meliorationem petere non debent, *l pen. Codic
de solut. & in materia ista glo in l. 2. de rescind. ven-
di. alleg. dicit*; super modo probandi valorem rei,
quòd si testes dicant, † quod tantum darent, 145
non est ob hoc probatus valor, aut pretium,
quia pretia rerum non constituuntur ex affe-
ctione, nec vtilitate singulorum, *text. est in ter-
minis in l. pretia rerum. in prin. ff. ad leg Falci.* Vn-
de dicit prædicta *glo.* esse inspiciendas vendi-
tiones locorum existentium iuxta illum, rei
qualitatem, redituum quantitatem. vbi *Bart.*
dat regulam cognoscendi, quando testes benè
probant, non, si dicant tantùm valet, quia
ego tantum dedissem, sed cùm deponant,
tantum valet, quia ego tantum dedissem com-
muni æstimatione, tunc deponunt benè,
& probat dictum, quia testificantur omnes
circa idem, in quo sunt æqualiter periti,
& non sunt singulares, subdit, † quod ve- 146
ra practica esset, quod iudex, vel ipse in-
spiceret, vel mitteret duos bonos æstima-
tores

tores, qui inuestigarent, & referrent; quia in illis,
in quibus est magis iudicium, quam testimoniũ,
iudex debet mittere bonos homines ad faciẽdum
æstimationem & ad proferẽdum illud iudicium;
quia quanti res valet non potest videri per oculũ,
sed intelligitur per intellectum : vbi eum vide,
qui dat modum probandi, & modum articulan-
di. sequitur Paul. de Castren. *ibidem*, qui dicit esse
inspiciendum tempus alienationis non tempus
anterius, aut posterius; sed si non constat de veri-
147 tate pretij † temporis contractus, sed agens ad re-
scindendum dicat, quod rem, quæ valebat 10. ven-
didit pro quatuor. & probat, quod hodiè valet 10.
dicit & hoc præsumi, quod etiam tantum valeret
tempore contractus; & inquit, videtur, quòd suf-
148 ficit ad rescindendum; † quia de præsenti præsu-
mitur in præteritum, *l. 3. C. de probat. per Cyn. in Auth quamuis. C. de rei vxor actio.* nisi constet de cõ-
trario. Item è conuerso, si probatur, quod ante
cõtractum valebat 10. si non constat de aliquâ ex-
trinsecâ subsistẽte causâ, quæ pretium variare po-
149 tuerit, puta belli, vel pacis † arguitur etiam ex
præteritis ad præsens, *arg. l. 3. & l. fine possidetis. eo. tit. C. de proba.* subdens, Erit arbitrio iudicis hoc
discernendum, an talis probatio sufficiat; sed si
sit longa distantia temporis, putà decennium, vel
150 vltrà, † videtur non sufficere, etiam si alia iusta
causa non probetur. Sed si minus iusto pretio
sit facta venditio, dicunt dicti Doctores, quòd
vsque ad iustum potest per emptorem suppleri.

Ego autem de hoc in materia alienationis Ec-
clesiæ valde dubito. quia forma rescripti stat sem-
per, Si cum euidenti vtilitate, aut euidenti neces-
sitate; vnde si minus iusto; ergo non fuit vtilitas,
& defuit causa, & causa deficiente non valet actus,
151 vt dico supra, & infrà. Et in hac materiâ † dicit
Bar. *in l. fi. nu. 1. C. de præd. & omnibus reb. nanicula. lib. 11.* quod in dubio res tantum præsumitur valere,
quantum est in æstimo communi, cui est stãdũ,
nisi probetur de contrario. sed intellige, si æsti-
mum sit factum de proximo, aliàs secus, vt per
152 Bal. *in l. 2. 1. C. de senten. quæ pro. eo.* † Et an valor
probetur per instrumenta veterum emptionum,
& qualiter valor probetur, vel articuletur, vide
153 per Bal. *ibidem*. Et quòd res dicatur † parui valo-
ris respectu mali vicini, est tex. *in l. cùm sæpè. §. fi. ff. de contrahen. empt. Bart. in l. si ita. §. mulier. ff. de fund. instruct. pro quo vide Bar. in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falci.* vbi pari modo tradit practicam articulan-
di, & probandi valorem rei. Sicut ergo Ecclesia
non repetit rem, quam dat, in permutatione, in
casu, quo esset illa res deteriorata, etiam non de-
154 bet dari Ecclesiæ repetitio in casu, † quo est me-
liorata, quia æqualitas est seruanda; ea enim est
cultris iustitiæ *l. penul. C. de solut. l. qui bona §. si quis ff. de damn. infec.*

Sed si fortè per iudices, quos Papa delegauit
in aliquâ alienatione Ecclesiasticâ faciendâ, præ-
cedente causæ cognitione, in informatione, &
decreto sit declaratum, concessionem cedere, vel
cessisse in euidentem vtilitatem Ecclesiæ nihilo-
155 minus si poterit † d per alias veriores probatio-
d tiones probari, & haberi contrarium, scilicèt,
quòd non sit in vtilitatem, sed in læsionem, vel
damnum, eo probato corruet, & corruere habet
concessio, *l. & si preces. vbi est casus. C. de præd. minor.*
vbi erat facta alienatio prædij minoris cum de-
creto, & causæ cognitione; dicitur ibi, quod si per
probationes appareant de falsa causa, non tenet
decretum, nec alienatio; idem probatur *in l. magis puto. §. si æs alienum. ff. de reb. eor.* & quod ibi dicitur
in minore, procedit etiam in Ecclesiâ, † quæ vti- 56
tur iure minoris, *c. 1. & c. auditis. de in integr. restit. tenet in terminis Innocen. per illa iura in c. dudum. vers. tractatm. de reb. eccl. non alien. in 6. vbi firmat*; quòd
etiam si interuenit causæ cognitio, & decretum,
tamen non valet alienatio, nec ex tali alienatione
transfertur dominium, nisi in veritate subsit iusta
causa alienandi; † vnde ea non subsistente datur 157
Ecclesiæ rei vendicatio contra possidentem. idem
per Geminia. *in c. sine exceptione. col. fi. 12. q. 2. ita in particulari consuluit Abb. vol. 1. cons. 41. incipit. videndum.* vbi erat facta alienatio rerum Ecclesiæ cum
confirmatione Bonifacij Papæ, & tamen Abb. *ibi col. pen.* firmat, † quod licèt præsumatur in vtilita- 158
tem Ecclesiæ, tamen potest probari contrarium;
quo probato alienatio irritatur. Idem tenet Dec.
cons. 142. incip. pro tenui. per totum, vbi concessio † in 159
emphyteusim confirmata authoritate Innocentij
VIII. si apparet, quod sit facta in læsionem, retra-
ctatur, & annullatur. Idem tenet in consilio 133.
incipien. viso. vbi † per Commissarios Apostoli- 160
cos captâ informatione, & interposito decreto,
tamen quia non erant concludenter probata, &
verificatâ omnia, & singula Summo Pontifici in
supplicatione narrata, nihil valuit, quod actum
fuit. Idem Ias. *cons. 55. vol. 1. incip. omissis.* erat facta
concessio in emphyteusim cum authoritate Com-
missarij Apostolici, & non obstante decreto, † & 161
informatione consuluit, datâ læsione, omnia in
irritum reuocari. Idem consuluit Gemin. *cons. 48. incip. presbyter.* vbi aderat licentia superioris, & per
informationem, & causæ cognitionem mediante
decreto declaratum est omnia contenta in petiti-
one esse vera, & pro euidenti vtilitate ecclesiæ a-
lienationem fieri; tamen quia causa alienandi non
erat vera, sed falsa, concludit, esse alienationem
ipso iure nullam. Et est ratio, quia † licèt causæ 162
cognitio, & decretum faciat præsumi omnia so-
lemniter acta, & in Ecclesiæ vtilitatem, per Abb.
d. consilio 41. vers. præterea. sub nu. 3. † vbi confirmatio 163
Bonifacij, & Innocentij solemniter facta facit, vt
præsumatur omne pretium fuisse numeratum, seu
conuersum in vtilitatem Ecclesiæ, per *text. cum gl. & dictis Docto. in c. constitutus. de relig. dom. c. ad hæc. de rescrip.* † & instar est sacrilegij dubitare, an istud 164
sit licitum, & dignum, quod Princeps cum causa
instituit, & confirmauit, *17. q. 4. qui autem* maxi-
mè quia Papa potest aliqua bona Ecclesiæ alicui
donare, & præsumitur ex iustâ causâ motus, *12. q. 2. cum redemptor & c. à nobis. de decim.* † non hoc ta- 165
men excludit probationem in contrarium, quâ
stante omnia corruunt. Abb. *c. cum causa. col. 2. nu. 6. de emptio. & vend. c. constitutus. col. pen. num. 6. de restit. in integ. Alex. in l. pretia rerum. colum. 3. vers. tenet etiam Lud. ff. ad l. Falc. latè Cagno. in l. 2. q. 23. C. de rescind. vend. Inno d. c. dudum.* quia defectus cau-
sæ finalis vitiat rescriptũ, † & omnia inde sequu- 166
ta, *l. 1.*

ta, *l.1. & ibi glo. & Bal. C. de collusio. detegen. & Andr. in c. moribus. in fi. si de feud. fuer. controuers.* & causa finalis in tali Apostolico rescripto est euidens
167 vtilitas, † & defectus huius causæ ipsum vitiat, per
168 Abb. *d. consi. 41. versi. ex quibus verbis.* † licèt in veritate causis veris non existentibus factum esset nullum, si defectus causarum probaretur in futurum, *c. cùm contingat. de rescrip.* Et quia ego non reperio iura, vel antiqua, vel moderna, quæ specificent quanta, vel quota esse debeat ista vtilitas, nec pari modo video, quod sit iudicis alicuius arbitrium, quæ vel quota esse debeat, sed tantum
169 video, † quòd debet esse euidens vtilitas, credo, quod vt dicatur fieri alienatio causa vtilitatis, nō sufficit qualis qualis vtilitas, nec manifesta vtilitas, quæ de facili possit probari, sed in valore proprietatis rei in reditu, vel prouentu, in æquè vicina, æquè commoda, æquè cauta, &c. tanta vtilitas esse habebit, vt cōtractus, qui celebratur, semper in tanta Ecclesiæ vtilitate cedat, quæ sit
170 euidens vtilitas. Et † vtilitas non resultat, tam ex æstimatione, siue rei qualitate, quam ex redituum quantitate, *l. si quos. C. de rescind. vend. §. sanctissimas verò. Authen. de alien. & emphyt.* & valor rei proba-
171 tur non tam ex qualitate rei, † quam fructuum modo *l. si fundus. in prin. ff. de reb. eor. Bar. in d. l. si*
172 *quos. & in l. 2. C. de rescind.* † Et non sufficit dare rem æquiualentem Ecclesiæ ad hoc, vt intelligatur facta vtilitas, quia Ecclesiæ non est dandum æquiualens pro re Ecclesiæ, sed res, quæ sit maioris pretij: quia quando est data res æquiualentis
173 † pretij, tunc dicitur constare de damno, & præiudicio facto Ecclesiæ, per *Dec. cons. 141. num. 5. versi. hoc etiam patet.*
174 † Quando autem alienatio tendit in vtilitatem Ecclesiæ, benè potest fieri etiam absque aliqua solemnitate canonica, argum. pupilli ad Ecclesiā,
175 † vbi liberatio pupilli facta sine authoritate tutoris valet, *gloss. est singularis in l. 2. ff. de acceptila. facit l. non eo minus. C. de procurat.* vbi sententia lata ad vtilitatem minoris valet: sic & alienatio Ecclesiæ sine solemnitate, ita dicit Bald. *in l. contra*
176 *iuris. ff. de pact. in finalibus verbis.* † vbi dicit quòd vbi agitur de fauore pupilli in contrahendo, pupillus habet idoneam personam, subdens, Ex prædictis apparet, quod Ecclesia potest facere contractum sibi fauorabilem absque solemnitate canonicā, non tamen potest sese obligare, not. *in l. cum*
177 *ij, quib. §. eam ff. de transact.* † vbi transact. vtilis alimentario valet, & tenet etiam inconsulto prætore; vbi dicit Bal. quod valet venditio prædij
178 minoris, quando venditio continet † manifestam vtilitatem minoris, vel Ecclesiæ, *alleg. not. in l. 2. ff. de acceptil. & quod not. in l. magis puto. §. si as de reb. eor. & per Bal. in l. quicunque. C. de bon. qua lib.*
179 *vbi dicit*; quod valet authoritas † superioris etiam dato interuallo, quando illa alienatio venderet ad vtilitatem Ecclesiæ, & Corset. *in singulari incip. pupillus.* dicit, quod vbi in aliquo actu debet interuenire aliqua solemnitas habito respectu ad certum finem, tunc obtento fine, & effectu, per quem introducitur solemnitas, licèt non interuenerit, tamen actus valebit, & sufficit, quod solemnitas postcà interuenerit. Et dicit Barbat. *in cons. 60. secundum Ang. quem ibi allegat col. 3.* quod si statuto caueatur, vt in contractu minorum debeat interuenire consensus Monduald, si ille contractus est vtilis minori, valebit contractus etiam non interueniente solemnitate requisitā in statuto; quia talis dispositio statutaria recipit semper illam limitationem, nisi ille contractus esset vtilis minori, vel pupillo. Facit, quod habetur per Ang. *in suo consi. vlt.* quod statuto cauebatur, vt minor non
possset † se obligare, f nisi cum certā solemnitate. 181
contraxit minor sine eā solemnitate, si contractus f
fuit vtilis minori, quod nihilominus valet contractus sine eā solemnitate. vbi etiam tenet Barba. *secundū Bal.* quod ad hoc, vt solēnitas requisita in alienatione rei Ecclesiæ interuenire habet in ipso actu, vel post attenditur, & attendi debet vtilitas;
† quia si vtilitas Ecclesiæ adsit, posset etiā post talis 182
solēnitas interuenire; vt per Barb. *in d. cōs. 60. Et dicit Bal. eleganter in d. l. quicunque. C. de bon. qua lib.*
† quòd prohibitā alienatione nunquam intelligi- 183
tur prohibita illa, quæ fit in fauorem illorum, quorum causā, vel fauore fuit facta prohibitio. sequitur Dec. *in cons. 142. 1. vol. 2. col. ibi,* Quartò etiam potest responderi, quòd † prohibitio statuti 184
non extenditur ad casum, de quo agitur, in quo alienatio fuit facta pro vtilitate Ecclesiæ, *argum. 12. q. 2. sine exceptione.* † vbi alienatio, quæ in bonis 185
Ecclesiæ prohibetur, non habet locum, quando alienatio cedit in vtilitatem, & in beneficium Ecclesiæ; not. per gloss. *in summa ea. caus. & quæst. not. in c. 1. de reb. eccle. non alie. in 6. Rom. cons. 316. circa. propositum. Lap. alleg. 131. & per alios accumulatos per Dec. in d. loco. sequitur Capicius decis. 113. nu. 4. ibi, Tertiò facit gloss. in d. l. cum ij. §. eam transactionem. ff. de transact. vbi dicit;* esse argumentum, quod si vendit minor, vel Ecclesia in causam non concessam, tenet venditio, si fecit conditionem suam
meliorem, & ibi dicit Bal *per illam gloss.* quod † va- 186
let venditio rei minoris, vel Ecclesiæ non accedente decreto, quando hoc continet manifestam vtilitatem Ecclesiæ, vel minoris. Facit, quod dicit Dec. *in cons. 691. incip. in facto proponitur,* quòd licèt
contractus factus cum carcerato † non valeat. *L. qui* 187
carcerem. ff. quod met. caus. fallit, si factus sit ad vtilitatem carcerati, vt liberetur, per Bald. *in rub. C. de rescind. vendi, per text. in l. metum. §. sed licet. ff. quod met. caus. Facit, quod habetur per Fede. de Sen. consi. 203.* vbi ponendo casum, an ille, qui iurauit non alienare inconsulto Papā, si vellet concedere suo coniuncto aliquam terram in perpetuam emphyteusim, puta vnius floreni cum dimidio, vel quid simile, & ipsius reditus ascendat, putà ad annuos 10. solidos, & velit dictus coniunctus ibi ædificare molendinum, de quo habebit Ecclesia centum singulis annis, & in rei veritate si ædificaretur per Ecclesiam, haberet quolibet anno ducentos, quòd si Prælatus, vel Rector commodè de per se hoc non potest, Episcopus potest concede-
re. Nec obstat in tali casu iuramentum, † cùm non 188
sit præsumēdū, quod de tali cogitauerit, vel quod ad huiusmodi terrulas, siue ad hæc minima se per
iuramentum voluerit obligare: † & iuramentum 189
non est iniquitatis vinculum, nec in damnum Ecclesiæ seruandum, *c. quanto c. veniens. & c. sicut. de iure-*

de iureiur.&c.quia dicit.Abb.in c.vt super de reb. eccl.
190 *alien.3.col.verſ.ſi verò iurauit.*† quod Prælatus cauſa vtilitatis poteſt alienare res Eccleſiæ, etiam ſi iurauerit non alienare.ibi,Si verò iurauit ſimpliciter,& tunc puto, quod in caſu vtilitatis Eccle-
191 ſiæ poterit alienare:nam video,† ꝙ in caſu neceſſitatis eccleſiæ hoc iuramentū nō aſtringit,*c.fin.de*
192 *eccl ædifican.* ergo nec in caſu vtilitatis, † quia neceſſitas,& vtilitas æquiparãtur à iure,*not.12.q.2.in*
193 *ſūma.Et dicit glo.in c.1.in verb.ſede vacante.*† ne ſede vacan.aliq.innou.quod licet cōtractus alienationū rerū eccle.initus formâ nō ſeruatâ ſit nullus,fauore tamē Eccleſiæ,ſi cōtractus ſit vtilis,eſt in optione Epiſcopi,aut Rectoris,an velit contractum valere,nec ne. & in hoc concordant * omnes per *tex.in c.ſi qua.12.q.2.*ibi;In iudicio erit Epiſcopi cōſtitutum,ſi pretium debet recipi,nec ne.Et propter hoc dicit Iaſ.*in l.cùm iȷ.§.eam tranſactionem.ff.de*
194 *tranſact.* † quod contractus huiuſmodi claudicat, quia Eccleſia poteſt ipſum ratificare, non autem qui cū ea contrahit,per allegata ibi per eum,quod etiam voluit Dec.*conſ.142. vbi dicit*; quod prohi-
195 bitio ſtatuti non extenditur † ad caſum, in quo alienatio fuit facta pro vtilitate Eccleſiæ, *argu. 12. q.2 ſine exceptione*; vbi alienatio,quæ in bonis Eccleſiæ prohibetur,non habet locum,quando alienatio cedit in vtilitatem;notatur etiam in ſummâ *ead.cauſ. & quæſt.& notatur de reb. eccl. non alien.in 6.c.1.*Sed dicit Anton.de Prætis *in ſuo tracta.de iu-*
196 *riſdict.Epiſc.ca 5.1.col.* † quod in alienationibus rerū eccleſiæ formaliter duo requiruntur, ſolēnitas ſcilicet, & iuſta cauſa de iure antiquo, & ordinario,vt per Dec.*conſi.142.* Sed ſi fauor Eccleſiæ adſit, ſecundum idem ius antiquum dictus contractus valere poteſt,non ſeruatâ dictâ ſolemnitate. quod quidem probatur per *gl. & Doctor. in c. 1. in verb ſede vacante.* ne ſede vacan.aliq.innou.vbi li-
197 cèt contractus alienationis initus formâ non ſeruatâ ſit nullus,fauore tamen Eccleſiæ eſt in optione Epiſcopi,velRectoris,an velit contractum valere,nec ne;& in hoc,inquit,concordant * omnes, per tex.*in c.ſi qua 12.q.2.ibi*;In iudicio erit Epiſcopi conſtitutum, ſi pretium debeat recipi, nec ne,
198 &aliàs,vt ibi per eum.Sed eſt† ſecus hodiè,inquit, per *conſtitutionem extrauagantis Ambitioſæ. de reb. eccle.non alien.* quia licet alienatio ſit vtilis,& alias licitâ, tamen non poteſt contractus claudicare; quia per dictam extrauagantem prohibetur alienatio cum clauſulâ, Inconſulto Romano Pontifice, quia huiuſmodi clauſula videtur importare, quod hodie contractus alienationis rerum Eccleſiæ nullo modo valere poſſit Romano Pontifice inconſulto.Idem ſentit Gondi. à Villadieg. *q. 11. num.8.*

Sed per ſupradicta nonnè contrarium poteſt dici,eo maximè,quia dicta extrauagans fuit facta
199 † in fauorem Eccleſiæ, & non contra Eccleſiam? vnde non debet in odium,vel in damnum eccleſię interpretari. Nec eſt dicendum, quod Papa per illam noluit præcludere viam vtilitatis Eccleſiarum,ſed benè prouidere damnis:quia dicit Bald.
200 *vt ſuprà in d.l quicunque Codic.de bon.quæ lib.* † quod prohibitâ alienatione nunquam intelligitur prohibita illa, quæ fit in fauorem illorum quorum cauſa,vel fauore fuit facta prohibitio.&per illud, quod dicit Barb.*ſuo conſ.60.*quod diſpoſitio ſtatuti, † vel legis prohibens aliquid fieri, niſi cum 201
certâ ſolemnitate, ſemper recipit limitationem, niſi contractus ſit vtilis. & per ea, quæ dicit Dec. *d.conſ.142.*quod diſpoſitio ſtatuti non extenditur ad caſum, de quo agitur in conſ. & alienatio fuit facta pro vtilitate Eccle. vnde contractus poſſet benè claudicare in fauorem Eccleſiæ. Et quod poſſit ratificari, & approbari, idem quoque puto poſſe dici in cauſâ neceſſitatis, per ea, quæ dico in caſu neceſſitatis ex eo,† quia cauſa neceſſitatis, 202
& vtilitatis in materiâ alienationis pari paſſu procedunt, & æquiparantur, per ea, quæ dicit Abb. *in c.fi.de eccl.ædifi.vel reparan. vbi dicit*;quod quemadmodum iuramentum non ligat illum,qui iurauit non alienare Papâ inconſulto in caſu neceſſitatis,ita nec in caſu vtilitatis Eccleſiæ illam aſtringere debet;vtilitas enim,& neceſſitas,æquiparantur; † iuramentum non debet eſſe vinculum ini- 203
quitatis,nec iuramentum eſt ſeruandum in damnum Eccleſiæ. Et vide,quæ dico infrà *in q. 41. de authoritate Prælati in alienatione interponenda; & in quæſt.26. de conſenſu.*

Hanc equidem opinionem Doctorum putarem vtilem,& proficuam Eccleſiæ, quia ſi adfuit vtilitas, adfuit cauſa canonica; vnde valeret alienatio;etiam non ſeruatâ ſolemnitate à iure traditâ;facit glo. *in d. l. cum iȷ. §. eam tranſactionem. ff.de tranſact.* quæ tenet, quòd alienatio rei Eccleſiæ valet,† ſicut tranſactio alimentorum facta abſque 204
ſolemnitate, quando conſtaret illam factam fuiſſe in euidentem vtilitatem Eccleſiæ. Pro quo vide,quæ adduco infrà in quæſtione 24. de ſolemnitatibus,& defectu caſus liciti; quia hic non eſt defectus caſus liciti, licèt in reper. Fely. *in verb. Alienatio.*legatur,quod rerum Eccleſiaſticarum alienatio non valet,niſi ſeruatâ formâ traditâ à iure, & in caſu, conceſſo;vbi ſubdit,quòd quamuis in puncto iſto variæ fuerint opiniones in glo.*ſum. 12.q. 2. & in c. ſine exceptione. Abb. & alij in c. quæ in Eccleſiarum.de conſtitu.* tamen. talis alienatio non valet,† niſi ſeruatâ formâ in caſu licito. Adduco 205
pro iſta opinione, quæ vera eſt,vnum ſimile.Pone,quòd ſit facta alienatio rerum Eccleſiaſticarū † ſine authoritate ſuperioris, quæ tamen ſit vtilis 206
ipſi Eccleſiæ, dico, quòd talis alienatio eſt nulla, per Bald.*in l.ſin.§.neceſſitatem.verſ. ex prædictis dicimus.C.de bon.quæ li.* eodem modo, † ſi alienatio eſt 207
facta cum ſolemnitate in caſu non licito, debet eſſe nulla,per ſcripta *in d.c. quæ in Eccleſiarum:* idem in ſimili tenet Bar.*in d.l.cum iȷ.§.ſi prætor.ff.de tranſact.*vbi dicit;† quod ſi in alimentis præſtandis ſo- 208
lemnitas ſit omiſſa,actus eſt nullus,etiam ſi illud, quod eſt actum,ſit in fauorem alimentandi.Adde *Abb.in c. vt ſuper. de reb. eccl. alien. 4. col. Fely.in d.c. quæ in Eccleſiarum.ſentit glo. in c.1. ne ſede vacan. Paul. d. l.cum iȷ. §. eam per Auguſt. Bero. in c. nulli. de reb. eccl.alienan.col.22. verſ. ſed pro diſcuſſione.vbi dicit*;quòd eſt de formâ, vt adſit forma, † & ſolem- 209
nitas; & forma dat eſſe rei, quâ deficiente,ſubſtantia rei quoque perit.

Sed ego, vt in dictis quæſtionibus, iudico, quòd ſit bonum, & tutius adhibere in huiuſmodi con-

di contractu authoritatem, & consensum Papæ, & ista facere ab eo obtento descripto vel concessionis, vel confirmationis; cum non sit reperire hodiè, nisi cum difficultate, qui faciat manifestam vtilitatẽ ecclesiæ; & qui procurãt habere rẽ ab ecclesia, vt plurimũ faciunt pro suo, nõ pro ecclesię commodo. Vnde in omnem euentum adhibeant talia cupientes authoritatem. Facit in materiâ,
210 † quia Ecclesia de eo, & pro eo, quod est versum in vtilitatem suam, tenetur, & remanet obligata etiam ex contractu non inito cum Ecclesiâ; sed cum aliquo particulari de Ecclesiâ, vt per tex. *in c. quòd quibusdam. ext. de fideiuss vbi Abb. in 3. not. num. 4. ita inquit.* Nota, quòd ex contractu inito cum particulari non obligatur Ecclesia, nisi quatenus esset versio in vtilitatem Ecclesiæ, & ex hoc nota, & est tex. quòd ex actu gesto cum particulari non habente mandatum ab Ecclesiâ tenetur in quantum versum est in vtilitatem eius, &c. Et si mutuum factum Ecclesiæ sit ad illius vtilitatem versum, est locus repetitioni, aliàs non; & propterea mutuans debet esse solicitus, vt mutuum in Ecclesiæ vtilitatem vertatur, *c. hoc imporrectum.*
212 *10. q. 2. versic.* & is creditur, cum similibus. † Sed quid in alijs contractibus, putà venditionis, locationis, & alijs consimilibus, an idem sit, quòd debeat esse conuersum in vtilitatem ecclesiæ ad hoc, vt competat repetitio? Innocen. *in c. grauis. ext. de depos. Ioan. And. & Ioan. de Ligna.* videntur tenere, quòd non. vbi subdit inno & alij prædicti, quòd ille, qui soluit pecuniam, si vult benè esse tutus,
313 † soluere debet de authoritate ordinarij superioris, arg. *l. ait prætor. §. 1. ff. de minor. l. sancimus. & l. pen.*
214 *C. de admin. tutor.* & si sine superiore † soloit, liberatur solueos, sed Ecclesia restituitur in integrum, si pecunia non conuertatur in vtilitatem ipsius, *l. 1. C. si tut. vel curat. l. 1. Codic. si aduers. vend.* Sed in quibusdam casibus non credit Ecclesiam restituendam. subdens Innocen. *ibidem*, quòd dicit
215 esse plus; † quòd si quis alicui canonico, vel alij etiam recipienti pro Ecclesiâ soluerit, & salua sit pecunia Ecclesiæ, soluens tutus est exceptione doli, *l. minores ff. de admin. tut.* In alijs autem contractibus, vel venditionibus non est opus tantâ diligentiâ. Et quæ sit ratio diuersitatis inter mutuum, & alios contractus, ponitur per Paul. de Elea. *dicto loco.* vbi etiam tractauit illud, de quo per Innocen. *in c. quod quibusdam. de fideiussor.* videlicet,
216 quomodo vertatur, † seu verti possit in vtilitatem Ecclesiæ. & quomodo probetur versum. Hæc recitat Laur. de Rodul, *in sua repeti. c. sine exceptione. 12. quæst. 2. sua quæst. 56.*

ADDITIO.

a Non præsumitur causa vtilitatis, sed ex aduersô est probanda, vide Guid. Pap. *decis 151.* Limitatur, nisi iam super ea sit pronunciatum virtute, Si in euidentem, Abb. *cons. 41. colum. 3. in 1. par. & Bru. cons. 41. numer. 30. vol. 1.* Euidentem ante vtilitatem quis probare debeat, poolt Rebuff. *in simili tracta. numer. 75.* Vbi addit; non esse standum partibus contrahentibus. & clarius Cor. cons. 181. *vol. 2. sub num. 32.* Quæ præsumitur, nisi contrarium appareat, Rolan. *cons. 15. colum fin. vol. 1.* Item quod probari debeat negatiua per agentem, Cor. *vbi suprà nu. 32.* Item tres sunt causæ, propter quas licita est alienatio. Prima scilicet necessitatis æris alieni. 2. vtilitatis. 3. ob benemerita. Et non statur dicto alienantis, vel iudicis decreto, vt per Castren. *cons. 74. in prin. & in 3. dub. in 1. par.* Nec sufficit vtilitas simpliciter; sed requiritur euidens vtilitas, vt per Corne. *cons. 243. numer. 3. vol. 2.* Et quod alias successor Prælati, vel Rectoris non teneatur stare contractui facto per præcessorem, concludit Rehuff. *vbi supra numer. 103.* etiam si Papæ authoritas interuenerit, Abb. *d. cons. 41. colum. 2. in princ. in prima parte. Bru. cons. 41. numer. 38. Cor. cons. 181. vol. 2.* Item latè quid operetur talis Papæ authoritas, & gratia Si in euidentem, & declaratio super ea, & quibus testibus sit standum, Neuiza. *cons. vlt. colum. penul. & final. Biret. cons 92.* Licèt auctoritas Papæ suppleat omnes solemnitates, Cephal. *cons. 9. numer. 10. & seq.* Item sufficit Ecclesiam non fuisse damnificatam, Ias. *cons. 54. colum. penul. vol. 1.* Quod puto, nisi euidens vtilitas desideretur, per superius dicta. Item quod Ecclesia agens contra contractum debeat ipsum probare, vide Neuiza. *cons. vlt.* Item est aduertendum, quod non sat est vtilitatem adesse, nisi etiam ea sit euidens, pulchrè Corne. *cons. 243. numer. 30. vol. 2.* oportet ergo vtilitatem esse euidentem. Item præsumitur vtilitas stante authoritate superioris, per istum *infra quæst. 42. c. 1. num. 12. in princ.* Item de pluribus causis, vide Nattam *cons 441.* Item recessus à lite est vtilis, Rolan. *consi. 15. num. 1. maximè si Ecclesia non possidebat.*

b Fely. *in cons. 42. Ias cons. 54. & seq. vol. 1. de qua glo. infrà ad num. 48. & 140. Item etiam vide infra q. 22. c. 1.*

c Quod causa iusta requiratur ad contrahendum Inno. *in d. c. 1. in prin. & numer. 16 & seq.* nam secundum gloss. ibi, duo requiruntur, id est, solemnitas, & causa alias contractus est nullus, sed si causa adest, sed læsio, quia maiori pretio potuit alienari, datur restitutio, vt infra *quæst. 77. c. & quæst. 78. c. 1. & cap 4.*

d Et accedente consensu capituli, & Rectoris Ecclesiæ, præsumitur vtilitas Ecclesiæ, Bal. *in c. 1. §. 1. numer 6. de his, qui feu. da poss. & eò magis* decreto Iudicis, Barb. *cons. 55. colum. 7. numer. 13. vol. 2. Ias. cons 54. & cons. 56. vol. 1.*

e *Vide infrà q. 44. c. vlt. in fine.*

f Et hanc partem tenuit Archid. & sequitur Fely. *in cons. 42. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Pietate exigente ad rei Ecclesiasticæ alienationem deueniri potest.*
2 *Captiuorum redemptio, & alimonia pauperum sunt exempla pietatis.*
3 *Ecclesia aurum non habet, vt illud conseruet, sed vt eroget in necessitatibus.*
4 *Custodire opus non est, quod nihil adiuuat.*
5 *Vasa viuentium melius est seruare, quam metallorum.*
6 *Sacramenta non quærunt aurum.*
7 *Enumerantur quatuor casus, quibus res Ecclesiæ alienari possunt.*
8 *Serui Ecclesiæ miserationis intuitu manumittuntur, modò non sit rusticum mancipium.*

9. Vasa

9 Vasa sacra alienari non possunt, nisi pro redemptione captiuorum.

10 Verisimile est Christum velle pretium suarum rerum pro redemptione animarum fundi, & numer. 17.

11 Obligatio volente domino valet.

12 Vasa sacra, quibus spiritualia ministrantur, causa existente pignerantur, hypothecantur, venduntur, & alienantur.

13 Sacerdotes, si negligentes fuerint in venditione vasorum pro alendis pauperibus, alijsque hic enumeratis, increpantur.

14 Vasa sacra, si alteri Ecclesiæ, vel personæ ecclesiasticæ venduntur, in eadem forma, & figura traduntur. si laico, confracta & conflata, & num. 22 & 24.

15 Vasa sacra in necessitate possunt ad tabernam obligari

16 Res Ecclesiæ pro redemptione possunt apud fœneratorem pignori obligari.

18 Res Ecclesiæ sine rationabili causa non debent pignerari.

19 Vasa sacra secundum quosdam, nec vendi, nec obligari possunt, quia sunt res sacræ, sed creditor habet solam detentationem.

20 Post confractionem, vel conflationem non amplius vasa intelliguntur esse sacra, sed purum metallum.

21 Vasa confracta, & conflata si reintegrentur, de nouo debent consecrari.

23 Mystici poculi forma de Ecclesia exire non debet.

25 Vasa sacra licitè alteri Ecclesiæ venduntur in eadem forma.

26 Confringere non sufficit, nisi quoque confletur.

27 Consecratio, & vnctio consistit potius in superficie exteriori.

28 Per conflationem res desinit esse sacra, immò interimitur.

29 Ratio quare calix sacratus vendi potest, non autem Ecclesia sacrata.

30 Consecratio maiori in Ecclesia adhibetur, quàm in calice.

31 Lapis pretiosus in calice consecratus à laico distrahi non potest.

32 Laici si vellent vasa consecrata non confracta, dari eis non debent, & nu. 43.

33 Hostes si vellent captiuos occidere, nisi dentur sibi vasa sacra, adhuc eis dari non debent.

34 Mala pro bono facienda non sunt.

35 Recipiens rem Ecclesiæ vltra modos à iure approbatos ius in ea non acquirit, & nu. 44.

36 Prælatus causa pietatis potest concedere vnam possessionem indigenti ad vitam suam.

37 Concessio ad vitam facta requirit solemnitatem.

38 Episcopus facit concessiones temporales sine capitulo.

39 In concessione spiritualium debet esse magna exactio.

40 Concessio temporalium potest fieri per solum Prælatum, si fiat causa pietatis, vel remunerationis.

41 Alienatione prohibita non videtur prohibita alienatio, quæ fit ad pias causas.

42 Ecclesia non tenetur redimere quoscunque captiuos.

45 Captiui inter Catholicos non propriè dicuntur captiui, nec ad illos redimendos tenetur Ecclesia.

46 Parochianos proprios Ecclesia tenetur repetere vbicunque sint.

48 Passio Iesu Christi fuit redemptio viuorum, & mortuorum.

49 Captiui Christiani etiam durante bello redimi possunt.

50 Ecclesia non repetit pecunias impensas in redemptionem captiuorum.
Etiam si de hoc expressè protestata fuerit, vt num 51.

52 Redimens captiuos ab hostibus redemptionem repetit.

53 Redemptus ab Ecclesia tenetur ad seruiendum illi.

54 Quid seruetur in ciuitate Neapolis circa repetendas pecunias impensas in redemptionem captiuorum.

55 Protestatio facta à soluente, qui soluere non tenebatur, saluat ius repetendi.

56 Priuata persona repetit, quod impendit in redemptionem captiuorum.

57 Ecclesia non repetit, sicut mater pro filio capto non repeteret.

58 Ecclesia sicut omnium nostrum, ita & captiuorum mater est.

59 Ratio, quare Ecclesia non repetit, priuatus verò sic.

60 Ecclesia tenetur in casu pietatis, quando aliter prouideri non potest.

61 Ecclesia etiam carceratos ratione delicti tenetur redimere, si iniustè condemnati fuerint.

62 Omnibus misericordia debetur, sed multò magis iusto.

63 Redimens pecunia condemnatum, ne corporaliter puniretur, piè agit.

64 Ecclesia potest iustè carceratum pro debito ciuili redimere.

65 Sub casu pietatis multa comprehenduntur.

66 Alienationis præcipua causa est, ne pauperes frigore, aut fame pereant.

67 Proprij Parochiani non solum alimentandi, & redimendi sunt, sed etiam exteri.

68 Simulacra Dei viuentia pauperes existimantur.

69 An pro redimendis his, qui propria culpa ad inopiam deducti carceribus mancipiantur, res Ecclesiarum alienari possint.

70 Alphonsi Regis Aragoniæ dictum, dum rogaretur, vt cuidam equiti subueniret, qui per luxum amplum patrimonium absumpserat.

71 Alienari possunt res Ecclesiæ, etiam pro illis alendis, qui in paupertatem propria culpa inciderunt. item qui ob crimina carceribus mancipantur.

72 Ecclesiæ bona vendi possunt pro subuentione fame perituri, quamuis propria culpa, &c.

73 Pium non est bona Ecclesiæ vendere pro redimendis sceleratis carceratis.

74 Reipublicæ interest delicta non remanere impunita.

75 Ecclesiæ bona alienari non possunt pro redimendis damnatis à triremibus.

76 Subuenire ei, qui sua culpa eget, indignum est, vel si suo vitio incidit in egestatem, & num. 77.

DE CAVSA PIETATIS. QVAESTIO XXI.

1 Alia vero est causa pietatis, † quâ exigente, pari modo potest deueniri ad alienationẽ rei Ecclesiasticæ; dicit glo. *in summa, 12. q. 2. & per Abb. in cap. nulli de reb. eccle. alien. vel non.* quam ponit inter causas tertio loco. & gloss. in summâ præallegatâ ponit exemplum, videlicet, quando sunt redimendi captiui, † & pro redemptione
2 captiuorum, vel pro alendis pauperibus, vel alimoniâ pauperum, allegans tex. *in c. aurum. 12. q. 2.* vbi habetur, quod Ecclesia non habet aurum, vt
3 illud † cõseruet, sed vt illud eroget, & subueniat in necessitatibus, Quid est opus, inquit text. custo-
4 dire, † quod nihil adiuuat? an ignoramus, quantũ auri, atque argenti de templo Domini Assyrij sustulerunt? nonne melius conflat sacerdos pro alimoniâ pauperum, si aliqua subsidia desunt, quam si sac ilegus contaminat, & asportet hostis? nõ ne dicturus Dominus est, passus eos tot inopes fame emori? Et certè habebas aurum, vnde ministrasses alimoniam. Cur tot captiui in captiuitatem ducti, nec redempti ab hoste occisi sunt? melius fuerat,
5 † vt vasa viuentium seruasses, quam metallorum. His non potes responsum referre. Quid enim diceres? timui, ne templo Dei ornatus deesset? Re-
6 sponderet, aurum sacramenta non quærunt. † quia subdit text. nemo potest dicere, cur pauper viuit? nemo potest queri, quia captiui redempti sunt. nemo potest accusare, quia templum Dei est ædificatum. nemo potest indignari, quia humandis fidelium reliquijs spacia laxata sunt. Per quem text.
7 dicit *gl. ibi. in verb. in his.* † quod in alimoniâ pauperum, in redemptione captiuorum, in ædificatione templi, aut in augmentatione cœmiterij possũt vendi res sacræ Ecclesiasticæ. & habetur *in c. sacrorum eisdem cauf. & quæst.* quòd statuta sacrorum canonum permittunt ministeria Ecclesiæ vendi pro redemptione captiuorum. Idem habetur in *d. c. sacrorum*, quòd sacrorum canonum statuta, & legalis permittit authoritas, licet res Ecclesiasticas a-
8 lienari. Item † miserationis, & intuitu ecclesiæ serui Ecclesiæ manumittitur, modò non sit seruus rusticus, & rusticum mancipium, quod non alienatur per Prælatum solum, sed cum solemnitate, *Authen. de non alienan. §. nos igitur per Abb. in c. nulli de rebus eccle. &c. & habetur in c. Apostolicos. eod.*
9 quod † nisi pro redemptione captiuorum, non possunt vasa sacra alienari *in c. sicut. ead. cauf. & quæst. habetur*: quòd sicut omninò graue est Ecclesiastica ministeria venundare, sic iterum culpa est, imminente huiusmodi necessitate, res maximè desolatæ Ecclesiæ captiuis suis præponere. & in eorum redemptione cessare. Idem habetur per *tex. in l. sancimus C. de sacrosan eccle. & dicit Ant. in c. nullus de pignor.* quod verisimile est, Christum velle pretium suarum rerum fundi pro redemptio-
10 ne animarum, † pro quibus fundit sanguinem pro prium. Vnde possunt vendi, & obligari; quia ob-
11 ligatio volente Domino valet, † *l. actio ff. de pigno.* Et res sacræ huiusmodi non habent vendi simpli-
12 citer, & indistinctâ sed ex formâ, † & modo à iure traditis. Vasa enim sacra, puta calices, vestes, cruces, candelabra, paramenta, & ornamenta, in quibus, & cum quibus spiritualia ministrantur, quæ propter consecrationem, & seu benedictionem in illis, & de illis factam, quando fuerunt deputatà ad vsum, & sacrorum ministerium, videntur, & dicuntur annexa spiritualibus, non obstante, quod sint consecrata, benedicta, & deputata ad ministerium, & vsum sacrorum, quotidiè authoritate legum, & canonum permissione causâ existente pignerantur, hypothecantur, venduntur, & alienantur, gloss. *est cap. ea enim §. hoc ius. 10. quæst. 2. in verb. conflata. l. grande. text. in c. aurũ. 12. q. 2.* vbi non obstante consecratione vasa sacra alienari permittuntur. † immo increpantur sa- 13
cerdotes si non faciant, vel si in faciendo negligentes fuerint, pro alendis pauperibus, redimendis captiuis, pro templo Dei, vel religioso loco ædificando, pro cœmiterijs ampliandis, sepulturis mortuorum extruendis. Et alienantur, † vel ven- 14
duntur si quidem alteri Ecclesiæ, vel personæ ecclesiasticæ ad vsum diuinorum in eademmet formâ, & figurâ. Si verò non ecclesiæ, sed extra ecclesiam, putà laicis, præmissa prius oratione ad Dominum confringuntur, & confracta, & conflata venduntur, & alienantur. *gl. in d. c. ea enim. in verb. conflata per Sanct. Tho. secunda secundæ q. 100. de simonia q. 4. in respons. ad 2. arg Ricard. de Med. vil. 25. artic. 3. circa fi. Immo dicit gloss. in d. c. ea. n § hoc ius. in verb conflata*, quod in necessitate possunt obligari ad tabernam, & sub eadem formâ, *vt ext. de pign. c.* 15
1. & dicit Arch. *in c. sacrorum.* † quod res Ecclesiæ 16
pro redemptione possunt apud negociatorem, vel fœneratorem pignori obligari, *vt not. in c. 1. de pig. & vt dicebam antè, dicit Ant. in d. c. nullus. de pign.* quòd est verisimile, Christum velle suarum rerũ pretium fundi pro redemptione animarum, † pro 17
quibus fundit sanguinem proprium. Vnde possunt vendi, & obligari, quia obligatio volente domino valet, *l. actio. ff. de pign. dicit, enim Ant. in d. c. nullus.* quod sine causâ rationabili non debent res Ecclesiasticæ pignerari. † addit tamen in fin. quòd 18
subsistente necessitate possunt. Nec obstat *l. 3. C. quæ res pign. oblig. poss & l. 1. ff. eo. §. rem.* † *vt ibi per eũ.* 19
Subdit d. gl. in d. verb. conflata; quod secundum quosdam nec vendi, nec obligari possunt, cùm res sint sacræ, *C. quæ res pig. oblig. non poss. l. 3.* & dicunt, inquit, non esse nexum pignoris, sed solam detentationem habet creditor, quousque reddatur ei sua pecunia, sicut aliàs pignus detinere potest pro eâ pecuniâ, pro quâ non est obligatum, vt ibi per eandem glo. Nec est mirum, si post conflationem, vel confractionem venduntur vasa sacra, & vendi, aut alienari possunt; quia post confractionem, 20
vel conflationem non intelliguntur amplius esse vasa sacra, sed materia, & purum metallum. Vnde si in eadem materiâ similia vasa de nouo fierent,
† aut reintegrarentur, iterum de nouo indige- 21
rent consecratione, per S. Tho. *2. 2. suprà citato loco.* Nam † quod dicitur, vasa sacra vendi posse, id 22
habet intelligi, quod confracta, & conflata, si vendenda sunt laicis; mystici enim poculi forma de Ecclesia exire non debet; † nec ad vsus nefarios sa- 23
cri calicis ministerium transfertur, *d. c. aurum.* secus autem est, si vendantur Ecclesiæ, cui in eadem

dem formâ sine confractione, vel conflatione vẽ-
24 dũtur, sed sacra, † & consecrata venduntur. Item si personæ ecclesiasticæ ad vsũ diuinorũ pariter vẽdantur, quia tunc non exeunt de Ecclesia quæ in Ecclesia remanent, *d. c. aurum. cum ibi glo. vbi Archid. dicit*, quod non exit de Ecclesia, si alteri Ecclesiæ venditur. Subdens, credo, quod vasa etiam sacra
25 Ecclesiæ vendi † possunt licitè alteri Ecclesiæ in eadem forma cum *text in Authen. hoc ius. hoc dicat, & Canon non dicat contrarium. Idem glo. d. c. ea. n. refert Io. de Selua in trac. de benef. j. parte, q. 7. nu. 70. vers. item vasa. & dicit Archid. in c. aurum prææallegato.* tex. inquit confringere, & conflare, nonne sufficit
26 confringere? dicit, quod non, quia in superficie
27 † exteriori potius consistit consecratio, & iniunctio; ne ergò aliquid ibi consecrationis remaneat, vasa confringuntur consecrata, & posteà conflantur, & ità venduntur; & hoc verum, quando vendi debent laicis, sed alij Ecclesiæ possunt vendi in eadem forma, *10 q. 2. hoc. ius.* Sed quare, inquit, dicit confringere, & conflare Respon. per conflatio-
28 nem res desinit esse sacra; † immò ipsa interimitur, *l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhib.* ideò quia aptius conflantur post consecrationem. Et subdit
29 quærendo, quæ est ratio, † quod calix sacratus potest vendi ecclesia verò sacrata non venditur? Respondet, inquit, Hugo, quod ratio est in occulto; sufficit tamen dicere, quòd alterum istorũ est pro-
30 hibitum specialiter, alterum concessum. † Præterea maior, & solemnior consecratio adhibetur in Ecclesia quam in calice. Item calix potest dissolui, & dissolutus potest maiorem vtilitatem conferre, quòd rarò contingeret de Ecclesia. Item locus sacratus non potest possideri, nisi in eodem loco, quod non est in calice: vel dic, quòd in calice habetur respectus ad materiam, ad quam antiquam potest redigi, in Ecclesiâ habetur respectus ad ius spirituale, cùm non possit redigi ad antiquam for-
31 mam. Sed de lapide pretioso, † qui est inclusus in calice, quæri solet, an à laico possit distrahi? Respondeo, non, si cum calice fuit consecratus; quia est in calice ad instar lignorum ecclesiæ dirutæ, *de*
32 *consec. distin. 1. ligna. vt per Archid. d. loco.* † Et si laici vellent illa non confracta, vel non conflata, sed integra consecrata, & illæsa, est dicendum, quod dari non debeant, per Alber. & Archid. *in d. c. au-*
33 *rum.* vbi dicitur, † quòd si hostis velit occidere captiuos, nisi sibi dentur vasa sacra in eademmet formâ, vel figurâ, secundum eum ibi, dari non de-
34 bent, quia † non sunt facienda mala pro bono, & nulla compensatione boni est peccandum, *arg. 14. distinct. quod ait. 22. q. 2* primum. debet enim serua-
35 ri forma à lege tradita. † Et recipiens rem Ecclesiæ vltra modos à iure approbatos nullo modo ius in eâ acquirit, per text. *in l. iubemus. l. 1. C. de sacro-*
36 *sanct. eccle. not. Abb. in c. Episcopi. de reb. eccle. alie.* † 2. *not.* Facit, quia causa pietatis Prælatus etiam solus, de per se potest concedere alicui indigenti prędia ad vitam suam sine solemnitatibus requisitis, per Archid. *in c. 1. de reb. eccle. non alien. lib. 6. refert Abb. & tenet, per text. in c. possessiones. 17. q. 1. iuncta glo. vt per eundem Abb. in c. continebatur. de his quæ fi. à Pral. col. 2. vers. quintò limita. per tex. ibi. & per Gemi. in d. c. 1. versic. glo. in verb. perpetuus.* Vnde dicebat *hic Hostien. & Io. Mon.* † quod si pietatis causa aliqua 37
possessio Ecclesiæ concederetur alicui ad vitam, vel ad aliud tempus, non est locus solemnitati, *16. q. 1. possessiones. & q 6. illud. c. j. de vsur.* & tales concessiones tẽporales facit Episcopus sine capitulo, & in margine ibi ad † Gemi. allegatur Fede. *cons.* 38
210. Oldr. cons. 226. Lap. alleg 31. Sed. in contrarium facit c. Episcopus. 12. q. 2. dicit autem Gemi. quod ibi loquitur, cum lædebat, vel fraudabat Ecclesiam. Item facit contra *c. ea noscitur. de his quæ fiu. à Prala.* Sed dic, quod loquitur † in concessione spiritua- 39
lium, vbi debet esse magna examinatio; sed text. *c. possessiones.* loquitur de temporali conuersione factâ causa pietatis, quod licet, vt ibi. Vbi & subiungit, † quod concessio temporalium potest fie- 40
ri per Prælatum sine consensu capituli, dummodò fiat causa pietatis, vel remunerationis impensi seruitij, & recepti, non titulo, vel ex causa locationis. Et dicit Soci. *sen. in cons. 116. col 1. nu. 2. lib. 1.*
† quod prohibita alienatione, non videtur prohi- 41
bita alienatio, quæ fit ad pias causas, per tex. *in l. si sponsus. §. concessa ff. de donatio. inter vir. & vxor.* quem ibi Bal. ad hoc ponderat.

Nec est intelligendum de omnibus captiuis in quocunque captiuitate, & quod pro redemptione omnium captiuorum debeant sacra vasa alienari, sed habemus intelligere de illis captiuis, † qui sunt 42
capti ab hæreticis, vel gentilibus, seu infidelibus, vel à talibus, vbi timetur mors; vel vbi timetur periculum corporis, vel animæ, quia tales tenetur redimere Ecclesia, & etiam quilibet priuatus, *86. dist. satis. 23. q. 3 non inferenda per glo. in c. sicut omnino. 12. q. 2. & gl in c. aurum. in verb. occisi.* tunc demũ, cum timetur mors, redimi debent captiui, &c. Nec, † vt dico suprà, pro redemptione talium 43
sunt danda vasa sacra consecrata, etiam si esset periculum mortis, & ne hostis eos occideret; quia non est faciendum malum, pro bono, & nullâ compensatione boni est peccandum, *arg 14. dist. quod ait 22. q 1 primum.* debet enim seruari forma à iure tradita. Et † qui recipit rem Ecclesiæ vltra 44
modum à iure traditum, vel approbatum, nullum ius in ea, acquirit, *l. iubemus. l. 1. C. de sacrosan. eccl. not. Abb. in d. c. Episcopi. de reb. eccl. alien. idem habetur per Archid. in c. sicut. prææallegato, per illa verba, ibi,* Adde, alij dicunt de illis dici, quod debeant redimi res ecclesiasticas distrahendo † qui detinentur, 45
capti à paganis, vel hæreticis, vbi timetur periculũ fidei, & crimen apostasiæ, *arg. 15. q. 6. c. 1.* Qui vero capiuntur inter Christianos catholicos, non propriè dicuntur captiui, nec ad tales redimendos sic generaliter tenetur Ecclesia, licèt his, & alijs teneatur benefacere. Sed Hilgo, inquit, tenet idem, quod Ioan. dicens, quod cum non timetur periculum mortis animæ, vel corporis, vel alterius cruciatus, non tenetur Ecclesia sic generaliter ad eorum redemptionem. Dicit etiam, quod suos Parochianos Ecclesia † tenetur repetere, & 46
redimere, vbicunque sint, & quod ad opus alimentorum, si petatur, † & tenetur eleemosynam 47
facere, & impendere, quantumcunque longè distent. Facit in hac materiâ, † quia redemptio 48
viuorum, & mortuorum fuit passio D. N. I. Christi, *§. semel immolatus. de conse. dist. 2. &* dicit,

dicit Abb. *in c. signauerunt. de iud.* quod licitum est
49 redimere captiuos Christianos, etiam † durante bello, licèt ex redemptione commodum, vel subsidium proueniat infidelibus.
50 † Nec Ecclesia pecunias, vel res impensas, aut refusas in redemptionem captiuorum repetet ab ipsis captiuis redemptis. illud enim quod ex causa pietatis impenditur, repeti non potest, *l. alimenta.*
51 *C. de neg. gest.* † etiam si Ecclesia de hoc expressè fuerit protestata: quia in isto casu nō valet protestatio. Nam Ecclesia tenetur, & est obligata ad re-
52 demptionē. † Alia verò persona, quæ ab hostibus captiuos redimit, potest benè redemptionem repetere, habetur *in l. fi. C. de capt. & in l 2. C. eo Aug. Bero. in c. nulli. ext. de reb eccl alie. col. 16. vers. tertius*
53 *casus.* tamen † redemptus ab Ecclesia tenetur quidem ad illi seruiendum, aut operas impendendum per quinquennium, vt per glo. *in d. c. sacrorum. in verb. repetitionis 12. q. 2.* Hoc autem nescio equidem, an sit in vsu, quia nusquam id vidi, vel
54 audiui seruari. † Vidi tamen in ciuitate Neapolis, quod officium deputatorum super redimendis captiuis captiuitatis Surrentinæ à redemptis quærit recuperare, & repetere pecunias impensas in redemptione eorum. Et vidi aliquos redemptos propterea molestari. Sed, vt audiui postea, ab ipsis officialibus, repetitur impensum duplici de causa, si quidem redempti sunt diuites, vel tales, quod commodè ex venditione bonorum suorum possunt se redimere, vel redemptionem soluere; secus, si sint pauperes, quia probatā paupertate cessat officium à molestatione. Item quia pecunias repetitas, & recuperatas idem officium refundit, & exbursat, & recollocata denuò in redemptionem aliorum captiuorum.

Et forsan etiā pōt esse, quia tale officiū quādō impendit in redemptionē, id facit cū protestatio-
55 ne repetendi: quia ex quo ad id† nō tenetur prout tenetur Ecclesia, saluare sibi potest ius repetendi à captiuo redempto pecunias exburlatas per protestationem, per tex. *in l. si quis. §. hac actio ff de relig. & l. patrem. C. de nupt.* quia dicit *gl. in d. c. sacrorū.*
56 quod † alia persona, quam Ecclesia, puta priuatus, benè potest repetere illud, quod impendit in redemptionem à captiuo redempto, per tex. *in l. vlt. C. de capti. & per glo. ibidem.* Ecclesia verò non re-
57 petit, † quia Ecclesia mater est, & quod mater soluit pro filio capto, non repetit. *C. de capt. & post-*
58 *lim. l. liber.* † & ecclesia itā est mater captiuorum; sicut etiam est mater omnium nostrum, *ca. abstulerit.*
59 *12. q. 2. per Archi. in c. sacrorum. 12. q. 2.* † Et ratio, quare priuatus expendens in redemptione captiuorum repetere potest, ecclesia verò non, est; quia ecclesia tenetur redimere, *d. c. aurum.* priuatus verò non tenetur, *per gl. in c. considerandum. 86. dist.* quæ dicit, quod licet ego teneat egenti subuenire, non
60 tamē teneor captiuū redimere. † Et ecclesia nō videtur teneri in quolibet casu pietatis, sed in casu pietatis, & misericordiæ necessariæ, qñ aliter prouideri nō pōt; probatur *in dd. c. aurū. & c. sacrorū. cū seq. 12. q. 2.* vt est in casu redemptionis captiuorū.
61 † Ecclesia autem non solum captiuos de bonis suis tenetur redimere, sed & carceratos ratione delicti; si tamen sint carcerati, aut condemnati iniustè, & de facto, *gl. in c. non satis. 86. dist. id sentit Aug. Bero. in d. c. nulli. ext. de reb. eccl. col. 18. vers. tertius casus.* nam tunc arbitror, inquit, Ecclesiam teneri, & posse de bonis proprijs eum redimere, *d. c. non satis.* Nam † si omnibus misericordia debetur, mul- 62
to magis iusto. *c. non inferenda. 23. q. 5. Subdēs idem Bero.* † si verò esset ex delicto iustè condemnatus 63
pecuniariter, & ciuiliter, tunc qui talem redimeret, ne corporaliter puniretur, piè ageret. *ca. si res. 14. q. 6.* ergo Ecclesia talem redimere potest. Ex
† quibus inquit, infero, quod etiam Ecclesia po- 64
terit de bonis suis redimere iustè carceratum † pro 65
debito ciuili, &c.

Et sub hoc casu pietatis plura comprehendūtur, hoc est, Ecclesias reficere, & restaurare, Ecclesias de nouo construere, causā necessitatis humare cadauera fidelium, quando aliter humari nequeunt, alere ægrotos, benemeritum seruum manumittere, & redimere seruum causā manumittendi, nubere viduas, ac virgines pauperes, per iura, quæ ibi adducit. Et dicit Didac. Couar *li. 2. var. resol. c. 16. vers. cæterum;* † quod causa præcipua ad alie- 66
nationem rerum Ecclesiæ, etiam earum, quæ ministerio diuini cultus sunt destinatæ, etiam vt pignus dari possint, ast ad subueniendum pauperib. ne frigore, seu fame pereant, & ad redemptionem captiuorum. *l. sancimus nemini. C. de sacros. eccl. c. sicut.* † *c. aurū c. gloria 12. q. 2.* & non solum ad alen- 67
dos proprios Parochianos, *gl. in c. 1. de pign.* sed etiā ad alimentandos, & redimēdos exteros, per *gl. d. c. sicut. quæ est ab* * *omnibus approbata. & Rip. in l. obligatione. ff. de pigno.* simulacra enim Dei viuentia *
excolunt, † & exornatione, qui largitione in pau- 68
peres vtuntur. Sed quid dicendum est de his, † qui 69
propriā culpā, luxuriā, prauis moribus, vel propter crimen succedunt in inopiam, publicis carceribus mancipati, famem, quam aiunt Saguntinam, patiuntur, aut vinculis perpetuis opprimūtur, nō habentes, vnde se redimere valeant, an pro his redimendis possint res Ecclesiarum alienari, vel in pignus dari? Et licet videatur dicendum, quod nō, *per tex. in l. bonā fides. ff. de pos. c. ex parte. de consue l. etiam.* † *§. licèt ff. sol. mat.* & facit apophthegma Re- 70
gis Alphonsi Aragoniæ, qui cum rogatus esset, vt subueniret cuidam equiti, qui perluxum amplum patrimonium absumpserat, ne ob conflatum æs magnū alienum cogeretur luere in corpore, quod in re, & pecuniā non poterat; respondit: Audirem vtique, si tantas opes in obsequio fuisset Regis, vel patriæ commodum, propinquorum subleuamē expendisset, sed par est, quod luat in corpore, pro quo tantas opes effudit: *per Panor. in suis apopht hegmatibus. & gl. quæ hoc dicit in c. qua in Ecclesiarum. de consti. in ver. ad inopiam. quam ibi sequuntur* * *omnes.* *
Tamen contrarium videtur verum, per *gl. in d. c. sacrorum 12 q. 2.* quæ dicit; † quòd alienari possunt 71
res Ecclesiæ pro alendis pauperibus, etiā, illis qui in paupertatē propriā culpā inciderunt. Item ad redemptionem eorum, qui ob crimina carcerib. publicis mācipantur. Sequitur *Bal. in l. illud. in prin. C. de sacros. eccl. Campe. 4. par. de dote, q. 12. Alexan. in l. quamuis. ff. sol. matr. col. 2. Dec. in c. pastoralis. §. verum. de appel. col. 3. Anan. & Fely. in c. significauit. de indi. idem Fely. num. 67. Dec. in cap. qua in Ecclesiarum.*

de con-

de constit. Ioan. Lup. in rub. de don. §. 88. numer. 3. quorum opinio communis est. Didac. tamen
72 Couarr. *d. loco.* tenet per multa, quæ adducit,† quòd bona Ecclesiæ possunt vendi pro subuentione fame perituri, etiam si in eam paupertatem culpâ, & luxuriâ, prauisque eius moribus deuenerit.
73 † Non tamen pium esse, nec de iure, quòd talia bona vendantur, aut vendi habeant pro redimentis sceleratis carceratis, & ad soluendum pœnam ipsorum delinquentium, vt à carceribus quibus iustè detinentur, & opprimuntur, & liberentur, & redimantur; quia ista punitio iusta est, & Reipublicæ est conueniens, eiusque interest, vt delicta non remaneant impunita. *l. ita vulneratus. prope fi. ff ad leg Aquil. subdens d. Couarr. in finalibus*
74 *verbis.*† Ex quibus omnibus maturè consideratis,
75 manifesti iuris est, † non esse permittendam rerum Ecclesiæ alienationem, nec in pignus dationem pro redimendis à triremibus illis, qui in id opus publicum ob crimina fuerunt damnati, vt i-
76 bi per eum; quia indignum est ei subuenire, † qui sua culpâ eget. *l. bona fides. n. deposit. arg. 86. distin. non satis.* vel si suo vitio incidit in egestatem, per gloss. *in cap. quæ in Ecclesiarum. in verb. ad inopiam. de constit. vbi Ioann. Andr.* in addit. ei ta-
77 men eleemosyna dari debet.† *42. distinct. quiescamus.*

SVMMARIVM.

1 *Incommoditas est quarta causa iusta alienationis.*
2 *Episcopus solus potest terrulas, & vineolas, existente necessitate alienare.*
3 *Res exiguæ, minus vtiles, multùm distantes sine clericorum consensu alienantur.*
4 *Res Ecclesiæ, quando plus incommodi, quàm commodi affert, alienari potest.*
5 *Rector Ecclesiæ si in manutenenda domo necesse habet multum impendere, vendendo videtur agere negotium Ecclesiæ, & nu. 6.*
7 *Non solum domus, sed alia quoque possessiones, quæ plus oneris afferunt, quam vtilitatis, iustè vendi possunt, & nu. 8.*
9 *Plus incommodi, quàm commodi id dicitur afferre, in cuius reparatione plus exponitur, quàm ex emolumentis accipiatur.*
10 *Domus continens minus vtilitatis, quàm commoditatis, non potest alienari sine solemnitate.*
11 *Tria requiruntur, antequam omitti possit solemnitas.*
12 *Necessitate vrgente consilium fratrum omitti potest, sed tamen alia solemnitates requiruntur.*
13 *Tutori, qui non exegit debitum, in quo plus oportebat expendere, quam inde percipi poterat, nihil imputari potest.*
14 *Testes quando tantum distant à loco iudicij, quòd plus expenderetur in eos adeundo, quam sit valor causæ, citari non debent.*
Sed hoc casu examinatio delegari debet, vt numer. 15.
16 *Recursus non est licitus, si habendo recursum plus expenderetur, quàm sit valor causæ.*
17 *Res Ecclesiæ damnosa sit, tunc dicitur casus incommoditatis.*
18 *Comparatiuum præsupponit positiuum.*
19 *Res parua licèt possint sine consensu fratrum alienari, tamen non excluditur consensu capituli saltem tacitus.*
20 *Casus, in quibus fieri possunt alienationes de rebus Ecclesiæ, plures sunt, sed ad quatuor reduci possint.*
21 *Prælatus si non potest sustentari ex reditibus Ecclesiæ, licitum est auferre vni Ecclesiæ, & alteri dare.*
22 *Obligatio ad antidora secundum aliquos, dicitur iusta causa alienationis.*
23 *Remunerare benemerita quis quodammodo tenetur.*
24 *Remunerare benemeritos vtile est Ecclesiæ.*
25 *Enumerantur quinque casus alienationis.*
26 *Paupertas, & tenuitas videtur legitima causa, ob quam potest Episcopus bona vnius Ecclesiæ alteri dare, vel vnam alteri vnire.*
27 *Papa potest per modum generalis constitutionis inducere vnum nouum casum licita alienationis.*
28 *Papa, vel Principes lege sui prædecessoris, vel sua ligari non possunt.*
29 *Lex generaliter loquens quoad verba, sed specialiter facta in fauorem certarum personarum, censetur particulare rescriptum.*
30 *Lex facta ad postulationem illius, in quem fuit facta alienatio, præsumitur in fraudem facta.*
31 *Concessio si motu proprio facta sit, præsumitur iusta causa in Papa.*
32 *Concessio facta in forma communi non videtur valere.*
33 *Alienatio facta tam temeraria, quòd nulla valeat causa excusari, non valet.*
34 *An sufficiat clausula derogatoria in genere.*
35 *Actus quando aliter valere non potest, præsumitur Princeps vti voluisse plenitudine potestatis.*
36 *Prælatus an in casibus à iure permissis possit indifferenter alienationes de rebus Ecclesiæ facere.*
37 *Prælatus si prohibitus esset alienare, alienatio non teneret, etiam in casibus à iure permissis.*
38 *Alienatio non tenet defectu casus liciti.*
39 *Alienatio nulla est, si fiat in casu non concesso.*
40 *Alienatio facta contra formam iuris est nulla.*
41 *Alienatio facta seruata forma in casu non concesso, an valeat.*
42 *Forma non seruata contractus redditur nullius.*
43 *Episcopus si graues fecit donationes, aut alios contractus canonicis inconsultis, contractus ipso iure non tenet.*
44 *Contractus, qui Ecclesiæ grauis fit, consultis canonicis factus, tenet, sed rescinditur per restitutionem in integrum.*
45 *Legitimus assensus non est, vbi causa iusta non subest.*
46 *Alienatio prohibetur, vbi vtilitas, vel necessitas, vel assensus Prælati non interueniat.*
47 *Alienatio si forma seruata facta sit præsumitur casus licitus.*
48 *Vtilitas præsumitur ab initio, licèt alius sequatur effectus.*

dicit Abb. *in c. signauerunt. de iud.* quod licitum est
49 redimere captiuos Christianos, etiam † durante bello, licet ex redemptione commodum, vel subsidium proueniat infidelibus.

50 † Nec Ecclesia pecunias, vel res impensas, aut refusas in redemptionem captiuorum repetere ab ipsis captiuis redemptis: illud enim quod ex causa pietatis impenditur, repeti non potest, *l. alimenta.*
51 *C. de neg. gest.* † etiam si Ecclesia de hoc expressè fuerit protestata: quia in isto casu nõ valet protestatio. Nam Ecclesia tenetur, & est obligata ad re-
52 demptionẽ.† Alia verò persona, quæ ab hostibus captiuos redimit, potest benè redemptionem repetere, habetur *in l. fi. C. de capt. & in l. 2. C. eo Aug. Bero. in c. nulli. ext. de reb. eccl. alie. col. 16. vers. tertius*
53 *casus.* tamen † redemptus ab Ecclesiâ tenetur quidem ad illi seruiendum, aut operas impendendum per quinquennium, vt per glo. *in d. c. sacrorum. in verb. repetitionis 12. q. 2.* Hoc autem nescio equidem, an sit in vsu, quia nusquam id vidi, vel
54 audiui seruari. † Vidi tamen in ciuitate Neapolis, quod officium deputatorum super redimendis captiuis captiuitatis Surrentinæ à redemptis quærit recuperare, & repetere pecunias impensas in redemptione eorum. Et vidi aliquos redemptos propterea molestari. Sed, vt audiui postea, ab ipsis officialibus, repetitur impensum duplici de causa, si quidem redempti sunt diuites, vel tales, quod commodè ex venditione bonorum suorum possunt se redimere, vel redemptionem soluere; secus, si sint pauperes, quia probatâ paupertate cessat officium à molestatione. Item quia pecunias repetitas, & recuperatas idem officium refundit, & exbursat, & recollocata denuò in redemptionem aliorum captiuorum.

Et forsan etiã pôt esse, quia tale officiũ quãdo impendit in redemptionẽ, id facit cũ protestatio-
55 ne repetendi: quia ex quo ad id† nõ tenetur prout tenetur Ecclesia, saluare sibi potest ius repetendi à captiuo redempto pecunias exbursatas per protestationem, per tex. *in l. si quis. §. hac actio. ff. de relig. & l. patrem. C. de nupt.* quia dicit *gl. in d. c. sacrorũ.*
56 quod † alia persona, quam Ecclesia, puta priuatus, benè potest repetere illud, quod impendit in redemptionem à captiuo redempto, per tex. *in l. vlt. C. de capti. & per glo. ibidem.* Ecclesia verò non re-
57 petit, † quia Ecclesia mater est, & quod mater soluit pro filio capto, non repetit. *C. de capt. & post-*
58 *lim. l. liber.* † & ecclesia itã est mater captiuorum; sicut etiam est mater omnium nostrum, *ca. abstule-*
59 *rit. 12. q. 2 per Archi. in c. sacrorum. 12. q. 2.* † Et ratio, quare priuatus expendens in redemptione captiuorum repetere potest, ecclesia verò non, est; quia ecclesia tenetur redimere, *d. c. aurum.* priuatus verò non tenetur, *per gl. in c. considerandũ. 86. dist.* quæ dicit, quod licet ego tenear egenti subuenire, non
60 tamẽ teneor captiuũ redimere.† Et ecclesia nõ videtur teneri in quolibet casu pietatis, sed in casu pietatis, & misericordiæ necessariæ, quia aliter prouideri nõ pôt; probatur *in dd. c. aurũ. & c. sacrorũ cũ seq. 12. q. 2.* vt est in casu redemptionis captiuorũ.
61 † Ecclesia autem non solum captiuos de bonis suis tenetur redimere, sed & carceratos ratione delicti, si tamen sint carcerati, aut condemnati iniustè, & de facto, *gl. in c. non satis. 86. dist.* id sentit *Aug. Bero. in d. c. nulli. ext. de reb. eccl. col. 18. vers. tertius casus.* nam tunc arbitror, inquit, Ecclesiam teneri, & posse de bonis proprijs eum redimere, *d. c. non satis.* Nam † si omnibus misericordia debetur, mul- 62
tò magis iusto. *c. non inferenda. 23. q. 5. Subdẽs idem Bero.* † si verò esset ex delicto iustè condemnatus 63
pecuniariter, & ciuiliter, tunc qui talem redimeret, ne corporaliter puniretur, piè ageret. *ca. si res. 14. q. 6.* ergo Ecclesia talem redimere potest. Ex
† quibus inquit, infero, quod etiam Ecclesia po- 64
terit de bonis suis redimere iustè carceratum † pro 65
debito ciuili, &c.

Et sub hoc casu pietatis plura comprehendũtur, hoc est, Ecclesias reficere, & restaurare, Ecclesias de nouo construere, causâ necessitatis humare cadauera fidelium, quando aliter humari nequeunt, alere ægrotos, benemeritum seruum manumittere, & redimere seruum causa manumittendi, nubere viduas, ac virgines pauperes, per iura, quæ ibi adducit. Et dicit Didac. Couar *li. 2. var. resol. c. 16. vers. cæterum;* † quod causa præcipua ad alie- 66
nationem rerum Ecclesiæ, etiam earum, quæ ministerio diuini cultus sunt destinatæ, etiam vt pignus dari possint, ast ad subueniendum pauperib. ne frigore, seu fame pereant, & ad redemptionem captiuorum. *l. sancimus nemini. C. de sacros. eccl. c. sicut.* † *c. aurũ. c. gloria. 12. q. 2.* & non solum ad alen- 67
dos proprios Parochianos, *gl. in c. 1. de pign.* sed etiã ad alimentandos, & redimẽdos exteros, *per gl. d. c. sicut. quæ est ab * omnibus approbata. & Rip. in l. obligatione. ff. de pigno.* simulacra enim Dei viuentia *
excolunt, † & exornatione, qui largitione in pau- 68
peres vtuntur. Sed quid dicendum est de his, † qui 69
propriâ culpâ, luxuriâ, prauis moribus, vel propter crimen succedunt in inopiam, publicis carceribus mancipati, famem, quam aiunt Saguntinam, patiuntur, aut vinculis perpetuis opprimũtur, nõ habentes, vnde se redimere valeant, an pro his redimendis possint res Ecclesiarum alienari, vel in pignus dari? Et licet videatur dicendum, quod nõ, *per tex. in l. bon. fides. ff. de pos. c. ex parte. de consue l. etiam.* † *§. licet. ff. sol. mat.* & facit apophthegma Re- 70
gis Alphonsi Aragoniæ, qui cum rogatus esset, vt subueniret cuidam equiti, qui per luxum amplum patrimonium absumpserat, ne ob conflatum æs magnũ alienum cogeretur luere in corpore, quod in re, & pecuniâ non poterat; respondit: Audirem vtique, si tantas opes in obsequio suo Regis, vel patriæ commodum, propinquorum sublevamẽ expendisset, sed par est, quod luat in corpore, pro quo tantas opes effudit: *per Panor. in suis apophthegmatibus. & gl. quæ hoc dicit in c. qua in Ecclesiarum. de consti. in ver. ad inopiam. quam ibi sequuntur * omnes.* *
Tamen contrarium videtur verum, per *gl. in d. c. sacrorum 12 q. 2.* quæ dicit; † quòd alienari possunt 71
res Ecclesiæ pro alendis pauperibus, etiã, illis qui in paupertatẽ propriâ culpâ inciderunt. Item ad redemptionem eorum, qui ob crimina carcerib. publicis mãcipantur. Sequitur *Bal. in l. illud. in prin. C. de sacros. eccl. Campe. 4. par. de dote, q. 12. Alexan. in l. quamuis. ff. sol. matr. col. 2. Dec. in c. pastoralis. §. verum. de appel. col. 3. Anan. & Fely. in c. significauit. de indi. idem Fely. num. 67. Dec. in cap. qua in Ecclesiarum. de con-*

de constit. Ioan. Lup. in rub. de don. §. 88. numer. 3. quorum opinio communis est. Didac. tamen
72 Couarr. d. loco. tenet per multa, quæ adducit, † quòd bona Ecclesiæ possunt vendi pro subuentione fame perituri, etiam si in eam paupertatem culpâ, & luxuriâ, prauisque eius moribus deuene-
73 rit. † Non tamen pium esse, nec de iure, quòd talia bona vendantur, aut vendi habeant pro redimentis sceleratis carceratis, & ad soluendum pœnam ipsorum delinquentium, vt à carceribus quibus iustè detinentur, & opprimuntur, & liberentur, & redimantur; quia ista punitio iusta est, & Reipublicæ est conueniens, eiusque interest, vt delicta non remaneant impunita. *l. ita vulneratus. prope fi. ff. ad leg Aquil. subdens d. Couarr. in finalibus*
74 *verbis.* † Ex quibus omnibus maturè consideratis,
75 manifesti iuris est, † non esse permittendam rerum Ecclesiæ alienationem, nec in pignus dationem pro redimendis à triremibus illis, qui in id opus publicum ob crimina fuerunt damnati, vt i-
76 bi per eum; quia indignum est ei subuenire, † qui sua culpâ eget. *l. bona fides. ff. deposit. arg. 86. distin. non satis.* vel si suo vitio incidit in egestatem, per gloss. *in cap. quæ in Ecclesiarum. in verb. ad inopiam. de constit. vbi Ioann. Andr.* in addit. ei ta-
77 men eleemosyna dari debet. † *42. distinct. quiescamus.*

SVMMARIVM.

1 *Incommoditas est quarta causa iusta alienationis.*
2 *Episcopus solus potest terrulas, & vineolas, existente necessitate alienare.*
3 *Res exiguæ, minus vtiles, multùm distantes sine clericorum consensu alienantur.*
4 *Res Ecclesiæ, quando plus incommodi, quàm commodi affert, alienari potest.*
5 *Rector Ecclesiæ si in manutenenda domo necesse habet multum impendere, vendendo videtur agere negotium Ecclesiæ, & nu. 6.*
7 *Non solùm domus, sed aliæ quoque possessiones, quæ plus oneris afferunt, quam vtilitatis, iustè vendi possunt, & nu. 8.*
9 *Plus incommodi, quàm commodi id dicitur afferre, in cuius reparatione plus exponitur, quàm ex emolumentis accipiatur.*
10 *Domus continens minus vtilitatis, quàm commoditatis, non potest alienari sine solemnitate.*
11 *Tria requiruntur, antequam omitti possit solemnitas.*
12 *Necessitate vrgente consilium fratrum omitti potest, sed tamen aliæ solemnitates requiruntur.*
13 *Tutori, qui non exegit debitum, in quo plus oportebat expendere, quam inde percipi poterat, nihil imputari potest.*
14 *Testes quando tantum distant à loco iudicij, quòd plus expenderetur in eos adeundo, quam sit valor causæ, citari non debent.*
Sed hoc casu examinatio delegari debet, vt numer. 15.
16 *Recursus non est licitus, si habendo recursum plus expenderetur, quàm sit valor causæ.*
17 *Res Ecclesiæ damnosa sit, tunc dicitur casus incommoditatis.*
18 *Comparatiuum præsupponit positiuum.*
19 *Res paruæ licèt possint sine consensu fratrum alienari, tamen non excluditur consensu capituli saltem tacitus.*
20 *Casus, in quibus fieri possunt alienationes de rebus Ecclesiæ, plures sunt, sed ad quatuor reduci possint.*
21 *Prælatus si non potest sustentari ex reditibus Ecclesiæ, licitum est auferre vni Ecclesiæ, & alteri dare.*
22 *Obligatio ad antidora secundum aliquos, dicitur iusta causa alienationis.*
23 *Remunerare benemerita quis quodammodo tenetur.*
24 *Remunerare benemeritos vtile est Ecclesiæ.*
25 *Enumerantur quinque casus alienationis.*
26 *Paupertas, & tenuitas videtur legitima causa, ob quam potest Episcopus bona vnius Ecclesiæ alteri dare, vel vnam alteri vnire.*
27 *Papa potest per modum generalis constitutionis inducere vnum nouum casum licitæ alienationis.*
28 *Papa, vel Principes lege sui prædecessoris, vel sua ligari non possunt.*
29 *Lex generaliter loquens quoad verba, sed specialiter facta in fauorem certarum personarum, censetur particulare rescriptum.*
30 *Lex facta ad postulationem illius, in quem fuit facta alienatio, præsumitur in fraudem facta.*
31 *Concessio si motu proprio facta sit, præsumitur iusta causa in Papa.*
32 *Concessio facta in forma communi non videtur valere.*
33 *Alienatio facta tam temeraria, quòd nulla valeat causa excusari, non valet.*
34 *An sufficiat clausula derogatoria in genere.*
35 *Actus quando aliter valere non potest, præsumitur Princeps vti voluisse plenitudine potestatis.*
36 *Prælatus an in casibus à iure permissis possit indifferenter alienationes de rebus Ecclesiæ facere.*
37 *Prælatus si prohibitus esset alienare, alienatio non teneret, etiam in casibus à iure permissis.*
38 *Alienatio non tenet defectu casus liciti.*
39 *Alienatio nulla est, si fiat in casu non concesso.*
40 *Alienatio facta contra formam iuris est nulla.*
41 *Alienatio facta seruata forma in casu non concesso, an valeat.*
42 *Forma non seruata contractus redditur nullius.*
43 *Episcopus si graues fecit donationes, aut alios contractus canonicis inconsultis, contractus ipso iure non tenet.*
44 *Contractus, qui Ecclesiæ grauis fit, consultis canonicis factus, tenet, sed rescinditur per restitutionem in integrum.*
45 *Legitimus assensus non est, vbi causa iusta non subest.*
46 *Alienatio prohibetur, vbi vtilitas, vel necessitas, vel assensus Prælati non interueniat.*
47 *Alienatio si forma seruata facta sit præsumitur casus licitus.*
48 *Vtilitas præsumitur ab initio, licèt alius sequatur effectus.*

49 *Alienatio olemuiter facta iu casu prohibitio non valet.*

50 *Consensus populi, & cleri non sufficit, vt bona Ecclesiæ sine iusta causa alienentur.*

51 *Prælati, & collegia non debent ad petitionem dominorum temporalium tempore belli bona Ecclesiæ alienare.*

52 *Prælatus malè alienans tenetur de suo patrimonio Ecclesiam conseruare indemnem.*

53 *Alienatio valet, quæ communi opinione reputabatur vtilis Ecclesiæ, licèt non esset.*

54 *Contractus solemnis si non sit in casu licito, est nullus.*

55 *Alienatio facta in casu licito apparenter valet, licèt existenter contrarium sit, & nu. 56.*

57 *In Alienatione rerum Ecclesiasticarum requiritur iuris solemnitas.*

58 *Papa alienans bona Ecclesiæ in casu non licito peccat mortaliter.*

59 *Alienatio rei Ecclesiasticæ requirit solemnitatem, & quod fiat in casu licito.*

60 *Donatio facta in casu licito ipso iure nulla est, quamuis capitulum consenserit.*

61 *Alienatio debet fieri in casu licito, & quatuor sunt casus liciti.*

62 *Deceptio in pretio non inducit nullitatem contractus.*

63 *Alienatio in casu non licito seruata forma, an valeat secundum opinionem glossæ.*

64 *Forma est, quæ dat esse rei, & conseruat eam in esse.*

65 *Alienatio non valet, nisi fiat in casu licito, & seruetur forma.*

66 *Prælatus id allegare debet, quod est profuturum Ecclesiæ.*

67 *Consensus legitimus debet interuenire in alienatione rerum Ecclesiæ.*

68 *Alienatio facta cum debita solemnitate absque iusta & legitima causa non valet, & nu. 69.*

70 *Alienatio rei Ecclesiæ absque causa, cùm sit à canone prohibita, non valet ipso iure.*

71 *Alienatio Papæ non censetur conualidare alienationem sine legitima causa factam.*

72 *Papæ confirmatio non tollit remedium competens Ecclesiæ aduersus alienationem illegitime factam.*

73 *Confirmatio Apostolica in forma communi non validat alienationem nullam.*

74 *Confirmatio ex certa scientia, & motu proprio, & cum suppletione defectuum, non impedit probationem falsæ causæ.*

75 *Confirmatio supplet defectum solemnitatem, non autem causarum nisi fiat parte vocata, & numer. 76.*

77 *Gratia corruit vbicunque narratum in ea detegitur falsum.*

78 *Clausula Ex certa scientia, Motu proprio, Non obstantibus, & similes, operatur, vsquequo probetur cõtrarium de falsitate narratorum.*

79 *Decretum irritans nullum operatur effectum, vbi gratia principalis corruit, quia similia censentur ad illam accessoria, & nu. 80.*

81 *Principali sublato omnia accessoria, & adiacentia maius robur habentia corruunt.*

82 *Falsitate detecta ostenditur defectus intentionis in tota gratia.*

83 *Confirmatio solemniter facta facit præsumi pretium enumeratum, seu conuersum in vtilitatem Ecclesiæ.*

84 *Sacrilegij instar est, dubitare, an illud sit licitũ, quod Princeps cum causa constituit.*

85 *Papa potest aliqua bona Ecclesiæ alicui donare.*

86 *Accipiens à Papa siue legitima causa tutus est, quoad Ecclesiam militãtem, cùm nemo possit in hoc Papam redarguere.*

87 *Confirmatio Apostolica est bona, licet aliqua particularia expressa non fuerint, quæ expressa Papam non mouissent in contrarium.*

88 *Delegatus, cui commissum est, vt capiat informationem de causa alienationis, dando licentiam præsumitur diligentem inquisitionem fecisse.*

89 *Ex consequenti præsumitur de antecedenti.*

90 *Officium suum quisque diligenter præsumitur exercere.*

91 *Causas qui non veras esse dicit, hoc probare debet cùm præsumatur pro authoritate iudicis, & num. 92.*

93 *Alienatio si absque legitima causa fiat, conscientia quo ad Deum non est tuta, tam ex parte alienantis, quam accipientis.*

DE CAVSA INCOMMODITATIS, QVÆSTIO. XXII.

ALIA, quæ ponitur causa, est causa incommoditatis, quæ ponitur quarto loco, per
gl. *in summa 12. q. 2.* quæ est, † quando res Ec- 1
clesiæ sunt loco incommodo, & sunt longè positæ,
minus vtiles, vel damnosæ; quæ quidem hac causa
existente bene possunt licitè alienari, quia res Ecclesiæ, quæ est magis damnosa, quàm vtilis, benè
potest alienari, *c. non liceat Papæ. 12. q. 2 & per tex. in*
c. terrulas. d. 12. q. 2. & ibi habetur, † quòd existente 2
necessitate tales terrulæ, vineolæ, & alia huiusmodi possunt etiam per solum Episcopum sine
consilio fratrum, vel capituli alienari, per gloss.
d. c. terrulas. quæ dicit, quod hæc est sexta pars, in
qua Gratianus proponit casus, in quibus potest
fieri alienatio sine consensu capituli. Vbi Ioan. de
Turrecremata in illis verbis, videlicet, In † quo 3
ponit alium casum iustæ alienationis sine clericorum consensu, scilicèt, quando res sunt exiguæ,
minus vtiles, multum distantes, vel longè positæ,
vbi etiam respondet ad obiectum de tex. *in c. quicunque. 17 q. 4.* vbi prohibetur alienatio cuiuslibet
prædij Ecclesiastici, etiam exigui, quod si Prælatus
alienare præsumat, depositionis pœnam incurrat;
quia, inquit, solutio habetur ex verbis illis, minus
vtiles, longè positas; nam text. *d. c. quicunque.* intelligit de paruis propinquis, quæ sunt vtiles; hic verò, inquit, de reditibus paruis, longè positis, & seu
incommodis. † Et benè potest fieri alienatio de re- 4
bus Ecclesiæ, etiam sine solemnitate, puta, quando
domus, quæ alienatur, plus incommodi, & expensarum affert, quã cõmodi, & vtilitatis; † vt si Re- 5
ctor Ecclesiæ habeat domum, & in ea sustinendã, vel

dâ, vel manutenendâ impendat multum; nã tunc
agere videtur negotium cameræ, per text. *in d. c.*
non liceat Papa. 12. q. 2. ibi; Nisi tantùmodò domus,
quę in quibuslibet vrbibus nõ modicâ impẽsâ su-
6 stentantur, & per text. *in c. fine exceptione. eo.* vbi †
domus vrbium, vel castrorum, quæ Ecclesiæ plus
incommodi, quam vtilitatis afferunt, licet Recto-
ribus Ecclesiarum vendere, vel commutare; vbi
Ioann. de Turrecremata, *& Card. Alexand. sequitur*
Hostien. in c. 1. de his, quæ fi. à Prala. ibi; Nisi esset mo-
dica res, vilis, & infructuosa, exceptis etiam do-
mibus in ciuitatibus, quæ maiorum sumptuum
sunt, quàm fructuum. & per Ioann. de Turrecre-
mata *præallegato c. fine exceptione. vers. ad secundum.*
7 ibi; † Idem est de alijs possessionibus modicis, &
introitibus, qui plus afferunt oneris, quam confe-
rant vtilitatis Et dicit dicit Rebuff. *in repet. d. c. fi-*
8 *ne exceptione. in verb. idem domus.* † quòd domus Ec-
clesię, quę plus incommodi affert, quàm commo-
9 di, potest alienari; & † tunc dicitur plus incom-
modi quam commodi afferre quando in singulos
annos plus exponitur in reparationibus, quàm ex
emolumentis accipiatur, vel ex locatione illius
domus, vel quàm de fructibus rei recipiatur, per
tex. *in l. sed an vltrò. §. 1. ff. de neg. gest. & l. inter quos.*
10 *§. fi. cum seq. ff. de dam. infect. & vtrobique per Doct.* †
Et in alienatione harum domorum requiritur so-
lemnitas suprascripta, nisi vt habetur in *c. terrulas.*
11 vbi ponuntur tria, † antequam omitti possit so-
lemnitas. Primum est, quod res sit exigua, & mo-
dica probat tex. ibi, terrulas, & ibi, exiguas. Secun-
do requiritur, quod non sit res Ecclesię vtilis, ibi,
Ecclesiæ minus vtiles Tertiò, quando necessitas
12 fuerit. Quartò considerandum est, † quod licèt ex
necessitate possit omitti consilium fratrum, ta-
men aliæ solemnitates requiruntur; cum, inquit,
hic tantum dicatur de consilio fratrum, ergò de
alijs non intelligitur, & aliàs, vt ibi per eundem
13 Rebuff. *ad fi.* Et nõ † imputatur tutori, si non exi-
git debitum, in quo plus oportebat expendere,
quam inde percipi poterat.
14 † Item iudex non debet facere citare testes ad
locum iudicij, quando tantum distant, quod plus
expenderetur in adeundo, quam sit valor causæ
15 argu. † *l. mediterranea. C. de anno. & tribu. lib. 10. per*
d. Rebuff. adducta. sed tunc iudex debet delegare ex-
aminationem, *l. generaliter. §. hu præsentib. C. de reb.*
cred. & iureiuran. & de fide instrum. Ambien. apud elo-
16 *quentissimum.* † Item si pro habendo recursu ad su-
periorem expenderetur plus quam sit valor cau-
sæ, tunc licitum est, non habere recursum, secun-
dum Bart. & alios *in d. l. mediterranea. Sequitur &*
refert Ant Corset. in tract. de minim. 1. parte num. 10.
vers. 16. Et in hoc casu est videre, quid dicat Augu.
Ber. *in c. nulli. ext. 1. eo. mihi col 18. num. 42.* vbi dicit;
17 † quòd quartus casus est incommoditatis, vt quan
do res Ecclesiæ potius damnosa sit, quam vtilis;
quod quidem probatur secundum Abb *per text.*
in c. terrulas. 12. q. 2. qui text. secundum D. Bero. id
non probat, quia non loquitur de re damnosa, &
incommoditatem afferente, sed de re modicæ v-
tilitatis, vt ibi, minus vtilis, &c. quæ verba possunt
intelligi de rebus afferentibus aliquam vtilita-
18 tem, sed modicam. † Sunt enim verba comparati-
ua, quæ positiuum præsupponunt, *l. vbi non appa*
ret. ff. de verb. oblig. præterea ille text. loquitur de
illis rebus, quæ absque solemnitate alienari pos-
sunt propter necessitatem, vt ibi, si necessitas fue-
rit distrahendi; ergò non loquitur de damnum,
& incommoditatem afferentibus, alioquin abs
que alia necessitate alienari possunt. † Et dum tex. 19
permittit res paruas alienari absque consensu fra-
trum, ob hoc non excludit consensum capituli,
saltem tacitum, qui ex interuallo potest in rebus
paruis interuenire, *cap. 2. & 3. de his, quæ fi. à Prala.*
Sed voluit excludere tractatum, &c. melius ergo
iste quartus casus probatur *in cap. non liceat. 12. q.*
2. ibi; Nisi tantummodo domos, quæ non modi-
ca impensa sustentantur. *text. in §. sunt. §. item*
prædium. §. si quas 12. q. 2 Bero. d. loco, versi. quartus ca-
sus.

Istæ vero sunt causæ, & casus liciti, in quibus
fieri alienationes de rebus Ecclesiæ permittitur,
& sine quibus non est permissum alienare quouis
modo. † Sunt tamen & alij casus; sed ad istos qua- 20
tuor omnes alij possunt reduci, per *gloss. 12. quæst.*
2. in summa. & per Gemin. cap. dudum. de reb. eccles.
non alien. in 6. quia notatur alius casus legiti-
mus, in quo Episcopus potest bona vnius Ec-
clesiæ alteri alienare, † videlicet, quando vnus 21
Prælatus ex reditibus Ecclesiæ non potest su-
stentari, & alter abundat. Nam tunc ex causa
legitima ab vna Ecclesia rem auferre, & alteri da-
re.

Potest etiam, secundùm aliquos addi alius
quintus casus, † videlicet casus remunerationis, & 22
obligationis ad antidora, *c. quicunque suffragio. cap.*
si quos cap cùm redemptor 12. q. 2. cap per tuas. de do-
na. Nisi hunc casum reducamus ad necessitatis. † 23
nam quis quodammodo cogitur remunerare be-
nemerita ex quadam naturali obligatione ad an-
tidora, *d. cap quicunque. l. sed si lege. § consuluit. ff. de*
peti. hæredit. Vel ad casum vtilitatis † quia vtile 24
est, Ecclesiam remunerare benemeritos, ne de in-
gratitudine possit argui, & vt inuitentur homines
ad benefaciendum Ecclesijs, arg. *not. cap. quod au-*
tem cap. quoniam de iur patro. August Bero. cap. nulli
de reb. eccl. alien. vel non col 18 vers possei. Et Hostien.
in Summa eo. tit. assignat quinque casus alienationis.
† Prima est necessitas. Secunda pietas pro redi- 25
mendis captiuis, alendis pauperibus tempore fa-
mis, vel cladis. Tertia vtilitas. Quarta æquitas,
cap. 1. de restit. in integr. l. fi. C. de alim. & plan. Quin-
ta est incommoditas, aut minor vtilitas. notatur
per Philip. Franc. *in rub. de reb. eccl non alien. in 6. &*
per gl in c. 1. de reb. eccl. alien. vbi in verb. tenues. vide-
tur dicere, † quod causa paupertatis, & tenuitatis 26
videtur esse legitima causa, ob quam Episcopus
potest auferre bona vnius Ecclesiæ, & alteri dare,
& vnam Ecclesiam alteri vnire.

Vltra autem istos enumeratos casus alienatio-
nis erunt etiam omnes alij, & tot, quot. & quos
Papa esse voluerit, statuerit, † & mandauerit, quia 27
si Papa, aut Princeps per viam constitutionis ge-
neralis vult inducere nouum casum alienationis
licitè vltra casus à iure expressos, aut eis similem,
sine dubio potest, per Hostien. & alios, & qui se-
quuntur, *c. non liceat. 12 q. 2. vbi Archid & Ang. Petr.*
Anch.

Anch.conſ.511 incip.tres domini. Paul. de Caſt. in conſ.
28 284. incip. in facto praſenti. † quia Princeps, & Papa non poteſt ligari lege ſui præceſſoris, vel ſuâ, vt per Docto. in c. 1. de conſtit. & c. qua in Eccleſiarum eod.tit.& in l.fi.C.ſi contra ius, vel vtilit. modò tamē apponatur clauſula:Non obſtante, vt per Doct.d. locis.

29 Sed ſi lex ſit facta generaliter † quoad verba,& reuera fuit facta in fauorem certarum perſonarū ad validandum aliquam alienationem ſpecialem, tunc idem iudicaretur,quod de reſcripto particulari,probatur in l.1.§ fi.& ibi gl ff.de except.dol Bar. in l.omnes populi.vlt.5.quaſtionis princip.de iuſt.& iur. & per alios adductos per Iaſ.in l.1 ff.de leg Fely. in cap. Eccleſia Sancta Maria.46.col.18. q. & c.cum omnis. de conſtit.

30 Et † ſi conſtat,quòd fiat ad poſtulationem illi', in quem fuit facta alienatio, præſumitur ex hoc ſolo fraus,gl.in l.4.C.de bon.vacan.lib.10.vbi Bar.tāgit,an conſtitutio,in dubio pręſumatur facta motu proprio.

31 Quia ſi † fit motu proprio,& per viam conſtitutionis, præſumitur ſemper in Papa iuſta cauſa, Bar.& alij in l fi.C.ſi contra ius.Inn.& alij in c. quanto. de conſuetu. Barba.conſ.47.1. vol. & conſ.51.32. col.

32 Sed ſi facit Papa per viam reſcripti † in formâ communi,videtur,quòd non valeat,d.c.non liceat. & c.nonnulli.de reſcrip. vbi glo.& Docto.Bart.expreſſa conſ.196.incip.ciuitati Camerini.niſi appareat de certa ſcientia Principis,& ſi habeat clauſulam dero-
33 gatoriam.Si alienatio eſt facta,† & tam temeraria, quod nulla valeat cauſa excuſari, videtur, quod non valeat; quia tunc dicitur dilapidator, non Auguſtus, vel Princeps, Doctor. in proœm.ff. & in l.ii.cui bonis ff de verb.oblig. Sed ſi non eſt tanta temeritas, aut notorietas, ſed poteſt alienatio aliquâ ratione excuſari,tunc videtur, quod valeat,
34 per Archid. & Anch. in locis citatis. Cæterum † an ſufficiat clauſula derogatoria in genere,& an ſufficiat apponere de certâ ſcientiâ Principis, etiam ſine dictâ clauſulâ,eſt videndum per Doctor. d.c. nulli. & qua ibi Fely. dicit; vbi etiam ſe remittit ad dicta per eum in hac materiâ,in d.c. qua in Eccleſiarum.Et per ea apparet,an ſit verum dictum Paul.
35 de Caſtren. conſ.284. † quòd vbi actus non poteſt aliter valere, præſumitur Princeps voluiſſe vti plenitudine poteſtatis ; quia id non videtur procedere ſic ſimpliciter, niſi appareat de certâ ſcientiâ, per Claud.Seiſſell.Spec. Feud.qui feud. dar. poſſ. verſic. ſed pro intelligentia cum ſequentibus.

36 In iſtis autem caſibus, † & cauſis legitimis, & à iure permiſſis,an poſſit indifferenter Prælatus alienationes de rebus Eccleſiæ facere,dic,quod ſic;
37 ſi tñ Prælatus nō eſt prohibitus alienare: † quia ſi eſſet prohibitus nō teneret alienatio, etiam in caſibus à iure permiſſis,vt per Archid.Gemin.in capi. hoc. conſultiſſimo. hoc noſtro titulo in 6. Abb. ſe remittit ad dicta per Innoc.in capitu.Raynal.de teſtamen.in verb.pactum.

38 Si verò deficit caſus licitus, † & defectu caſus liciti,non tenet alienatio,probatur,inquit Abb.ibi per text.in c.nulli.de reb.eccl.alienan.extra. Nam prohibetur alienatio rei Eccleſiæ à iure, ergo alienatio eſt nulla,† ſi non fit in caſu conceſſo. l.non 39
dubium. C. de leg. & in reg. ea, qua contra ius. de reg. iur.lib.6. Item probatur expreſsè in Clem.1.eo.tit. & in c.qua in Eccleſiarum. de conſtit. licèt aliud ſenſerit gl.12.q. 2. in ſumma,quæ habet; † quod facta 40
alienatio contra dictam formam eſt nulla, licèt ſit in caſu licito,ſed cum prædicta forma facta etiam in caſu non conceſſo tenet ipſo iure. Idem dicit glo.in d.ca.ſine exceptione.12.q.2.in glo.profuturum.ibi:Item ſi fiat alienatio in caſu non conceſſo,dummodo ſeruetur forma alienationis, tenet alienatio;ſed,inquit.Abb.primum dictum eſt verius,vt ibi per eum.Et eâdem gl.dicit eſſe * communiter reprobatam Card. Alex.in d.c. ſine exceptione & Laur.de Rodul.in repet.d.c.ſine exceptione.vbi ponit,& diſputat iſtam quæſtionem,† an tene- 41
at alienatio,quæ fiat per Prælatum in caſu non cōceſſo,forma hic,& alibi tradita ſeruata, vbi dicit; quòd glo.ibi tenet alienationem valere:ſed ſi Eccleſia ſeſe læſam probet , reſtituetur. idem dicit gl.in ſummâ eo,quod & firmauit Hoſtien.in Summa,de reb.eccl.non alien.§.3.ad fi.qui videtur tenere contrarium,in Summa,de in integrum reſtit.§.in quibus. verſ.in contractibus.opinionem gloſſ.tenuit Damaſius in cap. 2. de his, quaſi. à Prala. qui inter cætera aſſignat hanc potiſſimè rationem , quia aliàs non ceſſet dare caſus , in quo Eccleſia læſa reſtitueretur , contra text. in cap. 1. de in integr. reſtit.

† Nam ſi forma non ſeruatur, contractus eſt 42
nullus,& ſic ceſſat reſtitutio,ff.de minor.l. in cauſa. ſed vbi forma ſeruatur , & caſus non eſt licitus, procedit reſtitutio. ergo contractus tenuit, ſecundum eum.Idem tenet Inno.in c 1.de depoſit.in princ. & in c.fi.ne Pral.vic.ſuas.Idem tenere videtur Goffre.in c.2.de don.prout refert Archid.in gl.ſua in fi.c.ſine exceptione.12 q.2.qui dicit; † quod vbi Epiſcop' 43
fecit graues donationes , aut alios contractus inconſultis canonicis, tunc contractus non tenet ipſo iure,10.q 2.§.qui vero.† & c 2.de donatio.quia ſi 44
conſultis canonicis fecit,tenet contractus;ſed reſcindetur per reſtit. in integr. cap. 1.de integr.reſtit. Sed ipſe Goffred.tenuit contrarium in cap. ad veſtram.ext de reb. eccl. alien. Hanc inſuper firmauit Ioan.Andr.in ca.1.& 2. de reb.eccl.non alien.in 3 & ibi Archid.allegat c.qua in Eccleſiarum, de conſtit. & c. 1.de reb eccl.alien.ibi,ſine legitimo perſonarum aſſenſu: † non enim eſt legitimus aſſenſus, vbi cauſa iuſta 45
non ſubeſt. Ad rationem autem quam pro gl.opinione adducit Damaſius,quod alias non eſſet dare caſum reſtitutionis in integrum,&c.de quo per Gemin.in c.2.de reb.eccl.non alienan.in 6.reſpondet Ioan.And.quoniam poſſet occurrere caſus licitus, & debita forma ſeruari; tamen ex illo contractu poſſet eſſe Eccleſia multùm læſa, & ſic eſſet locus reſtitutioni:cum quo Ioan.And. concordat Ioan. Cald in d.c.ſi quis.in d. 2.oppo.qui dicebat de hoc vltimò eſſe caſum in c.pen.de reb.eccl.alien. ſecūdum vnam lecturam contra d.gl.tex. in Clem monaſteriorum.eod.ti.in verſ.niſi neceſſitas.iuncto verſ.ſi quis autē cōtra hoc fecerit. Immò videtur formaliter ibi eſſe caſus,prohibet enim ille tex.alienationem , † ſeu 46
conceſſionem fieri,niſi vtilitas, vel neceſſitas, & aſſenſus

assensus Prælati, vel conuentus interueniat, & sub-
dit, quòd si secus fiat, vltra pœnam, de qua ibi, nul-
lum ius ex ipsa concessione tribuatur, seu acquira-
tur accipienti, si sic, ergo nullus cōtractus fuit. Ad
idem facit tex. *in c.2.eo.ti.lib.6. ibi*, seu aliàs aliena-
tio in forma, & casibus à iure expressis. Subdens i-
dem Laur. de Rodul. ibidem. Et qui volunt tene-
re glo. nostram, & opinionem illius sequaciū pos-
47 sunt respondere, quod quotiescunque Episcopus,
& capitulum habito tractatu, & deliberatione se-
quuta, & sic formâ debitâ seruatâ alienant, præsu-
mitur, quod casus licitus subsit, scilicet, vtilitatis,
vel necessitatis. Vnde quantum ad opinionem, cō-
48 tractus talis debet dici validus: ac si velit dicere, †
quòd ab ipso initio præsumi debet vtilitatem, vel
necessitatem fuisse. Vnde si alius sequatur effectus,
non imputetur, ad hoc, quod not. *glo. in d.c. ad no-
stram. in glo.3. ibi, & credebant vtiliter contrahere. vbi
per eundem Lauren. de Rodul. vbi ad longum materiam
examinat.* Vbi videtur meo iudicio dicere, & con-
cludere, quòd teneret opinionem glo. in scholis,
sed in iudicio, quod diceret, aut teneret, quod vel-
let longius meditari. Sed quicquid dicat ipse, vl-
trà quod Cardinalis Alex. *in d.c. fine exceptione. 12.*
* *q.2.* dicit; quod illa gloss. est * communiter repro-
49 bata, & alienatio † rei Ecclesiasticæ solemniter fa-
cta per Episcopum, vel clericum in casu prohibi-
to non valet, nec tenet, secundum veram opinio-
* nem, & * communem, per Ant. de Butr. *in c.1. de in
integ. restit. idem tenet Abb. in c. quod sicut. §. super eo.*
50 *nu.5. in vlt. not. de elect. vbi notat*, † quod consensus
populi, & cleri non sufficit, vt bona Ecclesiæ sine
iustâ causâ, & canonica causa alienentur, *c. fine ex-
ceptione. 12.q.2 & melius in cap. aduersus de immunit.
eccl. subiungens idem Abb. in d. §. super eo. in vlt not.* Et
51 nota benè istum text. contra Prælatos, † & colle-
gia, quæ quandoque ad petitionem dominorum
temporalium tempore bellorum alienant bona
Ecclesiæ. Et nota, quòd Prælatus malè alienans te-
netur de suo patrimonio Ecclesiam conseruare in-
52 demnem. † sequitur Corset. *in repert. in verb. con-
sensus. idem tenet Ioan. de Imò per text. in c.2. de rebus
Ecclesiæ non alien. in 6. ibi, in formâ, & casibus. & Ar-
chid in d.c.1. & ibidem Gemi. latè in vers. quòd si alie-
natio est facta &c. & dicit Bero. in d.c.1. & in cap. cum
vos. & in c. tua. de his, quæ fi. à Præla. quod potest saluari
dictum gl. in d. c. fine exceptione. & in summa, 12.q.2.*
53 vt teneat alienatio, † quæ communi opinione re-
putabatur esse vtilis Ecclesiæ, licet non esset, fuit
tamen facta solemniter; & ita procedat dictum
glo. aliàs verò procedat opinio Imol. & aliorum;
quod est notandum perpetuò, secundum Bertach.
de Firm. *in tract. de Episc. 4. parte q. 40. num. 115.* Hoc
habes ex Felyn. *in c. quæ in Ecclesiarum extra. de con-
stit. 1. col.* vbi dicit; quod pro opinione Abb. con-
54 tractus alias solemnis, † si non sit in casu licito, est
nullus, est glo. *in verb. redire c.1. de rest. in integr. vbi
Ant. Abb. & Imo. Ioan. And. d.c. quæ in Ecclesiarū & et-
iam Doct. in cap. 2. de reb. eccl. in 6. Et quod dictum gloss.
in summa, & in cap. fine exceptione, allegatæ* vno casu
saluatur, videlicet, quando alienatio fuerit cum
55 solemnitate in casu concesso apparenter, † vt quia
credatur subesse vtilitatem Ecclesiæ, & existen-
56 ter, & verè sit contrarium; † quia tunc contractus
tenet, sed datur restitutio in integrum secundum
Ant. *c. Apostolica vbi Imol. de his, quæ fi. Imol. & Ioann.
And. d.c.1. de reb. eccl.* Et dicit Fab de Monte *in tract.
de emptio. & venditio. q.5 prin. sub rub. de rer. eccl. a-
lien. nu. 112. vers. vt autem valeat alienatio:* † quod in 57
alienatione de rebus Ecclesiæ requiritur iuris so-
lemnitas; & quod alienatio sit à iure permissa; &
ita * communiter tenetur, licèt aliter teneat gloss. *
in cap. fine exceptione, etiam in summa 12.q.2. sed
non benè, vt notatur per Ioan. de Imo. *in cap. si quis
presbyterorum, & c. quæ in Ecclesia. & ca.1. de in integ.
restit.* Immo dicit Archid. *in ca. non liceat Papa.* † 12. 58
q.2. si Papa ipse alienat bona Ecclesiæ in casu non
licito peccat mortaliter, puta dando consangui-
neis bona Ecclesiæ, vt præ alijs eos diuites faciat;
a quod dictum refert Abb. & dicit non esse tra- a
dendum obliuioni, *in c. constitutus. mihi col. 4. vers.
aut quæritur de alijs rebus Ecclesiæ. de religio. dom. Do-
ctrina est Abb. in c fraternitatem. de dona. ins. num.5.
vers. in gl. in vers.* vbi dicit, † quod ad hoc, vt teneat 59
alienatio facta de rebus Ecclesiæ, duo requirun-
tur. Primò, quòd seruetur solemnitas debita, de
qua in *c. fine exceptione. 12. q 2.* Secundò, vt fiat in
casu licito. Et si donatio sit facta in casu illicito,
† est ipso iure nulla, quantumcunque capitulum 60
consenserit, secus, si sit facta in casu licito, puta, si
Prælatus causâ pietatis donauit rem Ecclesiæ
cum consensu capituli. Idem Abb. *in cap.1. extra de
integ. rest. col. fi num.17. vers. in gl. pen.* ibi; Ex qua col-
lige, † quòd ad hoc, vt teneat alienatio rei Eccle- 61
siæ, opus est, quòd fiat in casu licito. Et quatuor
sunt generaliter casus liciti, quos vide per gloss.
12.q.2. in summa, &c. subiungens idem Abb. *ibidem.*
Deceptio autem in pretio non inducit nullita-
tem contractus, † vt hic, inquit, habes text. aper- 62
tum, satis enim est, quòd Ecclesia non sit decepta
in causâ primariâ suadente alienationem. Sed ad-
uersus istam deceptionem, quæ venit extrinsecè,
& accidentaliter, subuenitur Ecclesiæ, per resti-
tutionem in integrum, gloss. tamen *12. q.2. in sum-
ma*, † *& in c. fine exceptione. ead. caus. & quæst.* tenet; 63
quòd valet alienatio seruatâ formâ, licèt non fiat
in casu licito; sed competit Ecclesiæ remedium
restitutionis; † quia forma est illa, quæ dat esse 64
rei, & conseruat eam in esse. ergò ad validitatem
contractus sufficit obseruari formam; & hanc o-
pinionem sequutus est hic Ioan. de Ligna. Sed a-
lij Docto. * communiter sequuntur istam gloss. *
tam antiqui, quàm moderni. & adducit Ioann.
Cald. textum expressum in *Clem.1. de reb. eccl non
alien.* vbi apertè deciditur, † quod non valet ali- 65
natio, nisi fiat in casu licito, & seruetur forma. Et
tene menti illum tex. qui benè hoc probat. Ad i-
dem facit tex. *in c. fine exceptione. præalleg.* vbi dici-
tur; † quòd Prælatus id debet allegare, quod est 66
profuturum Ecclesiæ, ad idem tex. *in c quæ in Eccle-
siarum. de constit. & c. si. de reb. eccl. alien.* † quod in a- 67
lienatione debet interuenire consensus legitimus
personarum Ecclesiasticarum, nō enim dicitur le-
gitimus, nisi interponatur in casu licito, &c. Sequi-
tur Aug. Bero. *in c. nulli. extrà de reb. eccl. alien. col.
24. vers. secunda conclusio.* † quòd alienatio facta cū 68
debitâ solēnitate absq; iustâ, & legitimâ b causâ nō b
valet, & irrita ē; ità, inqt, voluit Abb. hic, & in c.1. de
in integ.

integ restit. Et licèt contrarium velit *glo in c. sine exceptione. & c. quia in Ecclesiarum. de confi.* tamen pri-
** ma opinio est magis ** communis, & verior; &
ego, inquit, illam sequor, quam probo per text. *in*
69 *c seq.* vbi alienatio † facta fuit seruatâ solemnita-
te, & tamen ipso iure non valuit; quia facta sine
iustâ, & legitimâ causâ. Adducit vlterius text. *in l.*
iubeinus. C. de sacros. eccl. vbi alienatio facta in casu
70 non permisso non valet. subdens, Alienatio † rei
Ecclesiæ absque causâ est à canone prohibita; ergò
ipso iure non valet. Et per alia multa comprobat
idem Bero. quę accumulatè adducit per vnam co-
lumnam.

Et si sit facta alienatio sine causâ legitimâ; vel
71 cum falsâ causâ, † quæ alienatio sit confirmata à
Papâ, confirmatio Papæ non censetur talem alie-
nationem conualidasse; quia defectus quoad cau-
sam, & causæ falsitatem Papa non supplet; cùm
non fuerit adhibita causæ cognitio. Rota *decis. 229. & 230. in nou. gl. ad reg. cancell. 21. circa fi. vers. sed per istum. est decisio eiusdem Rotæ decis. 59. incip vnio.*
Immò est Papæ intentio per talem confirmatio-
72 nem velle tollere Ecclesiæ remedium, † & bene-
ficium, quod Ecclesiæ contra talem alienationem
competit, Aegid. *decis 503.* alia fundamenta. Et di-
cit Ioan. Franc. *Panin. in tract. de offic. & pote. c. sed.*
73 *vac. q. 8. 2 par nu. 12. vers. & adde.* † quòd confirma-
tio Apostolica in formâ communi non validat a-
lienationem nullam, *c. 1. ne sede vacan. c. quia diuersitatem. de concess praben.* quinimmò etiam confir-
matio ex certâ scientiâ, & motu proprio, † & cum
74 suppletione defectuum, non impedit, quominus
falsitas causarum in alienatione expressarum non
possit probari, etiam si totus tenor interferatur in
75 Bullâ. † Nam defectum solemnitatum solum vi-
detur supplere; potestatem verò, aut veritatem
causarum non, nisi facta sit parte vocatâ, cum cau-
sæ cognitione, Rota *d. decis. 229. in nouis incip. in dismembratione. Inno. in ca. 1. de translat. Prælato. c. 1. de confirm. vtil. vel inutil per alios in Clem. Pastoraln. de iure iudicat. Spec in tit. de legat. §. nunc ostendendum. vers. 18. est decis. eiusdem Rotæ in nouis, 230. incip. Papa.*
vbi habetur, quod confirmatio Papalis facta ex
certâ scientiâ in alienatione Ecclesiasticâ supplet
tantùm defectum solemnitatum, non autem sup-
plet substantiale.

Et est conclusio in iure, quod vbicunque nar-
77 ratum in gratiâ detegitur † falsum, corruit ipsa
gratia, per Aymon. *cons 68 num. 5.* etiam si sit facta
motu proprio, & ex certâ scientiâ; quia talis certa
78 scientia, † & motus proprius, cum clausulâ: Non
obstan. & similes clausulæ operantur, vsquequò
probetur contrariũ de falsitate narratorum, Dec.
cons. 142. in fi Paris. cons. 3. nu. 51. & nu. 60. in 4. & cons. 1. nu. 82. in 1. Aymo. d. cons 68. nu. 6. Vnde meritò de-
tecto, quod non adfuerit in alienatione causa, vel
quod fuerit causa falsa, concessio Papæ, vel confir-
79 matio, seu gratia corruit. † Nec prodest, quod in
litteris gratiæ fuerit decretum irritans, quia talia
nullum operantur effectum, vbi gratia principa-
lis, super quâ apponuntur, corruit, aut tollitur, ità
80 declarat Cassad. *super reg decis. 10. nu. 4.* † quia huius
modi regulantur secundum principalem gratiam
tanquam ad illam accessoria, & non operantur ef-
fectum, vbi gratia ipsa non operatur, Rot. *in nou. decis. 2. nu. 2. de concess. praben. Paris. cons. 40. nu 3. & cons. 82. nu. 15. in 4. Dominic. cons. 143 nu. 1. cum similibus.* Facit, quia videmus, † quod sublato; aut irrita- 81
to contractu principali, omnia accessoria, & adia-
centia maius robur, & maiorem vim habentia, vt
guarentigia, iuramentum, & similia, corruunt,
nullumque operantur effectum; Bald. *in l. si absentia. nu. 11. vers. vnde scias. C. si cert. pet.* † *Soc. consi. 27.* 82
numer. 23. in 4. & detectâ falsitate ostenditur de-
fectus intentionis in tota gratia qui tollit gratiam,
& omnia in ea contenta, not. *in Clem. si Romanus. de praben. cum adductis per Paris. consi. 1. numer. 74. libr. 1.*

Confirmatio vero, † si super aliquo oriatur du- 83
bitatio, facit, si sit solemniter facta, quod præsu-
matur pretium enumeratum, seu conuersum in
vtilitatem Ecclesiæ, per tex. iunctâ gloss. *cum dict. i Doctor. in c. constitutus. de relig. dom. c. ad hac. de rescri. Clem. 2. eo. tit. in fi.* † Et instar est sacrilegij dubita- 84
re, an illud sit licitum, & dignum, quod Princeps
cum causâ instituit, & confirmauit, *17. q. 4. c. si quis suadente. §. quia autem. facit 93. distin. cap 1. l. quidam consulebant. ff. de re ind.* maximè cum Papa possit
aliqua bona † Ecclesiæ alicui donare liberè, & præ- 85
sumatur motus ex iustâ causâ, *12. q. 2. cum redemptor. c à nobis. de decim. & ibi Hostien.* † Et præsuppo- 86
sito, quod causa non subesset legitima, tamen satis
est tutus, quoad Ecclesiam militarem, qui accipit,
cum nemo possit in hoc Papam redarguere, *glo. in c. non est. de vot. nec de ipsius facto iudicare. 2. quæst. 3. nemo.*

Et confirmatio Apostolica alienationis † Ec- 87
clesiasticæ est bona, licet in illâ non sint expressa
aliqua particularia, quæ expressa Papam non mo-
uissent in contrarium, & quibus non obstantibus
nihilominus Papa concessisset, est decis. Rot. *in manuscriptis decis. Mohed. nu. 221. aliàs 251. incip. Io. Episcopus Innocen.*

Sed an factâ alienatione, præsumatur facta cum
causâ, & causam in eâ fuisse, videtur [c] dicendum, c
quòd sic quia commissarius, vel delegatus, cui est
commissum, † quòd captâ diligenter informatio- 88
ne, & factâ perquisitione de causâ, & de alijs nar-
ratis in supplicatione alienet, est præsumendus,
quod ex eo maximè quia alienationem concedit,
vel alienandi licentiam dedit, diligentem inquisi-
tionem fecerit, & causas veras reppererit: † quia ex 89
consequenti præsumitur de antecedenti, *l. illud. de acqu. hæred. c. prudentiam cap. præterea. de offic. deleg.* † 90
præsumitur enim quisque diligenter exercere of-
ficium suum, *c. ad audientiam de præscriptio. & c. cum paratis. de appella per Cyn. in l. si quis decurio C. de fal.*
& maximè si hoc assereretur. † Vnde quicunque 91
vult dicere causas expressas non veras fuisse, vel
causas non fuisse, habet hoc probare, cum præsu-
matur pro authoritate iudicis, *arg. l. 1. & † quod ibi* 92
not. Bart. C. de præd. decur. lib. 10. quod sentit Inn. si benè ponderetur, in c. dudum. de reb. eccl. alie. per Abb. in cons. 41. 1. par. Pro quo vide adducta infra in quæst. de consensu, quæst. 39. incip. & an præsumatur. & in quæst. de authoritate q 48. incip sed an in alienatione.

† Nec in casu alienationis sine causâ legitimâ 93
conscientia tam ex parte alienantis, quam aliena-
tionem

tionem accipientis, est tuta quoad Deum, Archid. in c.non liceat.12.q.2.Abb.in cap. cum venissent.de iud. Inno.& Bal.in c.bona de postulat.Prælat.Abb.in c.constitutus.de relig.dom.& in cap.dudum.de elect.& conf. 42.1.vol.Card.in c.1.Episc.vel Abb.vbi etiam loquūtur de Papa alienante.

ADDITIO.

a Vide infrà q.54.& q.52.in princip.

b Supra q.20.c.1.num.26.& sequen.& infrà q.seq.c.1.num.12.

c Infrà q seq.c.1.num.55.

SVMMARIVM.

1 Antequam deueniatur ad alienationem rei Ecclesiasticæ an necessaria sit causæ cognitio.

2 Causæ cognitio necessaria est, si tractetur de perpetua alienatione.

3 Prospicere est procul aspicere.

4 Causæ cognitio necessaria est non solum circa causam alienationis, sed etiam circa rem alienandam.

5 Causæ cognitio, & decretum debent interuenire in alienatione rei pupillaris.

6 Ecclesia, & minor æquiparantur.

7 Decretum iudicis ex sententia Ioan.And.non est necessarium in alienatione rei Ecclesiasticæ, sed sufficit sola causæ cognitio.

8 Tractatus super quibus fieri debeat.

9 Contractus sine causæ cognitione celebratus est nullus.

10 Causæ cognitio præmitti debet, an magis alienare vnam rem, quam aliam expediat.

11 Causæ cognitio sufficit, quòd super legitimitate causæ procedat.

12 Causæ cognitio qualis esse debeat.

13 Causa iusta potest subesse, non tamen expedit quodlibet prædium alienari.

14 Res Ecclesiæ immobilis, vel mobilis magna non debet pro paruo debito alienari, & nu.15.

16 Exequutore vltimarum voluntatum an pro paruo debito rem magni pretij alienare possint.

17 Quantitas alienationis rei Ecclesiasticæ debet discuti in causæ cognitione.

18 Alienatio non valet, si Episcopus authoritatem interposuerit sine causæ cognitione.

19 Episcopus si dederit licentiam vendendi certum prædium pro reparatione Ecclesiæ sine causæ cognitione circa rem alienandam, an alienatio valeat.

20 Causæ cognitio an necessaria sit nedum in tractatu alienationis, sed etiam circa rem alienandam.

21 Alienatio rei minoris in nullis distat ab alienatione rei Ecclesiasticæ.

22 Solemnitas, quòd minus vtilis res primò vendatur hodie non seruatur.

23 Episcopus potest authoritatem interponere, licèt sciret prædium magis vtile.

24 Licentia valet, & alienatio, licet inquisitio, quæ præcedere debet, non præcesserit, sed si Ecclesia lædatur, est restituenda, & nu.25.

26 Solemnitas circa rem præsumitur, si alienatio fuit necessaria.

27 Solemnitas intrinseca, & extrinseca differunt.

28 Tractatus diligens dici non potest, nisi de omnibus sit cognitum.

29 Quando super omnibus tractatus diligens factus dicatur.

30 Deliberatione facta, quòd sit magis vtile vendere hoc, quàm illud, valet contractus, licèt contrarium sequatur, sed erit locus restitutioni.

31 Defensoris rei Ecclesiasticæ officium circa quæ versetur.

32 Vtilia sunt, quando meliora; & meliora esse non possunt, nisi minus vtile vendatur.

33 Causæ cognitio circa rem debet præcedere consilium.

34 Practica instrumenti continentis tractatum super re alienanda.

35 Vtile est, quod dicatur in instrumẽto, quod tractatus fuit habitus diligenter, & solemniter.

36 Causa alienationis cognosci debet.

37 Episcopi authoritas interuenire debet causa cognita, aliàs non valet.

38 Causa vtilitatis, vel necessitatis debet aliter apparere, quàm per assertionem Prælati.

39 Confessio Prælati circa causam alienationis rei Ecclesiæ non tenet.

40 Concessio Prælati per modum voluntariæ iurisdictionis emanans non debet Ecclesiæ præiudicare.

41 Causa alienationis debet vere constare.

42 Causæ cognitio necessaria est in alienationibus Ecclesiasticis.

43 Causæ alienationis debet constare per publicum instrumentum.

44 Papæ non creditur asserenti consanguineis suis ex causa donasse.

Episcopo multo minus, vel alteri inferiori credendum in isto casu erit, vt nu.45.

46 Instrumento alienationis non creditur, si in eo narretur, quòd ex causa necessitatis fuit facta alienatio.

47 Is, cui est facta alienatio, debet docere causam alienationis iustam interuenisse.

48 Iudex super causæ cognitione huiusmodi non tenetur testes recipere, vel aliter iudicialiter procedere.

49 Discussio causæ habetur pro tractatu.

50 Causæ cognitio in hac materia non requirit partis citationem: sed huiusmodi impropriè causæ cognitio, propriè verò discussio, tractatus, & consultatio dicitur, & nu.51.

52 Tractatus vbi requiritur, causa etiam cognitio interuenit, vt discussio, super legitimate causæ.

53 Tractatus est cognoscere inter Prælatum, & illos de capitulo de causa alienationis.

54 Discussio commissarij habetur loco tractatus, & causæ cognitionis.

55 Causæ cognitio committitur per Papam commissario sub his verbis, Si tibi per diligentem inquisitionem, &c.

56 Conditio in forma specificata est adimplenda.

57 Diligens tractatus siue causæ cognitio non est, nisi de omnibus sit tractatum, cognitum, discussum, & deliberatum.

58 Causæ cognitio in alienationibus Ecclesiasticis debet esse

bet esse diligens.

59 *Verbum Diligens quid importet.*

60 *Pralatus ex pracepto debet vti diligentia circa res Ecclesia.*

61 *Verbum Constiterit importat, quòd constet per instrumentum, vel testes.*

62 *Verbum Constitisse verificatur & in futuro, si in praterito verificari non potest.*

63 *Verbum Reperieris importat causa cognitionem, parte citata.*

64 *Verbum Inueneritis non arctat ad citationem partium, pracipuè in negotio modici valoris.*

65 *Iudicis negligentia est lata culpa, & dolus prasumptus.*

66 *Negligentia iudicis facit eum puniri tanquam conscium criminis.*

67 *Decretum iudicis properè interpositum non tenet contra Ecclesiam, quia prasumitur fraudulenter interpositum.*

68 *Breuitas temporis facit prasumptionem, quod processum sit causa non cognita.*

69 *Celeritas actus inducit suspicionem fraudis.*

70 *Fraus semper prasumitur, cùm constet de damno.*

71 *Qui omisit facere, quod debuit, probatur fuisse in negligentia.*

72 *Clausula Si reperieris cum importet conditionem debet conditio specificè verificari coram commissarijs.*

Quid si commißio non fuit facta iudici, sed vti bono viro? vide nu. 73.

74 *Testes in alienatione rei Ecclesia necessario nō sunt recipiendi, nec decretum interponi, sed satis est, quòd interueniat causa cognitio cum solemnitatibus requisitis.*

75 *Ratio, qua mouet delegantem, debet mouere delegatum.*

76 *Ex consequenti prasumitur de antecedenti.*

77 *Officium suum quisque diligenter exercere prasumitur.*

78 *Causas expressas qui veras non fuisse dicit, habet hoc probare.*

79 *Discußio, qua mandatur commissario, habetur loco tractatus.*

80 *Index hodiè tenetur esse diligens circa alienationem rerum Ecclesiasticarum sub pœnis, de quibus in Paulina, qua inseritur in rescriptis huiusmodi alienationum.*

DE CAVSAE COGNITIONE IN alienationibus faciendis.

QVAESTIO XXIII.

EXPOSVIMVS supra de causis, quæ esse, &
interuenire debét, antequam deueni a͂tur ad
alienationem rei Ecclesiasticæ: modò viden-
1 dum est, an sit necessaria causæ cognitio, & an ad
1 † alienationem faciendam procedi habeat cum
causæ cognitione. Et per Archid. *in cap. sine exce-
ptione 12. q. 2. in princ.* dicitur, quod habet pro-
2 cedi in talibus alienationibus, † vel distractioni-
bus cum causæ cognitione, si quidem de perpe-
tuâ tractatur alienatione; si de alienatione non
perpetuâ, sed ad tempus, non est opus, inquit,
tantâ solemnitate, arg. *c. 1. insi. vt eccl. beneficia. ex-
tra vbi ita not. Innoc.* & id ex eo etiam apparet, quod
legitur, & notatur *in c. dudum. de reb. eccl. non alienā.
in 6. in tex. & gl. maximè gl. in verb. tenues*, quod ha-
betur *in text, in c. sine exceptione. 12. q. 2.* vbi alienans
debet meliora prospicere † Et prospicere est pro- 3
cul aspicere, *not. in c. si quis presbyterorum. extra eod.
tit.* Ex quo infertur, quod requiritur causæ cogni-
tio rei, quæ debet alienari, videlicet, an expediat
Ecclesiæ istam potius alienare, quam alienam; † 4
ideo est necesse non solum circa causam alienatio
nis tractari, & cognosci, sed etiam circa rem alie-
nandam, per Rebuff. *in compendio alien. in verb. pro-
spiciat, & est consilium Abb. cons. 41. 1. par.*
Sed in contrarium facere videtur illud, quod
notat Innoc. *in d. c. dudum & Io. And. post eum in gl. fi.*
vbi tenet; † quod in alienatione rei pupillaris re- 5
quiritur causæ cognitio, & decretum. Quod di-
cunt similiter debere fieri in alienatione rei Ec-
clesiæ, † quia Ecclesia, & minor æquiparantur, *l.* 6
pupillis ff. ex quib. caus. maior. Quod non placuit ipsi
Innoc. quia immò ei placuit, quod habetur in fin.
illius gl. & similiter Hostien. vt ibi refert Ioann.
Andr. Sed patet solutio, si inspiciantur verba In-
nocentij, quæ faciunt pro supradictis: solum enim
in eo, quod dicitur de decreto, dicit Inno. *& Ho-
stien. & sic intellexit Ioan. Andr.* non bene dicere eos,
† qui dicebant hoc habere locum in alienatione 7
rei Ecclesiastica. Nam in illis, dicit ipse, non est de
cretum necessarium, sed sufficit sola cognitio cau-
sarum alienationis cum expresso consensu. Ad
hoc allegatur text. *in c. casellas. & c. hoc ius. 10. q. 2. &
c. sine exceptione.* & hoc est dubitatū: hoc enim est,
quare sit tractatus, † & de quo tractari debet, sci- 8
licet, an sit causa vtilis, vel necessaria, quia debent
clerici conuenire, & vnusquisque dicere, quod si-
bi videtur, per gloss. *in c. tua. de his, qua fi. à Prala. in
verb. tractatu. ibi*; Conueniant omnes, & quilibet
dicat, quod sibi videtur; &c. Firmat etiam Fede.
*de Sen. in cons. suo 237. per Abb. in c. nulli extra de reb.
eccl. alien. vel non. sub nu. 6. vers. item debet. ibi*; Nec
requiritur decretum iudicis, sed sufficit causæ co-
gnitio. Sed si non interueniret causarum cogni-
tio, non teneret alienatio: † quia contractus sine 9
causæ cognitione celebratus est nullus, per Soc.
cons. 115. incip. circa primam quaestionem. 1. par. col. 1.
Nam ad hoc requiritur tractatus, ità, inquit non.
Inn. *in cap. vnico. suprà tit. 1. in fi. Et per Fed. de Sen. in
cons. suo 237* Non tamen de necessitate requiritur,
† vt præmittatur, & præmitti habeat causæ cog- 10
nitio, vtrum expediat magis alienare vnam rem,
quam aliam, ita notabiliter dicit ipse in *cons. 243.*
† satis enim est, quod adest causa alienādi, & quod 11
super legitimitate causæ præcessit cognitio, & sic
seruata formâ, *c. sine exceptione*, vel aliâ solemnita-
te inductâ per consuetudinem modo prædicto: &
aliàs, vt ibi per eundem Abb. Sequitur Lauren. de
Rodul. *in repet. d. c. sine exceptione. 12. q. 2. q. 9.* vbi in
10. q. subsequenti quærit, qualis debeat esse huius-
modi causæ † cognitio, & an sufficiat cognoscere 12
& tractare, an subsit necessitas, vel vtilitas alie-
nandi. Et secundum Feder. de Sen. *in cons. 237.* di-
cit; quod non, immò non solum an causa subsit,
sed an propter illam causam potius expediat alie-

nari

13 narî hoc prædium.† quàm illud, discuti, & cognosci habet. Possibile est enim, quod adsit iusta causa alienandi, tamen non expediat quodlibet prædium alienari, quia debet discuti, quod magis expe-
14 diat alienari,† vt *l. magis. ff. de reb. eorum*; quia pro paruo debito non debet res immobilis, vel mobilis magna Ecclesiæ alienari, per ea, quæ dicit Bart. *in l. à Diuo Pio. §. in venditione. & ibi Alex. vers. additio in glo. ff. de re iud. & per gloss. & per eundem Bar. qui in Auth. hoc ius. C. de sacrosf. eccl. ibi, quæro, quid est hoc di-*
15 *ctum gl.* intelligit,† quod pro modico debito non venditur res magna. Simile notatur *de distract. pignor. l. quandiu.* quod facit ad quæstionem de exe-
16 quutoribus † vltimarum voluntatũ, an possint pro modico debito vendere rem magni pretij, &c. Est ergo necesse non solum circa causam alienationis, sed circa rem alienandam tractari, & cognosci, se-
17 cũdum Fed. de Sen. *dicto suo cons.*† vbi ponit etiam opinionem cuiusdam Ioann. de Regio, qui dicit ibidẽ discuti debere de quantitate venditionis, vel alienationis, & rerum alienandarum; quod ad tractatum non est dubium, secũdum eum, pertinere.

Hoc idem sentit Fed. *suo cons. 142.* vbi cõcludit,
18 non valere† venditionem factam de re parochialis Ecclesiæ, in quâ Episcopi authoritas, siue cõsensus interuenit, ex eo, quod examinationẽ, siue causæ cognitionem prætermisit ipse Episcopus circa causam alienationis, ex quo non cõstat, quod circa rem alienandam præmiserat. Et de hoc etiã dicit consuluisse quendam doctorem, & idem sibi respondisse.

Et format ibi quæstionem in presbytero paro-
19 chialis Ecclesiæ destructæ,† qui petitionem exhibet Episcopo, vt possit aliquod prædium alienare pro reparatione dictæ destructæ Ecclesiæ, nullo prædio specificato Episcopus committit cuidam presbytero, vt personaliter accedat ad Ecclesiam, & inquirat, an Ecclesia indigeat reparatione, & pari modo inquirat de possessionibus Ecclesiæ minus vtilibus ad retinendũ, & plus vtilibus ad vendendum, qui presbyter rediens refert Episcopo Ecclesiam indigere reparatione, & quòd in reparationem poterat impendi ad summam ducẽtum librarum; sed de possessionibus nihil retulit, & Episcopus dedit licentiam demum vendendi certũ prædium presbytero, nec apparet, quòd aliqua examinatio, vel causæ cognitio sit adhibita circa rem alienandam; & tale dubium vnà cum suo consilio misit cuidam alteri Doctori Florentino, qui sibi dixit totum contrarium. Et mouetur ille Doctor, qui dicit se non inuenire, quod ista tanta solemnitas, & tam exquisita causæ cognitio sit de substan-
20 tia alienationis;† & ad *gl. Inno. in ca. 1. vt eccl. benef.* &c. respondet, quod non loquitur de tali solemnitate, & causæ cognitione, sed de illâ causæ cognitione, quæ interuenit in tractatu alienationis, per Ioan. And. *in c. 1. hoc ti. in 6. in glo. in fi.* vbi dicit, quod necessaria sunt causæ cognitio, authoritas Episcopi, & consensus capituli. Et subdit, quod planum est, quod loquitur de tractatu alienationis, dum dicit causæ cognitio, quia de illo loquitur illa Decretalis. Et leges, quæ videntur velle aliud, loquuntur, vbi requiritur decretum; quod non euenit in alienatione rei Ecclesiæ, sed in alienatione rei minoris, vbi maiores requiruntur solẽnita-
tes,† & quæ in multis distat ab alienatione rei Ec- 21
clesiæ. *l. magis. sæpius allegata; probatur ex notatis per Inno. in c. 1. de reb. eccl. non alie. in 6* † Item probatur 22
hoc aliter; quia dicit ipse, solemnitas, de quâ *in c. hoc ius.* quod primò minus vtiles, &c. hodie nõ seruatur, vt per Modernos *in d. c. 1. in 6.* vnũ dicit plus,
† quod si cõstaret Episcopo illud prædium magis 23
vtile, nihilominus posset authoritatem, siue consensum præstare, vt alienatio teneret, & sic restitutioni locus esset, si læderetur.

Item dicit ipse, & si Episcopus habeat de hoc in-
quirere,† tamen licet inquisitio ipsa non præces- 24
serit, licẽtia tenebit, & valebit alienatio, *arg. l. si pupillorum. §. si prætor. vers. quid ergo. ff. de reb. eor.* vbi dicitur, quod licèt prætor malè faciat concedendo tutori vendere, vel obligare, tamen in arbitrio erit tutoris.

Sic ad propositum;† nã licèt Episcopus debue- 25
rit inquirere, quod prædium magis expediat alienare; tamen si non fecit, sed dedit licentiam, nedũ in specie, sed etiam in genere alienandi vsq; ad talem summam, esset in arbitrio alienãtis, & teneret alienatio, & si Ecclesia lædi contingat, sit locus restitutioni in integrum.

Item secundum eũ forte posset dici,† quod hæc 26
solẽnitas præsumatur, si alienatio fuit necessaria, prout notatur in Spec. *in tit. de empt. & vend. §. nũc dicendum restat. vers. & breuiter.*† Sed huic multum 27
repugnat, quod de solẽnitate intrinsecâ, & extrinsecâ dicitur *per gl. & Dyn. in l. sciendum. ff. de verb. obl. no. gl. Insti. de fideiussor. in fi.* Quid tandem dicemus? Pro. d. D. Federico multum facit tex. *in d. c. 1. de reb. eccl. non alie. in 6.* vbi habetur, quòd tractat' debet fieri solemnis, & diligens, vbi est ponderare, quod tex. dicit, non solum solemnis, sed addidit, & dili-
gens;† quia non potest dici diligens tractatus, nisi 28
de his omnib' sit tractatus habitus, seu cognitum, & deliberatum circa omnia, per quæ ipsius Ecclesiæ vtilitas procuretur quoad omnia, & singula
possibilia;† quia tunc dicetur sic esse cognitũ, quã 29
do erit discussum, non solùm an sit vtile vendere, sed an sit vtile magis vendere hoc, quàm illud, si sit vt vtile vendere, non tamen fortè est vtile vendere istud, sed benè illud.

Ideo dixi quoad omnia, quia quoad quędã non posset prouideri. Pone vtile est Ecclesiæ vendere aliquid de suo, vt releuet pignus ad vsuram positum: discussum est hoc, & etiam an sit magis vtile A. quàm B. prædium vendere; & finaliter est deliberatum esse vtile vendere A. potius, quam B. prędium. certè si minus habeatur eo, quod valeat, id est, si minoris vendatur, quam valet, quia fortè, vt prouerbialiter, & vulgariter dicitur, (se cosi stà all'incanto,) quia præuideri non potest, vtilitate, immò verius necessitate cogente; nihilominus valebit deliberatio sic sumpta,† & electa post causæ 30
cognitionem, & contractus exinde sequutus; sed erit locus restitutioni, si læsio probetur.

Et ad prædicta faciunt, quæ ponit *glo. in d. c. 1. in verb. defensore.* vbi habetur,† quod ad officiũ desẽ- 31
soris spectat, res Ecclesiæ colligere, conseruare, & gubernare, excutere, & denunciare Iudici, quæ fiat alienatio; & si fiat propter soluenda debita, an

L 2 pecunia

pecunia possit haberi aliunde, an de fructibus sa-
ti, fieri possit, aut de mobilibus; & an potius expe-
diat obligare, quàm distrahere; an de minus vtilis
possessionis pretio liberari possit, &c.

Ad idem *tex. est in c. cum Apostolica. de his, quæ fi. à*
Prala. ibi; Nisi fortè aliquid horum faciat, vt me-
liora prospiciat; quod Doctores exponunt, id est,
32 vtilia, ex quo nota, † quod tunc vtilia, quãdo me-
liora, sed non possunt esse meliora, nisi vbi minus
vtile vendatur. Et licet solemnitas *c. hoc ius.* nõ fue-
rit per Ecclesiam acceptata, non tamen est quoad
omnia refutata; quia non ad hoc, scilicet, fuit refu-
tata, quoad causæ cognitionem, solemnem, & dili-
gentem, & si benè sit refutata quo ad decretum, &
substitutionem, & similia. Sequitur Rebuff. *in d. c.*
sine exceptione. 12. q. 2. in verb. prospiciat.

Talis autem causæ cognitio debet præcedere
33 ante factum consilium, † & antequam fiat consili-
um, quia post factum consilium talia possunt in-
teruenire, ex quibus posset præsumi talem cogni-
34 tionem interuenisse; † puta, si dicatur in instrumẽ-
to, quod coadunati capitulariter Episcopus, & ca-
pitulũ, vel Abbas, & Monachi die tali præsentibus
talibus testibus, & in præsentia mei notarij, & te-
stium, &c. & facta proposita per ipsum Episcopũ,
vel Abbatem, super ea ad inuicem tractauerũt, &
demum post moram, & longam discussionem, &
tractatum ad inuicem habitum, deliberauerũt, v-
tile fore Ecclesiæ; tale prædium alienari pro satis-
faciendo tali debitori, vel pro emendo tale prędiũ
magis vtile Ecclesiæ, certè alio non dato, pręsumã
talem tractatum, siue cognitionẽ fuisse solemnẽ,
35 & diligentem. † Et ad validitatem talis contractus
esset multò fortius, si dicatur in instrumẽto, quod
fuisset habitus solemniter, & diligenter, & alias, vt
per Laur. de Rodul. *in repe. d. c. sine except. 12. q. 2. sua*
q. 10. De eius dictis ego ista descripsi; quia mihi ad
propositũ materiæ nostrę facere visa sũt. Et quod
36 de causa † alienationis cognosci habeat, dicit opti
mè *gl. in summa, 12. q. 2.* ibi: Et olim quidem duo de
vicinis Episcopis intererãt, & de casu alienationis
cognoscebant, & subscribebant, &c. Et dicit Ge-
37 min. *in cons. 48. incip. presbyter. col. 4.* † quod autho-
ritas Episcopi in alienatione, & contractu rei Ec-
clesiæ habet interuenire causâ cognitâ, & si non in
teruenerit causæ cognitio, non valebit authoritas
Episcopi præstita, dicit Rebuff. *in sæpe allegato com-*
pen. alie. rer. eccl. vers. sextò exigitur. Erit aduertẽdũ,
38 † quod de causa vtilitatis, & necessitatis ipsius Ec-
clesiæ pro alienatione facienda debet constare a-
liter, quàm per assertionem, vel confessionem ip-
sius Prælati, secundum Pet. de Perus. *& Dom. Card.*
Flor. in c. quod quibusdam. de fideiuss. & Anto. de But. c.
* *1. de deposi. Pet. de Anch. in Cle. 1. de reb. eccl. non alie.* &
ita * communiter tenetur in dictis iuribus † Im-
39 mò confessio Prælati in hoc nõ tenet, vt voluit gl.
in Auth. de non alie. in §. si verò vbi Iac. de Belui. Hoc i-
dem firmat Bal. *in Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl. Petr.*
de Anch. & Ant. in c. 1. deposit. & Imo. d. c. quod quibus-
dam. Ea potissimũ ratione, quod confessio per mo
dum voluntariç iurisdictionis emanans nõ debet
40 Ecclesiæ præiudicare; per id, † quod habetur. *ff. de*
confess. in l. certum §. sed an ipsos, & ibi per Bar. per Cy.
in l. 1. C. de confess. & per plures alias rationes adductas
per Imo. in d. c. quod quibusdam Fab. de Monte in tract.
de emp. & vend. q. 5. prin. nu. 114. vers. & aduertendum.
Et per Pet. de Anch. in c. 1. eo ti. in 6. vbi dicit, quod in
alienatione requiritur, † quod insit causa, nec in-
sit, vt de ipsa constet per simplicem assertionem.
Per hæc igitur meo iudicio videtur, † quod sit ne- 42
cessaria causæ cognitio in alienationibus Ecclesia
sticis, per Abb. *cons. 41. 1. par. vers. & primo.* ibi: Non
enim interuenit causæ cognitio, quę debet de iure
interuenire, &c. Et de his causis, † seu ipsarum alte 43
ra debet constare per publicum instrumentum, a-
lioquin non creditur. † Nec etiam Papæ creditur 44
dicenti, & asserenti fecisse ex illa causa, b quando b
donat consanguineis, per Præposi. *in c. non liceat Pa*
pæ 12. q. 2. & multò minus creditur Episcopo, vel
Abbati, aut alteri inferiori; † quia c si crederetur 45
illorum assertioni, nec haberet constare de existẽ- c
tia causæ, quilibet Episcopus, vel alius Rector in-
digens pecunia posset pro libito Ecclesię alienare,
& attestari eam alienationem, vel cedere in Eccle-
sięvtilitatem, vel esse ex causa necessitatis factam.
† Quia immò si in instrumento alienationis narre 46
tur, quod ex causa necessitatis fuit facta alienatio,
eidem non creditur: nam non fit pro hoc actu, sed
pro alienatione, *per tex. singularem, vbi Doct. in d. c. 1.*
de reb. eccl. non alie. in 6. Et sic non pręsumitur facta
causa vtilitatis, vel necessitatis, Guid. Pap. *cons. 150.*
per Soc. cons. 52. † viso instrumento. col. 1. Vol. 4. Et eum, 47
cui est facta alienatio, oportet docere vtilitatẽ Ec-
clesiæ, vel aliam causam interuenisse, quia cõtra se
habet præsumptionem contrariam *arg. e. rum, quæ*
notant Doct. in l. manifestè. ff. de iureiu. & per Bar. in l.
si fortè. de Castren. pecul. & in l. si donatione. C. de colla.
Sequitur Pet. Rebuff. in compendio alienationis rerum
Ecclesiæ, vers. quarto impropriissime † Non credo tamẽ 48
requiri, d quod Episcopus audiat testes super hu- d
iusmodi cognitione, & iudicialiter procedat; quia
iure ad hoc non astringitur, per Abb. *in d. cons. 46.*
incip. videndum est, col. 2. vers. ex quibus verbis Vol. 1. alle
gat gl. & Innoc. in c. 1. eo. ti. in 6. prout dicit de tractatu
Pet. Rebuff. d. loco, vers. & de hoc tractatu.

Et pro his, quæ dico hic, vide, quæ deduco in-
fra in *q. 25. de tractatu*, quæ videtur vnica, & eadem
quæstio, & materia; † discussio, quæ fit causę, est, & 49
habetur pro tractatu, per Abb. *d. cons. 41. Vol. 1. per*
Capic. decis. 163. col. nu. 4. melius per Aug. Bero. in d. c.
nulli. col. 21. vers. sed dubium non paruum. de reb. eccl. a-
lie. vbi quærit, an vltra tractatu in alienatione Ec-
clesiastica, sit etiam necessaria causæ cognitio, & an
sit eadem cum tractatu: & concludit, quòd vltra
tractatum non est necessaria causæ cognitio, quia
canon id non dicit, ergò nec nos dicere debemus.

Nec in alienatione huiusmodi debet interueni-
re illa causæ cognitio, † in qua pars debet citari, & 50
iudice pro tribunali sedente decretum interponi,
sententiæ prolatio, & ordo iudicialis, & sic illa
causæ cognitio, quæ est causæ cognitio plena, & so-
lemnis. *l. 2. §. diec. ff. quis ordo in bon. possess. serue. l. fi.*
C. de præd. min. Nec illa causæ cognitio, quæ fit iu-
dicialiter per interpositionem decreti, quæ pro-
priè dicitur causæ cognitio, † sed illa requiri- 51
tur, quæ est non solemnis, & semiplena, quæ im-
propriè dicitur causæ cognitio; sed potius discus-
sio, & tractatus, & consultatio, *cap. fi. de his, quæ fi. à*
Prala.

Prala. de qua in d. cap. fine. 12. q. 2. & c. 1. nostro tit. in 6.
52 Ex quo enim tractatus requiritur,† dicitur etiam requiri causæ cognitio, vt discussio super legitimitate causæ, per Feder. d. cons. 237 tractatus enim
53 nihil aliud est,† quam discutere, & cognoscere inter Prælatum, atque illos de capitulo de causâ alienationis, vt per Aug d. loco à vers. sed dubium, vsque ad vers. tertium quod, vbi concludit, quod tractatus, & causæ cognitio in effectu idem sint. Sed si simus in alienatione commissâ per Papæ rescriptum alicui commissario, cui sit mandatum, quod se informet de contentis in supplicatione, & si illa vera esse reperierit, det licentiam Prælato alienâ-
54 di;† discussio commissarij habetur loco tractatus, & causæ cognitionis, & omnis solemnitas videtur remissa, per Abb d. cons. 41. 1. vol. per commissionem, & indulgentiam Papa, per Anto Capic d. decis. 16. 3. col. nu. 4. Sed quia huiusmodi causæ cognitio in Breui per Papam commissario in partibus deputato ali-
55 quando committitur sub istis verbis,† Si tibi per edil gentem inquisitionem in euidentem cedere vtilitatem constiterit, &c. vel sub istis: Si per diligentem inquisitionem cedere reperieris, &c. per Abb. cons. 41. 1. vol. est sciendum, quod ista est conditio, & quòd in conditione ista est posita cognitio
56 euidentis vtilitatis, quæ conditio habet omninò ante adimpleri in formâ specificâ. & ad vnguem, l. Mauius vbi Bar. de condi. & demon. & habent iudices delegati, seu commissarij sese diligenter informare, id est, de omnibus tractare, de omnibus cognoscere, de omnibus inuestigare circa Ecclesiæ
57 interesse, & vtilitatem. Quia non est † diligens inquisitio, tractatus, aut causæ cognitio facta, si de omnibus non sit tractatum, cognitum, discussum, & deliberatum circa ipsius Ecclesiæ vtilitatem, circa omnia, & singula possibilia, per Laur. de Ro-
58 dul. in repe. d. c. fine exceptione. 12. q. 2. q. 9. & 10.† Quia tractatus, id est, causæ cognitio in alienationibus Ecclesiasticis habet esse diligens, cap. 1. & ibi glo. de reb eccl. non alien in 6 & subtili inuestigatio-
59 ne vti debent, † quia id importat verbum Diligens, c. quàm graui. c. liceat de crim. falsi. Corset. in singul. in verb diligens. Clericis enim & Prælatis regu-
60 lariter † est de præcepto vti diligentia circa res Ecclesiæ, ex quorum negligentia commissa circa res Ecclesiæ punitur, Card in Cle. 2. in prin. de relig. dom. & tantò magis eis præcipitur, quando in alienatione sunt facti iudices, vt per Bullam Pauli II. quæ solet in rescriptis super alienationibus Ecclesiasticis, cuius copia est descripta ad finem hu-
61 ius nostri tract.† Verbum autem Constiterit importat, quod constet per instrumentum, vel per testes, Pau. de Cast cons. 297. Alexan. in l qui Roma §. Augerius. de verb. obl. probatur in ca. cum olim. de verb. sign c. 1. cum gl. de integ. rest. l. fi. C. de reb. credi. Item per sententiam per Ioan de Imo. d. §. Augerius. & ibi
62 etiam notatur de verb. Constitisse.† quod verificatur etiam in futuro, & in præterito verificari non posset. faciunt notata per Dec. in ca. cum speciali. §.
63 porrò de appellat.† Et verbum Reperieris importat causæ cognitionem parte citatâ, per Oldra. cons. 175. Guid. Pap decis 70. tex. in Cle. 1. de concess praben. Rota in antiq decis 684 nota si ponatur; quæ dicit esse secus, si ponatur verbum Inueneris, quod quidem † verbum non arctat ad citationem partium, 64
præcipuè in negotio modici valoris, eadem Rot. decis. seq. incip. Dominus Petrus, Staphil de grat. & expect. §. citatio. nu. 10. Abb. d. cons. 41. Corn. cons. 181. num. 14. vers. octauò. 2. vol. Brun. cons. 41. nu. 38. Rebuff. in compend. alien. nu. 102. Cur. in l. admonendi. num. 381. ff. de iur. iur.

Facit clausula Vocatis vocandis, seu seruatis seruandis, quæ inesse solet, quæ importat, vt cómissarius non possit extra iudicium procedere, Card. Cle. 1. de offi. del Fel. c. exhibita. de iud. c dudum. de præsump. c. de catero de re. iud. Clausula tñ super quo tuã conscientiam oneramus, quę inesse solet in rescriptis huiusmodi operatur, quod negotium expediri, & sententia potest ferri sine citatione, Bal. in l. certum. 2. col. vers. & idem C. vnde legit. & vnde cogn. & in l. 2. vlt. not. C. de fideic. item operatur, quod nó potest appellari vlterius, per gl. in c statutum. §. assessorem. de rescrip. in 6. Bal. in l. 1 vers sed pone. 1. col. C. de reb. cred. Item facit sufficere, quòd iudex, audiat, licèt verbis non approbet, Bal. in l. nemo pen. col. C. de sent. Item operatur arbitrio boni viri, Bald in l. voluntatis. vers. item. C. de fideic. Bal. in l. fi. vlt. col. C. de iure dot. Alex. in l. fi. sic. 2. coll. de leg. 1. Debent ergò delegati, vel commissarij huiusmodi esse diligentes, non negligẽtes in hoc negotio pro Ecclesiâ. Quinimmò si negligentes fuerint, præsumuntur de facili in dolo & fraude;† nam negligentia iudicis 65
est lata culpa, & dolus pręsumptus per Bal. in l. mãcipia. C. de ser. fug. Et negligentia iudicis † facit eũ 66
puniri tanq conscium criminis l. non solum. vbi Bal. C. de comer. & mercat. Et causa benè, & maturè cognitâ, ac discussâ non festinanter, vel strangulatim, aut accelerante suum assensum, decretum aut sententiam in alienationibus interponere, aut promulgare rei veritate bene habitâ, debent: quia si properè interponant, non tenet contra † Ecclesiam: nã 67
præsumitur, quod per exquisita media, & fraudulenter interponat, vt in contractu minoris, cui Ecclesia æquiparatur, per doct. in c. 1. de in integ. rest.† 68
quia ex breuitate temporis pręsumitur, quod causa non cognitâ sit processum, c. cum ex litteris. de in integ. rest. Ancha. cons. 322. cons. 222. cons. 176 Barb. in c. Ecclesia S. Maria. de constit. col 38. & celeritas actus inducit † suspicionem fraudis, text. iuncta gl. in l si 69
ventri. §. eorum. ff. de priuil. cred vbi Bar. & Bal. in l ea, quam. C. de fidei. col. 15. Et si per negligentiam illorum obueniat damnum Ecclesiæ pręsumuntur in fraude, quia semper præsumitur fraus, cum constet de damno, Bal.† in l. si tutor. C. de interd. mat. in- 70
ter tut. & pupil † Et tunc fuisse in negligentia pro- 71
bantur, quando omiserunt facere, quod debuerũt & potuerunt, c. vlt de elect. cap. quia diuersitatem. de concess. prab. Bar. in l. tutor. § 1 ff. de admi. tut.† Et cum 72
clausula: Si reperieris, importet cõditionem cum causę cognitione verificandâ, vt dico suprà, debet coram commissarijs verificatio conditionis cõstare, & apparere non perfunctoriè, sed specificè, clarè. & in indiuiduo per veras probationes. l. Lucius. vbi no. l. qui hared. l Mauius. ff. de cõd. & demõ Bal. in l. neq; natales nu. 9. vers. & ide dico C. de prob. & in l. bona fides nu. 8. C. de reb. cred. Fely. in c. si cõstiterit. nu. 5. de accus. Dec. cons. 481. nu. 28. & in terminis alienationis Eccles. Rui cõs. 68. lib. 1. Sed ista forsan esset intelligẽda, quan-

integ restit. Et licèt contrarium velit *glo in c. sine exceptione. & c. quæ in Ecclesiarum. de const.* tamen prima opinio est magis ** communis, & verior; & ego, inquit, illam sequor, quam probo per text. *in* 69 *c seq.* vbi alienatio † facta fuit seruatâ solemnitate, & tamen ipso iure non valuit; quia facta sine iustâ, & legitimâ causâ. Adducit vlterius text. *in l. iubemus. C. de sacros. eccl.* vbi alienatio facta in casu 70 non permisso non valet. subdens, Alienatio † rei Ecclesiæ absque causâ est à canone prohibita; ergò ipso iure non valet. Et per alia multa comprobat idem Bero. quę accumulatè adducit per vnam columnam.

Et si sit facta alienatio sine causâ legitimâ; vel 71 cum falsâ causâ, † quæ alienatio sit confirmata à Papâ, confirmatio Papæ non censetur talem alienationem conualidasse; quia defectus quoad causam, & causæ falsitatem Papa non supplet; cùm non fuerit adhibita causæ cognitio. Rota *decis. 229. & 230. in nou. gl. ad reg. cancell. 21. circa fi. vers. sed per istum. est decisio eiusdem Rotæ decis. 59. incip. vnio.* Immò est Papæ intentio per talem confirmatio-72 nem velle tollere Ecclesiæ remedium, † & beneficium, quod Ecclesiæ contra talem alienationem competit, Aegid. *decis. 503.* alia fundamenta. Et dicit Ioan. Franc. *Pauin. in tract. de offic. & pote. c. sed.* 73 *vac. q. 8. 2 par. nu. 12. vers. & adde.* † quòd confirmatio Apostolica in formâ communi non validat alienationem nullam, *c. 1. ne sede vacan. c. quia diuersitatem. de conceß. preben.* quinimmò etiam confir-74 matio ex certâ scientiâ, & motu proprio, † & cum suppletione defectuum, non impedit, quominus falsitas causarum in alienatione expressarum non possit probari, etiam si totus tenor inferseratur in 75 Bullâ. † Nam defectum solemnitatum solum videtur supplere; potestatem verò, aut veritatem causarum non, nisi facta sit parte vocatâ, cum causæ cognitione, Rota *d. decis. 229. in nouis incip. in dismembratione. Inno. in ca. 1. de translat. Prælato. c. 1. de confirm. vtil. vel inutil per alios in Clem. Pastoralis. de iure iudicat. Spec. in tit. de legat. §. nunc ostendendum. vers. 18. est decis. eiusdem Rotæ in nouis, 230. incip. Papa.* vbi habetur, quod confirmatio Papalis facta ex certâ scientiâ in alienatione Ecclesiasticâ supplet tantùm defectum solemnitatum, non autem supplet substantiale.

Et est conclusio in iure, quod vbicunque nar-77 ratum in gratiâ detegitur † falsum, corruit ipsa gratia, per Aymon. *cons. 68 num. 5.* etiam si sit facta motu proprio, & ex certâ scientiâ; quia talis certa 78 scientia, † & motus proprius, cum clausulâ: Non obstan. & similes clausulæ operantur, vsquequò probetur contrariū de falsitate narratorum, Dec. *cons. 142. in fi. Paris. cons. 3. nu. 51. & nu. 60. in 4. & cons. 1. nu. 82. in 1. Aymo. d. cons. 68. nu. 6.* Vnde meritò detecto, quod non adfuerit in alienatione causa, vel quod fuerit causa falsa, concessio Papæ, vel confir-79 matio, seu gratia corruit. † Nec prodest, quod in litteris gratiæ fuerit decretum irritans, quia talia nullum operantur effectum, vbi gratia principalis, super quâ apponuntur, corruit, aut tollitur, ità 80 declarat Cassad. *super reg. decis. 10. nu. 4.* † quia huiusmodi regulantur secundum principalem gratiam tanquam ad illam accessoria, & non operantur effectum, vbi gratia ipsa non operatur, Rot. *in nou. decis. 2. nu. 2. de conceß. preben. Paris. cons. 40. nu 3. & cons. 82. nu. 15. in 4. Dominic. cons. 143 nu. 1. cum similibus.* Facit, quia videmus, † quod sublato; aut irrita- 81 to contractu principali, omnia accessoria, & adiacentia maius robur, & maiorem vim habentia, vt guarentigia, iuramentum, & similia, corruunt, nullumque operantur effectum; Bald. *in l. si absentis. nu. 11. vers. vnde scias. C. si cert. pet.* † Soc. *consi. 27. numer. 25. in 4.* & detecta falsitate ostenditur de- 82 fectus intentionis in tota gratia qui tollit gratiam, & omnia in ea contenta, not. *in Clem. si Romanus. de preben. cum adductis per Paris. consi. 1. numer. 74. libr. 1.*

Confirmatio verò, † si super aliquo oriatur du- 83 bitatio, facit, si sit solemniter facta, quod præsumatur pretium enumeratum, seu conuersum in vtilitatem Ecclesiæ, per tex. iuncta gloss. *cum dictis Doctor. in c. constitutum. de relig. dom. c. ad hac. de rescri. Clem. 2. eo. tit. in fi.* † Et instar est sacrilegij dubita- 84 re, an illud sit licitum, & dignum, quod Princeps cum causâ instituit, & confirmauit, *17. q. 4. c. si quis suadente. §. quia autem. facit 93. distin. cap. 1. l. quidam consulebant. ff. de re iud.* maximè cum Papa possit aliqua bona † Ecclesiæ alicui donare liberè, & præ- 85 sumatur motus ex iustâ causâ, *12. q. 2. cum redemptor. c. à nobis. de decim. & ibi Hostien.* † Et præsuppo- 86 sito, quod causa non subesset legitima, tamen satis est tutus, quoad Ecclesiam militarem, qui accipit, cum nemo possit in hoc Papam redarguere, *glo. in c. non est. de vot. nec de ipsius facto iudicare. 2. quæst. 3. nemo.*

Et confirmatio Apostolica alienationis † Ec- 87 clesiasticæ est bona, licet in illâ non sint expressa aliqua particularia, quæ expressa Papam non mouissent in contrarium, & quibus non obstantibus nihilominus Papa concessisset, est decis. Rot. *in manuscriptis decis. Mohedan. 221. aliàs 251. incip. Io. Episcopus Innocen.*

Sed an factâ alienatione, præsumatur facta cum causâ, & causam in eâ fuisse, videtur c dicendum, c quòd sic quia commissarius, vel delegatus, cui est commissum, † quòd captâ diligenter informatio- 88 ne, & factâ perquisitione de causâ, & de alijs narratis in supplicatione alienet, est præsumendus, quod ex eo maximè quia alienationem concedit, vel alienandi licentiam dedit, diligentem inquisitionem fecerit, & causas veras reperierit: † quia ex 89 consequenti præsumitur de antecedenti, *l. illud. de acqu. hæred. c. prudentiam. cap. præterea. de offic. deleg.* † 90 præsumitur enim quisque diligenter exercere officium suum, *c. ad audientiam de præscriptio. & c. cum parati. de appella. per Cyn. in l. si quis decurio C. de fal.* & maximè si hoc assereretur. † Vnde quicunque 91 vult dicere causas expressas non veras fuisse, vel causas non fuisse, habet hoc probare, cum præsumatur pro authoritate iudicis, *arg. l. 1. &* † *quod ibi* 92 *not. Bart. C. de præd. decur. lib. 10. quod sentit Inn. si benè ponderetur, in c. dudum. de reb. eccl. alie. per Abb. in cons. 41. 1. par. Pro quo vide adducta infra in quæst. de consensu, quæst. 39. incip. & an præsumatur. & in quæst. de authoritate q 48. incip sed an in alienatione.*

† Nec in casu alienationis sine causâ legitimâ 93 conscientia tam ex parte alienantis, quam alienationem

tionem accipientis, est tuta quoad Deum, Archid. in c. non liceat. 12. q. 2. Abb. in cap. cum venissent. de iud. Inno. & Bal. in c. bona de postulat. Prælat. Abb. in c. constitutus. de relig. dom. & in cap. dudum. de elect. & conf. 42. 1. vel. Card. in c. 1. Episc. vel Abb. vbi etiam loquũtur de Papa alienante.

ADDITIO.

a Vide infrà *q. 54. & q. 52. in princip.*
b Supra *q. 20. c. 1. num. 26. & sequen. & infrà q. seq. c. 1. num. 12.*
c Infrà *q. seq. c. 1. num. 55.*

SVMMARIVM.

1 *Antequam deueniatur ad alienationem rei Ecclesiasticæ an necessaria sit causæ cognitio.*
2 *Causæ cognitio necessaria est, si tractetur de perpetua alienatione.*
3 *Prospicere est procul aspicere.*
4 *Causæ cognitio necessaria est non solum circa causam alienationis, sed etiam circa rem alienandam.*
5 *Causæ cognitio, & decretum debent interuenire in alienatione rei pupillaris.*
6 *Ecclesia, & minor æquiparantur.*
7 *Decretum iudicis ex sententia Ioan. And. non est necessarium in alienatione rei Ecclesiasticæ, sed sufficit sola causæ cognitio.*
8 *Tractatus super quibus fieri debeat.*
9 *Contractus sine causæ cognitione celebratus est nullus.*
10 *Causæ cognitio præmitti debet, an magis alienare vnam rem, quam aliam expediat.*
11 *Causæ cognitio sufficit, quòd super legitimitate causæ procedat.*
12 *Causæ cognitio qualis esse debeat.*
13 *Causa iusta potest subesse, non tamen expedit quodlibet prædium alienari.*
14 *Res Ecclesiæ immobilis, vel mobilis magna non debet pro paruo debito alienari, & nu. 15.*
16 *Exequutore vltimarum voluntatum an pro paruo debito rem magni pretij alienare possint.*
17 *Quantitas alienationis rei Ecclesiasticæ debet discuti in causæ cognitione.*
18 *Alienatio non valet, si Episcopus authoritatem interposuerit sine causæ cognitione.*
19 *Episcopus si dederit licentiam vendendi certum prædium pro reparatione Ecclesiæ sine causæ cognitione circa rem alienandam, an alienatio valeat.*
20 *Causæ cognitio an necessaria sit nedum in tractatu alienationis, sed etiam circa rem alienandam.*
21 *Alienatio rei minoris in nullis distat ab alienatione rei Ecclesiasticæ.*
22 *Solemnitas, quòd minus vtilis res primò vendatur hodie non seruatur.*
23 *Episcopus potest authoritatem interponere, licèt sciret prædium magis vtile.*
24 *Licentia valet, & alienatio, licet inquisitio, quæ præcedere debet, non præcesserit, sed si Ecclesia lædatur, est restituenda, & nu. 25.*
26 *Solemnitas circa rem præsumitur, si alienatio fuit necessaria.*
27 *Solemnitas intrinseca, & extrinseca differunt.*
28 *Tractatus diligens dici non potest, nisi de omnibus sit cognitum.*
29 *Quando super omnibus tractatus diligens factus dicatur.*
30 *Deliberatione facta, quòd sit magis vtile vendere hoc, quàm illud, valet contractus, licèt contrarium sequatur, sed erit locus restitutioni.*
31 *Defensoris rei Ecclesiasticæ officium circa quæ versetur.*
32 *Vtilia sunt, quando meliora; & meliora esse non possunt, nisi minus vtile vendatur.*
33 *Causæ cognitio circa rem debet præcedere consilium.*
34 *Practica instrumenti continentis tractatum super re alienanda.*
35 *Vtile est, quod dicatur in instrumẽto, quod tractatus fuit habitus diligenter, & solemniter.*
36 *Causa alienationis cognosci debet.*
37 *Episcopi authoritas interuenire debet causa cognita, aliàs non valet.*
38 *Causa vtilitatis, vel necessitatis debet aliter apparere, quàm per assertionem Prælati.*
39 *Confessio Prælati circa causam alienationis rei Ecclesiæ non tenet.*
40 *Concessio Prælati per modum voluntariæ iurisdictionis emanans non debet Ecclesiæ præiudicare.*
41 *Causa alienationis debet vere constare.*
42 *Causæ cognitio necessaria est in alienationibus Ecclesiasticis.*
43 *Causa alienationis debet constare per publicum instrumentum.*
44 *Papæ non creditur asserenti consanguineis suis ex causa donasse.*
Episcopo multo minus, vel alteri inferiori credendum in isto casu erit, vt nu. 45.
46 *Instrumento alienationis non creditur, si in eo narretur, quòd ex causa necessitatis fuit facta alienatio.*
47 *Is, cui est facta alienatio, debet docere causam alienationis iustam interuenisse.*
48 *Iudex super causæ cognitione huiusmodi non tenetur testes recipere, vel aliter iudicialiter procedere.*
49 *Discussio causæ habetur pro tractatu.*
50 *Causæ cognitio in hac materia non requirit partis citationem: sed huiusmodi impropriè causæ cognitio, propriè verò discussio, tractatus, & consultatio dicitur, & nu. 51.*
52 *Tractatus vbi requiritur, causæ etiam cognitio interuenit, vt discussio, super legitimate causæ.*
53 *Tractatus est cognoscere inter Prælatum, & illos de capitulo de causa alienationis.*
54 *Discussio commissarij habetur loco tractatus, & causæ cognitionis.*
55 *Causæ cognitio committitur per Papam commissario sub his verbis, Si tibi per diligentem inquisitionem, &c.*
56 *Conditio in forma specificata est adimplenda.*
57 *Diligens tractatus, siue causæ cognitio non est, nisi de omnibus sit tractatum, cognitum, discussum, & deliberatum.*
58 *Causæ cognitio in alienationibus Ecclesiasticis debet esse*

bet esse diligens.

59 *Verbum Diligens quid importet.*

60 *Prælatus ex præcepto debet vti diligentia circa res Ecclesiæ.*

61 *Verbum Constiterit importat, quòd constet per instrumentum, vel testes.*

62 *Verbum Constitisse verificatur & in futuro, & in præterito verificari non potest.*

63 *Verbum Reperieris importat causæ cognitionem, parte citata.*

64 *Verbum Inueneritis non arctat ad citationem partium, præcipuè in negotio modici valoris.*

65 *Iudicis negligentia est lata culpa, & dolus præsumptus.*

66 *Negligentia iudicis facit eum puniri tanquam conscium criminis.*

67 *Decretum iudicis properè interpositum non tenet contra Ecclesiam, quia præsumitur fraudulenter interpositum.*

68 *Breuitas temporis facit præsumptionem, quod processum sit causa non cognita.*

69 *Celeritas actus inducit suspicionem fraudis.*

70 *Fraus semper præsumitur, cùm constet de damno.*

71 *Qui omisit facere, quod debuit, probatur fuisse in negligentia.*

72 *Clausula Si reperieris cum importet conditionem debet conditio specificè verificari coram commissarijs.*

Quid si commissio non fuit facta iudici, sed vti bono viro? vide nu. 73.

74 *Testes in alienatione rei Ecclesiæ necessario nō sunt recipiendi, nec decretum interponi, sed satis est, quòd interueniat causæ cognitio cum solemnitatibus requisitis.*

75 *Ratio, quæ monet delegantem, debet mouere delegatum.*

76 *Ex consequenti præsumitur de antecedenti.*

77 *Officium suum quisque diligenter exercere præsumitur.*

78 *Causas expressas qui veras non fuisse dicit, habet hoc probare.*

79 *Discußio, quæ mandatur commissario, habetur loco tractatus.*

80 *Iudex hodiè tenetur esse diligens circa alienationem rerum Ecclesiasticarum sub pœnis, de quibus in Paulina, quæ inseritur in rescriptis huiusmodi alienationum.*

DE CAVSAE COGNITIONE IN alienationibus faciendis.

QVAESTIO XXIII.

EXPOSVIMVS supra de causis, quæ esse, & interuenire debét, antequam deueniatur ad alienationem rei Ecclesiasticæ: modò videndum est, an sit necessaria causæ cognitio, a & an ad
1 † alienationem faciendam procedi habeat cum causæ cognitione. Et per Archid. *in cap. fine exceptione 12. q. 2. in princ.* dicitur, quod habet procedi in talibus alienationibus, † vel distractionibus cum causæ cognitione, si quidem de perpetuâ tractatur alienatione; si de alienatione non perpetuâ, sed ad tempus, non est opus, inquit, tantâ solemnitate, arg *c. 1. in fi. vt eccl. beneficia. extra vbi ita not. Innoc.* & id ex eo etiam apparet, quod legitur, & notatur *in c. dudum. de reb. eccl. non aliena. in 6. in tex. & gl. maximè gl. in verb. tenues,* quod habetur *in text. in c. fine exceptione. 12. q. 2.* vbi alienans debet meliora prospicere † Et prospicere est pro- 3
cul aspicere, *not. in c. si quis presbyterorum. extra eod. tit.* Ex quo infertur, quod requiritur causæ cognitio rei, quæ debet alienari, videlicet; an expediat Ecclesiæ istam potius alienare, quam alienam; † 4
ideo est necesse non solum circa causam alienationis tractari, & cognosci, sed etiam circa rem alienandam, per Rebuff. *in compendio alien. in verb. prospiciat; & est consilium Abb. cons. 41. 1. par.*

Sed in contrarium facere videtur illud, quod notat Innoc. *in d. c. dudum & Io. And. post eum in gl. fi. vbi tenet;* † quod in alienatione rei pupillaris re- 5
quiritur causæ cognitio, & decretum. Quod dicunt similiter debere fieri in alienatione rei Ecclesiæ, † quia Ecclesia, & minor æquiparantur, *l.* 6
pupillis ff. ex quib. caus. maior. Quod non placuit ipsi Innoc. quia immò ei placuit, quod habetur in fin. illius gl. & similiter Hostien. vt ibi refert Ioann. Andr. Sed patet solutio, si inspiciantur verba Innocentij, quæ faciunt pro supradictis: solum enim in eo, quod dicitur de decreto, dicit Inno. *& Hostien. & sic intellexit Ioan. Andr.* non bene dicere eos, † qui dicebant hoc habere locum in alienatione 7
rei Ecclesiastica. Nam in illis, dicit ipse, non est decretum necessarium, sed sufficit sola cognitio causarum alienationis cum expresso consensu. Ad hoc allegatur text. *in c. casellas. & c. hoc ius. 10. q. 2. & c. fine exceptione.* & hoc est dubitatū: hoc enim est, quare fit tractatus, † & de quo tractari debet, sci- 8
licet, an sit causa vtilis, vel necessaria, quia debent clerici conuenire, & vnusquisque dicere, quod sibi videtur, per gloss. *in c. tua. de his, quæ fi. à Præla. in verb. tractatu. ibi;* Conueniant omnes, & quilibet dicat, quod sibi videtur; &c. Firmat etiam Fede. *de Sen. in cons. suo 237. per Abb. in c. nulli extra de reb. eccl. alien. vel non. sub nu. 6. vers. item debet. ibi;* Nec requiritur decretum iudicis, sed sufficit causæ cognitio. Sed si non interueniret causarum cognitio, non teneret alienatio: † quia contractus sine 9
causæ cognitione celebratus est nullus, per Soc. *cons. 115. incip. circa primam quæstionem. c. par. col. 1.* Nam ad hoc requiritur tractatus, ità, inquit not. Inn. *in cap. vnico. suprà tit. 1. in fi. Et per Fed. de Sen. in cons. suo 237* Non tamen de necessitate requiritur, † vt præmittatur, & præmitti habeat causæ cog- 10
nitio, vtrum expediat magis alienare vnam rem, quam aliam; ita notabiliter dicit ipse in *cons. 243.* † satis enim est, quod adest causa alienādi, & quod 11
super legitimitate causæ præcessit cognitio, & sic seruata formâ, *c. fine exceptione,* vel aliâ solemnitate inductâ per consuetudinem modo prædicto: & aliàs, vt ibi per eundem Abb. sequitur Lauren. de Rodul. *in repet. d. c. fine exceptione. 12. q. 2. q. 9.* vbi in 10. q. subsequenti quærit, qualis debeat esse huius-
modi causæ † cognitio, & an sufficiat cognoscere 12
& tractare, an subsit necessitas, vel vtilitas alienandi. Et secundum Feder. de Sen. *in cons 237.* dicit; quod non, immò non solum an causa subsit, sed an propter illam causam potius expediat alie-

nari

13 nari hoc prædium,† quàm illud, discuti, & cognosci habet. Possibile est enim, quod adsit iusta causa alienandi, tamen non expediat quodlibet prædium alienari, quia debet discuti, quod magis expe-
14 diat alienari,† vt *l. magis. ff. de reb. eorum*; quia pro paruo debito non debet res immobilis, vel mobilis magna Ecclesiæ alienari, per ea, quæ dicit Bart. *in l. à Diuo Pio. §. in venditione. & ibi Alex. vers. additio in glo. ff. de re iud. & per gloss. & per eundem Bar. qui in Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl. ibi, quæro, quid est hoc di-*
15 *ctum gl.* intelligit,† quod pro modico debito non venditur res magna. Simile notatur *de distract. pignor. l. quandiu.* quod facit ad quæstionem de exe-
16 quutoribus †vltimarum voluntatũ, an possint pro modico debito vendere rem magni pretij, &c. Est ergo necesse non solum circa causam alienationis, sed circa rem alienandam tractari, & cognosci, se-
17 cũdum Fed. de Sen. *dicto suo cons.* † vbi ponit etiam opinionem cuiusdam Ioann. de Regio, qui dicit ibidẽ discuti debere de quantitate venditionis, vel alienationis, & rerum alienandarum; quod ad tractatum non est dubium, secũdum eum, pertinere.

Hoc idem sentit Fed. *suo cons. 142.* vbi cõcludit,
18 non valere† venditionem factam de re parochialis Ecclesiæ, in quã Episcopi authoritas, siue cõsensus interuenit, ex eo, quod examinationẽ, siue causæ cognitionem prætermisit ipse Episcopus circa causam alienationis, ex quo non cõstat, quod circa rem alienandam præmiserat. Et de hoc etiã dicit consuluisse quendam doctorem, & idem sibi respondisse.

Et format ibi quæstionem in presbytero paro-
19 chialis Ecclesiæ destructæ,† qui petitionem exhibet Episcopo, vt possit aliquod prædium alienare pro reparatione dictæ destructæ Ecclesiæ, nullo prædio specificato Episcopus committit cuidam presbytero, vt personaliter accedat ad Ecclesiam, & inquirat, an Ecclesia indigeat reparatione, & pari modo inquirat de possessionibus Ecclesię minus vtilibus ad retinendũ, & plus vtilibus ad vendendum, qui presbyter rediens refert Episcopo Ecclesiam indigere reparatione, & quòd in reparationem poterat impendi ad summam ducẽtum librarum; sed de possessionibus nihil retulit; & Episcopus dedit licentiam demum vendendi certũ prędium presbytero, nec apparet, quòd aliqua examinatio, vel causę cognitio sit adhibita circa rem alienandam; & tale dubium vnà cum suo consilio misit cuidam alteri Doctori Florentino, qui sibi dixit totum contrarium. Et mouetur ille Doctor, qui dicit se non inuenire, quod ista tanta solemnitas, & tam exquisita causæ cognitio sit de substan-
20 tia alienationis;† & ad *gl. Inno. in ca. 1. vt eccl. benef.* &c. respondet; quod non loquitur de tali solemnitate, & causæ cognitione, sed de illã causæ cognitione, quæ interuenit in tractatu alienationis, per Ioan. And. *in c. 1. hoc ti. in 6. in glo. in fi.* vbi dicit, quod necessaria sunt causæ cognitio, authoritas Episcopi, & consensus capituli. Et subdit, quod planum est, quod loquitur de tractatu alienationis, dum dicit causæ cognitio, quia de illo loquitur illa Decretalis. Et leges, quæ videntur velle aliud, loquuntur, vbi requiritur decretum; quod non euenit in alienatione rei Ecclesiæ, sed in alienatione rei minoris, vbi maiores requiruntur solẽnita-
tes,† & quæ in multis distat ab alienatione rei Ec- 21
clesiæ. *l. magis. sæpius allegata; probatur ex notatis per Inno. in c. 1. de reb. eccl. non alie. in 6* † Item probatur 22
hoc aliter; quia dicit ipse, solemnitas, de quâ *in c. hoc ius.* quod primò minus vtiles, &c. hodie nõ seruatur, vt per Modernos *in d. c. 1. in 6.* vnũ dicit plus,
† quod si cõstaret Episcopo istud prædium magis 23
vtile, nihilominus posset authoritatem, siue consensum præstare, vt alienatio teneret, & sic restitutioni locus esset, si læderetur.

Item dicit ipse, & si Episcopus habeat de hoc in-
quirere,† tamen licet inquisitio ipsa non præces- 24
serit, licẽtia tenebit, & valebit alienatio, *arg. l. si pupillorum. §. si prætor. vers. quid ergo. ff. de reb. eor.* vbi dicitur, quod licèt prætor malè faciat concedendo tutori vendere, vel obligare, tamen in arbitrio erit tutoris.

Sic ad propositum;† nã licèt Episcopus debue- 25
rit inquirere, quod prędium magis expediat alienare; tamen si non fecit, sed dedit licentiam, nedũ in specie, sed etiam in genere alienandi vsq; ad talem summam, esset in arbitrio alienãtis, & teneret alienatio, & si Ecclesia lædi contingat, sit locus restitutioni in integrum.

Item secundum cũ forte posset dici,† quod hæc 26
solẽnitas præsumatur, si alienatio fuit necessaria, prout notatur in Spec. *in tit. de empt. & vend. §. nũc dicendum restat. vers. & breuiter.* † Sed huic multum 27
repugnat, quod de solẽnitate intrinsecã, & extrinsecã dicitur *per gl. & Dyn. in l. sciendum. ff. de verb. obl. no. gl. Insti. de fideiussor. in fi.* Quid tandem dicemus? Pro. d. D. Federico multum facit tex. *in d. c. 1. de reb. eccl. non alie. in 6.* vbi habetur, quòd tractat⁹ debet fieri solemnis, & diligens, vbi est ponderare, quod tex. dicit, non solum solemnis, sed addidit, & dili-
gens;† quia non potest dici diligens tractatus, nisi 28
de his omnib⁹ sit tractatus habitus, seu cognitum, & deliberatum circa omnia, per quæ ipsius Ecclesiæ vtilitas procuretur quoad omnia, & singula
possibilia;† quia tunc dicetur sic esse cognitũ, quã 29
do erit discussum, non solùm an sit vtile vendere, sed an sit vtile magis vendere hoc, quàm illud, si sit vt vtile vendere, non tamen fortè est vtile vendere istud, sed benè illud.

Ideo dixi quoad omnia, quia quoad quędã non posset prouideri. Pone vtile est Ecclesiæ vendere aliquid de suo, vt releuet pignus ad vsuram positum: discussum est hoc, & etiam an sit magis vtile A. quàm B. prædium vendere; & finaliter est deliberatum esse vtile vendere A. potius, quam B. prędium. certè si minus habeatur eo, quod valeat, id est, si minoris vendatur, quam valet, quia fortè, vt prouerbialiter, & vulgariter dicitur, (se cosi stà all'incanto,) quia præuideri non potest, vtilitate, immò verius necessitate cogente; nihilominus va-
lebit deliberatio sic sumpta,† & electa post causæ 30
cognitionem, & contractus exinde sequutus; sed erit locus restitutioni, si læsio probetur.

Et ad prædicta faciunt, quæ ponit *glo. in d. c. 1. in verb. defensore.* vbi habetur,† quod ad officiũ defẽ- 31
soris spectat, res Ecclesiæ colligere, conseruare, & gubernare, excutere, & denunciare Iudici, quare fiat alienatio; & si fiat propter soluenda debita, an

L 2 pecunia

Prala. de qua in d. cap. sine. 12. q. 2. & c. 1. nostro tit. in 6.
52 Ex quo enim tractatus requiritur,† dicitur etiam requiri causæ cognitio, vt discussio super legitimitate causæ, per Feder. d. cons. 237 tractatus enim
53 nihil aliud est,† quam discutere, & cognoscere inter Prælatum, atque illos de capitulo de causâ alienationis, vt per Aug d. loco à vers. sed dubium, vsque ad vers. tertium quod, vbi concludit. quod tractatus, & causæ cognitio in effectu idem sunt. Sed si simus in alienatione commissâ per Papæ rescriptum alicui commissario, cui sit mandatum, quod se informet de contentis in supplicatione, & si illa vera esse reperierit, det licentiam Prælato alienâ-
54 di;† discussio commissarij habetur loco tractatus, & causæ cognitionis, & omnis solemnitas videtur remissa, per Abb d. cons. 41. 1. vol. per commissionem, & indulgentiam Papa, per Anto Capic d. decis. 16. 3. col. nu. 4. Sed quia huiusmodi causæ cognitio in Breui per Papam commissario in partibus deputato ali-
55 quando committitur sub istis verbis,† Si tibi per diligentem inquisitionem in euidentem cedere vtilitatem constiterit, &c. vel sub istis: Si per diligentem inquisitionem cedere reperieris, &c. per Abb. cons. 41. 1. vol. est sciendum, quod ista est conditio, & quod in conditione ista est posita cognitio
56 euidentis vtilitatis, quæ conditio habet omninò ante adimpleri in formâ specificâ, & ad vnguem, l. Mauius vbi Bar. de condi. & demon. & habent iudices delegati, seu commissarij sese diligenter informare, id est, de omnibus tractare, de omnibus cognoscere, de omnibus inuestigare circa Ecclesiæ
57 interesse, & vtilitatem. Quia non est † diligens inquisitio, tractatus, aut causæ cognitio facta, si de omnibus non sit tractatum, cognitum, discussum, & deliberatum circa ipsius Ecclesiæ vtilitatem, circa omnia, & singula possibilia, per Laur. de Ro-
58 dul. in repe. d. c. sine exceptione. 12. q. 2. q. 9. & 10.† Quia tractatus, id est, causæ cognitio in alienationibus Ecclesiasticis habet esse diligens, cap. 1. & ibi glo. de reb. eccl. non alien. in 6 & subtili inuestigatio-
59 ne vti debent, † quia id importat verbum Diligens, c. quàm graui. c. liceat. de crim. falsi. Corset. in sing. ul. in verb diligens. Clericis enim & Prælatis regu-
60 lariter † est de præcepto vti diligentia circa res Ecclesiæ, ex quorum negligentia commissa circa res Ecclesiæ punitur, Card in Cle. 2. in prin. de relig. dom. & tantò magis eis præcipitur, quando in alienatione sunt facti iudices, vt per Bullam Pauli II. quæ solet in rescriptis super alienationibus Ecclesiasticis, cuius copia est descripta ad finem hu-
61 ius nostri tract.† Verbum autem Constiterit importat, quod constet per instrumentum, vel per testes, Pau. de Cast cons. 297. Alexan. in l. qui Roma §. Augerius. de verb. obl. probatur in ca. cum olim. de verb. sign c. 1. cum gl. de integ. rest. l. fi. C. de reb. credi. Item per sententiam per Ioan de Imo. d. §. Augerius. & ibi
62 etiam notatur de verb. Constitisse.† quod verificatur etiam in futuro, & in præterito verificari non posset. faciunt notata per Dec. in ca. cum speciali. §.
63 porrò de appellat.† Et verbum Reperieris importat causæ cognitionem parte citatâ, per Oldra. cons. 175. Guid. Pap decis. 70. tex. in Cle. 1. de concess. preben. Rota in antiq. decis. 684. nota si ponatur; quæ dicit esse secus, si ponatur verbum Inueneris, quod quidem † verbum non arctat ad citationem partium, 64
præcipuè in negotio modici valoris, eadem Rot. decis. seq. incip. Dominus Petrus, Staphil de grat. & expect. §. citatio. nu. 10. Abb. d. cons. 41. Corn. cons. 181. num. 14. vers. octauò. 2. vol. Brun. cons. 41. nu. 38. Rebuff. in compend. alien. nu. 102. Cur. in l. admonendi. num. 381. ff. de iur. iur.

Facit clausula Vocatis vocandis, seu seruatis seruandis, quæ inesse solet, quæ importat, vt cómissarius non possit extra iudicium procedere, Card. Cle. 1. de offi. del Fel. c. exhibita. de iud. c. dudum. de prasump. c. de catero de re. iud. Clausula tñ super quo tuã conscientiam oneramus, quæ inesse solet in rescriptis huiusmodi operatur, quod negotium expediri, & sententia potest ferri sine citatione, Bal. in l. certum. 2. col. vers. & idem C. vnde legit. & vnde cogn. & in l. 2. vlt. not. C. de fideic. item operatur, quod nó potest appellari vlterius, per gl. in c statutum. §. assessorem. de rescrip. in 6. Bal. in l. 1 vers sed pone. 1. col. C. de reb. cred. Item facit sufficere, quòd iudex audiat, licèt verbis non approbet, Bal. in l. nemo pen. col. C. de sent. Item operatur arbitrio boni viri, Bald in l. voluntatis. vers. item. C. de fideic. Bal. in l. fi. vlt. col. C. de iure dot. Alex. in l. fi. fic. 2. coll. de leg. 1. Debent ergò delegati, vel commissarij huiusmodi esse diligentes, non negligétes in hoc negotio pro Ecclesiâ. Quinimmò si negligentes fuerint, præsumuntur de facili in dolo & fraude;† nam negligentia iudicis 65
est lata culpa, & dolus præsumptus per Bal. in l. mancipia. C. de ser. fug. Et negligentia iudicis † facit eũ 66
puniri tanq. conciũ criminis l. non solum. vbi Bal. C. de comer. & mercat. Et causa benè, & maturè cognitâ, ac discusâ non festinanter, vel strangulatim, aut accelerantem suum assensum, decretum aut sententiam in alienationibus interponere, aut promulgare rei veritate bene habitâ, debent: quia si properè interponant, non tenet contra †Ecclesiam: nã 67
præsumitur, quod per exquisita media, & fraudulenter interponat, vt in contractu minoris, cui Ecclesia æquiparatur, per doct. in c. 1. de in integ. rest.† 68
quia ex breuitate temporis præsumitur, quod causa non cognitâ sit processum, c. cum ex litteris. de in integ. rest. Ancha. cons. 322. cons. 222. cons. 176 Barb. in c. Ecclesia S. Maria. de constit. col 38. & celeritas actus inducit † suspicionem fraudis, text. iuncta gl. in l fi 69
ventri. §. eorum. ff. de priuil. cred vbi Bar. & Bal. in l ea, quam C. de fidei. col. 15. Et si per negligentiam illorum obueniat damnum Ecclesiæ præsumuntur in fraude, quia semper præsumitur fraus, cum constet de damno, Bal.† in l. si tutor. C. de interd. mat. in- 70
ter tut. & pupil † Et tunc fuisse in negligentia pro- 71
bantur, quando omiserunt facere, quod debuerũt & potuerunt, c. vlt de elect. cap. quia diuersitatem. de concess. prab. Bar. in l. tutor. § 1 ff. de admi. tut.† Et cum 72
clausula: Si reperieris, importet códitionem cum causæ cognitione verificandâ, vt dico suprà, debet coram commissarijs verificatio conditionis cóstare, & apparere non perfunctoriè, sed specificè, clarè. & in indiuiduo per veras probationes l. Lucius. vbi no. l. qui hared. l. Mauius. ff. de cód. & demõ Bal. in l. neq. natales nu. 9. vers. & ide dico C. de prob. & in l. bona fidei nu. 8. C. de reb. cred Fely. in c si cóstiterit. nu. 5. de accus. Dec. cons. 481. nu. 28. & in terminis alienationis Eccles. Rui cós. 68. lib. 1. Sed ista forsan esset intelligẽda, quan-

da, quando negotium staret commissum alicui, vt
73 iudici, & iudicialiter procedere habenti; † sed secus, quando stat commissum vti bono viro, vt solet Papa, quando eam super huiusmodi alienationibus & concessionibus delegat; quia tunc delegatus non videtur coarctatus solemnia iudicij seruare, vt per Abb. *d. cons. 41. vers. nam Bonifacius.* vbi habetur, quod Papa Bonifacius primò commisit Episcopo Veronensi, vt se informaret de contentis in supplicatione, & si ea reperiret vera, daret illi Abbati licentiam. Ex quibus verbis, inquit Abbas apparet, quod hoc non fuit mandatum Episcopo vti iudici, seu vt iudicialiter procederet, cum nulla contentio esset cum parte contrariâ, sed tanquã bono viro, vt se extraiudicialiter informaret. Vnde non tenebatur Episcopus comparare super hoc testes, & processum publicare, licet fuisset vtile, si se extraiudicialiter informaret, ex mente Inno. *in c. dudum. de præsump. Subdens Abb.* probatur et ratione: in alienatione rei Ecclesię † necessariò non re-
74 quiritur, quod testes recipiantur per ordinarium, vel quod interponatur decretũ; sed satis est, quod interueniat causę cognitio cum solemnitatum requisitarum interpositione, per Inno. *& gl. in c 1. de reb. eccl. non alie. in 6.*

Item videtur mandatum isto modo vti commissario. ex quo enim ipse Papa posset extraiudicialiter procedere, & se extra iudicium informare, ita & Papæ commissarius, *arg. c. super litteris. de*
75 *rescrip.* † nam ea ratio, quæ mouet delegantem, debet mouere delegatum, vt ibi, & per scriben. *in d. c. dudum*, Et si dat commissarius licentiam alienãdi, vel ex commissione Papæ ipse alienat, est præsumendum, quod diligentem inquisitionem fecerit, & causas veras reperierit; patet enim inquit Abb. ex eo, quòd dedit postmodum licentiam fa-
76 ctis subhastationibus. † nam ex consequenti præsumitur de antecedenti. *l. illud. de acq. hære. c. pruden*
77 *tiam. cap præterea. de offic. deleg.* † Præsumitur enim quisque exercere diligenter officium suum, *cap. ad audientiam. de præscr. c. cum parati. de appell.* & maximè si hoc per commissarium asseritur, prout videmus, quod commissarij faciunt, qui vel alienationem fieri concedentes, vel factam vigore rescripti approbantes asserunt de diligenti perqui-
78 sitione, & informatione per eos factâ, & captâ. † Vnde qui vult dicere causas expressas non fuisse veras, habet hoc probare; cum pręsumatur pro authoritate iudicis postea interueniente, *arg. l. 1. & quod ibi no. Bar. C. de præd. decurio. sine decre. non alie. lib. 10. quod satis sensit Inn. d. c. dudum. si benè ponderetur.* Nec est necesse, quod alius tractatus pręmitta-
79 tur; cum discussio, † quæ mandatur commissario,
80 habeatur loco tractatus; & tantò magis hodie † est in casu alienationis Ecclesiasticæ præsumendum, quod iudex benè officio suo functus sit, quia ad id hodie tenetur sub interminatione pœnarũ grauium incurrendarum, de quibus in Paulina, quæ semper inseritur, vel inseri debet in rescriptis huiusmodi alienationum, & concessionum per viam Bullæ expediri solitis, de qua pono exemplum in fine præsentis laboris. Et pro hac materiâ videto Dec. *cons. 174. 1. vol incip. & pro tenui.*

ADDITIO.

a Suprà in præcedenti *q. nu. 71.* vbi etiam de confirmatione Papæ.
b Vide supra in præced. *q. nu. 58.*
c Rebuff. *hoc tit. pag. 110. nu. 75.*
d Vide infra *q. 25. c. 1. nu. 48.*
e Supra *q. præced. nu. 88.*

SVMMARIVM.

1 *Forma tradita circa solemnitatem alienationis rerũ Ecclesiæ est triplex, alia nempè ciuilis, alia canonica, & alia consuetudinaria, & nu. 54.*
2 *Forma tradita à iure ciuili in Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl. quæ sit.*
3 *Clerico cuicunque, & minus laico non licet alienare res Ecclesiæ.*
4 *Causa licita alienandi est multiplex.*
5 *In alienatione rerum monasterij requiritur consensus diœcesani, in rebus verò parochialis Ecclesiæ non sufficit consensus Episcopi, nisi Rector consentiat.*
6 *Solemnitas in alienandis rebus Ecclesiasticis, an sit attendenda secundum consuetudinem cuiuslibet loci, etiam si sit præter ius.*
7 *Consuetudo potest agere solemnitatem.*
8 *Alienatio rerum Ecclesiæ olim fieri solebat authoritate aliquorum Episcoporum comprouincialium, vel concilij hodie sufficit consensus Episcopi, vt nu. 10.*
9 *Olim matrices Ecclesiæ tantum habebant possessiones & modicas: hodie autem argumentatæ sunt facultates singularum Ecclesiarum, & nu. 30.*
11 *Alienatio rei Ecclesiasticæ Episcopalis facta sine consensu Episcopi, & capituli non valet, nisi sint modicæ, & inutiles possessiones, & nu. 12.*
13 *In alienatione rerum Monasterij debet adesse consensus Episcopi, & Abbatis, ac omnium Fratrum.*
14 *In alienatione rerum Ecclesiæ parochialis debet adesse consensus Episcopi, & presbyterorum.*
15 *Consensus Episcopi requiritur in alienatione rerum cuiuslibet Ecclesiæ, nisi sit priuilegiata.*
16 *Solemnitas tradita in Auth. hoc ius. C. de sacros. ecclesan hodie sit seruanda.*
17 *Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl. fuit incorporata inter Canones, vt esset notus affectus, quem Principes erga Ecclesiam gerebant, non ad hoc, vt efficeretur iuris Canonici, & nu. 41.*
18 *Difficile est seruare solemnitatem Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl.*
19 *Consuetudo non potest adimere solemnitatem traditam in c. si. de exceptione. 12. q. 2. quod notandum esse dicitur nu. 21.*
20 *Consuetudo potest adimere solemnitatem introductam per Auth hoc ius. C. de sacros. eccl.*
21 *Consuetudo posset augere solemnitatem. c. sine exceptione. 12. q. 2.*
22 *Subscriptio eorum, qui sunt de collegio, non potest tolli per consuetudinem.*
23 *Consuetudo non habet necesse tollere solemnitatem Auth. hoc ius. C. de sacros eccl. quia ius ciuile, non potuit introducere solemnitatem rei Ecclesiasticæ, & num. 24.*
25 *Consuetudo contraria c. sine exceptione. 12. q. 2. si sit grauosa Ecclesiæ, non valet.*
26 *Quæ præcedere debeant pro solemnitate. c. sine exceptione. 12. q. 2.*

27 Causa

27 *Causa cognitio si non interueniat, non valet alienatio.*

28 *Causa cognitio, vt magis vna res, quàm alia distrabatur, de necessitate non præmittitur.*

29 *Hodie in alienatione rerum Ecclesiæ non tanta seruatur solemnitas, quanta antiquitus seruabatur.*

31 *Solemnitates, quæ seruari debent in alienatione rerum Ecclesiæ, quæ sint.*

32 *Capitulum debet congregari ad sonum campanellæ, vel aliàs vti moris est.*

33 *Causa iusta potest subesse, non tamen expedit quamlibet rem alienare.*

34 *Consensus capituli, vel clericorum ibidem seruientium requiritur.*

35 *In instrumento alienationis quæ requirantur.*

36 *Solemnitates traditæ in Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl. videlicet, quod contractus fiat in scriptis, de consuetudine non seruatur.*

37 *Scriptura in alienatione rei Ecclesiasticæ non est necessaria, fieri tamen debet ad probandum contractum.*

38 *Scriptura solet in Gallia ab initio adhiberi.*

39 *Subhastatio de iure cano. non requiritur & num. 36.*

40 *Iuramentum ordinatoris iurantis nihil factum fuisse in læsionem diuinæ domus de consuetudine non requiritur.*

42 *Nuncius de consuetudine non mittitur, nec aliæ obseruantur solemnitates per ius in ciuile scripta.*

43 *Consuetudo remittens omnem solemnitatem requisitam in alienatione rei Ecclesiasticæ non valet.*

44 *Consuetudo remittens prædictam solemnitatem dicitur contra priuilegium, & libertatem Ecclesiasticam.*

Hoc tamen duodecim modis restringitur, num. 45.

46 *Consuetudo valet, quòd non obseruentur solemnitates Auth. hoc ius. C. de sacros. eccle Vide tamen, quæ ex mente Bar dicantur nu. 47. & 48.*

49 *Solemnitates Auth. hoc ius C. de sacros. eccle. non sunt necessariæ, quia Ecclesia hoc priuilegium sibi ab Imperatore concessum non acceptauit, sed aliam introducit solemnitatem.*

50 *Solemnitas inducta à consuetudine seruanda est, modò non sit onerosa.*

51 *Consuetudo facit valere contractum cum minori solemnitate celebratum.*

52 *Alienatio rei Ecclesiæ hodie requirit aliam solemnitatem, quàm solemnitatem inductam de iure ciuili.*

53 *Alienatio rei Ecclesiæ, quam formam hodie requirat.*

55 *Solemnitas canonum sufficit, si interueniat tractatus Episcopi, authoritas, & consensus Rectoris.*

57 *Consuetudo, per quam in alienatione rei Ecclesiæ receditur à forma canonica, an valeat.*

58 *Consuetudo disponens super iure personæ non valet.*

59 *Consuetudo disponens super iure causæ pariter non valet.*

60 *Consuetudo disponens super iure solemnitatis an valeat.*

61 *Multa sunt de forma, quæ non sunt approbata de consuetudine.*

62 *Consuetudo, quod sufficiant singulares consensus cũ expressione nominis singulorum, valet.*

63 *Alienatio facta forma non seruata nulla est.*

64 *Forma dat esse rei.*

65 *Alienatio facta à solo Prælato non valet, etiam si pretium sit versum in vtilitatem Ecclesiæ, etiam si hoc habeat consuetudo.*

66 *Alienationem factam fuisse in vtilitatem Ecclesiæ non sufficit, nisi seruetur solemnitas à iure introducta.*

68 *Forma habita à iure ciuili non est necessaria, sed sufficit, quòd seruetur tradita à canone.*

69 *Deceptio in pretio non inducit nullitatem actus.*

70 *Sufficit, quòd Ecclesia non sit decepta in causa primaria.*

71 *Ecclesia subuenitur aduersus deceptionem per restitutionem.*

72 *Consuetudo non potest diminuere solemnitatem inductam in alienationibus rerum Ecclesiæ.*

73 *Solemnitas c. sine exceptione. 12 q. 2. non potest per consuetudinem tolli, sed secus in solemnitate, Auth. hoc ius. C. de sacros. eccle.*

74 *Ecclesia si acceptasset solemnitatem Authen. hoc ius. C. de sacrosan. eccl. non valeret consuetudo in contrarium.*

75 *Consuetudo contra libertatem Ecclesiæ non valet.*

76 *Solemnitates introductæ ab habente potestatem in alienatione rerum Ecclesiæ non possunt consuetudine tolli.*

77 *Consuetudo non est necessaria ad tollendam solemnitatem Auth. hoc ius. C. de sacros eccl. sed satis est, quòd Ecclesia pro se non acceptauit.*

78 *Consuetudo tollit solemnitates inductas per Auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccle. sed secus est in solemnitatibus à iure Canonico inductis.*

79 *Consuetudo ad hoc, vt possit solemnitates diminuere, requirit spatium xxx. ann.*

Immò ex authoris sententia requiritur spatium xl. ann. vt num. 80.

DE SOLEMNITATIBVS, QVAE interueniunt in alienationibus Ecclesiasticis.

QVAESTIO. XXIV.

SVperius de causis exposuimus, nunc conueniens esse videtur, vt verba faciamus, quæ forma, & quales solemnitates interueniant in alienationibus rerum Ecclesiæ. a Nam secundum a Bal. *in Authen. hoc ius. C. de sacrosanct. eccle. vers. circa primum.* forma tradita † est triplex; ciuilis, cano- 1
nica, & consuetudinaria. nam ciuilis traditur *in d. Auth. hoc ius. & canonica in c. dudum. hoc tit. li. 6.* consuetudinaria, *vt per Bald. ibi. Et multa sunt solemnitates, quæ numerantur in d. Auth hoc ius. C. de sacros. eccl.* Vt videlicet res † immobiles primò speciali- 2
ter dentur pignori, quarum fructus creditor sibi computet tam in sorte, quàm in vsuris, vsque ad quartam centesimæ; quod si nolit creditor accipere, tunc ordinator domus apud eum, à quo ordinatur, habitis absque dispendio gestis, iurat maiori parte ibidem seruientium consentiente, &

debitum extare, nec ex mobilibus solui posse. Quo facto per 20. dies rem Ecclesiæ esse venalem publicè fit notum, vt plus offerenti detur pretio modis omnibus pro debito dando; aliter enim res emptori non conceditur; & hoc inscribatur, nihil in ea re esse factum ad diuinæ domus læsionem. Emptore verò non inuento res æstimata districtè creditori detur insolutum, addita in pretio vniuersæ æstimationis decimâ parte, accedente consensu ordinatoris, & maioris partis ibidem seruientium, & res sit mediocris, & creditor sit ille, qui probet illud, quod credidit in vtilitatem diuinæ domus conuersum esse, vt *in text. d. Auth.* Et solemnitatem hanc esse seruandam in venditionibus rerum Ecclesiæ dicit Host. *in c. nulli. extra de reb. eccl. alie. vel non. in princ.* secundum vnam opi-
3 nionem; † vbi dicit, quod non licèt alicui clerico maiori, medio, vel minimo, & multo minus laico alienare res Ecclesiæ, nisi ex causâ, & solemnitate
4 debitâ seruatâ. † Et causa licita alienandi est multiplex, puta, necessitatis, pietatis, vtilitatis, æquitatis, & incommoditatis, item damni euitatione, & in reb. quæ seruando seruari non possunt. Sed in venditione illa solemnitas seruanda est, de quâ
5 habetur *10. q. 2. hoc ius*, † & in rebus monasteriorum requiritur consensus diœcesani. In rebus verò parochialis Ecclesiæ non sufficit consensus Episcopi, nisi & Rector consentiat. subdens: Et quamuis Goffr. cui & D. N. consentit, notet,
6 † quod solemnitas est attendenda secundum consuetudinem cuiuslibet loci, etsi sit præter ius, secundum D. N. in hoc tamen eis non consentimus, quia euidenter reprobatur, vbi Io. And. secundũ Host. vel quia solemnitates illæ non vbique seruantur, dicam, sufficere solemnitatem secundum loci consuetudinem approbatam, Goffre. Hoc videtur placere Ala. Inno. verò dicit, sufficere solemnitatem, quæ in illa Ecclesia pro consuetudine introductâ est, etsi sit præter ius, dummodò nõ sit aliàs grauis Ecclesiæ. Subdens, Hostien. autem huic dicto contradicit, & dicit illud apertè reprobari *in c. 1. li. 6. per quod capitulum, & per Decretal. cum causam, & Decretal. primam de consuet.* non credo solemnitatem iuris sic sine exceptione in rerum Ecclesiasticarum alienationibus tolli posse. in solemnitatibus autem Authen. *hoc ius. pos-*
7 *set intelligi prima opinio:* † puto tamen, quod consuetudo non posset augere, vel addere solemnitatem, &c. Idem tenet & sequitur Card. *Zaba. ibidem.* Et dicit Io. de Tur. Crem. *in summa. 12. q. 2. vers. quan-*
8 *tum est de forma.* † quod olim solebat fieri alienatio rerum Ecclesiæ cum consensu, & authoritate aliquorum Episcoporum comprouincialium, vel totius concilij, qui de causa cognoscebant, & subscribebant, *10. q. 2. c. casellas. in fi. & c. nullus. il. 2. 17. q. 4. in gl. in summa. 12. q. 2.* ibi: Et olim quidem duo de vicinis Episcopis intererant, & de causa alienationis cognoscebant, & subscribebant, &c.
9 Et hoc olim obtinuit, † quando tantum matrices Ecclesiæ habebant possessiones, & modicas: nunc autem quia in tantum sunt augumentatæ facultates Ecclesiæ, vt singulis suæ Ecclesiæ cura sit satis onerosa, sufficit Episcopi, & clericorum illius Ecclesiæ, siue capituli tractatus, & consensus, & subscripto *12. q. 2. alienationes. & c. sine exceptione. facit text. cum ibi gl. in d. c. nullus. il. 2. 17. q. 4. vbi gl. dicit:* Istud hodie non requiritur, † quia hodie sufficit consensus Episcopi, & capituli. Idem 10
glo. in c. ea. n. 10 q. 2. in gl. duos. ibi: Hodiè sufficit solus consensus Episcopi cũ canonicis Et quod sufficiat in alienatione rei Episcopi, vt Episcopus cũ canonicis alienet, dicit Laur. de Rodul. *in repe. d. c. sine exceptione. 4. q. Subdẽs Io. de Tur. Crem.* † In alie- 11
natione ergo rerũ ecclesiæ Episcopalis, debet esse cõsensus Episcopi, & capituli, aliàs alienatio nõ valet, † nisi sint modicæ, & inutiles possessiones, quæ 12
citra hãc formã possint ab Episcopo alienari. *c. terrulas. 12. q. 2.* In rebus monasterij † debet adesse cõ- 13
sensus Episcopi, & Abbatis, & omniũ Fratrũ, aliàs non tenet alienatio *c. Abbatib. 12. q. 2. & c. in venditionib. 17. q. 4.* excipiuntur Monasteria priuilegiata, quæ non subsunt Episcopo. † Similiter & in paro- 14
chialibus ecclesijs debet adesse cõsensus Episcopi, & presbyterorum, siue clericorum illarum ecclesiarum; nam ibi nec clerici possunt alienare sine consensu Episcopi, vt *d. c. Abbatib. & ca placuit.* Nec Episcopus sine ipsis. *12. q. 2. si quis Episcopus.* † er- 15
go in alienatione hodie rerum ecclesiæ cuiuslibet requiritur consensus Episcopi, nisi ecclesia sit priuilegiata, & alias, vt ibi per eũ. † Sed non videtur, 16
quod hodie sit seruãda solẽnitas *d. Auth. in alienationib. Ecclesiastici*; quia id dicit *glo. in d. c. nulli. de reb. eccl. alie. vel nõ. in verb. alienare. ibi*; Hodie nõ seruatur. *infra eod. c. dudũ & c. melior. gl. in c. dudũ praallegato, in verb. tractatus. hoc tit. in 6.* quæ dicit, q in alienationib. rerũ ecclesiæ, dũmodo seruetur forma. *c. sine exceptionẽ. 12. q. 2.* sufficit; quia solemnitas Authen. *hoc ius. C. de sacros. eccl.* non est necessaria. ibi; Sed quærit hic Bernardus, nunquid solemnitas Authenticæ hoc ius porrectum. in alienatione rerum ecclesiæ locum habeat? & dicit Bernardus, quod non de necessitate, dummodo seruetur forma. *12 q. 2. cap. sine. Bal. Bar. & alij d. Auth. hoc ius.* Nec obstat, quod *d. Auth.* sit incorporata inter canones, quia alij canones de ea mentionem non faciunt, & fuit posita *d. Auth.* inter canones, vt affectus, quem Principes gerebant erga ecclesiam, sciretur, & esset notus; sed tanta solemnitas in desuetudinem per vsum contrarium abijt *4. dist. §. leges, & c. Idem tenet Abb. in d. c. nulli. nu. 6 vers. ad secundum, vbi dicit; In quantum glo. dicit obseruandam fore solemnitatem Auth. hoc ius porrectum. dicit Goffr.* † quod diffi- 17
cile est seruare illam solemnitatem secundum consuetudinem introductam, & secundum aliquos refert Inn. satis esset obseruare consuetudinem illius ecclesiæ, de cuius rei alienatione agitur. hoc tamen non placet Host. nam dicit esse contra *c. 1. infra eodem lib. 6. Ioan. And.* † *dicit*; se cre- 18
dere, quod consuetudo nõ possit adimere solemnitatem. *cap. sine exceptione. 12. q. 2.* Idem dicit Cald. *cons. 3. de his, quasi à Prala. sine consensu capituli, per c. cum causam, de re iudic. & c. 1. de consue.* † sed benè 19
potest adimere solemnitatem introductam per *Authen. hoc ius porrectum.* & in hoc posset procedere prima opinio. † Idem dicit, quod consuetudo 20
posset augere solemnitatem introductam. *d. c. sine exceptione.* & cum hac opinione. Io. And. transeunt * communiter scribentes. Et nota istud di- *
ctum,

21 ctum, quod † conſuetudo non valet contra ſo-
lemnitatem, *c. ſine exceptione.* & quia loquitur in-
22 diſtinctè poteſt inferri, † quod ſubſcriptio eorum,
qui ſunt de collegio non poteſt tolli per conſue-
tudinem, quam ponit in *d. c. ſine exceptione.* Item
dum dicit de ſolemnitate *Auth. hoc ius.* dic melius,
23 † quod non eſt neceſſaria conſuetudo ad illam
tollendam, quia ius ciuile non potuit introduce-
re ſolemnitatem rei Eccleſiaſticæ; quia prouiſum
eſt per ius Canonicum; ita vult Innocen. *in c. 1. de*
reb. eccl. non alie. lib. 6. & ibi ſequitur Ioann. And. in no-
uella. quia dicit idem Abb. in conſ. 41. incip. videndum eſt
24 *in effectu. col. 3. ſub num. 3. verſ. item ius ciuile.* † quòd
ius ciuile non potuit hæc prohibere; vnde ſatis
eſt, quod per canones non reperitur prohibitum,
cùm enim ius Canonicum certam formam tradi-
derit in alienatione rei Eccleſiæ, non eſt curan-
dũ, quod ſtatuat ius ciuile, vt no. Inno. *& gl. in d. c.*
25 *1. de reb. eccl. non alie. lib. 6.* † Ideo concludo, quòd ſi
conſuetudo contraria *c. ſine exceptione.* ſit grauoſa
eccleſiæ, non tenet, *vt in c. 1. de conſue. & in d. c. cum*
cauſam. ſufficit ergo illam ſolemnitatem obſerua-
26 re. debet ergò † præcedere tractatus; item debet
interuenire authoritas ſuperioris, conſenſus ca-
pituli, & ſubſcriptio clericorum. Nec requiritur
27 decretum iudicis, ſed ſufficit cauſæ cognitio, † et-
ſi non interueniret alienatio; nam adhoc requi-
ritur tractatus, ita dicit Inno. in *c. vnico ſupra. ti. 1. in*
28 *ſi. Fede. de Sen. conſ. 237.* † Non tamen de neceſſitate
requiritur, vt præmittatur cauſæ cognitio, vtrum
expediat magis alienare vnam rem, quam aliam;
ita notabiliter dicit ipſe *conſil. 243.* ſatis enim eſt,
quod ſubeſt cauſa alienandi, & quod ſuper legiti-
mitate cauſæ præceſſit cognitio, & ſic ſeruatâ for-
mâ *c. ſine exceptione*, vel aliâ ſolemnitate inductâ
29 per conſuetudinem pro modo prædicto. † Et ho-
die in alienatione rerum Eccleſiæ non tanta ſer-
uatur ſolemnitas, quanta antiquitus ſeruabatur;
quia antiquitus res Eccleſiæ erãt tenues, & magis
cuſtodiebantur, hodie autem ſunt ampliſſimæ,
meritò, &c. per *glo. in c. videntes 12. q. 1. in glo. 1. quæ*
30 *dicit*; quod per illum text. poteſt dici, † quod tan-
tum matrices Eccleſiæ olim habuerunt prædia, &
poſſeſsiones. vnde videtur, quòd illa ſolemnitas,
quæ in alienatione rerum Eccleſiæ ſeruari præci-
pitur. *10. q. 2. caſellas.* alias hoc ius. tantum de matri-
cibus Eccleſijs intelligitur. cum enim olim Eccle-
ſiæ erant tenues, maior erat inquiſitio adhibenda
in alienatione, ſed cum hodie augumentatæ ſint
poſſeſſiones Eccleſiæ, ſufficit conſenſus capituli
Eccleſiæ ad alienationem faciendam, &c. quam
glo. ſequitur Archid. ibi. Idem ſentit Rebuff. in
31 *præalleg. compen. alien. rerum eccl.* † vbi enumerat o-
mnes ſolemnitates, quæ ſeruari habẽt in alienati-
one rerum Eccleſiæ, quia, inquit in primis requi-
ritur, quod adſit cauſa, videlicet, neceſſitatis: pie-
tatis, vtilitatis, &c. Secundo loco requiritur tra-
32 ctatus capituli, quia capitulum debet † congrega-
ri ad ſonum campanæ, vel alias (vti moris eſt) &
cum omnes ſimul conuenerint, debet Prior, vel
antiquior proponere. *l. 2. C. de decurio.* & petere
ſuffragia à quolibet ſuper hac re alienanda, vel
33 non, vel ſuper quã: poſſet enim eſſe, † quòd iuſta
cauſa ſubeſt, tamen non expedit quamlibet rem
alienare *l. magis puto §. in primo. ff. de reb. eorum. Fe-*
deric. conſ. 1. 42. incip. Domini. col. 2. Tertiò loco † re- 34
quiritur conſenſus capituli, vel clericorum ibidẽ
ſeruientium, vt cap. ſine exceptione. & *c. hoc ius.*
† Quartò, in tali actu faciendo, & ſic in inſtrumẽ- 35
to alienationis requiritur, quòd exprimantur
nomina ſingulorum. Quintò requiritur ſubſcri-
ptio canonicorum. Sextò exigitur & authoritas,
ſiue licentia Epiſcopi. *c. ſine exceptione. & Auth. hoc*
ius Subdens Rebuff. ibidem. † Nec etiam de conſuetu- 36
dine ſeruantur ſolemnitates traditæ in *d. Auth. hoc*
ius. videlicet, quòd contractus fiat in ſcriptis. teſte
Peruſino *in c. 1. eo. ti. li. 6.* † Nec ab initio ſcriptura 37
eſt neceſſaria, tamen ad probandum factum con-
tractũ oportet, quod fiat, per Bal. *in Auth. hoc ius col.*
4. Rota deciſ. 135. nota, quòd vbi. in antiquis. † & in Gal- 38
lia ſolent in his alienationibus ſcripturam adhi-
bere ab initio. † Item non requiritur ſubhaſtatio, 39
cum de Iure Canonico non reperiatur cautum, &
conſuetudo non admiſit has iuris Ciuilis ſolem-
nitates, *c. 1. de his, quaſi à Prel.* nec etiam de conſue-
tudine iuramentum † ordinatoris requiritur iu- 40
rantis, nihil eſſe factum in læſionem diuinæ do-
mus, Inno. *in ca. 1. eod. titu. Vel.* † quòd nuncius mit- 41
tatur, qui referat, *vt in l. magis puto ff. reb. eor. ſeu* a-
liæ ſolemnitates per ius ciuile ſcriptæ. Nec obſtat,
† quòd tex. *d. Authen. hoc ius.* ſit ſcriptum in libro 42
Decretorum; quia id fuit factum ad oſtendendũ
affectionem, quam Principes ſæculares habebant
aduerſus Eccleſiam, vt per glo. *in c. 1. de reb. eccle.*
non alie. li. 6. Guido Pap. q. 149. Non valeret † tamen 43
conſuetudo remittens omnem ſolemnitatem re-
quiſitam in alienationem bonorum eccleſiæ; quia
per illam induceretur grauamen rebus Eccleſiæ,
per Abb. & alios *in c. 1. per illum tex. de conſue. & d.*
c. nulli. de reb. eccle. alie. vel non per Alexan. conſ. 5. in-
cip. ſi vera ſunt, col. pen. nu. 20. 5. vol. † Et illa conſue- 44
tudo dicitur contra priuilegium, & libertatem ec-
cleſiaſticam, per Abb. & alios in *c. cum cauſa. de re*
iud. quod duodecim † modis reſtringit Alber. 45
Brunus *in tract. de forma, & ſolemnitate actus. rub.*
quis poßit dare, & tollere formam verſ. ſucceſſiuè. &
per Fely. d. c. cum cauſa. Item dicit glo. in Auth. hoc ius.
C. de ſacroſan. eccl. quod † ſi conſuetudo ſit in con- 46
trarium, quòd nõ ſeruentur ſolemnitates. *d. Auth.*
iſta conſuetudo valet, & habet ſeruari. Idem tenet
glo. *in l. de quibus circa ſi. & l. ſeq. ff. de leg.* Sed † inquit 47
Bar. in d. Auth. hoc ius. verſ. quærit. gl. Ego puto, quòd
non valet conſuetudo, quæ eſt contra libertatem
eccleſiæ, vt dixi ſupra in *Authen. caſſa.* † nam cum 48
hoc ſit conceſſum Eccleſijs in priuilegium, vt non
poſſit alienari ſine hac ſolemnitate, conſuetudo,
quæ eſſet contra hoc priuilegium, eſſet con-
tra libertatem Eccleſiæ. fateor tamen † quod 49
ſolemnitas iſtius *Authen.* non eſt neceſſaria in
alienatione rerum Eccleſiæ; quia eccleſia iſtud
priuilegium ſibi conceſſum non acceptauit, ſed
ſtatuit aliam ſolemnitatem in alienatione rerum
Eccleſiæ, quæ ponitur in *c. ſine exceptione. 12. q. 2. &*
c. 1. vbi gl. de reb. eccl. non alie. lib. 6. Et dicit Card. *in d.*
Clem. 1. verſ. 21. ſecundum Paul. quòd in alienationi-
bus ſufficit † ſeruare ſolemnitatem inductam à 50
conſuetudine, modo non ſit conſuetudo onero-
ſa; quia non valet, & eſt reputata onéroſa, cùm
euita-

cuitatur solemnitas; vt si inducitur, quòd solus Prælatus alienet, vel cum vno, vel cum duobus de capitulo, omisso tractatu, vel sine licentiâ superioris, vt ibi per eum. Faciunt dicta Ioan. Bertach. *de Firmo in tract. de Epis. 4. par. inci. superest. q. 36. n. 108.*
51 ibi: Item intellige,† nisi consuetudo aliter se habeat, quæ facit valere contractum alienationis rei Ecclesiæ cum minori solemnitate, quam à iure sit introducta, secundum Inno. *in c. statuimus. de transact. Arch. & Doct. post glo. in c. 1. de reb. eccl. non alie. in 6. per Inno. in c. cum causa. de re iud. per glo. in Cle. si. de reb. eccle. non alie. not. in c. ea noscitur. de his, quæ fi. à Prela. & in c. 3. de consuetu. & quod per Pau. de Cast. in l. diuturna. ff. de legi. Subdens Bertach. ibidem, numer. 109.* Prædictis adde, quòd hodie de Iure Canoni-
52 co alienatio rei † Ecclesiæ requirit aliam solemnitatem, quàm solemnitatem inductam de Iure
53 ciuili, per *Auth. hoc ius. C. sacrosanct. eccle.* † cum requiratur hodie forma tradita *in c. fine exceptione. 12. q. 2. & in c. 1. cum glo. de reg. iur. li. 6. & per Barto in d. Auth. hoc ius.* Et in hac materia vide doctrinam Bald. *in d. Auth. hoc ius. C. de sacrosan. eccle. col. 2. vers.*
54 *circa primum. vbi dicit:* Circa primum † considera triplicem formam; vna est forma ciuilis, quæ traditur in Auth. alia est forma canonica, quæ traditur *in c. dudum, de reb. eccl. non alien. lib. 6.* alia potest dici forma consuetudinaria. Nam solemnitas huius Authen. non est per canones approbata, sed
55 sufficit † secundum canones tractatus Episcopalis, authoritas, & consensus Rectoris illius Ecclesiæ, cuius res venditur; & si Ecclesia est collegiata requiritur consensus collegij, vt not. *in d. c. dudum*, & si res Ecclesiæ venditur sine subhastationi-
56 bus,† licet de Iure ciuili non teneat, de Iure Canonico tamen tenet, & valet: quia de Iure Canonico non est necessaria aliqua subhastatio, quia nõ est aliqua Decretalis, quæ dicat, quòd subhastatio sit necessaria, quòd est not. Et posita quæstione, vtrũ
57 † valeat consuetudo, per quam in alienatione rei Ecclesiæ receditur à formâ canonicâ; dic, quòd non, loquendo de consuetudine laicorum; quia ista consuetudo non valet; sed de consuetudine actiuâ ipsarum Ecclesiarum, quibus consuetudo permittit vltra ius commune, inquit, gl. hic dicit, quòd valet ista consuetudo; idem dicit Ant. *in Sũma.* ad hoc facit, quod no. *in gl. in d. c. dudum, in verb. tractatus. Contrarium videtur tenere Inno. in c. cum causa, de re iud.* Breuiter inquit, ista dico, quòd aut
58 consuetudo † disponit super iure personæ, puta, quòd posset Prælatus irrequisito capitulo alienare, & talis consuetudo non valet, vt *d. c. cum causa.*
59 Aut disponit consuetudo super iure causæ, † putà, pro quacunque leui causâ possit alienare, & donare, & similiter respondetur, quòd non valet; argum. *l. prohibere. §. planè. quòd vi, aut clam;* Aut di-
60 sponit super iure solemnitatis,† vel formæ, & tũc refert, aut omissio formæ potest esse damnosa ecclesiæ, puta, omissio tractatus, non valet, *vt d. c. cum causa. in ratione sui.* Aut omissio formæ non est dã-
61 nosa ecclesiæ,† & tunc potest. Vnde multa sunt de formâ, quæ non sunt approbata de consuetudine
62 vt no. *in d. c. dudũ.* Vnde si cõsuetudo habet,† quod sufficiat singularis consensus cum expressione nominis singulorum, vt not. Arch. *in c. fine exceptio-ne. in verb. fine meliora prospiciat;* ita quòd Ecclesiæ per hoc non accrescit, nec decrescit aliquid, valet, dicit Bal. ista consuetudo, vt ibi per eum. Et pro hac materia consuetudinis vide glo *in ru. quæ sit lõga consuetudo. in glo. 2. in fi. & ibi Bal. & Paul. de Cast. in l. etiam, in prin. ff. sol. matr. Bald. in c. 1. in princ. in fi. 1. col. qui feu. dar. poss. per Anto de Butr. in d. c. nulli, de reb. eccle. alie. & in d. c. ea noscitur, & ibi per Doct. in c. quanto extra de his, quæ fi. à Prela. sine consensu cap. apostill. ad Bald. in Auth. si qua mulier, C. de sacrosan. eccle.*† Et concludo, inquit Abb. *in d. c. nulli, num. 7.* 63
quòd nisi alienatio fiat seruatâ illa formâ, & in casu à iure concesso, est nulla. de defectu formæ est clarum; nam illa semper inducit nullitatem actus:
† quia forma dat esse rei, probatur in *ca. tua. de his* 64
quæ fi. à Prela. & d. c. fine exceptione, idem Abb etiam in d. c. cum causa ext. de senten. & re iud. in fi. contra vbi gloss. ibidem tenet; † quòd non valet venditio rei 65
Ecclesiæ facta à solo Prælato, etiam si probetur pretium versum in vtilitatem Ecclesiæ, etiam si hoc habeat consuetudo: † quia non sufficit 66
rem alienari in casu licito, nisi etiam seruetur solemnitas à iure introducta, *c. fine exceptione, &c.*

Et vide in hac materia, quæ scribit idemmet Abb. *in c. 1. ext. de in inte. rest. col. fi. nu. 17 vers. in glo. pen. ibi;* Ex qua collige, quòd ad hoc, vt teneat alienatio rerum Ecclesiæ, opus est, quòd fiat in casu licito. † Et quatuor sunt generaliter casus liciti, 67
per glo. *12. q. 2. in summa.* Item oportet, quòd seruetur forma tradita in alienatione; puta, quòd præcedat tractatus, & authoritas interueniat Episcopi, & prout traditur. *12. q. 2. c. fine exceptio.* in eo tamen, quod *glo. allegat. 10. quæstio. 2.* hoc ius porrectum. dic, quod forma tradita in illa *Authen*,† non 68
est necessario seruanda, sed satis est seruare formam à canone traditam de quo vide bonam glo. *in Cle. 1. de reb. eccle. non alie.* † *& ibi per Inno.* Dece- 69
ptio autem in pretio non inducit nullitatem contractus, vt hic habes tex. apertum: satis enim est, quod Ecclesia non sit decepta in causa primariâ
† suadente alienatione aduersus † istam deceptio- 70
nem, quæ venit extrinsecè, & accidentaliter sub- 71
uenitur ecclesiæ per restitutionem in integrum. Et vide per eundem Abb. *in d. c. cum causa ext. de sen. & re iudic. col. fi. sub num. 15. vbi dicit;* † quod con- 72
suetudo non potest diminuere solemnitatem inductam in alienationibus rerum ecclesiæ; & idem, inquit, sentit hic Io. And. dicens eam non valere, quia grauamen Ecclesijs inducit, *c. 1. de consuetu. per Io. And. in c. nulli. de reb. eccle. alien.* vbi dicit,
† quod solemnitas *c. fine exceptione. 12. q. 2.* non po- 73
test per consuetudinem tolli. facit, quod no. *in cap. 1. de reb. eccle. non alie. lib. 6.* subdens, & dico tex. esse hic iunctâ glo. sed solemnitas *Authen. hoc ius* Sic idem dicit, quod solemnitates *c. fine exceptione.* potest consuetudo addere, diminuere autem non. facit, quod no. *in c. quod super his. de consan. & affinit.* & secundum prædicta potest intelligi, quod not. glo. *fi. in dicta Auth. hoc ius* vbi dicit valere consuetudinem, vt non seruetur solemnitas illius Auth. idem tenet *in l. de quib. ff. de legi.* & dicit Bart. *in d. Auth. hoc ius* † quod si Ecclesia acce- 74
prasset pro se solemnitates illius Authen. quæ est ca-

est canonizata *10.q.2.hoc ius porrectum.* non valeret
consuetudo in contrarium; quia esset contra li-
bertatem Ecclesiasticam, cum hoc sit concessum
ecclesiæ in priuilegium, vt non possit fieri aliena-
tio sine illã solemnitate, & consuetudo contrà li-
75 bertatem ecclesiæ non valet, *Auth. cassa. C. de sacros.
eccl. c. noluerit. de sen. exc. & c. grauem.* Sed ecclesia nõ
acceptauit illud priuilegium, sed induxit aliam
solemnitatem, de qua in *d. c. sine exceptione.* ideò
nõ est necessaria illius Auth. solemnitas, *alleg. not.
in d. c. 1.* & dicit, quod ibi hoc tenet Inn. & gl. Et
nota diligenter dicta Bar. & rationem, ex qua in-
76 fertur, quod solemnitas † iuridicè introducta ab
habente potestatem in alienatione rerum Eccle-
77 siæ non potest consuetudine tolli. † Item quod nõ
est necessaria consuetudo ad tollendam solemni-
tatem illius Auth. sed satis est, quod Ecclesia non
acceptauit pro se; posset ergo induci consuetudo,
vt illa solemnitas seruaretur: & sic limito illud di-
ctũ Io. And. *in d. c. nulli. & c. & ibi per d. Abb. vbi apo-
78 stilla dicit,* quod solemnitates inductas in alienati-
onibus rerum ecclesiæ per *Auth. hoc ius porrectum.*
consuetudo potest tollere, & diminuere; sed solẽ-
nitates inductas per *c. sine exceptione. 12. q. 2.* non
potest consuetudo etiam clericorum tollere, &
ista est veritas, & ita * communiter concludunt
Canonistæ post Io. And. in *d. c. nulli firmat Imo. in c.
1. 7. colum. de his, quæ fiu. à Prælat. sine consen. cap.* & li-
mita, vt ibi per eũ. & sic esset consulendũ. & con-
suetudines, quæ in multis locis aliter seruãt, nihil
valent, de quo etiã vide latè per Bal. *in rub. C. quæ
79 sit longa consue. circa fi.* quod posito, quod tales † so
lemnitates possint per cõsuetudinem diminui,
requiritur in tali consuetudine spatium 30. anno.
& non sufficeret consuetudo longa 10. ann. puto,
80 † quod debuerit dicere 40. annor. & sic præscrip-
ta, quia de iure Canonico requiritur, quod con-
suetudo sit inducta 40. annis super alienatione re-
rum Ecclesiæ, per ea, quæ debent Gemi. Franc.
quod alij *in c. fi. de consuetu. in 6.*

¶ Vnde per allegatos Doctores, & per gl. *in c. 1. de
consuetu. & c. quæ in Ecclesiarum. de constit. & per gl.
d. c. cum causa. de sen. & re iud.* firmatur regula,
quod consuetudo non potest diminuire solem-
nitates requisitas à Canone in alienatione re-
rum Ecclesiasticarum. pro quo etiam Pa. de Cas.
*in l. etiam. in prin. sol. mat. & in dicta Auth. hoc ius. Bal.
c. 1. col. 1. qui feu. dar. pos. Abb. c. cum in officijs. de test.
Fed. de Sen. consi. 45. 2. par.* Sed prædicta regula vi-
detur multipliciter limitari, & restringi posse, vt
per Doctores tam Ciuilistas, quam Canonistas.

¶ Nam primo loco fallit, nisi consuetudo sit du-
rata per tantum tempus, cuius non sit memoria in
contrarium, per verba *Car. in Clem. 2. 4. colu. vers.
octauò quæro. de reb. eccle. non alien.* quia tantum
tempus tollit iuris resistentiam, *c. 1. de præscri. in 6.*
& per tantum spatium præsumitur Papa scire, aut
per diligentiam suam, aut per viam appellationis
alicuius aditus, aut alijs varijs causis certioratus,
nisi tamen consuetudo esset à iure reprobata, per
d. Car. ibi ad finem.

¶ Secundò fallit, si sit consuetudo, quod Præla-
tus anterior possit sine consensu capituli aliena-
re; quia talis consuetudo valet, dicit Lap. *12. q. 2.
Abbatibus. & Hugo. 17. q. 4. in venditionibus sequitur
Cald. cons. vlt. de consuetu. Innoc. in d. c. nulli. de reb. ec-
cle. alien.* dum dicit fiendam alienationem in ec-
clesiã inferiori iuxta consuetudinem, dummodo
non sit consuetudo grauis Ecclesiæ. Sed ista opi-
nio est reprobata per Hosti. *in d. c. nulli. & in Sum-
ma eo. tit. §. 3. versic. in rebus monasteriorum. per Archid.
in d. c. in venditionibus.* quia non adhibere talem
consensum posset esse grauamen Ecclesiæ. idem
tenet Archid. *in c. nemini in verb. monasterio. 16. q. 7.*
dum se remittit ad dicta in *d. c. in venditionibus.*

¶ Tertiò fallit, si consuetudo approbet contra-
ctum non solemnem, cuius pretium sit versum in
Ecclesiæ vtilitatem, per glo. *in d. c. cum causa. de re
iud. sed Abb. ibi contrà;* quia alienatio habet fieri in
casu licito, & cum solemnitate, aliàs non tenet;
Fely. *c. quæ in ecclesiarum. de constitu. 2. not. vbi abun-
dè. Domini de Rota. de reb. eccles. in antiq. decis. 11.*

§ Quartò fallit, existente dubio inter Doctores
super certã solemnitate adhibendã; quia si consue-
tudo sit pro vnã opinione, illa præualet, & ei est
standum, per Imol. *c. 1. de his, quæ fi. à Præla. 7. col. vers.
vnde videtur. c. cum dilectus de consu.*

§ Quintò fallit, si consuetudo sit additiua solẽ-
nitatis, non diminutiua, quia tunc bene valet;
Saly. *in d. Authen. hoc ius C. de sacros. per Abb. Imolam,
Io. And. & Bal. in d. c. nulli. de reb. eccl.* Sed ista non vi-
detur limitatio ad regulam suprà firmatam.

§ Sextò fallit, nisi consuetudo diminuat leuem
solemnitatem; putà, est solemnitas, quod capitu-
lares exprimant consensum suum per actum sub-
scriptionis, quia huic solemnitati, vt leui bene
potest consuetudo derogare, per Io. de Imo. *in d.
c. 1. vers. si autem res. de his, quæ fi. à Præla.* Sed de hac
fallentia multum potest dubitari, quia in *d. c. sine
exceptione. 12. q. 2.* vbi datur forma solemnitatem
in alienationibus, est clausula decreti irritantis,
ibi; Aliàs irrita sit alienatio. quia cum lex dat so-
lemnitatem actui, solemnitas etiam leuis omissa
vitiat, Ro. *cons. 402 in proposita. Bald. Imola, & Castr.
in l. 1. ff. de lib. & posth.*

§ Septimò fallit, quando Episcopus alienat de
consuetudine pro reparatione, aut susten-
tatione alicuius Ecclesiæ, etiam non requisi-
to capitulo, quia valet talis consuetudo; per
Butr. *in d. c. ea noscitur. vers. sed quæro de his, quæ fi. à
Præla.* quia si adsit legitima causa, aut necessitas,
quæ impellat, valet consuetudo, vt per Butr. ibi-
dem. Sed Imola ibi tenet cõtrarium, quod vbi res
vnius Ecclesiæ conceditur alteri Ecclesiæ, debet
interuenire causa, & solemnitas, quamuis consue-
tudine contrariã non obstante.

§ Octauò fallit, quando consuetudo versaretur
ad faciendum dignosci, an quid de reb. Ecclesiæ
esset alienabile nec ne, & ad faciendum aliquam
rem alienabilem, quæ non esset, puta in dignoscẽ-
do, an aliqua res esset solita, vel non solita infeu-
dari, & emphyteuticari, quia virtus consuetudi-
nis facit illam alienabilem; *c. 2. de feud.* dummodo
sit consuetudo 40. anno. per *Bal. in l. de quibus. s 8.
col. vers. quæro ergò, quantum tempus. ff. de legi.* sed
quia facere quid alienabile in Ecclesiã, quod non
esset, videtur esse in damnum, & præiudicium ec-
clesiæ, & contra formam iuris statuentis res Ec-
cle-

clesiæ cum causâ, & solẽnitate alienari, de quâ in *d.c sine exceptione. 12.q.2.ideo de hac fallentia*, & de hac consuetudine valde posse dubitari puto; quia contra Ecclesiam, & in damnum illius non videtur admittenda consuetudo.

¶ Nonò, valet consuetudo, quæ disponit super modo seruandarum solemnitatum, etiam si per eandem alteretur modus illas seruandi à iure traditus, per Bal *in d. Auth. hoc ius. 4. col.* vbi dat exemplum de præstando consensu qui cum regulariter habeat præstari collegi aliter, consuetudo de præstando illo singulariter per singulos seorsum, non in collegio, valet. Sed credo, quod consuetudo in dicto casu nõ sit tollerabilis propter grauamen, quod ob tales sic extortos consensus posset inferri; quia per talem actum videtur sublata in præstante libertas, & maturitas circa consensum, quæ adhibetur, quando collegialiter, & ita in præiudicium, & damnum Ecclesiæ.

¶ Decimò fallit, quando in alienationibus faciendis consuetudo curiæ Episcopalis præscripsisset certum ordinem interponendi decretum in alienationibus, per Bald. *in l. fi. §. necessitatem. vers. tu considera. C. de bon. quæ lib.* in tantum quod idem Bal dicit *in l. quacunque eo. tit.* ꝙ decretũ Episcopi super alienatione factum non seruatâ formâ consuetudinis, aut statutorum Ecclesiæ, præsumitur esse obreptitium, & successor potest illud infringere. Sed id videtur verum, si dicta consuetudo sit additiua, non diminutiua iuris communis, vt dico suprà in quintâ fallentiâ; quia si sit diminutiua, cum sit onerosa, non debet valere.

¶ Vndecimò fallit, si adsit consuetudo, quod Prælatus solus sine capitulo infeudet res solitas infeudari reuersas, quæ valet, si bona sint, in quibus Prælatus habet administrationem diuisam à capitulo, per Cald. *consi. vlt. de consuetud. Bal. in c. j. de his, qui feud. da. poss.* immò Prælatus id potest etiam sine consuetudine; quia Prælatus rem solitam infeudari, & emphyteuticari reuersam etiam sine solemnitate infeudat, & emphyteuticat, *d. c. sine exceptione. 12. q 2. Lud. Rom. cons. 70. per tex. in c. 1. de cle. qui inuest. in vsib. feud.*

ADDITIO.

a Et inter alias solemnitates requiritur Episcopi auctoritas in rebus monasteriorum, nisi sint exempta à iurisdictione Episcopi, latè infra *q. 27. num. 6. & plur. seq* sed quod sufficiat consensus ministri, vel Prioris prouincialis in Fratribus mendicantibus, latè per Nattam *cons 441. numer. 27. & plur. seq. & vide infrà in d. q. 27.* & in monasterio monialium per Ias. *consi. 116 vol. 4.* Item maior solemnitas requiritur in alienatione rei minoris, vt per Neuiz. *cons. 85. sub num. 1.* Sed quod solemnitas aliqua non requiratur, si ex causa iniustâ factâ sit alienatio *gl. in l cum 2. §. eam transactionem. in verb. alimentarius ff. de transactio Anch. cons. 197. num. 2. & seq. vbi rationem reddit. Dec. in c. quæ in Ecclesiarum nu. 28. de constitutio Corset in suis singularibus in verb. pupillus Soc. iun. cons. 28. nu. 10. vol. 2 Fely. in c. causam. num. 80. de iud & de* * *communi Ias. d. §. eam transactionem. num. 2.* sed de magis ** communis, quod immo sit necessaria solemnitas, Bero. *in d. c. quæ in Ecclesiarum. num. 29. & plurib. seq. & in c. nulli. num. 62. hoc tit. & infra q. 42.* & esset contractus aliàs ipso iure nullus, *infra q. 77. c. 1. num. 4.* sed de præcedenti opinione *vide infra q. 51. c. 7.*

Item an præsumatur, quòd solemnitas interuenerit ex lapsu saltẽ 30. annor. & pro affirmatiuâ Anchar. *cons. 135. Dec. cons. 541. & cons. 409.* sed contra per istum infra *q. 39. & q. 41. in prin.* Item an contractus sit ipso iure nullus, si sine auctoritate superioris, *vide infra q. 41. num. 57.* Item omissio leuis solemnitatis non nocet, Alex. *cons. 138. vol. 2.* Item quæ sit leuis solemnitas, ponit ipse *cons. 141. nu. 10. eodem vol.*

Limitatur hæc materia, & conclusio de solemnitatibus, vt non procedat in foro confitentiæ, quia in eo foro sufficit iustam causam adesse, Bero. *consi 88. num. 15. vol. 1.*

Ampliatur hæc conclusio, vt procedat etiam in rebus hospitalium, Bero. *cons. 92. vol eo.*

Limitatur, vbi adest auctoritas Papæ per Si in euidentem, de quo per Bero. *cons. 88. num. 16. & seq. eo.*

Item solemnitates præsumuntur interuenisse ex lapsu temporis etiam decem annorum, latè Ias. *in cons. 54. colum. 5. vol. primo.*

Quòd tamen non recipitur ab omnibus, vt contra alienationem rei Ecclesiæ, & contra præsumptiones solemnitatum ex antiquitate temporis. respondit latè Soci. *cons. 15. & cons. 29. vol. 1. vbi de Ecclesia regulari, & de Ecclesia seculari.*

Et pro eo, quod dixi de foro conscientiæ, vide Abb. *in c. 1. num. 19. de resti. in integrum.* vbi de contractu, vel instrumento sine solemnitatibus iuris: sed vide, quod immò Prælati monasteriorum possint de se, Bombi. *cons. 5. num. 10. & seq.*

Item in emphyteusi bonorum Ecclesiæ, & monasterij seruatur, & quod non præsumantur solemnitates, nisi spatio 30. annor. Anch. *cons. 17. vol. 4. & de hac materia per Bero. in c. nulli. eod.* Illud etiam non omitto: quod in foro conscientię sufficit alienationem rei Ecclesiæ fuisse factam iustâ de causâ, quamuis debitæ solemnitates non interuenerint, Bero. *in c. quæ in Ecclesiarum. num. 43. & seq. de constitu.* Et prædicta locum etiam habent in cõfirmatione alienationis nulliter factæ, Calcan. *cons. 125. nu. 20. in fi.* Addit tamen ille *cons. 126.* quod alienatio vbi reuocatur tãquam nulla debet pretium restitui, probat etiam Anan. *in c. pen. eod.* & pro præsumptione solemnitatis, Gozad. *consil. 75.* contra quod stat Abb. *in c. cum causa. in fi. de re iud.* Et circa huiusmodi solemnitates non valet consuetudo damnosa Ecclesiæ, Bero. *vbi suprà num. 30.* valet tamen consuetudo addens aliquam aliam solemnitatem, per eundem in *d. c. nulli. num. 61.* Res est tamen dubia, an valeat consuetudo, quod res Ecclesiæ possint alienari sine solemnitatibus, Rot. Bonon. *quæst. 13. num. 6* & quando solemnitates præsumantur, vel non, Rimin. *iun. cons. 384. vol. 4.* Sciendum est etiam, quòd alienatio rei Ecclesiæ absque solemnitatibus à iure requisitis est ipso iure nulla, secus si interuenerunt, & causa sit falsa, quia tunc est locus rescissioni contractus, Neuiza. *consil. 85. sub num. 1. & cons. vlt. num. 11.* sed * communis est in contrarium, secundum Abb. *

in c. 1,

in c.1. nu. 17.de restitut.in integr. Et tunc quid sit agendum, vide eum in c.constitutus num 8.eod & ibidem num. 10. Et quod dixi de pretio restituendo acquirenti nulliter rem Ecclesiæ, procedit, vbi pretium versum est in vtilitatem Ecclesiæ, & id ipsum probetur, Alex.cons.4 nu.4.vol.3.

SVMMARIVM.

1 *Tractatus videtur esse prima solemnitas necessaria in alienatione rerum Ecclesiæ.*
2 *Tractatus prius requiritur, quam consensus.*
3 *Argumentum ab ordine litteræ validum est.*
4 *Tractare nihil aliud est, quàm in medium ponere.*
5 *Tractatus idem est aliquando, quod quæstio.*
6 *Tractatus videtur esse quædam discußio, & indagatio circa rem disponendam in futurum.*
7 *Tractatus nihil aliud est, quam cognoscere inter Prælatum, & illos de capitulo de causa alienationis.*
8 *Tractatus dicitur principium.*
9 *Tractatus non requirit deliberatum consensum.*
10 *Tractatus, & consensus sunt diuersa.*
11 *Tractatus est de substantia contractus alienationis.*
12 *Emphyteuta recipiens emphyteusim à Prælato non seruatis substantialibus non tenetur ad pensionem. Amplia, etiam si super adderentur subtalia vt num. 13.*
14 *Contractus, qui tenuit à principio potest ratificari, secus, si fuit à principio nullus.*
15 *Capitulum debet congregari ad sonum campanellæ, & Prior, vel antiquior proponere.*
16 *Causa alienandi iusta potest subesse, tamen non expedit quamlibet rem alienare.*
17 *Congregati de capitulo dicunt omnes, quod sibi videtur.*
18 *Mobilia si pretiosa sint, solemnitas est necessaria.*
19 *Tractatus, vel solemnitas Auth. hoc ius C.de sacrosan. eccle. hodiè non est necessarius, sed sufficit consensus Episcopi, & capituli, vt num. 20.*
21 *Res Ecclesiæ olim tenues erant, & ideò requirebatur maior solemnitas, hodiè verò sunt augmentatæ, & sufficit consensus capituli in earum alienatione.*
22 *Clerici congregati ad capitulum qualiter habeant deliberare super alienatione facienda, & numer. 23.*
24 *Tractatus forma qualiter esse debeat.*
25 *Instrumentum confici poterit de ipso tractatu, & quomodo.*
26 *Tractatus debent confici pluries, & pluries.*
27 *Tractatus secundum aliquos saltem ter fieri debet, & de qualibet vice fieri debet instrumentum.*
28 *Tractatus vnus tantum diligens, secundum veram opinionem, sufficit, dummodò solemnis sit, consuetudo tamen contraria seruanda esset, & numer. 29.*
29 *Monachi nigri S.Benedicti debent seruare eius constitutiones, quæ requirunt tractatum duorum dierum. interpollaterum.*
30 *De tractatu, & inquisitione huiusmodi debet constare per instrumentum ad hoc specialiter tendens.*
31 *Instrumentum dicens Habito colloquio, & tractatu canonici vendiderunt, non probat.*
32 *Tractatus non probatur per instrumentum, quod non est ad hoc factum.*
33 *Tractatus non probatur, si adderetur, Vt constat per instrumentum scriptum per talem notarium.*
34 *Instrumento referenti non creditur, nisi constat de relato.*
35 *Tractatus non præsumitur, licèt exprimatur in instrumento alienationis, & num. 39.*
36 *Instrumentum separatum debet fieri super tractatu.*
37 *Verba enunciatiua non probant tractatum in alienatione rei Ecclesiæ.*
38 *Alienatio rei Ecclesiæ non valet, si de tractatu non præcedat instrumentum.*
40 *Solemnitas in alienatione rei Ecclesiasticæ, an & quando præsumatur interuenisse.*
41 *Tractatus non requiritur in alienatione rei cuiuslibet Ecclesiæ, sed tantum collegiatæ, & numer. 43.*
42 *Contractus emptio licèt perficiatur consensu, tamen forma est necessaria.*
44 *Rector Ecclesiæ non collegiatæ potest alienare rem sine tractatu cum causa & Episcopi consensu.*
45 *Tractatus non potest fieri super re Ecclesiæ non collegiatæ, quia talis Ecclesia non habet capitulum.*
46 *Rector in Ecclesia non collegiata idem potest, quod Prælatus cum capitulo in Ecclesia collegiata, & nu. 47.*
48 *Episcopus super tractatu alienationis rerum Ecclesiasticarum non astringitur audire testes, & iudicialiter procedere.*
49 *Alienatio rei eccl necessariò non requirit, vt testes recipiantur per ordinarium, vel interponatur decretum.*
50 *Prælatus potest alteri committere, quod faciat tractatum cum capitulo.*
51 *Ad contractum alienationis rerũ Ecclesiæ an absentes vocari debeant, an sufficiat maiorem partem adesse.*
52 *Maior pars sufficit, dũmodò vocandi fuerint vocati.*
53 *Duarum partium interessentia regulariter requiritur, sufficit tamen, quod deliberauerit maior pars num. 54.*
Duas partes intellige pœnitentium & vocandorum, vt num 55.
56 *Absentes non sunt vocandi, dummodo duæ partes sint pœnitentes, & maior pars istarum duarum partium consentiat vt num. 57.*
58 *Absentes tribus tantum casibus vocandi sunt: primò in electione Prælati, secundò in receptione canonici, tertiò si cessatur in diuinis.*
59 *Canonici, qui non inseruiunt, vocandi non sunt.*
60 *Verbum inseruientium multum est ponderandum.*
61 *Beneficiati præsentes esse non valent.*
62 *Infirmi an ad istos tractatus vocandi sint.*
63 *Scholares nunquid sint vocandi.*
64 *Conuersi an habeant vocari.*
65 *Minor 14. annis an vocandus sit.*
66 *Discußio, quæ fit in causa, habetur loco tractatus.*
67 *Solemnitas omnis videtur remissa per indulgentiam, & commißionem Papæ factam commissario, vt se informet, &c.*
68 *Tractatus ad hoc, vt sit diligens, requirit causæ cognitionem super re, quæ debet alienari.*
69 *Causæ cognitio versari debet non solum circa causam alienationis, sed etiam circa rem alienandi.*
70 *Consensus Episcopi non valet, si non referatur etiam de vtilitate rei, quæ venditur.*
71 *Tractatus diligens in hac alienatione requiritur.*

DE TRACTATV.

QVAESTIO XXV.

DIximus ſuprà in genere de ſolemnitati-
bus, nunc videtur, vt aliquid addamus de
earum ſingulis. Et incipiendo à tractatu,
1 † qui quidem videtur eſſe prima ſolemnitas, quæ
interuenire habet in alienatione rerum Eccleſiæ,
per text. in c. ſine exceptione. 12. q. 2. c. tua. c. cum Apo-
ſtolica. de his quæ fiu. à Præla. ſine conſenſu cap. c. 1. eo.
2 tit. in 6. † prius requiritur tractatus, a quam con-
a ſenſus, vt probat text. in d. c. ſine exceptione ſumen-
3 do argumentum † de ordine litteræ, quod eſt validum,
c. mandato. de præben. in 6 ſic conſuluit Feder. conſ. 142.
Domini Io. per Abb. in d. cap. cum Apoſtolica. num. 5. verſ.
nota in verb. è contrario. ibi, Primo debet interuenire
tractatus & cæt. per Rebuff. in ſæpè allegato ſuperius cō-
pendio alienatio. rerum eccl. verſic certiò requiritur.
4 † Et tractare nihil aliud eſt, quàm in medium po
nere, ex tex. in l. cum hic ſtatus. §. ſi ambo. & ibi glo. in
5 verb. tractare ff. de donat. int. vir. & vxor. † Et tracta-
tus aliquando idem eſt, quod quæſtio, vt ff. de præ-
ſcriptis verb. l. naturalis §. ſed ſi facio. & ff. ſi pars hære.
6 petet. l. fi. in fi. † Tractatus quoque ſiue videtur eſſe
quædam diſcuſſio, & indagatio circa rem diſpo-
nendam in futurum; quia congregātur clerici ad
diſcutiendum, vtrum magis expediat alienare v-
nam rem, quam alteram, vel vtrum poſſit ſubue-
7 niri eccleſiæ ſine alienatione. † tractatus enim ni-
hil aliud eſt, quam diſcutere, & cognoſcere inter
Prælatum, & illos de capitulo de cauſa alienatio-
nis, vt quilibet ſententiam ſuam dicat, vt per gl. in
8 d. c. tua nuper de his, quæ ſi. à Præla. † Et tractatus di-
citur principium, ad quod is, qui incipit tractare,
dicitur incepiſſe negocium, per Bald. in c. in cauſis.
col. 2. de elect. Aug Bero. in c. nulli. 22. col. hoc numero ti.
9 verſ. modo † tractatus non requirit deliberatum conſen-
10 ſum, ſed tex. ponit tractatum; † & conſenſum vti
diuerſa, quia primo fit tractatus, & poſt tractatum
peruenitur ad ipſam alienationem, in quā præſta-
tur conſenſus, vt per Abb. in c. tua nuper de his, quæ
11 fi. à Præla. verſi in glo. in verb. Et tractatus eſt † de ſub-
ſtantia contractus alienationis, not. per Spec. in tit. de
loca. §. ſequitur videre. verſ. & nota, quod cum. vbi apo-
ſtilla in verb. tractatus dicit: quod certum eſt, quod
12 eſt de ſubſtantia. addens, † quod ſi non ſeruatis his,
quæ ſubſtantialia ſunt, fieret per Prælatum datio
in emphyteuſim, putà, ſine conſenſu, & tractatu
capituli, recipiens nō tenetur ad penſionem, da-
to, quod Prælatus ſe offerat, quod faciet capitu-
13 lum conſentire, † licèt, inquit, de conſilio vnius
Legiſtæ fuerit ſemel contrarium iudicatum, ſi ſu-
per addebatur canonicorū conſenſus. per text. in
14 l. Iulianus. §. ſi quis colludente ff. de act. emp. † ſed illud
in contractu, qui tenuit, & poterat ratificari: ſed
hic ſecus, quia contractus ille à principio nullus
ratificari non poterat, cum eſſet de perpetuá alie-
natione, licèt ſecus de temporali, quod dic vt c. ex
& c. 3 de his. quæ fiunt, & c.
15 ¶ † Et ad faciendum tractatum capitulum debet
congregari ad ſonum campanæ, vel aliàs vt moris
eſt: & cum omnes ſimul conuenerint, debet Prior,
vel antiquior proponere, l. 2. C. de decurio. & pete-
re ſuffragium à quolibet ſuper hac re alienanda,
vel non, vel ſuper quā: poſſet enim eſſe, † quod 16
iuſta cauſa ſubeſt, tamen non expediat quamlibet
rem alienare, l. magis puto. §. in primis. ff. de reb. eo. &
per Feder. in d. ſuo conſ. 142. incip. domi. col. 2 per gl. in
d. c. tua. de his, quæ ſi. Præl. in verb. tractatu. ibi: Sed
qualiter fiet tractatus? † conueniunt omnes, & 17
quilibet dicit, quod ſibi videtur, vt l. vlt. C. de bon.
ciuita alien. li. 11. & l. vlt. tit ſeq. Et hoc de immobi-
libus, vel de mobilibus: † quia ſi mobilia ſint prę- 18
tioſa, eſt neceſſaria ſolemnitas, l. lex. quæ C. de admi.
tut. & c. Et dicit gl. in d. c. ſine exceptione. quod quis
debeat eſſe tractatus, habeatur in Auth. hoc ius. Sed
hodie † non requiritur in alienationibus Eccle- 19
ſiæ tractatus, vel ſolemnitas Authen. hoc ius. C. de
ſacroſan. eccl. per illud, quod habetur in gl. c. nullus el 2.
in gl. iſtud. 17. q. 4. ibi; Sed illud nō requiritur, † quia 20
ſufficit hodie conſenſus Epiſcopi, & capituli, 12. q.
2. ſine. Item gl. in c. 2. 10. q. 2. in verb. duoe. ibi; Hodie
ſufficit conſenſus ſolius Epiſcopi cum canonicis,
per gl. in c. videntes. 12. q. 1. quæ dicit, † quod cum 21
olim eccleſię res eſſent tenues, maior erat inquiſi-
tio adhibenda in alienatione: ſed cum hodiè aug-
mentatæ ſint poſſeſsiones Eccleſiæ, ſufficit con-
ſenſus capituli eccleſiæ, ad alienationem facien-
dam. ſequitur Laur. de Rodul. in rep. d. c. ſine exce-
ptione. 12. q. 2. vbi quærit qualis debeat eſſe tra-
ctatus in alienatione. & habetur gl. in c. 1. eod. tit. li.
6. Dico ſuprà in præcedenti quæſtione 24. de ſo-
lemnitatibus, & habetur per Rebuff. in tract. ſeu
compendio alien. rer. eccl. verſ. Quintò eſt tractatus. vbi
dicit; quod omnes canonici, vel monachi debent
vocari expreſsè ad ſonum campanæ, vel aliàs iux-
ta morem ipſorum ad tractandum, & deliberan-
dum ſuper venditione, vel locatione perpetua,
ſeu alienatione, † quibus congregatis Prælatus ſu- 22
perior proponit cauſam, videlicet debitum vrge-
re, vel aliam eſſe neceſſitatem, ſeu vtilitatem, ſu-
per quā dicitur canonicis cōgregatis, Tractabitis,
ſeu deliberabitis, an, & quid alienare expediat, &
quilibet dicat ſuum votum. Et poſteà ſi conuene-
rint in vnam ſententiam, fit inſtrumentum huius
deliberationis, &c. Forma autem tractatus † qua- 23
liter eſſe debeat, traditur per Spec. in ti. de loca. §.
ſequitur videre. vbi dicit; Et † ſcias, quod de ipſo 24
tractatu ſic confici poterit publicum inſtrumen-
tum, D. P. Abbas S. Affrodiſij congregatis in-
fraſcriptis eiuſdem Eccleſiæ canonicis ad capitu-
lum more ſolito ſcilicet tali, & tali, propoſuit corā
eis, quod cum occaſione talis debiti, ſeu neceſſi-
tatis, vtilitatis, vel cauſæ monaſterio, vel Eccle-
ſiæ expediat, vt habeatur pecunia vſque ad quan-
titatem 100. marcarum, prouideant ipſi, & deli-
berent, vnde dictæ pecuniæ quantitas poſſit ha-
beri. Igitur fratribus, ſeu Canonicis, ipſis ſuper
hoc ſolemniter tractantib. & deliberātibus dili-
genter, tandem communi conſenſu confirma-
runt, quòd talis poſſeſſio Eccleſiæ ipſius con-
cedatur in emphyteuſim, vel alienetur pecunia,
ſeu pretium dictæ rei in dictam cauſam, ſeu ne-
gocium conuertatur, credentes hoc pro dictā cau-
ſā ipſi monaſterio vtilius expedire.
¶ † Et iſti tractatus debent fieri pluries, vel plu- 25
ries, dicit glo. in c. 1. eo. tit. lib 6 in verb tractatus. ibi;
Et debet diligenter fieri, & vtile eſt ſæpius id fa-
cere,

cere, ne decipi possit, *de probatio. c. tertio. ibi, quoties. &c. per Specul in d. tit. de loca §. sequitur videre.*
27 *vers. & scias. ibi:* Et nota, quod iste tractatus † debet
pluries fieri saltem ter, vt dicunt quidam, & de
qualibet vice debet; fieri publicum instrumen-
28 tum, quod videtur durum, &c. † Sed quod non re-
quiratur tres tractatus, sed vnus tãtũ diligens tra-
ctatus, videtur dicere tex. in *c. 1. nostro. tit. in 6.* vbi
text. loquitur in singulari numero. dicit enim
quia etiam tractatus solemnis, & diligens, qui in
talibus concessionibus perpetuis exigitur, &c. vbi
glo. *in verb. tractatus. in additio. ibi;* Non enim dicit
tractatus solemnes, & diligentes, sed ponit singu-
lare, &c. per Abb. *in d. c. tua nuper, de his. quasi. à Prela. 4. not. vers. nota ibi, tractatu;* quod in alienatione
rei Ecclesiasticæ non requiruntur tres tractatus,
vt plerique obseruant, sed sufficit vnicus, solem-
* nis, & diligens, quod hic tenent.* communiter
Doctores, &c. Idem Io. And *in Spec. in d. tit. de loca. §. sequitur videre. vers. & scias super verb. & durum videtur. ibi;* vide quod not. de *reb. eccle. non alien. dudum in gloss.* secundum quod & super ea dixi, v-
bi per singulare probatur vnicum tractatum suf-
ficere, dummodo solemnis, & diligens sequatur.
& approbat Lauren. de Rodul. *in repet. d. c fine exceptione 12. q. 2. quæstio. 5. per Bal. in consi. 221. 1. vol. vbi dicit;* quod Spec. dicit sufficere vnum tractatum:
nam sufficit, quod causas, quibus strangulantur,
semel nominatim exponant, & approbent. per
Pet Rebuff. *in compend. alie rerum Ecclesiæ, in verb. tractatu.*
29 § † In Monachis verò nigris S. Benedicti habent
seruari constitutiones S. Benedicti, quæ disponũt,
quod in alienationibus rerum Ecclesiæ, & religi-
onis faciendis, habet præcedere tractatus duo-
b rum dierum interpellatorum, b & in certo casu
obtinere licentiam Papæ, vt patet in constitutio-
nibus Benedictinis, *cap 9. rub. de mutuis, ac vend. silvarum, & concess. iurium.* Et de quolibet tractatu
debet fieri singulum instrumentum, vt per Io.
And. *in Spec. præalleg. loco. & per Sociu. consi. 22. incip. viso. col. 5. j. vol sequitur Bertach. de Firmo in tracta de Epis. 4. par. q. 38 num. 113.* Aduerte tamen, quod si
adesset consuetudo in aliquâ Ecclesiâ, quod plu-
res debeant fieri tractatus, & vnus non sufficeret,
illa consuetudo debet seruari, per Bal. *in d. Authen. hoc ius, & Perusiu. c. 1. de reb. eccl non alien. in 6.* Et
nota, quod nunquam fit tractatus, nisi in ca-
sibus à iure expressis, per gloss. *d. c. 1 in 6. & c.*
30 *quamuis. de offi. ordin.* † & de hoc tractatu, & inqui-
sitione facta super talium rerum Ecclesiæ aliena-
tione habet constare per instrumentum ad hoc
31 tendens specialiter; † quia non c probaret instru-
c mentum alienationis, si diceret, Habito collo-
quio, & tractatu, canonici, vel capitulum ven-
32 diderunt talem domum, &c. † quia tale instru-
mentum, quod non est ad hoc factum, non pro-
bat tractatum, per Alexan. in suo *cons. 17. incip. viso. colum 2. volum. 4. Feder. de Sen. cons. 143. concessio. in fi. Pau. de Cas. cons 74. in facto.. in 1. parte. col. 2. Bart. in Auth. si quis in aliquo. ad fi. versic. iuxta prædicta. C. de eden Laudul. in Clem. 1 de reb eccle. non alien Laur. eo. tit. in 6. in rub. 26. q. Spec. de loca. d. §. sequitur vers. & scias. per Ias. in l. sciendum ff. de verb.*
obli. colum. 5. vers. quarto adde. Idem dico, † quod 33
non probaretur tractatus interuenisse si dicere-
tur in instrumento alienationis, Habito tracta-
tu, vel consensu Episcopi, vt patet per instrumen-
tum scriptum per talem notarium; quia tunc o-
porteret aliud instrumentum relatum exhibere:
† quia non creditur referenti, nisi constet de rela- 34
to, *d. Auth si quis. Codic. de eden. ita consuluit Barb. cons. 40. incip. præclarè. colum. 4 1. volum. per Fely. in c. sicut de re iud. colum. 13.* † Vnde tractatus non præ- 35
sumitur, licèt exprimatur in instrumento aliena-
tionis; quia istud, & similia non sunt in potestate
partium, &c. Latè per Soc. *cons. 52. num. 4. vbi dicit;*
† quod debet fieri separatim instrumentum, & 36
notarius debet attestari fuisse factum in suâ præ-
sentiâ eodem die, & loco. Nec in hoc statur ver-
bis alienantium. Sequitur Gramma. *decis. 79 num. 14. Aegid. decis. 671. Rebuff. in compendio. alien. rerum Ecclesiæ, numer. 8.* † quia verba enunciatiua non 37
probant tractatum in alienatione rei Ecclesiæ,
per Alex. *vbi multa allegat, in cons. 17. incip. viso instrumento. locationis. col. 2. n. 6. ver.* nec obstat, quod
in d instrumẽto. vol. 4. Nec valet alienatio rei eccle- 38
siasticæ, si de tractatu non procedat scriptura, † &
instrumentum per se, per Spec *d tit. de loca. §. sequitur vers. & scias, quod de ipso. Pau de Cast cons. 89.*
† Et tractatus in alienatione rer. eccle. non præ- 39
sumitur, quia tractatus non e est de intrinsecis, in e
quibus non ita indistinctè datur præsumptio,
c. 1. de reb eccle. non alien. in 6. vbi Doct. & per Abb. in c. ea noscitur. col. vlt. sub. num. 9. versi. in alijs verò actibus. de his, quæ fiunt à Præla. ibi, Vbi in alienatione facta per Prælatum, & capitulum non præsumitur, quod tractatus intercesserit &c. per Ludoui. in l. sciendum. de verb. obl. per Rebuff. in allegato compendio alien. rer. eccl. ver. 2. est tractatus per Bald. in cons. 496. volu. 5. incip. quidam Prælatus. † Vbi vide optimè, an, & 40
quando solemnitas in alienatione rei Ecclesiasti-
cæ præsumatur interuenisse in alienatione facta:
vbi videtur facere regulã, quod illæ demũ solẽ-
nitates inesse præsumuntur, & interuenisse præsu-
muntur, quæ non sunt extrinsecæ solemnitates,
sed illæ, quæ regulariter insunt, & inesse solent; &
ea demum insunt, quæ in continenti fiunt, &c.
vnde tractatus, ex quo debet interuenire diuersis
temporibus in ipsâ alienatione, non præsumitur
inesse, vt ibi per eum.
¶ † Et Tractatus non requiritur in alienatione 41
rei cuiuslibet Ecclesiæ, sed tantum collegiatæ, a-
liàs non, vt per Bald. *in rub. C. de rescin. vend. versic. quædam autem sunt de superbia.* vbi dicit: quæ-
dam sunt autem de substantia formæ.
§ Nam † licèt contractus emptionis, & venditi- 42
onis parificentur per consensum, tamen forma
est necessaria. † nam quando venditur res Eccle- 43
siæ, requiritur tractatus, si Ecclesia est collegiata:
si autem Ecclesia non est collegiata, non requiri-
tur tractatus, per Alex. *d. cons. 17. sub num. 6. vol. 4. siue sit regularis Ecclesia, siue sæcularis, per Fabian. de Mon. in tract. de emptio. & vendi q. 5. prin. vers. vt autem valeat alienatio. num. 113. sequitur Imo. in c. potuit. extrà loca. colum. 13. vers. item aduerte. vbi dicit,* quod
Rector Ecclesiæ non collegiatæ potest vendere 44
rem ipsius Ecclesiæ suadente vtilitate, vel neces-

ſitate cum authoritate Epiſcopi, licèt non inter-
45 ueniat tractatus,† qui fieri non poteſt, ex quo non
habet capitulum, ſecundum Spec. quem allegat in
tit. de emptione & vend. §. nunc dicendum r. ſtat de a
lienationibus minoru idem ibi voluit Ioan. Andr. in ad-
46 *dit. vbi ſic inquit.* Idem poteſt † rector ſolus in tali
Eccleſia non collegiata, quod poteſt Prælatus cũ
capitulo in Eccleſia collegiata. & per eundem I-
mo *in c. 1. de dolo & contum. Idem habetur per Abb. in*
d. c. potuit col. pen. num. 14. verſ. in ea glo ibi: & ſi vnus.
de loca. Nota inquit Abb. gloſſ. ſingularem in
47 eo, quod innuit, † quod reſpectu locationis, ſeu a-
lienationis, vel alterius contractus tantam pote-
ſtatem habet rector capellæ ſolus, quantam habet
Prælatus Eccleſiæ collegiatæ cum collegio, &c.
Idem Imo. *in c. vna nuper 3. col verſ & aduerte,*
48 *quia Bal. de his quæ fiu à Prælat ſine conſen. c. per* † N · c
requiritur, quod Epiſcopus audiat teſtes, & iudi-
cialiter procedat; quia iure ad hoc non aſtringi-
tur, per ea, quæ dicit Abb. *in conſi. 41. in c. i. videndum*
eſt in effectu colum. 2. verſ ex quibus ibi; Probatur et-
iam ratione in alienatione rei Eccleſiæ neceſſariò
non requiritur, quod teſtes recipiantur per ordi-
nariũ, vel quod interponat decretũ, ſed ſatis eſt,
quod interueniat cauſæ cognitio cum ſolemnita-
tum requiſitarum interpoſitione, vt not. Inn. &
gl. in d. c. 1. de reb eccle. non. alien in 6. Immò poteſt
Prælatus alteri committere, † quod faciat tracta-
tum cum capitulo. Domini de Rotâ in *tit. de locat.*
deciſ. 4 per Rebuff d. compendio alien rerum. eccle ver-
ſi. 2 requiritur in fin.
51 § † Sed videri poteſt, inquit, ad hunc contractum
alienationis rerum Eccleſiæ, an debeant vocari
abſentes, & ſi ſint vocandi, an ſufficiat maiorem
partem eſſe petentem, vel habeât requiri omnes,
vel ſaltem duæ partes. Hanc quæſtionem ponit
Laur. de Rodul, *in repet. c. ſine exceptione. 12. q. 2. q. 6.*
& dicit ſecundum Innoc. quod ſolum reſidentes ſunt
vocandi, *c. hoc in porrectum & refert gloſſ ſuper verb.*
ipſorum. c. pœnitentium. de teſtib in 6. Sed Hoſtien dicit
contra ſed gloſſ. approbat ibi opinionem Inn. dicens
ſpeciale eſſe in electione, & receptione, & in caſu
c. quamuis. de offi ordi lib eo. quod abſentes debent
vocari, & idem dicit *in d. c. quamu . in gloſſ. ſuper*
verb in prouincia. & idem in c. in Eccleſijs de præb. in 6.
in glo. 3. ad not per Io And in c. 1. de his quæ fi. à maio.
par. cap. Fed de Sen. conſ. 143. & conſ 278. verſ poſt iſta.
& gloſſ in c ſi de maior & obed in gloſſ 3. in prin & de
elec. c. cum inter vniuerſas in gloſſ 4. in fi. & quod not.
Arch in d. c. hoc in porrectum ſuper verb. ibidem ſer-
uientium. & per Io And. de conſtit. c. cum omnes ſuper
gl. 1. de nou. oper. nun. c. 1. vbi etiam dicit ſecundum
52 aliquos, † quod non eſt neceſſaria intereſſentia
duarum partium, ſed ſufficit maior pars, dummo-
dò vocandi fuerint vocati, ita no. *gloſſ. 3. ad fi. eo. tit.*
53 *c. quia propter ſubdens*, Veritas eſt iſta, † quod regu-
lariter ſaltem duarum partium intereſſentia re-
quiritur, vt probatur in iuribus primâ parte alle-
gatis, & habetur etiam *in gl. in c. 1 de his, quæ fi à ma-*
ior. parte cap. cum ibi not. per Io. And & Feder. & de
elect c. licèt. in gloſſ. pen. & c. eccleſia. eod. tit. & paulò
poſt ibidem.
54 † Redeundo igitur ad propoſitum noſtrum,
debemus dicere, quod duarum partium intereſ-
ſentia, eſt neceſſaria in tractatu alienationis; ſuffi-
cit tamen, † quod deliberauit maior pars, *c. 1. de his,* 55
quæ fiu. à maior. par. capit. cum ibi no. per Io. And. & Fed.
poſt eam conſ. 177. & de his, quæ fi à Præl. c. 3. in gloſſ 1.
& 10. quæ. 2. c. hoc ius. † Et intelligitur duas partes 56
pœnitentium, & vocandorum, vt ibi per eundem
Lauren. de Rodul. *q. 6.* Et inquit Pau. de Caſt. *d.*
Auth. hoc ius. C. de ſacroſan. eccl. quod † non ſunt vo- 57
candi abſentes, dummodo duæ partes ſint præ-
ſentes. Et maior pars iſtarum duarum partium
conſentiat † per glo. *in d. c. pœnitentium de teſtib in* 58
6. quæ dicit, quod tribus tantum caſibus eſt ne-
ceſſe vocari abſentes, in electione Prælati, in re-
ceptione canonici, & quando ceſſatur in diuinis,
ſequitur Fely *in c. cum omnes. colum. 14. in fi. de con-*
ſtit.
§ † Et canonici, qui ſunt in ciuitate, qui tamen 59
non inſeruiunt in Eccleſiâ Cathedrali, vt quia te-
nent beneficium in ipſa ciuitate, non ſunt vocan-
di, ex quo non inſeruiunt, per Feder. *d. ſuo conſ.*
143. verſ. ſed credo Authen. hoc in porrectum. † *per ver-* 60
bum. Ibidem ſeruientium, quod dicit eſſe multum
ponderandum; & ſubdit, quod ſic credit ſenſiſſe
Bernar. *in d. c. cum inter vniuerſas & per Io And d. c.*
quamuis. de offi. ord. in 6. & d. c. præſentium de teſtib. in
6. in quibus locis dicitur, quod non vocantur abſen-
tes. Et no. dicit ipſe, quod non dixerunt beneficiati,
quaſi velit, quod illi pœnitentes non † va- 61
lent ad talia; & ſubdit, quod ita ſeruamus de con-
ſuetudine, vt aliàs vt per D. Lau *d. repet. in q 7.*
§ Et an ad iſtos tractatus ſint † vocandi infirmi, 62
videtur dicendum, quod ſic; per ea, quæ deducit
Abb. *in d. Auth. hoc ius. verſ. dubitatur 2. colum. num. 1.*
Item nunquid vocandi ſint † ſcholares, & qui ſunt 63
in ſcholis? Et ibidem tenet Alb quod non; ſecun-
dum Archid. per illa verba: Ibidem ſeruien-
tium
§ Item quærit, nunquid † Conuerſi debeant pari 64
modo vocari? Et tenet ibidem, quod non; niſi a-
liud eſſet de conſuetud ne præſcripta, vt per Ar-
chid. *18 q 2 Abb. & 12. q 2 placuit*
§ † Idem dicit eſſe de minore 14. anno. quamuis 65
hodiè minor annorum 14. non habeat vocem, ni-
ſi ſit in ſacris, Clem *de æta. & qualit. a vt hi, qui.*
§ Et pro hac materia vide, quæ dixi ſuprà *in* 66
quæſt. 23. de cauſa cognitione &c: quia iſta quæſtio eſt
eadem cum illâ, & vnica materia: quia † diſcuſſio,
quæ fit in cauſâ, habetur loco tractatus, vt per
Abb. *in d. conſ. 41. 1. vol. vbi concludit;* quod per com-
miſſionem factam per Papam Commiſſario, vt ſe
informaret de contentis in ſupplicatione, & il-
lis repertis veris daret Prælato licentiam ven-
dendi: ſi poſteà licentia Commiſſarij ſequatur,
etiam ſi non appareat de captâ informatione, nec
de tractatu, valebit contractus; quando diſcuſſio,
quæ mandatur Commiſſario, habetur pro tracta-
tu, & loco tractatus. † & omnis ſolemnitas, ſecun- 67
dum eum, videtur remiſſa per Commiſſionem, &
indulgentiam Papæ: vnde purè, & ſine aliâ ſolem-
nitate, & authoritate poteſt iuridicè Rector, vel
Prælatus habitâ licentiâ Commiſſarij alienare,
per ea, quæ allegat Abb. ibi. & ſequitur Capic.
deciſ. 16. 3. col. num. 4.

§ Et ad

68 § Et ad hoc, vt tractatus † sit, & intelligatur diligens, requiritur causæ cognitio, rei, quæ debet alienari, videlicet, an expediat Ecclesiæ istam potius alienare, quam aliam rem, argum. *l. magis. §. in*
69 *primis. & §. si as alienum. ff. de reb. eor.* † ideò est necesse non solum circa causam alienationis tractari, & cognosci, sed etiam circa rem alienandam, Fed. *cons. 137. per text. d. c. tua. de his, quæ fi. à Præla.* alioquin quare fieret tractatus? ideò non valet
70 consensus Episcopi, † eidem facta relatione de necessitate vendendi, si non referatur etiam vtilitas rei, secundum Fede. quia nō dicitur diligens tra-
71 ctatus, † qui in hac alienatione requiritur, Rebuff. *in compen. alien. in verb. prospiciat.*

ADDITIO.

a Tractatus debet præcedere alienationē: *infra. q. 33. nu. 4.* Item debet fieri cū maturitate, & deliberatione, *infra. q. 22. num. 6.* Item tractatus nihil aliud est, quam cognoscere de causa iustâ, & an ea sit talis, propter quam, &c. Bero. *in c. quæ in Ecclesiarum. num. 32. de constit.* Item quid si causa est notoria, *ibidem num. 35. & latè de hac quæst. tractatur per Bero. in c. nulli. num. 46. & plu. seq hoc tit.* Item non requiritur, nisi in perpetuis alienationibus Ecclesiæ. Item vnicus sufficit, si sit solemnis: & quando præsumatur interuenisse vigore vnius contractus, magis quam alterius, Natt. *cons. 441. colum. fi.* Item non statur contractui, etiam, quod tractatus interuenerit, Bart. *in l. si fortè. in fi. ff. de castren. pecu.* Item saltem vnus requiritur, & de quo seorsum in contractu constet. Gram. *decis. 79. num. 15. & plur. seq.* Item tractatus, & aliæ solemnitates præsumuntur ex antiquitate temporis, putà, sexaginta annor. secundum * communem, Dec. *cons. 36. colum pen. sub. numer. 9.*

b Grammat. *decis. 79. num. 18.*

c Idem Gram. *decis. 79.*

d Latè Soc. *cons. 52. volum. 4. & Neuiz. cons. vlt. nu. 2. in fin.*

e Vide *supra q. 23. num. 48.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici post tractatum suum assensum, vel consensum præstare debent.*
2 *Consensus clericorum requiritur de seruientium ecclesiæ, cuius res alienatur.*
3 *Tractatus non sufficit sine consensu, vt fraus remoueatur.*
4 *Canonici possunt conuocari, & non haberi illorum consensus.*
5 *Prælatus non potest vnius Ecclesiæ alteri dare, nec inuicem commutare sine ambarum consensu.*
6 *Ecclesiæ non possunt sine superioris licentia rem ad inuicem commutare.*
7 *Ecclesia si Cathedralis sit, debet interuenire in alienatione rerum illius consensus capituli.*
8 *Episcopus sine consensu capituli non potest concedere Ecclesiam vacantem alteri Ecclesiæ etiam habenti ius patronatus in ea. Nisi fieret de licentia Romani Pontificis, vt nu. 9.*
10 *Episcopus cum consensu capituli sui potest imponere pensionem Ecclesiæ abundanti soluendam ad sustentationem vitæ religiosorum.*
11 *In alienatione rei Cathedralis Ecclesiæ requiritur consensus capituli, nec sufficit consilium.*
12 *Capituli interest, ne Ecclesia veniat in deteriorem exitum, vt pauperes possint sustentari.*
13 *Consensus capituli in quibus casibus requiratur.*
14 *Episcopus quando teneatur in negocijs adhibere consilium canonicorum.*
15 *Consensus capituli non est semper necessarius in omnibus negocijs ecclesiasticis, sed in illis, quæ communiter tangunt Episcopum, & capitulum.*
16 *Consensus requiritur, nec sufficit consilium, quando agitur de alienatione rei Ecclesiasticæ.*
17 *Vbi agitur de alienatione perpetua, expressus requiritur consensus, nec sufficit tacitus.*
18 *Clerici consentire debent alienationi, & se subscribere.*
19 *Quando agitur de alienatione rei Ecclesiæ Cathedralis, canonici debent consentire, non alij, qui non sunt de capitulo.*
20 *Consensus Episcopi, & clericorum absque consensu Papæ, vel Archiepiscopi sufficit*
Limita, nisi Prælatus iurauerit non alienare Romano Pontifice inconsulto, vt num. 21.
22 *Consensus Archiepiscopi, aut duorum Coepiscoporum secundum nonnullorum opinionem, requiritur in alienatione rerum Ecclesiasticarum.*
23 *Non alienat, qui iurauit non alienare sine consensu superioris.*
24 *Quilibet Episcopus iurat tempore consecrationis fidelitatem.*
25 *Animæ positæ sunt in potestate Episcopi.*
26 *Rector non alienat, nisi de consensu Episcopi.*
27 *Cum non adest capitulum, Episcopus alienat cum consensu honestiorum clericorum.*
28 *In alienatione rerum Ecclesiæ requiritur consensus illius, qui Ecclesiam administrat.*
29 *Qui non potest alienare, non potest rem in iudicium deducere.*
30 *Non consentiat Rector alienationi rei Ecclesiasticæ pro solutione debiti Ecclesiæ, cui est vnita.*
31 *Res vnius Ecclesiæ non venduntur pro debito alterius.*
32 *Ecclesiæ dependentes non pignerantur, vel interdicuntur, si matrix non soluit iura Episcopalia.*
33 *In alienatione bonorum Ecclesiæ ille, qui habet regressum, citatur.*

DE HIS, QVI CONSENTIVNT, & de consensu, qui adhibetur in alienationibus Ecclesiasticis.

QVAESTIO XXVI.

Post solemnitatem verò tractatus, videtur dicendum de consensu clericorum. quia post quam tractatum fuit super venditione facienda, an fieri debeat, vel sit necessarium illam facere; & quam rem magis expediat alienare, vel vendere, tali alienationi, vel venditioni faciendæ debent † clerici, & capitulum suum assen- 1
sum, vel consensum præstare; qui debet adhiberi post tractatum, per. text. *in c. sine exceptione. 12. q. 2.* ibi,

ibi, Cum totius cleri tractatu, atque consensu. in c. tua
nuper. de his, *quæ fiu. à Præla. per Io. de Imo in c. cum*
Apostolica. de his, quæ fiu. à Præla. vers. nota plura
ibi; Pro solemnitate illius alienationis primò
exigitur tractatus, secundò consensus capituli,
&c. & per Abb. *ibidem numer. 5. vers. not. in verbo*
è contrario per Bal consi 221. j. volum. quod consilium
2 *est in materia nostra factum.* qui † consensus debet
esse clericorum in Ecclesia, cuius res alienatur,
deseruientium, *d. c. sine exceptione. & Authen.*
hoc ius. C de sacrosan. eccle. & per Rebuff. in compen.
alien. rer. eccle. vers. tertiò requiritur. vel aliæ sint
Cathedrales, vel Parochiales, aut inferiores,
aut Monasteria, aut Ecclesiæ vacantes, vt per
3 eundem Rebuff. *ibidem in verb. atque consensu.* † v-
bi dicit, quod non sufficit tractatus sine consen-
4 su, vt fraus remoueatur. † Quia possunt conuo-
cari canonici, & non haberi consilium, neque
consensus eorum, probatur *in c. obeuntibus. 63. di-*
stin. per Præpos. in d. c. sine exceptione. 12. q. 2. quia dicit
5 Abb *in c. 1 numer. 1. de reb. eccl. alien. vel non.* † quod
Prælatus non potest res vnius Ecclesiæ alteri da-
re, nec inuicem res illarum commutare sine am-
6 barum consensu. subdens *ibidem num. 4.* † quod
Ecclesiæ non possunt res suas ad inuicem com-
mutare sine sententia superioris, nec superior si-
ne licentia ipsarum.
7 § † Quia siquidem Ecclesia sit Cathedralis, ha-
bet interuenire in alienatione rerum illius con-
sensus capituli sui. dicitur enim *in d. c. tua nuper. de*
8 *his, quæ fi. à Præla.* † quod non potest Episcopus
concedere Ecclesiam vacantem alteri Ecclesiæ
etiam habenti ius patronatus in eâ sine consensu
capituli; quia capitulum habet vocari in hoc,
& illius consensus adhiberi, vt per Abb. *ibidem.*
Item dicit text. *in c. pastoralis. eo. tit. de his, quæ fi. à*
9 *Præla.* quod † si Episcopus vult conferre, vel con-
cedere alicui monasterio aliquam Ecclesiam pa-
rochialem, vel illius obuentiones, accedente
etiam consensu illorum; qui habent in ea ius pa-
tronatus, quod non potest facere, nisi accedat
consensus capituli sui, nisi tamen de licentia Ro-
mani Pontificis, vbi not. Abb. & dicit esse menti
10 tenendnm, † quod Episcopus cum consensu capi-
tuli sui potest imponere pensionem Ecclesiæ a-
bundanti soluendam ad sustentandam vitam re-
ligiosorum, &c. *vt per eum ibi numer. 3 vers. nota vl-*
terius. Item idem Abb. *in c. nouit. eo. tit. num. 7. vers.*
11 *vlterius quæritur.* † dicit; quod in tali alienatione
rei Ecclesiæ Cathedralis requiritur consensus ca-
pituli; nec sufficit in hoc, quod requiratur consi-
12 lium; & id propter grauitatem præiudicij, † quia
interest capituli, ne Ecclesia veniat ad deteriorem
exitum, & vt pauperes, & alij indigentes possint
sustentari, vt *c. j. supra eo. 12. q. 2. c. sine exceptione* sub-
13 dens, † quod in omnibus casibus, qui concernunt
præiudicium Ecclesiæ, requiritur consensus capi-
tuli, & pari modo in spectantibus ad Episcopum,
& capitulum communiter. Item in concernenti-
bus interesse capituli, *argum. c. ad hoc. de offi. ordina.*
14 *& vide eum ibi*; qui etiam dicit † quando Epi-
scopus tenetur in negocijs adhibere consilium
canonicorum. Item videtur dicere idem Abb.
in c. cum nos num. 4. vers. in gloss. prima. eod. tit. de his,
quæ fi. à Præla. sine consen. cap. vbi dicit; † quod 15
consensus capituli, non est semper necessarius in
negocijs Ecclesiasticis, sed in illis tantum, quæ
communiter tangunt Episcopum, & capitulum,
c. accedentes. de præscriptio. vt per eundem Abb. ibi. &
idem Abb. melius in c. 1. num. 3. eo. tit. vers. nota secundo.
vbi dicit; † Nota vnum casum, in quo requiritur 16
consensus capituli, nec sufficit consilium, scilicet
cū agitur de alienatione rei Ecclesiasticæ, *12. q. 2.*
in c. sine exceptione. subdens, quod † vbi agitur de 17
alienatione perpetuâ tunc requiritur consensus
capituli expressus; nec sufficit tacitus, per text. in
c. 1. iuncta gloss. de reb. eccle. non alien. in 6. & idem
Abb. vbi sup. vers. nota. ibi, numer. 5. Nota, inquit,
quod † alienatione debent clerici consentire, & 18
se subscribere. Sed quæritur, de quibus clericis
loquatur tex. & dicit, quod colligendo dicta Do-
ctorum, aut agitur de alienatione rei ecclesiæ
Cathedralis, aut Ecclesiæ inferioris; primo † ca- 19
su scilicet quando agitur de alienatione rei Ca-
thedralis Ecclesiæ, debet intelligi, quod text. lo-
quatur de canonicis Cathedralis Ecclesiæ, non
autem intelligas de alijs clericis Ecclesiæ, quæ
non sunt de capitulo, ad hoc. *c. 1. de reb. eccl. non a-*
lie. li. 6. & † sufficit, secundum Doct. consensus 20
Episcopi, & clericorum absque consensu Papæ,
vel Archiepiscopi. Et hoc intellige, inquit, nisi
Prælatus iurauerit non alienare † Romano in- 21
consulto Pontifice, secus, si non. subdens, Con-
clusio ergo est, in hoc primo membro, quod in
alienatione rei Cathedralis sufficit consensus E-
piscopi, & capituli cum subscriptione tantum ip-
sorum canonicorum, & tractatu præcedente.
Idem tenet Aug. Bero. *in c. j. de reb. eccles. alien. vel*
non colum. 16. ver. subdunt hic Doctores. vbi dicit,
quod Doctores ibi subdunt duas quæstiones, an
videlicet in alienatione, quam facit Episcopus de
rebus suæ Ecclesiæ Cathedralis, requiratur autho-
ritas superioris, putà Archiepiscopi, Patriarchæ,
vel Papæ, an sufficiat consensus capituli cum sub-
scriptione clericorum? vbi dicit, quod in hoc ar-
ticulo Doctores variant; quia Io. And *in d. c. 1. &*
Hostien. in Summa eod. tit. §. ex quibus. & Inno. d. c. 1.
allegato, & plures alij tenent: sufficere consensum
Episcopi, & capituli cum subscriptione canoni-
corum præcedentibus tractatibus, *c. cum Apo-*
stolica. cum seq. de his, quæ fi. à Præla. quæ opinio
optimè probatur *in d. c. 1. & in d. c. tua nuper. & d. c.*
sine exceptione. vbi dicitur; quod erit irrita
venditio facta de rebus suæ Ecclesiæ absque sua
collaudatione, & subscriptione clericorum;
ergò infertur, quod cum consensu, & subscripti-
one valebit. Et id, quod dicitur de clericis, de-
bet intelligi de canonicis: quia hic actus non de-
bet communicari inter clericos eiusdem Eccle-
siæ, nisi sint intitulati, vt apertè demonstrat Ho-
stien. *eo. titul. in Summa in §. qua fit. forma.* Et
quamuis hæc opinio fundetur super illis iuri-
bus, arguendo a contrario sensu; tamen huius-
modi argumentum in hac materiâ ita procedit,
non potest fieri absque consensu Episcopi, & ca-
pituli, ergo sufficit consensus Episcopi, & capitu-
li, vt est text. qui sic arguit *in d. c. cum Apostolica.*
ad idem. c. pastoralis, de his, quæ fi. c. terrulas. 12. q. 2. est

opinio

opinio gl. in c. casellas. in fi §. quod si necessitas 10. q. 2. Alij, quos refert *Innoc. & Hostien in Summa eod. tit. §. ex quibus.* tenent, quod non sufficit consensus E-
22 piscopi, sed vltra illum, † quod etiam requiratur consensus, & authoritas Archiepiscopi, vel duorum Coepiscoporum *d. c. casellas. in fi. c. quicunque. 12. qu. 2. cap nullus. 17 quaest 4. de hac opinione meminit gl. in c. 1 eo. ti in 6. in verb. defensore. quae* * *communiter à Doctor. & Glossis est reprobata:* quoniam iura, per eam allegata, sunt correcta per iura primo loco adducta, quae solum consensum Episcopi, & capituli requirunt, Inn. *in c. statuimus. de maior. & obed. gl. in d. c. casellas & d. c. nullus.* Alia, & sic tertia opinio fuit Hostien. *in c. 1. de his, quae fi. à Prala.* quod aut Episcopus iurauit non alienare absque cōsensu superioris, & Archiepiscopi, vel Papae; & iura-
23 mentum est seruandum; aut iurauit simpliciter † non alienare, & tunc non sufficit cōsensus Episcopi, & capituli, sed requiritur authoritas superioris. Aut nullo modo iurauit, & tunc Episcopus potest cum consensu capituli. hanc distinct. refert Imol. *in c. vnico in fi. vt eccl benef. sine dimi. confer. & in c. 1. vbi Abb. aliqualiter, de his quae fi à Prala. & per eundem in cap Apostolica. de donat.* vbi dicit: ita teneri * communiter ab omnibus. August. tamen Bero: dicit; quod non tres casus, vt ponunt Doctores, sunt considerandi, sed duo tantum, nam casus, quando nullo modo iurasset, non est in consideratione: inquit enim quilibet Episcopus tēpore cōfirmationis & cōsecrationis tenetur iurare in manibus su-
24 perioris, vt Papae, vel Archiepiscopi fidelitatē, † *c. ego M. de iureiur c. dilecti. de maior. & obed.* eius autē iuramenti forma continet, quod ipse Episcopus non alienabit bona, & res Ecclesiae, *c. vt super. cum glo. de reb. eccl. alien. Abb. d. c. Apostolice. & ità intelligatur in c. fi. de eccl. aedific. vel repar.* Et ideo concludendum est, quod aut Episcopus iurauit secundū formam consuetam simpliciter, & necessariam; & tunc ipse in casibus à iure permissis poterit alienare cum consensu capituli absque authoritate alterius superioris: & ità loquuntur iura *c. sine exceptione. d. c. 1. c. cū Apostolica d. c. vt super. habetur per gl. d. c. nullus. & in d. c. casellas. in fi.* & est de mente eorum, qui dicunt, quod hodie in alienatione rei Ecclesiae Cathedralis sufficit consensus Episcopi, & capituli, vt fuit Io. de Imo. *Abb. d. c. 1. & Hostien. in locis praeallegatis;* & tamen semper verum est dicere, quod Episcopus simpliciter iurauit non a-
25 lienare ex quo enim in potestate Episcopi † animae positae sunt, quae rebus sunt pretiosiores, cur à fortiori non dicamus in eius potestate esse positas res temporales? Et ideo poterit cum consensu clericorum suorum bona, & res Ecclesiae dispensare ex potestate sibi concessa *c. praecipimus. 12. q. 2.* & haec opinio in terminis probatur *d. c. fi. de eccl. aedifi. vel reparan. qui tex.* loquitur, quando Episcopus iurasset simpliciter non alienare, & tamen ex causâ iustâ permittitur Episcopo alienare, nec requirit authoritatem, vel consensum alterius superioris, &c. Aut Episcopus iurauit simpliciter non alienare inconsulto Papa, seu Archiepiscopo, & tunc seruandum erit iuramentum etiam in casibus, in quibus de iure posset alienare, *c. ad nostrā ii. 1. vbi Abb. & alij. de iureiur. vt per Bero. ibidem.* Et pro hac materiâ *vide q. 55. infrà de aliē. rer eccles. non obstan. iura. de non alien. praesti.* In alienatione verò rei Ecclesiae inferioris, & sic in secundo membro, dicit Abb *in d. c. 1. sub nu. 5. vers. secundo membro. de his, quae fiu. à Pralat. secundum Inn. ibidem,* quod non requiritur hic subscriptio canonicorum Ecclesiae Cathedralis, sed sufficit consensus clericorum Ecclesiae illius inferioris, cuius res alienantur; & requiritur illius consensus, & subscriptio, *12. q. 2. placuit. D. Ant.* dicit alios tenere, sufficere hoc casu consilium canonicorum Ecclesiae Cathedralis, & sic simpliciter transit, & dicit, quod Inn. hanc opinionem tenuit in *c. nouit, de his, quae fiu. à Prala.* & ità fuit sibi contrarius; quia hic requirit consensum, ibi consilium; & longa differentia est inter cōsensum, & consilium, vt *c. cum in veteri. de election. & in c. cum olim. de arbitr.* Sed aduerte, inquit Abb. vbi suprà, vltrà Doct. nam reperio Feder. de Sen. *cons. 137.* tenere, quod non requiritur hoc casu cōsensus, vel cōsilium Ecclesiae Cathedralis, sed sufficit consensus, seu authoritas Episcopi sed contra eum videtur *text. in d. c. 1. de reb. eccl non alie. vbi Gemi. in 6.* ad quod ipse specificè nō respondit; & multum facit *c. cum Apostolica. eo. tit. de his, quae fiu. à Prala.* vbi videtur pro probari, quod ēt si Ecclesia inferior sit collegiata, requiritur consensus ecclesię Cathedralis extra casum specialem ibi positum in contrarium; quod non videtur, per ea, quę recitat Lauren. de Rodul. *in repet. d. c sine exceptione. 12. q. 2. q. sua 13.* ibi, Pro hac opinione bene facit, quod ipse Abb. scripsit post Inn. *in c. nouit. & plenius in c. cognoscitur. circa finem. de his, quae fi à Pral.* vbi post multa tenendo, quod canonici cathedrales non cōsensum, sed consilium habent adhibere, assignans rationem, quare in alienationibus requiratur consensus illorum beneficiatorum, quorum res alienatur, non ecclesiae Cathedralis, dicit, hoc ideò esse, quia habēt illi de rebus, seu fructibus sui beneficij viuere; & cū canonici Cathedrales nō habeant viuere de fructibus beneficiorum inferiorū, sufficit illorum consilium, nec requiritur consensus, & ità, inquit, seruatur. Immò, inquit, quod plus est, de facto seruatur quod nec etiam consiliū, nedum consensus requiritur, & optimè pro istâ obseruantiâ facit text. *in c. placuit. suprà ead. caus. & q. & quod scripsit Goffre. in Sūma eod. tit. §. in reb. vers. in venditionibus verò. vt per Lauren. d. loco. Sequitur Pet. Rebuff. in compend alien. rer. eccles. in verb. atque consensus.* quod canonici Cathedralis Ecclesiae non habent viuere de reditibus inferioris Ecclesię, ideò eorum non interest, ergò cessabit ratio; & consensus eorum. Vnde, inquit Abb. *d. c. 1. sub d. nu. 5 de his, quae fin. à Prala.* ego dicerem sic, quod aut Episcopus est author in alienatione rei Ecclesiae inferioris, & tunc requiritur consensus capituli sui, & sic potest generaliter intelligi, inquit, iste tex. & ità loquitur text. *in d. c. 1 in 6. & vide ibi gl. in verb. tenues.* Ante Abba. dicit hoc Innoc. *in c. statuimus. de transact. in verb. compositio.* Episcopi autem, si volunt alienare, debent habere consensum sui capituli si habent capitulum, si non habent, debent habere consensum sui presbyteri, *12. quaest. 2. cap. placuit.*

§ Si verò Episcopus non sit author alienationis,

sed Rector Ecclesiæ sit, qui velit alienare, & tunc si illa Ecclesia non habet collegium, sufficit, quod
26 in alienatione interueniat consensus † Rectoris, vel quod Rector alienet cum authoritate Episcopi; ità etiam dicit Roman. *in cons. 36.* nec etiam exigitur decretum. Si verò Ecclesia habet collegiū, requiritur consensus collegij, & subscriptio cum authoritate solius Episcopi: hoc videtur probari per *text. in cap. Abbatib. 12. quæst. 2. & cap. placuit. & 17. quæst. 4. cap. in venditionib. & vide text. iuncta glo. in Clem. 1. de reb. eccles. non alien. sequitur glo. in decis. Tholosan decis. 98.* Et ratio diuersitatis potest esse; quod vbi Episcopus est author, videtur solus, & singularis in alienatione rerum, meritò debet habere consensum capituli sui, ne per eum dissipentur bona Ecclesiæ inferioris. Sed in alio casu quādo videlicet ipse non est author, sed Rector alienat, alienatio non procedit ab Episcopo, sed ab Ecclesiā inferiori, quare sufficit authoritas sua simpliciter; vtile tamen esset requirere consilium capituli sui, *vt cap. nouit. eod. titn. idem tenet Aegid. Bellamer. in cap. Abbatib. 12. quæst. 2. colum. 10. versic. secunda quæst. Idem affirmat idem Abb. in d. cap. cum Apostolica numer. 9. eod. titu. in versic. vltimo. arguo.* vbi etiam se remittit ad supradicta. Et pro hoc nota, quod dicit idem Abb. *in d. cap. cum Apostolica. numer. 13. versic. nota secundò ex gloss.* quod in alienatione rei Ecclesiæ inferioris Episcopus præstat regulariter authoritatem, non autem alienat ipse. Quod ego intelligo, nisi Episcopus pro necessitate Ecclesiæ vellet rem Ecclesiæ inferioris alienare; quia licèt Episcopus non possit vendere bona Ecclesiæ sibi subiectæ, sed solùm suam authoritatem venditioni, & alienationi impertiri, secūdum *gloss. positam in d. cap. cum Apostolica per ea, quæ notat Lauren. de Rodulphu in repet. d. cap fine exceptione. 12. quæst. 2. quæst. 13* tamen secundum *Innocen. in cap. 1. de reb. eccles. alien.* bene id potest Episcopus ax causa, & idem ibi videntur sentire Ioann. Andr. & Hostiens. eius verba referendo super *gloss. si igitur. per Innocen. in cap vnico. vt eccles. benef. sine dimi. conse. super verb. constituat.* immò ibi sentit de rebus vacatis ex causa iusta. Et dicit idem Lauren. *d. loco. versic. sed restat.* quod clerici illius Ecclesiæ, cuius bona alienantur, habent consentire, per iura, quæ ibi adducit. Sequitur Aug. Bero. *in cap. 1. de reb. eccles. alien. vel non. colum. 10. versi. & ex verbis Abb.* vbi dicit; quod Episcopus, aut alius Prælatus exemptus non potest permutare res suarum Ecclesiarum, aut illas aliter alienare absque consensu, & licentiā Ecclesiarum, & sic Rectorum illarum, per illum tex. quem dicit esse meliorem de iure. *in ca. quicunque. 12. quæst. 2 ibi, quicunque prædia Ecclesiæ, & c. bonæ text. in cap. 1. in 6 eod. titn.* Suadetur hoc esse verissimum; quia absque consensu partium non perficitur contractus emptionis, & permutationis, & nec alius, *l. 1. §. 1. ff. de pac.* sed Ecclesiæ, vel eorum Rectores sunt loco partium, &c. vt per Bero. *d. loco.* quia, vt ipse subdit ibidem, Rectores Ecclesiarum habentur loco dominorum, licèt non sint domini, & sunt ad instar tutorū. Et hoc vltimum intelligo, inquit idem Lauren. *d. loco.* nisi alienatio vel transactio fieret ex iusta causa in alium locum Ecclesiasticum, per notata *16. quæst. 1. Ecclesia.* & iu alijs casibus, vt ibi in quibus casibus dicit, quod Episcopus poterit de per se, & quod nedum canonicorum illius Ecclesiæ, sed nec etiam Cathedralis Ecclesię consensus erit requirendus, secundum veritatem, vt ibi per eum. Et subdit Abb. *in d. cap. 1. de bo, quæ sin à Prælat nu. ner. 7. versic. vltim. quæritur.* quod si Episcopus non habet capitulum. putà, quia propter bella, Ecclesia sit destructa, dicunt Doctores, quod loco canonicorum habebit alios clericos † honestos, *arg. 65. distinct. si forte. & in l. vbi absunt. ff. de tutor. & cura. dat. ab hu. bonus text. 17. quæst. 4 cap. nullus res.* & nota hoc dictum; & est vtile istud seruare in alienatione fiendā etiam per Prælatum Ecclesię inferioris. Et in alienatione rei paruæ non requiritur cōsensus capituli, vt ibi per Abb. *in fi.* secus si sit res magna, & in alienatione rei magnæ, per Abb. *in cap. continebatur. colum. 2. sub numer. 6. eod. tit.* ibi; Ex quo habes primò, quod vbi fieret concessio magnæ rei etiam ad tempus, debet interuenire cōnsensus capituli expressus, per Ioan. Andr. *in addit. ad Specu. in titu. de reb. eccles. non alienan.* Idem ferè habetur per Ioann. de Tur. Crema. *12. quæst. 2. in summa.* vbi dicit; quod pro forma, quæ seruatur in alienatione rerum Ecclesiæ, est notandum, quod olim solebat fieri alienatio rerum Ecclesiæ cum consensu, & authoritate aliquorum Episcoporum comprouincialium, vel totius concilij, qui de causā cognoscebant, & subscribebant, *10 quæst. 2. cap. casellas in fin. 17. quæst. 4. nullus res.* & hoc olim obtinuit, quando tantum matrices Ecclesiæ haberent possessiones modicas: nunc autem quia tantum sunt augumentatæ facultates Ecclesiæ, vt singulis suæ Ecclesiæ cura sit satis onerosa, sufficit Episcopi, & clericorum illius Ecclesiæ, siue capituli consensus, tractatus, & subscriptio, *12. quæst. 2. alienationes. & cap. sine exceptione. 12. quæst. 2.*

§ In alienatione ergò rerum Ecclesiæ Episcopalis debet esse consensus Episcopi, & capituli, aliàs alienatio nō valet, nisi modicę, & inutiles sint possessiones, quæ citra hanc formam possint abEpiscopo alienari, *vt cap. terrulas. 12 quæst. 2.* & in parochialibus Ecclesijs debet adesse consensus Episcopi, & presbyterorum, siue clericorum illarum Ecclesiarum, nam ibi nec clerici possunt alienare sine consensu Episcopi, vt *d. cap. Abbatibus. & ca placuit. nec Episcopus sine ipsis, 10. quæst 2. si quis Episcopus.* Et dicit Philipp. Franc. *in rub. de reb. eccles. non alien. in 6. primo not. secundum Felyn. & Imo. in cap 1. de bo, quæ sin. à Præla.* quod hodiè non seruatur, quod in alienatione rerum Ecclesiæ inferioris requiratur consensus capituli ecclesiæ Cathedralis; quia in alienatione tali non requiritur nec consensus, nec consilium capituli, & talis consuetudo valet, *arg. cap. 3. de consuet e lib. firmat Imo. in d. cap. 1. ante fi. Feder. consil. 137 gloss. in Clem. 2 eod. tit. in verb. consentiente facit, quod dicit Bald. in d. Authen. hoc ius. C. de sacrosanct. eccles.* quod in alienatione rerum ecclesiæ debet requiri illa persona, quæ illam ecclesiam administrat cum authoritate superioris.

§ † Vnde per hoc meo iudicio videtur requirendus cōnsensus illius, qui ecclesiā regit, & ministrat, vel in ea cum titulo inseruit; quia si sit Cathedralis, requiritur capitulum, si parochialis, Rector, si capel- 28

si capellania, capellanus, & huiusmodi; quia dicit Ioan. de Imo. *in c. vnico. colum fin. vt eccl. benefic. sine dim. confer. secundum Ioan. Andr. post Inno.* ibi; quod si Ecclesia habeat Rectorem, & sic sponsum, Episcopus non potest diminuere, aut alienare aliquid de bonis illius sine consensu Rectoris, & Rectore non requisito. facit, quod in hac materia dicit Bal. *in c. 1. de bu, qui feu. dar. poss. vers sed nunquid superior.* vbi tenet, quod Prælatus superior non potest dare in feudum feuda, quæ pertinent ad collationem Prælati inferioris sibi subiecti; quia iuri inferioris Ecclesiæ non potest derogari. nam ibi distinguit, aut, inquit, Ecclesia erat immediatè subiecta, & valet infeudatio; aut mediatè, & non valet, nisi eius vacante Rectore. & subdit, Nulla Ecclesia dicitur in casu isto immediatè subiecta; quando Rector ipsius ministrat, non nomine suo, sed nomine superioris. Idem Bal. *in l. 1. C. ne fiscus rem. lib. 10.* vbi decidit, quod hoc potest Prælatus superior, quando Ecclesia maior est in necessitate. facit *gl. in d. l. 1.* quod si Abbas vendit rem vnius conuentus sibi subditi, quæ res sit alterius, valet venditio, nec reuocatur. Et habetur *in gloss. in ca. 1. extrà de procurat. in verb legaliter.* quod nec Prælatus sine consensu capituli, nec capitulum sine consensu Prælati potest iudicium exercere, nec conuenire; quia nec alienare potest alter sine altero, *12. q. 2. c sine except.* nec com mutare, nec donare, vt ibi dicitur *de donatio c pastoralis. & de bu. quæ fiu. à Præla sine consen. capitu per totum.* & eodem modo nec capitulum sine consensu Prælati, cum omnes vnum corpus intelligantur. *c. nouit. de bu, quæ fiu. à Præla.* Vnde in casu illius gl. alter sine consensu alterius non potest, nec conuenire, nec conueniri. quia dicit text.
29 quod qui non potest † alienare, non potest rem in iudicium deducere, *l. ait prætor. ff. de iure delib.* & per iudicium quædam alienatio fit: in iudicio enim contrahitur, sicut in stipulatione. *ff. de pecul. l. licet. §. sed si filius. & ins. & aliàs vt ibi per d. gloss. ad longum. idem per gloss. in cap edocere de rescrip. extrà.*

§ Sed est aduertendum, quod Rector, vel Prælatus Ecclesiæ habentis aliam Ecclesiam vnitam, nō potest alienare, nec consentire alienationi rerum Ecclesiæ vnitæ pro solutione debitâ, vel causâ spectante ad Ecclesiam, cui est vnita. immò cauere habet Prælatus, quod si mutuum accepit pro Ec-
30 clesiâ vnitâ, non conuertat † in vtilitatem alterius Ecclesiæ. quia aliàs erit sacrilegus, & punietur, per doctrinam Innoc. in *c. pastoralis. de priuil. per Bal. in d. Auth. hoc ius C. de sacros. eccl. vers. sed pone.* vbi dicit,
31 quod res vnius Ecclesiæ non venditur † pro debito alterius. licèt *gl. in l. 1. lib. 10. de vend. rer. fiscal.* videatur tenere contrarium, & pari modo cōtrarium teneat *D. Anto cap. eam te. in vlt. col. de ætat. & qualit.* Facit pro hoc, quod decidit Bald. *in l. 1. de metropol.* quod bona Castri vniti non venduntur pro debitis ciuitatis, vel loci, cui Castrum est vnitum, & quod dicit Archid. *21. quæst. 1. in summa. circa fin.* quod si Ecclesia matrix non soluit iura Episcopalia, non possunt ob hoc Ecclesiæ ab ea dependentes interdici; nec eorum bona pignerari.
32 § † Sed hoc procedit, vel procedere posset, vbi vnio esset ad protectionem, vel aliàs non pleno iure; quia si vnio sit facta per incorporationem, & pleno iure, est secus; tunc enim benè potest vendi res alterius Ecclesiæ pro altera, ita intelligit Felyn. *in cap. translato. col. 3. ver. limita. ista. de constit.*

§ Si verò coadiutor sit in aliquâ Ecclesiâ, & velit, vel alienare, vel alienationi consentire, quamuis glo. *in cap fraternitatem. 70. distinct.* dicat, quod potest tamen Innoc. *in cap. venerabilis. extra de offic. deleg. in gloss. signata suprà in verb. alienationis.* tenet contrarium; quem sequitur *Alberi. in d. Authen. hoc ius. versic. verum coadiutor. Cod. de sacrosanct. eccles.*

§ Et si canonicus velit alienare rem, aut bona præbendæ, distinctæ, licet videatur, quod ipse id facere possit cum authoritate Episcopi, sicut in alienatione, quæ fit per Rectorem, vel clericum. *cap Abbatibus. cap. placuit. 12 quæst. 2. & cap. in venditionibus 17. quæst. 4. & gloss. versic. tractatus. de rebus eccles. non alien cap. 1. in 6.* tamen id non potest, nisi etiam adhibito consensu capituli, *cap. ad audientiam. vbi Abba. & Doct. de reb. eccles. alien. vel non. Pau. de Castr. consil. 116. colum. 1. est decis Rotæ decis. Crescen. 280. incip. alienatio. titul. de rebus Ecclesiæ, &c.*

§ Et in alienatione bonorum, vel Ecclesiæ, ad canonicatus habet citare ille, † qui habet regres- 33
sum in illâ; vnde solius Rectoris, vel canonici, aut Prælati consensus non sufficit, est decisio Rotæ in manuscriptis coram Puteo *decis. 2. incip. citaui.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio non tenet, nisi consensus Episcopi, Abbatis & omnium Fratrum interuenerit.*

2 *Abbas non potest alienare, nec in feudum dare sine consensu Episcopi.*

3 *Abbatissa habet liberam administrationem sui monasterij sicut Abbas.*

4 *Abbatissa, & Moniales non obstante sexu fœmineo, disponunt de rebus monasterij.*

5 *Abbas exemptus qui iurauit non alienare Romano Pontifice inconsulto, non potest sine voluntate Papæ alienare.*

6 *Tractatus de alienando debet fieri cum magna deliberatione, & maturitate.*

7 *Prior existens sub Abbate exempto poterit alienare cum consensu Abbatis.*

8 *Abbas exemptus fungitur vice Episcopi in autorizando.*

9 *Abbates aliquando habent iurisdictionem specialem in prioritatibus sibi subiectis.*

10 *Ecclesia si subest Abbati in spiritualibus, & Episcopo in temporalibus, non sufficit licentia Abbatis.*

11 *Abbates cum consensu suorum Prælatorum alienare debent.*

12 *Papa si interponat suam authoritatē non requiritur, nec consensus capituli, vel Prælati, nec inferioris.*

13 *Papa solet committere alicui, vt se informet: & ad illius relationem interponere suam authoritatem, aliàs alienatio irritaretur.*

14 *Authoritas superioris debet interuenire, sine fiat à Prælato*

Pralato regulari siue saculari.

15 *Abbas cum conuentu sine Episcopi consensu non potest aliquid infeudare, sed si secus, fiat contractus est ipso iure nullus.*

16 *Rerum monasterij tota dispositio spectat ad Abbatem, & quomodo hoc sit intelligendum.*

17 *Religiosi in alienatione rerum Ecclesia debent adhibere authoritatem superioris.*

18 *Abbas in rebus Ecclesiarum sibi subiectarum habet ius quasi Episcopale.*

19 *An consuetudo valeat, quod Abbas sine consensu Episcopi possit de rebus sui monasterij disponere.*

20 *Consuetudo, qua granosa, vel non granosa dicatur: & qua res dicatur modica, & leuis, & qua magna, vel ponderosa, superioris arbitrio relinquitur.*

QVORVM CONSENSVS REQVIratur in monasteriorum rebus alienandis.

QVAESTIO XXVII.

IN rebus autem monasteriorum alienandis habet interuenire consensus Episcopi, Abbatis, &
1 omnium fratrum, † aliàs non tenet alienatio,
cap. Abbatibus. 12. quaest. 2. 17. quaest. 4. in venditionibus,
vt per Ioann. de Tur. Cremā. d. loco. Albert. in Authen.
hoc ius. C. de sacrosanct. eccles. versic. vbi Abbas, vbi di-
2 cit; quod † Abbas non potest alienare, a nec in feu-
a dum dare sine licentia Episcopi. Pro quo dicit
Abbas *in cap. continebatur. numer. 4. de his, qua fiu. à*
3 *Pralat. versic. 2.* collige, † quod Abbatissa habet li-
beram administrationem sui monasterij sicut Ab-
bas, & quod ad validitatem concessionis faciendę
per eam debet interueniri consensus capituli sui,
4 Ex quo, inquit, † collige per Abbatissam, & Mo-
niales, non obstante sexu fœmineo, disponitur
res Monasterij, est consilium Bal. *consil. 374. vo-*
lum. 1. vbi dicit; quod in rebus monasterij alienan-
dis requiritur consensus Abbatis; & consensus
5 capituli sui, & autoritas Episcopi, & si Abbas † est
exemptus, qui iurauit non alienare Romano Pon-
tifice inconsulto, non potest alienare sine volun-
tate Papæ, *12 quaest. 2. cap. Abbatibus. 17. quaest. 4. cap. in*
venditionibus. cap. vt super. extra de reb. eccles. alien.
per Innoc. in cap. statuimus. de transact. Et oportet,
quod in talibus alienationibus præcedat tracta-
6 tus, qui debet † fieri cum magnâ deliberatione, &
maturitate, *cap. sine exceptione. 12 quaest 2. d. Authen.*
hoc ius. Et in monasterium exemptum nullus Præ-
latus potest exercere aliquam potestatem sine cō-
7 sensu Abbatis, *18. quaest. 2. cap. luminoso.* † Si tamen
sub aliquo Abbate exempto est aliquis Prioratus
habens bona distincta, & Prior illius loci vult a-
8 lienare, poterit hoc facere cum consensu † Abba-
tis, quia Abbas ille fungitur vice Episcopi in au-
thorizando, vt not. *in c. 1. extra de reb. eccl. alie.* quia
cū res talis prioratus non sit de mēsâ Abbatis, sed
de mēsâ Prioris, iuramentū Abbatis de nō alienā-
do Romano Pontifice incōsulto, nō extendit se ad
id, quod non est de mensâ suâ, *d. cap. vt super. vbi Ho-*
9 *stien.* Et dicit gl. *in Cleme. 1 eod. tit.* quod † Abbates
aliquando habent iurisdictionem specialem in
prioratibus sibi subiectis, & tunc alienatio fru-
ctuum, & Prioratus potest fieri cum consensu Ab-
batis, & conuentus, seu capituli, quando capitula-
tur, & non requiritur consensus Episcopi. pro
quo vide Innoc. *in d. c. statuimus. de transact. in fi.* Et
istud hodie seruatur, quia Priores faciunt decreta-
ri istas alienationes in capitulo generali. Sequitur
Bal. *in l. quacunque in 2. col. vers. dicit Archid quod nul*
la. C. de bon. qua liber. quod alienatio bonorum mo-
nasterij fieri non potest sine authoritate Episcopi.
† Et si Ecclesia subest Abbati in spiritualibus, & E- 10
piscopo in temporalibus non sufficit licentia Ab-
batis, per Cardin. *in d. Clem. 1. quaest. 35 de reb. eccles.*
non alien. Archid. 18. quaest. 2 nullam. Abbates † enim 11
debent alienare cum consensu suorum Prælato-
rum, *17. q. 4. in venditionibus.* quia dicit magistrali-
ter Inno. *in d c. statuimus.* quod qui subsunt Episco-
pis cum eorum consensu vendant: vel componāt;
& qui subsunt Archiepiscopis vendant eorū con-
sensu accedente; Abbates etiam cum cōsensu Prę-
latorum suorum alienare debent, *d 17. q. 4. in ven-*
ditionibus.

§ Sed si Papa suam interponat authoritatem in
alienatione Ecclesiæ, † tunc non requiritur, nec 12
consensus capituli, nec Prælati inferioris, per gl. &
Doctor. in c potuit. de locat. extrà. ità consuluit Dec in
suo cons. 142 incip pro tenui. solet † tū Papa commit- 13
tere alieno existēti in partibus, vt videat, an expe-
diat illam rē alienari, & postea ad relationem illius
suam interponere authoritatem; aliàs etiam alie-
natio, etiam authoritate Papæ facta irritaretur;
quia iure non facta vt not. *in c. non liceat. 12. q 2. Re-*
buff. in suo compen rer. alien. vers. 3. requirit. Et talis
consensus, siue authoritas † superioris ita debet 14
interuenire, si alienatio fiat à regulari Prælato,
sicut si fiat à sæculari, per tex. *in cap. Abbatib. 12. q. 2.*
& c. in venditionib. 17. q. 4. vbi aperte habetur; quod
Abbates non possunt alienare sine consensu Epis-
copi. Nec habet obstare *ca. 1. eo. tit. in Clem.* vt clarè
colligitur ex not. *ibidem in glo.* † Nec etiam Abbas 15
cum conuentu sine Episcopi consensu potest ali-
quid infeudare, & si infeudat sine consensu, ipse
contractus infeudadationis est ipso iure nullus,
per *tex. in cap. ad nostram. de reb. eccl. alien. vel non. se-*
cundum quod ita intelligit illum text. ibi Hostien. &
Guido in c. Abbatib 12. quaest. 2. vbi Bellamer. colum. 21.
versic. secundò quaritur. dicit; quod contractus *d. cap.*
ad nostram. fuit ipso iure nullus, quia consensus di-
œcesani non interuenit. vbi recenset, quod circa
d. cap. sunt Doctorum duæ opiniones; vna, quę fuit
Innoc. & Goffre. quam sequuntur Ioan. Tanc. &
Vinc. quod ibi contractus fuit solemniter celebra
tus, & in casu concesso, scilicet, in causam necessi-
tatis, sed propter læsionem enormem monasteriū
restituitur. Sed ipse Bellam. iudicat primam opi-
nionem, scilicet, Hostien. & sequacium veriorem,
cum qua transit in *d. ca. Abbatibus. & in d. cap. ad no-*
stram. 2 quaest.

§ Sed videtur contrarium. *per tex. in d. cap. nullam.*
18. q. 2. † vbi videtur, quod tota dispositio monaste 16
rij, & rerum monasterij spectet ad Abbatē. per quē
tex. videtur abrogata dispositio *d. cap. Abbatib. & c.*
in venditionibus. refert gl. 1. in sui principio in d. c in ven
ditionibus. & ità tenet ibi. & refert Arch. Sed veritas
est in contrarium; quia *text. in d. cap. nullam.* vbi
dicitur,

dicitur, quod tota potestas monasterij pertinet ad Abbatem, est intelligendus, quantū ad Monachorum exclusionem hoc est, quod ita pertinet ad Abbatem, quod non ad Monachos, secundum gl. vel dicere potes, secundum quod ibi dicebat Archid. referens verba Hostien *in c. 1 de reb. eccl. alien.* scilicet, quod ille tex debet intelligi, quo ad regulam, & regulæ formam, & pertinentia ad illam, sed nō quoad alienationem; quasi velit ille text. quod ita pertineat interpretè potestas monasterij, quoad prædicta ad Abbatem. quod non ad Monachos, id est, ità pertinet ad Abbatem super Monachos, quod non habeant aliquam potestatem Monachi super Abbatem. vel expone tota potestas, id est, Prælatio: non enim est ib alius Prælatus. † vnde habes, quod Prælati, & religiosi habent adhibere in alienatione rerum Ecclesiæ consensum, vel authoritatem superioris, per Lauren. de Rodul. *in repet. d. c. fine exceptione. 12 q. 2. in qua 16. quia dicit Bal. in d.*
87

88 *Auth. hoc ius. 3. col.* quod † Abbas exemptus in alienatione rerum Ecclesiarum sibi subiectarum interponit ipse authoritatem, quia ipse habet in eis quasi ius spirituale, sed res proprij monasterij non alienat Papa inconsulto, per gl. *in c. dudum & Clem. monasteriorum. allegata. Pro qua materia vide, qua dicit Bella in d. c. Abbatib. 12. q. 2 col. 24. vers. oppositionib.* vbi quærit; an posset valere de iure consuetudo, quod Abbas, sine consensu Episcopi possit de rebus sui monasterij dare. vbi per contraria materia disputata concludit, quod si consuetudo sit grauosa monasterio, putà, quia alienatio, quæ per consuetudinem huiusmodi defenditur, esset notabiliter grauosa, non valet consuetudo, & idem, inquit, dic de multiplicatione donationum modicarum, si simul consideratæ simile grauamen inducerent ex identitate rationis, per not. per Cyn. *in l. sancimus. C. de donat. § si quis. in vltim. quæst. & ita procedunt lecta, & not. in cap. cum causa. de re iudic.*

¶ Sed si consuetudo non sit grauosa, putà, quæ contineat leuem donationem, tunc consuetudo tolleratur etiam in Prælato regulari, per not. *in cap. cæterùm. de donat.* Et maximè in Prælato sæculari.

89 ¶ † Quæ autem consuetudo dicatur grauosa, & non grauosa, quæ dicatur modica, & leuis, quæ magna, vel ponderosa, iure non est determinatum. & ideo puto, inquit, omnia esse superioris arbitrio relinquenda, *l. 1. ff. de iur. delib. §. j. cap. de causis. de offic. delegat. vt per Bellamer d. loco. & in capit. dudum. de rebus Ecclesiæ non alien. in 3. & 5. quæst.*

ADDITIO.

Vide suprà *q. 24. in princip. & ibi posui.* Requiritur etiam in fratribus, vt etiam in monachis nigris, suprà *quæst. 25. numer. 29. & infrà quæst. 41. in pluribus numeris.* Item Vicarius Generalis in ordine S. Augustini sufficit, Bero. *consil. 91. volum. 1. limitatur in acquirendis, vt suprà quæst. 2 cap. 14.* Item in monasterijs Prædicatorum: Et quod sufficiat consensus Prouincialis, *Rolan. cons. 15. volum. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Hospitalis bona, si non est fundatum cum authoritate Episcopi, possunt sine illius consensu alienari.*
2 *Relicta Hospitali gaudent priuilegio relictorum ad piam causam.*
3 *Collegium alicuius, confraternitatis an possit ipsius bona vendere, quæ sunt deputata ad pauperum alimoniam.*
4 *Fundator hospitalis disponens, quòd hospitale non esset subiectum Episcopo, quid tacitè voluerit.*
5 *Gubernatores hospitalis si iniustè alienarent, posset quilibet de populo eis resistere, quando Episcopus esset negligens.*
6 *Forma Canonis non est seruanda in vendendis rebus legatis ad pios vsus.*
7 *Relicta hospitalibus distribuuntur inter pauperes per Episcopum habito respectu personarum, non locis.*
8 *Prohibitio de non alienandis rebus Ecclesiæ non habet locum in hospitalibus priuatis.*
9 *Bona hospitalis priuati à solo hospitalario alienari possunt.*
10 *An in alienatione bonorum mobilium hospitalis requiratur solemnitas iuris, quæ requiritur in rebus Ecclesiæ alienandis.*
11 *Dos hospitalis primaua sine solemnitatibus alienari non potest, secus in bonis obuenientibus ex relictis, vel oblationibus.*
12 *Mendicantes bona immobilia capere possunt, & vendant.*
13 *Episcopi tanquam patres pauperum alienant bona hospitalium sine decreto.*
14 *Prohibitio alienationis extenditur etiam ad bona hospitalium leprosorum, & cuiuslibet loci pij.*
15 *Collegia profana absque alicuius consensu, & causa, ac solemnitate sua possunt bona alienare.*
16 *Fraternitates viuentes sub disciplina sunt quidem collegia approbata. non tamen pia loca.*
17 *Vita illorum, qui sunt de aliqua fraternitate, est potius honestius viuendi modus, quàm pius.*
18 *Alienatio rerum quorumlibet locorum piorum est interdicta.*

DE CONSENSV PRAESTANDO in bonis hospitalium, & fraternitatum.

QVAESTIO XXVIII.

SED quid de bonis hospitalium? Et puto, quod illud sit, si hospitale non sit fundatum authoritate Episcopi, & aliud, si sit constructum cū Episcopi authoritate; quia bona hospitalis, † si nō 1 est fundatum cum authoritate Episcopi, benè quidem possunt alienari, & distrahi absque aliquo consensu, & authoritate Episcopi, quia sine aliqua solēnitate Episcopi interueniēte distrahūtur, & alienantur, latè per Felyn. *in cap. de quarta. 2. col. de præscript. ver. & dicit.* vbi dicit secundum Paul. *consil. 95. in fin.* quod in alienatione bonorum obuenientium tali hospitali non requiritur solemnitas, quæ requiritur in bonis Ecclesiasticis.

2 siasticis. † Fatetur tamen quod relicta tali loco gaudent priuilegio relictorum ad piam causam, videlicet, ne patiantur distractionem Falcidiæ; nec Doctores suprà allegati dicunt specificè, quod bona hospitalis priuati debent alienari cum solemnitate, sed loquuntur simpliciter. Est verum, quod Andreas Siculus *in cap. nulla. extra eo. in 1. col. vers.* & pondera subtiliter: affirmat per vnam considerationem, quam dicit nouam, videlicet, quia cum talia bona sint deputata ad vsum pauperum, & in protectione Episcopi, videntur fauore pauperum mereri tale priuilegium ad euitandam disceptationem alimoniæ ipsorum pauperum. Sed, inquit Felyn. per hoc non recederem à prædictis. primò, quia videretur, quod Bal. in pluribus locis dixisset falsum, maximè *in Auth. hoc ius.* dum dicit;
3 quod collegium alicuius confraternitatis † potest vendere bona ipsius confraternitatis, quę tantum sunt deputata ad alimoniam pauperum. Secundò cum imponantur graues pœnę alienantibus bona Ecclesiæ sine solemnitate, & maximè *per extrauag. Ambitiosæ. extrauag. comm. de reb. eccl. non alien.* esset res noua dicere, quod talis pœna haberet locum in omni alienatione rerum deputatarum ad vsum pauperum.

4 Tertiò, quia fundator disponens, quod † hospitale non esset subiectum Episcopo, tacitè voluit, quod Episcopus non haberet authoritatem in aliquo contractu, vel distractu fiendo de bonis hospitalis tanquam magis confisus de regimine, & gubernio posterorum, quam Episcopi. Concedo tamen, quod si bona dissiparentur, vel sine causa alienarentur per gubernatores hospitalis, non di-
5 co per ipsum fundatorem posset quilibet † de populo ei resistere, & se ei opponere iniustè alienanti, quando Episcopus in hoc esset negligens, per *tex. singularem, & vulgatum in §. Si autem locorum. in Auth. de Ecclesiast. tit.* Facit, quod dicit *Laur. de Ro-*
6 *dul. in c. sine exceptione. 12. q. 2 in quæstionibus,* † quod in vendendis rebus legatis ad errogandum pauperibus pijs vsibus, non est seruanda illa forma Canonis, quia non sunt bona Ecclesiastica, *l. si quis ad declinandam. C. de Episcopis, & cler.* Et dicit *Bal. in Auth hoc ius. C. de sacrosf. eccl.* quod relicta hospitalibus priuatis, prout sunt altaria, quæ habent nobiles in priuatis domibus, & prout sunt hospitalia, quæ habent nobiles, & communitates, seu ciuitates, in quibus Episcopus non habet institutionem, vel destitutionem, quia non fuerunt fundatá eius authoritate, sed proprius sunt profana, quod E-
7 piscopus talia legata, & talia relicta capit, † & distribuit inter pauperes habito respectu ad personas pauperum, non ad locum, quia talia non sunt constructa, aut ædificata authoritate Episcopi, *vt not. 18. q. 2. c. quidam in glo. & in Clem. quia contingit. ad fi. de religio dom.* Et præsidentes talibus hospitalibus non gaudent priuilegio clericorum, *vt not. in Spec. de stat. monach vers. 36.* Et credo, quod relicta facta istis hospitalibus non applicantur sibi, cum istæ domus sint prorsus seculares, & non priuilegiata; tamen, inquit, quia legatum est factum contemplatione pauperum, Episcopus capiet, & distribuet inter pauperes, &c. Et nomine istius hospitalis non potest peti restitutio in integrum. nec obstat infrà, inquit, *tit. 1. l. orphanotrophos.* quia debet intelligi de hospitali legitimè cóstructo cum authoritate Episcopi. Et dicit Rebuff. *in compendio alien. rer. eccl. vers.* non tamen, quod prohibitio † de non alienandis bonis Eccle- 8
siæ non habet locum in hospitalibus priuatis, in quibus non habet institutionem Episcopus aut destitutionem, quia non est fundatum eius authoritate, *ca. quidam. in gl. 18. q. 2. gl. in Clem. quia. in fi. per relig. domi.* quia dicit Felyn. *in d. c. de quarta. de præscriptio.* quód bona hospitalis taliter fundati solus hospitalarius ius pro libito † voluntatis alienat; 9
sed si hospitale sit legitimè constructum, & cum authoritate Episcopi, secus videtur; quia talia bona alienantur cum authoritate Episcopi, per *gl. in Auth. de non alien. §. sancimus. c. inter dilectos. de dona. Sed & D. Lap. de Castillio. in c. de xenodochijs. de relig. dom. q. 72.* format quæstionem, nunquid in † alie- 10
natione bonorum mobilium hospitalis requiratur solemnitas iuris, quæ requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ. Et soluit, quod Petrus de Belapertica, *vt refert Pau. in Clem. quia contingit. de relig. dom.* dixit; quod decretum est necessarium in immobilibus, sed non in his, quæ seruando seruari non possunt, *vt in c. grauis. de rest spo. allegat. C. de admin. tut. l. lex, qua tutores.* & subdit idem Lap. quod ista faciunt ad propositum ad id, quod seruat hospitale S. Mariæ Nouæ de Florentia, cuius Rector consueuit de triennio in triennium impetrare licentiam ab Episcopo Florentino vendendi, & alienandi bona immobilia, quæ obuenire contingit ipsi hospitali: & vigore ipsius licentiæ plurima vendit. Et quærit, nunquid fieri possit de iure Respon. quod non est dubium, quod dicta licentia non sufficeret in bonis Ecclesiarum, vbi requiritur materia, scilicet causa iusta, & forma tractatus inferiorum, & superiorum authoritas; sed talis licentia diffusa, vaga, & incerta non potest prædicta includere, sed in hospitalibus putat idem, si loqueremur de dote primæua, † quæ con- 11
stituta fuit, & sine qua Episcopus pati non debet hospitale de nouo erigi; sed de bonis obuenientibus ex relictis, vel oblationibus putat secus: ista enim facilius vendi possunt; quia causa semper est vniuersalis, perpetua, & iusta, vt distribuantur in vsus pauperum. Quæ distinctio non placet Laur. de Rodul. *in sua repet. c. sine exceptione. 12. q. 2. q. 19.* vbi dicit; quod illud, quod dicitur, quod illa, quæ de bonis obuenientibus ex relictis, vel oblationibus fidelium, vel aliàs hospitalibus concessis, possunt alienari, non illa, quæ sunt de dote primæua, quæ constituta fuit, posset procedere in hospitali, quod ex statuto siue pacto in fundatione apposito, aut ordinatione Apostolicâ nil proprij posset possidere; sed quod haberet omnia venundare, sicut esse dicitur de dicto hospitali S. Mariæ Nouæ: quod quidem statutum, vel pactum de iure interuenire potest, vt per eundem Lap. *in d. cap. de xenodochijs. q. 63.* sicut dicimus † de mendicantibus, quę 12
bona immobilia capere possunt, vt vendant, iuxta *not. in capitu. in præsentia. de probatio. & de relig. dom. c. 1. in gl. veterem. in 6.* Item vel alio modo possemus id intelligere, quando videlicèt euidenter, & notoriè constaret vtilius fore vendere oblata, seu relicta

ricta, & exinde eleemosynam in sustentationem pauperum euidenter fieri; sicut potest contingere, & ab experto videmus in *d. hospitali S. Mariæ Nouæ*. Facit in materia, quæ refert Fabianus de Monte *in suo tract. de emptio. & vendit. 3. q. potenti, q. 17. nu 35. vers.* idem dicendum est. vbi dicit; quod hospitalarij, qui tenent hospitalia ciuitatum, non possunt alienare bona hospitalium sine decreto Episcopi, *l. orphanotrophos. C. de Episcopis, & cler. & in Clem. quia contingit. de relig. dom.* quod colligitur ibi, dum æquiparantur tutoribus, & curatoribus.
13 Sed Episcopi tanquam patres pauperum † benè alienant bona hospitalium sine decreto, *vt in Authen. de Ecclesiast. tit. 6 si quis in nomine. coll. 8. ita notat Bal. in l. si prædia. ff. de rebus eor. Bal. in d. l. orphanotrophos.* vbi dicit; quod bona hospitalium possunt vendi causa legitimè subsistente, de quo plenius per eundem *in Auth. hoc ius. C. de sacrosf. eccl.* Per quæ deducta videtur tenere, & concludere Lauren. *d. loco*, quod bona hospitalium authoritate Episcopi fundatorum, non possunt alienari sine solemnitate, quia cum taliter fundatum hospitale sit, & possit dici locus pius in alienatione rerum illius habent interuenire illæ solemnitates, quæ regulariter interueniunt in alienatione rerum Ecclesiæ, per Abb. *in c. nulli. extrà de rebus Ecclesiæ alienan. per Cardin. d. Clem. quia contingit. §. fi. de relig. dom.* in alienatione rerum hospitalis taliter fundati habet seruari solemnitas, quæ requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ. Et dicit Rebuff. *in suo compendio alien. rerum Ecclesiæ. in reper. ca. sine exceptione. in vers. ne quis Episcopus.* quod omninò est interdicta alienatione rerum Ecclesiæ, item collegiorum, item capitulorum etiam per Imperatorem *in §. nos igitur. in Auth. de non alien. rebus Ecclesiæ colla. 2.*
14 † extenditur etiam prohibitio ad bona hospitalium, & leprosariorum, & monasteriorum etiam mulierem, & alterius cuiuslibet loci pij: sic consuluit, inquit, Alex. *cons. 4. viso. num. 6. 3. vol. vt d. consi. est videre.* Sed quòd dicit de collegijs, quod non possint bona illorum alienari, loquitur in collegijs Ecclesiasticis, quia si non sint collegia Ecclesiastica, sed profana, & sæcularia, benè quidem
15 possunt † liberè absque alicuius consensu, & aliqua causa & solemnitate sua bona vendere, & alienare, *l. 1. §. quib. ff. quod cuiusque vniuer. no per doctrinam Bald. Auth. hoc ius. C. de sacrosf eccl.* Idem ibi dicit Bald. de fraternitatibus quod liberè possunt sine alicuius personę consensu disponere de rebus corporis confraternitatis: quia confraternitas nō est pium collegium, sed omnino profanum, & sæculare, & non priuilegiatum, vnde potest de suis bonis disponere absque aliqua Ecclesiastica solemnitate, sicut cætera collegia sæcularia, *d. l. 1. §. quib. & ita, inquit Bal. consului.* Et idem in *cons. 162. vol. 5.*
16 dicit, † quod fraternitates viuentes sub disciplina & quadam regula Catholica sunt collegia approbata, non tamen sunt loca pia, & domus eorum nō sunt piæ domus, vnde nec sunt pia loca, nisi habeant annexam Ecclesiam, aut hospitale. nam vita
17 eorum est potius quidam localis; & honestus † modus viuendi, quam pius modus, & loca eorum non sunt diuino vsui perpetuò deputata, cùm possint domum, in qua congregantur vendere, ac etiam confraternitatē destruere. Si tamen sint authoritate Ecclesiasticâ, vel ordinarij loci fundatæ, in quibus ordinarius habeat institutionē, & destitutionem, idem ego puto dicendum, vt dixi suprà de hospitalibus, ac rerum hospitalium fundatorum authoritate Ecclesiæ, de quibus bona non alienantur, nisi vt bona Ecclesiarum. Et pro hac materia pro primâ parte, vide, quæ deduco infrà *in q. 51. de casibus, in quibus sine solemnitate, &c. ca. 15. incip. dico. & secundum Bald. & quod dicit Pau. de Cast. in l. 1. quod cuiuscunque vniuersit. not. idem cons. 82.* vbi etiam an sint pia loca. Et an istæ dicantur personæ Ecclesiasticæ, per Alex. *in additio. ad Bart. in l. semper. §. quibusdā de iure immunit. Soci. c. 1. versic. noua declaratio. & c. proposuisti. articulo quinto principali. de foro competenti.* De alijs pijs locis vide, quę deduco in *q. 49.* an appellatione Ecclesiæ in materiā alienationis Ecclesiasticæ veniant loca pia. Et dicit Bald. *in* † *dicta authentica hoc ius. C. de sacrosanctis.* quod alienatio rerum quorumlibet locorum piorum est interdicta per eum primo 18
non

SVMMARIVM.

1 *Sede vacante cōsensus capituli in alienatione rerum Ecclesiæ adhiberi debet.*
2 *Necessitate exigente capitulum potest sede vacante aliqua bona alienare.*
3 *Alienatio si facta sit sine necessitate, erit in optione Episcopi, vel Prælati, an velit stare contractui.*
4 *Contractus, qui potest ab Episcopi, vel Prælato confirmari, est in pendenti.*
5 *Contractus est voluntarius, sed iudicium datur in inuitum.*
6 *Ecclesia diu vacante dabitur curator, cuius authoritate fiet alienatio.*
7 *Capitulum si nullum Prælatum habet, valebit alienatio facta per capitulum authoritate diœcesani etiam sede vacante.*
8 *Prælatus specialis vbi non subest, per quem fiat cōtractus Ecclesiæ, tutius est facere curatorem.*
9 *Iuramentum interpositum super alienatione rei Ecclesiæ, non obstat irritare volenti.*

DE CONSENSV PRAESTANDO IN alienatione rerum Ecclesiæ sede vacante.

QVAESTIO XXIX.

SED si sit Ecclesiæ sedes vacans & in sede vacante, tunc in alienatione rerum Ecclesiæ debet adhiberi cōsensus capituli, & † pari modo 1
requiretur superioris authoritas, per August. Bero. *in cap. 1. de reb. eccles. alien. vel non. col. fin.* ibi Tertiò hanc opionem optima ratione confirmo: vacante sede Episcopali res Ecclesiæ Episcopalis non possunt alienari; nec in alium transferri, quia requiritur consensus Episcopi, &c. *& text. in cap. si qua. & cap precariæ. 12. q. 2.* nec ista authoritas poterit interponi, per Gemin. *in cap 1. de maior & obed. per text. cap. ie, cui. de electio. in 6. Rebuff. in compendio alien. rerum Ecclesiæ, in verb. atque consensu.*

quia

quia si subest magna necessitas, capitulum sede vacante potest † alienare aliqua bona, per Hugo. *in d c. si qua de rebus. 12. q. 2. per tex. in fraternitatem 71. dist. per tex. in c. precaria. 12. q. 2.* dum tamen interueniat authoritas superioris; vbi arguit, quod sic, etiam si iudex præstet authoritatem facto minoris eo tempore, quo non habet curatorem, *l. bonorum. C. qui admitt. ad bon. per Alber. in authen. hoc ius. vers. vtrum C. de sacros. eccl. vbi allegat Archid. in d. c. fraternitatem. 71. dist.* sed si non subest magna necessitas, & sit † facta alienatio, tunc est in optione Episcopi, vel Prælati, vtrum velit stare contractui, vel non, citra aliquam restitutionem in integrum. & hoc fauore Ecclesiæ, & incipit tunc tenere talis contractus, si Episcopus ratum habeat, *arg. c. fi. ne sed. vacan. Io. And.* dicit, quod si capitulum sede vacante faciant aliquem contractum; quod tenet contractus, licèt debeat rescindi, si læsa sit Ecclesia; sicut in contractu minoris, qui non habet curatorem, *l. si curatorem habens. C. de in integr. rest. mi.* & ita intellige tex. *in d. ca si qua de reb. Hosti. aūt in d c. fi. ne sed. vac.* satis videtur adhærere istis; dicens, quod † contractus non est nullus, sed est in pendenti, quia si nullus esset, non posset sine authoritate Papæ subsistere. Et ratio diuersitatis inter iudicium, & contractum est, quia † contractus est voluntarius, *l. sicut. C. de actio. oblig.* sed iudicium datur in inuitum, & fortius ligat. ideo necessarium est consilium maturius, *l. clarum. C. de author. præstan. l. fi. C. de test. milit.* Dicit etiam idem Hostien. in Summa, quod Ecclesia sede vacante potest eo modo contrahere, ergò & minor, scilicet vtilitatem Ecclesiæ faciendo, & alium Ecclesiæ obligando, non Ecclesiam alij, vt *Instit. de author. tutor. in princip.* quod dicit probari in text. *d. c si qua de reb.* dum ponit in optione Episcopi, an velit rescindi contractum, quod non debet velle, vbi rescindi non expediret Ecclesię, maximè quia contractus cum magnis expensis non expeditur, *l. nec ignorans. C. de donat.* & plurimum in his sese ad inuicem illudunt contrahentes, *l. in causa. la 2. §. pen. ff. de minor.* vbi, scilicet subest causa legitima, & solemnitas à iure requisita seruatur. nec obstat *tex. in c. si quis presbyterorum. de rebus Ecclesiæ alien. vel non. & c. 1. eo. tit. li. 6. Tancred. & Goffred vt refert Archid. in d. c. si qua de rebus. in glo. in c. 1. ne sede vacante. & in c sicut nostris. de iureiur.* tenent absolutè contractum esse nullum, & sine aliqua restitutione reuocari, quatenus de facto processit; qui idem etiam esset si haberet Prælatum, & quia sede vacante, & quia sententia contra Ecclesiam tunc lata non valet, *l. acta. §. si ff. de iudi. & l. in vniuersis. C. qui dar. tut. poss.* licèt fateantur dari optionem Episcopo subrogato, vt suprà dicit Hugo. Inn. autem in *d. c. 1. ne sed. vacan.* dicit, quod si diù vacet, Ecclesiæ † dabitur curator, cuius authoritate fiet alienatio vel obligatio, *l. 1 & 3. C. de cura. bon. dan.* Bona autem, quę seruando seruari non possunt, liberè possunt alienari; *l. lex, quæ. C. de admi. tut. & l. fi. C. si propter publi. pensi.* adde notata in simili per Docto. *in c. 1. in fi. de cleri. agrot. lib. 6.* Et dixerunt aliqui, quod si sunt capitula, quæ nullum habent specialem † Prçlatum per quem fiat contractus Ecclesię, quod tunc valet alienatio facta per capitulum authoritate diœcesani, etiam sede vacante, arg. *in Auth. de alien. & emphyteu. §. emphyteusim. vltra medium;* vbi dicitur, quod res Ecclesiæ alienari debet iurantibus administratoribus & œconomis, & cartularijs. & sic patet, quod loquitur de Ecclesia, quæ non habet spiritualem Prælatum: quia tunc ille ille solus iuraret. dicit tamen Ioan. Andr. tutius esse in omni casu † facere curatorem, secundum Innocent. dum tamen non faciant electum nondum confirmatum, secundum Anto. de But. *in c. cū Apostolica de his, quæ fi. à Prælat. est text. in c. auaritiæ. de elect. lib. 6.* Et adde, quod licèt capitulum valuerit contractum † iuramento, si aliàs non valebat, non obest iuramentum etiam repetere, aut irritare volenti, secundum Hosti. *in Summa ne sed. vac. §. 1. per tex. in c. sicut. de iureiur. & per tex. in c. 1. de his, quæ fi à maior. par. cap.*

Margin numbers in order: 2, 3, 4, 5, 6, 7 (left column), 8, 9 (right column).

SVMMARIVM.

1 *Abbas, si nesciebatur, vbi esset, vel si erat valde remotus. poterit res Ecclesiæ alienari necessitate vrgente.*

2 *Necessitate vrgente defensor monasterio vacanti per Episcopum dabitur, qui vicem Prælati supplere habeat.*

3 *Titulus quando habetur pro non titulo. & quis dicitur malæfidei possessor, talis titulus non excusat à fructibus percipiendis.*

4 *Quicquid fit de bonis, & causis sedis vacantis, non valet; quia Ecclesia fungitur vice minoris.*

5 *Episcopus potest alienare bona Ecclesiæ vacantis aliqua iusta causa existente.*

Quod tamen verum est, dato legitimo defensore, aliàs secus, vt nu. 6.

7 *Prælato mortuo monasterium nihil alienare debet de bonis communibus inter ipsum, & Prælatum, nisi quod seruando seruari non potest.*

8 *Ecclesia vacante nihil debet de iuribus ipsius diminui sine causa, quamuis in totum possit tolli dignitas, vel Ecclesia in proprios alicuius vsus transferri, & numer 9.*

10 *Sede vacante si alienatio facta sit, an valeat, distinguuntur tres casus, aut alienatio est damnosa, aut vtilis, aut dubitatur.*

11 *Confirmatio Apostolica in forma communi non validat alienationem nullam.*

12 *Confirmatio Ex certa scientia, & Motu proprio etiam cum suppletione defectuum non impedit, quominus falsitas causarum expressarum probari possit.*

Clausulæ prædictæ supplent defectum solemnitatum, sed non veritates causarum, nisi apponantur parte vocata cum causæ cognitione, vt nu. 13.

14 *Bona Ecclesiæ vacatis alienari non possunt, nisi prius dato legitimo defensore.*

15 *Consensus noui Rectoris timentis, ne impediatur in adipiscenda possessione, non valet.*

16 *Ecclesia habens Rectorem de nouo institutum non habentem tamen possessionem, æquiparatur Ecclesiæ vacanti.*

17 *Capitulum sede vacante poterit suscipere pecunias mutuo pro necessitate Ecclesiæ vacantis.*

18 *Ecclesia, siue capitulum quando est subiectum immediatè Papæ, difficile est habere recursum ad Papam.*

19 *Sede*

19 *Sede vacante collegium Cardinalium pro expensis Conclauis, & alijs necessarijs mutuo accipiunt pecuniam, & obligant officia personalia.*

CAPITVLVM SEDE VACANTE an possit alienare aliqua de bonis Prælaturæ vacantis.

QVAESTIO. XXX.

ET, si sit facta alienatio de rebus monasterij
vacantis per mortem Abbatis, vel in remotis partibus agentis alienatis ex iusta causa
per conuentum de Episcopi authoritate, Pileus
in q. 106 quem refert Ioan. Andr. in rub. ne sed. vacan. in
1 *additio. Spec.* tenet, quod † valet, si nesciebatur, v-
binam esset, vel erat valdè remotus, & necessitas,
vel vtilitas monasterij alienandi suberat; secus ve-
rò, si Abbas erat in loco, in quo requiri posset,
quia tunc requirendus est aliàs alienatio facta nõ
valeret, *c. decernimus. 16. q. vlt.* nil tamen dicitur ibi
de sede vacante: & propterea de hoc se remittit
Ioan. Andr. *ibidem ad not. in c. 1. ne sed. vacan. in gl. in
verb. vacante. sequitur eundem Pileum Alber. in Auth.
hoc ius vers. virum Abbas. C. de sacros. eccl.* quod alie-
natio facta de rebus monasterij absente Abbate
authoritate Episcopi valet, si sit facta cum consen
su capituli, si ex necessitate, aut vtilitate. & subdi-
tur, quod in casu necessitatis ad grauè damnum
2 Ecclesiæ † vitandum dabitur per Episcopum de-
fensor monasterio vacanti, cum quo supplente
vicem Prælati seruata forma iuris, fiet contractus
alienationis, alleg. *c. si ne sed. vacan.* quod de defen-
sore loquitur; licèt dicatur, vt ibi exponitur, quod
ibi erat quæstio cum Episcopo. Item quod dilatio
causæ non est sic periculosa, vt posset esse præter-
missio contractus, & quod de defensore dicit, af-
firmat patere *in c. dudum. de reb. eccl. non alien. lib. 6.
facit Clem. si vna eod tit.* & quod dicitur de aliena-
tione, proced. etiam in alienatione in emphy-
teusim, secundum Spec. post Roffredum in *tit. ne
sede vacan. in princip. vbi addit Ioan. Andr.* quod reuo-
cabitur alienatio cum fructibus inde perceptis, &
3 percipiendis: tradens regulam, † quod vbicunque
titulus habetur pro non titulo, & quis dicitur ma
læ fidei possessor mercando contra iura legum, &
canonum, vt *l. quemadmodum. de agrico. & censi. lib.
11.* talis titulus non excusat à fructibus percipien-
dis, *l. sed & partus ff. quod met. cau. & l. etiam. de pe-
tit. hære.* & sic respondet ad *l. certum de rei. vendic.
& Instit. de offic. ind. §. 2. Spec.* etiam ibi in hac mate-
ria dat regulam negatiuam generalem, quod quic
4 quid fit † de bonis & causis sedis vacantis non va-
let; quia Ecclesia fungitur vice minoris. *c. 1. de inte.
resti. c. sicut nostris. de iureiurand. 12. q. 2.* si qua de re-
bus nec tenet sententia contra minorem minus
legitimè defensum lata, *l. acta ff. de re iudic. & c. fin.
ne sede vacan.* & subdit, quod propterea debet re-
uocari quicquid per commune ciuitatis Floren-
tiæ Episcopali sede vacante factum est. nam ferè
in vigintiquinque castris, & villis Episcopatus va-
cantis de facto Florentini posuerant potestates, &
Rectores in præiudicium Episcopatus, super quo
inter eos, & procuratores Episcopatus fuit iudiciũ
coram eo. Et dicit Lauren. de Rodulph. *in repet. c.
sine exceptione.* videlicet, quod Episcopus benè po-
test † alienare bona Ecclesiæ vacantis aliquá iustá 5
causá existente, per ea, quæ dicit Innocen *in c. vni-
co. vt eccl. benef. super verb. constituat. idem sentit Hu-
go, & per gl. in c. si quis Episcopus. 10. q. 2.* vbi hoc pro-
bari videtur, & ibi etiam sensit Lauren. vt refert
Archid. volunt enim isti, quod subsistente neces-
sitate, vel vtilitate licitè facere possit hoc Episco-
pus. idem dixit *gl. in d. c. si qua de rebus. ead. caus. 12.
& q. 2.* sed solum in causa necessitatis. † Sed veri- 6
tas est, quod non potest, nisi dato legitimo defen-
sore, per *tex. c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. & ita not.
Inno. d. c. vnico, in gl. fi. & Archid. in d. c. 1. ne sed. vacan.
& plenè per Ioan. de Ligna. d. cap. vnico. vt per Lauren. d.
loco.*

Et non solum prohibemur alienare de nouo,
sed etiam alienationes cœptas per defunctum cõ-
tinuare non possumus, *c. 1. ne sede vacan. vbi per Do-
cto. & in c. fi. eo. tit.* & dicit Inno. *in d. c. 1.* quod idem
est in omni Ecclesiâ conuentuali, vbi Prælatus, &
conuentus habent communia, vt pro magnâ par-
te in regularibus, & alijs conuentualibus Ecclesijs
habentibus Abbates, Præpositos, & Priores; quia
† Prælato mortuo nil alienari debet de bonis cõ- 7
munibus eorum, nisi quod seruando seruari non
potest. *l. lex. quæ. C. de admi. tut.* Feder. tamen *de Se-
nis in q. 16. quæ incipit, capitulum Ecclesiæ, &c.* videtur
tenere, quod capitulum sede vacante possit alie-
nare in casibus permissis Prælato; quia grauatus
restituere hæreditatem alteri, si in casibus permis-
sis alienatio tenet, & valet alienatio, *Auth. res, quæ.
C. commu. de leg.* ad effectum, vt alienatio duret, et-
iam in tempus successoris. clarius idem Feder. *in
cons. 9* quod incipit, casus talis est. videtur, post al-
legationes ad partes, transire, quod possit. Dom.
Andr. tamen in *d. c. 1. ne sed. vacan. super gl.* hoc vult.
dicit, quod quicquid dicatur, veritas est, † quod 8
vacante dignitate, vel parochiali Ecclesiâ, sine cau
sa nihil debet de iuribus ipsius diminui, quamuis
in † totum possit tolli dignitas, vel Ecclesia in 9
proprios alicuius vsus transferri. Item quod quæ-
cunque causa subsit, propter quam Episcopus bo-
na immobilia, vel iura vacantis Ecclesiæ perpe-
tuò alienet, nunquam valet alienatio, nisi Ecclesia
prius habeat defensorem legitimè constitutum,
*arg. l. fi. C. si prop. publi. pensi. l. lex. quæ. C. de admini. tu-
tor.* & nisi fiat præmisso tractatu, & cum causæ co-
gnitione, *c. sine exceptione. 12. q. 2.* & secundum hoc
intelligit text. *in c. tua. & c. pastoralis de his, quæ fi. à
Præla.* But. autem *in cap. 1. ne sed. vacan.* distinguit,
quia aut constat alienationem esse † damnosam, 10
& non valet, aut constat esse vtilem, & valet; aut
est dubium, & tunc pendet ex approbatione suc-
cessoris, id quod etiam videtur sequi Abb. *ibidem.*
& ita videtur consuluisse idem Butr. in quodã suo
consilio, quod incipit, Iesu Christi, Matrisque e-
ius, &c. facit, quod *not. in c. monachi. il 2. 16. q. 1.* idem
habetur. Geminian *in d. c. dudum de reb. eccl. non a-
lienan. in 6. versic. nota, quod bona Ecclesiæ. & versic.
in ea gloss.* vbi dicit, quòd ideò datur Ecclesiæ va-
canti in alienationibus legitimus defensor, quia
Ecclesia fungitur iure minoris, *cap. 1. de restit. in
integr.* sicut ergò pupillo non habenti tutorem,
vel legitimum defensorem, debet bonus ad-

uocatus, vel defensor dari per Iudicem, sic & Ec-
clesiæ vacanti, per Ioan. Andr. & dicit Archid. *ibi-
dem*, quòd sine tali defensore alienatio facta non
valet, *C. de obse. patro præstan. l. vlt. subdens secundum
Innoc.* Igitur teneas, quod quantumcunque alienē-
tur pro iustâ causâ perpetuò bona Ecclesiæ va-
cantis, non valet alienatio, nisi Ecclesia habeat de-
fensorem legitimè constitutum, & nisi fiat præ-
misso tractatu, & cum causæ cognitione. sequitur
Fabian. de Monte *in tract. de emptio. & venditio. 3 q.
princ. vers. 17 quæro. num. 36* in hæc verba, videlicet,
Insuper administrator Ecclesiæ vacantis non po-
test modo aliquo alienare *glo. ordinaria in c. ii, cui.
de elect. in 6.* sed si sit datus defensor eidem, is po-
terit cum authoritate Episcopi, & euidenti vtili-
tate, vel imminenti necessitate, habito tractatu so-
lemni, & diligenti, & seruatis seruandis, alienare,
tex. & ibi gl. in §. defensore. c. 1. reb. eccl. non alien. in 6.
11 *voluit Bal. in loco, quem allegat ibidem.* † Et adde,
quod confirmatio Apostolica in forma commu-
ni non validat alienationem nullam, *vt d. c. 1. ne sed.
vacan. & cap. quia diuersitatem. de concessio. praben.*
12 Quinimmò etiam † confirmatio ex certa scien-
tia, & motu proprio etiam cum suppletione defe-
ctuum non impedit, quominus falsitas causarum
in alienatione expressarum non possit probari,
13 etiā si totus tenor interseratur in Bulla: † nā defe-
ctum solemnitatum solùm videtur supplere, po-
testatem, aut veritatem causarum non, nisi facta sit
parte vocatâ cum causæ cognitione, secundum de
cisio. *Rota. 222 in nobis, incip. item in dismembratione.
Innoc. in c. 1. de transla. c. 1. de confirmat. vtil vel inutili.
& alios in Clem. pastoralibus de re iud. Spec. in tit. de
lega. § nunc ostendendum. vers. 18 per Io. Franc. Pauin.
in tract. de offic. & pote. c. sed. vacan. q. 8. 2. partis princ.*
vnde hæc, quæ mihi facere visa sunt ad proposi-
tum nostrum, descripsi ad verbum. Et per Philipp.
Fran. *in rub. de reb. eccl. non alie. 2. not.* habetur, quod
Ecclesia vacans potest donari, & vniri alteri Ec-
clesiæ, non dato sibi legitimo defensore; tamen
bona ipsius Ecclesię vacantis alienari non possunt,
14 non † dato prius defensore, & eo dato, valeret a-
lienatio, aliàs secus, secundum Inno. & Io. Andr.
dicentes, quod si Ecclesia habet rectorem Institu-
tum de nouo, possessionem tamen non haben-
15 tem, qui consentit alienationi, † timens, ne impe-
diatur in adipiscendâ possessione, non valebit ta-
16 lis † alienatio; * ex quo talis Ecclesia æquiparatur
Ecclesiæ vacanti. Et aduerte, quod licèt Ecclesia
vacans possit concedi alteri Ecclesiæ, non dato si-
bi legitimo defensore; tamen in tali alienatione
requiritur omnis alia solemnitas requisita in a-
lienatione rerum Ecclesiæ, *c. tua de his: quasi à Præ-
la.* Subdit ibidem idem Pauin. nu. 20. vers. sed an
capitulum. quod capitulum sede vacante poterit
suscipere pecunias mutuo sine authoritate supe-
17 rioris pro † necessitate Ecclesiæ vacantis, per *gloss.
qua ita tenet, in c. cupientes. §. ad hoc. super verb. alium-
dè. de elect. in 6. alleg. 10. q. 2. præcaria 12. q. 2.* quicun-
que. cum manifesta in hoc sit vtilitas Ecclesiæ, &
cum negotium dilationem non capiat, & ex tali
mutuo obligatur Ecclesia, & Prælatus successor.
facit quod notat *Io. 12. q. 2. placuit. in gl. fi. & ibi Ar-
chid. & Paul. in Clem. 1. de reb. eccl. non alien. & quod
notatur in Spec. de his, quæ fi. à Præla. sine consensu c. in
fi.* & ita dicit se consuluisse Lapus in vacatione ho-
spitalis de Alto passo pro, & contra, faciunt not.
per Ioan Andr. *post Inno. & Hosti. in c. 2. ne sed. vac. in
fi. secundum Lap. & Abb.* Subdit que idem Paui. Sed
Ioann. de Imo. restringit dictum Lap. videlicet,
quando copia superioris de facili haberi non po-
test, & magna imminet necessitas; aliàs secus: quod
etiam placet Dominic. quia illud hospitale erat † 18
subiectum immediatè Papæ, vnde difficile erat
habere recursum ad Papam pro licentiâ: hoc et-
iam in casu poterit capitulum alienare bona per-
tinentia ad Episcopum, secundum Archid. per
*text. in d. c. si qua de reb. vt referunt Io. Andr. & Domi-
nic. in d. §. ad hoc.* Item in impugnante electionem
propter vtilitatem Ecclesiæ, *cap. ex parte. de accus.
not. in l. si instituta. §. pen. ff. de in offic. test.* Et adde,
quod emptor in casu euictionis poterit denuncia-
re capitulo, vt subeat onus defensionis emptoris,
saltem quantum ad conseruandum sibi regressum
de euictione, sicut dicitur in hæreditate iacente
Pau. de Ca. *cons. 376.* Et addi posset ad præsentem
materiam, quia etiam nostris temporibus vide-
mus, quod per obitum Romani Pontificis sede † 19
vacante sacrosanctum Reuerendissimum Cardi-
nalium collegium pro expensis Conclauis, pro
custodia Vrbis, ac locorum status Ecclesiastici ma
nutentione, & conseruatione, ac pro alijs necessa-
rijs expensis, mutuo à mercatoribus, vel alijs per-
sonis pecunias, accipiunt, mutuantibusque obli-
gant, cedunt, & assignant, vel officia personalia,
quæ tunc reperiuntur vacare, & quæ vacabunt v-
que ad creationem noui futuri Pontificis, aut alias
res Cameræ, & Sedis Apostolicæ: & huiusmodi
obligatio, cessio, aut assignatio nunquam irritatur
immò approbatur, & ratificatur semper à posteà
superueniente Pontifice.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Ecclesiasticæ non præiudicat iuri patro-
natus.*
2 *Pensio an possit reseruari super beneficio iurispatro-
natus sine consensu patroni.*
3 *Patronus Ecclesiæ si sit laicus, alienatio, fieri poterit
eo non requisito.*
4 *Consensus patroni laici de honestate requiri debet,
sed de iure non reperitur hoc expressum. & num. 5.*
6 *Consensus patroni Ecclesiastici ex æquitate debet po-
tius requiri, quàm patroni laici.*
7 *Consensum patroni tam Ecclesiastici, quàm laici ad-
hibere tutius est.*
8 *Patronus Ecclesiasticus est, qui habet ius patronatus
ratione alicuius Ecclesiæ, vel dignitatis Ecclesiasticæ.*
9 *Persona Ecclesiastica habens ius patronatus ratione
patrimonij habetur pro patrono laico.*
10 *Patronus Ecclesiæ si alienationi necessaria consenti-
re non vult, nihilominus procedi potest ad alienatio-
nem.*
11 *Patronus non potest, nec debet impedire magnam
vtilitatem Ecclesiæ.*
12 *Episcopi dispositio circa ius patronatus valet, quan-
do nullum fit præiudicium patrono.*
13 *Casus, aduersaque fortuna liberi hominis non sunt
spectandi.*

AN

AN ALIENATIO RERVM ECclesiæ patronatæ facta sine consensu patroni sit nulla.

QVAESTIO XXXI.

ET si Ecclesia, vel beneficia, cuius bona alienantur, sint patronata, vel iuripatronatus
* subiecta, videtur, quod * communiter teneatur per Doctores, quod si alienatio sit facta etiam sine consensu patronorum, non sit nulla, per Abb. *post Innoc. & alios maximè Ioan. de Imola in ca. vnico. vt ecclesiast. benefic. sine dimi. confer. per Pet. de Anch. in cons. 122. incip. ex narratu. nu. 2. per Fely. in ca. cum accessissent. 7 col. de consti. per gloss. Bar. & alios in*
* *Auth de alie. & emphyteu. in princ.* vbi * communiter concludunt, quod non sit necessarius consensus patronorũ, licèt de honestate requiri debeat. per Dec. *in cons. 174. circa fi. per Rochum de Curte in tract. de iurepatr. in verb. onerosum. nu. 2.* Et ratio ibidem
1 per eos adducitur: quia ex tali † alienatione non præiudicatur iuri patronatus, ità inquit Anch. *d. suo cons. quem sequitur Rochus praallegato suo tractatu in verb. honorificum. q. 3. sub nu. 4. ad fi. sequitur Hierony. Gigas in tractatu de pensio. q. 23. nu. 9. vers. istis tamen non obstantib.* vbi vide per totam illam quæ-
2 stio. quam facit, an possit reseruari † pensio super beneficio iuris patronatus sine consensu patroni: vbi videtur tenere, quod sic. Sed vide Ioan. *de Imo. in d. c. vnico. vt eccl. benefi.* qui in hoc videtur facere differentiam inter patronum Ecclesiasticum, &
3 patronum laicum, quia si patronus Ecclesiæ † sit laicus, videtur, quod possit alienari res, & fieri alienatio etiam non requisito eius consensu; quia ad ipsum non spectet, quærere rationem de temporalibus, licèt ad patronum Ecclesiasticum sic.
4 fateor tamen, inquit, quod de honestate † requiri debet consensus patroni laici, ne postea velit reuocare rem alienatam, allegando alienationem iniustè factã, vt habetur *16. q. 7. c. filijs. vel nepotibus. & c. decernimus. Subdens idem Imol.* Sed tu diligenter nota, quod in alienatione rei Ecclesię requiritur consensus patroni Ecclesiastici, sed non patroni laici, secundum illud, quod dicit Spec. *in tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum restat. de alienatio. & iuramen. rer. minor. & ecclesiarum. ad fin.* in forma instrumenti, quam ibi ponit; vbi videtur simpliciter, & indistinctè velle, quod requiratur cõsensus patroni, vel patronorum, si sint plures in alienatione rei Ecclesiæ. Sed Ioann. Andr. *ibi in addit.*
5 dicit, quod illud est verum de † honestate; quia de iure non reperitur hoc expressum. & sic videtur velle, quod indistinctè ibi loquatur, quod de iure non sit necessarius consensus Patroni, etiam Ecclesiastici, & sic necesse etiam non habeat requiri,
6 quod tene menti. † Magis tamen suadet ratio, quod ex æquitate debeat requiri tã patronus Ecclesiasticus, quam laicus: quia primò est reddenda ratio de temporalibus non secundò: tene tamen menti Ioan. Andr. *Hoc dictum Inno. & Host.* in quantum distinguit de patrono Ecclesiastico, & nõ de laico requiri de iure consensum; tamen, vt dixi, ad prædicta videtur velle Ioan. And. quod in his indistinctè de iure non sit requirendus consensus, etiam patroni Ecclesiastici in alienatione rei Ecclesiasticæ, † tutius tamen est ad opiniones vitan- 7
das, per id, quod superius est dictum, quod requiratur consensus tam Ecclesiastici, quam Laici, vt voluit sentire Specu. *in loco praallegato.* tene tamen menti prædicta, quia sępè de facto posset cõtingere, an validetur alienatio rei Ecclesiæ facta sine consensu patroni. Subdens idem Imol. Vlterius aduerte, quia quod dixi superius de patrono Ecclesiastico, debet intelligi, quando est persona Ecclesiastica, quæ habet ius † patronatus ratione 8
alicuius Ecclesiæ, vel dignitatis Ecclesiasticæ, secus, si haberet ratione patrimonij, † quia de tali 9
iudicandum esset, vt de laico patrono, licèt esset persona Ecclesiastica, per *gl. not. in c. cum dilectus. de off. delegat.* Et quod in alienatione rerum Ecclesiæ patronatæ habeat interuenire consensus patroni pro interesse, quod habet, videtur tenere Io. And. *in addit. ad Spec. in tit. de emptione. §. nunc dicendum. Imola in c. 1. eo. tit. gl. in c. constitutum. 16. q. 1. Card. in Clem. 1. col. 2. de decimis. refert Rebuff. in compendio. alien. rer. eccl.* Id quod videretur; saltem eo respectu, & ea causa; quia cum Ecclesia de suarum rerum prouentibus teneatur subministrare patronis alimenta in casu, quo vergant ad inopiam, vt per Abb. *in rubr. de iure patrona. in explanatione* verbis vtilis; videtur taliter, qualiter patronus in tali alienatione habere interesse, vnde eius consensum adhibere iudicarem tutius, vel saltem eos in tali alienatione pro interesse requirere. quod si noll- 10
let patronus cõsentire, † dicerẽ, quod pro vtilitate Ecclesiæ, vel pro necessitate benè posset tũc patronis requisitis ꝓcedi ad alienationẽ, quia si patronus sine causa non vult consentire permutationi beneficij, potest Episcopus facere sine eius consensu, & etiam patrono inuito, si immineret necessitas, per quam pro vtilitate Ecclesiæ moueretur Episcopus ad disponendum de beneficio patronali, aliter quam eius natura exigat: † quia 11
patronus non potest, nec debet impedire magnam vtilitatem Ecclesiæ; per ea, quæ dicit Abb. *in c. cum accessissent. de constitu. & per Fely ibidem 7. col. vers. tertiò restringitur. nu. mihi. 19.* Et facit pro illa opinione, quod Episcopus non potest bona Ecclesiæ patronatæ conuertere in præbendas, vt deseruiant necessitatibus alterius Ecclesiæ sine consensu patroni, per Abb. *in c. suggestum. de iure patronat.* vbi facit regulam Abb. quod quando † nullum sit 12
præiudicium patrono, valet Episcopi dispositio circa ius patronatus, & super rebus Ecclesiæ patronatæ, per Hieron. Gigan. *qui refert in tract. de pensio. q. 23. nu. 11. vers. tertiò facit.* vbi dicit, quod interesse patroni in impositione pensionis super beneficio patronato, quoad alimenta, quæ ei debentur in casu vergentiæ ad inopiam, non est in consideratione, quia habet se ad esse, & non esse; & casus, aduersaque fortuna † liberi hominis non sunt 13
spectandi, *l. inter stipulantem. §. si stipulatus. ff. de verb. obl.* Sed id habet locum in pẽsione, in qua tractatur de præiudicio Rectoris circa fructus; verũ in alienatione rerũ, & bonorum Ecclesiæ patronatæ, in qua tractatur non de temporali pręiudicio Ecclesię, prout in pensione, quę est ad tẽpus, sed de perpetuo, ego putarem secus: super quo eo cogitandum puto.

SVMMARIVM.

1 *Consensus capituli debet in ipso actu præstari non ex interuallo.*
2 *Actus quando non potest geri sine consensu, tunc consensus requiritur per modum solemnitatis.*
3 *Forma nisi interueniat in ipso actu, actus erit nullus.*
4 *Actus, si requirat consensum tertij pro solemnitate, & non in fauorem contrahentium, non potest ratificari per subsequentem consensum.*
5 *Consensus tacitus aliquando supplere potest.*
6 *Concessio in perpetuum requirit expressum consensum.*
7 *Consensus tacitus, quando non agitur de alienatione perpetua, sufficit in pertinentibus ad collegium, & Prælatum.*
8 *In concessione perpetua requiruntur solemnitates à iure requisita.*
9 *Concessio ad vitam alicuius æquiparatur perpetuæ alienationi, quo ad solemnitatem seruandam.*
10 *Vita longæui hominis est vsque ad centum annos, licèt hodiè plures moriantur intra quinquaginta.*
11 *Episcopi consensus necessarius non est in concessione rei modicæ ad vitam alicuius.*
12 *Bona Prælati si distincta sunt à bonis capituli, consensus prælati sufficit in concessione vsque ad vitam ipsius.*
13 *Alienatio perpetua à Prælato facta capitulo præsente, & tacente, nulla est ipso iure, & nu. 15.*
14 *Canonici, qui non contradixerunt alienationi à prælato factæ, puniendi sunt.*
16 *Alienatio temporalis non requirit tantam solemnitatem, sicut perpetua.*
17 *Quare in alienatione perpetua ratihabitio locum non habeat.*
18 *Iussus, quando requiritur in actu debet præcedere.*
19 *Authoritas debet interuenire in ipso actu.*
20 *Licentia debet præcedere.*
21 *Consilium ante requiri debet, & expectari responsum.*
22 *Consensus, quando requiritur, quo tempore interuenire debeat.*
23 *Canonicus contemptus in electione potest consentire post factum.*
24 *Consensus interueniens ex post validat actum, vt ex nunc, non vt extunc.*
25 *Taciturnitas non inducit consensum quando tacens contradicendo non potest impedire actum fieri.*
26 *Consensus minus est, quam authoritas, & valet sine scriptu, nisi in casibus, in quibus expressè requiritur scriptura.*

CONSENSVS PERSONAE ALIEnantis vtrum debeat præstari in ipso actu alienationis rerum Ecclesiasticarum, an ex interuallo; & an sufficiat tacitus consensus, an expressus.

QVAESTIO XXXII.

a ET iste consensus capituli, a vel alterius per-
1 sonæ debet, secundum aliquos, † in b ipso a-
b ctu præstari, & non ex interuallo, per Do. Anto. *in c. cum nos. de his, quæ fiu. à Præla.* Nam quando le-
ge cauetur, † quod actus non possit geri sine con- 2
sensu talis personæ, vel capituli, tunc consensus
requiritur per modum solemnitatis, & sic pro
forma, aliàs actus erit nullus, nisi in ipso † actu in- 3
teruenia, Bar. *in l. Gallus. in prin ff de lib. & posthu.* I-
mo. in d. c. cum nos. vbi dicit, quod cum exigitur cō-
sensus tertij pro solemnitate actus, etiam † non in 4
fauorem illius, vel contrahentium, tunc actus nō
potest ratificari per subsequentem consensum, ni-
si contrarium in iure reperiatur: & sic intelligic
tex. *in c. cura. de iure patro. & d. cap. cum nos. sequitur Rebuff. in suo compend. alien. rer. eccl. vers. tertiò requiritur.*
§ Immò non videtur quod semper, & illicò iste
consensus de necessitate habeat expressus c inter- c
teruenire, vt per Fely. *in cap. cum omnes. de constit. 7. col. ver. ex his resultat.* quia etiam aliquando taci-
turnitas, & tacitus consensus supplere † potest, ma- 5
ximè in alienationibus, quæ non fiunt perpetuò,
sed ad tempus; videtur esse text. *rotundus in c. continebatur. de his, quæ fin. à Prælat.* qui summatur, quod
in temporali alienatione, quam facit Prælatus, ta-
citurnitas capituli habetur pro consensu. vbi re
spondendo contrarijs adductis, dicit, quod taciturnitas in venditione rerum Ecclesiasticarum habe-
tur pro consensu in casu illius tex. quia fuit ad tē-
pus, in contrarijs † non, quia concessio fuit in per- 6
petuum, ideò necessarius est expressus consensus.
idem tenet Aegid. Bellamer. *c. sed notandum. 12. quæ. 2. circa si vers. tu verò. Idem videtur dicere Abb. in c. ea noscitur. eod. tit. de his, quæ fi. à Præla. nu. 8. vers in gl. 2.*
vbi dicit, quod † in pertinentibus ad collegium, 7
& Prælatum sufficit tacitus consensus collegij, ex
quo non agitur de alienatione perpetua. & ponderat glo. *ibi.* Nam sufficit sola scientia conuentus
sine contradictione. subdens, Et licèt Ioan. Andr.
hic dicat, quod capitulum posset contradicere infrà sex menses à tempore scientiæ; tamen dic, inquit quòd illud procederet, quando à principio
capitulum reclamauit, vel ignorauit; secus est, si à
principio sciuit, & non contradixit, nam videtur
consensisse, &c. & idem dicit Abb. *in d. c. continebatur. in glo. 1. sub nu. 6. vbi secundum opinionem glo. not.*
quod † in concessione facienda in perpetuum re- 8
quiruntur solemnitates à iure requisitæ, vt sub-
scriptio; & consensus expressus; secus in concessione facta ad tempus, vt est *gl. similis in c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. & in verb. perpetuum* & subiungit ibi secundum intelligentiam, & interpretationem Innoc. & Hostien. *ad tex.* quod tex. ille, in quo sufficit taciturnitas capituli, nec expressus consensus
capituli requiritur, potest intelligi in decima modici valoris: quia si non esset modici valoris, sed
valoris magni, fuisset necessarius consensus expressus. Ex quo habes, inquit, quod vbi fieret concessio magnæ rei etiam ad tempus. debet interuenire consensus capituli expressus, id quod voluit
Io. And. *in additio. ad Specul. in tit. de reb. eccl. non. alie.* Item subdit, quod potest intelligi tex. quando
fit concessio ad tēpus nō modicū, purà, ad † vitam 9
alicuius; nā tūc æquiparatur perpetuę alienationi
quoad solēnitatē seruādā. quia dicit Card. in *Clem.*

e. hoc

1. hoc tit. quod Prælatus non potest facere concef-
10 sionem ad vitam de rebus Ecclesiæ; quia † vita lō-
gæui hominis est vsque ad centum annos, quam-
uis plures hodiè moriuntur intra 50. annos. facit
tex. in l. 2. C. de sacrosſ. eccl. Spe. in ti. de probat. § 1. ver.
quid si testis. Item nota, subiungit idem Abb. vbi
11 sup. ex hoc intellectu, quod in † concessione rei
modicæ ad vitam alicuius non est necessarius cō-
sensus Episcopi, sed sufficit consensus capituli, vel
Prælati; secus in concessione rei non modicæ. sub-
dens *num. 7.* Limita: omnia prædicta primò, quod
12 vbicunque bona Prælati † sunt distincta à bonis
capituli, tunc sufficit sola concessio Prælati vsque
ad vitam ipsius Prælati: quia solùm tunc agitur de
præiudicio suo; tenet Feder. *cons. 53. & Hostien. in*
Summa, in §. fi. per Doct. in c. veniens. de transactio.
§ Et quòd in alienationibus ecclesiasticis suffi-
ciat taciturnitas, & tacitus consensus, nec semper
requiratur expressus, videtur dicere gloss. *in c. fine*
exceptione. 12. q. 2. in glo. fi. quæ ad hoc allegat text. in c.
continebatur præallegato. Sed ibi dicit Archid. quod
id est verum in temporali alienatione, non autem
in perpetuâ, & sic, inquit, loquitur tex. *in c. cōtine-*
batur. In perpetuâ inquit, requiritur expressus
consensus, vt hic, & subscriptio scilicet nomina-
tim facta, ad hoc *c. quanto. eo. tit.* vbi patet, quod in
talibus non sufficit, quod dicatur in instrumento
Totum capitulum consensit, immò necessarium
est omnia nomina canonicorum exprimi in hu-
iusmodi consensu; & ibi sumitur à contrario sen-
su. ad idem, quod legitur, & not *de procurat. c. fi.*
quod dic, vt ibi. per Barthol. Brixien. in tract. quæst. do-
minic. qu. 78. incip. Episcopus quidam fecit alienatio-
13 *nem.* † vbi soluit, quod perpetua alienatio à Præla-
to facta capitulo præsente, & tacente potest reuo-
cari, quia nulla est ipso iure; & puniendi sunt ca-
14 nonici, qui non † contradixerunt, *2. q. 7. quapropter*
ter refert, & sequitur Bellamer. in c. fine exceptione. 12.
q. 2. ver. in glo. sufficit. Et dicit Archid. in c. si sacerdotes.
16. q. 3. quod alienatio facta per Prælatum præsen-
te capitulo, & tacente, est reuocanda de facto, quia
15 † nulla est ipso iure, allegat *text in d. c. fine excepti-*
one, vbi dicit, se de hoc dixisse, & dicit, quod, *tex. in*
d. c. continebatur. habet intelligi, quando concessio
16 est facta causa pietatis, vel de re minima, vel † ad
certum tempus. Et quod in temporali alienati-
one non requiratur tanta solemnitas, dicit Innoc.
in c. vnico. vt eccl. benef. sine diminut. confer. vbi dicit,
quod in talibus non requiritur tractatus solem-
nis, & diligens, sed sufficit præsentia cum tacitur-
nitate, latè per Lauren. de Rodul. *in repet. d. c. fine*
exceptione. 12. q. 2. q. 3. incip. quæro tertiò. Et ratio,
17 † quare in alienatione perpetuâ non habeat locum
ratihabitio, videtur dari per Abb. in *c cum. nos. nu.*
3. eo. tit. ibi, Dicunt Doctores, quod prædicta iura
possunt intelligi in concessione ad tempus facta:
nam in alienatione perpetuâ non videtur, quod
habeat locum ratihabitio propter necessitatem
præcedentis tractatus, & hoc fuit vltimum di-
ctum Innocentij. & per Abb. *ibi, vbi dicit.* quod
glo. ponit, vt ad conualidandum actum, & seu cō-
tractum minoris authoritas tutoris non potest
interuenire post factum, nisi in cōntinenti inter-
cederet: ita consensus capituli non potest inter-
uenire post factum ad validandum concessionem
Episcopi; gloss. inquit, non soluit, sed vide per In-
nocen. *in c. cum consuetudinis. de consuet. & per Bar.*
in l. si quis mihi bona. §. iussum ff. de acq. hæred.
Et conclude secundum eum, quod quando
que in actu requiritur † iussus alicuius, & tunc de- 18
bet præcedere, vt *d. §. iussum.* quandoque † requi- 19
ritur authoritas, id est, consensus authorizabilis,
& tunc debet interuenire in ipso actu secundum
quod verbum sonat, vel modicum antè, seu im-
mediatè post, vt in *d. §. iussum.* quandoque † requi 20
ritur licentia, & illa debet præcedere, *c. licèt de reg.*
iur. † quandoque consilium, & debet requiri an- 21
tè, & expectari responsum, vt *c. cum in veteri. de e-*
lectio. Quandoque requiritur consensus, vt in 22
casu nostro, & tunc, si de solemnitate actus requi-
ritur, vt interueniat certo tempore, non potest in-
teruenire post, vt *c. auditis. iuncto c. quia propter. de*
electio. aut non requiritur pro solemnitate certo
tempore, sed simpliciter ad actus validitatem, &
tunc, aut actus tenet, & potest contemptus consen-
tire quandoque, vnde canonicus contemptus in e-
lectione potest consentire post † factum, vt *c. sicut.* 23
de elect. aut actus non tenuit, & tunc potest inter-
uenire post factum; sed † tunc validat actum, vt 24
ex nunc, non vt ex tunc. & iste, inquit, est casus ca-
pituli nostri: nam concessio ad tempus scilicet fa-
cta per Prælatum reclamante capitulo, est nulla; si
capitulum tractu temporis consentit, valebit cō-
cessio, vt ex nunc non à tempore primæ concessi-
onis: & secundum hoc intelligas not. per Inn. *in*
d c. cum consuetudinis. bona gloss in reg. non firmatur.
& in reg. ratum. de regu. iur. lib. 6. vnde per hoc in a-
lienationibus temporalibus poterit dici vel taci-
tus, vel expressus consensus, & post factum haberi
poterit, secus in alienationibus perpetuis, vt per
Abb. *etiam in d. c. ea noscitur. eo. de his quæ fiunt à Præ-*
la. sine. consen cap. nu. 8. ver in glo. 2. vbi dicit, Nota
benè hanc gloss. quod in pertinentibus ad Præla-
tum, & collegium sufficit tacitus consensus colle-
gij, ex quo non agitur de alienatione perpetuâ. &
pondera gloss. nam sufficit sola scientia conuen-
tus sine contradictione. & licèt Ioan Andr. dicat
capitulum posse contradicere infra sex men-
ses à tempore scientiæ, per ea, quæ fuerunt notata
in *d. c. 2 supra eo.* tamē dic, illud procedere, quādo à
principio capitulum reclamauit, vel ignorauit; se-
cus, si à principio sciuit, & non contradixit, nā vi-
detur cōsensisse, vt ibi clarè probatur; & hoc facit
ad multa. † Taciturnitas. n. nō inducit consensum, 25
quando tacēs contradicēdo non posset impedire
actum fieri, *Bart. in l. qua dotis. versic. secundò casu.*
vlt. col. ff solu. matr. Bal. in l. si sine. C ad Velleian. versic.
decimo quæro. melius per eundem Abb. in c. 1. eod. de his,
quæ fiu. à Præla. sub nu. 3. ibi, Et per hoc verbum Collau-
datione, dicit Aegidius, quod requiritur consensus
expressus, & verum dicit: quia vbi agitur de alie-
natione perpetuâ, non sufficit consensus tacitus
capituli, sed requiritur consensus expressus, per
text. iuncta gloss. in c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. Facit
in hac materia illud, quod habetur per Gemin. *in*
c. dudum. de reb. eccl. non alien. in 6. vers. in ea gloss. bi
dicit, quod consensus † minus est, quam authori- 26
tas, & valet sine scriptis, nisi in his casibus, in qui-
bus ius

bus ius exprimit scripturam necessariam, & præstatur in contractu,& post,quo ad hoc,vt non possit contradicere ; sed non quò ad validandum, quod non valebit, *c. auditis.c.sicut.c.Ecclesia.de electio.* Quod videtur verum in his, in quibus certa forma requiritur,sicut in electionibus, & sententijs,quæ dependent à solo consensu,videtur,quod conualescat ex illo, licèt à principio non valuerit.Facit,quod not.*de reg.iur.*non firmatur. quod not. *de consuetu. cum consuetudinis. in gloss. dicit Innoper Lud. Rom.cons.50.*

ADDITIO.

a De authoritate,& consensu Episcopi vide *infra q 41. in princ.* Item quando debeat interuenire,& quo tempore,sufficiat,vide Dec.*consil 73.vol.1.*Item quod debeat præcedere alienationem, idem *in consil.124.num.20.eo.*

b Immò etiam post actum de iure canonico. Vide Bero. *in c. cum omnes. num. 45. & seq.& in c. qua in Ecclesiarum. sub numer. 33. & seq. de constit.* non tamen potest præstari per interpositam personam,ibidem *numer.47.& ibi* ,quod non sufficit consensus Vicarij Episcopi , licèt idem sit tribunal. Item consensus confirmatiuus , & consensus conuentionalis quando possit interuenire , per eos in *c.quæ in Ecclesiarum. nu.27.eo* Item quod nõ sufficiat tractatus,Bero.*in c. nulli.numer 49. in fi & seq.hoc tit.* Potest tamen ex interuallo adesse, ibidem. Item non requiritur decretum superioris, *ibidem num.52.*

c. Vide infrà *q.79.c.8.num.14.*

SVMMARIVM.

1 *Consensus canonicorum non habitus in communi, sed singulorum an valeat.*

2 *Electio nulla à principio per subsequentem consensum non reconualescit.*

3 *Alienatio ex subsequenti consensu conualescit ,prout ex nunc non prout ex tunc.*

4 *Tractatus omnis debet præcedere alienationem.*

5 *Electio competit corpori, vel collegio.*

6 *Alienatio non valet , si quilibet canonicorum dicat alieno rem illam,secus, si omnes consentiant.*

7 *Consensus canonicorum quare non sufficiat singulariter datus,sed requiritur, quòd sint congregati.*

8 *Consensus præstitus per litteras non sufficit.*

9 *Separatim multa dicimus,quæ non tenemus, quandò sumus congregati,& ibi de ratione.*

10 *Res Ecclesiæ sunt communes pluribus vt vniuersis.*

11 *Alienatio non valet , nisi fiat à capitulo capitulariter congregato.*

12 *In his,quæ fiunt ex necessitate,sufficit factum à maiori parte, secus in his,quæ fiunt ex vtilitate.*

AN IN ALIENATIONE REI ECclesiasticæ consensus capituli, vel canonicorum sit præstandus in communi , an singulariter vt singuli.

QVAESTIO XXXIII.

1 ET quia solet dubitari , nunquid valeat consensus canonicorum, † vel capituli non habitus in communi , sed singulorum singulariter, dicit *gloss. in c. dudum. eo. tit. in 6.in verb. tractatus, secundum Laur. quod non valeat per text. in l.per fundum ff.de seruitut.rustic.prædio.* Sed respondetur, quod illud est verum in re communi cum pluribus vt singulis, & idem tenet Host. *in c. tua. de his quæ fi.à Præla. in c.cum Apostolica. & in Summa ipsius tituli circa principium*,dicit contra:quia licèt in ueniatur in electione, quod requiratur communis consensus, *c. in Genesi de electio.* secus est in alienatione,*c.cum vos.de offi.iud.ord.12.q.2.c.si quã de rebus*. & ad hoc concordat,quod olim hic no. Bernard. qui dixit,quod † speciale erat in electione, quod 2 à principio erat nullum , postea non conualesceat,*c.auditis.de electio.in alienatione tamen*, quod à principio † non valet, conualescit, subsequenti 3 consensu ex nunc, non vt ex tunc. Dici potest, quod vbi non præcessit tractatus , sit vera prima opinio, vt hic;sed si præcesserit,& deliberauerunt alienare, licèt singulariter consentiant, valet taliter præstitus consensus , & locum habet secunda sententia,&c.Et super dicto secundo casu subdit ibi Io. And. in not. quod intelligit nihilominus, quod hoc secundo casu Prælatus cum aliquibus nomine capituli faciet contractum, quem postea singuli ratificabunt, remittens se finaliter ad. nor. *de postulat.Prælat.c.bona.super glo.ideò dicit.* Et vide *text.in c.sicut.in si 2.gl.de electio & quod no.ipse Io. An.in c.cum omnes.de constit.Ioan.de Ligna.in c.si quis presbyterorum de reb. eccle. alien.* impugnat distinctionem Io.And.ea ratione,† quia tractatus com- 4 muniter habet præcedere alienationem,allegat *c.sine exceptione.12.q 2.*Et hoc infertur, quod si non præcedebat,per consequens non valet contractus nisi tu velles dicere,quod simul consentiendo implicetur tractatus, cautum tamen esse dicit ipse, quod præcedat saltem vnus tractatus,qui sufficit, vt de eo conficiatur instrumentum. Et subdit, quod possit dici, quod sufficit consensus singulorum , vt singulorum, quia cuiuslibet interest, nec obstat, quod in electione requiritur communis consensus , quia † electio competit corpori,vel collegio,*c.in Genesi.præællegato.* licet actus 5 sint suppositorum , vt per eundem Io. de Ligna. *ibidem.*Pro isto dicto facit, quod notatur *in c. nouit.& in c.cum Apostolica*,scilicet quod ideò in alienatione requiritur consensus clericorum , qui habent de re alienata viuere. Sed in contrarium est opinio Innoc. in *c. cum consuetudinis. extrà de consuetud.*vbi dicit,quod si quilibet canonicorum dicat, Ego alieno rem illam,nihil agitur; si verò 6 consentiant omnes,& mandant alienari,tenet alienatio, *10. q.2.hoc ius refert,& sequitur Archid.in d. c. sine exceptione.12. q. 2. & ibi Bellamer. vers secundò quæritur.& vide scripta per eum in c. tua.de his,quæ fi. à Præla.in 1.q.& c.cum omnes. de constitu. in addi.sua ad marginem,& ad fi. 2. quæstionis & in suo consi.19.1. q.& consi.94.in magna additio circa dubium , an sit vtile vendere,vel non.& per Lau. de Rod. in repet.d.c.sine exceptione.12.q. 2. q. 9.* quam super hac materia facit. † Et quare non sufficiat singulatim datus 7 consensus, rationem assignat D.Petrus Rebuff.*in suo compend. alien. rer. eccle. in expositione d.c.sine exceptione.* quod non valet consensus singillatim in cameris datus, sed requiritur,quod in communi sint

sint congregati canonici, arg. *d. c. in Genesi. de elect.* tum quia vnus posset trahere alium in sui sententiam, quando omnes essent congregati, *l. si in tres. ff. de recept. arbit.* tum etiam quia omnes canonici habent ex illis redditibus viuere, vel ex illa re alienandâ, & sic simul communicando apparebit, an sit vtile vendere, vel non. Item facit ad hoc, inquit, text. *d. c. fine exceptione. dum dicit textus. To-tius*, non dicit singulorum, per Archid. & Praepo-sit. *d. c. fine exceptione.* quamuis contrarium distin-guendo tenuerit gloss. *in c. 1. eo. titu. lib. 6.* contra
8 quam tenet ibidem Perusinus. & † Nec valeret etiam consensus praestitus per litteras, Bal. *in Au-*
9 *then hoc ius. colum 3. C. de sacrosan. eccles.* † nam multa dicimus separatim, quae non tenemus, quando sumus congregati: quia primò causa complacentiae, nil recusamus, & congregati ponderamus, quae facienda sunt. Nec obstat *d. l. per fundum. ff. de ser ru-stic. prad.* quia loquitur in re communi pluribus vti singulis; secus in re communi pluribus vt vni-
10 uersis, † vti sunt res Ecclesiasticae; not. Doct. *in reg. quod omnes de reg. iur. in 6.* Minus obstat *text. in c. si qua de rebus. 12. q. 2.* vbi alienatio per sequentem consensum conualescit: quia verum est, vt valeat nunc, scilicet tempore consensus, & sic antè non valebat. Et ista ratificatio etiam collegialiter debet fieri, aliàs nô valeret, vt per Rebuff. *d. loco.* Sed
11 non valet alienatio facta † per capitulum de rebus ecclesiae, nisi sit facta † capitulo capitulariter congregato, per Doct. & praesertim Imol. *in d. c. cum consuetudinis. numer. 5. & ibi Barba. numer. 60. de consuetud. vbi vide.* declarat hanc materiam *glo. in c. cum omnes. ext. de constit. in verb. constitutum. vbi di-*
12 *cit*; quod in illis, quae fiunt ex † necessitate, vt alienatio, & electio, & similia, si sint plures, vt collegium, factum à maiori parte, si tamen alij sint vocati, tenet; in illis verò, quae fiunt non ex necessitate, putà, cum fit alienatio causa vtilitatis, vel alia de causa, quam necessitatis, non tenet factum; nisi omnes consentiant, vt per *d. gl. vbi sup. vers. si verò sint plures.*

SVMMARIVM.

1 *Canonici, qui non inseruiunt in Ecclesia Cathedrali, vocandi non sunt.*

2 *Praesentes tantum habent consentire, absentes autem non sunt, vel expectandi, vel vocandi.*

3 *Absentes non sunt vocandi, nisi in tribus casibus.*

4 *Contractus fauore Ecclesiae claudicat.*

5 *Alienatio facta sine debitis solemnitatibus etiam in fauorem Ecclesiae, vel minoris non valet.*

Nisi Ecclesia, vel minor ratificet contractum, adhibendo debitas solemnitates, vt num. 6.

7 *Alienatio facta sine consensu capituli non est ipso iure nulla, si Ecclesia velit eam postea ratificari.*

8 *Alienatio facta sine consensu capituli non est omnino irrita, quia sic non posset ratificari.*

9 *Alienatio per Praelatum facta sine consensu capituli praestat causam, & titulum praescribendi.*

QVI SINT VOCANDI, ET QVI non in ecclesiasticis alienationibus. Et an si facta sit alienatio sine debitis solemnitatibus, illa valeat, an sit ipso iure nulla, vt non ratificari possit per Ecclesiam.

QVAESTIO XXXIV.

ITem solùm praesentes sunt vocandi in huiusmodi tractatibus, & alienationibus. & si aliqui sint canonici in ciuitate, qui non inseruiunt in Ecclesia Cathedrali, vt quia tenent beneficium in ipsa ciuitate, † non erunt isti vocandi; per ea, quae di- 1
cit Feder. de Sen. *in consil. 143. in versic. sed credo. per tex. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccles.* & hoc per verbum illud ibidem, Seruientium, quod dicit multum ponderandum. & subdit, quod sic credit sensisse Ber. *in c. tum inter vniuersa. de elect. & Io. And. in c. quamuis. de offi. ord. in 6. c. praesentium. de testib. eo. lib. & c. cum in Ecclesijs. de praben in 6.* in quibus omnibus locis dicitur, quod nô vocantur absentes. Nota, dicit ipse, quod non dixerunt beneficiati, quasi vellet, quod illi praesentes non vocentur ad talia; & subdit, quod ita seruamus de consuetudine, & credo quod alij seruêt. per Laur. de Rodul. *in sua repet. c. fine exceptione. 12. q. 2. q. sua 7.* Et quod praesentes † tantum habeant 2
consentire, nec absentes sint vel expectandi, vel vocandi, dicunt Innoc. *Abb. & alij in c. 1. de his, qua fi. à Pralat. sine consensu cap. vbi Hostien. & Card. Flor. 2. in vlt. sua quast. quem sequitur Anton. de Butr. per reg. positam in glo. in d. c. praesentium. super verb. ipsorum. de testib. qua habet, quod absentes non sunt* † vocandi, nisi 3
in tribus casibus, inter quos iste non numeratur. refert Guid. Pap. *decis. 160. qua incip. alia. & decis. 13.* Et an, si sit facta alienatio per solum Episcopum, vel Praelatum sine capitulo, valeat, aut sit omninò, & ipso iure irrita, vt non possit ratificari per ecclesiam, Abb. *in c. 1. de his, qua fi. à Praelat. num. 6. vers. sed quaero.* dicit, quod Hostien. & *communiter Do- *
ctores dicunt, quod capitulum poterit approbare: & hoc, inquit, procedit fauore Ecclesiae: † vnde cô 4
tractus claudicat fauore ecclesiae. Simile est, inquit in eo, qui emit à pupillo sine authoritate tutoris: nam ipse obligatur pupillo, sed pupillus sibi non obligatur, vt *l. Iulianus. §. si quis à pupillo, ff. de actio. empt.* Et nota haec dicta, & iunge cum notat. *in c. 1. ne sed. vacan.* sicut enim potest Praelatus ratam habere alienationem factam à capitulo sede vacante, *12. q. 2 si qua de rebus.* ità & capitulum potest habere ratam alienationê à solo Praelato. & hoc procedit in dubio in alienatione temporali, sed in perpetuâ est malus dubium, cum ibi praecedere debeat tractatus, vt *in c. tua. de his, qua fi. à Prela. Glo. tamen in l. si fundus sterilis. ff. de reb. eo. & Iac. de But. Albe. de Rosa. Bart. Bald. Angel. Fulgo. Paul. de Cast. in l. cum ij. §. eam transactionem. ff de transa. & Bal. in c. 1. de transac. & in l. si. §. necessitate. 3. colum. in. fi. C. de bon. qua lib.* † tenere videntur contrarium, quòd non va- 5
leat alienatio facta sine debitis solemnitatibus, etiam si alienando fieret conditio ecclesiae, vel minoris melior. Sed Ias. *in d. l. cum ij. §. eam. num. 2. limitat.*

6 *nitat, nisi Ecclesia, vel* † minor ratificet contractum adhibendo debitas solemnitates, cùm illud facere possit, sed non aduersarius, per singularem doctrinam Inno. *& omnium in c. 1. de his, quæ fi. à Præla. sine consen. cap. firmat glo. in c. 1. ne sede vacan. Mathesil. in not. 156 not.* quod si minor vendit prædium. Alber. *Fulgo. & Ias. d. §. eam. additio. ad decis. Capella Tholoss. q. 98.* Et tenet alienatio rei ecclesiæ facta sine solemnitate, si sit vtilis Ecclesiæ, & est in electione Ecclesiæ, an velit stare contractui, per gloss. & Inno. *in c. 1. de his, quæ fi. à Præl. vbi Abb. & alij apostil. ad Guid. Pap. decis. 156.* Et dicunt Doct. *in c. j & c. 3. de his, quæ fi. à Præl.* quod alienatio per Prælatum
7 † facta de reb. ecclesiæ sine consensu capituli non est ipso iure nulla, si Ecclesia velit posteà eam ratam habere Inno. *d. locis Hostien. in c. fi. ne sed. vacan. & dictis locis*, vbi recitat opiniones, & tenet, quod valet contractus per Episcopum, vel Prælatum factus sine consensu capituli, quia aliter non rescinderetur, & tamen rescinditur in *c. si qua de reb. 12 q. 12. Idem tenet Hostien. in d. c. 1. de his, quæ fi. à Præla.*
8 *vbi dicit*, quod alienatio facta per † Prælatum sine consensu capituli non est omninò irrita, quia sic non posset ratificari, quæ tamen ratificatur, & ratificari pōt, *d. c. 1. & 3. de his, quæ fi. à Præl. & c. cum nos. tenet Anto. de But. in d. c. j. ne sed. vac. idem in c. 1. & 3. allegatis, & c. cum nos. & Franc. Zabarel d. c. 1. & 3. dicentes*; quia considerato tēpore contractus est nullus, sed habendo respectum ad tēpus futurum, in quo
9 capitulum potest ratificare, non est nullus. † Plus dicit Hostien. quem sequitur Ant. de But. quod alienatio per Prælatum sine consensu capituli facta adeò tenet, quod præstat causam præscribendi, & confert titulum præscribendi, per text. *in c. cura. de iurepatro. extrà.* vbi habetur, quod re Ecclesiæ alienata per laicum sine Episcopi authoritate, & consensu donatarius illam tenere non potest, nisi præscriptione longa sit tutus, ergò ille titulus inualidus dat causam præscribendi. sequuntur Inn. *Hostien. Ioan. Andr. Ant. de But. d. c. cura. est decis. Guid. Pap. decis. 159. incip. duodecima conclusio.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus etiam in fauorem Ecclesiæ factus hodiè claudicare non potest.*
2 *Constitutio extrauagans Ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alien fuit in aliquibus locis recepta, in aliquibus vero minimè.*
3 *Contrahens ad hoc, vt facilius ad contractus obseruationem cogi possit, cautela est, vt apponatur iuramentum.*
4 *Iuramentum principaliter dirigitur in Deum, effectus verò concernit priuatam vtilitatem.*
5 *Clausula Non obstante constitutione Pauli II. apponi debet in confirmatione alienationis.*
6 *Alienatio etiam in casibus à iure permissis hodiè inconsulto Romano Pontifice fieri non potest.*
7 *Nisi alienatio celeritatem desideraret, vt numer. 7.*
8 *Limitatur quoque nisi esset res modici valoris, vt numer. 8.*
9 *Res modici valoris non comprehenduntur sub prohibitione alienationis*

DE DISPOSITIONI EXTRAVAGANTIS, Ambitiosæ. Pauli II. & quo pacto ea intelligenda sit iuxta mentem Antonij de Pretis, & Gondissalui à Villadiego.

QVAESTIO XXXV.

SED licèt de iure communi, & ordinario contractus factus in fauorem ecclesiæ possit claudicare; secus tamen est hodiè de iure nouissimo ex dispositione *extrauagantis Ambitiosæ. de reb. eccl. non alien. in extrauag. comm.* quia licèt alienatio aliàs sit licita, & vtilis Ecclesiæ, † contractus tamē 1
claudicare non potest. nam per dictam constitutionem extrauagantem prohibetur alienatio cū clausula: Inconsulto Romano Pontifice, ibi, Alienanti verò inconsulto Romano Pontifice, huiusmodi verba importare videntur, quod hodiè cōtractus alienationis rerum Ecclesiæ nullo modo valere possit, nisi Romano Pontifice consulto, & sic ipsa alienatio mòdo, de quo in ipsâ *extrauag.* videtur reseruata Romano Pontifici tam licita, quam illicita: & hoc, ne detur occasiò alienandi inconsultò res Ecclesiæ; quod probatur per text. *in c. aduersus. de immunit. eccles. ibi*; Propter imprudentiā quorundam Romanus Pontifex prius cōsulatur: quem text. *inducit Abb. ex mente Ioan. And. & aliorum in c. fi. de eccles. ad fic. vel reparan. pro illa quæstione*; quando quis iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice: de qua etiam per Abb. *& alios. in c. vt super. de reb. eccle. alien.* vbi per illa verba posita in instrumento concludunt Doct. quod etiam licita alienatio, & vtilis prohibetur, *d. c. aduersus.* quæ omnia idem arguunt in casu *dictæ extrauag.* nam in ea inest eadem clausula scilicet Inconsulto Romano Pontifice, Et sic ius ordinarium, & antiquum differt à nouo, & extraordinario. ratio differentiæ potest esse: quia ius ordinarium simpliciter disponit non posse fieri alienationes huiusmodi sine licentia Episcopi; ius autem extraordinarium *d. extrauag.* strictius disponit, dum dicit Inconsulto Romano Pontifice, quæ verba sunt maioris efficaciæ, quam illa verba Sine licentia Episcopi. & sic tam respectu superioris maioris, quàm respectu verborum magis importare mihi videtur, quod dispositio extrauagantis magis stringat, ideo non est mirum, si maiorem effectum pariat, aliàs *dicta extrauag.* videretur superflua, cum satis superque per ius ordinarium dispositum fuisset. His ergo rationibus limitatio, de qua *in gl. 12. q. 2. in summa. & in c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6.* quod prohibitio alienationis de rebus Ecclesiæ non habet locum, quando alienatio est vtilis, non militat dico illa limitatio de iure extraordinario hodiè propter *d. extrauag.* quæ cum sit nota, non autem ignota, & non vagetur in incerto, sed reperiatur inserta sub volumine certo; idem operatur, quod *lex. vt dicunt Abb. & Doctores omnes in c. pastoralis. de fid. instru. & in l. cum prolatis. ff. de re iud. & sic dicitur constitutio generalis, & vbi qua ligat, vt latè per D. Lud. Gomes. in proæmio Reg. Cancell. q. 2. num. 15. & in q. 5. num. 7.* Et hoc credo † verissimum, vbi 2
dicta constitutio à principio fuit recepta, vt in ciuitate, & diœcesi Florentina. Sed quia in multis

tis locis à principio non fuit recepta dicta extrauagans vt ius scriptum per consuetudinem legitimam, & scriptam sublata fuit, & non obseruatur; ideo dicta limitatio gloss. quoad claudicationem contractus militat, prout in diœcesi Imolensi, & alibi, vbi ex longæua consuetudine spatij 40. ann. & vltrà fuit præscripta, prout de iure requiritur, per text. *in c. fi. de consuet.* Vnde si quis in loco, vbi dicta *extrauagans* locum habet, vellet Ecclesiæ suæ consulere, considerando contractum iam initum vtilem esse diœcesi suæ Ecclesiæ, prius habeat à Romano Pontifice confirmationem contractus, & ea obtenta cogi faciat per iudicem competentem illum, qui contraxit cum Ecclesia, ad obseruantiam dicti contractus, & hoc ne possit allega-
3 ri nullitas. † Sed vt facilius cogi possit, cautela est, quod in contractu apponatur iuramentum, per ea, quæ habetur in *c. debitores. il. i. de iureiur. & B. Th.*
4 *99 per totam.* † quia iuramentum dirigitur in Deū principaliter, & principalis obligatio illi acquiritur, licet effectus concernat priuatā vtilitatem, & licèt postea allegaretur nullitas, contractusque allegari non posset, si, vt dixi, prius haberetur confirmatio; accessorium tamen, & sic iuramentum debet seruari: & sic isto casu etiam de iure extraordinario contractus claudicaret etiam iuxta *d. gl.* quæ omnia aduocati notare debent pro vti-
5 litate suorum clientum Ecclesiæ propriæ consulere volentium. † & aduertant, quod in obtinendā confirmatione apponere faciant clausulam, Non obstante constitutione Pauli II. Hæc per D. Antonium de Pretis *in suo tractatu de iur. Episcop. defensc. 5. vbi dicit*, se ista sæpe habuisse in facto in Archiepiscopali curia Florentina.

§ Et de ista *extrauaganti Ambitiosæ. dicit Gondissal. à Villadeg in tract. de leg. q. 11. numer. 8. vers. considera.*
6 tamen, quod hodiè in casibus † iure expressis, & permissis non licet alienare res cuiuscunque Ecclesiæ, vel monasterij, aut pij loci inconsulto Romano Pontifice, & contrafacientes grauibus pœnis inuoluuntur. Ex quo, inquit, infertur, quod in huiusmodi alienationibus non poterit legatus authoritatem interponere sine speciali facultate à Papa concessa, per not. per Specul. *in tit. de leg. §. consequenter. vers. caterùm. Io. And. in c. 2 de feu.* Quod tamen si subesset summa necessitas, quæ tantam celeritatem desideraret, quod commodè authoritas Papæ spectari non posset, an non ob-
7 stante *dicta extrauag.* posset fieri alienatio? Dicendum est, inquit, quod sic; ad hoc glo. *not. in c. placuit. 12. q. 2. tex. in l. diuus ff. de petit. hære. & l. tutor, qui repertorium. ff. de admin tutor. §. 1. hoc tenet Hugo, & Archid. in c. Abbatibus. 12. q. 2.* & sic disputando terminauit Paulus *in quast. qua incip. condemnatus. in vltimo membro. idem tenet Card. in Clem. 1 de rebus eccle. non alien. facit tex. in c. fi. de eccl. ædif. vel reparan.* Ex quibus infertur limitatio ad iura, quæ exigunt solemnitatem in rebus Ecclesiæ alienandis, vt intelligantur, nisi tanta, & tam vrgens necessitas interueniret, quod non posset obseruantia solemnitatis prædictæ obseruari, vt est tex. *cum gl. in dicto cap. placuit.* & hoc modo, inquit, limitabis *ex-*
8 *trauag. Ambitiosæ.* Limita etiam, nisi res † esset modica, vel modici valoris, quod satis innuit dicta constitutio, ad quod etiam facit text. *in cap. terrulas. 12. q. 2. Hoc per dictum Gondissaluum à Villadeg. dicto loco.* Nec est mirum, si dictus Doctor limitat illam extrauagantem, vt non procedat, nec habere locum censeatur in rebus modicis; quia, vt dixi suprà in *q. 4. de rerum mobilium alienatione*, † res mo- 9
dicæ, & modici valoris benè possunt alienari, nec constitutione, seu prohibitione alienationis comprehendi intelliguntur, *vt dixi dicto loco.* nec etiam in casu, quo Prælatus iurasset res Ecclesiæ non alienare per doctrinam Abb. *in dicto cap. vt super. de reb. Ecclesia alienan. colum. 2. num. 15 vers. sed oppo. contra gloss. vbi sic inquit*, Ego dicerem, quod aut res ecclesiæ est modica, seu modicæ vtilitatis, & tunc nō includitur sub iuramento de non alienando; quia non est verisimile, quod superior voluerit illum illaqueare in istis modicis, cum ista modica sint exempta ab omni solemnitate, & iuris dispositione, vt *in cap. terrulas. 12. q. 2. quia, inquit*, iuramentum simpliciter præstitum debet intelligi secundum materiam subiectam. Verum quia ego non puto text. dictæ extrauag. intelligendum esse qualiter illum intelligunt dicti Gondissaluus, & Anto. de Pretis, nec dicere illud, quod dicunt, dicam aliquid, quomodo talis intellectus mihi non videtur genuinus ad textum.

ADDITIO.

HAEc constitutio facta fuit de anno *1451.* & non trahitur ad præterita negotia, Bero. *cons. 84. nu. 14. vol. 1.* Et limitatur, vbi in casu licito, & interuenientibus solemnitatibus fit alienatio, Bero. *cons. 90. num. 18. vel primo.* Declaratur tamen, vt procedat dolo concurrente in cōtrahentibus, aliàs secus, vt per eundem *cons. 89. num. 33. eod.* & latè pro istā constitutione Bero. *cons. 92. num. 27. in fine. & seq. vol. eod.* vbi quod etiam procedat in bonis hospitalium, & latè per Boignium *decis. 43.* Et quomodo intelligatur, & quo tempore facta fuit, Grat. *cons 14. col penult. vol. 2. Bero. consil. 1. num. 14. vol primo.* Et concordat extrauag. Pauli IV. quæ innouauit constitutionem Pauli II. vt per istum suprà *q. 4. num. 43. ad med.* Ad hoc autem vt locus sit dispositioni dictæ extrauag. Pauli II. requiritur, vt dixi, dolus in contrahentibus, Bero. *cons. 89. nu. 33. vol. primo* Si etiam ageretur de alienatione vtili Ecclesiæ, tunc non esset disputandum super solemnitatibus, quia valeret alienatio, Gram. *cons. 16. in cimilibus, & cons. 28.*

Sed vt hæc materia dispositionis dictæ extrauagantis planior fiat, libet aliqua annotare pro eius declaratione. Et in primis dico, quod hæc extrauagans malè seruatur, latè Marza. *cons 15. col. 152.* Caueant tamen tam tradentes, quam accipientes à censuris, vt per Boer *decis. 224. col. 1.* Item alienatio rei Ecclesiæ vtilis eidem Ecclesiæ an valeat non seruatis seruandis, pulchrè pro, & contra Portius *in suis conclus. lib. 4. conclus. 13.* Item continuatio plurium temporum censetur esse vnum tempus, Corn. *consil. 232 in fine, vol. 3.* Item locatio cum pacto renouandi de nouennio in nouennium dicitur perpetua, vt per Rimin. *cons 74. col. 3. & seq.* & idem de quinquennio in quinquennium, vt ibi. Sed contrà Bero. *in c. 1. num. 10. de precar. & Alciat. cons. 756 Item Ias. omnino consi 94. in primo.* li é

li di-

si dictum sit de nouennio in nouennium, intelligitur facta relocatio, ita tamen quod nullum ius transferatur, tamen non valet istud pactum. Ias. *cons.94.col.2.vol.1.* Sed contrà *Imo.cons. 68. numer. 7.* Item inter locationem ad longum tempus, & em phyteusim vide differentiam per Cepha. *cons.9.nu. 12.* Limitatur iste tex. in re solita concedi, putà, per triginta, vel quadraginta annos, Ruin. *consil.14.col. fin.in fine.vol.4.* ita quod si obligauit bona Ecclesiæ, Alexan. *consil.114.num.20.vol 5.* in præiudicium tamen valet ad longum tempus, Alexan. *cons. 60.nu. 9 in fin.vol.6.* secus in præiudicium successoris, quia non valet, nisi sit facta ad modicum tempus, & in vtilitatem Ecclesiæ, vt per Prælatum habentem administrationem, Socinus *cons. 34. in princip. vol. 3.* vbi dicit hanc esse * communem. Quando autem solemnitates præsumantur, & quando ista constitutio fuerit facta, latè per Grat. *consil. 142. vol. 2.* & quòd non habeat locum in rebus locari, vel alienari solitis, *ibi numer. 22. & seq.* Limitatur, nisi actum sit, quod per talem longæuam locationem non trãsferatur aliquod dominium, Io. de Arno. *in suo sing. 72. facit Alex. cons.104. in prin. vol. 3.* Idem firmat Arnonus prædictus *cautel. 43.* quod tamen declarat pulchrè Alexan *cons.165.vol. 2. Et de ista extrauagan. latè per Didac. libro 2 variarum resolutionum c.16. per totum.* Item locatio vltrà triennium valet, si fiat seruatis de iure seruandis per eundem *in c. 17. in princ.* Et in re solita dari in emphyteusim quod requirantur, & quando dicatur solita concedi, latè Alex. *cons. 9. vol. 3. Afflict. in c.1. in prin. de his, qui feu. dar. poss. & de renouatione triennij*, vel quinquennij in quinquennium, vel de promissione de renouando, latè per Bero. *in c. j. de precar.* Item locatio quod intelligatur renouata in fine triennij, vel quinquennij viuente rectore, an valeat, vel ipso non soluente melioramenta, latè Iason. *consil. 94. vol primo*, & etiam latè hanc materiam, & extrauagantem declarat Didac. *libro secundo varia. resolut. cap. 15. & seq.* vbi an locationi successor stare teneatur. Item moriente Prælatus infra triennium ad quem pertineat fructus, Affic. i *in cap primò. §. his consequenter num. 15. hic finit lex.* Item locatio ad longum tempus dicitur, si ad decem annos, & abinde suprà, Iason. *consil. 94. columna secunda, vol j.* vbi de locatione cum pacto de renouando, vel quod censeatur renouatio. & per Tiraquel. de *retract. conuent. in præfatio. num. 11.* Item an locatio in longissimum tempus valeat pro eo tempore, quo legitimè fieri potuit, per eundem *de retract. ligna. §. 23 in gl. j num. 10.* Item si solo triennio, vel quinquennio fructus vnus percipiatur, tunc singulum quodque triennium, vel quinquennium habetur pro vno anno. Item locatio facta alicui de bonis Ecclesiæ pro nouem annis, & eis durantibus successor velit conductorem expellere sub eo prætextu, quod bona potuissent pluris locari, & velit modo ea alteri concedere, non potest de æquiparare, si primus conductor tantum, quantum alius; offerat; licèt Fulgo. *in l. patri. §. j. ff. de mino.* dicat non potuisse tantum clamare, quod fuerit exauditus. Item quando res est solita infeudari, vel emphyteuticari, putà per quadraginta annos, tunc cessat ratio prohibitionis alienationis sine solemnitate, Felyn. *in c. cùm causam. num. 18. de re feud.* Item res solita locari in perpetuum potest locari sine licentia superioris, Alexander *consi.72.num.10.vol.j.* Item qui non potest alienare, potest vsumfructum ad vitam eius, cui conceditur, concedere, Angelus in authenticâ *de non alienan. §. hac igitur. num. 6.* Item res consueta dari in feudum, vel perpetuam emphyteusim dicitur, si bis infra quadraginta annos fuit concessa, Imo. *in c. ex parte. num. 37. de feudis.* Item fructuum an vitam alienatio facta per clericum non valet, Rip. *titulo de arbit. & arbitra. responso primo, num. 4.* Item constitutio, quod bona Ecclesiarum non possint locari vltra triennium, est restrictiua libertatis Ecclesiæ, & non valet, Calca. *consil. 3. num. 7.* Item locatio ad nouem annos dicitur ad modicum tempus, secundum communem, & facta vltra vitem Prælati: vel Rectoris non nocet successori, Castren. *consil. 4. num. 3. & seq. in prima parte.* Item pactum de renouando de 29. annis in 29. nouem annos impedit, vt dominus non possit vnquam alteri dare emphyteutim, etiam si post annum emphyteuta non petierit renouationem, latè Paris. *cons. 28 nu. 7. vol. 1. & nu. 10. & per Doc. cons. 328 & cons. seq* Item tacita renouatio ad quantum tempus censeatur facta, Soc. *cons. 17. in princip. vol. 3.* Item renouatio non potest allegari, quando conductor pensionem nec pro parte sua adimpleuit, Gozad. *cons 94. nu. 52. & seq.* Item quando tot sint locationes, quod nouennia, vide Alcia *cons. 756.* Limitatur ista extrauagans in locatione, quæ fuerit vltra nouennium, vel etiam vltra decennium cũ pacto, quod dominium etiam vtile non intelligatur translatum in conductorem, vide Plot. *consi. 108. nu. 63. inter consilia crimina.* Item locatio ad lõgissimum tempus cum hoc, vt non transeat dominium, nec naturalis possessio, an valeat, vide Bero. *in cap. potuit. de loca. num. 14.* Item locatio ad decem annos est alienatio, & emphyteusi æquiparatur, vide omninò Arium Pinel. *in l. 1. in 3 parte. nu. 66. C. de bonis mat.* Item locatio ad longum tempus, quæ dicatur, & quis eam seruare teneatur, latè per eum *ibi num. 63. & sequenti.* Item locatio in perpetuum, vel ad longum tempus non differt à contractu emphyteutico, Corneus *consi. 166. nu. 3. vol. 2.* Itẽ locatio ad longũ tẽpus an dicatur vtilior, q̃ ad tempus pro eodem pretio, vide eundem *consil. 181. num. 34. vol. 1.* Item ad lõgum tempus dicitur alienatio, vide eundem *consil. 262. num. 4. vol. 3.* Item locatio ad longum tempus est similis emphyteusi, Socin. *consil. 50. num. 12. vol. 4.* Item finita locatione ad modicum tempus, an ei, vel alteri poterit res locari, quòd non videtur, est argumentum *gl. in cap. nemo deinceps. in vltima gl. de elect. in 6.* Item locatio simpliciter facta intelligitur ad annum, Arius *vbi suprà numer. 63. in fine.* Limitatur in emphyteusi vtiliter Ecclesiæ facta: ea enim non est omnino nulla, & potest peti confirmari, Alciatus *consi. 20.* vbi addit idem in alienatione rei ecclesiæ. Item quòd alienatio rei ecclesiæ vtilis valeat sine solemnitate. Iason in *l. iusiurandum, quod in conuentione. § 1. num. 14. ff de iur. iuran.* Item locatio ad vitam est species alienationis, Alex. *consil. vltimo, in fine. libro 3.* Item locatio debet fieri ei, qui meliorauit

rauit rem Ecclesiæ, etiam quod alius meliorem offerat conditionem, Felynus *consil. 42. num. 11. & seq.* Item in quibus casibus locatio dicatur ad longum tempus, pulchrè Arius vbi suprà. Item quod sit alienatio *ibidem*. Item limitatur ista dispositio in re solita concedi in emphyteusim, Grat. *consil. 96. num. 14. vol. 1.* Item requiruntur 40. anni, Decius *consil. in Authen. qui rem. num. 20. C. de sacrosan. eccle.* Item limitatur quando vtiliter conceditur, Ias. *in l. Barbarius num. 41. ff. de offi prat. Sed Decius vbi suprà, contrà num. 20.* Et locatio quando censeatur facta nomine Ecclesiæ, *Soc. cons. 34. vol. 3.* Item successor, qui recepit fructus, & pensiones rei locatæ per aliquos annos, non cēsetur approbasse locationem prædecessoris, Millis *in suo repert. in verbo Pralatus licèt &c.* Item in casibus, in quibus successor Prælati, vel vsufructuarij non tenetur stare locationi nec etiam conductor, & ibi de locatione vsufructuarij saltem per annum, Gabriel. *consi. 68.* Item de causa quod tot sint donationes, quod res, quod non valeat, Alexan. *consi. 21. in prin. vol. 3.* Item de locatione facta ad nouem annos, & de nouem annis in nouem annos, an valeat. Item quid si lapsis duobus, vel tribus annis posteà renouata fuit locatio ad alios nouem annos inceptos à die &c. Ias. *in l. manumissiones. num. 7. ff. de iust. & iure.* Item locatio facta per Rectorem quando obliget successorem, etiam si prius omnes acceperit pensiones, vide Bal. *in l. iubemus. la 2. in princip num. 4. C. de sacrosanct. eccles.* Item quando locationi Prælati successor stare teneatur, latè Ang. *consil. 245.* Item ibi de receptione pensionis per totum illud tempus. Item contrà illam cautelam locationis de triennio in triennium; & de illa cautela, quod non transferatur dominium aliquod contra eas, respondit Alex. *cons. 165. vol. 2. & contra primam latius Bero. in ca. 1. nu. 10 & seq de precario. vide etiam Dida. d. cap. 16. sed pro prima cautela Alcia. vbi suprà.* Item de locatione facta nomine Ecclesiæ, & ad eius vtilitatem. Item de fructibus qualiter debeant diuidi inter successorem, & conductorem, Bald. *in l. iubemus nullam. in princip. num. 4. C. de sacrosanct. eccle.* Item constitutum appositum in locatione conuenit locationi ad longum tempus. Item dominium transfertur in locatione ad longum tempus, nisi expressè reseruetur. Item differentiam inter emphyteusim, & locationem ad longum tempus, Ruin. *cons. 57. vol. 1.* Item quando res dicatur solita infeudari. Item si plures res infeudentur, quarum vna solita, alia non valeat, quo ad solitum. Item idem in tempore, an valeat pro tempore licito, vide omnino Curt. Iunior. *in tracta. feudo. in 2. parte, num. 1. vsque ad 7 quast. etiam omninò vide in 3. qua. quantum tempus requiratur.* Item de alienatione etiam vtili Ecclesiæ, quod non valeat sine debitis solemnitatibus, *ibi in fine dicta tertia quastionis.* Item ad inducendum solitum, & consuetudinem quot requirātur actus, *ibi in 4. quast.* Item quid, vbi plures res sunt locatæ, & in vna est læsio Ecclesiæ, an totus contractus rescindatur, Decius *consi. 421.* Itē locatio pro pluribus annis est vna tantum; Bald. *consil. 316. in 3. parte.* Item quod locatio vltra tempus non valet in aliquo, Affli. *decis. 107.* Item nullitas locationis potest per quemcunque etiam tertium allegari, ibi. Item donatio reditiuum Ecclesiæ, vel membri alicuius ecclesiastici ad vitam clerici donatoris an valeat, latè Ias. *cons. 73.* Item an valeat pro triennio locatio facta vltra triennium, latissimè Didac. *variar. resolut. lib. 2. cap. 16. num. 3. & seq.* & firmat negatiuam, quam etiam ex * communi sententia tenet Rui. *consi. 57. num. 11. & seq. vol. 1.* Item locatio ad longum tempus differt ab emphyteusi, *ibi num. 10* Item emphyteusis potest etiā fieri ad modicum tempus, Ruin. *consil. 61 sub. num. 8. vol. 1.* Item de locatione ad longum tempus quid differat ab emphyteusi, vide latè per Tiraquel. *de retract. in verb. locatio.* Item locatio facta ad longum tempus an, & quando valeat ad modicum, vide eundem *de retract. ligna. §. 23. numer. 10* Item non valet locatio ad triennium cum pacto statim, vel paulò post de locando ad aliud triennium, per eum *de retract. conuent. in prafatio. num. 11.* Item latè, quòd successor in beneficio non teneatur stare locationi prædecessoris regulariter, vide omninò per Alexand. *consi. 160. volum. 6. & ibi latè*, qui successores teneātur stare facto prædecessoris. Item locatio facta per Prælatum censetur facta solum pro iure, quod habet in ea, & pro tempore suo, Castren. *consi. 2. vol. 2. in parte j.* Item res solita concedi quæ dicatur, vide per Afflict. *in cap. j. in prin. col. fi. Episcop. vel Abba.* Item res effecta de mensa dicitur, quæ per trigintà annos stetit apud dominum, *ibidem in fi.* vel si dominus hoc declarauit, ibidem. Item si fiat locatio vltra triennium non valet etiam in triennio, vide omninò Ruin. *consil. 57. nu. 11. volum. j.* Item emphyteusis censetur, non locatio, quando fit ad longum tempus, & in dubio nisi aliud dicatur, dicitur vtile dominium transferri; *ibidem num. 9.* Item locatio dicitur, etiam si fiat ad longum tempus, etiam si appelletur emphyteusis, dummodò pensio correspondeat fructibus, Ruin. *consi. 107. nu. 6. & plu. seq. vol 4. Rimi. consil. 421 in fi. vol 3.* Item latè quando successor non teneatur stare locationi, & contractui prædecessoris, maxime quando ficta omnia recepit, licèt quasi hæres dicatur, vide per Ang. *consi. 245. per totum.* Item ibi, quod hæres locatoris possit conueniri. Item concessio facta ad 29. annos cum pacto de renouando non parit actionem aliquam emphyteutę, vel liuellario ad renouādum, nisi personalem, & fit ei iniuria, si non fiat renouatio, Ang. *consil. 184. ad fi.* Item inter locationem ad longum tempus, & emphyteusim, siue magna, siue parua pensio soluatur, siue titulo lucratiuo, siue oneroso habeatur non fit differentia, Sylua. *consil. 47.* & vbi quis teneatur ad solutionem onerum, de quo latè per Arium Pinel. *in l. 1. in 2. parte, num. 72. C. de bon. mater.* Item quomodo differat locatio ad longum tempus ab emphyteusi, vide Alex. *consil. 112. vol. j.* Item locatio rei Ecclesiæ cum pacto de renouando, seu quod renouatio facta dicatur non solutis melioramentis, non valet, Alex. *cons. 165. vol. primo, & consil. 104. num. 8. vol. 3 Bal. in c. j. §. qui penes. qui feu. da. poss Card in Clem. 1. q. 5. de rebus eccles. non alien. Ias. cons. 94 volum primo, & in l. manumissiones. num. 7 ff. de iust. & in Fely. in c. qua in Ecclesiarum. num. 8. in fi. de constitu. Dida. varia resol. cap 16. num. 4. lib. 2.* Item locatio, vbi valet cum di-

cto pacto, non poteſt renouari pendente termino, per Cardin. *vbi ſuprà §. ſi. q. 5. Iaſ. vbi ſuprà num. 8. Rebuff. in compend. alien. bono. eccle. num. 18.* Item Eccleſia non poteſt locari, nec campanile, & cœmiterium & alia multa, de quibus per Cap. *allegat. 12.* etiam, ſi mandatarius habeat authoritatem locandi bona Eccleſiæ, vt ibi. Item qui poteſt locare ſolum ad modicum tempus, non poteſt locare cum pacto de relocando finito illo tempore, Rimi. *poſt Bal. conſ. 533. num. 4.* Item nullus, niſi veniat nomine Eccleſiæ, poteſt opponere de nullitate locationis, vel alienationis, Bal. *conſ. 156. in fin. in prima parte.* ſed contrà omninò vide per Crot. *conſ. 34. num. 21. & ſeq.* Item qui habet poteſtatem locandi poteſt vſque ad 30. annos locare, & non vltrà, Ang. *in Authen de alienat. & emphyten. nu. 3.* Item de nullitate alienationis rei Eccleſiæ poteſt quilibet opponere, Vanti. *in tract. de nullita. titulo quis poſſit opponere de nullitate, num. 9.* Item Eccleſia poteſt dicere de nullitate contractus, ſed nō is, cum quo fuit factus contractus, vide omninò per Dida. *varia. reſolut. cap. 25. char. penul. in fi. & ſeq.* Ampliatur regula prohibitionis de non alienando res Eccleſiarum, nec concedendo in emphyteuſim in rebus hoſpitalium, Rota Bono. *concln. 13.* Ampliatur hæc conſtitutio Paulina, vt etiam procedat in re reuerſa ad Eccleſiam, quæ amplius non eſt in eo ſtatu, in quo erat à principio, quando fuit primo loco conceſſa, putà, quia erat ſterilis, nūc autem fructifera; omnes enim ſolemnitates iuris requiruntur in noua conceſſione, *ibidem num. 8.* Item res emphyteutica reuerſa ad Eccleſiam etiam ob finitam lineam poteſt per eam retineri, *ibidem concl. 19.* ſed quod immò ſi Eccleſia ſit ſolita concedere vſque ad tertiam generationem, & is, qui eſt in tertia generatione, ſi ius ſuum alteri vendat, teneatur Eccleſia emphyteutam pariter in tertiam generationem inſtituere, vide omninò *ibidem concluſio 87* Item latè quod locatio ad modicum tempus, idest ad quinque annos non valeat, niſi cum conſenſu capituli, & concurrente vtilitate, & neceſſitate Eccleſiæ, nec Prælatus ipſe, nec eius ſucceſſor teneatur ei ſtare. Item quando noo dicatur per neceſſitatem approbata, per Calca. *conſ. 125.* Ampliatur, ſi actus ſit incertus, *ibi num. 5. & 20 inſi.* Item ſi perſonaliter ſit obligatus, *ibi num. 13.* Item locatio facta vltra tempus legitimum non valet in aliquo, *ibi col fin.* Item ſecunda locatio ſi debet incipere finità primà, quæ debet durare vſque ad tale tempus, tamen incipit etiam ea aliter finita, Natt. *conſil. 34.* Item locatio vltra tempus permiſſum ſolùm venit in tempore prohibito, latè Tiraquel. *de retract. tit. j §. 23. glo. j. num. 10 declarando, vt ibi.* Hæc conſtitutio vocari debet Pauliana, non autè Paulina, Bart. *in l. hac in factum. ff. de bu, quæ in fraud. cred.* Item longum tempus quod dicatur in hac materia, Menoch, *de qq. arbitr. lib. ſecundo, caſu quinto.* Item clericus in locatione ſi eam facit vltra tēpus debitum à iure, non ligat ſucceſſorem, etiam ſi faciat eam nomine Eccleſiæ, & eius bona obliget, quia non poteſt obligare ea vltra tempus ſuū, Ang *in conſil 245. ſub num. 8.* Item niſi conſtet, quod in euidentem vtilitatem Eccleſiæ hoc faciat, & cum ſolemnitatibus, vt per Dida. *varia. reſolut. lib. 2. c. 25. num. 6.* Item ſi vltra tempus ſolitum, & cū ſolemnitatibus, & nomine Eccleſiæ hoc faciat, & ſit læſa Eccleſia, locus eſt reſtitutioni, Alexan. *conſ. 160. ſub num. 5. vol. 6. Dida. vbi ſuprà.* & ità debet intelligi Soci *conſ. 33. num. 4. vol. j.* dum dicit valere locationem nomine Eccleſiæ factam. Item ſi locatio fiat non nomine Eccleſiæ, ſed ſuo, etiam pro tempore permiſſo, non tamen ligat ſucceſſorem, Dida. *vbi ſuprà.* Item non eſt benè dictum, quod iſta extrauagans non ſit auribus vtentium recepta, Rota Bonon. *deciſ. 13. num 9.* Item ad reuocandum malè alienata admittitur quilibet de populo, vide Fely. *in c. cum olim. col. ſecunda, de teſti.* Item vbi contractus eſt nullus, an pretium ſit reſtituendū, Neuiza. *conſi 85. num. 17.* de quo tamen vide omninò Card. *in Clem. 1. q. 25. num. 24. de rebus eccl. non alien.* vbi etiam quid de iniuſto prætio. Item non tantum ſucceſſor non tenetur ſtare locationi, ſed nec etiam ipſe qui eam fecit, Iaſ. *conſil. 94. col. 2. in princ. vol. 1.* Item locatio eſt nulla, ſi pro pluri potuit res alijs locari, Abb. *in c. ad aures. num. 4. de rebus eccle. alien. vel non.* Ampliatur hæc extrauagans, vt & procedat in locatione, quæ iam finita ſit per ea, quæ poſuit Arius *in l. 2. in 1 parte, ca 3. num. 18. C. de reſcin vendit.* Item limitatur in rebus ſterilibus, vide Marz. *conſ. 15. vol. 152.* Item debet non ſolum allegari ſed etiam probari, quòd ſit recepta moribus vtentium, vt ibi. Et de emphyteuſi minus ſolemniter conceſſa, quòd poſſit confirmari, quia ſolùm vtilitas attenditur Eccleſiæ, Alcia. *conſ. 20.* Ampliatur hæc extrauagans, etiam ſi dictum ſit, quod ſint tot locationes, quot triennia, Arno. *dialog. 18.* Ampliatur, etiam ſi poſt triennium facta ſit alia locatio ad aliud triennium cum pacto, quod illud incipiat à die finis primi, Arno, *ſing 68.* Limitatur, vbi locatio facta eſt ad longū tēpus cum pacto, quod nullum dominium intelligatur tranſlatum, Arno. *ſing. 72. & omnino caut. 42. limitatur in quærendis*, Crot. *conſ. 119. col. 1.* Item contractu nullo exiſtente tenetur contrahens ad fructuum reſtitutionem, Neuiz. *d. conſ. 85. num. 13. & plu. ſeq. ſi de natur alibus.* Item ſi nō conſtiterit, quod aliquando fuerit hæc conſtitutio approbata, non ligat modo, & per eam allegantem probari debet vſus, Birreta *conſil. 55. nu. 20.* Item an poſſit currere præſcriptio, vide per Curt. *iun. conſ. 88. num. 3.* Item ad recuperandum rem nulliter alienatam, datur remedium recuperandæ, & alia poſſeſſoria remedia, Sarm. *de redd. eccleſ. in j. parte, cap. 4. numer. 2 in fin. & ſeq. & multa per eundem ſelecta. interpreta. lib. 1. c. 11. num. 10. & plur ſeq* Idem in re minoris non ſolemniter alienata, quia remedio reintegrandæ poteſt recuperari cum fructibus, quando malâ fide ſunt percepti. Item an minor teneatur ad reſtitutionem pretij, hac cauſa, per Neuiz. *dicto conſ. 85. num. 16. & plur. ſeq.* Item fructuū reſtitutio fieri debet, caſus eſt *in l iubemus. la 2. §. ſanè. C. de ſacroſan. eccle.* Sed vide Archid. *in c. 1. de rebus Eccleſiæ non alien. in 6.* Item de locatione ad quinque annos, & vltra durante vita locatoris, vide Rimin. *iun. conſ. 2. limitatione 32.* item quid ſi facta ſit ad vitā conductoris ſenis, item ad beneplacitum, item cum pacto quod tranſeat dominium, Rimin. *iun. conſ. 251. vol. 1.* Item locatio facta ad nouem annos

cum pacto, quod finita prima locatione intelligatur facta pro annis nouem valet, Bursat. *consil. 104. num. 5. in fi. & seq. vol. 1.* Item quid si dictum sit ad nouem annos, & sic successiuè qualiter intelligatur, vide, quæ ponit Bal. *in c. præsentata. numer. 11. & seq. de testi.* Item locatio ad triennium cum pacto de renouando. ita author mille loqui. *num. 160.* Item locatio solita fieri ad tertiam generationem, vel ad longum tempus non valet facta vltra illud, immò nec in parte, *num. 163.* Pro hac extrauaganti, & de eius obseruantia, Borgni. *Decis. 43.* & ibi vide, vbi etiam de locatione de nouennio, & eo finito ad aliud nouennium vel vno anno finito ad aliud nouennium. Item donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum non valet, etiam respectu præsentium, Riminald. *iun. in tracta. de donatio. in princip. num. 363.*

Item de pacto, & eius validitate de nouennio in nouennium, seu de vigintinouem annis in vigintinouem annos, Castrensi. *consi. 237. in princ. in j. parte,* sed contra, quòd non valeat tale pactum, quod finito certo tempore teneatur, Prælatus renouare, Ripa *in l. 1 sub num. 6 ff. de priuileg. credit.*

SVMMARIVM.

1 *Intellectus Constitutionis Ambitiosæ de reb. eccles. non alien. ex authoris sententia.*
2 *Alienatio facta non seruata forma Constitutionis Ambitiosæ, vel sine licentia Papæ nulla est.*
3 *Res, quæ seruando seruari non possunt, & consuetæ emphyteuticari, non comprehenduntur sub prohibitione extrauagantis Ambitiosæ.*
4 *Dictio Aut sumitur alternatiuè, & disiunctiuè, non autem copulatiuè.*
5 *Lex noua debet aliquid vltra ius commune operari.*
6 *Iura facta circa prohibitionem alienationum rerum Ecclesiæ, sunt facta, vel lædatur Ecclesia.*
7 *Ratione cessante habet cessare effectus.*
8 *Constitutio Ambitiosæ fuit facta in omni eius parte in vtilitatem Ecclesiæ.*
9 *Iura omnia tam ciuilia, quàm pontificia tendunt ad ampliandum bona Ecclesiæ.*
10 *Finis canonum, & legum factarum in rebus Ecclesiæ fuit euitare damnum, & procurare vtilitatem Ecclesijs.*
11 *Solemnitas sufficit, quòd interueniat postea.*
12 *Iura non volunt, nisi effectum ad finem.*
13 *Lex prohibens alienationem sine certa solemnitate limitationem recipit, nisi contractus fiat vtiliter.*
14 *Contractus, si fuit vtilis minori, valet solemnitate requisita celebratus.*
15 *Alienatione prohibita, non intelligitur prohibita illa, quæ fit in fauorem illorum, quorum fauore fuit facta prohibitio.*
16 *Emphyteusis licèt facta sit sine debitis solemnitatibus, tamen emphyteuta tenetur soluere canonem.*
17 *Contractus in fauorem Ecclesiæ potest claudicare.*
18 *Papæ authoritas reddit contrahentem tutum absque eo, quòd interueniat consensus alicuius Prælati.*
19 *Alienationis de forma est, quòd adsit causa, & solemnitas copulatiuè.*
20 *Forma dat esse rei, & ea deficiente, substantia, & res perit.*
21 *Extrauagans Ambitiosæ habet locum, si fuit vsu recepta, quod probatione eget.*
22 *Extrauagans Ambitiosæ in aliquibus locis non est vsu recepta.*

SENSVS AC DECLARATIO CONstitutionis Pauli II. Ambitiosæ. hoc tit. nostro extrauagan. Comm. ex ipsius authoris sententia.

QVAESTIO XXXVI.

SEnsus dictæ extrauagantis † constitutionis, & 1
continentię videtur esse meo iudicio, vt sit interdicta omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum alienatio, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, cōcessio, hypotheca, locatio, & conductio vltra triennium, item infeudatio, aut contractus emphyteuticus, præter quam in casibus à iure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & cum Ecclesiæ vtilitate, & de fructibus, ac bonis, quæ seruando non possunt seruari, & alienatio cōtra formam ibi traditam facta sit nulla, & alienanti contra dictam formam, vel inconsulto Romano Pontifice, est Ecclesiæ ingressus interdictus:
hoc videtur continere dicta † *extrauag.* Per quod 2
apparet, quod hodiè alienatio de reb. Ecclesiæ, vel dispositio debet fieri, vel ex formâ illius, vel de consensu, seu licentia Papæ, aliter contractus est nullus, & incurritur in pœnas: & ex lecturâ dictæ constitutionis apparet, quod infeudatio, & emphyteusis de rebus ab antiquo concedi solitis, ac de fructibus, & bonis, quæ non possunt seruari, ac de reb. ecclesiasticis in casibus à iure permissis, & cum vtilitate ecclesiæ, non videtur prohibita: immò, quod res Ecclesiæ in casibus à iure permissis,
fructusque vel illa, quæ seruando seruari nō † pos- 3
sunt, & res consuetæ emphyteuticari non comprehendantur d. extrauagantis prohibitione. Ergò in tali casu non videtur verum illud, quod generaliter dicunt dicti Gondissaluus à Villadiego, & Ant. de Prætis, quod hodiè in casibus à iure expressis, & permissis non licet alienare res cuiuscúque ecclesiæ, vel pij loci Inconsulto Romano Pōtifice. quia si rectè inspicitur, hoc non dicit extrauagans, sed benè dicit, quod alienanti bona Ecclesiarum, monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet Inconsulto Romano Pontifice, aut contra præsentis constitutionis tenorem sit ingressus Ecclesiæ interdictus: vnde si fit alienatio seruata formâ constitutionis, idest, si fit alienatú in casibus permissis, si sint fructus vel illa, quæ seruando seruari non possunt, vel quæ consueuerunt infeudari, aut emphyteuticari, quæ alienantur, & cum Ecclesiæ vtilitate, non est necessaria alia authoritas aut solemnitas; sed si non sit facta alienatio cum forma, est nulla, si non sit facta consulto Papâ. vnde quando non est ex formâ constitutionis Ambitiosæ, semper est nulla, si non fiat consulto Papa: quia verba extrauagantis sunt prolata, clarè, & specificatè sine aliqua dubietate, & cum
dictione, Aut, quæ dictio regulariter sumitur non 4
copulatiuè, sed alternatiuè & disiunctiuè, *l. si ex to-*

to.§.1.ff.de le.1 l.Titio de leg.2.Clem.1.vers.quinet. & ibi gl.de concess.praeben. vnde cum clausula Inconsulto Rom. Pont. sit posita, & prolata alternatiuè, nõ videtur, quod copulatiuè modo sit intelligendum prolata. Nec valet, quod dicit idem Antonius, quod si sic intelligeretur dicta extrauagans, esset superflua; quia idem diceret, quod dicit ius ordi-
5 narium, & antiquum: & lex noua † debet aliquid operari, & importare vltra ius commune: quia respondeo, quod immò aliquid operatur, & operari potest, putà, pone, quod sit alienatum in casu à iure non permisso, si sit factum consulto Papa, in quo regulariter semper causa iusta præsumitur, valebit alienatio, per ea, quæ deduco infra *in q.41. de authoritate Praelat. & q.55.* de alienatione non obstan. iuramento. vel in casu, in quo defectus haberet suppleri per Papam, vel Principem solũ, vt millies exemplificari posset: tunc clausula intrat, & extrauagans non est superflua, quia aliquid operatur, saltẽ declaratiuo modo, declarando ius cõmune, quod in casib⁹ nõ permissis nõ est licitũ, nisi consulto Papa, & Papa alienare potest res Ecclesiæ in casu à iure non permisso, nouam tamen legem condendo, per Alb. *in Authen. hoc ius. ver. vtrum Papa. C. de sacrosan. eccle. & per Archid. in c. non liceat. 12. q. 2.* quod Papa potest facere casum de nõ concesso concessum per constitutionem. Item videtur etiam aliquid operari vltra ius commune. quia in casibus à iure permissis, & emphyteuticari solitis contractus habet esse cum vtilitate euidenti: quia in talibus contractibus sufficit regulariter, quod forma iuris seruetur, quæ non requirit in omnibus prædictis casibus euidentiam vtilitatis, vt per d. extrauag. requiritur in illis verbis, Et tunc Ecclesiarum euidenti vtilitate. Item per eandem extrauagantem vltra pœnas iuris cõmunis adduntur & aliæ pœnæ, nempè, si sit alienãs pontificali, aut abbatiali dignitate, interdictio ab ingressu Ecclesiæ; & si per sex menses sic interdictus indurato animo perseuerauerit, illis elapsis, suspensio eo ipso à regimine, & priuatio beneficiorum, quorum res alienarunt, ipso facto inferioribus Prælatis inflicta absque aliqua aliâ declaratione. Super quo puto considerandum; attentâ maximè authoritate dictorum virorum, quorum authoritati licèt ego acquiescere debeo, tamen mihi super dicta extrauaganti cogitanti istud verbum dicere fuit visum, & non esse transeundum: & talem sensum, vel intellectum ad dictam extrauag. dari vidi per famosum aduocatum in vrbe, prout deduco infrà in casibus, in quibus fit alienatio rer. eccles. sine solemnita. *q.51.c.6.incip.* item alio casu videntur posse alienari res Ecclesiæ absq; solemnitate, putà, quando bona feudalia, vel emphyteutica reuertuntur ad Ecclesiam *num. 8.* quia si contractus sit vtiliter factus, & in vtilitatem ecclesiæ, videtur durum, quod non possit claudicare, & postea ratificari ab Ecclesia, vel Prælato, vt dicunt Doctores: eoque magis, quia iura,
6 † quæ facta sunt circa prohibitionem alienationẽ rerum Ecclesiæ, sunt facta ad illum finem, ne Ecclesia lædatur, vel deterioretur eius conditio: vn-
7 de, si sit † vtilis contractus videtur cessare ratio, & cessante ratione habet cessare effectus legis: quia dicit Bald. *in l. quacunque. C. de bon. quae lib. num. 2.* quod debet attendi vtilitas Ecclesiæ; quia si vtile est Ecclesiæ, habet confirmari contractus, & valet confirmatio, & præsumitur vtilis, ex quo Prætor decreuit esse vtile, &c. † Et si benè inspiciamus cõ- 8
stitutionem, pendet ab omni parte in fauorem Ecclesiæ, & est facta ad obuiandum fraudibus, præiudicijs, & damnis Ecclesiæ, & ne Ecclesia in aliquo lædatur; non autem est facta ad obuiandum, vel impediendum vtilitates Ecclesiæ, vnde non est interpretanda in odium Ecclesiæ, quæ est in fauorem Ecclesiæ emanata, nec in odium retorqueri, quæ in eius commodum fuit facta.

¶ Quia si Ecclesia non posset acceptare, vel approbare contractum sibi vtilem in sui vtilitatem factum, esset præclusa Ecclesiæ via acquisitionis, & vtilitatis; † quod esset contra iura omnia tam 9
ciuilia, quàm pontificia, quæ omnia tendunt ad fauendum, & ampliandum bona Ecclesiæ: quia est concessum Ecclesijs, earumque Rectoribus cõtrahere ad fauorem, eorumq; vtilitatem illis acquirendo absque authoritate Episcopi, & solemnitate debita, *not. in c. 1. 12. q. 4.* & est concessum Ecclesiæ locare ad modicum tempus absque læsione sine solemnitate, *Clem. 1. eo. tit. c. si ne Pral. vic. fu. Ang. Bero. in c. nulli de reb. eccles. alie. vel non. col. 4.* Et propterea ego puto super hoc esse benè cogitandum: quia multa sunt in contrarium, quare contractus ecclesiæ vtilis non possit claudicare in fauorem ecclesiæ, &c. Pro quo vide, vltra prædicta, quæ dixi in causis alienationum, *q. 20. in causa vtilitatis. & in d. q. 51.* in casibus alienationis sine solemnitate, *c. 11. quia secundum Corsetum in sing. in litera P. verb. Pupillus. in singulari incip. licèt pupillus. in addit. vers. ex quibus omnibus. finis Canonum,* † & le- 10
gum factarum in rebus Ecclesiæ, fuit euitare damnum, & procurare vtilitatem Ecclesijs, obtento fine, & effectu, actus habet valere, licèt in actu etiam non interuenerit solemnitas, † quæ require- 11
batur; quia sufficit, quod solemnitas interueniat posteà, *c. si qua de rebus. 12. q. 2. & c. cum nos de his, quae fi à Pral.* † quia iura non volunt, nisi effectum 12
ad finem *l. j §. inde quaeritur. ff. de no ope. nunc. per Rebuff. in compendio alie. rer. eccl. vers. nonus casus.* Et dispositio statuti, † vel legis prohibens aliquid fieri, 13
nisi cum certà solemnitate, semper habere intelligit limitationem, nisi contractus fuit vtiliter celebratus. quia dicit Barbat. *in consil. 60.* quod si statuto cauetur, quod contractus minoris non possit fieri, nisi cum consensu Mondualdi, si contractus sit factus sine tali solemnitate, & sit vtilis minori, quod valebit etiã nõ interueniẽte solemnitate requisita à statuto: quia talis dispositio statutaria recipit illam limitationem, nisi ille contractus esset vtilis minori, aut pupillo. Idem per Ang. *in cons. vlt.* quod si statuto cauetur, quod minor non possit se obligare, nisi cum certà solemnitate, & contractus fuit vtilis minori, † quod nihilominus va- 14
let contractus sine solẽnitate requisita celebratus, & dicitur secundũ Bal. quod ad hoc, vt solẽnitas requisita in alienatione rei Ecclesiæ interuenire habeat in actu ipso, vel post, quod attẽditur, & attẽdi dẽt vtilitas, quia si vtilitas ecclesiæ adsit, q̃ possit etiam post interuenire, &c. Et dicit Bal. eleganter *in l. qua-*

in l. quæcunque. C. de bon. quæ liber. quod prohibita a-
lienatione, nunquam intelligitur prohibita illa,
15 † quæ fit in fauorem illorum, quorum causa, vel
fauore fuit facta prohibitio; & aliàs, vt per nos in
casibus alienationis sine solemnitate, in *d. q. 51. d. c.
11.* Pro quo faciunt ea, quæ dicit Ias. *in l. 2. C. de iur.
emphy. col. 2. num. 11. vers. vnum tamen. vbi dicit*; quod
16 si Ecclesia concedat † rem in emphyteusim non
seruatis debitis solemnitatibus, de quibus *in Auth.
perpetua. & Authen si quas ruinas C. de sacros. eccles. &
c. vt super. de reb. eccles. alie. vel non.* quod tamen em-
phyteuta ità tenetur soluere canonem, sicut si em
phyteusis fuisset concessa cum debita solemnita-
te, per text. *in §. si verò. quem Ang. ibi in prin. not. ad
hoc, in Authen. de non alienan. col. 2.* Per supradicta
videretur dicendum, quod ità non debet intelli-
gi extrauagans, & quod stante dispositione iuris
communis, & communi Doctorum opinione in
contrarium, benè contractus Ecclesiæ vtilis pos-
set in fauorem Ecclesiæ, † & pro illius vtilitate
17 claudicare: quia iura, quæ sunt facta in fauorem,
non debent intelligi in odium, vel contra fauorē
interpretari. Ego tamen sum opinionis, quòd erit
semper magis consultum, & magis tutum parti, si
semper super alienatione, concessione, conductio-
ne, vel quolibet contractu rei Ecclesiasticæ con-
sensum, ex authoritatem Papæ adhibeat, qui pro
suâ omnimodâ, & amplissimâ, quam habet autho-
ritate in rebus Ecclesiæ tàm iuris, qua facti, defe-
ctus supplere potest, quia quando Papa in aliena-
tione de rebus Ecclesiæ suam interponit authori-
18 tatem, tunc contrahens est tutus, absque eo, quod
interueniat consensus alicuius Prælati, vel capitu-
li; per *gl. & Doctor. in c. potuit. de loca. consuluit Dec. in
cons. 142. inci. pro tenui.* solet tamen Papa committe-
re alicui existenti in partibus, vt videat, an expe-
diat illam rem alienare, & ad relationem illius
authoritatem suam interponere, per Rebuff. *in sa-
pè allegato compendio alien. rerum Ecclesiæ, vers. tertiò
requiritur.* Facit, quia Episcopus iurant non alie-
nare Romano Pontifice inconsulto, *d. c. vt super. de
reb. eccles. alien. vel non. per Inn. & Hostien. ibi.* licèt il-
lud iuramentum sit, & intelligatur de rebus ad
mensam spectantibus, id est quæ pertinent ad pro-
prietatem, & vsum Ecclesiæ Episcopalis, per ea,
quæ dicit Bal. *in Authen. hoc ius. C. de sacrosanc. eccle.
col. 3. vers. quæro igitur.* Et hoc ego sentio: quia est
19 de forma alienationis rei Ecclesiæ, † quod adsit
causa, & solemnitas copulatiuè, nec alterum per
se sufficeret, alioquin alienatio esset ipso iure
nulla, *glo. & Abb. in c. 1. de rest. in integr. per Aug. Bero.
à nulli. de reb. eccles. alien. vel non. col. 22. versi. tertium.*
vbi dicit; quod id est de forma, † & forma debet
seruari; forma enim dat esse rei, qua deficiente,
substantia, atque res perit, vt ibi per eum. Et hanc
extrauagantem Ambitiosæ. dicunt videri habere
locum, si fuit vsu recepta, nec sufficit illam alle-
gare, nisi probetur receptam & esse in obseruan-
tiâ, per decisionem Rotæ *in decis. Mohedani manu
scrip. tit. de constit. & reb. eccles. vt deduco infrà in q.
58 de loca. rer. eccles. & per eundem Mohedan. in decis.
250. in tit. de reb. eccles. & de loca. per glo. & Doct. in c.
2. de treg. & pac. Bal. in l. rem non nouam. C. de iud. &
idem in rub. de consuet. quia habetur in decis. manuscr.
Crescen. num. 150. incipien Prælatus. de iureiuran.* quòd
dicta extrauagans in aliquibus locis non est vsu
recepta. & in decis. Mohedan. *219.* aliàs *240. incip.
nobili viro tit. de loca.* oportet probare, quod sit in
obseruantiâ *ad d. gl. c. 1. de treg. Bal. in d. l. rem non no-
uam. C. de iud. alia decis. Mohedan. tit. de decim. num. 4.
itidem in manuscriptis.*

¶ Paulus IV. ad hanc extrauag. Ambitiosæ. re-
spectum habuit; quando suam edidit constitutio-
nem super reuocatione, annullatione, & cessa-
tione alienationum de rebus Ecclesiæ, & in dam-
num Ecclesiæ, vel non, seruatis de iure seruandis
factarum; quia in ea inseruit ferè totum tenorem
illius, vt est videre in d. constitutione edita sub
datum Romæ anno 1555. pridie idus Iulij, sui Pon-
tificatus anno primo.

ADDITIO.

Vide suprà *quæst. 13. nume. 48. infrà q. 58. num. 41.
& plur. seq.*

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum debet continere nomina singulorum de capitulo consentientium.*
2 *Nomina singulorum non sunt describenda, quando tot essent, quod in pelle pergameni non possent describi.*
3 *Sindicus quando constituitur ad vendendum, debent exprimi nomina singulorum de vniuersitate.*
Si verò sindicus constituatur ad alia negotia in collegijs magnis, & concilio vnius populi, necesse non est nomina exprimere, vt nu. 4.
5 *Tabellio est quidam testis.*
6 *Tabellio debet deponere per verba facti, non iuris.*
7 *Notarius præsumitur, quòd diligenter exercuerit suum officium.*

NOMINA SINGVLORVM DE CApitulo alienationi rei Ecclesiæ consentientium sint nec ne in instrumento à notario describenda.

QVAESTIO XXXVII.

ET in tali canonicorum, vel clericorum con-
sensu præstando requiritur, quod expri-
mantur in instrumento nomina singulorum con-
sentientium: quia non valet instrumentum, si di-
ceret capitulum Ecclesiæ nostræ Parisien. vel ca-
pitulum S. Petri Montis Pesulani: quia ità expres-
sè tenet Bar. *in alienatione rerum Ecclesiæ, & rerum
ciuitatis in l. 1. ff. de albo scriben. per l. fi. ibi, Singillatim
vnumquemque. C. de vendit. rer. ciuit.* & in alienatio-
ne rerum Ecclesiæ in proprijs terminis tenuit Io.
And. & Imola *in c. quanto. de his, quæ fi. à Præla.* ità cō-
suluit Barbat. *cons. 12. difficile. col. vlt. vol. 2.* quia ali-
ter posset fieri fraus: nam alienatio duobus præ-
sentibus fieret, & postea diceret capitulum eccle-
siæ Montis Pesulani, per Spec. *in tit. de Syndicis, qui
hoc dicit* idem in Syndici constitutione. ita tenet
Petrus Rebuff. *in sæpe d. compendio alien. rerum ec-
clesiæ. vers. quartò in tali.* vbi dicit ita etiam dixisse,
& tenuisse in arbore exceptio. In verb. ratione Syn
dici, in littera O. vbi inquit, Limita † quando es- 1
sent

sent tot, quod in pelle pergameni non possent describi, tunc in Syndici constitutione sufficiet dicere Vniuersitas, Io. Fab. *Instit. de curat. §. fi. numer. 4. vers. sed quid si ostendit. sequitur Alex. in cons. 1. num. 3. volum. 4. Pro quo vide, quæ dicit Abb. in c. quanto nu. 7. vers. sed cadit hic. de his, quæ fiu. à Præla. vbi dicit*; quod ibi cadit notabilis quæstio, vtrum nomina illorum de vniuersitate debeat describi in instrumento confecto super dispositis ab vniuersitate ipsa. Et videtur hic tex. inquit Abbas, à contrario, quod sic: nam si absentium nomina non debent describi, ergò nomina præsentium sic. & hanc opinionem tenuit hic Petrus. Quidã Moderniores contrà: nam sufficit denotare canonicos per nomẽ collectiuum: paria enim sunt, exprimere per nomina propria, vel circumlocutiones indubitatas, ad hoc *§. nominatim. Instit. de ex hæred. liber.*

Sed inquit Abb. aduerte, quod multæ sunt variationes, præsertim cũ agitatur quæstio in constitutione syndici, vel procuratoris. Bar. tangit hanc quæstionẽ *l. 1. ff. de albo scriben. vbi concludit*,
2 † quod si constituatur syndicus ad vendendum, debent exprimi nomina singulorum de vniuersitate; & videtur *text. in l. fi. C. de vend. rer. ad ciuitat. pertinent. lib. 10.* nam videtur ille tex. velle requirere subscriptionem: & *idem in c. 1. suprà eo. vbi bonus*
3 *tex.* Si verò constituitur ad alia negotia; † tunc dicit, quod in collegijs magnis, & in consilio vnius populi non est necesse exprimere nomina, *arg. c. fi. de procur.* Sed si collegium est paruum, putà, priores alicuius ciuitatis, vel canonicorum, seu monachorum, tunc exprimuntur nomina. ad hoc facit, inquit, iste tex. sed Bald. *in l. 1. ff. de mag. conuenien. dicit*, quosdam tenere, vt semper debeant exprimi
4 nomina singulorũ, quod videtur sibi tutius, † quia cum tabellio sit quidam testis, vt *l. Domitius Labeo.*
5 *ff. de testa. & facit c. cùm Io. de fid. instru.* † debet deponere notarius per verba facti, non iuris. nam si notarius diceret, capitulum, vel maior pars hoc fecit potius videtur iudex, quam testis: quia sensu corporeo non potest notarius comprehendere, quod illi præsentes faciant totum capitulum, vel maiorem partem: quia fortè aliqui ex eis sunt excommunicati, vel non sunt in sacris, vel sunt absentes à loco, vnde debent vocari: & ideò vt appareat, an fuerit totũ capitulũ, vel maior pars, debẽt exprimi nomina eorum, qui fuerunt. Sed aduerte, quia nunquam possum concipere casum, in quo notarius non habeat in hoc negotio deponere iudicio intellectus, nam si diceret, Titius, & Petrus fecerunt hoc, non sequitur, quod capitulum fecerit: opotet ergò, quòd submittat illos facere totum, vel maiorem partem capituli, & in hoc deponit iudicio intellectus: & cùm aliter non possit
6 explicare capitulum, nisi iudicio intellectus, † præsumendum est, quod notarius exercuerit diligenter officium suum. Vnde Federic. de Senis *in conf. 207. dicit*, quod si in instrumẽto dicitur, talis Abbas cum talibus sex monachis facientibus totum capitulum, sic, & sic fecerunt, primâ fronte præsumendum est, ibi interuenisse totum capitulum, etiam si probetur, quod per annum antè erant ibi plures Monachi, & pro hoc facit text. in *c. sequen.* vbi præsumitur pro Prælato, quod habuerit consensum capituli; asserenti ergò contrarium incumbit onus probandi. Vnde concluderem, quod exceptis casibus à iure expressis, non est necesse exprimere nomina singulorũ, licèt sit vtile, &c. vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Notario dicenti, quòd ibi fuerunt duæ partes, non creditur, quia in hoc non consistit suum officium.*
2 *Excipiens contra dictum notarij attestantis duas partes fuisse præsentes, quid probare habeat.*
3 *Vtens instrumento probat contenta in eo ipso, quòd non probatur contrarium.*
4 *Excipiens contra instrumentum qualiter excipere debeat.*
5 *Maior pars attenditur numero, & dignitate.*
6 *Sufficit maiorem partem duarum partium consentire.*
7 *Minor pars, quando aliquid rationale allegat, impedit factum à maiori parte.*
8 *Maior pars non sufficit, nisi sit sanior: hæ enim duo copulatiuè requiruntur.*
9 *Maior pars non consistit tantùm in numero, sed in dignitate, & authoritate, & merito personarum.*
10 *Numerus tantùm consideratur quando plures tanquam singulares aliquid faciunt, secus si tanquam collegium.*
11 *Nihil est inæqualius, quàm vbi impar est prudentia, ibi sit par ius.*
12 *Multi homines, & pauci homines & multi nomine, pauci re.*
13 *Vox prudentis magis ponderare debet, quàm insipientis.*
14 *Sanioritas consistit in authoritate, zelo, & merito.*
15 *Authoritas in quibus consideretur.*
16 *Zelus consistit in animo.*
17 *Maior pars numero præsumitur etiam sanior.*
18 *Numerus maior in dubio habet præsumptionem pro se.*

CVI INCVMBAT ONVS PROBANDI, cum in alienatione rei Ecclesiasticæ opponitur, quod non adfuit maior pars capituli: & in quibus consistat maior pars.

QVÆSTIO XXXVIII.

Sed si opponatur, quod non fuit præsens maior pars, vel quòd duæ partes non fuerunt canonicorum, est videndum cui incumbat onus probandi. Et Guliel. *in Speculo, in tit. de Syndico, loquens in instrumento syndici constituti, vers. sed si ante litem. num. 12. primò arguit*: quod excipiens habet probare: tum quia omnia præsumũtur solemniter acta: tum quia in sua negatione est implicatio affirmatiua, *l. sciendum. ff. de verb. signifi. c. super. de renunciat. & hoc*, nisi sit præsumptio contra constituentes, quia consueuerunt esse plures, *arg. de synd. c. vno.* Itẽ refert, quod alij arguunt contrà, quod qui ostendit syndicatum, habet probare solemnitatem affuisse, *ff. de public. l. quicunque in fin.* Nec obstat, quod aliter excipit negãdo, *C. de nõ nu. pecu. l. sed si excussione.* concludit finaliter, quod iudex

dex benefaceret, si vtramque partem ad proban-
dum admittat, & ex officio veritatem inquirat, *30. q. vlt. iudicantem. c. super quaestionum. de offic. deleg. §. intentionis.* vt parcat laboribus partium, & expen-
sis. l. ede. *de Sen. in consi. 148. incip. casus talis est.* aliqui
sunt canonici. ponit dicta cuiusdam Scholaris te-
nentis expresse, quod opponenti incumbit onus
probandi. Sed idem Feder. *in consi. 288. incip. casus ta-
lis est.* in quodam publico instrumento. vbi format
1 istam quaestionem, videtur fateri, † quod assertio-
ni notarij dicentis, quod ibi fuerunt duae partes,
non stabitur, quia in hoc non consistit officium
tabellionis, sed solum in hoc, quod A. & B. ad ca-
pitulum congregati fecerunt tale quid esto, quod
benefaceret iudex vtriusq; partis velle probatio-
nes audire, & etiam ipse ex suo officio inuestigare,
vt dicit Spec. tamen non videtur necessarium. Im-
2 mò videtur, quod † excipiens habeat probare i-
stam suam negatiuam, quae habet in se implicatam
affirmatiuam, maximè in facto antiquo. probabit
enim quòd vltra nominatos in instrumento, sunt
alij canonici in sacris constituti, qui tunc temporis
erant praesentes, & tot, quot in instrumento electi-
onis, alienationis, vel syndicatus fuerũt nominati,
non constituerunt duas partes, vel maiorem par-
tem canonicorum vocandorum ad hoc, not. per
Ioann. Andr. *in reg. infamibus. in solutione. de reg. iur. in 6.* Vel si velis dicere vtentem syndicatu, vel
instrumento alienationis habere hoc probare, di-
3 co, quòd hoc † probabit eo ipso, quod nõ proba-
bis contrariũ; dicet enim tales, & tales in instrumẽ-
to nominatos esse canonicos, & non alios, vel di-
cet esse solũ duos alios vltra quatuor nominatos;
vel dicet solum esse dare in instrumento no-
minatis in sacris ordinibus constitutos; certè cum
istae sint purae negatiuae, & aliter probari non pos-
sint, tu, qui dices contrarium, probabis; quod qui-
dem si sic est, de facili facere potes. Immò quo ad
hoc sufficit, si produces instrumentum, quo appa-
reat plures in illo nominatos capitulariter alicui
actui vna cum illis consensisse, & vocem in capi-
tulo habuisse, probabis enim possessionem saltem;
quae tibi videtur sufficere ad hoc, quod not. *per Spec. vbi supra*; & ità, inquit, ego practicaui in anno
praeterito in Ecclesiâ Vulteranâ Floren. dioece.
poterit insuper probare per testes; quod tunc
si fecerit, poterit aduersarius absentiam probare,
etiam si publicatae essent attestationes, *c. fraternita-
4 tis. & c. ex tenore. de testib.* Sed, inquit, † caue tu exci-
piens, qualiter excipias. nam si excipias electionẽ,
syndicatum, vel alienationem non tenere, quod
non fuerunt tales, & tales Canonici, &c. succum-
bes. non enim tua interest aliorum contemptum
prosequi, per not per Feder. *in d. consi. 148.* Sed de-
bes dicere, si excipis contra syndicum, quod non
habet sufficiens mandatum, eo quod non existit
constitutus à maiori parte duarum partium prae-
sentium, & vocem habentiũ in illo. Similiter si ex
cipis contra alienationem, dices eam non valere,
quia non fuit seruata forma canonis, & maximè
cum non consenserit maior pars canonicorũ prę-
sentium, & vocãdorum. idem de electione, vt per
Laur. de Rodul. *in rep. c. fine except. q. sua 24. 12 q. 2.*
5 Et maior pars attenditur, † primò, in numero
secundò, in dignitate, *l. maiorem ff. de pac.* non con-
numeratis seruientibus, sed ordinatis in Ecclesia;
& si quidam absunt, oportet duas partes or-
dinatorum esse praesentes, & sufficit maiorem † 6
partem duarum partium consentire, *l. 1. & l. 3 de decret. ab ord. facien. & ff. quod cuiusque vniuersit. l. nulli. & l. planè. de praed. decuri l. 2 lib. 10. per gl. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. sequitur Abb. in ca. 1. de his, quae fi. à ma. par. capi. vbi nu. 3.* dicit, quod ma-
ior, & sanior pars copulatiuè requiritur in nego-
cijs Ecclesiae explicãdis. *& in tex. d. c. 1. & ibi per Abb.*
& alios habetur, quod † si minor pars aliquid al- 7
leget rationabile, impediet consensum, & factum
à maiori parte. Sed illud, quod allegat, habet pro-
bare coram superiore, non autem coram maiori
parte, per Abb. *d. loco*, ibi, quod habet causam con-
tradictionis probare coram superiore, &c. Et pars
consentiens debet esse maior, & sanior, dicit Abb.
in c. Ecclesia vestra. il 2. n. 7. vers. no. in vers. nos ergò. de elect. vbi ait; quòd tàm in materia electionis, quam
in alijs dispositionibus faciendis per capitulum,
non sufficit consensus maioris partis, nec sufficiet
maior pars, nisi illa sit † sanior; quia ista duo copu 8
latiuè requiruntur: vnde non sufficit maioritas
numeri sine sanioritate, per illum text. quem ad
hoc dicit esse notabiliter menti tenendum. quod
etiam dicit procedere in vniuersitate saeculari, vt
maior pars † non consistat in numero, sed in dig- 9
nitate, & authoritate, & merito personarum; per
ea, quae dicit Bar. *post gl. in l. Pomponius. aliàs incip. si vnus. ff. de re iudi.* vbi notabiliter dicit, quod praedi-
cta procedunt in his, quae fiunt per plures, vt col-
legiũ. Si verò per † plures tanquã singulares, tunc 10
consideratur numerus, argu. *l. si duo ex tribus, & l. inter pares. de rè iudi.* Ex quibus, inquit Abb. infer-
tur ad vnum, ad quod non aduertitur communi-
ter, videlicet, quod in disponendis per vniuersi-
tatem, seu capitulum non debent dari voces per
lupinos; quia tunc non potest apparere, quae pars
sit sanior; sed solum quae maior, respectu numeri;
& tamen maioritas sine sanioritate non valet; vt
hic, & vt inquit Plinius in quadam Epistolà, non
debent solum numerari personae, sed ponderari
sententiae. † Nil enim est inaequalius, quam vbi im 11
par est prudentia, ibi sit par ius. quasi dicat, sic &
homines differunt in prudentia. quia, vt dicit Ci-
cero, multi † homines, & pauci homines; multi 12
nomine, & pauci re: ità debet esse differẽtia in au-
thoritate vocum, vt magis ponderet vox pruden-
tis, † quàm insipientis, seu parum sapientis. & per 13
eundem Abb. *ibidem col. 5 nu 11. vers. in gl. fi.* vbi di-
cit, quod electio, & alia disponenda per capitu-
lum, vel collegium debent fieri à maiori, & sanio-
ri parte; vbi declarat, quod sanioritas consistit † 14
in authoritate, in zelo, & merito. † Et authoritas 15
cõsideratur in dignitatibus eligẽtium, & in prouec-
tiori aetate, & in antiquiori institutione, & in ma-
ioribus ordinib⁹; quia praecellẽtes in talibus habẽt
voces † põderosas. Zelus cõsistit in animo, qua, sc. 16
intentione elegerũt; an propter cõsanguinitatẽ, &
amicitiã, aut ex corruptela, seu precib⁹, vel ex meri-
to vitae ipsi⁹ electi; vbi alia percurrit Abb. circa ma-
teriã electiõis. Sed in ista materia alienationũ ni-
hil vidi notatũ de sanioritate. Et Doctores vidẽtur

transire omnes cum maioritate numeri: quia id dicit text. *in Authen. hoc ius. C. de sacrosanct. eccles. quae est canonizata 10 qu. 2. ca. n. quae, &c.* ibi, Maiori
17 parte ibidem seruientium consentiente, &c. & †
18 maior pars numero praesumitur etiam † sanior; praesumitur enim in dubio pro numero, *arg. cap. prudentiam. de offic deleg. in cap. quibus. 20. distinct. concordat cap dudum. il 1. de elect. per Abb. d. cap. Ecclesia vestra. colum. 2. numer. 4.* vbi dicit; quod ista praesumptio admittit probationem in contrarium, &c. sequitur Alberic. *in dicta Authen. hoc ius. C. de sacrosanct. colum. 2. versic. contrarium.* vbi dicit, quòd licèt in electionibus faciendis maior pars intelligatur non inspecto numero, sed dignitate; tamen, inquit, vidi communiter obseruari, quò ad ea, de quibus haec Authent. loquitur, maiorem partem intelligi, solùm numero attento.

SVMMARIVM.

1 *Consensus capituli est quid extrinsecum ad Praelatum.*
2 *Solemnitas extrinseca non praesumitur.*
3 *Tutoris authoritas non praesumitur interuenisse, nisi probetur.*
4 *Contradictio si fiat ante inuestituram, Abbas debet probare consensum capituli, si verò post praesumitur consensus interuenisse.*
5 *Consensus praesumitur, quando sumus in actu, in quo tacitus sufficit consensus.*
6 *Possessor habet praesumptionem pro se in his, in quibus datur quasi possessio.*
7 *Consensus ad hoc vt clarè probetur, requiritur subscriptio.*
8 *Is, cuius interest, potest instare, vt doceatur de consensu.*
9 *Consensus expressus vbi requiritur, pro consensu non praesumitur.*
10 *Concessio Episcopi, quae dicitur facta de consensu capituli si de consensu non apparet, an praesumatur pro consensu.*
11 *Ea demum insunt, quae incontinenti fiunt, non quae ex interuallo.*
12 *Subhastatio, tractatus, & huiusmodi praeambula probantur per instrumentum factum super contractu principali.*
13 *Instrumenta antiqua habent praesumptionem pro se.*
14 *Solemnitas non praesumitur, quando ius exigit probationem solemnitatis.*
15 *Si ius exigit scripturam, non probationem, si enunciatur solemnitas, tunc praesumitur interuenisse.*
16 *Solemnitas si non est enunciata pro ea non praesumitur.*
17 *Scriptura, si non apparet, praesumitur, si non negatur.*
18 *Scripturam si ius non exigit, & actus est de recenti, an praesumatur solemnitas.*
Si verò de antiquo, an praesumatur, nu. 19.
20 *Solemnitas extrinseca praesumitur, quãdo cum antiquitate temporis concurrit alia praesumptio.*
21 *Assidui actus, & continuatio possessionis faciunt praesumi solemnitatem inteuenisse, & titulum.*
22 *Patientia triginta annorum praesumitur solemnitas interuenisse, & consensus requisitus.*
23 *Antiquum factum quod dicatur.*
24 *Diuturnitas temporis facit praesumi omnia solemniter acta.*
25 *Praesumptio, quòd interuenerit solemnitas, tollitur, si non apparet de illa in scriptura, in qua requiritur.*
26 *Praesumptio, quòd interuenerit solemnitas, admittit probationem in contrarium.*
27 *Quando ex inspectione alienationis feudalis nõ apparet consensum domini interuenisse, non statur praesumptioni antiquitatis.*
28 *Probatio nulla est melior illa, quae fit per euidentiã facti.*
29 *Negatiua haec, Aliquid factum non fuisse, probatur per inspectionem scripturae.*
30 *Consensus capituli praesumitur ex diuturnitate temporis.*
31 *Licentia Papae in testamento Cardinalis praesumitur ex diuturnitate temporis.*

CONSENSVS CAPITVLI AN PRAEsumatur interuenisse in alienatione rei Ecclesiasticae facta per Praelatum: & quis habeat probare consensum interuenisse.

QVAESTIO XXXIX.

Et an praesumatur quod consensus in alienationibus factis interuenerit necne, puto esse in hoc recurrendum ad doctrinam, seu distinctionem Abbatis in *c. ea noscitur in fin. sub nu. 9. de his, quae fi. à Prela.* vbi dicit; quod ista quaestio est difficillima. nam est quaerere, an solemnitas extrinseca praesumatur, quia consensus capituli est quid extrinsecum † ad Praelatum, & iura videntur 1
velle, quod solemnitas à extrinseca non praesumatur, *l.* † *quacũque. § si ff. de publi. in rem actio.* vbi dicit 2
tex. quod in † contractu minoris non praesumitur 3
tutoris authoritas interuenisse, nisi probetur; ad idem tex. *in l. sciendum ff. de verb. oblig. vbi Bart subdens Abb. quod Innoc. & Aegid.* quos videtur sequi Ioan. Andr. dicunt, quod aut sit contradictio ante † inuestituram: & Abbas habet probare consen- 4
sum capituli. Aut sit post inuestituram, & praesumitur consensus interuenisse, nisi probetur contrarium. idem dicunt, quando opponitur contra procuratorem constitutum ab Abbate. quod non interuenit consensus conuentus: nam ante sententiam dicunt, quod onus probandi incumbit procuratori, secus est post sententiam. D. Anto. distinguit latius. Aut enim secundum eum in instrumento dicitur, quod conuentus consentit, & tunc statur instrumento, nisi probetur contrarium, *l. 1. & quod ibi no. C. fid. instru. & iure hast fisc. lib. 10. bonus tex. in c. tertio loco. de probat.* Si verò in instrumento solùm fit mentio de Praelato, & si non negatur consensus capituli, praesumitur, vt dicit Composte. Si verò negatur, & distingue: quod aut sumus in actibus, in quibus tacitus † sufficit 5
consensus, qualiter diximus suprà in alienationibus ad tempus, & rerum modicarum, & tunc praesumi-

sumitur. Si verò requiritur cõsensus expressus qua
liter diximus suprà requiri in alienationibus per-
petuis, tunc dicit, quod in actibus, in quibus est
6 dare quasi possessionem, præsumendum † est pro
possessore, si stat tanquam reus; adducit in arg. *c.*
cùm venissent. de instit. tamen si stat tanquam actor,
non præsumitur pro consensu, nisi possessio sit
antiqua. Facit, quod *not. in c. illud. de præsumpt.* In a-
lijs verò actibus dicit, quod non præsumitur pro
consensu, nisi fortè factum sit antiquum, iuxta
not. *in c. innotuit. de eo. qui fur. ord. rece. per Inno.* Sed
certè, inquit Abb. hæc dicta sunt obscura, & non
credo vsquequaq; vera quia tex. *in c. 1 supra. eo.* vi-
detur in contrarium. vbi ad hoc, vt clarè probetur.
7 † consensus, requiritur subscriptio, vt dicit *glo. in*
c. 2. eo. tit. tex. in c. 1. de reb. eccl. non alie. in 6. vbi in a-
lienatione facta per Prælatum, & capitulum non
præsumitur, quod tractatus intercesserit; fortius
ergò non debet præsumi expressus consensus. I-
tem non facit differentiam, an contradicatur à
cõuentu, an ab extraneo. Vnde breuiter dicerem,
quod aut conuentus contradicit allegando, quod
nunquam cõsenserit; & tunc in dubio puto, quod
onus probandi incumbit Prælato, vt senserunt
Doctores antiqui hic, dummodò contradicant
debito tempore, iuxta ea, inquit, quæ dixi *in ca. 2.*
eod. tit. & ridiculum esset dicere contrarium. nam
semper Prælatus diceret capitulum consensisse, &
difficillimum esset probare contrarium, argu. *ca.*
quoniam. de probatio. & cap. si tantum. 6. q. 2. Si verò
contradicatur ab extraneo, & tunc si ante exequu-
tionem actus, credo, quod onus probandi incum-
bat Abbati, etiam si sit actus, in quo sufficit tacitus
consensus: quia non debet Abbas vagari cum ia-
cturâ illius, cuius interesset: nam actus de se esset
8 nullus, si non interuenisset consensus: ergò † is,
cuius interest, potest instare, vt doceatur de con-
sensu, *arg. c. causam. de iud. & eius, quod not. gl. in c. 1. de*
electio. li. 6. Sed si non opponitur, præsumitur con-
sensus tacitus. & sic potest intelligi iste *text. cũ glo.*
9 sed vbi requiritur consensus † expressus, nunquã
ego præsumerem, inquit, pro consensu; quia est so
lemnitas extrinseca, quæ nunquam pręsumitur, vt
in iuribus præallegatis; aliàs iura frustrà requisis-
sent scripturam in quibusdam casibus, *vt c. 1. suprà.*
eo. cum simil. Et per hoc obuiatur multis fraudi-
bus, quæ in hoc possent euenire. Pro quâ materiâ
est decisio Rotæ *de præben. decis. 473. in nouis, incip. si*
apparet. vbi dicitur, quod si adest aliqua concessio
10 Episcopi, quæ dicatur facta de † consensu capitu-
li, & de consensu non apparet, & sequatur tempus
sufficiens ad præscriptionem, quod sufficit. & ibi
vide etiam, an præsumatur assensus interuenisse.
vbi intelligit decisio id præsumi ad excludendam
malam fidem in recipiente. Faciunt in hac mate-
riâ dicta Bal. *in cons. 496. vol. 3. incip. quidam Prælatus.*
vbi in casu cuiusdam permutationis antiquæ factę
de certis possessionibus Ecclesiæ de annis 80. po-
nit quæsitum, an permutatio præsumatur solem-
niter facta, & an solemnitas præsumatur interue-
nisse. dicit respondendo primò, quod non; quia
solemnitates, quæ interueniunt, sunt extrinsecæ,
quæ regulariter non pręsumuntur; & quia tracta-
tus debeat interuenire diuersis temporibus ab i-
psa permutatione, *c. dudum. de reb. eccl. non alien. in*
6. vnde non præsumitur inesse. nam † ea demum 11
insunt, quæ incontinenti fiunt, non quæ ex inter-
uallo; per doctrinam Inno. *in ca. cum in iure. de offic.*
deleg. c. quoniã contra falsam. de probatio. ca. innotuit.
de eo, qui furtiuè ordin. suscep. Tamen Bal. ibi tenere vi-
detur contrarium per gl. quæ est vnica in iure in l. 1. C.
de fid. instrum. & iure hast. fiscal. li. 10. quæ dicit, quod
† subhastatio, tractatus, & huiusmodi præambula 12
probantur per instrumentum factum super prin-
cipali contractu, in quo tabellio de voluntate par
tium consitentium facit mentionem de istis so-
lemnitatibus, &, inquit, illa gloss. loquitur in tra-
ctatu fiscali; ergo idem in Ecclesiâ. Nec dicat ali-
quis, confessio Prælati, & capituli non nocet Ec-
clesiæ; quia immò nocet, quando totum capitu-
lum cum Prælato consentit, secus, si esset maior
pars capituli, & non integrum capitulum. Pręter-
eà, subdit Bal. ad hoc facit, quia † præsumitur pro 13
instrumentis antiquis: credibiliora enim sunt,
quia antiquiora, *50. distinct. domino sancto. & not. per*
Cyn. C. de fid. instr. l. emancipatione. & per Bal. d. loco,
& per eũdẽ Bal. in cons. 221. vol. 1. incip. primò quæritur.
vbi dicit, quod decreta, & consensus, quę adhiben-
tur in alienationibus Ecclesiasticis, interponun-
tur per modum voluntariæ iurisdictionis, & in-
ter consentientes. non enim inquit, redduntur in
inuitum, & citatum, ideò præsumitur interuenis-
se, per Innocen. *in d. c. quoniam contra de proba. & de*
eo, qui furtiuè ord. suscep. c. innotuit. Item ex eo et-
iam præsumuntur interuenisse solemnitates, quia
non præsumuntur contrahentes immemores sa-
lutis æternæ, vt ibi per eum. Et pro hoc faciunt di
cta per Abb. *in c. in præsentia. de renunciat. nu. 14. ver.*
venio ad secundũ vbi quęrẽdo, an præsumatur vel
nõ præsumatur ꝑ solẽnitatibus gestis, dicit, quòd
si ius exigit † probationẽ solẽnitatis, standũ est iu- 14
ri. & tunc non præsumitur *c. 1. de senten. excomm.*
lib. 6. & c. sacros. eod. tit. si non exigit probationem,
sed exigit scripturam, † & tunc, si in ea enunciatur 15
solemnitas illa præsumitur, secundum Doctor.
de testi. c. Albericus Innocen. in cap. super his. de accus. si
† solemnitas non est enunciata, & pro ea non prę- 16
sumitur, quia acta ostendunt iustitiam; sic intelli-
ge Inno. *in c. fin. de eo, qui fur. ordin. recep. & quod not.*
Compostell. c. quod sicut. de electio. & quod ponitur eod.
titu. cap. in Genesi. cum hac temperie intellige Ioann. 7.
q. j. præsentium. qui dicit, quod pro gestis extra iu-
dicium non præsumitur à iudice: & quod notat
Archid. *9. quæst. 2. Lugdunensis. & vide pro hoc Innoc.*
in cap. transmissa. de elect. & cap. cùm olim. de dolo. Si
non apparet scriptura, præsumitur, si non † nega- 17
tur, vt per *gloss. d. cap. quod sicut. Compost. cap. cum*
dilectus. de consuet. si negatur, non præsumitur: si ius
non exigit † scripturam: tunc, si actus est de re- 18
recepti, solemnitas non præsumitur, si negatur; si
non negatur, præsumitur, vt per *gloss. d. cap. sicut de*
elect. † *& Compostel. d. cap. cum dilectus.* Si de antiqua, 19
præsumitur sic dicunt Doctor. *d. cap. Albericus.*
de testi. talis tamen præsumptio faciliter tollitur
probatione, per Innocen. *d. cap. innotuit. quæ no-*
ta. de hoc vide aliquid tactum per eundem Innocen. in
d. cap. cum olim. per Abb. in cap. sicut de senten. & re.
iudic. vers. nunc venio ad aliam. & vide etiam, quæ
deduco

deduco infrà in sequen.q.41.de authoritate,circa finem
questionu.Facit,quod notatur per Aymo.Cranet de an-
*tiquit.temp.3.parte.§.venio nunc.vers.primus casus.*vbi
dicit; quod cùm antiquitate temporis concurrit
alia præsumptio,putà possessio,vel quasi longi tē-
poris sciente,& patiente aduersario, tunc tempus
10.annorum dicetur de antiquo, & illud sufficit,
20 † vt præsumatur solemnitas extrinseca. Exem-
plum; alienata est res Ecclesiæ, vel minoris, non
apparet de solemnitatibus requisitis,emptor pos-
sedit 10.annos parte sciente,& patiente,certè post
lapsum 10.an.præsumi videtur solemnitas extrin-
seca requisita in tali alienatione,habetur *in c.per-*
uenit.de emptio.& ven.Pau.de Cas.cons. 202. in causa
cōfinium.2 col.& cons.375.ne sub æquiuoco. 2.col.circa
med vers dicet aliquis. li.1.Alex.cons.45.in fi li.3.Soc.
cons.208.col.3 vers respondetur 2.lib.Philip.Corn. cons.
348.col.5.li.3.cons.145.col.fi.cons.284.1.col. li. 4. Bal.
*cons.511.quidam Prælatus.col 2.ante med.li.5.*vbi di-
21 cit;quod † assidui act9,&cōtinuatio possessiōis nō
solùm faciunt præsumi interuenisse solemnitatem
in alienatione rei Ecclesiasticæ,sed etiam titulum.
& multò magis id procedit,vt præsumatur solem
nitas,&omnia solemniter acta,si concurrunt pos-
sessio longissimi temporis,per Corn *cōs.109.in fi.li.*
*3.*Faciunt adducta per *Alex.in cons.79.circa primum*
de quo quæritur. nu.5. vers.fortificatur per id. li.1. vbi
accumulat latè in materia præsumptarum so-
22 lemnitatum:vbi dicit,† quod ex patientia per 30.
annos præsumitur interuenisse solemnitas,& con-
sensus requisitus; & quod factum antiquum dici-
tur factum ante 40.annos; & secundum aliquos
23 factum antiquum intelligitur † arbitrio iudicis,
per multa adducta per eum.Facit Bald.in cons 33.2 vol.
Et ex diuturnitate temporis omnis solemnitas
præsumitur interuenisse Bart.*in l.qui in alien.§.sed*
24 *si non adierit ff de † acq.hære.Rochus de Curte in tract.*
de iurepatro. in verb.pro eo, quod. vers.septimò quæro.
nu.19.Abb.cons.106.incip.casus, super quo.col.1.sub nu.
*2.vers.item non interuenit.par.2.*vbi dicit, quod cō-
sensus Episcopi,qui requiritur in acquisitione iu-
rispatronatus,non præsumitur,cum sit solemnitas
extrinseca,*vt ibi per eum.*

¶ Sed ista præsumptio videtur tolli,si in scriptu-
25 ra,in qua requiritur † solemnitas, de illa non ap-
pareat,vt per Pau.Ca.*cons 48 col.5.* quia ista præ-
26 sumptio non est tantæ efficaciæ,quin possit † con
trarium probari, per Cyn. *in l.si certis. q.10. C. de*
pact.Abb.cons.61.incip.in causa,& quæstione.col.vlt sub
nu.6.ver.item antiquitas.vol.1.Alex.cons 113.incip. su-
per primò dubio.nu.4.vers.pro confirmatione. vol.1. So-
ci.cons.46.col.8.vol.4. Dec.cons. 445. col. pen. in fi. &
cons.564.col.2 Cur.iun cons.130.col. 2. vbi ait, quod
sic limitatur communis opinio. & per Ias. *in cons.*
27 *176.col.fi.2. vol.* vbi dicit, quod quando ex † inspe-
ctione alienationis feudalis non apparet consen-
sum domini interuenisse,tunc non statur præsum-
28 ptioni resultanti ex antiquitate † temporis, quia
tollitur per euidētiam facti, quâ nulla est melior
29 † probatio,per Innoc.*in c.proposuisti.de probat.*Cō-
stat enim quod negatiua , scilicet aliquid factum
non esse,probatur per inspectionem scripturæ,*l.*
fi.vbi Bar.C.de reb.cred.Alex. cons.1.col.vlt. nu. 21.vol.
4.idem Ias.cons.140.col.2. & cons. 148. col. pen. vol.4.
Goz.ad.cons.73 col.4.in fi.Rui cons 49.nu 8.in fi.vol.4.
Cranet.cons.134.nu.44.Soc.iun. cons. 56 col.3. vol.2.
Vbi asserit , hanc esse * communem opinionem.
Alciat.in tract præsumptio. reg. 3.præsump.10. nu 6 &
*per Cranet.vbi suprà nu.15.*vbi videtur concludere,
quod illud,quod non præsumitur solemnitas in-
teruenisse, quādo ex inspectione actus,vel instru-
menti de illâ non constat,habet intelligi, quando
ex ipso instrumēto, vel actu apparet,quod partes
voluerunt ipsas solemnitates requisitas adhibere,
sed illas minus perfectè, aut ineptè adhibuerunt,
non autem quando penitus apparet, quod sunt o-
missæ, quod videtur verum: quia dicit Alex. *cons.*
219.incip.ponderatis hu.col.5.nu 16 vers & dato.vol.6.
quod consensus † capituli præsumitur ex diutur- 30
nitate temporis, esto, quod in vnione de eo non
appareret;quia ille potuit interuenire post vnio-
nem factam ab ipso *idem.cons.79.incip.circa primum*
in 2.dub. nu. 4. vers. sed præmissis omnibus.vol 1. Aret.
*cons.36.*vbi dicit;quod licentia † Papæ,quæ requi- 31
rebatur in testamento Cardinalis, de quâ non ap-
parebat,ex diuturnitate tēporis præsumitur Dec.
*cons.341.nu.13.vers.*non obstat.vbi in instrumento
non apparebat de solemnitatibus requisitis,& ta-
men determinat, quod propter antiquitatem tē-
poris præsumuntur interuenisse:vbi subdit,quod
ratio est, quia secundum cautelam Pau. de Castr.
*cons.81.*debet fieri instrumentum separatum de so
lemnitatibus requisitis in contractu alienationis,
vnde non sequitur de solemnitatibus non appa-
ret, nec dicitur de eis in instrumento, ergò non
interuenerunt;quia prius ante instrumentum in-
teruenire potuerunt, Dec. *cons. 409. col. 1. & cons.*
*558.col.2.*vbi dicit,quod licèt decisio Castren. fa-
ciat præsumptionem,tamen non videtur tollere
præsumptionem contrariam, quæ insurgit ex an-
tiquitate temporis,Gozad.*cons.11.Ias in l. sciēdum.*
col.7.vers.teneo primam. ff. de verb oblig. Roma. cons.
*252.in 3.dub.*vbi dicit, quod si concessa fuerit diù
immunitas alicui ab omnibus muneribus,de qui-
bus ibi,præsumitur, quod interuenerit solemni-
tas,& consensus ciuium,Fely.*in c.sicut.vers 3.fallit.*
de re iud.& in col. 18. vers. dicta autem suprà. Affli.
decis.368. col.2.Rui.cons.66 num. 4.vol.5. Rolan.à Val.
cons.99.incip.viso statuto.vers.non obstat.

ADDITIO.

Solemnitas extrinseca quando comprobetur ex temporis antiquitate,latè per Rimi.*iun.cons.209.nu.80.& plur seq.*

Contra alienationem rei Ecclesiæ, & contra præsumptionem solemnitatis etiam ex cursu temporis,Soc.*in cons.15.& cons.29.vol.1.*vbi de Ecclesia regulari,& de Ecclesia sæculari. Et de præsumptione solemnitatum ex temporis antiquitate, latè Bertazo.*in cons.18.in ciuilib.*Et an solemnitas sufficiat ad validitatem alienationis,latè disputat Bero.*in c.quæ in Ecclesiarum.nu.29.& plur seq de constit.* & de magis ** communi, licèt aliqui contradicant, idem Bero. *in c. nulli. nu. 62. vod. item respondit Ias.cons.116.vol. 4.*Quæ autem sint istæ solemnitates, traditur ibi per eos.

* * *

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Subscriptio nunquam requiritur, nisi in casibus à iure expressis.*

2 *Subscriptio non est necessaria in alienatione rerum Ecclesiæ, nisi in tribus casibus, scilicet venditione, permutatione, & donatione.*

3 *Contractus requirens scripturam recipit substãtiam à consensu contrahentium.*

4 *Consensus requirens scripturam, & subscriptionem per consensum Prelati, & clericorum tenet ante descriptionem, & subscriptionem.*

5 *Contractus emphyteuticus requirit scripturam.*

6 *Scriptura licèt non sit à principio necessaria pro substantia contractus, oportet tamen, quòd quandoque fiat ad probandum actum.*

7 *Scriptura regulariter non est necessaria in alienationibus.*

8 *Subhastatio non est necessaria in alienationibus Ecclesiasticis.*

9 *Leges statutæ super rebus Ecclesiasticis non ligant Ecclesiam, nisi illas Ecclesia acceptauerit.*

10 *Consuetudo remittens omnem solemnitatem requisitam in alienatione rerum Ecclesiæ non valet.*

DE SVBSCRIPTIONE.

QVAESTIO XL.

Alia quoque solemnitas, quæ requiritur in alienatione rei Ecclesiasticæ, videtur esse subscriptio, quæ habet interuenire: quia in alienatione habent se subscribere clerici, *c. fine exceptione. 12. q. 2. & c. j. & ca. tua nuper. de his, quæ fiu. à Prel.* quia, vt dicit Abb. *in c. nulli. col 2. sub nu. 6. vers. item debet. de reb. eccl. alien.* debet interuenire authoritas superioris, consensus capituli, & subscriptio clericorum. Item vt dicit idem Abb. *in d. c. j.* in alienatione rei Ecclesiasticæ requiritur nedum consensus canonicorum, sed etiam ipsorum sub-
1 scriptio. subdens, Et facit hic Innoc. vnam † regulam, quòd nunquam requiritur subscriptio, nisi in casibus à iure expressis. quod nota. Et pro hoc dicto adduco rationem. nam regulariter in qualibet dispositione sufficit consensus, nec requiritur scriptura, *l. pactum. C. de pac. gl. in cap. j. de censib. lib. 6.* ergò nisi specificè iure caueatur, vt fiat subscriptio, non est illa necessaria. & hodiè in pluribus locis non seruatur, quod hic dicitur de subscriptione. & vide per Bellamer. *in c. vlt. de procurat. q. 13. in c. j. de his, quæ fiu. in c. dudum de reb. eccl non alien. in 6. in c. fine exceptione. 12. q. 2. vers. tertiò quæritur.* Et satis posset dubitari, nunquid possit tolli consuetudine; nam esset intrare illam quæstionem, nunquid solemnitas requisita in alienatione rei Ecclesiæ possit tolli consuetudine: quia plerique tenuerũt, quod non; vt idem videtur dicere Abb *in d. c. nulli. de reb. eccl. alien col. 2. sub nu. 6.* ibi; Et nota istud dictum, quod consuetudo non valet contra solemnitatem *c. fine exceptione.* & quia loquitur indistinctè, potest inferri, quod subscriptio eorum, qui sunt de collegio, non potest tolli per consuetudinem; quia ponitur *in d. c fine exceptione. &c.* Sed vt vides *in d. c. tua. de his, quæ fi. à Prela.* assentire videtur, quod subscriptio de consuetudine non sit necessaria. idẽ dicit Alber. *in Auth. hoc ius. C. de sacros.*
2 *eccl.* vbi tenet, † quod in alienatione rei Ecclesiasticæ subscriptio non est necessaria, nisi in tribus casibus, scilicet, venditione, permutatione, & donatione, vt *d. c. tua. de his, quæ fi. à Prela. & in casibus notatis per Archid. in d. c. fine exceptione 12. q. 2.* videtur dicere Rebuff. *in tract. de alien. rer. eccl. vers. quartò.* ibi. De consuetudine tamen non subscribunt canonici, vel monachi; sed omnibus præsentibus, secretarius, vel notarius in instrumentis alienationum, & alijs subscribit: & ista dicitur quædam subscriptio. per Soci. *in cons. 15. col. 14. vol. 1.* quo in loco determinat, quod de consuetudine non seruantur solemnitates traditæ *in Auth. hoc ius porrectum. C de sacros. eccl.* videlicet, quod contractus fiat in scriptis. per Perusi. *in c. j. eo. tit lib. 6.* tamen ad probandum factum contractum oportet, quod fiat, vt per Inno. *& Ioan. And. post eum in d. c. j.* qui dicunt; quod quidam Legistæ tenent, quod scriptura sit de substantiâ contractus alienationis Ecclesiasticę, quod tamen Canonistæ negant: qui dicunt, † quod licèt 3
in scriptis redigi debeat, & subscribi, recipit nihilominus substantiam à consensu contrahentium, non à scripturâ: vnde per consensum Prælati, & clericorum valet, & tenet contractus ante descriptionem, & subscriptionem, & quandocunq; fuerit scriptus, & subscriptus, valebit talis cõtractus, & agetur ex illo. Et per Dominic. de S. Gemin. *in d. c. j. hoc tit. nostro in 6.* vbi per præmissa deciditur, an contractus alienationis rei Ecclesiæ debeat fieri in scriptis; & recitat Inn. quosdam Legistas tenere quod sic, & quod substantia recipitur in scripturâ, sed Canonistæ hoc negant: quia licèt in scriptis redigi debeat, & subscribi, tamen superbiam recipit à consensu contrahentium, non à scripturâ, † vnde per consensum Prælati, & clericorum 4
tenet contractus ante descriptionem, & subscriptionem, & quandocunque fuerit descriptum, seu subscriptum, siue tempore consensus, siue post, valet contractus, & agetur ex illo. Dicit etiam quosdam tenere sine scriptura, & subscriptione valere contractum alienationis Ecclesiæ. & quinam sint contractus, qui requirũt scripturam, habetur per Spec. *ti. de instrumen. edit. §. nunc aliqua. quam allegat Rom. in cons. 103.* vbi dicit; quod † cõtractus emphy- 5
teuticus requirit scripturam, & quod contractus, qui requirit scripturam, tacitè induci non potest. & dicit Fran. de Are. *in cons. 123.* quod cum in contractu requiratur consensus vtriusque partis, etiã ille consensus debet interuenire in scriptura, per *Apostil. ad Gemin. d. loco,* immò dicũt etiam aliquos dicere sine scripturâ, & subscriptione valere contractum alienationis rerum Ecclesiasticarum. sequitur Bal. *in d. Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl.* vbi positâ quæstione, nunquid in alienatione Ecclesiastica sit necessaria scriptura, dicit, Inquit text. hic, quod sic, sicut *in l. iubemus. §. fin. infrà titu. 1.* tu dic, quòd secundum canones valet contractus sine scriptura; dicit † tamen Inno. quod licèt scriptu- 6
ra non sit necessaria à principio pro superbia contractus, oportet tamen, quod quandoque fiat ad probandum contractum esse factum, vt ipse notat *in d. c. 1.* alij tamen dicunt, quod scriptura non exigitur, quia decretales non requirunt, *est decis. Rota 135. nota, quod vbi. in antiquis. Et per Gemin in d. c. 1. eo. tit. lib. 6. vers. & per præmissa.* idem habetur, quod

per consensum Prælati, & clericorum ante descriptionem,& subscriptionem, quandocunque fuerit descriptum,& subscriptum, siue tempore consensus,siue post,valet contractus, & agitur ex illo. Dicit etiam, quosdam tenere sine scriptura,& subscriptione valere contractum alienationis Ecclesiæ. Idem tenet Aegid. Bellamer. *in d. cap. sine exceptione. versic. tertiò quæritur.* vbi dicit;
7 quòd in alienationibus † regulariter non requiritur scriptura. & per eundem *in cap. nulli. in 11. quæst. & in cap. non liceat. 3. quæst. de reb. eccles. extrà. & subdit Bellamer.* quòd illud, quòd habetur *in d. cap. sine exceptione*, est in casu speciali. Et subdit idem Rebuff. *d. loco*, quod in Francia in his alienationibus solent adhibere scripturam ab in-
8 itio: subdens etiam, quod in † alienationibus Ecclesiasticis non requiritur subhastatio, cum de iure canonico non reperiatur cautum, & consuetudo non admisit has iuris ciuilis solemnitates. *cap. 1. de his, quæ fiu. à Prælat.* nec etiam de consuetudine iuramentum ordinatoris admittitur iurantis nil esse factum in læsionem diuinæ domus, per Innocen. *d. cap. 1.* vel quod nuncius mittatur, qui referat pretium solutum in vtilitatem domus. & in *l. magis puto. ff. de reb. eorum.* seu aliæ solemnitates per ius ciuile scriptæ. subdens. Sed ille. *§. hoc ius:* ideò est in hoc Decreti libro scriptus ad ostendendum affectionem; quam olim habebant Principes erga Ecclesias, per *gloss. d. cap. 1. vbi optimè per Gemin. versic. in fin. gloss.* vbi dicit: quod licèt leges præcipiant interponi decretum in rebus minorum, de rebus Ecclesiarum id non dicunt; sed volunt interuenire consensum ordinatorum; nec etiam canones de tali consensu præcipiunt, nec de iuramento ordinatoris, q̄ nihil sit mobile, &c. & de subscriptione nihil fieri in læsionem diuinæ domus, vel quod ad si-
9 militudinem pupilli mittatur nuncius. nam † leges statutæ super rebus Ecclesiasticis non ligant Ecclesiam, nisi illas Ecclesia acceptauerit, *96. dist. bene quidem in fin.* in decreti aut interpositione, & alijs prædictis Ecclesia non acceptauit leges, nec vsa, nec alio modo; ergò valet contractus; licèt prædicta non interuenerint, vt per Geminianum
10 *ibidem. Guido Pap. cons. 149.* † Nō valeret tñ consuetudo remittens omnē solemnitatē requisitā in alienatione bonorū Ecclesię tanquā inducens grauamē Ecclesijs, Abb. *& alij in c j. per illū text. de consuet & d. c. nulli. de reb. eccl. alien. Alex. cons. 5. si verà sunt. col. pen. nu. 20. 5 vol.* & illa consuetudo dicitur contra priuilegium, & libertatem Ecclesiasticam, Abb. *& alij in cap. cum causa de re iud.* Quod duodecim modis restringit Albertus Brunus *in tract. de forma, & solemnitate actus. rub quis possit dare, & tollere formam. versic. successiuè. quos habuit à Fely. in d. cap. cum causa. vt per Rebuff. d. loco.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopi, si volunt alienare, debent habere consensum sui capituli.*
2 *Olim necessaria erat authoritas consilij prouincialis vel trium Episcoporum, qui deputabantur ab Archiepiscopo.*
3 *Decretum est sententia, per quam iudex contractum fore iustum decernit authoritatem suam interponendo, &c.*
4 *Decretum interponitur ante contractum.*
5 *Authoritas est authorizabilis consensus, qui competit sibi ex publico officio, vel legitima administratione.*
6 *Consensus, siue collaudatio est multorum voluntas, ad quas res pertinet simul iuncta.*
7 *Episcopi, vel Abbatis authoritas si non interueniat, non valebit alienatio.*
8 *Canonici non possunt commutare domos sibi vt canonicis assignatas sine consensu superioris.*
9 *Episcopi authoritas requiritur in alienatione, siue transactione facta per rectorem Ecclesiæ, vt valeat vltra tempus eius vitæ.*
10 *Authoritas superioris interuenire debet, siue fiat à regulari Prælato, siue à sæculari.*
11 *Monachi non habent aliquam potestatem super Abbatem.*
12 *Alienatio bonorum hospitalis, quod non fuit fundatum authoritate Episcopi non requirit solemnitatē requisitam in alienatione rerum Ecclesiæ.*
13 *Bona hospitalium deputata sunt ad vsum pauperū, & sunt in protectione Episcopi.*
14 *Bona hospitalium si per rectores dissiparentur, quilibet de populo posset resistere Episcopo negligente.*
15 *Venditio rerum legatarium pijs vsibus non requirit solemnitatem, siue formam canonis, quia non sunt bona Ecclesiastica.*
16 *Hospitalia non ædificata authoritate Episcopi non habent priuilegia piæ domus.*
Præsidentes talibus hospitalibus non gaudent priuilegio clericorum, vt nu. 17.
18 *Restitutio in integrum peti non potest nomine hospitalis non fundati authoritate Episcopi.*
19 *Bona hospitalis priuati à solo hospitalario pro libito voluntatis alienantur.*
20 *Bona hospitalis cum authoritate Episcopi constructi cum eiusdem Episcopi authoritate alienantur.*
21 *Bona obuenientia ex relictis, vel oblationibus de facili vendi possunt.*
22 *Pactum interuenire potest in fundatione hospitalis, quod nihil proprij possideat.*
23 *Mendicantes bona immobilia capere possunt, vt vendant.*
24 *Bona ex post obuenientia Ecclesiæ, ita Ecclesiastica dicuntur, sicut quæ antiquitus sint assignata.*
Item pari modo priuilegiata & alienabilia, vt numer. 25.
26 *Episcopi tanquam patres pauperum sine decreto alienant rei hospitalium.*
27 *Hospitale fundatum authoritate Episcopi potest dici locus pius, & in alienatione rerum suarum requiritur solemnitas requisita, in rebus Ecclesiasticis, & num. 28.*
29 *Alienatio si fiat per pupillum, vel Ecclesiam sine solemnitate requisita possessio non transfertur.*
30 *Authoritas præstita ex abrupto, properè, causa non cognita, non validat alienationem.*
31 *Ex temporis breuitate præsumitur, quòd authoritas fuerit præstita causa non cognita.*
32 *Decretum properè interpositum non tenet contra*

Eccle-

Ecclesiam, quia præsumitur fraudulenter extortum.
33 Celeritas actus inducit suspicionem fraudis:
34 Fraus, & dolus præsumuntur cum constat de damno.
35 Consuetudo non valet, quòd non interueniat authoritas Prælati, aut consensus capituli.
36 Consuetudo potest inducere, quod tractatu præcedente singulorum consensus singulariter præstitus valeat.
37 Episcopo absente interuenire potest authoritas iudicis laici loco Episcopi.
38 Episcopi authoritas, in cuius diœcesi est Ecclesia, cuius res alienantur, licèt sub alterius diœcesi res sit posita, requiritur.
Tutius tamen est, quòd vtriusque Episcopi consensus interueniat, vt nu. 40.
Quod ad cautelam fit, non autem de necessitate, vt num. 41.
Ex Bart. tamen sententia sufficit alterius Episcopi per se consensus, vt nu. 42.
Referuntur tamen tres aliæ opiniones. nu. 43.
39 Locus non inspicitur vbi sunt res positæ, sed locus inspicitur, vbi est Ecclesia, cuius res venduntur.
44 Consensus superioris in alienatione rei Ecclesiæ requiritur ad relaxandam potestatem inferioris.
45 Episcopus an possit bona suæ Ecclesiæ alienare authoritate sua, & de consensu capituli.
46 Episcopus alienans rem suæ mensæ debet requirere authoritatem Archiepiscopi.
47 Authoritas in facto proprio non perficitur.
Nisi quis palam & bona fide contrahat, & authoretur, vt nu. 48.
49 Laicus habens decimam in feudum ab Ecclesia non potest eam Episcopo concedere, sed capitulo sic cum consensu Episcopi.
50 Licentia Papæ, vel alterius superioris Episcopo non est necessaria.
51 Episcopus, si non posset sine superioris authoritate alienare, non etiam posset inferiori consentire.
52 Concedere, & concedenti authorizare parificantur.
53 Episcopus, si iurauit non alienare inconsulto Papa, an possit alienare sine superioris authoritate.
54 Iuramentum est stricti iuris, & non excedit casum suum.
55 Authoritas, vel tractatus duorum, vel trium Episcoporum prouincialium non videtur necessaria.
Talis enim solemnitas non fuit obseruata à memoria hominum, nec requisita, vt nu. 56.
57 Alienatio facta sine Episcopi authoritate an sit nulla ipso iure, vel pendeat in euentum consensus illius.
58 In iudicijs quasi contrahitur.
59 Vicarius habet iurisdictionem ordinarij, & interponit decreta voluntaria, & contentiosa.
60 Vicarius Episcopi non potest authoritatem in alienationibus Ecclesiasticis præstare.
61 Abbatis authoritas sufficit in alienatione rerum Ecclesiæ sibi subiectæ.
62 Episcopi consensus debet adesse in parochialibus Ecclesiis.
63 Legatus de latere potest interponere suam authoritatem in alienationibus rerum Ecclesiæ.
64 Abbas, & alij inferiores ab Episcopo possunt authorizare in alienationibus Ecclesiasticis, si exempti sunt à iurisdictione Episcopi.
65 Episcopus plus potest in alienatione rei Ecclesiæ, quã Abbas.
66 Abbates, & priores regulares subsunt Episcopo. quò ad legem iurisdictionis, non quò ad legem diœcesanã, & num. 68.
67 Authorizare in alienationibus rerum Ecclesiæ est de spectantibus ad legem iurisdictionis.
69 Prælatus exemptus à iurisdictione Episcopi authorizare potest ex priuilegio, vel præscriptione.
70 Consentire permutationi beneficiorum est de reseruatis Episcopo; tamen inferior exemptus authorizare potest.
71 Abbas exemptus habet quasi ius Episcopale, sed res proprij monasterij non alienat inconsulto Papa.
72 Minister Fratrum Minorum dicitur exemptus à iurisdictione Episcopali.
73 Omnia iura Episcopalia iurisdictionalia, quæ sunt de lege iurisdictionis, transeunt ad Abbatem exemptum.
74 Patronus Ecclesiasticus exemptus vices Episcopi gerit.
75 Abbas, si sit exemptus, in alienatione rerum Abbatiæ debet requirere Papæ authoritatem.
76 Abbas exemptus, si habeat Ecclesias pleno iure subiectas, potest authorizare alienationi rerum Ecclesiæ sibi subiectæ.

DE AVTHORITATE PRAELATI in alienatione interponenda.

QVAESTIO XLI.

ALIA pariter solemnitas, quę habet interuenire in alienationibus post consensum canonicorum, vel clericorum, est authoritas Episcopi, & Prælati. quia post tractatum, & consensum Episcopus, vel Pręlatus superior illius Ecclesię, cuius res alienatur, si quidem bona sunt Ecclesiæ capitulum, aut collegium habentis, suam in alienatione habet authoritatem interponere, *c. Abbatib. c. placuit. 12. q. 2. c. in venditionibus. 17. q. 4. tenet Bal. in l. quicunque. C. de bon. quæ lib per Specu. de emptio. & vend. §. nunc dicendum restat. ad fi. & in tit. de rerum permut. c. j. verf. cæterum. Et dicit Innocen. in c. statuimus. de transact. in verb. compositio.* qui subsunt Episcopis, eorum consensu vendant, vel componant: & qui subsunt Archiepiscopis, vendant eorum consensu; & est aliqua causæ cognitio, & decretum necessarium in alienatione hac, *12. q. 2. Abbatib.* Abbates etiam cum consensu Prælatorum suorum alienare debent. Episcopi † autem, si volunt alienare, debent habere consensum sui capi- 1 tuli, si habent capitulum; si non habent † sui pres- 2 byteri, *12. q. 2. placuit.* & olim etiam erat necessaria authoritas concilij prouincialis, vel trium Episcoporum, qui deputabantur Episcopo ab Archiepiscopo, *c. casellas. in fi. 10. q. 2.* Archidiaconi, vel Abbatum, vel aliorum minorum iudicum authoritas non sufficit in alienatione Ecclesiarum suæ iurisdi-

risdictionis, dicit *gloss. in cap dudum. de reb. eccles.*
non alienan. in 6. in verb. tractatus. in fin. ibi; Et di-
cunt quidam, quod in alienatione rei Ecclesiasticę
non requiritur decretum, sed benè causæ cogni-
tio, authoritas Episcopi, & consensus cleri. *vbi glo.*
& Gemin. paulò antè ponendo differentiam inter
decretum, authoritatem, & consensum, siue col-
laudationem, secundum Innocen. & Hostien. di-
cit, quod decretum est sententia, per quam iudex
contractum futurum iustum fore decreuit, au-
thoritatem suam interponendo, vel aliquem in
possessionem mittendo, vel mittendum declaran-
do, *l si finita. §. Iulianus. & §. si fortè. ff. de dam. infe.*
4 & decretum † interponitur ante contractum. *ff.*
de reb. eorum, quæ sub tute. l. magis. §. non passim. & §.
5 *secus.* † Authoritas est authorizabilis consensus,
qui competit sibi ex publico officio, vel legiti-
má administratione, sicut sunt tutores, & curato-
6 res. *ff. de author. tutor. in rubro, & nigro.* † Consen-
sus autem, siue collaudatio est multorum volun-
tas, ad quos res pertinet simul iuncta, vt ibi per
eam gloss. Pro quo dicit Rebuff. *in suo compend. a-*
lien. in ver. atque consensu. quod non possunt cano-
nici, vel Monachi dissentiente Episcopo, vel Ab-
bate alienare; quia non solum requiritur consen-
7 sus Fratrum, sed etiam Episcopi † authoritas, vel
Abbatis, quæ si non interueniat, non valebit alie-
natio. quia dicit Abb. *in cap. 1. numer. 4. de reb. ec-*
cles. alien. Vltimò nota, quòd Ecclesiæ non pos-
sunt adinuicem res suas commutare sine licentia
8 superioris, nec canonici † possunt commutare do
mos sibi vt canonicis assignatas sine licentiâ supe-
rioris. *gloss. melior in d. cap dudum. de reb. eccles. non*
alien. in 6. in verb defensore. ibi, Et nihilominus E-
piscopus suam interponit authoritatem, *cap. 1 su-*
prà eod. cap. cum Apostolica. de his, quæ fiu à Prælat. Et
dicit gloss. in cap. 3. 10. quæst. 2 in verb. duos. quod in a-
lienationibus Ecclesiasticis non requiritur autho
ritas Episcopi, sed sufficit solus consensus Episco-
pi, cum canonicis, *12. quæst 2. cap. fine.* Idem tenue-
runt Alan. & Vinc. *in. cap. nulli de reb. eccles. alien. &*
Hostien. in summâ eodem titu. § 3. versic. vos autem &
Goffre. eodem titu. in Summa. §. primò secundum. Se-
quitur Lauren. de Rodulph. in d. cap fine exceptione. 12.
quæst 2. colum. 5. vbi dicit; quod hoc credit verissi-
mum, & clarè probat, inquit, *text. in cap. fine exce-*
ptione. & in cap. placuit. 12. quæst 2. Idem sentit Rebuff.
in sæpè allegato compendio alien. rerum Ecclesia versic.
sextò vbi vtitur istu verbu. Sextò exigitur authori-
tas, sine licentia, seu consensus Episcopi, vt hic, &
9 *in d. §. hoc ius.* † Item eadem requiritur authoritas
Episcopi in alienatione, & seu transactione facta
per Rectorem Ecclesiæ, vt valeat vltra tempus
vitæ dicti Rectoris, per Innocen. *in cap veniens.*
de transactio. secundum Bald. in margarit. versic. te-
stator.
10 Et talis consensus, siue † ista authoritas supe-
rioris habet interuenire, si alienatio fiat à regulari
Prælato, sicut si fiat à sæculari, per text. *in cap. Ab-*
batib. 12 quæst. 2. & cap. in venditionib. 17. quæst. 4. vbi
apertè habetur; quod Abbates non possunt alie-
nare sine consensu Episcopi. Non habet obstare
text in Clemen. 1. eod. titu. vt clarè colligitur ex notatis
ibidem in gloss. licèt videatur contrarium per text. in
cap. nullam. 18. quæst 2. vbi videtur, quod tota dis-
positio monasterij, & rerum monasterij spectet ad
Abbatem; per quem text. videtur abrogata dispo-
sitio *d. cap. Abbatib. & cap. in venditionib. refert gloss.*
1. in sui principio in d. cap in venditionibus. & ità tenet
ibi, & refert Archid. Sed veritas est in contrarium,
quia text. *d. cap. nullam.* vbi dicitur, quod tota po-
testas monasterij pertinet ad Abbatem, est intelli-
gendus, quantum ad monachos, secundum gloss.
vel dicere potes secundum id, quod ibi dicebat
Archid. referens verbis Hostien. *in cap. 1. de reb. ec-*
cles. alien. scilicet, quod ille text. debet intelligi,
quò ad regulam, & regulæ formam, & pertinentia
ad illam, sed non quò ad alienationem: quasi velit
ille text. quod ita pertineat integra potestas mo-
nasterij quò ad prædicta ad Abbatem, quod non
ad Monachos, id est, ità pertinet ad Abbatem su-
per Monachos, quod non habeant aliquam pote-
statem Monachi super Abbatem. † Vel expone, 11
tota potestas, id est, prælatio: non enim est ibi a-
lius prælatus; vnde habet, quod prælati etiam re-
ligiosi habent adhibere in alienatione rerum Ec-
clesiæ consensum; vel authoritatem superioris,
per Lauren. de Rodulph. *in repet. d. cap. fine exceptio-*
ne in quæst. 16.

¶ Sed quid de bonis hospitalium? Et puto, quod
aliud sit, si hospitale non sit fundatum authorita-
te Episcopi, & aliud, si sit constructum cum Epis-
copi authoritate. quia bona hospitalis; quod
non est fundatum cum authoritate Episcopi, benè
quidem possunt alienari, & distrahi absque aliquo
consensu, & authoritate Episcopi, quia, sine aliqua
solemnitate interueniente distrahuntur, & alie-
nantur, latè per Fely. *in cap. de quarta. 2. colum. de*
præscriptio. versic. & dicit. vbi dicit secundum Pau-
lum *consil. 91. in fin* quod in alienatione † bono- 12
rum obuenientium tali hospitali non requiritur
solemnitas, quæ requiritur in bonis Ecclesiasticis.
Fatetur tamen, quod relicta tali loco gaudent pri-
uilegio relictorum ad piam causam, videlicèt, ne
patiantur distractionem falcidiæ. Nec Doctores
suprà allegati dicunt specificè, quod bona hospi-
talis priuati debent alienari cum solemnitate, sed
loquuntur simpliciter. Est verum, quod Andreas
Siculus *in cap. nulli extrà. eod. colum. 1. vers. & ponde-*
ra subtiliter. affirmat hoc per vnam consideratio-
nem, quam dicit nouam, videlicèt, quia cum talia
bona sint † deputata ad vsum pauperum & in pro- 13
tectione Episcopi, videntur fauore pauperum me
reri tale priuilegium ad euitandam disceptatio-
nem alimoniæ ipsorum pauperum. Sed, inquit
Fely. per hoc non recederem à prædictis: primò,
quia videretur, quòd Bald. in pluribus locis di-
xit falsum, maximè in Authen. hoc ius. dum dicit,
quòd collegium alicuius Confraternitatis po-
test vendere bona ipsius Fraternitatis, quæ tan-
tùm sunt deputata ad alimoniam pauperum. Se-
cundo, cùm imponantur graues pœnæ alienanti-
bus bona Ecclesiæ sine solemnitate, & maximè
per *extrauag. Ambitiosæ extrauag. commu. de rebus ec-*
cles. non alien. esset res noua dicere, quod tales pœ-
næ haberent locum in omni alienatione rerum
deputatarum ad vsum pauperum. Tertiò, quia di-
sponens, quod hospitale non esset subiectum Epis-
copo,

copo tacitè voluit, quod Episcopus non haberet
authoritatem in aliquo contractu, vel distractu
fiendo de bonis hospitalis, tanquam magis confisus
de regimine, & gubernio posterorum, quam
14 Episcopi. Concedo tamen, † quod si bona dissiparentur,
vel sine causâ alienarentur per gubernatores
hospitalis, non dico per ipsum fundatorem,
posset quilibet de populo ei resistere, & se ei opponere
iniustè alienanti, quãdo Episcopus in hoc
esset negligens, per text *singularem, & vulgatum in*
§. si autem locorum. in Auth. de eccl. tit. Facit, quod dicit
Laur. de Rodulphis in d. ca. fine exceptione. 12. q. 2. in
15 *quæstionibus*, quod in † vendendis rebus legatis ad
erogandum pauperibus pijs vsibus, non est seruãda
illa forma canonis, quia non sunt bona Ecclesiastica,
l. si quis ad declinandam. C. de Episc. & cler. Et
dicit Bal. in Auth. hoc ius. C. de sacros. eccles. quod relicta
hospitalibus priuatis, prout sunt altaria, quæ
habent nobiles in priuatis domibus, & prout sunt
hospitalia, quæ habent nobiles, & communitates,
seu ciuitates, in quibus Episcopus non habet institutionem,
vel destitutionem, quia non fuerunt
fundata eius authoritate, sed proprius sunt profana,
Episcopus talia legata, & talia relicta capit,
& distribuit inter pauperes, habito respectu ad
16 personas pauperum, non ad locum, † quia talia hospitalia
non habent priuilegia piæ domus; nõ sunt
enim constructa, aut ædificata authoritate Episcopi,
vt no. 18. q. 2. c. quidam. in gloss. & in Clem. quia contingit. ad fin. de religio. dom. Et præsidentes talibus
17 † hospitalibus non gaudent priuilegio clericorũ,
vt not. in Spec. *de stat. Monach. vers. 36.* Et credo,
quod relicta facta istis hospitalibus non applicãtur
sibi, cum ista domus sit prorsus sæcularis, & nõ
priuilegiata; tamen, inquit, quia legatum est factũ
contemplatione pauperum, Episcopus capiat, &
distribuat inter pauperes, &c. & in nomine istius
18 † hospitalis non potest peti restitutio in integrũ.
Nec obstat infrà, inquit, *tit. 1. l. orphanotrophos.* quia
debet intelligi de hospitali legitimè constructo
cum authoritate Episcopi. Et dicit Rebuff *in compen. alien. rerum eccl. vers.* non tamen. quod prohibitio
de non alienandis bonis Ecclesiæ non habet
locum in hospitali priuato, in quo non habet institutionem
Episcopus, aut destitutionem, quia
non est fundatum eius authoritate, *c. quidam in gl.*
18. q. 2. gl. in Clem. quia. in fi. de reli. do. quia dicit Fel.
d. c. de quarta. de præscriptio. quod bona hospita-
19 lis † taliter fundati solus hospitalarius pro libito
voluntatis alienat: sed si hospitale sit legitimè cõstructum,
& cum authoritate Episcopi, secus videtur,
quia dicit Lapus de Castellion. *in c. de Xenodo-*
20 *chijs. de relig. dom q. 72.* quod talia † bona alienantur
cum authoritate Episcopi, per gl. *in Authen. de*
non alien. § sancimus c. inter dilectos. ext. de donat. Et
format quæstionem, nunquid in alienatione bonorum
mobillum hospitalis requiratur solemnitas
iuris, quæ requireretur in alienatione rerum
Ecclesiæ; & soluit, quod Petrus de Bellapertica, vt
refert Paul. *in Clem. quia contingit de religio. dom.* dixit,
quod decretum est necessarium in immobilibus,
sed non in his, quæ seruando seruari non possunt,
vt in *c. grauis. de restit. spoliat. allegat. C. de admi. tuto. l. lex, qua tutores. & subdit idem Lap.* quod ista
faciunt ad propositum ad id, quod seruat Hospitale
S. Mariæ Nouæ de Florentia, cuius Rector
consueuit de triennio in triennium impetrare licentiam
ab Episcopo Florentino vendendi, & alienandi
bona immobilia, quæ obuenire contigerit
ipsi hospitali, & vigore ipsius licentiæ plurima
vendit. Et quærit, nunquid fieri possit de iure; respond.
quod non est dubium, quod dicta licentia
non sufficeret in bonis Ecclesiarum, vbi requiritur
materia, scilicet causa iusta, & forma tractatus,
inferiorum, & superiorum authoritas; sed talis
licentia diffusa, vaga, & incerta non potest prędicta
includere: sed in hospitalibus putat idem, si
loqueremur de dote primæua, quæ constituta
fuit, & sine qua Episcopus pati non debet hospitale
de nouo erigi, † sed de bonis obuenientibus ex 21
relictis, vel ex oblationibus putat secus. Ista enim
facilius vendi possunt, quia causa semper est vniuersalis,
perpetua, & iusta, vt distribuatur in vsus
pauperum. Quæ distinctio non placet Lauren. de
Rodulph. *in sua repet. d. cap. fine exceptione. 12. quæst. 2. quæst. 19.* vbi dicit, quod illa, quę dicta sunt, quod
quæ de bonis obuenientibus ex relictis, vel oblationibus
fidelium, vel aliàs hospitalibus concessis
possunt alienari, non autem illa, quæ sunt de dote
primæua, quæ constituta fuit, posset procedere in
hospitali, quod ex statuto, siue pacto in fundatione
apposito, aut ordinatione apostolicá nil proprij
posset possidere, sed quòd haberet omnia vennndare,
sicut esse dicitur de dicto hospitali prædictæ
S Mariæ Nouæ; quod quidem statutum, 22
vel pactum de iure interuenire potest, vt per eundem
Lap. *in d. cap de xenodochijs. quæst. 63.* sicut dicimus
de † mendicantibus; quia bona immobilia 23
capere possunt, vt vendant, & de illis disponant,
iux. not. in cap. inpotentia. de probatio. & de relig. dom cap. 1. in gloss. veterem. in 6. Item vel alio modo
possemus id intelligere, quando videlicèt euidenter,
& notoriè constaret vtilius fore vendere
oblata, seu relicta, & exinde eleemosynam, & sustentationem
pauperum euidenter fieri, sicut potest
contingere, & ab experto videmus in dicto
hospitali S. Mariæ Nouæ. Facit, quia tam bona † 24
obuenientia Ecclesiæ ex post, quam quæ antiquitus
sunt assignata, pari modo sunt Ecclesiastica,
pari modo priuilegiata, pari modo non alienabilia,
per Innocen. *cap. vt super. de rebus Eccles. alien ibi*,
Nec enim videmus, quare plus de quibusdam,
quam de alijs intelligatur. Faciunt in materia,
quæ refert Fabianus de Monte *in suo tractat. de emptio. & venditio. 3. quæst. principali, versic. 17. quæro. numer. 35.* vbi dicit, quod hospitalarij, qui tenent
hospitalia ciuitatum possunt alienare bona hospitalium
sine decreto Episcopi, *l. orphanotrophos, C. de Episc. & cler. in Clem. quia contingit. de relig. domi.* quod colligitur ibi, dum ęquiparatur tutoribus,
& curatoribus. Sed † Episcopi tanquam patres pau- 25
perum benè alienant bona hospitalium sine decreto,
vt in *Authen. de eccles. tit. § . si quis in nomine. collum. 8. Ita notat Bal. in l. si prædia ff. de reb. eor. & in d. l. orphanotrophos*, vbi dicit, quod bona hospitalium
possunt vendi causa legitima subsistente; de
quo plenius per eundem *in d. Auth. hoc ius. C. de sacrosanct. eccles. per ea, quæ videtur tenere, & conclu-*

dere Laurен.d loco, quod bona hospitalium autho-
27 ritate Episcopi fundatorum non possint † aliena-
ri sine solemnitate; quia cum taliter fundatum ho
spitale sit, & possit dici locus pius, in alienatione
rerum illius habent interuenire illę solemnitates,
28 † quæ regulariter interueniunt in alienatione re-
rum Ecclesiæ. per Abb. *in c. nulli. de rebus Ecclesiæ a-
lien per Card. d. Clem. quia contingit. in fine.* *Et dicit
Rebuff. in suo compen. alien. rerum eccl. in repet. cap. fine
exceptione in verb. ne quis* quod omninò est inter-
dicta alienatio rerum Ecclesię; item collegiorum,
item capitulorum, etiam per Imperatorem *in §.
nos igitur. Auth. de non alien. reb. eccl. col. 2.* extendi-
tur etiam prohibitio ad bona hospitalium, & le-
prosorum, monasteriorum, etiam mulierum, &
alius cuiuslibet loci pij; sic consuluit Alex. *in cons.
4. viso. nu. 5. vol. 3.* Et si fiat alienatio vel per pupil-
29 lum, aut † Ecclesiam sine solemnitate requisitâ,
per alienationem taliter factam non transfertur
possessio, per Bar. *in l. j. §. si vir. nu. 3 ff. de acquiren.
possessio.*

¶ Et authoritas, quæ habet pręstari in alienatio-
ne, non debet præstari, nisi maturè, causâ cognitâ,
30 & benè consideratâ, quia præstatio † authoritatis
facta ex abrupto, præcipitanter, & properè, causâ
non cognitâ, non validat alienationem, *l. magis pu-
31 to. §. non passim & § item prætor ff. de reb. eor.* Et † ex
temporis breuitate præsumitur, quòd illa autho-
ritas fuerit præstita causâ non cognitâ: pulchrè
consuluit Petr. de Anch. *cons. 330. visis facti narratio-
ne. col. 3. vers. præterea aduertendum est facit l. si finita.
§. si fortè. vers. festinare ff. de dam. infect. gl. in c. iurgan-
tium. de re iud.* concludens, quod vbi authoritas
fuit interposita non habitâ examinatione, & cog-
nitione, vtrum talis alienatio esset vtilis Ecclesię,
non valet, ergò sequitur, quod non est alicuius ef-
ficaciæ. Et si interponitur authoritas, vel decretũ
properè factum, non benè consideratum non te-
32 net contra Ecclesiam; † quia præsumitur, quod
per exquisita media, & fraudulenter interpona-
tur extortum, sicut est in contractu minoris,
cui Ecclesia æquiparatur, per Doct. *in c. 1. de in in-
teg. resti.* quia ex breuitate temporis præsumitur,
quod causâ non cognitâ sit processum, *cap. cum ex
litteris. de integ. restit. Petr. Anchar. d. cons. 330. & cons.
116. incip. secundum ordinem dubiorum. col. vlt. vers. non
obstat, quod in istis contractibus. Barb. in c. Ecclesia San-
33 cta Maria de consti. col. 38.* & celeritas † actus indu-
cit suspicionem fraudis, probat tex. *cum gl. in l. si
ventri ff. de priui. cred vbi Bar. & per Bal. in l. ea, quæ.
34 C. de fideicom. col. 15.* † Et fraus, & dolus pręsumitur,
maximè si damnum, & iactura sit inflictum Ec-
clesiæ; quia semper præsumitur fraus, cum con-
stat de damno, Bal. *in l. 1. C. de interdict. matri. inter
tutor. & pupil.* Et quod authoritas non debeat prę-
stari sine causæ cognitione, dicit Gemin. *cons. 48.
incip. presbyter. col. 3.* vbi concludit: quod si non in-
teruenerit causæ cognitio, non valebit authoritas
35 Episcopi præstita; immò † non valeret consuetu-
do, quod non interueniat authoritas Prælati, aut
consensus capituli: nec potest illud præscribi, *glo.
in Clem. vlt. in verb. consentiente. eod. tit.* Et dicit *Bal.
in d. Auth. hoc ius.* quod consuetudo laicorum non
valet. Consuetudo verò Ecclesiarum disponens
super iure personæ, vt potè, quod Prælatus irre-
quisito capitulo alienet, etiam non valet, *cap. cum
causa de re iud.* idem si disponat super iure, vt potè
quod pro leui causâ alienari possit, *l. prohibere. §.
planè ff.* quod vi, aut clã. Si verò disponat super o-
missione formæ, posset esse damnosa Ecclesiæ, vt
causæ cognitio, siue tractatus, & non valebit secus,
si non sit dãnosa Ecclesiæ, vt subscriptio, vel quod ca-
nonici singulariter consentiant; & sic dum ex illa
consuetudine Ecclesiæ nil accrescit, nec decrescit,
valet, *cap. dudum. eod. tit. lib. 6. vt per Rebuff. d. loco.* Et
quod videtur dicere Rebuff. de consuetudine, vt
canonici præstent singulariter consensum, intel-
lige, quando præcessit tractatus, & deliberauerunt
alienare, quia tunc † singulorum consensus singu- 36
lariter præstitus valebit; aliter enim non valet cõ-
suetudo, quia grauosa Ecclesiæ, prout diximus in
præcedenti quæstione de consensu. Et dicit Ioan.
Bertach. *in tract. de Episc. 4. parte q. 34. nu. 164.* quod
si Episcopus abest, interuenire potest † authoritas 37
iudicis laici loco Episcopi, quæ sufficit, secundum
*gl. no. quæ hoc dicit in cap. fine exceptione. 12. quæ. 2. ad
quod facit text. in l. bonorum. C. qui admitti. l. vbi ab-
sunt. ff. de tut. & cura. dat. ab h.* id quod dicit esse
notandum. Ego legi, & perquisiui illam gloss. &
nón inueni, quod hoc dicat. & quia id mihi visum
fuit notabile, ideò cito locum, vt videas, an for-
tè meus codex sit deprauatus, vel corruptus.

§ Verum quia aliquando reperitur, quod Eccle-
sia, cuius res alienatur, est in vnâ diœcesi, & sub
vno Episcopo, vel Prælato: res verò, quæ aliena-
tur est in aliâ diœcesi, & sub alio Episcopo, vel
Prælato, isto casu est videndum, cuius Episcopi, &
cuius superioris authoritas requiratur. Et est di-
cendum, quòd sit faciendum cum authoritate E-
piscopi illius Ecclesiæ, in quâ est is, qui alienat. Et
† quòd sit adhibenda authoritas illius Episcopi, 38
in cuius diœcesi sit Ecclesia, cuius res alienantur,
videtur probari ex lecturâ text. *d. Auth. hoc ius por-
rectum. C. de sacrosanct. eccles.* per illa verba, Acce-
dente consensu ordinatoris, & maioris partis ibi-
dem seruientium, &c. vbi Bald. Quæro igitur,
quis est iste superior? text. dicit, quod est ille, qui
ordinat Prælatum, siue Rectorem in illa Ecclesia:
& hoc est notandum, quod † non inspicitur lo- 39
cus, vbi sunt res positæ, sed locus inspicitur, vbi
est Ecclesia, cuius res venduntur. Vnde Episco-
pus Ecclesiæ debet interponere authoritatem.
*Tex. est hic, inquit. & ita notat Innocen. in cap. pasto-
ralis. de priuileg. gloss. in cap. huiusmodi. in verb. duos.
10. quæst. 2. facit cap. fin. 16. quæst. 3 & Felyn. in cap. di-
lectus. 2. colum. versic. 7. de rescrip.* vbi dicit, quod ad
interpositionem decreti super alienatione rei Ec-
clesiasticæ non attenditur locus, in quo situm est
prædium, sed vbi sita est Ecclesia, quæ vult præ-
dium alienare, & illius Episcopus requirendus
est, secundum Innocen. *in cap. pastoralis.* *Sequitur
Arch. in c. in venditionibus. circa med. 17 qu. 4. Imola in
Clem. 1. in 7. colum. versic. sed quid si Ecclesia sita. de reb.
eccles. non alien. Rota de iudi. decis. 6 in nouis. Petrus de
Perusio in tracta. de vnione beneficio cap. 10. Lud. Rom.
in l. 2. in princip. 11 colum. versic. 11. ff de verb. ob-
lig. Card. in Clemen. 1. §. sanè. vltim. quæst. de iure-
patro. est gloss. 10. qu. 2. c. hoc ius. versic. quod si necessitas.*

in verb.

in verb. duos. Contrarium tenuit *gl. in c. in venditio-*
nibus. in verb. Episcopi. 17. q. 4. quæ dicit; Hoc ſcias,
quod nullum prædium poteſt alienari inconſul-
to Epiſcopo loci, in cuius diœceſi ſitum eſt præ-
dium, vt *extra de for. compet. ſanè per l. ſi prædium. C.*
de præd. minor. ſequitur Roman. conſ. ſuo 250. incip. bo-
40 *rum bonorum.* Alij † dicunt, & eſt tutius, quod v-
triuſque Epiſcopi conſenſus interueniat, *arg. l. iu-*
riſperitos. §. j. ff. de excuſat. tuto. Collectane. in cap. nulli.
colum. 2. de reb. Eccleſia alienan. idem videtur tenere
Bal. in d. l. ſi prædium. quod videlicet vtriuſque Epiſ-
copi interueniat in alienatione authoritas, videli-
41 cet † ad cautelam, non tamen de neceſſitate, vt ibi
per Cy. *& Doctor. & Ang post Alber in l. j. C. vbi pet. an.*
tut. & Nicol. de Neapol. in d. l. iuriſperitos §. 1. ff. de ex-
cuſa. tut. Albe. de Roſat. in rubr. C. de in lit. dan tut. Bal.
vero in l. j. C. de contrahen. emptio. dicit, quod requi-
ritur ſaltem decretum iudicis, vel Epiſcopi loci,
in quo contrahitur: & ſubdit, ſufficere decretum
vtriuſque diuiſim. Nicol. de Neap. vbi ſupra dicit,
quod immò requiritur decretum iudicis loci, in
quo eſt res, quæ alienatur. Et licèt loquatur in a-
lienatione rei minoris, tamen idem eſt in re Ec-
cleſiaſticâ, cùm Doctores in hoc argumentatiuè,
& mixtim loquantur. Sed Bar. *in d. l. ſi prædium.* di-
42 cit, † ſufficere decretum cuiuſlibet de per ſe, ſcili-
cet vnum ſine altero, Guliel. de Mont. *Laud. in*
Clem. 1. de reb. eccl. non alien. ait, quod ſufficit autho-
ritas Epiſcopi, cui ſubeſt clericus alienans, etiam
quod res alibi ſita ſit. Paul. verò de Eleaz. ibi di-
cit, quod cum petitur licentia Prælati, qui non eſt
Epiſcopus, non curatur, an ſit eius diœceſis, vel al-
terius, ſed etiam eſſet quærenda authoritas Epiſ-
copi: refert multas opiniones; vt videlicèt prima
43 ſit *gl. in d. c. in venditionibus.* vt Epiſcopi accedat au-
thoritas loci, in quo eſt ſitum prædium, quod ali-
enatur. Secunda opinio Hoſtien. *& Inn. in d. c. a pa-*
ſtoralis. vt videlicet ille Epiſcopus authoretur, in
cuius diœceſi ſita eſt Eccleſia, cuius res alienatur.
Tertia opinio eſt illorum, quæ habet, vtriuſque
decretum eſſe neceſſarium. Sed Paul. de Eleaz. te-
net opinionem Innocen. & Hoſtien. quia ſi conſi-
deretur intereſſe, nihil intereſt Prælati, in cuius
diœceſi res ſita eſt, ſed benè intereſt Prælati, cui
ſubeſt Eccleſia patrona rei, cum ad eum ſpectet
cura Eccleſiæ cum dote, & rebus ſuis, *10. q. j. regen-*
da. & c. decretum. Licèt enim poſſit Eccleſia pro i-
pſa re conueniri coram Epiſcopo loci, in quo res
ſita eſt, *d. c. ſanè.* tamen conueniri poteſt etiam co-
ram iudice domicilij, *l. fin. C. vbi in rem actio.* Nec
obſtat ſecundum D. Paulum *l. ſi Prædium.* quia lo-
quitur in minore, in quo alia ſolemnitas requiri-
tur, quàm in Eccleſiâ, cum requiratur decretum,
quod eſt iudiciale, & in ipſo actu præſtatur, nota-
tur de conſuet. *c. cum conſuetudinis. & c. j. eo. tit. & in*
Spec. eo. tit. §. nunc dicendum. verſ. hoc quoque. Sed in
Eccleſia ſufficit cõſenſus ſuperioris, qui præcede-
re debet alienationẽ ſecũdũ, Archid. *c. j de reb. eccl.*
non alien. in 6. Vnde nõ eſt mirum, ſi in alienatione
minoris requiritur decretum iudicis, vbi eſt ſita
res, cum ipſe ſit, qui de eâ poteſt iudicare; ſed in a-
44 lienatione rei Eccleſiæ † conſenſus ſuperioris re-
quiritur ad relaxandam poteſtatem inferioris:
quæ quidem relaxatio cum non ſit iudicialis, po-
teſt omni tempore fieri: ita Ioan. Bertach. *in d. tra-*
cta. de Epiſc. 4. par. q. 34. ſub nu. 104. ver. requiritur au-
tem authoritas illius Epiſcopi. Et facit Corſet. in reper-
to. in verb. alienatio. vbi dicit, quod in alienatione
rei requiritur authoritas Epiſcopi domicilij alie-
nantis, & Epiſcopi, vbi ſita res eſt, per Ioan. Andr.
& Petr de Anchar. in c. paſtoralis. de priuileg vbi conclu-
dit Petr. quod in alienatione rei Eccleſiæ, vbi prin-
cipaliter quæritur de authoritate interponendâ
actui concernente perſonam alienantis, iudex per-
ſonæ cenſetur competens plus quàm iudex loci,
in quo res ſita eſt, ſicut iudex, qui dat tutorem pu-
pillo, extenditur eius datio ad adminiſtrationem
bonorum pupilli, quę ſunt ſita extra territorium,
l. non ſolum. §. & qui. ff. de excuſat. tutor. Idem de iu-
dice interdicente, *l. relegatorum. §. interdicere au-*
tem. ff. de interd. Facit, quod not. Bart. in l. cunctos po-
pulos C. de ſumm. Trinit. & Fid. Cathol. vt per Corſet. i-
bi. Card. Zabar. in Clem. j. de reb. eccle. verſ. 37. quæro.
has opiniones latè per vnam columnam recenſet:
& finaliter videtur concludere, quod vt in re mi-
noris, ità in re Eccleſiaſticâ vtriuſque iudicis re-
quiratur authoritas, vt ibi. Opinio Inno. & ſequa-
cium videtur mihi magis bona ratione ſuffulta,
pro curâ, quam habere tenetur Epiſcopus Eccle-
ſiarum ſuæ diœceſis, & rerum earundem; quam o-
pinionem Innocen. ſequitur Bellamer. *in c. Abbati-*
bus. 12. q. 2. col. 10. verſ. 3. q. vbi de hoc ponit quæſtio-
nem, & illa ad partes diſputata, concludit cum In-
nocen. & ſequacibus; & reſpondet ad omnia obie-
cta, & adducta in contrarium. & per eundem in
c. ſine exceptione. verſ quartò quæritur. 12. q. 2. vbi de
hoc quærit, & ſoluit, vt ſuprà. Item in materia nõ
poteſt Prælatus minor emere bona ſuæ Eccleſiæ
cum authoritate maioris Prælati ſuæ Eccleſię, per
Bald. *in l. cum ipſe. C. de contrahen. emptio.* Item nec
in alienatione, quæ fit cum authoritate legati, et-
iam ſi alienans iurauit non alienare ſine authori-
tate Epiſcopi, ſecundum Bal. *in additio. ad Specul.*
de diſpenſa. verſic. qui iurauit.
¶ Sed ſi Epiſcopus † ipſe, vel capitulum alienare 45
vult bona ſua Eccleſiæ, vel menſæ, an poſſit facere
ſua authoritate, & de conſenſu capituli, an verò
requiratur authoritas Archiepiſcopi, vel Metro-
politani, aut Papæ? Et puto, quod ſit aduertẽdum,
an iurauerit non alienare, an verò non iurauerit.
Et ſi non iurauit, videtur, quod non requiratur
authoritas Archiepiſcopi Metropolitani, vel Pa-
pæ per Innocen. *c. j. de his, quæ fiu. à Præla. & c. ſtatui-*
mus. de tranſactio. recitat Archid. in c. ſine exceptione. in
verſ ſiue meliora. 12. q. 2 facit, quod not. Innocen. c. j. ne
ſed. vacan. in glo. magna. eſt gl. in c 2. §. hoc ius. verſic.
quòd ſi neceſſitas. in verb. duos. 10. q. 2. quæ dicit: ſo-
lum conſenſum Epiſcopi ſufficere cum capitulo;
& ità tenuerunt Alan *& Vicen. in c. nulli. de reb. eccl.*
alien. vel non. Hoſtien in Summ. eo. tit. §. 3. verſ. res, quæ
& Goffr. in §. j. & Lauren. in c. ſine exceptione. vbi vide-
tur caſus cum cap. præced placuit. Archid. d. verſ quòd ſi
qui adducit tex. in c. vt ſuper. de reb. eccl. etiam intel-
ligendo text. in licentiâ gratioſâ; quia ex quo in
corpore iuris eſt clauſa, facta eſt ius commune;
per not. *in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi*
opor. & c. priuilegia. 3. diſt. & cum ille text. concedat
liberam alienandi facultatem, videtur non requi-

rere superioris authoritatem;per not. *in c. de multa. de praeben. c. licet. de regular.* idem voluit Hostien. *ca. j. de his, quae fiu. à Praelat. post Innocen. in d. cap statuimus. & d. cap. j. & in cap. j. ne sede vacante. Sed gloss. in cap. j. de reb. eccles. non alien. lib. 6.* dicit, contrarium, scilicet, quod si Episcopus alienat rem mensae suę,
46 † requiritur consensus capituli,& authoritas Archiepiscopi: quod etiam tenet Bald. *in Authen. hoc ius. 4. colum C. de sacrosanct. eccles.* vbi etiam dicit requiri authoritatem Papae,si Episcopus non habet Archiepiscopum suprà se.& ideo Bald. ibi firmat non posse Episcopum vendentem rem suae Ecclesiae suo contractui authorare, contra Innocen. *in d. cap statuimus. de transact.* Quinetiam non potest Episcopus consentire alienationi rei Ecclesiae in ipsum factae, secundum Ang. not. *in Authen. de eccle.*
47 *rerum immob. alien. colum. 5.* † Authoritas enim in facto proprio non perficitur, *l. j. & l. pupillus. ff. de autho. tuto. 10. q. 17. nam hac vsus. in fi. c. fi. de instit. & gloss. ord. in Clem. fi. de reb. eccl. non alien. super verb.*
48 *mensa sua. in Spec. de his, quae fi. à Pral. in fin.* † Quod verum est, nisi quis palàm,& bona fide contrahat, & authoretur, id est, pręsente iudice,& amicis, vel propinquis eius, cum quibus contrahatur, secundum Bart. *not. in l. frater à fratre. 3. quae. num. 50 ff de cond. indeb. in l. fin. in princip. num. 2. quod met. causa.*
49 *& in l. transactionem. vbi Bald. C. de transact.* † Nec laicus habens decimam in feudum ab Ecclesia potest eam Episcopo concedere, ne Episcopus in facto proprio authoretur;sed benè potest eam concedere capitulo cum authoritate Episcopi. *gl in d. Clem fin super. d. verb mensae suae. vers. facit autem. Hac Bertachin. in d tract de Episc. 4. par. q. 34. ver. redeundo ad quaestionem. sub num. 104. Idem habetur per Archid. in cap. j. eod. tit.:n 6 ibi,* Sed demonstrat, quod quando vult Episcopus alienare, hoc non debet facere sine licentia sui superioris, quam ei debet ex iusta causa liberam impertiri; qua licentia habita, non expedit, quod ille Episcopus conuocet alios Episcopos, sed illam alienationem formâ seruatâ potest facere cum consensu capituli. vbi Gemin *versi. in ea glo. Videtur decis. Guid. Pap. 199. per Inno & Host. in c. vt super. de reb. eccl. per illum. text. sumpto arg. à speciali. idem Inn. in c. j. eo. tit lib 6.*

¶ Sed adducta pro prima parte videntur esse veriora, per text. *in c. placuit. cum seq. 12. q. 2. c. j. ext e. c. pastoralis de his, quae fiu. à Pral. cap. pastoralis de donat. cum concordan.* quae iura ad solemnizationem alienationis Episcopi requirunt solum sui capituli,&
50 cleri consensum. Per † quod patet, quod Papae, vel alterius superioris non requiritur licentia: quia cum id sit non modicae dubitationis, foret vtique expressum, si hoc iuris lator voluisset; sicut dicitur in *c. ad audientiã de decim. & in l. j. C. de caduc. tollen.*
51 *§. ne autem.* † Facit, quia si non posset Episcopus sine superioris authoritate alienare, non posset & alteri inferiori sine eadem licentia authorizare, cum tunc ipse alienare videatur, *l. 2. §. omnia. C. de*
52 *vet. iur. enucle. c. cũ aliquibus. de rescrip. in 6.* vbi † pa- rificantur concedere & concedenti authorizare. Et potest dici secundum Lauren. *in c. fine exceptione. 12. q. 2. vltima quaest.* quod id est, ex priuilegio,& gratia concessum Episcopo, quod sine cuiusquam licentia possit alienare, iuxta not. *in d. c. 3. vers. quod fi. 10. q. 2.* Nec est istud mirum, quia videmus in Episcopo alia specialia eius priuilegia inducta, de quibus in *Clem. j. iunctis not per gloss. in cap. j. de for. compet.*

Si verò iurauit non alienare, nisi consulto Papà, aut superiore,† & tunc dic, vt dico infrà *in quaestione 55. de alien. non obstan. iuram. de non alien. praest.* 53
vel dic secundum Aegid. Bellamer. *in c Abbatibus. 12. q. 2.* quod si Episcopus alienat possessionem ad suam dignitatem, aut mensam pertinentem,& si non iurauit alienare suo superiore inconsulto, tunc est superioris sui authoritas necessaria. Aut sumus in alienatione possessionis ad suum capitulum pertinentis,& tunc idem. Aut in alienatione possessionis ad aliam Ecclesiam pertinentis; & tunc non est superioris authoritas necessaria. & est ratio; quia in sua dioecesi solus Episcopus est superior.

§ Sed si iurauit non alienare inconsulto superiore,& tunc si vult alienare possessionem, vel ad dignitatem Episcopalem, aut capitulum pertinentem,& tunc expeditum est, quod si superioris authoritas non interuenerit, quicquid agitur ipso iure non valet, *Clem si vna. §. j. de reb. eccl. non alien.* Sed si agitur de alienatione ad aliquam suam Ecclesiã inferiorẽ spectãtem; tũc subdistingue: quia aut iurauit solùm non alienare possessionem ad suam, vel capituli sui mensam pertinentem,& tũc potest alienare; quia quaestio non habet dubium; quia † iuramentum est stricti iuris,& non excedit 54
casum suum: vel iuramentum non est restrictum ad possessiones Episcopi, aut capituli, & tunc, aut iurauit simpliciter non alienare,& tunc iuramentum non impedit in casu concesso, & seruata solemnitate alienare; quia aliàs istud iuramentum cederet in damnum Ecclesiae. Aut iurauit magis strictè, videlicèt, non alienare sine licentia superioris,& tunc, si in iuramento est expressum tantùm genericè,& in numero singulari de possessionibus Ecclesiae, seu de possessionibus ad Ecclesiam pertinentibus,& tunc iuramentum ad Cathedralem Ecclesiam restringitur, putà ad Episcopum, vel capitulum,& Episcopum, & capitulum communiter. Aut est expressum in numero plurali, videlicèt, non alienare possessiones Ecclesiarum suae dioecesis,& tunc, si potest haberi recursus ad superiorem, tunc superioris authoritas est necessaria: si non potest haberi, potest alienari in casu concesso,& formâ seruatâ: quia aliàs iste casus includeret damnum Ecclesiae,& vtilis prouisionis eiusdẽ, quae non possunt iuramento includi.

§ Per quę quidẽ latè deducta clarè constat, quod in alienationibus Ecclesiasticis Episcopus, Archiepiscopus, vel alius Praelatus superior habet suã interponere authoritatẽ. Authoritas vero, vel tractatus † duorũ, vel triũ Episcoporũ prouincialiũ, de 55
quib⁹ in *c. 3. in fi. 10. q. 2.* nõ videtur necessaria quia existente casu necessitatis, vel vtilitatis alienationis, vocatio,& expectatio taliũ Episcoporũ posset esse dãnosa,& vtilitatẽ Ecclesię impedire. Et iura, quae hoc dicũt, sunt per contrariã obseruantiã abrogata: quia non est in memoria hominis, † qui 56
viuat, quod talis solemnitas fuerit aut seruata, aut requisita, vt per Bellamer. in *d. c Abbatibus. 12.*

q. 2. vbi

q. 2. ubi in 4. q. dicit, quod solemnitas d. c. 3. est hodiè sublata, & sufficit, quod seruetur. c. fine exceptione. & solemnitas. c. 1. & 2. de reb. eccle. in 6. & Clem. 1. eod. tit.

57 § Et si fiat alienatio sine authoritate, vel consensu Episcopi, an sit nulla ipso iure, vel pendeat in euentũ cõsensus illius, vltra ea, quæ dico suprà in q. 30. incip. & si sit facta alienatio. & infrà in q. 46. inci. ista quidem sunt solemnitates. habetur per Bellamer. in d. c. Abbatibus. colum. 19. num. 32. §. 1. versic. iuxta quod quæro. quod glo. in c. seq. tenet in simili materia, quod contractus non est ipso iure nullus, sed pendet ab euentu. Sed ipse tenet contrarium, quòd sit nullus contractus, per gloss. Bernard. d. cap. vlt. ne sed. vacan. ext. quia sicut non tenet iudicium, ità nec contra-

58 ctus, quia in † iudicijs quasi contrahimus, l. 3. ff. de pecul. vt ibi per eum.

§ Sed est videndum, an Vicarius Episcopi, vel eius officialis possit hanc authoritatem in alienationibus ecclesiasticis præstare. Et videtur dicendum, quod sic, per Bald. in margarita, versic. Vicarius. vbi dicit, quod Vicarius habet iurisdictioné

59 ordinariam, & † interponit decreta voluntaria, & contentiosa, per Hostien. in cap. clericus de offi. ord. at de officiali videtur gloss. in cap. 2. de offic. ord. lib. 6. quæ dicit, quòd officialis habet iurisdictionem ordinariam, & interponit decretum in alienationibus minorum, & in emancipationibus, & alia, quæ sunt ad iurisdictionis necessariam exercitationem, l. j. de offi. eius cui. & c. fi. de iud. in 6.

§ Sed veritas est in contrarium, quia iura expres-

60 sè nominant Episcopum, cuius † industria est electa; est decis. Capel. Tholos. 97. vbi glo. confirmando dicit, esse notandum, quod Vicarius generalis Episcopi non potest vicarium generalem, siue specialem constituere sine mandato, & quod Episcopus tenetur ex delicto sui Vicarij.

§ Et Prælatus inferior ab Episcopo, qui habet Episcopalem iurisdictionem potest authoritatem suam interponere in alienatione rerum ecclesiæ sibi subiectæ; sicut dixit Io. Bertachin. in d. par. 4. q. 34. num. 105. versic. sed nunquid Prælatus inferior. de Plebano S. Mariæ de Ponzano Firmana diœcesis secundum gloss. in Clem. 1. de reb. eccles. non alien. qua allegat Innocen. in d. c. statuimus. de transact. Facit, quod habetur in Clemen. attendentes. circa princip. de stat. mona. & in Authen. de alien. & emphyteu. Ratio est; quia habet iurisdictionem Episcopalem, vel quasi, c. Abbates. in fi. de priuileg. in 6. & ita seruatur in practi- ca, secundum d. gloss. idem per Bat. in d. Authen. hoc ius. C. de sacros. eccles. versi. venio ad quartam. ibi;

61 Et per hoc habes, † quod si ecclesia subest vni Abbati, sufficit authoritas illius Abbatis, nec requiritur authoritas Episcopi. hoc tenet Ioan. Andr. in tit. de reb. eccles. non alien. cap. hoc consultissimo. in 6. quod, inquit, tene menti. Et dicit. Io. de Turrecremata 12. q. 2 in summa, quod in alienatione rerum monasterij debet adesse consensus Episcopi, & Abbatis, & omnium Fratrum, aliàs non tenet alienatio, d. c. Abbatibus. 12. q. 2. & 17. q. 4. in venditionibus. excipiuntur monasteria priuilegiata,

62 quæ non subsunt Episcopo. † Similiter, & in paruchialibus ecclesijs debet adesse consensus Episcopi, & presbyterorum, siue clericorum illarum ecclesiarum; nam ibi nec clerici possunt alienare sine consensu Episcopi, vt d. c. Abbatibus & c. placuit. nec Episcopus sine ipsis, 10. q. 2. si quis Episcopus. ergo in alienatione rerum ecclesiæ cuiuslibet requiritur consensus Episcopi, nisi ecclesia sit priuilegiata, &c. Et Legatus de latere pari modo potest † suam authoritatem interponere, 63 & consensum in alienationibus rerum ecclesiæ; quia cum hoc possit Episcopus, & inferior Prælatus habens Episcopalem iurisdictionem, potest & Legatus, qui concurrit cum talibus in iurisdictione, per Specul. in tit. de lega. §. consequenter. versi. Archid. in d. c. in venditionibus. 17. q. 4. Ioan. Andr. in c. j. de fend.

Et quòd Abbas, Prior, vel Plebanus, aut alius inferior ab Episcopo possit authorizare in alienationibus ecclesiasticis, est intelligendum, siquidem talis Abbas, vel alius † sit exemptus 64 à lege iurisdictionis Episcopi, & qui habeat in ecclesia suâ iura quasi Episcopalia, per text. qui ità intelligitur, in c. j. ext. de reb. eccle. alien. vbi August. Bero. in versic. in text. intelligas, inquit, de Priore, vel Abbate exempto à lege iurisdictionis Episcopi; & sic de eo, qui in ecclesia sua iura quasi Episcopalia haberet, & cui ecclesia, quoad vtranque legem, subiecta esset, de quo loquitur text. in c. Abbates. de priuileg. in 6. nam talis Abbas, vel Prior habet ius authorizandi in alienationibus ecclesiasticis, sicut Episcopus, sicut est in gloss. in Clemen. j. eodem titu. in verb. proprij & ità, inquit, hic text.* communiter à Doctoribus intelligitur; quem ità induco. Nam hic æquiparatur Abbas, & Episcopus: vt ergò bona sit æquiparatio, est intelligendum de Abbate, qui sit similis Episcopo, & iura habet Episcopalia; alioquin bona non esset, cùm † regulariter plus iuris habeat, & possit 65 Episcopus in alienatione rei ecclesiæ, quàm Abbas, qui absque consensu Episcopi alienare non potest, d. c. in venditionibus. 17. q. 4. nisi esset exemptus, gl. in d. Clem. j. quoniam regulariter † Abbates, & 66 Priores regulares subsunt Episcopo, quo ad legem iurisdictionis, non quoad diœcesanam, gloss. in summa 10. q. j. c. Abbates. c. monasteria. 18. q. 2. nisi exempti sint. c. visis. vbi gloss. 16. q. 2. Idem August. ibidem firmat hoc idem in vers. redeo ad primum. vbi confutat opiniones, & argumenta illorum, qui dicunt, quod Abbates, & Priores possunt authorizare in alienationibus ecclesiasticis; & dicit, quod id intelligitur de Abbatibus exemptis, & hanc esse * communem opinionem: * & confirmando vtitur hoc argumento, videlicet; † authorizare in alienationibus rerum ecclesiæ 67 est de spectantibus ad legem iurisdictionis, & nó ad legem diœcesanam, vult gl. in Clem. vnica. de rer. permut. in verb. conferantur. iuncto tex. in c. sicut vnire. de excess. Prał. dum gl. ibi in verb. requisito. allegat tex. in d. c. in venditionibus. in c. Abbatibus &c. Sed ea, quæ sunt de lege iurisdictionis, spectant ad Episcopum, non ad Abbatem in suis monasterijs, immò quo ad illa † Abbates cum monasterijs 68 Episcopo subsunt, nisi essent exempti, vel ex speciali priuilegio, vel ex præscriptione, per gloss. in c. dilectus. de offi. ord. in summa, 10. q. j. & in c. j.

& in summa,16 q.j ergò authorizare adEpiscopum
spectabit regulariter,non ad Abbatem,etiam in a-
lienationibus rerum monasterij. Et subdit,quod
conclusio * communis,immò omnium est, quòd
69 Prælatus † exemptus à iurisdictione Episcopi ex
priuilegio,vel præscriptione possit authorizare in
alienationibus rerum Ecclesiæ, vt inquit,hic, per
Abb.& ad hoc * communiter allegatur Inno.*in c.*
*statuimus.de transac.*qui hoc voluit,vt attestatur *gl.*
*in Clem.j.in verb.proprij.eod.tit.*quæ dicit ità* com-
muniter seruari,hoc idem tenet Abb.*in d.c.statui-*
mus. Facit in simili,quod voluit Abb. *in c. signifi-*
casti.num 6.de for.compet.& in c.quæsitum.num 4.de
70 *rer permut.*qui dicit, quod quamuis † consentire
beneficiorum permutationi sit de reseruatis iu-
risdictioni Episcopali, vt ibi, & in *Clem.j.de rer.*
*permut.*tamen si sit Prælatus inferior Episcopo ex-
emptus habens iura Episcopalia in suis Ecclesijs,
poterit ipse authorizare, & consentire.Et Bal. *in*
Auth.hoc ius.col. 3. C.de sacros.eccl. vbi inquit, quod
Abbas exemptus in alienatione rerum Ecclesiæ si-
bi subiectæ interponere potest ipse authorita-
71 tem:† quia ipse habet in eis quasi ius Episcopale,
sed res proprij monasterij non alienat ipse Papa
inconsulto,per *gl.in c dudum.& Clem.monasteriorũ.*
allega. & melius per Pau. de Cast.in d. Authen. hoc ius.
*vers.item debes scire.*Vnde dicit Card.*in d. c. statui-*
mus. quod si moniales subiectæ Fratribus Mino-
ribus vellent alienare. Minister, vel Prouincialis
authorizare poterit,Barbat.*cons.40 præclarè. col.3.*
vol.j & cons.14.Clementissimi.volum 2.Rebuff.in com-
pend.alie.rer.eccle.vers.si tamen. Neque consensus
72 Episcopi requiretur,† quia Minister FratrumMi-
norum dicitur à iurisdictione Episcopali exem-
ptus,vt colligitur ex tex.*cum gl.& ibi Doct in Clem.*
j. de elect. Quam quidem conclusionem vltra latè
deducta per eum in disputando,confirmat idem
Bero.multis alijs fundamentis, &argumentis. di-
cit tamen,quod si quis disputatiuè loquendo vel-
let oppositum tenere,facilè contrariam sententiã
tueri posset. Pro quo ibi eum vide,qui confirmat
hanc opinionem, & communem conclusionem:
quia ad Prælatum,& ad Abbatem exemptum, ad
quem pleno iure ecclesiæ spectant;transeunt,quo-
73 ad suas Ecclesias,omnia iurisdictionalia, † & iura
Episcopalia,quæ sunt de lege iurisdictionis, *c.j. de*
priuileg. in 6. c. luminoso. 18 q. 2. iũcta gl. c.visis. & in
summa,16.q.2 Inno.in d.c.statuimus.gl in c.dilectis.de
*off.ordi.& in summa,10.q.1.*cum simil. Sed authori-
zare est de lege iurisdictionis Episcopalis,vt suprà
ergo,&c.Et Inno.*in c.cum & plantare.§.in Ecclesijs.*
de priuileg & ibi Hostien.dicit; quod absque consen-
su,& authoritate patroni Ecclesiastici exempti sa-
cerdotes Ecclesiæ non possunt res Ecclesiæ aliena-
74 re; † quia patronus ecclesiasticus exemptus vices
Episcopi gerit,per dicta eiusdem Bero. *ibidem col.*
6 ver.tertiò facit.num.25.col 9.ver.tertiò aduersatur.
num.28.Et secundum Rebuff.in compend.alien.rer.eccl.
si Abbas sit exemptus in alienatione,quam ipse fa-
75 cit de rebus abbatiæ,requiritur Papæ † authoritas,
per *glo.suprà allegatam,Clem.j.in verb propriј,hoc eod.*
*tit.*Et illa authoritas debet esse specialis,& expres-
sa,*l.negotium C.de neg gest.* Vnde oportet,quod Pa-
pa sciat, quare,& de quibus rebus sit licentia con-
cedenda,Io.And & Perus.*in c fin. hoc tit. in 6.* nisi
Abbas haberet Ecclesias † pleno iure subiectas; 76
quia tunc rector,vel rectores dictarum Ecclesia-
rum,si velint alienare possunt cum consensu Ab-
batis habentis iurisdictionem quasi Episcopalem,
Inno.*in d.c.cùm & plantare.§.in Ecclesijs. de priuileg.*
Imola in d.c.statuimus.de transac.

ADDITIO.

DEcretum,& auctoritas licèt debeat in prin. interponi, & notarij ponant eam in fine scripturæ,tamen satis dicitur in prin.poni, pulchrè per Bal.*in c.cum consuetudinis. numer. 5. de consuet.*Item actus,vbi est nullus ratione defectus consensus, validatur interueniente consensu, per Ancha.*in cons.337.num.5.* Et de authoritate Episcopi *suprà q.32.in prin.& in pluribus numeris subsequentibus. De Vic.Episcopi suprà num.59.& seq.*

An præsumatur authoritas superioris ex cursu tempori, vide suprà *q. 24. in addit.*& idem quo tempore possit interuenire,*vide infra q.42. numer. 3.& plu seq.*

Sed contrà vide Corn. *consil.181.numer.39.vol.2. Sed pro concordia vide Bero.cons 83.num.19.& seq.vol. j. Vide etiam Menoch. consil. 90. Pro negatiua Borgni. decis.45.num.40 pag.693.&pro translatione iuris patronatus sit singulari,quod non sufficiat consensus Vicarij,Calde.& alij citati per Bero.vbi suprà.*

SVMMARIVM.

1 *Capitulum mortuo Episcopo authorizat in alienationibus rerum Ecclesiæ.*
2 *Capitulum Sede vacante succedit in iurisdictione.*
3 *Capitulum Sede vacante potest omnia, quæ ad merum, & mixtum imperium pertinent, exceptis paucis.*
4 *Consuetudo, quod consensus Episcopi non requiratur in alienationibus rerum monasterij,an valeat.*
5 *Authoritas Episcopi si non ita interueniat tempore contractus, alienatio est nulla ipso iure, etiam si sit vtilis eccles.*
6 *Alienatio de rebus Ecclesiæ sine solemnitatibus iuris facta valet, si facta sit melior conditio Ecclesiæ. Secus in re minorn.*
7 *Authoritas præstari debet in principio actus.*
8 *Authoritas sufficit, quòd in ipso actu interueniat, vel posteà, & num.15.*
9 *Decretum est quadam permissio, seu habilitatio ad actum,& debet præcedere.*
10 *Causa alia est,quæ dicitur fiendi, & alia essendi, alia affirmandi,& approbandi.*
11 *Causa an præcedere debeat.*
12 *Causa præsumitur vtilis,ex quo prætor decreuit esse vtilem.*
13 *Damnum pati is dicitur, cui aufertur commodum sibi proueniens.*
14 *Legum finis circa alienationem rerum Ecclesiæ fuit euitare damnum, & procurare vtilitatem Ecclesiæ.*
16 *Dispositio prohibens aliquid fieri, nisi cum solemnitate,limitatur,nisi contractus sit vtilis.*
17 *Contractus, si sit vtilis minori, valebit etiam non interueniente solemnitate requisita à statuto.*

18 Vti-

18 *Vtilitas Ecclesia vbi adest, etiam post interuenire potest authoritas.*

19 *Alienatione prohibita, non intelligitur illa prohibita, qua fit in fauorem illorum, quorum fauore fit prohibitio.*

CAPITVLVM SEDE VACANTE an authorizet in alienationibus rerum Ecclesiæ. Et an valeat consuetudo, quòd Episcopi consensus non requiratur in huiusmodi alienationibus. Et an ista authoritas interuenire debeat tempore contractus. Et an contractus in fauorem Ecclesiæ hodiè possit claudicare.

QVAESTIO XLII.

SI verò mortuus est Prælatus, vel Episcopus, qui regulariter authorizat in alienationib. re-
1 rũ ecclesiæ,† capitulũ ipsum Sede vacãte authorizat: quia mortuo Episcopo ius authorizandi trãsit ad capitulum Sede vacante; quia est iurisdictio-
2 nis,† in qua capitulum succedit Sede vacante, *arg. c. his, qua. de maior. & obed.* Quod quidem etiam suadetur. nam authorizare in alienatione est commune Episcopo cum capitulo, nec sufficit consensus Episcopi, nisi & capitulum consentiat, *c. sine exceptione. 12. q. 2. c. tua nuper. de his, qua fiu. à Pral.* ergo mortuo Episcopo, hoc ius ad capitulum spectabit, *arg. c. vnico. ne Sed. vacan. in 6. Et hoc voluit gloss. in Clem. vnica. de rerum permut. per eundem Bero. ibidem colum. 6. versi. 2. mortuo. Facit text. in c. ad abolendam. & gl. ibi in verb. Sede vacante. de haret. ibi,* Habes, hic, quod vacante Ecclesia, iurisdictio remanet penes capitulum; per iura, quæ adducit. Et quod capitulum Sede vacante possit interponere decretum in alienatione rerum Ecclesiæ, tenet Feder. *in quastionibus suis de potestate dispensandi, & statuendi, per text. in l. 2. C. de his, qui in alter.* vbi videtur velle,
3 quod omnia, quæ ad merum, & mixtum † pertinent imperium, exceptis paucis, possit capitulum Sede vacante facere: quem sequitur Abb. *in c. cum olim. de maior. & obed. Refert, & sequitur Io. Franc. Pauin. in tracta. de offi. & pote. capi. Sede vacan. q. 10. j. par. num. 12. versic. sed an capitulum.*

4 § † Et an valeat consuetudo, quod consensus Episcopi non requiratur in alienationibus rerum monasterij, Goffred. *in Summâ de reb. eccl. non alien. tenet, quod sic. Inno. in c. nulli. extrà eo. idem tenet.* dũmodo talis consuetudo non sit onerosa Ecclesiæ, per Guid. *in c. in venditionibus. 17. q. 4.* Sed ex quo talis consuetudo potest esse grauosa ecclesiæ, arg. *c. j. ext. de consuet.* & quia ad validitatem alienationis ordinatæ de iure requiritur consensus, consuetudo contrarium inducere non potest, *c. sine exceptione. 12. q. 2. c. cum causa. de re iud. quod tenet Host. in Summa. de reb. eccl. alien. vel non. num. 3. in fi. vbi dicit; quod opinio Goffr. reprobatur per c. dudum. §. quia vero. eod. tit. in 6. & idem tenet in c. nulli. eod. Pro quo vide Bellamer. in c. Abbatibus. 12. q. 2. col. 2. versi. prima quastio. & eundem in rubr. de reb. eccle. alien. & c. nulli. eo. in 10. q. & eo. titul. in c. dudum. lib. 6. in 3. q. 3. not.*

§ Et ista authoritas Episcopi, vel Archiepiscopi, vel alterius habet interuenire tempore contractus: quia si non interuenit tempore contractus in alienatione rei Ecclesiæ, † alienatio non tenet, 5
& est ipso iure nulla, etiam si sit vtilis Ecclesiæ: tenet *Bal. in l. fi. §. necessitate. 7. colum. C. de bo. qua lib. & Arch. 18. q. 2. c. nullam per Docto. post gl. in d. c. dudum. de reb. eccles. non alien. in 6. Lauren. de Fa. in rub. eo. titul. lib. 6. & 29 q. & in 5. q.* Et plenius per *Anto. de But. in c. cum nos. de his, qua fiu. à Pralat. Sed Paulus de Castr. post gloss. in l. cum ij. § si prator. ff. de transactio. & in l. j. §. j. ff. de offi. eius, cui manda. est iurisdict.* dicit; valere alienationem † factam de rebus ecclesiæ etiam si- 2
ne solemnitatibus iuris, si facta sit melior conditio ecclesiæ; secus autem dicitur in re minoris; per *gloss. in l. si fundus. ff. de reb. eo.* in tantùm quod confirmatio Episcopi sequens confirmat contractum initum sine sua authoritate, si vtilis est Ecclesiæ, vt tenet Bal. *in l. quacunque col. j. C. de bon. qua lib. & idẽ Baldus in Authen. res, qua. C. commu. de leg. in fi.* dicit valere alienationem, si conditio ecclesiæ sit facta melior, per not. *in c. vt super. de reb. eccl. alien. Sed de hoc vide, qua adduco supra in quast. de consensu, vbi aliqua sunt: nimirum in q. 34. num. 4. cum cateris seqq.*

§ Quod autem authoritas, quæ requiritur, debeat adhiberi in ipso actu, dicit Bal. *in l. si vxori col. j. C. de cond. inser. & in rubr. C. de instit. & per Bal. & in l. si decretum. C. de seru. reip. manu. & per eum in marga. ver. differunt. vbi dicit;* quod in principio † a- 7
ctus debet authoritas præstari. Bar. *not. in l. obligari. §. tutor. ff. de autho. & consen. tut. & cur.* vbi subdit, quod parum etiam ante potest præstari, non post, interueniente actu contrario. gl. *in l. ait Prator. §. non solum. ff. de minor. dicit*, quod authoritas debet in continenti, & ex parte antè præstari. & ità consuluit Dyn. per tex. *in l. item. §. si decuriones. ff. quod cuiusq. vni. no. l. obseruare. §. pen. & ibi Doct. de offi. pro con. & leg. Est decis. Capella Tholos. 98.* vbi concludit, quod sufficit authoritas Episcopi ad hoc, vt transactio sit realis, & perpetua, dummodo interueniat in ipso actu alienationis, seu transactionis; secus, si post factum, per Inn. & alios, quos *d. decis. citat vbi gl. dicit:* quod sufficit, quod authori- 8
tas Episcopi, quando requirit, vel alterius, idest, consensus authorizabilis interueniat in ipso actu, secundum quod verbum sonat, vel modicum antè, vel immediatè post; per loca, quæ adducit. Angel. tamen. *in l. si quis mihi. §. iussum. ff. de acquir. hared. dicit:* quod stante statuto, quod authoritas requiratur certo actu, potest in ipso actu interponi, vel incontinenti post &c. vt per Bertachin. *in tracta. de Episcop. 4. par. quast. 34. num. 104. & quast. 35. nu. 106. cum seq. Et vide Bal. in d. l. quacunque. C. de bon. qua lib. versi. sed quaritur.* vbi ita inquit; Nunquid consensus Episcopi accedens post factum confirmat contractum, in quo requiritur authoritas Episcopi? Dicit Innoc. quod sicut forma, quæ debet esse coniuncta cum actu, aliàs non informat, ità licentia, decretum & authoritas de decreto est magis dubium; tamen *gl. ord. dicit;* quod interponi incontinenti debet, & ex parte antè; ita dicit *gl. ff. de mino. l. ait. Prator. §. non solùm. in gl. sed cur secus.* nam, vt ibi dicit, istud † decretum est quædam permissio, 9
seu habilitatio ad actũ, & semper debet præcedere: quia est quædam potestatis ligatæ relaxatio, sine qua inferior nihil potest.† tu dic, inquit, quod 10
quædam

quædam ſunt cauſæ fiendi,ſicut efficiens,&finalis;
quædam ſunt cauſæ eſſendi , ſicut materialis. &
formalis; quædam ſunt cauſæ affirmandi, & ap-
probandi, ſicut quando contractus de voluntate
partium approbatur. Et confirmatur ità in pro-
11 poſito, † quod ſi decretum accipitur pro cauſa fi-
endi,debet præcedere,& pro cauſa eſſendi debet
ineſſe. Si autem pro cauſa confirmandi , poteſt
ſequi,& puto,inquit. in hoc attendi vtilitatem ec-
cleſiæ,vt *l.cum ij ff de tranſactio.§.eam.* Si vtile eſt
12 confirmari,valet confirmatio,& † præſumitur v-
tilis , ex quo Prætor decreuit eſſe vtile, vt ibi per
Bal. Sed quatenus ipſe Bertachi. dicit,ſi contra-
ctus alienationis ſit vtilis eccleſiæ , poſſit confir-
mari per authoritatem Epiſcopi expoſt ſuperue-
nientem,& ſic quod contractus poteſt claudicare:
vide , quæ ſcripſimus ſuprà de mente moderno-
rum in quæſtione de conſenſu, *q.35.incip.ſed licet.*
vbi diximus, ſecundum illos,quod contractus ta-
lis hodiè non poteſt claudicare , per tex. *in extra
uaganti Ambitioſæ. de reb. eccl. non alien. extrauag.*
8 *commun.* vbi extrauagantem intelligunt,quod ho-
diè non poteſt fieri alienatio inconſulto Roma-
no Pontifice. Vide tamen,quæ dixi in d. quæſt.36.
incip.ſenſus dictę extrauagantis.circa intellectum
ad illum tex.quia id non videtur dicere ille text.
ſed benè dicit,quod alienanti Romano Pontifice
inconſulto , vel contra formam d. conſtitutionis,
ſit interdictus Eccleſiæ ingreſſus,cum alijs pœnis.
Et ex forma dictæ extrauagantis conſtitutionis
poteſt fieri infeudatio rerum Eccleſiæ,& emphy-
teuſis in caſibus à iure permiſſis , & de rebus , ac
bonis ab antiquo concedi ſolitis cum euidenti ec-
cleſiarum vtilitate,ac de fructibus,& bonis , quæ
ſeruando non poſſunt ſeruari. Item vſque ad tri-
ennium omnis res eccleſiæ conceditur , vt ibi in
principio. Vnde cum iſte ſit tenor,& ſenſus , non
video , quomodo id dicere ex illo textu poſſint.
quia in ſumma hoc benè dicit,quod alienatio de-
bet fieri cum forma iſtius conſtitutionis, ſed ſi nõ
fiat cum forma , non valet, niſi ſit facta Romano
Pontifice conſulto. Vnde de intellectu, quem dãt
præallegati moderni ad dictam extrauagantem,
vt etiam non valeat , nec ratificari poſſit contra-
ctus eccleſiæ vtilis,ego valde dubito. quia ſi bene
inſpiciamus conſtitutionem,tota eſt facta ad ob-
uiandum fraudibus,præiudicijs,& damnis eccle-
ſiæ,& ne eccleſia in aliquo damnum patiatur; nõ
autem eſt facta ad prohibendum vtilitates, & cõ-
moda prouenientia eccleſiæ. Vnde non debet in-
terpretari id in damnum eccleſiæ, quod eſt factũ
in eius fauorem , nec in ſui odium retorqueri,
quod fuit ad illius commodum ſancitum. Nam ſi
eccleſia non poſſet acceptare , & confirmare con-
tractum ſibi vtilem , & emolumentoſum , eſſet
præcluſa via acquiſitionis, & vtilitatis eccleſiæ,&
13 ſic eccleſia eſſet damnificata: † quia damnum pati
dicitur etiam is,cui aufertur commodum ſibi pro
ueniens,*l.2.§.meritò. vbi Bar. ff. ne quid in loc. pub.*
quod eſſet contra iura omnia tam ciuilia, quam
Pontificia , quæ omnia tendunt ad fauendum,&
ampliandum bona eccleſiæ. & propterea ſuper
hoc ego puto eſſe cogitandum benè : quia multa
ſunt in contrarium. quod contractus in fauorem
Eccleſiæ non poſſit claudicare. vt *ſuprà etiam dixi.*
Pro quâ materiâ aliqua ego deduxi *in quæſt. 20. de
cauſa vtilitatis & in q.51.de caſibus,in quibus ſit alie-
na.rer.eccle.ſine ſolemni,c.7.quia ſecundum Corſet. in
ſingulari incip. pupillus. ſi finis* † legum , & canonum 14
factorum in rebus eccleſiæ ſuit euitare damnum,
& procurare vtilitatem eccleſiæ,obtento fine, &
effectu,actus habet valere,licèt in actu etiam non
interuenerit ſolemnitas;quæ regulariter require-
batur. Et ſufficit,quod ſolemnitas poſteà † inter- 15
uenerit,*c.ſi qua de rebus.12.q.2.& d.c cum nos.de his,
quæ ſiu à Præl.* quia iura nõ volunt,niſi effectum ad
finem,*l j.§.inde ff.de no.ope.nunc. per Petrum Rebuff.
in compend.alie.rerum.eccleſ.verſ nonus caſus.* Et di-
ſpoſitio † ſtatuti,vel legis prohibens aliquid fieri, 16
niſi cum ſolemnitate, ſemper habere intelligitur
illam limitationem,niſi contractus ſit vtilis. Quia
dicit Barba.in *conſ.60.* quod ſi ſtatuto cauetur , vt
in contractu minoris habeat interuenire conſen-
ſus Mondualdi,ſi ille contractus † eſt vtilis mino- 17
ri,valebit contractus , etiam non interueniente
ſolemnitate requiſita à ſtatuto: talis enim diſpo-
ſitio ſtatutaria ſemper recipit illam limitationẽ,
niſi ille contractus eſſet vtilis minori,vel pupillo.
Facit,quo habetur per Angel. *in ſuo conſ. vlt.* vbi
ſtatuto cauebatur,quod minor non poſſet ſe ob-
ligare , niſi cum certa ſolemnitate:contraxit mi-
nor ſine ea ſolemnitate , ſi contractus fuit vtilis
minori,concludit,quod nihilominus valuit con-
tractus ſine tali ſolemnitate celebratus. *vbi etiam
tenet Barb. ſecundum Baldum*, quod ad hoc , vt
ſolemnitas requiſita in alienatione rei eccleſiæ in-
teruenire habeat, vel in ipſo actu,vel poſt, atten-
ditur,& attendi debeat vtilitas: quia ſi vtilitas ec-
cleſiæ adſit,† poſſet etiam poſt interuenire. Et di- 18
cit *Bal. eleganter in d.l.quacunque.C.de bon. quæ libe.*
† quod prohibita alienatione, nunquam intelli- 19
gitur prohibita illa, quæ fit in fauorem illorum,
quorum cauſa,vel fauore fit prohibitio;& aliàs, vt
dico latè *in d.quæſt.51.eo.cap 7.* Et in propoſito vi-
demus quotidiè, quod contractus facti de, & ſu-
per alienationibus Eccleſiaſticis etiam per multa
tempora per Prælatos in qualibet mundi parte,
confirmantur per Papam quotidiè cum ſolitis
clauſulis. Si in euidentem.

SVMMARIVM.

1 *Papa eſt pater patrum,& concurrit cum omni Præ-
lato in poteſtate,& in iuriſdictione.*
2 *Papa quando alienationi ſuam interponit authori-
tatem,non requiritur conſenſus inferioris.*
3 *Papa ſolet committere alicui exiſtenti in partibus,
vt videat,an expediat illam rem alienari.*
4 *Commiſſarius ſi licentiam dat,valet alienatio, etiã
ſi non appareat de capta informatione.*
5 *Diſcuſſio , quæ mandatur commiſſario, habetur loco
tractatus.*
6 *Reſcriptum Principis id operatur,quod decretum in-
ferioris ſolemniter emanatum.*
7 *Superioris verbum habens non indiget verbo inferi-
oris.*

QVAM

QVAM TVTA RES SIT, IN ALIEnationibus rerum Ecclesiæ Papæ, vel Commissarij ipsius authoritatem habere.

QVAESTIO. XLIII.

EGO autem dico, quod erit magis tutum, & securum semper habere licentiam, & authoritatem à Sede Apostolicâ, & à Papa, qui in Ecclesiasticis rebus habet supremam potestatẽ, & authoritatem: quique est successor Petri, Vicarius Christi, cum omnimoda potestate, & qui locum Dei tenet in terris, *c. j. vt ecclesi. benefi. sine dimi. confer.* Qui potest omnia feuda Ecclesiarum infeudare, & cum alijs Prælatis concurrit. Dicit enim
1 Ioan. Mon. quod † Papa Pater Patrum cum omni Prælato in potestate, & in iurisdictione concurrit, vt ipse notat in *c. si eo tempore. de electio. in 6. refert*
2 *Bald. in j. de his, qui feud. dar. poss. in princip.* † Quia quando Papa alienationi suam interponit authoritatem, non requiritur consensus Prælati inferioris, nec capituli; per *gloss. & Doct. in c. potuit. ext. loca. ità consuluit Dec. consil. 142. incip & pro tenui.*
3 † Solet tamen Papa committere alicui existenti in partibus, vt videat, an expediat illam rem alienari, & ad relationem illius authoritatem interponere; aliàs etiam alienatio ex authoritate Papæ irritaretur: quia iure non facta: ità notatur *in c. non liceat Papa. 12. q. 2. refert Fely. in c. ad audientiam. de præscriptio. per Aegid. q. 12. & Pet. Rebuff. in compend. alien. rer. eccle. vers. 3. requiritur. idem habetur per Abb. in cons. 41. par. j. vbi concludit*, quod per commissionem Bonifacij Papæ factam Commissario, Veronensi nempe Episcopo, vt se informaret de contentis in supplicatione, & si ea reperierit ve-
4 ra, daret Prælato licentiam vendendi; † si postea licentia dicti Commissarij sequatur, etiam si non appareat de capta informatione, nec de tractatu, & c. valebit contractus: quia discussio, quæ manda-
5 tur † commissario, habetur loco tractatus, & omnis solemnitas, secundum eum, videtur remissa per commissionem, & indulgentiam Papæ, & satis est seruare verba rescripti. Vnde purè sine alia solemnitate, & authoritate potest iuridicè Prælatus, vel Rector habitâ licentiâ commissarij alienare. Sequitur Capic. *in decis. Neap. decis. 16. 3. col. num 4. dicit Io. Bertachin. in tractat. de Episc. 4. par. q. 34. quod Bar. in Authen. hoc ius. C. de sacrosan. eccle. dicit*, in alienatione rerum Ecclesiæ requiri authoritatem superioris, hoc est eius, qui in dictâ Ecclesiâ ordinat Rectorem. Sed hoc, inquit Bertachin. est verum, nisi authoritas Papæ accedat; quia tunc valet alienatio, etiam si Episcopus non authoretur: secundum Bal. *in l. illud. Cod. quan. decre. opus non est*,
6 vbi dicit, quod illud operatur rescriptum † Principis, quod operatur decretum inferioris solẽniter emanatum: & quotidiè, inquit, practicatur in Ecclesijs, & hospitalibus, quæ impetrant à Papa alienationes quarundam rerum; quia, vt summat text. alio modo Bald. habens verbum superioris non indiget verbo inferioris.

(***)

SVMMARIVM.

1 *Accipiens rem Ecclesiæ à Papa tutus est, quoad Ecclesiam militantem.*
2 *Papam nemo redarguere potest, nec de ipsius facto iudicare.*
3 *Alienatio facta authoritate Papæ dicitur facta legitimè.*
4 *Papa ex certa scientia potest quamlibet concessionẽ de rebus Ecclesiæ facere.*
5 *Papa vendendo rem Ecclesiæ dicitur rem suam alienare, non alienam.*
6 *Prælatus nullus de mundo potest aliquid facere sine authoritate saltem tacita Papæ.*
7 *Papa sine consensu Cardinalium ciuitates Ecclesiæ in feudum dare non potest, sed castra sic.*
8 *Papa solus potest laico iurisdictionem temporalem, & alia iura pertinentia ad Romanam Ecclesiam concedere.*
9 *Papa de potestate absoluta omnia potest.*
10 *Alienans rem Ecclesiæ malè, siue clericus, siue laicus sit, peccat mortaliter.*
11 *Papa ratione peccati ligatur constitutione prohibitiua alienationis rerum Ecclesiæ.*
12 *Papa licèt maior sit omnibus, ratione tamen peccati efficitur inferior, & subditus.*
13 *Superior ratione culpæ efficitur inferior.*
14 *Inferior superiorem ligare non potest.*
15 *Papa absque causa rem Ecclesiæ alienando peccare dicitur.*
16 *Cui plus committitur, ab eo plus exigitur.*
17 *Papa licèt dominus sit omnium Ecclesiarum, non tamen dicitur dominus rerum particularium Ecclesiarum.*
18 *Papa ex causa non solùm alienat bona immediatè subiecta Ecclesiæ Romanæ, sed etiam res particularium Ecclesiarum.*
19 *Papæ verbis circa causam non statur, etiamsi non adsit aliqua suspicio contra eum; vide tamen, quid dicatur num. 20.*
21 *Papa cum asserit aliquid factum ex certa scientia, standum est eius assertioni.*
22 *Papa potest vendere possessiones Ecclesiæ Romanæ necessitate cogente.*
23 *Alienatio facta à Papa contra statum Ecclesiæ Romanæ rescinditur per successorem.*
24 *Consensus Cardinalium, qui sunt capitulum vniuersalis Ecclesiæ requiritur in infeudatione rei valdè pretiosa, vt est magna ciuitas, & num. 32.*
25 *Papa non potest alienare ad malos vsus, sed potest inuenire nouum casum licitæ alienationis.*
26 *Papa non potest condere legem vniuersalem sine Cardinalibus.*
27 *Papa est supra ius positiuum.*
28 *Papa quandiù viuit, dominus est rerum Ecclesiæ, & potest adæquare quadrata rotundis.*
29 *Papæ alienatio præsumitur ex rationabili causa facta.*
30 *Alienatio omnis Papæ indistinctè sustinetur, dummodò non sequatur scandalum.*
31 *Papa res Ecclesiæ alienando dicitur disponere in præiudicium Ecclesiarum potius super vsu, quàm super dominio.*
33 *Papa potest remittere decimas etiam laicis ad tempus.*

34 Pa-

34 *Papa est omnia,& super omnia, & supra ius, & contra ius,& extra ius,& num.35.*
36 *Quando ex facto Papa scandalizatur vniuersalis Ecclesia, non præsumitur in eo causa.*
37 *Papa præsumitur motus iusta causa, licèt de ea non appareat.*
38 *Papa dicitur habere dominium rerum Ecclesiæ, sicut Christus,cuius est Vicarius.*
39 *Papa, quando aufert rem alicui Ecclesiæ, dicitur auferre administrationem potiùs, quàm dominium.*
40 *Papa vtens motu proprio, vel ex certa scientia præsumitur vti absoluta potestate.*
41 *Papa non præsumitur vti plenitudine potestatis.*
42 *Papa potest dare licentiam Monacho testandi de bonis Ecclesiæ acquisitis.*
43 *Quicquid agitur à Papa benè,& sanctè actum cum causa præsumitur.*
44 *Papa actus,& animus non in malam partem,sed in bonam interpretari debet.*

QVANTA SIT AVTHORITAS Summi pontificis in concessione rerum Ecclesiarum.

QVAESTIO. XLIV.

PApa verò potest aliqua bona ecclesiæ alicui liberè donare,per Abb. *in cons.41.incip.videndum est. col. pen. nu.4.ver.præterea præsupposito. par.1.& cum donat, præsumitur ex causa motus, c.cum redemptor.12.q.2.c.à nobis.de decim.& ibi per Hostien. Dicit,& sequitur Capic.in decis.Neapo.16. num. 5.subdens, secundum ibi adducta per eum,*quod præsupposito,quod causa non subesset legitima,tamen satis
1 est tutus † accipiens, quò ad Ecclesiam militantem,cum nemo possit in hoc Papam redarguere,
2 glo.*not.in c.non est.de voto.nec de ipsius † facto iudicare.c nemo.9 q.3 &c. Et dicit Dec. in cons. 142. in prin.*
3 quod alienatio facta † authoritate Papæ dicitur facta legitimè,nec alia solemnitas requiritur,allegat.Abb.*d.cons.41.col.3.l.j.* qui ad hoc allegat text. *in c.ad audientiam.il.2.cum gl. de eccle. ædifi. vel reparan. Archid. 12. q. 2. c. antepen.subdens idem Dec. ibi,* quod licèt concessio, de qua ibi,nec de consuetudine,nec de iure valeret,saltem habet valere,quia confirmatur à Papa,& authoritate summi Pontificis,qui voluit veros valores bonorum haberi pro expressis;quo casu videtur purgatum vitium subreptionis,quod subesse potuit;vt not. Ant. de But. *cons.2 col.fi.incip.visis.Feder. cons. 47. habita. Alex. in l.1. circa fi. C. quand. app. Io. de Anan. cons. 56. his, quæ in facto.facit, quod not.Ang in l. omnes. per illum text. C. de præscrip.30.vel 40.ann & aliàs vt per Dec. d.*
4 *loco. quia † Papa ex certa scientia potest quamlibet concessionem* de rebus ecclesiæ facere, per ea, quæ idẽ *Dec.d.loco latè deducit vers. modo respondeo.Et dicit Bald. in consil. 175. incip. Papa, siue Ecclesia Romana. vers.præterea.*quod D.Papa vendens rem Ecclesiæ
5 non vendit rem † alienam , sed suam:non omnes res ecclesiarum sunt suæ, quò ad plenam,& libe-
6 ram dispositionem , & nullus † Prælatus mundi potest aliquid facere sine authoritate saltem tacita Papæ: quia tanquam Pater Patrum cum omni Prælato in potestate iurisdictionis concurrit, vt ibi per eum.Et Bertach.*in tract.de Episc.4.part. q.36.num.3.vers.incidenter. quærendo.* † an Papa pos- 7
sit sine consensu Cardinalium dare in feudum ciuitates Ecclesiæ;respon. quod non , sed castra sic; secundum quod dicit Bald.*in l.penul. C. de bon.quæ lib.* vbi etiam subdit, posse Papam vendere de rebus Ecclesiæ, non tamen ad impinguandum consanguineos suos. Et adde, quod potest Papa concedere in feudum res cuiuscunque Ecclesiæ,secũdũ Bal.*in c.1. de his,qui feud.dar poss.* Quinetiam potest Papa sine consensu Cardinalium alienare de bonis Ecclesiæ,vt not.*in c.ad audientiam.& ibi Doct. de præscrip.* licèt contrarium notetur *12. q. 2. non liceat Papæ. & ibi plenè per Archid. & per Io. And. in c. super eo. de hære. lib.6.per Bal.in l.cum multa C.de bo. quæ lib.Archi.12.q.2 c. Abbatibus. & c.cum redemptor. & videre est de stilo Ro.* Curiæ; quia in Bulla alienationis semper Cardinales sese subscribunt , vel subscribere solent. Potest etiam solus Papa concedere laico iurisdictionem temporalem , & alia iura pertinentia ad Romanam Ecclesiam , *d. cap. ad audientiam. & ibi Doct. de præscrip.* Dixi tamen Pau. de Cast. *in l.1.ff.de leg.* quod Papa nihil graue facere potest sine Cardinalibus. Sed hodiè prouisum est aliter per constitutiones sacri consistorij. Sequitur. Io. And. *in c. super. de hære.lib.6.* qui dicit,quod non est verum de potestate ordinaria;
† secus verò de potestate absoluta', b quia omnia 8
potest.Et tenet Albe.de Rosa.*in rub ff.de leg.& per* b
Gemin.in d.c.super eo. & per eundem Paulum de Cast. vbi suprà: quæ omnia notanda esse perpetuò dicit idem Bertachinus *vbi suprà.Et per Abb. in c. per venerabilem.num. 20.vers. nota ibi, iudicabunt. qui fil. sint legiti.* vbi dicit,quod Papa ardua non debet explicare sine Cardinalibus , & quod ad id tenetur de iure diuino.Disputat latè And.Barba.*in tracta. de præstan.Card.2.q.* basilica primæ partis,vbi multa adducit , & id tenet. & est illa quæstio facta, vtrum possit introduci consuetudo , quod Papa non explicet ardua sine Cardinalibus. Sequitur Ioan.Mona.*in d.c.super eo.de hære.lib.6.Franc.de Zabar. in rep. cap. perpendimus. de sent.excom.* Sed contrarium tenet Albe. de Rosa. *in rub. Cod.de leg.Io. And. & Gemin.in d.c.super eo.& idem Barbat.sibi contrarius.vbi se retractat in cons. 1.vol.1.* Vnde pro concordia dici potest , quod de potestate ordinaria bene procedunt primo deducta,secundò verò dicta de absoluta,per Martin. Lauden. *de Cardinalibus q.45.qui ità conciliat.* Et quod Papa solus possit alienare,dicit Abb. *in c. ad audientiam. in 1.not.de præscrip. Fely. in repert. in verb. Papa. Vide copiosè in hac materia adducta in vtranque partem per Fely. in rub.de const.vbi concludit* , quod illud, quod Papa non explicat ardua sine Cardinalibus,procedit de honestate.Archid.in *c.non liceat.12.q 2.*dicit quod Papa in casu licito potest bene alienare bona Ecclesiæ , non tamen illa dare consanguineis, vt eos præ alijs diuites faciat,quia est peccatum mortale. quod esse dictum singulare,nec vnquam obliuioni tradendum,inquit Abb.*in c. constitutus. 4. col. num. 16. vers. aut quæritur de alijs rebus. extrà relig. dom.Et dicit Ang.Bero.in c. nulli.de reb. eccle. alien. in prin.*quod hac constitutione prohibitiua alienationis rerum Ecclesiasticarum ratione peccati mortalis,& excommunicationis, quam incurrit malè alie-

15 alienans, comprehenduntur omnes homines † de mundo, siue clerici sint, siue laici; quia alienans rē Ecclesiæ absque causa, si sit clericus, ac etiam cum causa, si sit laicus, peccat mortaliter, *c. Episcopi. vbi idem Bero. de reb. eccle. alien. c. & , si illi. 12. q. 2.* quod ex eo demonstratur; quia alienans rem ecclesiæ indebitè excommunicatur, *c. 2. de reb. eccl. alie. vel*
11 *non cum seq. c. de rebus. 12. q. 2.* † Subdens idem Bero. ibidem, quod hac ratione fortè etiam dici potest, Papam etiam hac prohibitiuā constitutione ligari, *c. non liceat Papa. 12. q. 2.* quoniam ratione peccati, & in concernentibus animam Papa ligatur, & si non à canone, saltem à dictamine rationis canonis. sequitur Aegid. Bellamer. *d. c. non liceat. refert*
12 *Abb. in c. 1. de constit.* Papa enim, † qui est maior omnibus, cui omnes subsunt, & ipse nemini subest, ratione peccati efficitur inferior, & subditus, & ab alio in foro animæ iudicari potest, *gloss. not. in c. nemo. 9. q. 3. gloss in c. de Constantinopolitana. 22. distin.*
13 quod ratione † culpæ, & peccati superior efficitur inferior, & ideo, inquit, inferri potest, quod licèt Papa non ligetur dispositione huius text. quia emanauit à concilio: quod est inferius Papa, *c. nemo.*
14 *c. cuncta per mundum. 9. q. 3. & inferior superiorem † ligare non potest. c. inferior. 21. dist. & c. cum inferior. de maior. & obed.* tamen ligabitur dictamine rationis huius canonis, quæ fundata est super anima, &
15 peccatum respicit: & † Papa absque causa rem Ecclesiæ alienando peccare dicitur, Archid. *in d. c. non liceat. 12. q. 2. & ità debet intelligi ille tex. cum his, quæ gloss. ibi voluit.* Prætereà si clerici, & laici alienando peccant, *vt in c. si quis presbyterorum. de reb. eccle. alien.* ergò & Papa; & ideò in alio sæculo, & grauius erit puniendus, vt per *gloss in c. aliorum. 9.*
16 *q. 3.* cui † enim plus committitur, ab eo plus exigitur, not. *in l. si clericus. C. de Episcop. audien. vt per Bero.*
17 *in dicto loco.* Facit, quia licèt † Papa sit Dominus omnium Ecclesiarum, & beneficiorum, quia Romana Ecclesia est domina omnium Ecclesiarum, & caput, *cap. in primis. 12. q. j. c. si Papa. de priuileg. in 6.* non tamen dicitur Dominus rerum particularium Ecclesiarum, & beneficiorum, *c. non liceat. 12 q. 2.* & ideò absque causa de potestate ordinaria non potest ius alicuius Ecclesiæ detrahere, & alteri concedere, *text. & gloss. in c. j. 21. dist. Bero. in c. j. de*
18 *reb. eccle. alien.* ex causa tamen potest: quia † Papa ob necessitates, aut vtilitates Sedis Apostolicæ non solum potest alienare bona immediatè subiecta Ecclesiæ Romanæ, sed etiam res particularium Ecclesiarum. declarat Pau. de Cast. *in consi. 414. lib. j. Bal. in c. j. in princip numer. 5. qui feud. dar. poss. quem sequitur Prob. in add. ad Io. Mona. c. si eo tempore. de electio. in 6. Paris. cons. 103 lib. 4. Bellamer. in cap. non liceat. colum. j. numer. 38. & numer. 39. 12. q. 2. Barb. cons. 63. numer. 17. li. 1. cum adductis per Rip. de ll. & consuet. 14. resp. numer. 38.* Nec de
19 causa † statur verbis Papæ, etiam si non adsit aliqua suspicio contra ipsam, vt per Præposit. *d c. non liceat. & Bellamer. ibidem numer. 46. & in d. c per venerabilem. numer. 58 q 3. qui fil. sint legi.* vbi etiam dicit de Papa exprimente causam in alienatione bonorum ecclesiæ, quod requiritur partis citatio, *numer. 108.* aliàs de facili fieret fraus legi, per Aymon. Crauet. *de antiquit. temp. par. j. numer. 38. & consil 175. numer. 2. Paris. cons. 72. numer 67. li. j.* † *Sed Abb.* 20
in c. cum venissent. de iudi. Alex. consil j. lib. 2. & Aegid. in d. c. non liceat. tenent, quod Papæ asserenti causam creditur, & narratiuæ causæ Papæ plena fides est adhibenda, maxime quando super ea est fundata dispositio, per ea, quæ tradunt Doct. *in Clem. litteris. de probat. per Aymo. j. par. de antiquit. temp. c. j. 2. & 3.* Et multò magis, quando Papa decernit, quod eius narratiuæ stari debeat, vt aliquando solet, vt ego vidi motum proprium Clem. VII. in vna Romana causa pro Capitulo S. Petri, per doctrinam Paul. de Castr. *cons. 114. colum. j. versi. item posito lib. j.* Et cū Papa asserit aliquod factū ex certa scientia, † stādū est eius assertioni tāq̄ assertioni factæ de facto proprio, Curt *sen. cons. 65. Paris. consil. 3. lib. 4. Et dicit Bal. in l. penul. C. de bonis, quæ lib.* 21
quod Papa potest vendere † possessiones Ecclesiæ Romanæ necessitate cogente, non autem causa ditandi consanguineos: subdens, Dic, quod posse etiam dicitur, cum iniustè facit, & tunc potest, nisi esset contra statutum † Ecclesiæ Romanæ: 23 22
quia tunc successor rescindit, de hoc per Arch. *12. q. 2. c. non liceat Papa.* Castra etiam Ecclesiæ non est dubium, quod potest infeudare benemeritis, cum etiam possit Imperator, vt *c. j. de natu. feud. per Io. And in c. cum venissent. de iud.* sed ea cum sunt valdè pretiosa, vt magna † ciuitas, debet interuenire 24
consensus Cardinalium, qui sunt capitulum vniuersalis Ecclesiæ, vt not Archid. *12. q. 2. c. cum redemptor. & c. Abbatibus. vt per Bald. d. loco.* Quia dicit Barbat. ad Bad. *ibidem.* quod in arduis Papa debet habere consilium Cardinalium, per Io. Mon. *in cap. super eo. de hære. li. 6. text. in c. venerabilem. §. rationib. quæ filij sint legitim. & de istis arduis Barbat. ibi discurrit ad longum. Pro qua materia vide Fely. in c. ad audientiā. ext. de præscript,* vbi dicit ad illud de Papā alienante in laicū bona Romanæ ecclesiæ. dicit Archid. *in c. non liceat. 12. q. 2.* † quod non potest 25
alienare ad malos vsus, sed potest inuenire nouum casum licitæ alienationis, & non potest alienare causa locupletandi consanguineos, vt erigant palatia, secundum eum: quem commendat Bald. *in l. cum multa. ad fin. C. de bon. quæ lib. addens*, quod benemeritis erga Sedem Apostolicam potest dare castra in feudum. sed loca prætiosa, vt sunt magnę ciuitates, non potest dare in feudum sine consensu Cardinalium; qui sunt capitulum vniuersalis Ecclesiæ. Quia dicit Abb. *in c. quæsiuit. num. 3. ad fi. de his, quæ fi. à maio. par. cap* quod Cardinales dicuntur assistere Papæ, & coadiutores in officio, nec ardua explicat Papa sine Cardinalibus: vbi allegat Archid. *post Laur. 15. q. 1. sunt quidam.* dicentem mirabile dictum, quod Papa non potest † concedere legem vniuersalem sine Cardinalibus super statu orbis. Immò dicit Pet. de Anchar. *cons. 305. incip. tres domini. colum. pen.* quod oportet, vt in alienatione sit clausula derogans dicto Canoni: *non liceat, allegat l. quoties. & l. rescripta. C. de praci. Imper. off. Sed in hoc tenuit contrarium Pau. de Cast. cons. 280. incip. in facto præsenti. 3. colu.* intelligens dictum Canonem de honestate, quia par in parem, &c. *c. innotuit. de elec.* vel loquitur, quando non subest causa rationabilis, & manifeste dilapidat; quia tunc, inquit, potest ei in faciem resisti, sicut Paulus Pe- 26

tro resistit, in faciem, *c. Paulus. 2. q. 7 idem ferè dicit Laur. de Rodul. in sua repet c. sine exceptione. 12. q. 2. quæ. 31. vbi quærit*, nunquid Papa possit alienare, & nunquid possit dare pecunias nepotibus, vt emant castra; respon. quod text. *in c non liceat Papa. 12. q. 2. dicit, & disponit*, quod non. & idem ibi firmat Archid. post Hugon. Fatetur tamen, quod nouam causam, seu nouum casum, vel modum alienandi posset Papa statuere, siue adinuenire, sed illo non dato, vel statuto, tenetur vt alij. immò multò fortius non alienat non subsistente, necessitate, siue vtilitate, & causa rationabili, & aliter faciendo, & in turpes vsus consumendo, peccat mortaliter. Idem notat Io. de Ligna. *in c. si quis presbyterorum. extrà de reb. Ecclesiæ alien.* subdens idem Lauren. si tamen Papa aliter faciat, quamuis puniatur à Deo, & peccet, non tamen subijcitur in
27 pœnis aliquibus legis positiuæ; quia † Papa est supra ius positiuum. *c. proposuit. de concessio. praben. sed Abbas in c. cum venissent. de iudic. 4. col num. 8* dicit,
28 quod Papa quandiù viuit, † dominus est rerum Ecclesiæ, secundum Hostien. *ibidem*, & potest adæquare quadrata rotundis, & omnia disponere tanquam dominus, salua violentia fidei. † Subdens,
29 quod licèt Papa alienans bona Ecclesiæ sine causa rationabili, & honesta, vt quia consumat in turpes vsus, vel dat consanguineis vt eos præ alijs diuites faciat, vel vt construant palatia peccet, mortaliter, in dubio tamen est præsumendum, quod Papa ex causa rationabili faciat, ad hoc, quod not. *glo. in c. non est. de voto. & per Legistas in l. fi. C. si contra ius. vel vtili. pub. & l præscriptione. eo. tit. Et hoc casu*, inquit *Abb. saluo dictum Hostien.* Ex quo singulariter, inquit Abb. nota, quod valet alienatio, quam Papa facit, qualitercunque facit. Et omnis Papæ alienatio de
30 rebus Ecclesiæ † indistinctè sustinetur, dummodò non sequatur scandalum, per Aegid. *consi. 12. tradit post alios, quos allegat. Fely. in d. c. ad audientiam. de præscrip col. 1. & 2.* Facit, quia Princeps sæcularis ex causa potest rem priuati auferre, & alienare, *l. Lucius. ff. de euictio.* quod multò magis est admittendum in Papa, qui est dominus omnium rerum ecclesiarum, adeò quod eas alienando potius dici-
31 tur † disponere in præiudicium Ecclesiarum super vsu, quam super dominio, Pau. de Cast. *d. cons. 114. colum. 2. lib. j.* Et quod sit præsumendum Papam alienare ex aliqua iusta, & rationabili causa, dicit Ant. de Butr. *vbi Abb. nu. 15. in d. cap. constitutus. de relig. domi. per eundem Abb. in d cons 42. nu. 4. lib. 1. Alex. in cons. 81. nu. 8. lib. 4. Corn. cons. 348 nu. 18. li j. cons. 90. num 6. cons. 186. nu. 2. lib 4. Soc. cons 13. nu 36. li. 1. Fel. in c. quæ in Ecclesiarum. num. 44. vers. an autem. de consti. Hieronymus Gigas in tract. de pensio. q. 10. num. 3. in fi.* Et id procedit præsertim, quando sumus in casu, in quo est verisimile, quod aliqua iusta causa potuerit interuenire, per Cy. *in l. fi. C. si contra ius, vel vtilita. Abb in c. quanto. sub nu 8. de iure iur Bellamer. in d. c non liceat. col. 11 num. 15. vers. quid dicendum. 12. q. 2. Soc. cons. 13. nu. 35. allegato. & cons. 164. nu. 9. lib. 2. per Prepos. in c. lege. di. 10.* quod in Papa in dubio præsumitur iusta causa, quò ad forum iudiciale. Et habetur per Fabian. de Mõte *in tract. de emptio & venditi. 4. q. princip. q. 11. nu. 28. vers. potest* tamẽ, quod Papa potest alienare res, & bona Ecclesiæ, *vt l benè à Zenone. & in l. omnis. C. de quadrien præscrip. & in l. Valerius. ff. de iure fisci. per Ioan. And. in nouella. in c. cũ venissent. de iudic.* Papa autem necessitate cogente potest alienare possessiones ecclesiæ, & infeudare benemeritis, cum Imperator idem possit, *vt c. 1. de nat. feud. per Io. And. in d. c. cum venissent.* tamẽ in magnis, & valde pretiosis, vt in magnâ ciuitate, † de- 32
bet id facere in consensu Cardinalium, qui sunt capita totius vniuersalis Ecclesiæ, per Archid. *fuit locus ab eo. Fab. vbi supra alleg. facit l. humanum. & quod ibi not. C. de leg.* nisi esset statui Ecclesiæ Romanæ contrarium, quia tunc successor rescindere posset, *12. q. 2. non liceat. ita Bal. in l. cum multa. C. de bonis, quæ lib. vt per Fabianum dicto loco. Addi potest, quod habetur in c. à nobis. de decim. & quod ibi not. per Doct.* quod † Papa potest remittere decimas etiam 33
laicis ad tempus de quo dic, vt ibi. Quinetiam Papa licitè alienat loca, de quibus nihil percipit, per Bald. *in l. id quod apud hostes ff. de leg. j. & l. liber homo, l. j ff de verb. obl.* loquens de Regno Hierusalem concesso Regi Carolo, quia dicit Bald. *in c. j. quali. domi propri. priue.* quod Papa † est omnia, & 34
sũ p omnia, *& in c. cũ super. de causa poss. & prop.* quod
Papa est supra ius, † & contra ius, & extra ius. Se- 35
bast. Sap. in apost. ad Abb. *in c. cũ venissent. col. 5. super verb. rotundis. de iudic. tamen refert Fely. in d. c. ad audientiam. de præscrip.* quod Abb. animosè dicit *in d. c. cum venissent 4. col. sub nu. 8. ver. ex hoc infero.* quod si Papa in dando terras Ecclesiæ suis attinentibus esset incorrigibilis, quòd posset deponi, quia non posset esse, quin scandalizaret ecclesiam; ideò de hoc, inquit posset accusari in concilio, iuxtà glo. *in c. si Papa. 40. dist. de qua, inquit Fely.* memini in tabula mea super titulo de constitutionibus, in verbo concilium, & in verbo Papa. Subdit tamen Abb. ibi, quod in Papa in dubio præsumitur causa, per not. *in c. quæ in Ecclesiarum. de constit.* ideò valet alienatio, quam Papa qualitercunque facit. Ipse alibi vult, quod vbi ex facto Papæ † scandali- 36
zatur ecclesia vniuersalis, non præsumitur in eo causa, vt posui, inquit Fely. *post ipsum in d. c. quæ in Ecclesiarum. 4 col. vers. limita. quartò. & de verbis Arch. in d. c. non liceat Papa meminit idem Abb. in c. constitutus. 4. col. de relig. dom. & in c dudum. 2. 12 & pen. col. de electio. & cons. 41. incip. videdum est in effectu. 3. col. 1. vol.*

¶ Tamen quicquid hoc sit, † Papa semper præ- 37
sumitur iusta causa, & rationabili, cum quid facit, esse motus, esto, quod de ea non appareat; per ea, quæ dicit Cyn. *in l. fi. C. si contra ius, vel vtil publi. & in l. rescripta. C. de precibus. Imper. offer. per Ab. in d. c. quãto col 3. sub nu. 8. vers. si autem Papa. de iureiu. & in c. in causis. 2. not. de re. iud. & per eundem in d. c. constitutus. nu. 15. de relig. dom. idem Abb. in d. c. cum venissent. sub d. num. 8. per Fely. in d. c quæ in Ecclesiarum. colum. 2. vers. quinta conclusio.* Item ex quo Papa dicitur
† habere dominium rerum Ecclesiæ sicut Chri- 38
stus, cuius est Vicarius in terris, cum omnimoda potestate, per ea, quæ dicit Felyn. *in d. c. quæ in Ecclesiarum. de constitu. & Paul. de Castr. in cons. 281.* vnde † cum aufert rem alicui particulari Ec- 39
clesiæ, potius auferre dicitur administrationem, quam dominium; quia dominium est potius apud ipsum Papam, cum sit apud ipsum Christum, cuius

ius ipse est Vicarius, vel apud ipsam Ecclesiam
Catholicam, quæ est vnica, cuius ipse est Princeps,
Fely. *in d. c. quæ in Ecclesiarum. versi. quintò limita. & Pau. de Cast. cons. 414. j. vol.* Quod procedit maximè
quando Papa facit informatus motu proprio, &
40 certâ scientiâ. quia tunc præsumitur vti † absolu-
tâ potestate, *per gl. in c. ad hoc. in verb. elegerint. insi. de rescrip. quia dicit Pet. de Anc. in cons. 305. præallegato, incip. Tres Domini.* quod licèt Papa super rebus Ec-
clesiasticis habeat omnimodam potestatem, & ple-
41 nissimam; tamen hoc non est † verum, nisi vbi, &
quando apparet, quod vult ea vti. Et dicit D. An-
to. *in d. c. constitutus, de religi. domi.* quòd de rebus
Ecclesiasticis & beneficialibus Papa potest dispo-
nere, prout vult, etiam sine causa, remouendo vnũ
à beneficio suo; per *tex. in c. 2. de præben.* Et hinc est,
quod in talibus multò magis potest authoritas
Papæ, quam in alijs, vt per Abbat. *c. cùm à nobis. 2. col. sub num. 2. vers. ego credo de testib. Et dicit Socin. in cons. 13. 1. vo.* quod Papa in beneficijs, & bonis eo-
rum habet omnimodam potestatem, & absolutã,
c. 2 in princi. de conces. præben. li. 6 per quæ concludit ibi
42 *Soci.* quod † Papa potest dare licentiam Monacho
testandi, & disponendi de bonis Ecclesiæ, & de
bonis monasterio acquisitis. Et Abb. *d. c. cùm venissent. d. nu. 8. de iudic.* quod Papa quandiù viuit,
dominus est rerum Ecclesiæ, & potest omnia di-
sponere. Et per Præposi. *in c. lege. 10. dis. vers. 2. gloss.*
quod Papa liberius potest in rebus Ecclesiarum,
quam Princeps in bonis subditorum. Facit, quia
43 quicquid † agitur à Papa, benè & sanctè actum, &
actum cum causa præsumi debet: quia non est lici-
tum de Sedis Apostolicæ iudicio in terris iudica-
re, *c. nemini. 17. q. 4.* vel illius sententiam retractare,
propter Romanæ ecclesiæ primatum Christi mu-
nere in beato Petro diuinitus collatum. quia Pa-
pa non habet in terris, qui de factis suis habeat il-
lum iudicare, cap. cuncta per mundum. *c. per principalem. 9. q. 3. & d. c. si Papa. 40. dist.* eò maximè, quia
in eo causa semper præsumitur, iuxta not. per In-
nocen. & Doct. *in allegato c. quæ in Ecclesiarum de cõsti. Fely in c. si de simo.* Et actus, & animus Papæ non
44 † in malam partem, sed in bonam semper, & meli-
orem interpretari, & accipi debet, per Fely. *in c. ex parte. il. j de offi. & pot. iud. deleg* Facit, quia Papa di-
citur Dominus rerum temporalium, per illud
Petri, Dabo tibi omnia regna mundi, per Arch.
quem refert Fely. in d. c. si. Dixi aliquid in tract. meo. de simo. j. par. c. 21.

ADDITIO.

VIDE suprà *q. 20. c. j. nu. 164.* & de concessione facta per Papam etiam sine causa, quòd valeat, Abb. *cons. 41. col. pen. insi. in j. par.*

Si autem quæratur de alienatione facta per Papam, tùnc inspecta potestate absoluta, non est dubium quod valent alienationes bonorum Ecclesiasticorum, & Sanctæ Apostolicæ etiam sine causa; sed si de potestate ordinaria agatur, vtique sine iusta causa non valebit alienatio; quoniam creditur eum voluisse vti iure communi, *l. digna vox. C. de legib. c. non debet. de sponf. & matri.* & sic vbi res alienata tenderet in magnam diminutionem iurisdictionem Sedis Apostolicæ, difficile posset sustineri alienatio, Bar. in *l. prohibere. §. planè. num. 5. ff. quod vi, aut clam.* & tanto magis, si non interuenerit consensus, & subscriptio Cardinalium, Castren. *cons. 414. in facto præsenti nu. 6. in j. part.* & de tali subscriptione vide plenissimum *cons. Soc. cons. 15. per tot. vol j.*

SVMMARIVM.

1 Papa de plenitudine potestatis potest alienare quamcunque rem Ecclesiæ.
2 Alienatio Papæ non requirit solemnitates, quæ requiruntur regulariter in alienationibus inferiorum.
3 Papa non ligatur constitutionibus iuris positiui.
4 Antecessor successorem non ligat.
5 Papa potest alienare sine dubio, sed videndum est, an velit.
6 Clausula Ex certa scientia facit præsumi Principem velle, vti plenitudine potestatis, & alia operatur, vt ibi.
7 Contra clausulam Ex certa scientia non potest dici de defectu intentionis nec tale factum in dubium reuocari.
8 Clausula Motu proprio quid operetur.
9 Contra assertionem factam Motu proprio non debet admitti probatio in contrarium.
10 Clausula De plenitudine potestatis quid operetur.
11 Clausula quorum tenores, &c. quid importet.
12 Princeps non præsumitur velle præiudicare, quando sumus in dubijs, secus, quando sumus in claris.
13 Papa in rebus Ecclesiæ potest disponere pro libito, & arbitrio suo.
14 Clausula Decernentes irritum, & inane quicquid &c. quid operetur.
15 Clausula Sublata cuilibet aliter iudicandi, &c. quid importet, & num. 17.
16 Clausula, Per quam mandat Papa contractum perpetuis temporibus obseruari, quid valeat.
18 Contractus, qui regulariter post factum validari non potest, confirmatur, si sit per Papam ratificatus.
19 Papa, si in alienationibus erga proprios consanguineos esset incorrigibilis, & ob hoc scandalum inferret vniuersali Ecclesiæ posset deponi.
20 Causa quando præsumatur in Papa.
21 Cardinalium præsentia in arduis est adhibenda de honestate.
22 Factum cum consilio sapientum præsumitur sine fraude actum.
23 Causa naturalis est potior accidentali.
24 Præsumptio, quæ nascitur contra Papam ex consanguinitate donatarij, nascitur quoque ex magna amicitia & affectione.
25 Causa non præsumitur inter personas prohibitas, & suspectas.
26 Suspicione cessante præsumitur causa in Principe.
27 Causa licèt quandoque præsumatur, tamen admittitur probatio in contrarium, secus tamen est in beneficialibus, vt num. 28.
29 Alienatio Papæ, quando non potest nulla cauillatione excusari, non valet, quia tunc dicitur dilapidator.
30 Alienans Papa sine causa an ipse reuocare possit.

31 *Superior quando vult afferre praeiudicium irreparabile licitum est resistere de facto.*
32 *Rescripta Papæ super alienationibus, fiunt cum clausula Quatenus in euidentem vtilitatem, &c.*
33 *Quibus modis talia rescripta expediri soleant.*
34 *Papa solet committere alicui existenti in partibus, vt videat super narratis, &c.*
35 *Alienatio rerum Ecclesiæ prohibita est propter malos Prælatos.*
36 *Collegiorum bona non possunt alienari sine solemnitate.*
37 *Capitula pariter bona alienare non possunt, nec aliqua loca pia.*
38 *Authoritas superioris aliquando vocatur consensus authorizabilis, aliquando licentia.*
39 *Decretum in alienationibus rerum Ecclesiæ non requiritur, sed consensus, aut authoritas Episcopi loco decreti.*

QVIBVS EX VERBIS COLLIGATUR Pont. Max. velle concedere alienationem rerum Ecclesiæ. Tum quando causa subesse præsumatur in Papa alienante. Et an ipsius alienatio notoriè temeraria possint reuocari.

QVAESTIO XLV.

1 VNde videntur Doctores facere conclusionem, quod si velit Papa, † potest alienare quamcunque rem Ecclesiæ de potestatis plenitudine; concludit Fely. *in c. quæ in Ecclesiarum. 17. colum. de constitu. Philip. Franc. c. j. vlt. col. de testa. lib 6.* dicit id * communiter teneri per Doct. *Anto. Capic. in decis. 16. nu. j. decis. Neap. per Fely. in d. c. quæ in Ecclesiarum. col. 17. 18. & 19. vers. & quamuis.* vbi habetur, quod licèt Papa super rebus, & bonis ecclesiæ habeat plenissimam potestatem; tamen hoc est verum, vbi apparet, quod vult ea vti, & facit informatus, vel causa cognita, *Clem. j. de proba Rot. decis. 229. & 230. in nou. per latè adducta per Aymo. Crauet. de antiq. tempor. j par. §. non omitto ad fi.* & quando Papa facit certitudinaliter, per Fely. *in c. cum inter. de exceptio. vbi abundè, & in d. c. quæ in Ecclesiarum. col 15. ver. secunda declaratio. & vers antecedente. Mil. in repert. verb. gratia,* per quam. Quia in
2 alienationibus Papæ † non videtur, quod habeat seruari solemnitates, quæ requiruntur regulariter in alienationibus inferiorum, quæ & fieri non possunt Romano inconsulto Pontifice, *extrauag. Ambitiosæ.* quia maior solemnitas dari non potest. quia vbi Papa consistorialiter, vt solet, disponit bona Ecclesiarum, vel data certa determinata recompensa, aut certa forma, satis solemniter dici debet facta alienatio, postquam non Papæ solùm, verùm & Cardinalium consilium, & deliberatio accessit, vbi meritò est præsumendum omnia solemniter acta fuisse, *l. omnium. & ibi Docto. omnes. C. testam.* Et eò maximè, quando Papa mandauit alienationem fieri sine alijs solemnitatibus, & so-
3 lemnitates supplendo, cum solemnitates sint de iure positiuo introductæ, quib. Papa non ligatur. Et certum est, Papam posse eas tollere, & supplere, vt in terminis alienationis Ecclesiasticæ dixit, per ea, quæ allegat, Alex. *cons. 79. incip. circa primum, de quo quæritur colum. 5. nu. 8. vers. circa sextum. in 1. volum.* Et quando Papa vult alienationes defectu solemnitatis reuocare, habet intelligi, & referri ad alienationes non papæ, sed inferiorũ prælatorum, in quibus solemnitates sunt necessariæ, neque ad alienationes factas in exequutione mandati papæ consistorialiter, & data certa forma; prout ego vidi intelligi, & ponderari per famosum Doctorem in Vrbe in vna Romana Casalium S. Petri circa intellectum Bullæ Pauli IIII. *de reb. eccles. malè alien.* Facit, quia constitutio Symmachi *c. non liceat. 12 q. 2.* quæ inhibet alienationem papæ, procedit & procedere habet de honestate, non de necessitate; quia antecessor † successorem non ligat & par in partem imperium non habet, *c. innotuit. de electio. c. fi. de rescrip. li. 6.* quia licèt successorem decet seruare ordinationem antecessoris, hoc non est ex necessitate, Felyn. *in c. accedens. colum. 3. de rescrip. Pau. de Castr. consil. 414 colu. 3. numer. 11. lib. j.* 4

§ Vnde est bene aduertendum, quomodo, & qua forma Papa facit, & alienationem concedit, & cum quib. clausulis concedat, decernat, mandet, & loquatur: quia si vult † Papa alienare nullum dubiũ 5
est, quod potest, sed est videndum an velit, per Paris. *cons 5. nu. 112. per eundem cons. 39 nu. 18. lib j. not. in c. cum super vbi Dec. 4. not. de offic. deleg.* prout Imperator res Imperij si vult, alienare potest, per gl. *in c. ego Ludouicus. 63. dist.* quia si Papa facit concessionem ex certâ scientiâ, videtur, quod omninò suũ effectum sortiri debet: quia clausula † Ex certâ scientiâ facit præsumi Principem velle, Bald. *in l. omnes in prin. C. de quadrien præscrip. glo. in l. fi. in verb. generali. C. si contra ius.* Item facit præsumi Principem vti absoluta potestate, *gl. in c. ad hoc. in fi. de rescrip.* & supplet defectum solemnitatum, licèt non substãtialia, Rota *decis. 234. Papa. in no.* Et ista clausula æquiparatur plenitudini potestatis, per Inno. *in d. c. innotuit. de elect.* Et plus operatur, quam clausula Motu proprio, Fely. *in c. causam, quæ il 2. vers. quintò nota. de tes* Et contra istam clausulam non potest opponi de defectu intentionis, nec quis cõtra eam audiri debet: quia est credendum verùm esse id, quod Princeps facit ex certa scientia, nec tale factum potest in dubium reuocari, per Curt. *sen. in cons. 65. nu. 10. Paris. cons. 3. num. 70. & cons. 5. nu. 121. lib. 4.* 6

§ Idem erit, si sit gratia, & concessio cum clausula Motu proprio, quæ pari modo facit † præsumi 8
Principem velle, per Bal. *in d. l. omnes. in prin. C. de quadrien. præscrip.* Et facit præsumi ritè factum à Papa, per Card. *in Clem. 2 4. q. de offi. ordin.* & tollit subreptionem, idem Card. *in Clem. 2. & Clem. 4. de preb.* Et ista clausula sufficit pro verificatione narratorum, Abb. *in c. dudum. de præsump. Dec. in cons. 341 nu. 5.* † Et cõtra assertionem factam motu pro- 9
prio non debet admitti probatio in contrarium, per Doc. *in Clem. j. de probat.* & in terminis alienationis factæ per Papam, tradit Paul. de Cas. *cons. 114. j. vol. Rom. cons. 436. Fely. in d. c. quæ in Ecclesiarum. 23. col. vers. limita quintò.*

§ † Item erit, si fit cum clausula De plenitudine 10
potestatis, quæ idẽ importat, quod clausula Ex certa scien-

ta scientia, quæ æquiparantur, per Alex. in cons. 16.
incip. in causa, & lite inter Magnifi Commun. Regij. col.
pen. num. 29. vers. quinimò etiam. vol. 5. Dec. in cons. 16.
col. 2. Et importat, quod facit præsumi factum
fuisse ex causa, Aret. cons. 15. col. 5. Et includit ista
clausula defectus solemnitatis, non defectus inha-
bilitatis, nec defectus naturales. Et includitur sub
verbis, Quicquid principi placuit, legis habet vi
gorem, Bal. in tit. de pace Constan. §. libellaria j. colum.
Et contra istam clausulam nihil potest adduci,
Bal. in proœmio Decret. col. 4. Paris. cons. 46. nu. 43 li.
3. & in cons. j. num. 79. & 80. & cons. 3 num. 79. li. 4. vbi
etiam dicit; quod per illam clausulam supplentur
omnes defectus, & tolluntur omnia obstacula, ita
11 vt vlterius non detur additus † ad disputandum,
& maximè, quando agitur de rebus ecclesiasticis,
in quibus Papa habet pleniorem potestatem. Ac
etiam clausula Quorum tenores, quæ habet vim
specificæ, & indiuiduæ expressionis, quæ perinde
operatur, ac si omnes defectus in specie fuissent e-
numerati, Anto. à But. in cons. 2. Cassa. decis. 10. num.
2. & decis. 38 num. 3 super reg. Sarnen. in reg. de trien.
qua. 17. in termini declarat Paris. d. cons. 46 num. 41.
lib. 3 cons. j. num. 84. cons. 11. nu. 6. l. 4. Quæ clausulæ
simul iuncta in gratia, vel concessione alienatio-
nis ostendunt enixam voluntatem Papæ, & non
potest dici, quod Papa voluerit derogare iuri Ec-
clesiæ, aut supplere defectus. per Cur. d. cons. 65. nu.
14. Paris. d. cons. 5. num. 118. lib. 4. Cum quando Papa
asserit aliquod factum de certa scientia, standum
est eius assertioni tâquam factæ de proprio facto,
12 Curt. d. cons. 65. Paris. cons. 3. nu. 76. li. 4. Et illud, quod
dicitur Principem non censeri velle præiudicare,
procedit, quando sumus in dubijs, non quando
sumus in claris, in quibus Papa declarat id, quod
vult, per Curt. d. cons. 65. Quia, cum simus in mate-
13 riâ rerum Ecclesiarum, sumus in illis, † in quibus
directò Papa potest disponere, auferendo domi-
nium alterius, & pro libito, & arbitrio suo dispo-
nere, per But. in c. constitutus. vbi Abb. num. 15. de relig.
dom. Gemin. in c. si gratiosè de rescrip. li. 6. Abb. cons. 41
num 4. lib. j. Alex. cons. 81. num. 8. li. 4 Soc. cons. 13 nu 36.
l. j. Corn. cons. 348. num. 18. li. j. cons. 90. num. 6. cons. 186.
num. 2. li. 4. Doct. latissimè in d. c. qua in Ecclesiarum. de
constit.

§ Et in hac materia alienationis, & dispositionis
rerum Ecclesiæ potest Papa supplere in contracti-
bus, distractibus, & concessionibus factis, aut fa-
ciendis omnes defectus, & etiam substantiales, cũ
non sit dubium, quod Princeps potest mutare sub-
stantiam gl. in c. 1 de capell. Monac. Cur. sen. d. cons. 65.
num. 9. vers. potest etiam mutare superbiam. Nam licèt
regulariter suppletio defectuum generalis non
referatur ad defectus substantiales, secus est, quã-
do de eis est facta mentio in specie, Abb. c. j. num. 5.
vers. an autem suppletio generalis. de transac. Archid. in
c. Cænomanensem. nu. j. 56. dist. declarat Gemin. in d. c.
j. in fi. & in d. c. Cænomanensem. quem refert, & sequi-
tur Fel. in c. 2. 18. col. nu. 42. de rescr. Paris. cons. 3. num.
33 lib. 4.

14 § † Et, si adest clausula, vel decretum Decernens
irritum & innane quicquid per quemuis ausum
fuerit fieri, vel attentari contra ordinationem, &
gratiam, stat gratia, & nemo contrarie, aut contra
attentare potest; & si secus fiat, est irritum &c. Cle.
j. de concess. praben. vbi Card. ad longum. Vnde illud
tritũ, Cuilibet os clausum, cuilibet manus ligare.
§ Et, si adsit clausula Sublata cuilibet † aliter iu- 15
dicãdi, & decernẽdi facultate, facit Papa, quod sit
denegata audientia cuilibet contrà eunti gratiam
apud quosuis iudices, imò, quod ab omnibus iu-
dicibus ità iudicetur, Paris. cons. 5. nu. 133. cons. 38. nu.
7. lib. 4. vbi etiam vide, quod dicit de clausula. † per 16
quam Papa contractum perpetuis futuris tempo-
ribus obseruari mandat, cons. 11. nu. 8. lib. eo. & Cur.
sen. d. cons. 65. num. 13. vbi dicit quod eo casu constat
de enixa voluntate Principis, & quod nemo de-
bet admitti ad contradicendum, & quod ille, qui
vellet admitti, incideret in pœnam, & crimen sa-
crilegij, l. disputari. C. de crimen. sacrileg. Et tantò ma
gis; quando per alias clausulas Papa mentem suam
declarasset, putà, quando decreuisset, quòd cõces-
sio non posset quouis modo impugnari, etiam ex
eo, quod non constaret de veritate narratorum,
per Paris. cons. 3. nu. 80. li. 4. & per eundem cons. 5. nu.
133. & cons. 38. n. 7. li. eo.

§ Et ista clausula Sublata, &c. operatur principa-
liter, quando gratia, vel concessio, super qua po-
nitur, est nulla, per Card. c. quia diligentia num. 5. 2.
col. ver. 3 quæro. vbi Ioan. de Imola num. 6. vers & hoc
casu. de electio. vbi dicunt, quòd licèt Princeps non
possit sine causa auferre ius quæsitum, nec conces-
sio valeat, tamen si in illa gratia est apposita clau- 17
sula Sublata, & c. illa clausula operatur, quòd iudi-
ces non possunt pronunciare super nullitate illius
gratiæ, & id etiam probatur ex his, quæ tradit Bar.
in cons. 187. incip. domini priores num. 4. libr. j. vbi lo-
quitur de laicis nulliter disponentibus in præiu-
dicium clericorum: & concludit, quòd si fuit ap-
posita illa clausula Sublata, &c. illa clausula saltem
per indirectum operatur inualiditatem illius di-
spositionis, quia iudices non possunt aliter iudi-
care. tenet Abb. in repet. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu-
me. 30. de constitu. refert, & sequitur Alex. in l. Gallus §.
& quid si tantum. num. 20 versic. secundo limitatur. &
ibi Ias. numer 77. & 78 ff. de lib. & posthu. Facit, quod in
simili casu dicit Bart. in l. fi. Cod. de cano frumen. vrb;
Rom. lib. 11. num j. vbi dicit, quod iudex in illis casibus
debet dicere parti, Fateor te habere bonum ius,
sed illud non possum admittere, vel te audire,
quia est mihi denegata facultas te audiendi.

¶ Quæ quidem clausulæ licèt omnes sint con-
iunctim positæ in eodem contractu, gratia, vel a-
ctu, debent considerari tamen tanquam diuersæ
gratiæ per se, & principaliter consistentes, quo ca-
su subreptio in vna parte non vitiat in alia, per
Abb. in c. cæterùm. num. 3. de rescrip. Ias. in l. j. § sed & si.
num. 15. versi. sextò adde. ff. de ver. ob. Dec. in c. de con-
firmationib. num. 6. ver. quia sunt casus separati. de con-
fir. vtil. vel inutil. Facit, quia contractus † licèt aliàs
nullus, qui regulariter post factum validari non
potest, benè validatur, & confirmatur, si sit per Pa-
pam confirmatus, vel ratificatus, per Collect. & a-
lios in c. veniens. de transac. decis. Tholosa. 98. in fin.
text. est decis. Rota 230. in nou. vbi habetur quod cõ-
firmatio Papæ facta ex certa scientia supplet defe-
ctum solemnitatum, & facit transactionem, quæ
erat personalis, esse realem. Facit Alberic. in Authen.

hoc ius. C. de sacrosf. eccles. vers. vtrum Papa num. 15. vbi posita quæstione, an Papa possit alienare res ecclesiæ sine causâ, dicit quod non, nisi nouam legem condendo.

§ Sed quia potest dubitari: quando causa in Papa alienante subsit, vel non, dices, vt infrà. Quòd vel notorium est, quod nulla subest causa, putà, quia Papa cognatis, vel filijs suis secundum carnem nullis præcedentibus meritis alienat, aut infeudat no-
19 tabile membrum patrimonij † Beati Petri; & tunc nō valet infeudatio, aut alienatio, quinimmò per hoc si Papa esset incorrigibilis, & per hoc scandalum inferretur vniuersali ecclesiæ, posset Papa deponi, Abb *in c. cum venissent. col. 4. num. 8. de iud. refert Fely in c. ad audientiam. de rescrip.* Vel est certum, quod causa subest, quia ille, cui conceditur,
20 notoriè suo sumptu defensauit Ecclesiam: † & est res clara, quod potest. Aut sumus in dubio, quod causa potest, & non potest subesse, & Abb. vbi suprà, inquit, quod in dubio causa præsumitur. idem in *d. cons. 41. num. 4. idem & But. in d. c. constitutus. de relig. dom. Fely. in d. c. quæ in Ecclesiarum. 17. colum. de constitu & 22. colum.* vbi ponit hancmet distinctionem. Vnde si in casu, in quo causa subesse potest, Papa adhibuit secum consiliū Cardinalium, tunc causa esse præsumitur, per Archid. *in c. non liceat. 12 q. 2. Bald. in l. pen. C de bon. quæ*
21 *lib. sic potest. intelligi Zabarell. cons. 238.* Quia † quantum ad validitatem actus non videtur necessaria præsentia Cardinalium, licèt de honestate debeat adhiberi, per Card. *in c. 1. in ti. Episc. vel Abb.* vbi loquitur tantum de Papa. In Imperatore autem, & in Papa tenet Pa. Castr. *in cons. 284. 3. col. & est magis*
*** *communis*, quod in arduis de honestate Papa adhibeat consilium Cardinalium, Abb. *in ca. ex gestis. de cler. non resid. Ias. in l. placet. in j. not. num. 11. cum seqq. C. de sacrosan. eccles. Barb. cons. j. vol. j. & Bal. cons. 74. circa medium*, quod debet interponi consensus Cardinalium ne esset suspicio dilapidationis, non quod sit de necessitate. Ias *in c. j. sub nu. 5. vers. tu in hoc vlt. dic. qui feu. da. poss. vbi Bal clarius*, quod
22 † illud præsumitur factum sine fraude, quod fit cum consilio sapientum. Aut non interuenit consensus Cardinaliū, & Procerū, & tunc si in cōcessione exprimitur cā, quæ tēpore cōcessionis potuit interuenire, & adhuc præsumitur, vt præsumitur in inferiore, *c. ea noscitur per Card. Abb. & But. de his, quæ fi à Præla Fely. in c sicut. 15. col. vers fallit primò. de re iud. Alexan. & moderni in l. sciendum. de verb. oblig.* Aut allegantur causæ, quæ non potuerunt interuenire, vel nullæ enunciantur causæ in concessione: & eo casu, vel Papa largitur de bonis vnius ecclesiæ alteri ecclesiæ, & adhuc præsumitur causa, per Doc. quos adducit Fely. *in d. c. quæ in Ecclesiarum. 17. colum. de constit.* Aut Papa, vel alius Princeps largitur de bonis sui principatus alicui personæ priuatæ, & tunc, si concedit personæ coniunctæ, & non præsumitur causa: quia licèt insurgat vna præsumptio ex dignitate, tamen propinquitas personæ in re magna facit insurgere aliā, *l. data. Codic. de donat. l. penul. circa princip ff. de bon. liber. Bart. in l. post contractum 2. colum ff. de donat. & l. qua dotis. 5. colum ff sol. matr.* & ista præsumptio tollit aliam, *l. diuus ff. de in integr. restitu. Bald. in l. siue possidetis in fi Cod. de probat.* maximè quia est fundata in ratione, & iure naturali, & illa est fundata in causa accidenatli, & naturalis † est potior, *l. qui habent. cum concord.* 23
ff. de tute. & in his terminis loquuntur Archid. in c. non liceat. 12 q. 2. & Bald. in l. penul. C. de bon. quæ lib.

§ Et ista præsumptio etiam insurgit, quando 24
infeudat personæ non coniunctæ sanguine, sed magna amicitia, & affectione ex honesta, vel turpi causa procedente, quia est eadem ratio, *gloss. in leg. sed & ea. ff. de procu. & in c. requisiti. de testam. Cyn. & Salyc. in l. exigendi. Codic. de procur.* Et licèt hoc possint non procedere, vbi consideratur affectio, & coniunctio; tamen vbi consideratur sola affectio, sine dubio procedit; sicut in iudice, qui recusatur propter magnam amicitiam, sicut per coniunctionem sanguinis, gloss. & *Doc. in c. sanè & in c. suspicionis. de offi. deleg.* Et inter personas † prohibitas, & suspe- 25
ctas non præsumitur pro causa, etiam si allegetur, per Alex. *in l. si donatione 2. colum. de colla & cons. 55. numer. 3. & cons. 101. numer. 6. volum. j.* Et si cessat † suspicio ex coniunctione personæ, 26
tunc potest fieri conclusio, quod in Principe præsumitur causa; & standum est ei, si aliqua causa potest excogitari, quæ sit legitima; & ità intelligitur dictum Abb. *in d c. cum venissent. sub num. 8. de iud* Et quod dicitur de præsumptione causæ in Papa, intelligendū est, quando Papa concedit motu proprio, non quando ad supplicationem partis, vt per Rom. *cons 436. Fely. in d. c. quæ in Ecclesiarum. 23. colum. vers limita quintò.* quia isto casu, quando motu proprio, & per viam legis, & constitutionis concedit, præsumitur semper iusta causa in Principe, per Bart. quem alij sequuntur, *in l fi. 3. q. C. si contra ius. Inn. quem alij, sequuntur, in c. quanto. de consuet. Barb. consil. 47. 27. col. & consi. 51. 32. col. Claud Seysel spec. feud. qui feuda poss. vers. & isto casu.* Itē intellige, quod cā præsumitur, nisi probetur de contrario, quia fortè probaretur cāam expressam fuisse falsam, vel fuisse motū Principem ex effectione inordinata, non aliqua ratione legitima; per id, quod volūt *Host. & Abb. in c. illud de præsumptio. Cald. Lap. & Gemin. in c. ordinarij. §. j. de off. or. in 6. cum alijs per Fely. in c. sicut. 19. col. vers. tertiò aduerte. & 21. col. vers. 8. & vlt. de re iud.* Quia licèt dicatur, † quod creditur verbis narra- 27
tiuis Papæ, quando aliquid narrat, in quo se fun- 28
dat, ità vt non possit probari contrarium, *Clemen. j. de probat.* respondetur, quod procedit in beneficialibus, in quibus habet plenitudinem potestatis, *cap. proposuit. de concess. preben.* tamen circa bona Ecclesiæ Romanæ, & aliarum videtur habere potestatem iure, & ratione regulatam, per Archid. & Domin. *in cap. j. 10. quæst. j. per Felyn. in cap. ad audientiam. colum. de præscript.* Et si alienatio facta
† per Papam est tanta, & tam temeraria, quod 29
nulla potest cauillatione excusari, videtur, quod non valeat: quia tunc dicitur dilapidator, non Augustus; vel Princeps; late per Doctor. *in proœmio. ff. & in l. si, cui bonis. ff. de verb. obligat.* secus, si non sit tanta notorietas, sed potest infeudatio aliqua ratione excusari, quia tunc valet, per Archid. & alios in *cap. non liceat.*

liceat. 12. q. 2. Ancha conf. 311. Et videtur, quod talis
alienatio possit per successorem Papę reuocari, di-
cendo suum prædecessorem fuisse deceptũ, & cir-
cumuentum; quia sicut potuit ille derogare cano-
ni prohibenti alienationem, ità etiam iste succes-
sor poterit dicere hanc alienationem fuisse subre-
ptitiam, & eius dicto stabitur. Facit text. *in c. cum
ex literis. de in integ. restit. quia vt dicit Fely. in d. c. ad
audienciam de rescrip.* in Papa tunc non præsumi-
tur esse causa, cum talis alienatio scandalizat Ec-
clesiam vniuersalem, quia & Papa ligatur consti-
tutione prohibitiua alienationis, Bellamer. *decis.
12. incip. primò quæritur 3. col.* & benè faceret Papa, si
quid viderit temerè, & sine causa rationabili fa-
ctum, ipse recta censura compescat, licèt malè fa-
ceret, si causam confringeret; & ità procedunt di-
cta Fely. & Bellamer.

30 ¶ † Immò & ipsemet alienans poterit contraue-
nire facto suo, concludunt Doct. & Abb. *in c. intel-
lecto. de iureiu. glo. in l. iubemus. § sanè. C. de sacros. eccl.*
vbi concluduot Doct. quod hoc procedit etiam si
ipse iurasset.

¶ Interim tamen tenet alienatio. nam licèt dica-
tur damnosa, & ipse Princeps dicatur dilapidator,
per Paul. de Castr. *d. cons. 284.* tamen antequam de
hoc cognoscatur, & quandiu tolleratur, valent ge-
sta per eum, & nemo potest illi resistere, nec potest
negari, quin habet potestatem derogandi consti-
tutioni prædecessoris. per ea, quæ habentur in *cap.
veritatis. de dol. & contum. & in c. fi. de accus.* Et quòd
dicit Paul. de Cast. *in alleg. cons.* quòd Papæ dilapi-
danti potest resisti, intellige, quando notoriè scã-
dalizaret Ecclesia, quia etiam posset deponi, per
Abb. *in d. c. cum venissent. sub nu. 8. de iudi.* & ei resisti;
intellige, verbo, & demonstrando, prout fecit Pau-
lus Petro, *c. Paulus. 2. q. 7.*

§ Sed si alienatio esset talis, quæ contineret præ-
iudicium irreparabile, & esset notoriè illicita, &
tunc est licitum alicui priuato domino, aut reipu-
blicę resistere de facto, si potest, ne ille habeat pos-
sessionem, per Doct. *in c. si quãdo. de rescr. & in l. vt
31 vim. de iust. & iur.* vbi si † superior vult afferre prę-
iudicium irreparabile, licitum est resistere de fa-
cto, per Paul. de Cast. quem sequuntur moder. *in l.
2. C. de edict. diui Adri. tollen. Alex. in l. naturaliter §.
nihil commune. 5. fallen. 16. col. de acquir. poss. Abb in c.
veniens. de test. Fely in cap. cum super. de re iud. Claud.
Seysel in specul. feud. qui feud. da poss. vers. authoritate
autem priuata.* vbi dicit, quod in Regno Franciæ
Parlamenta non admittunt tales alienationes, et-
iam si Rex apponeret omnes derogationes mun-
di, quia contra illas admittunt procuratorem fis-
calem Regni, & illum cogunt insurgere, illoque
instante pronunciant tales alienationes nullas.

§ Nec Papæ moris est bona Ecclesiæ alienare, vel
dilapidare, immò conseruare, & ampliare: quia o-
32 mnia † rescripta Papæ emanata super alienationi-
bus faciendis vel confirmationes, seu approbatio-
nes Papę super factis, omnia, dico, sunt cum clau-
sula. Quatenus in euidentem vtilitatem, vel euidẽ-
tem necessitatem. Nec est reperire regulariter re-
scriptum, vel Papæ approbationem, seu confir-
mationem sine tali clausula, vel emanauerit per
signaturam gratiæ, vel iustitiæ, vel per breue sub
annulo Piscatoris, vel per viam sacrę Pœnitentia-
riæ, aut per viam officij, contradictarum, aut per
litteras camerales, † quia istis vijs, ego obseruaui 33
talia expediri, quę ob solitam clausulam, Si in eui-
dentem vtilitatem, vel necessitatem, vulgo Si in
euidenti, appellantur. Vnde continent, vel expres-
sam causam vtilitatis, quæ in rescripto exprimi-
tur, vel tacitam, per quam fuit Papa motus: quia
in eo, vt diximus, semper causa inesse præsumitur,
vel causa rationabili motus. Nam † Papa est soli- 34
tus committere alicui existenti in partibus, vt vi-
deat super narratis, & an expediat illam rem alie-
nari, & ad relationem illius postcà authoritatem
interponere, vt per Pet. Rebuff. *in compen. alien. rer.
eccl. vers. certiò requiritur.* vbi dicit, quod aliàs alie-
natio etiam ex authoritate Papæ facta irritaretur,
quia iure non facta; per not. *in c. non liceat Papa. 12.
q. 2. idem habetur per Abb. d. cons. 41. vers. nam Bonifa-
cius. j. par.* vbi in casu alienationis faciendæ, de qua
in d. consil. Papa commisit Episcopo Veronensi, vt
se informaret de contentis in supplicatione, & si
narrata reperiret vera, daret illi Abbati licentiam
vendendi. Vnde Papa pru vtilitate Ecclesiæ in ta-
libus occulatè procedere solet. Subdens idem Re-
buff. *d. loco in expositione c. sine exceptione. in verb. ne
quis.* quod Episcopus nõ põt alienare rẽ Ecclesiæ,
vt ibi, sine istis solemnitatibus quia sicut Ecclesiæ
mater est religionis, ita eius patrimonium con-
seruari debet illæsum, *l. iubemus. in fin. j. col. C. de
sacrosan. eccles.* sic † & propter malos Pręlatos pro- 35
hibita est alienatio, qui fortè omnia bona Eccle-
siæ alienarent, per Rostre. *in tracta. libel. rubr. de
reb. eccl. non alien. versi.* prohibita & licèt, loquit, i-
ste tex. prohibeat Episcopo alienare, idem erit &
in Papa, *c. non liceat Papa. 12. q. 2. & in Cardinalibus
idem statuitur in d. c. non liceat. ibi,* custodes, idem in
Archiepiscopo, & quocunque alio Prælato, vel
clerico, per Præpositum *in c. sequen.* idem in Ab-
bate, *c. Abbatibus ea caus. & q.* In rectoribus Eccle-
siarum idem dicitur in parte vltima tex. Idem in
collegiatis. quos Bursarios dicunt, vt etiam sine
solemnitate hic posita bona † collegiorum alie- 36
nare non possint, etiam eadem ratione existente.
Nam & de Oeconomo idem dicitur in *d. l. iube-
mus. C. de sacros. eccles.* Nec † etiam capitula possunt 37
alienare, *vt in rub. de his, quæ fi. à Præla. sine consen. ca.
ista probantur in c. nulli. de reb. eccl. alien. vel non.* quod
omnibus prohibet alienationem rerum Ecclesia-
sticarum. Idem notant ibi Doct. & pro his est tex.
in §. nos igitur. in Auth. de non alien. reb. eccl. vbi Im-
perator extendit ad bona hospitalium, & lepro-
sorum, & monasteriorum, etiam mulierum, & al-
terius cuiuslibet loci pij, sic consuluit Alex. *cons. 4.
nu. 6. 3. vol.* si verò necessaria causa fuerit, tunc alie-
nare non poterunt sine authoritate Episcopi, *d. §.
hoc ius porrectum. C. de sacros. eccles. ibi;* Accedente
consensu ordinatoris. Et † hæc authoritas ali- 38
quando vocatur consensus authorizabilis, vt ibi-
dem dicitur, aliquando vocatur licentia, *cap. fin. de
reb. eccl. non alien. in 6 ibi;* Consensu Apostolicæ Se-
dis, *c. Abbatibus suprà eo. ibi,* Absque permissu, & sub-
scriptione Episcopi, *c. de cætero. c. veniens. de transa.*
vocatur consensus in *c. in venditionibus. §. etiam. 17.
q. 4. & Clem. 1. eod. tit.* † Non tamen requiritur de- 39

cretum

cretum sicut in rebus minorum; quia iura hoc non dicunt in rebus Ecclesiarum, siue authoritas Episcopi, siue consensus requiratur loco illius decreti. *cap. 1. eod. titu. in 6.* instrumentis autem nomen ad euitandas opiniones solent notarij apponere, Talis Episcopus enim dedit licentiam, authoritatem, & consensum super talis rei alienatione, Spec. *in tit de empti. § nunc dicendum. vers. caterum.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus super rebus Ecclesiarum, si fiat sine solemnitatibus requisitis, est ipso iure nullus.*
2 *Forma iuris si non fuerit seruata in alienatione rei Ecclesiastica vitiat contractum.*
3 *Emens rem Ecclesia sine solemnitate debita an sit tutus in foro conscientia.*
4 *Consensus solus sufficit de iure naturali, seu gentium.*
5 *Electus non seruata forma est tutus in foro anima, si electio tenet de iure gentium.*
6 *Aequitas iuris naturalis praefertur rigori iuris positiui in foro conscientia.*
7 *Retineri illud bona conscientia potest, quod iusto titulo, & bona fide acquisitum est.*
8 *Procuratoris deputatio ad vendendum sine interuentu solemnitatum requisitarum in alienatione rerum Ecclesia non tenet.*
9 *Contractus venditionis rei Ecclesia factus sine solemnitatibus si sit vtilis Ecclesia, an valeat.*
10 *Ecclesia, vel minor potest ratificare contractum, adhibendo debitas solemnitates.*
11 *An, qui habuit rem Ecclesia non seruata forma, & solemnitate, illam praescribere possit.*
12 *Scriptura an sit necessaria in alienatione rei Ecclesiastica.*

QVANTI INTERSIT IN ALIENATIONE rei Ecclesiæ iuris seruare solemnitates, & an emens rem Ecclesiæ sine debitâ solemnitate sit tutus in foro conscientiæ. Et contractus venditionis Ecclesiæ factus sine solemnitatibus, si sit vtilis ipsi Ecclesiæ an valeat. Et an qui habuit rem Ecclesiæ non seruata forma, illam præscribere possit, Postremò, an in huiusmodi alienatione scriptura sit necessaria.

QVAESTIO XLVI.

ISTAE quidem sunt solemnitates, cum quibus debet explicari contractus alienationis, seu
1 distractionis, rerum ecclesiasticarum, & † sine quarum interuentu si fiat, contractus est ipso iure nullus, *c. fine exceptione 12. q. 2. bona gl. in Clem. 1. de reb. eccle. non alien. c. 1. in 6. & Clem. 1. eo. tit.* quæ forma iuris non seruata in alienatione rei Ecclesia-
2 sticæ vitiat, † & faciat haberi pro infecta, *d. Clem. 1. & ibi Card. § 1. facit c. vides. 10. dist. Bertachi. in tracta. de gabell. 3. membr. 8. par in princip. de gabell. contract. colum. 8. nu. 41 versic. sed vlterius.* Sed quid si sit facta alienatio in casu licito, & in ea non sint seruatæ istæ solemnitates nec forma debita, sed interuenerint consensus illorum, qui habent interuenire, nunquid saltè in foro conscientiæ erit tutus iste qui rem Ecclesiæ habuit sine debita solemnitate? Hanc quæstionem ponit Innoc. *in c. pleriq; de immunit. eccle.* vbi concludit, quod iste talis non † erit tutus: quia ex quo contractus est nullus pro- 3
pter defectum formæ, non potest tenere rem cum bona conscientia sine titulo. Idem tenet D. in Prouinciali omnium Ecclesiarum, *fol 35.* quia emens sine solemnitate non est Dominus rerum emptarum, & sic detinendo contra voluntatem superioris est continuò in peccato mortali. *not. in cap. j. de constit. glo. in c. fin. eod. tit. in 6.* sed D. Anto. ibi tenet contrarium, dicit enim sufficere quo ad forum conscientiæ, vt contractus teneat secundum limites iuris naturalis, seu gentium. Nam de iure naturali, seu gentium † sufficit solus consensus. Et 4
hæc opinio D. Anton. placet Abb. *in c. j. nu. 19. vers. vltimò hic quaro. de restit. in integ.* pro qua adducit singulare dictum eiusdem Innocentij *in cap. quia propter de electio.* vbi dicit; quod electus est tutus † in foro animæ, si electio sua tenuit de iure gen- 5
tium, licèt non fuerit seruata forma tradita à iure positiuo; quia illa forma est introducta propter scandala, & deceptiones euitandas. Vnde ex quo omnia ista cessarunt, & interuenit verus consensus, satis est is tutus quò ad Deum: & tenebis, inquit Abb. menti semper illud dictum, quia valet in omni actu, in quo est prætermissa solemnitas iuris positiui, vt in foro animæ non teneatur, quis sibi de hoc facere conscientiam, ex quo non interuenit sibi aliqua deceptio, & affuit consensus habentis in actum explicare de iure naturali. Ex quo infertur, quod in foro conscientiæ æquitas iuris naturalis † præfertur rigori iuris positiui, 6
vt per eundem *d. c. j.* Sequitur in suo repertorio Corset. *in verb. solemnitas.* Sed secundum quendam Doctorem aduerte, quia D. Anton. & Abb. non videntur intellexisse dictum Innocen. quia ipse loquitur, quando non affuit bona fides in eo, qui emit, sed dolus, vel fraus, quoniam, vt ipse etiam fatetur, non habetur tunc effectus formæ inductæ, videlicèt, vt euitentur deceptiones, quæ hic non euitantur, & titulus habetur pro non titulo: quia omne, quod non est ex fide, peccatum est, *c. si. de praescrip.* Iccircò illud cum bonâ conscientiâ retineri non potest: quia † ad hoc, vt 7
cum bonâ conscientiâ possit retineri, requiritur iustus titulus, & bona fides, secundum eum; & ità etiam fuit loquutus Innocen. *in d. cap. quia propter.* dum dixit; quod sine culpâ non perdit electus ius sibi quæsitum, quando est omissa solemnitas, quia si culpa eius esset, ius perderet. Et sine dictis solemnitatibus non potest explicari actus licitæ alienationis, nec etiam constitui procurator ad alienandum res Ecclesiæ. quia pone, quod ab Episcopo Florentino sit constitutus Titius ad alienandum certum prædium Ecclesiæ; & certè est dicendum, quod facere id non potuerit Episcopus, nisi super ipso prædio alienando interuenerit tractatus causæ cognitio, & deliberatio de alienando: primo enim debuerunt prædicta fieri, deinde sic istis peractis habet constitui procurator, per ea, quæ dicit Feder. de Sen. *in cons. suo 95. circa medium. vers. sed non puto. Refert, & sequitur Lauren. de Rodulf. in*

ilulf. in sua repet. cap. sine exceptione. 12. quæ. 2. q. 34. sequitur Socin. consil 52. in princ. libr. 4. Tiraquel. de leg. connubial. in verb. contracter. gloss. 5. numer. 185. vbi dicit; quod non valet deputatio procuratoris fa-
8 cta ad vendendum, † si in deputatione non interuenerunt solemnitates requisitæ in alienatione rerum Ecclesiæ, præsertim si non fuit factus aliquis tractatus, de quo debuit fieri separatim instrumentum, & notarius debet attestari fuisse factum in suá præsentiâ eisdem die, & loco. Nec in hoc statur verbis alienantium, vt per Socin. *ibidem num. 4. & per Gramma. decis. 79 num. 14. & seq. Aegid. decis 671.*

§ Sed quod valere non debeat contractus alienationis rei Ecclesiæ factus sine solemnitatibus, etiam si sit vtilis Ecclesiæ, videntur tenere Iacob. Buttig. *Alber. Bar. Angel Fulgo. Paul. de Castr. & Ias. post alios, l. cum ij. §. eam transactionem numer. 2.* vbi dicit; quod omnes ità tenent. *ff. de transact. Abb in c. nulli. numer. 7. de reb. eccles. alienan in ca. vt super. numer. 17. eod. titu cap. qua in Ecclesiarum. 4. not. vbi Fely. j. colum. August. Bero. numer. 36. de constit. Socin. consil. 80. colum. 2. versic. ad hanc obiectionem. Alciat. titu. 1. numer. 17. in tracta. de verborum signifi.* in spe-
* cie attestatur esse * communem opinionem. *Dec. consil. 142. num. 4 & cons. 282. num 6 vers secundum communem opinionem. Rip. in l. u, cui bonu. num. 47. ff. de verb oblig.*

9 § Sed super hoc ego puto cogitãdum † in casu vtilitatis, per ea, quæ latè adduco infrà *q 51.* de casibus, in quibus fit alienatio rerum Ecclesiæ sine solemnitatibus, *c. 7. incip. videtur etiam, quod res Ecclesia posit alienari. numer 21. versic. sed quod non valeat.* Et quia etiam aliter sentire videtur additio ad Abb *in ca. qua in Ecclesiarum. sub numer. 4. littera D. in verb. in casu.* quæ respondet ad allegatos Doctores de constit. & multa in fauorem adducit; &
* quia per Innocen. & * omnes ita tenetur *in ca. j. de his, quæ fiu.* vbi limitant, & intelligunt dictam communem opinionem, quod non valet alienatio si-
10 ne solemnitatibus, etiam si sit vtilis, nisi † Ecclesia, vel minor ratificet contractum alienationis adhibendo debitas solemnitates: quia ratificando cum solemnitatibus, quod facere ipsa Ecclesia potest, licèt hoc non possit eius aduersarius, vel contrahens cum ea, bene valet contractus sine solemnitatibus: *gloss. in c. j. ne sed. vaca Matthes. in notabilibus, 235. not. Alber. Fulg. Ias. in d. §. eam glo. in additio. ad Capel. Tholos. decis. 98. facit gl. eadem ad decisionem, vel q. 102. ad fi.*

11 § Sed vtrum qui emit, † aut habuit rem Ecclesiasticam non seruatâ formâ, & solemnitate, possit rem sic habitam præscribere? Et licèt de iure ciuili videatur, quod sic, quia spatio 40. annorum etiam sine titulo procedit præscriptio, & etiam sine bona fide. *l. omnes. & per totum tit. C de præscriptio. 30. vel. 40. ann. & Tancred. etiam secundum quod refert Alber. in Authen. hoc ius. tenet,* quo t talis titulus sufficit ad præscriptioné, modò emptor sit in bona fide; tamen de iure canonico res Ecclesię taliter alienata non præscribitur, per Barthol. Brixien. *in quæst venerali 59. incip. esto, quòd res. c. possessor malæ fidei. de reg iur. in 6. & c. qui contra. cum ibi not. per Dyn. 96. distin. benè quidem. & ibi gl. vbi Archid. Facit c. hoc consultissimo. de reb. eccles. non alien. §. 1. lib. 6. per alia adducta per Alber. d. Auth. hoc ius, vers. item quæritur.*

Et quia solet quæri, † an in conficiendo actu a- 12
lienationis rei Ecclesiasticæ soleant esse necessariæ scripturæ, tex. *in Authen. hoc ius C. de sacros. eccl.* videtur dicere, quod sic, *vt l. iubemus. § si C. de Episc. & cler.* tamen secundum Innocen. quem refert Bald. *in d. Auth. hoc ius. col. 4. vers. extrà quæro.* non est necessaria scriptura quia secundum canones non est necessaria scriptura, & valet contractus sine scriptura, tamen dicit, quod est bonum adhibere scripturam: quia licèt non sit necessaria à principio pro sußando contractum, oportet tamen quod quandoque fiat ad probandum contractum esse factum, vt ipse not. *in c. dudum de reb. eccl. non alien. in 6.* Alij tamen dicunt; quod scriptura non exigitur, quia Decretales non dicunt.

SVMMARIVM.

1 Res mobiles pretiosæ quò ad alienationis solemnitatem æquiparantur immobilibus.

2 Solemnitates requisitæ in alienatione rerum Ecclesiæ debent adhiberi in alienatione rerum hospitalis, & cuiuslibet alterius loci pij.

3 Emptor rerum immobilium, vel mobilium pretiosarum Ecclesiæ conuertere debet pretium in causam illam, pro qua res alienatur, & habet esse solicitus de tali conuersione.

4 Ecclesia si concedat in emphyteusim non seruatis debitis solemnitatibus, emphyteuta tenetur nihilominus soluere canonem.

5 Conductor rei Ecclesiæ ad euitandam solutionem pensionis non potest opponere, quod in locatione non interuenerint debitæ solemnitates.

6 Ecclesia, & alia pia loca æquiparantur in solemnitate obseruanda in alienatione.

SOLEMNITATES REQVISITAS in alienatione rerum immobilium Ecclesię debere adhiberi, & in rerum mobilium pretiosarum, necnon hospitalis, & cuiusuis loci pij distractione.

QVAESTIO. XLVII.

ET istæ solemnitates adhiberi solēt in rerum immobilium alienatione. & in rerum mobilium pretiosarum distractione; quia res mobiles pretiosę, quò ad alienstionis solemnitatem, æquiparantur Immobilibus, vt dixi suprà suo loco in *q. 8. de aliena. rer. mob. pretio. eccl. latè per Imol.* 1
in c. j. de depos. extrà, col. 8. vers. sed iuxta prædicta. per tot. per Alex. in cons. 4. incip. viso processu inter Ioan. de Bigatijs. num. 5. vers. quod autem dictus contract. vol. 3. vbi dicit; quod aliter factus contractus non tenet. & per Bal. *in Auth. hoc ius. C. de sacros. Ioan. And. Ant. de But. Imo & Abb. in cap. nulli. de reb. eccles. alien. vel non.*

§ Et iste solemnitates nedum debent adhiberi, quando alienantur res alicuius Ecclesiæ, sed ēt qñ † hospitalis, vel alicui⁹ alterius loci pij p Alex. & 2
allegatos Doct. d. locis est tex. *extrauag. Ambitiosæ. extrauag.*

extrauag.comm.de reb.eccl.non alien. Vlterius vltra casus prædictos & solemnitates narratas in alienatione rerum Ecclesiæ immobilium, & mobilium pretiosarum habet interuenire; vnum aliud, ex parte tamen emptoris. quia videlicet emptor
3 habet conuertere † Prætium in causam illam, pro qua res alienatur , & habet esse solicitus de tali conuersione, & vt id fiat, vt per eundem Imo. *ibidem,& per Innocen. ibidem ante;& per Imolam.in illis verbis;Innocen.tamen, & similiter text. d. Authen hoc ius.* solùm loquitur de re immobili ideo de iure secus videtur de re mobili tutius tamen est, propter vitandas opiniones, probare idem in re mobili pretiosâ,quando venditur, & sic tunc sit solicitus pretium conuerti in causam illam, propter quam fit venditio,&c.gloss.est quę dicit *in Authen. hoc ius.in verb.in solutum. x q.ij. Dico aliquid supra in q.20.in causa vtilitatis,ad finem quæstionis.* Sed vide, quę dico infrà in quæst.56.an&quomodo ex mutuo obligetur Ecclesiæ & in quæst.57.an, & quomodo ex alieno contract.tut fact. &c. vbi est materia, quia regulariter id videtur intelligendum in mutuo,non in alijs contractibus, in quibus videtur,quòd sufficit,vt soluatur de mandato superioris;vt in dictis locis.

¶ Vnum tamen aduerte,quod Ias.dicit *in l.2.colum.3 numer.11.versic. vnum tamen circa istud.C. de iure emphyten.*quod,inquit,est magnum in thema
4 te præsentis tituli , videlicet † quod si Ecclesia concedat rem in emphyteusim non seruatis debitis solemnitatibus, de quibus in Authenti. *perpetua.& in Authen.si quas ruinas.C.de sacrosanct.eccles.& in cap.vt super.de reb.eccles.alien.vel non.* quod tamen emphyteuta ità tenetur soluere canonem Ecclesiæ, sicuti si emphyteusis fuisset concessa cum debitâ solemnitate,per text. *in §. si verò quem. vbi Auge.in 1.not in Authen.de non alien. colum. 2. vt per Ias.d.loco.* Sed id puto esse in fauorem Ecclesiæ, & si ex eo contractu adsit Ecclesiæ vtilitas; per ea, quæ dixi supra in *d.q.20. in causâ vtilitatis, & in q.51.de casib.in quib.fit aliena.sine solemnita. cap 7.* Fa-
5 cit,quia † conductor rei Ecclesiæ, qui rem possedit ad euitandam solutionem pensionis præteritæ,non potest opponere exceptionem, quod in locatione non interuenit consensus superioris, vt requiritur,secundum omnes ad no. per Innocen. *& Abb.in c.j.de his,quæ fiu.à Præla.per Dec. in c. quæ in Ecclesiarum de constit. Rota in manuscript. decis. Crescensi.122.incip.non potest.de pensio.* Et istæ solemnitates, quæ adhibentur in alienatione rerum Ecclesiæ,tàm adhibentur; si fit alienatio rei Ecclesiæ, quam si fiat alienatio alterius cuiuslibet loci pij. Quia Ecclesia, & alia loca pia æquiparantur
6 in † solemnitate obseruanda in alienatione:quemadmodum enim Ecclesia restituitur in integrum stante læsione,ità loca pia,si læsa reperientur;not. Ioann.Andr.*in c.2.de integr.restit. lib 6 à iure enim illa æquiparantur,per not.in ca. requisisti.de testamen. not.Abb.post Hostien.in c.nulli.de reb eccles.alien.2.col. Facit extrauagan. Ambitiosa.extrauag.comm.de reb.eccles.non alien.vbi text.* videtur prohibere alienationem rerum Ecclesiarum, & aliorum piorum locorum,per illa verba, Ecclesiæ, monasteria,& pia loca,&c.quia sicut res Ecclesiæ non possunt alienari regulariter sine solemnitate, itànec bona capellæ,per Ang.*in Authen.de Eccles. rerum immob. alien.colum.5.per illum tex.& per tex.in Authen. de alien.& emphyten.§.& hoc etiam.& in Authen. de non alien.§.vult.enim & §.nos igitur.ibi, actio pia constituit.& §.si minus. colum. 1.secundum Aug.* vbi etiam dicit; quod idem est in bonis Fraternitatis laicorum,quæ pariter non alienantur sine solemnitate.

SVMMARIVM.

1 Subhastatio,tractatus,& huiusmodi præambula probantur , per instrumentum factum super principali.

2 Confeßio Prælati,& capituli præiudicat,quando totum capitulum cum Prælato consensit.

3 Instrumenta antiqua habent præsumptionem pro se.

4 Temporis cursus licèt non sit contractus, tamen assidui actus cum continuatione posseßionis præsumptionem inducunt.

5 Solemnitates extrinsecæ licèt non præsumantur, tamen secus est, si diuturnitas temporis concurrat.

6 Sententia,à qua non est appellatum,habet iuris præsumptionem pro se: item consensus capituli ob antiquitatem.

7 Verba enunciatiua, quæ respiciunt essentiam actus, scripta de voluntate partium fidem faciunt.

8 Verba enunciatiua,quæ non sunt ex eodem contractu,non faciunt fidem.

9 Verba enunciatiua non probant , vbi opus est scriptura.

10 Probatio per confeßionem æquipollet scripturæ.

11 Decreti interpositio facit præsumi omnia solemniter acta,& nu.15.

12 Decreta,& consensus requisiti in alienationibus Ecclesiasticis interponuntur per modum voluntariæ iurisdictionis.

13 Solemnitas præsumitur interuenisse.

14 Contractus solemniter celebratus præsumitur,quando in instrumento sit mentio de solemnitate, & interuentu decreti.

16 Authoritas Sedis Apostolicæ præsumitur interuenisse,quando cum diuturnitate temporis concurrit scientia eius,cum requirebatur consensus.

17 Decretum præsumitur interuenisse ex temporis diuturnitate.

18 Solemnitas tractatus, & consensus capituli præsumuntur,licèt in inuestitura non dicantur interuenisse.

19 Emphyteuta, qui diù rem tenuit tanquam emphyteuta,& pro ea soluit canonem, præsumitur solemniter institutus.

20 Vassallus,qui per decem annos possedit castrum,præsumitur vassallus & inuestitus de castro.

21 Consensus directi domini præsumitur interuenisse ex patientia longi temporis.

22 Filius habitans per decem annos seorsum à patre præsumitur ab eo emancipatus.

23 Alienatio facta per pupillum, vel Ecclesiam sine solemnitate requisita non transfert posseßionem.

24 Qui contra iura mercatur, nullam inde posseßionē acquirere potest.

25 *Emens à Prælato sine solemnitatibus, an si habeat bonam fidem præscribat.*

26 *Possessor, qui diu rem possedit pacificè etiam sine titulo, non tenetur ad restitutionem fructuum.*

27 *Solemnitas qualibet remissa intelligitur per commissionem, & indulgentiam Papæ.*

28 *Papa si mandat alienationem fieri, non requiritur solemnitas.*

29 *Papa reuocans alienationes ex defectu solemnitatis, intelligitur reuocare alienationes inferiorum, non autem factas in exequutione mandati sui.*

AN IN ALIENATIONE REI ECclesiæ facta per Prælatum præsumatur, quòd interuenerit omnis solemnitas.

QVAESTIO XLVIII.

SED an in alienatione rei Ecclesiæ facta per Prælatum præsumatur, quòd interuenerit omnis solemnitas, nec ne, videri possunt, quæ suprà adduxi in materia consensus, *qu. 39 incip. & an præsumatur, quod consensus*, & vltrà videri possunt, quæ doctè adducuntur per Bald. *in suo consil. 496 vol. 5. incip.* quidam Prælatus: vbi in quadam permutatione antiqua an. 80. quærit; vtrum præsumatur, quod interuenerit omnis solemnitas; ibique primo inquit, quod extrinsecæ solemnitates non præsumuntur, puta, tractatus, qui debet diuersis temporibus ab ipsa permutatione interuenire, vnde non præsumitur inesse, quare illæ tantum solẽnitates interuenisse prĉsumuntur quĉ regulariter contractui inesse solent, vt illæ demũ insint, quæ incontinenti fuerunt non autem quæ ex interuallo, per tex *in l. quocunque §. si. ff. de publ. in rem actio.* per doctrinam, quam adducit Innocen. in istis solemnitatibus, quod non præsumuntur, nisi potuerint interuenire ex cohærentia ipsius contractus, *in c. cum iure extra de offi. delega. in c. quoniam contra falsam, de probatio. c. innotuit. de eo, qui furt. ordin. suscep.* Tamen post tenet cõtrarium, *per gl. vnicam in iure in l. j. in verb. omni ordine vers. item quomodo probat. C. de fid. instru. & iure hast. fiscal. lib. 10.* quæ habet, quod subhastatio tractatus, & huiusmodi præambula † probantur per instrumentum
1 factum super principali contractu, in quo tabellio de voluntate partium confitentium facit mentionem de istis solemnitatibus; & loquitur gloss. in contractu fiscali, ergò idem in Ecclesia. Nec, inquit Bald. dicat aliquis, confessio Prælati,
2 & capituli non † nocet Ecclesiæ: quia immò nocet; quando totum capitulum cum Prælato consentit; secus, si esset maior capituli, & non integrũ capituli, *gl. singularis in Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl.*
3 Et ad hoc, inquit idem, facit: † quia præsumitur pro instrumentis antiquis, credibiliora enim sunt quia antiquiora, *50. dist. domino sancto, meritisq; beato. & not. per Cyn. C. de fid. instrum. l. emancipatione, vt per Bal. d. loco.* vbi deueniendo ad resolutionem secũdi quæsiti, an videlicet in casu illo præsumatur permutatio, dicit, quod sic; quia licèt solus cursus
4 † temporis non sit contractus, vel quasi, tamen assidui actus, & continuatio possessionis correlatione respondentis inducunt prĉsumptionem mutationis, vt legitur, & notatur in *l. pen. C. comm. diuidun.* diuisio enim inquit, de qua ibi loquitur, est quædam permutatio partis ad partem, vt plenè not. *ff. de vsucap. l. cum solus.* Facit quod legitur, & notatur *in l. duæ filiæ. ff. pro socio.* & non solum præsumitur contractus, vel quasi, sed eius solemnitas; est casus *C. de pet. here. l. si filius. & l. qui in alien. ff. de acqui. her.* quia licet aliæ solemnitates extrinsecæ non præsumantur. *dict. l. quæcunque. §. si. de publi.* tamen † fallit, si diuturnitas temporis adsit; per An- 5
gel. *in l. sciendum ff. de verb. oblig. per text. in dict. l. si filius. C. de petit. hæred per Capic. decis. 16. nu. 1* vbi habetur, † quòd præsumitur pro sententia, à qua nõ 6
est appellatum, & præsumitur pro consensu capituli ob antiquitatem, per D. Ant. de Butr. quem citat, *in c. ea noscitur. de his, quæ fi. à Prælat. per Socin. consi. 115. incip. circa primam quæstionem. 1. col.* Et deueniendo ad responsionem tertij quæsiti, videlicèt, an ex quo Prælatus cum capitulo in instrumento confessi fuerunt de dictis solemnitatibus, vtrum dicta confessio, & verba enunciatiua faciant fidem rei? Dico, inquit idem Bald. quod † quædam ver- 7
ba sunt enunciatiua, quæ respiciunt essentiam actus, & talia verba scripta de voluntate partium faciunt fidem, *l. optimam. C. de contrahen. & commit. stip.* nisi in personis contrahentibus esset inhabilitas, *l. cum quis decedens. §. codicillis ff. de leg. 3. & not. ff. de probatio. l. qui testamentum.* Si autem † verba e- 8
nunciatiua non sunt ex eodem contractu, vel dispositione, tunc non faciunt fidem, *C. de testam. milit. l. ex his verbis,* Fortunato, cum sua materia. Est tamen aduertendum, quod vbi esset necessaria scriptura de ipsis singulis actibus, non probaretur per verba enũciatiua generalia, vnde si singuli tractatus requirerent scripturam de per se, non sufficeret † scripturæ confessio facta verbis enunciati- 9
uis de actiuis dudum præteritis, quia non interuenit sacramentum, prout interuenire debet, & prout est de forma, *l. j. C. de iure emphyt.* Veruntamen nulla lex dicit, quod isti tractatus non possint probari per testes, ergo scriptura nõ ẽ de substa. Præter eã † ꝓbatio per cõfessionẽ equipollet scripturĉ, vt 10
singulariter no. *in Auth. de æqualit. do. §. aliud.* Item legis præsumptio æquiparatur apocæ, *tex. est no. C. de apo. pub. l. quicunque. lib. 10.* & sic de primo ad vltimum, inquit, concludendo, sentio, quod contractus præsumatur præcessisse permutationem, & omnia solemniter acta, &c. vti ibi per eundem Bal. Sequitur idem Bal. *in cons. 221. incip. primò quæritur. vol. j.* vbi dicit; quod in alienatione Ecclesiastica, de qua ibi ꝑ eũ, † ex quo superior posuit cõ- 11
sensum, vel decretũ, omnia præsumũtur solemniter, & legitimè facta, in Spec. *in tit. de emptio. & venditio. §. nunc dicendum. vers.* breuiter scias, Et inquit, vera sunt maximè in factis antiquis, ꝓ quibꝰ magis prĉsumitur, ꝑ Innoc. *in c. Alberic. de testi. per Cyn. de fid. instr. l. emancipatione.* Præterea decreta † ista, 12
& isti consensus requisiti in alienationibus Ecclesiasticis interponuntur per modũ volũtariæ iurisdictionis, & inter consentientes; nõ enim reddũtur in inuitũ, etiã citatũ, & ideo præsumitur † so- 13
lẽnitas interuenisse, notat Inno: *in c. quoniã contra falsam. extrà de probat. extrà de eo, qui furt. ord. suscep. c. innotuit.* Itẽ nõ prĉsumitur, quod ipsi cõtrahẽtes

sint

sint immemores salutis æternæ; maximè cum sint viri religiosi.l fin.C.ad leg.Iuli repet & aliâs, vt per Bald. in d.consil. 221.j.vol. Idem Bald. in consil. 314.volum.5.incip.in Christi nomine, vtrum dictus coutractus.vbi dicit, quod contractus præsumitur so-
14 lemniter celebratus, † & omnia solemnia in eo interuenisse, quando in instrumento decreti fit mentio de solemnl ate cum interuentu decreti.vnde stan dum est instrumento cum Republicâ celebrato, alleg.d.gloss in d.l.j.C.de fid instrum & iure hast.fiscal.
15 lib.10.& dictum Spec.† quod vbi inuenitur decretum superinris appositū in venditione, ibi præsumuntur omnia solemniter acta, Spec. de emptio & venditio.§.nunc dicendum.versic.& breuiter scias. Et ex diuturnitate temporis in alienatione rerum Ecclesiæ. præsumitur interuenisse authoritas Sedis Apostolicę, ad tradita per Doct.in l.si certis an-
16 nis.C.de pact.& in l. qui in alien.ff. de acqu.her. † Sed id procedit, quando vnà cum temporis diuturnitate concurrit scientia, & patientia eius, cuius requirebatur consensus, Alex.in consil 9.numer.8.lib. 3 & consil. 17.numer 8 lib.4. Afflict. decis. 107. numer. 7. versic praterea. Aymon. Crauet. in tract. de antiq. temp par 3.§.j.numer. 18. in versic. 2. limita. Sed vide eundem Crauet. de antiquit temp.§.veuio.versic primus casus. vbi dicit, quod videtur sufficere decennium cum scientiâ, & patientiâ. Et dicit Fely. in d. c.Albericus extra de testi. quod si reperitur instrumentū cootinens alienationē rei Ecclesiæ, in qua requirebatur decretū superioris, & apsū sit longū
17 tempus, præsumitur † illud decretum interuenisse, secundum Petr. de Anchara. consil. 130. incip.ex consilijs. Hinc est, quod si emptor rei Ecclesiasticæ possedit diù rem alienatam, licèt in instrumento suo non dicatur de solemnitate adhibitâ, tamen præsumitur, secundum Anton. & Imol. in cap ea
18 noscitur.de his qua fiu à Pralat. Et solemnitas, † tractatus, & consensus capituli, quæ requiruntur in alienationibus bonorum immobilium, præsumuntur, licèt inuestitura non dicat, quamuis transierit longum tempus, per Alexand.consil 79. incipien.circa primum, de quo quaritur.colum.2.numer.4. versicul.sed pramissis omnibus volum.j per Ias.qui refert in dict.l.sciendum.colum.7 sub numer.17.versicul.7 facit. de verbor. obligatio. vbi Barto. & omnes Doctores tractant de prasumptione solemnitatis. Sed vide, & distingue, vt distinguo supra in tnb. de consensu prope finem. Facit idem Ias. in d. l. qui in aliena. ff de acquir hered.versic.vltra Bar. numer. 48. quod si aliquis diù tenuit rem tanquam emphyteuta, & pro
19 eâ † soluit debitum canonem, præsumitur emphyteuta, & solemniter inuestitus, licet non possit ostendere inuestituram; aut instrumentum emphyteuticum. & idem, inquit, in eo qui tan-
20 quam vassallus per † 10. ann. possedit castrum præsumitur vassallus, & inuestitus de castro & quando emphyteuta alienauit ius suum ex scien-
21 tiâ, & patientiâ longi temporis præsumitur, † quod directus Dominus consensit, quia non est multum præiudiciale Domino directo præsumere talem consensum, cum saluum sibi remaneat ius directi dominij. Et filius, qui per 10. annos ha-
22 bitauit seorsum † à patre, pręsumitur ab eo emancipatus. Facit quia si filius mortuo patre dicat certum fundum sibi fuisse à patre donatum, eo quia per decennium viuo patre, & patiente eum possedit, de fructibus pro libito voluntatis disponendo, certè, hoc modo præsumitur, & probatur donatio, vt ibi per Iason. Sed quia inquit Lauren. de Rodulph. in repet cap. fine exceptione. 12. q.2. § fina. dicimus, quod in alienatione rerum hospitalium habet interuenire decretum Episcopi, est videndum, quo tempore habeat tale decretum interponi, antè, vel post. Et quod antè debeat interponi, dicit Ioan. de Ligna. in c.si quis presbyterorum de reb eccles. alien. referens Paulum dixisse, quod sic, Clem. quia contingit de relig. dom. Et subdit, quod si tu ponderas verba illius Clem. illa bona sortiuntur naturam bonorum Ecclesiarum, & decretum interuenit; quia etiam æquipatantur bonis pupillaribus; debet enim fieri inuentarium; & ideo concludit interuenire debere decretum. Et dicit ibi plus, quod nō sufficit interuenire post contractum, sed habet interuenire, vel antè, vel in liminibus contractus, si volumus contractum esse validum.

¶ Et si fiat alienatio vel per pupillum, aut Ecclesiam, sine solemnitate requisitâ, per alienationem taliter factam non † trāsfertur possessio, per Bar. 23 in l.j.§.si vir vxore.numer.4 ff de acquir. poss. Bal. in l. fi.C si quis alteri, vel sibi. Sequitur Ang Bero.in ca.Episcopi.extra de reb. eccles. alien. colum 3. versic. 4. vbi dicit; quod ex simplici traditione facta ob simplicem alienationem rei Ecclesiæ indebite factam, non transfertur possessio, prout possessio quid iuris. nisi quid aliud vltra sequatur, violentia, aut inuasio, occupatio rei clandestinæ, vel violentæ Et est ratio quia † qui contra formam legis, & canonis pro 24 hibitionem ac contra iura mercatur, nullam inde possessionem acquirere potest. l.quemadmodum.C. de agric.& censi.lib.xj. dicitur ergo transferri sola occupatio, & detentio.

¶ † Sed an emens à solo Prælato rem Ecclesiasticam sine solemnitate, & non seruatis his, si habet 25 bonam fidem, præscribat? Format de hoc quæstionem Barth. Brix.in suis quaestionibus veneri albus q 59.inci.esto quòd res Ecclesiastica. Ioan. Andr. in cap: hoc consultissimo.de reb.eccles.non alien.in 6 se remittit ad no.in cap.cura de iure patr. vbi habetur, quod aut ipse præscribens errabat in iure, vt quia credebat valere contractum, qui non valebat, & tunc non præscribit; secus, si errabat in facto, quia credebat Prælatum vendidisse de consensu capituli, qui tamen consensus non interuenerat, & tunc præscribit, vt per gloss.in c. 2.de his, qua fiunt à Pralat.& in cap.de causa.de prascript. & per Moder. in d. cap.cura. Facit, quod not. Ang.in l prascriptione. quibus non obst.long.temp.prascr. quod si possessor diù † pa- 26 cificè possedit aliquam rem absque controuersiâ quantumcunque sine titulo, non tenetur ad restitutionem fructuum, allegat. not. per Innocen. in cap.cum venissent, de restit. in integ. ad no. in l. j. C. de ser.fug. vbi habetur, quod multum pro eo præsumitur, qui diù possederit. Sed istis ad longum deductis non obstantibus, si sit in rescripto Papæ deputatus commissarius super alienatione faciendâ, discussio, quæ mandatur commissario, & quæ fit per eum, habetur loco tractatus, † & omnis so- 27
lem-

lemnitas est remissa per commissionem,& indulgentiam Papæ, & satis est seruare verba rescripti; vnde purè sine aliâ solemnitate,& authoritate potest iuridice Prælatus, & Rector habitâ licentiâ commissarij,alienare;per Abb.*in consf.41. 1. vol. per Ant. Capic.decis.16.3.col. num.4.* quia regulæ iuris,
28 quæ se habent, quod in † alienatione rerum Ecclesiæ iam dictæ solemnitates requirantur, non habent locum,quando Papa alienationem ipsam fieri mandaret, seu disponeret, cum dominus sit omnium Ecclesiarum; no. *in cap. proposuit de concess.preb.Capic.d.decis.16.num.j.* quia alienatio Papæ ex defectu solemnitatis non impugnatur. solemnitates enim requiruntur in alienationibus inferiorum, quæ etiam fieri non possunt Papa inconsulto,secundum aliquos *in extrauag. Ambitiosæ. extrauag.comm.hoc tit.* cum maior solẽnitas dari non possit. Et ideò vbi Papa consistorialiter disposuit bona alienari certâ aliquâ recompensâ, aut formâ datâ satis solemniter dici debet facta alienatio,postquam non solùm Papæ, verùm & Cardinalium consilium,& deliberatio accedit, vnde præsumendum est,omnia solemniter acta,*l.omnium vbi Doct.C de testa.* eoque maximè, quando Papa mandat fieri alienationem sine alijs solemnitatibus,& solemnitates supplendo,quas solemnitates, ex quo sunt de iure positiuo introductæ, cui Papa non subest,potest Papa tollere, & supplere pro libito;vt in terminis alienationis Ecclesiæ dicit Alex.*in d.consf 79.incip.circa primum,de quo quæritur,scilicet,coram quo.col.4.nu.8.vers. circa sextum dubium.volum.j.*
29 § † Et si Papa vult reuocari ex defectu solemnitatis alienationes,est intelligendum de alienationibus inferiorum,in quibus solemnitates sint necessariæ, non in alienationibus factis in exequutione mandati Papæ consistorialiter, etiam datâ certâ formâ ; prout ego vidi ponderari Bullam Pauli IV. editam in hac materia in causa Rom: Casalium,in allegationibus famosissimi aduocati. Per hæc sit dictum de solemnitatibus, quæ interueniũt in alienationibus rerum Ecclesię.Sed quia multùm interest scire in materiâ istâ,quod veniat appellatione Ecclesię in casu alienationis ; & an appellatione Ecclesię veniant loca pia ; & pari modo quod veniat appellatione rerum in materiâ alienationis Ecclesiasticę, his duobus breuiter absolutis per duas quęstiones,dicemus de casibus in quibus fit alienatio rerũ Ecclesię sine solemnitatibus:vt expressis casibus,& rebus,in quibus nõ fiunt alienationes sine solemnitatibus,habeas quoque de casibus,in quibus res Ecclesiæ possunt sine solemnitate distrahi.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia, & alia pia loca quò ad solemnitatem seruandam in alienatione bonorum æquiparantur.*
2 *Pia loca ob læsionem passam ità restituuntur in integrum,sicut Ecclesia.*
3 *Ecclesia appellatione,in materia nostra comprehenditur omnis pius locus.*
4 *Ecclesia appellatio propriè loquendo non comprehendit monasteria,nec loca pia.*
5 *Pius locus sine religiosus intelligitur ille,qui fuit fundatus authoritate Episcopi.*
6 *Bona loci fundati sine authoritate Episcopi venduntur sine solemnitatibus requisitis in alienationibus Ecclesiæ.*
7 *Hospitale fundatum sine Episcopi authoritate non est perpetuum: & an gaudeat priuilegio tabellorum ad piam causam.*
8 *Fraternitates,quæ sine Episcopi authoritate fundatæ sunt non possunt dici piũ collegium.*
9 *Fraternitates disciplinatorum, & battentium, an dicantur pia loca.*
10 *Fraternitates an sint persona Ecclesiastica.*
11 *Prohibitio de alienando non procedit in rebus fraternitatum.*
12 *Res relictæ pauperibus in genere sine solemnitate alienari possunt.*

AN IN MATERIA ALIENATIONIS Ecclesiasticę, appellatione Ecclesię veniant loca pia.

QUAESTIO XLIX.

SED quia aliquando euenit, quod alienantur bona nedum Ecclesiarum, sed & monasteriorum,hospitalium,capellarum oratoriorum, aliorumque religiosorum,piorumque locorum, puto,quod sit bonum scire, an solemnitates,quę in alienationibus Ecclesiasticis interueniunt, habeant interuenire solummodo,quando bona Ecclesiarum distrahũtur,an verò indistinctè in alienatione rerum cuiuslibet sacri,religiosi,pijque loci.Et breuiter conclusiò modo procedendo videtur dicendum, quod dicta solemnitas habeat interuenire,nedum quando bona Ecclesię alienantur, sed etiam quando cuiuslibet alterius pij loci res distrahuntur, quia quò ad solemnitatem seruandam † in alienatione bonorum æquiparantur 1
Ecclesię,& alia pia loca. Et prohibitio de non alienandis bonis Ecclesię à Constantino posita, *de quâ in l.iubemus.C.de sacrosf.eccl* hodiè est porrecta, & extensa ad omnes alias Ecclesias,aliaque pia loca,*Auth.hoc ius.canonizata,10.q.2.& in corpore in Authen,eo.tit.§.quia verò Leonis.quia dicit Hostiẽ.in c.j. extrà de reb. eccl. alien. vel non.* Papa voluit in hoc approbare dictas leges,siue constitutiones; quia si Ecclesia † læsa in integrum restituitur, ità pari 2
modo ob læsionem passam in integrum restituuntur etiã alia loca pia;dicit Ioann.Andr. *in c.2.de in integ.rest.lib 6.* quia ista à iure reperiũtur æquiparata,*c.requisisti.§.secũ. extrà de testam. ibi.* Et aliqua capellis,vel monasterijs,aut alijs pijs locis, &c. *c.4. de xenodochijs extrà de religio.dom.Sequitur Abb. in c. nulli.extrà de reb.eccl. alien. insf. Card. in Clem. quia contingit de religi.do.per Ioan. And. quem allegat Abb. in c.2.de in integ.rest. lib.6.* vbi in restitutione dicit pari passu procedunt Ecclesia,& alij loci pij. Est factus *text. extrauag. Ambitiosæ. extrauag. comm. de reb.eccl.non alien.ibi,* Monasteria, & alia pia loca, &c. *quia dicit Rebuff. in repeti. ca. sine exceptione. in verb.* ne quis, quòd omninò est interdicta alienatio rerum Ecclesię.Item collegiorum. Item capitulorum,etiam per Imperatorem. *§. nos igitur. in Auth. de non alien.* Extenditur etiam prohibitio ad bona hospitalium leprosorum,& monasteriorum,

rum, etiam mulierum, & alterius cuiuslibet pij loci, per Alex. *cons. 4 viso processu inter Ioan. num 5. vol. 3.* Et in materia eius rubricæ appellatione Ec-
3 clesiæ comprehenditur omnis † locus pius, vt intelligantur prohibitæ alienari nedum res Ecclesiæ, sed omnium locorum piorum; quia appellatio Ecclesiæ hic largè sumitur. nam propriè lo-
4 quendo Ecclesia non † comprehendit monasteria nec loca pia, Ioan. Andr. *in c. 2. de in integ. rest. in 6. Abb. in c. 2. de consue. Bero. in rub. de reb. eccl. no. idem in c. nulli. eo. col. antepen. nu. 86.* vbi dicit; quod quò ad seruandam solemnitatem in alienatione rei æ-
* quiparantur Ecclesia, & loca pia, & ita per * communiter scribentes traditur per Anto. & Ioan. de Imo. *ibidem, vt per Bero. vbi suprà. Idem Lapus in d. c. de xenodochijs.* quod Ecclesia, & loca pia æquiparantur tantum quò ad authoritatem Episcopi, & æquiparatio procedit quo ad authoritatem Episcopi, non quò ad aliàs solemnitates. Sed Pet. de Anch. *quem allegat D. Ant. in d. c nulli. hoc ti. in Clem. per litteras. de in integ. resti.* dicit; quod communis æquiparatio suprà facta procedit in hospitalibus, & alijs pijs locis authoritate Episcopi fundatis; secus in priuatis, secundum Bal. *in Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl. & gl. c. quidam 18. q. 2. idem voluit idem Pet. in alijs locis allegatis per D. Andr.* Et locus pius, siue religiosus intelligitur ille, qui fuit fundatus
5 authoritate † Episcopi, non quilibet locus celebrationi, & diuinis, vel deuotioni, aut orationi ab aliquo deputatus; per doctrinam Innoc. *in c. inter dilectos. extrà de dona. ibi*, Aliter autem si esset locus religiosus factus authoritate Episcopi, &c. Sequitur Bal. *in d. Authen. hoc ius. C. de sacros. eccl. vers. sed hic quæro. ibi*, Respon. quod non habeat priuilegium piæ domus, quia non est constructum authoritate Episcopi, per *gl. in d c. quidam. 18 q. 2. & in d. Clem. quia contingit. de relig. dom. ad finem, in gl. ordinariâ.*

§ Nam si hospitale, vel oratorium, aut aliqua religiosa alia domus, vel locus, siue capella sit fun-
6 data non cum authoritate Episcopi, † bona illius loci taliter fundati benè venduntur, alienantur, aut distrahuntur sine omnibus prædictis solemnitatibus in rerum Ecclesiæ distractione interuenientibus, putà, si sit hospitale priuatum, vt habetur de altari, quod habent nobiles in proprijs domibus, aut locus aliquis, qui sit deputatus celebrationi, & orationi, vt ferè est in palatijs magnarum personarum, in quibus Episcopus non habet institutionem, nec destitutionem, quia non fuit eius authoritate fundatus, per doctrinam Innoc. *in d. c. inter dilectos. de dona. Bal. in d. Auth. hoc ius. Imo. in d. c. nulli. Bar. in l. quod constitutum. ff. de testa. mil.* quia non est pium, sed potius profanum, nec habet priuilegia piæ domus, nec præsidentes, & seu ministri talium locorum, vel hospitalium gaudent priuilegio clericorum, per Ant. de Butr. *in c. j. de foro comp. no. Bal. in l. orphanotrophos. C. de Epis. & cle.* vbi
7 dicit; † quod taliter fundatum hospitale sine authoritate Episcopi non est hospitale perpetuum, licèt ibi seruetur hospitalitas de facto; nam potest dominus, vel fundator pœnitere, per no. *in Clem. quia contingit. j gl. de relig. domi. &c. Pa. de Ca. con. 295.*

§ Immo relicta, & seu legata facta tali hospitali non applicantur eidem, cum talis domus sit prorsus domus sæcularis, & non priuilegiata: tamen ex quo quomodolibet sit legatum, est contemplatione pauperum, Episcopus huiusmodi legata capiet; & distribuet inter pauperes habito respectu ad personas pauperum, non ad locum; nec nomine talis hospitalis potest peti restit. in integ. per Bal. *d. Auth. hoc ius vers. sed hic quæro. in fi. Habetur latè per Fely. in c. de quarta. 2. col. de præscr. vbi dicit secundum Paul. quem allegat cons. 295 in fi. & per Spec. de instru. edi. §. nunc aliqua. & vers. & scias*, quod in alienatione bonorum obuenientium tali hospitali nō requiritur solemnitas requisita in alienatione bonorum Ecclesiæ tamen fatetur, quod relicta tali loco gaudent priuilegio relictorum ad piam causam, ne patiantur detractionem falcidiæ, & quod And. Sic *in c. nulli. j. col. vers. & pondera.* dicit, quod cum talia bona sint deputata ad vsum pauperum, & sint in protectione Episcopi, videtur fauore pauperum mereri tale priuilegium, ad euitandum disceptationem alimoniæ ipsorum pauperum. Et d. Pet. de Anch. *in d. Clemen. per litteras.* quod hospitalia priuatorum non gaudent priuilegio Ecclesiæ, sublimitat esse verum quantum ad priuilegia omnia, quæ habent aliæ Ecclesiæ, sed benè quantum ad bona tale hospitale gaudet priuilegio loci pij, & Ecclesiasticarum rerum; quia licèt locus non sit sacer, aut religiosus, ex quo deficit ibi authoritas Episcopi, est tamen pius, quia opera pietatis in eo exercentur, ex quo pauperes ibi ex eius bonis nutriuntur, ad quod dicit habendam esse hospitalis considerationem, vt saltem talia bona sint priuilegiata, licèt non loca, per text. quem multùm commendat, *in l. omnia priuilegia. C de Epis. & cle. ibi*, Valdè etenim hoc necessarium videtur, cum exinde sit sustentatio, & educatio orphanis, &c. Sed subdit Fely. Ego per hoc non discederem à prædictis. Primò, quia videretur, quod Bal. in plurib. locis dixisset falsum, maximè in Auth. *hoc ius.* Secundò, cum imponantur graues pœnæ alienantibus bona Ecclesiæ maximè per *extraua. Ambitiosæ. de reb. eccl. non alien. extraua. comm.* esset res magna dicere, quòd tales pœnæ haberent locum in omni alienatione rerū deputatarū ad vsū pauperū. Tertiò, quia fundator disponēs, quod hospitale nō esset subiectū Episcopo, tacitè voluit quod Episcopus nō haberet authoritatē in aliquo contractu, aut distractu fiendo de bonis hospitalis tanquam magis confidens de regimine posterorū, quàm Episcopi: concedo tamē quòd si per gubernatores bona hospitalis dissiparentur, aut sine causā alienarentur, non dico per ipsum fundatorem, quando Episcopus hoc negligat facere, possit quilibet de populo sese taliter iniustè alienāti opponere, & resistere, *§. si autem locorū in Auth. de eccl. tit.*

§ Fraternitates ēt, seu cōsocietates licèt sint licitæ, & collegiū permissū & capax *no. 11. q. j. c. si qui clericorū. in gl. ordinaria*; tamen possunt sine solēnitate res societatis alienari, qa corpus fraternitatū benè pōt res suas vendere. † Nā cū non sint fundatæ istæ 8
fraternitates Episcopi authoritate, nō possunt dici piū collegiū, sed omninò profanū & seculare, & nō priuilegiatū, vnde pōt de suis bonis liberè disponere, sicut collegia sęcularia. *l. j. §. quibus. ff. quod cuiusque*

tusque vniuer. nomi. per Bal. in Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl. qui dicit ita se consuluisse. Quod quidem est verum: nam id apparet per eundem in cons. 134. incip. factum. 2. vol. vbi dicit; quòd fraternitas ex quo non subest Episcopo, & in qua Episcopus non instituit ibi priorem, nec destituit, non est collegium Ecclesiasticum, cui si sit factum legatum ex quadam deuotione, tamen non est legatum factum ad pias causas. Ergò quarta canonica non debetur Episcopo, vt ibidem. Et melius per eundem Bald. in cons. 162. vol. 5. vbi quærit; vtrum fraternitates

9 disciplinatorum, † & battentium dicantur loca pia, ita quòd illud, quod est distribuendum inter pia loca, possit eis concedi. Et dicendum est quod istæ fraternitates viuentes sub disciplina, & quadam regulâ catholicâ, sunt collegia approbata, nõ tamen sunt pia loca, collegia, & domus eorum nõ sunt piæ domus. Vnde nec sunt pia loca, nisi habeant annexam Ecclesiam, vel hospitale. Nam vita eorum est potius quidam localis, & honestus modus viuendi, quam pius modus, & loca eorum nõ sunt diuino vsui perpetuo deputata, cum possint domum, in quâ congregantur, vendere ac etiam confraternitatem destruere, l. j. & fi. C. de colleg. illici. secus videretur, si ipsa confraternitas esset ordinata ad sustentationem pauperum, in quorum vsum relicta sibi facta conuerterentur; quia tunc benè videretur esse locus pius. vt per Bal. ibidem. Sequitur Bar. in l. fi. C. de colleg. illic. idem Bal. in l. id, quod

10 pauperibus 21. q. C. de Episc. & cler. † Et an fraternitates sint personæ Ecclesiasticæ, vide per Doct. in c. j. extrà de stat. monac. Sed an sint loca pia, vide per Corn. cons. 18. incip circa. & cons. 347. incip videtur. & cons. 307. incip. in hac. per Pet. Rebuff. in c. fine exceptione. 12. q. 2. verb. non tamẽ procedit; vbi habetur,

11 quod prohibitio nõn † procedit in rebus fraternitatum, quia sunt omninò profanæ, & non sunt quò ad hoc priuilegiatæ, nec sunt bona Ecclesiastica. Vnde possunt res illarum, sicut alia bona profana, vendi sine solemnitate, l. j. §. quibus. ff. quod cuiusc. vniuers. not at. Perus. in c. j extrà eod Gemi. in c. j. 42. dist. nec habent, inquit locum in rebus clericorum, quia non sunt Ecclesiæ, & alias, vt ibid.

§ Hæc autem prohibitio alienationis habet locum in oratorio, ac rebus oratorij, quia possunt vendi sine aliquâ solemnitate, per Perus. in c. j. in 6. Rebuff. idem vers. nec etiam.

12 § † Res verò relictæ pauperibus in genere, non tamen relictæ pauperibus talis certi loci, non recipiunt hanc prohibitionem, & solemnitatem; quia benè possunt alienari sine solemnitate, & pretium inter pauperes distribui, l. si quis ad declinandam. C. de Episc. & cle. & posset etiam exequutor, vel Episcopus conferre dictas res pauperibus certi loci, & tunc acquiruntur dicto loco pleno iure, & de eis idem esset, quod de alijs bonis aliorum hospitalium, per Bal. in d. Authen. hoc ius vers. quarto quod C. de sacros. eccl. Sequitur Laur. de Rodul. in d. c. sine exceptione, in suis quæstionibus, quas ibi facit.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio de alienando res Ecclesiæ non est generaliter facta, sed de rebus immobilibus.*
2 *Permissum esse id intelligitur, quod non reperitur expressè prohibitum.*
3 *Mobilia non sunt prohibita alienari.*
4 *Mobilia non prohibentur alienari à iure ciuili.*
5 *Mobilia de iure canonico prohibita sunt alienari.*
6 *Pecunia importat totum illud, quod homines habent in terra.*
7 *Semel Deo consecratum ad ius sacerdotum pertinet.*
8 *Generalia verba cuncta comprehendunt.*
9 *Verbum omnium omnia comprehendere debet.*
10 *Prohibitio alienationis rerum Ecclesiæ, quæ comprehendere debeat.*
11 *Rerum appellatione continetur tota hæreditas.*
12 *Rei appellatio latior est, quàm pecunia, licèt appellatione pecuniæ veniant omnia, quæ sunt in mundo.*
13 *Dictio quicquam, & dictio Aliqua verificatur in re minima.*
14 *Rei appellatio in materia ista prohibitiua alienationis generalis est. Non tamen comprehendit ea, quæ seruando seruari non possunt, nec modica.*

QVID VENIAT APPELLATIONE rei in materia alienationis rerum Ecclesiasticarum.

QVAESTIO L.

VERVM, quia meo iudicio interest scire hac in materiâ, quid sit prohibitum alienari, quid non prohibitum, ex quo in hac materia omnes rubricæ cantant, de reb. eccl. non alien. puto optimum esse dicere; quid veniat, aut venire possit sub nomine, vel appellatione rei; vt cognitis his, quæ prohibentur alienari, facilius ab alienando, & distrahendo abstineamus. Et licèt de hoc in multis locis incidenter sit dictum, ac forsan etiam taliter, quod sit satis, tamen pro faciliori legentium cõmoditate iudico esse ad propositũ, vt omnis materia in isto labore, quô ad eius fieri possit, suam specialiter basim, suum locum, & sedem habeat, ad quam pro casus contingentiâ recurri possit.

§ Primò igitur videtur, quod appellatione rei in hac materiâ prohibitiuâ alienationis habeant venire tantummodò res immobiles, iura, & huiusmodi, non res alterius generis: quia res immobiles tantum videntur prohibitæ alienari; per tex. in l. iubemus. C. de sacros. eccl. Auth. toto tit. de non alien. aut permu. de alien. & emph. de eccl. rerum immob. alien. vbi apparet, quod tantum est facta † prohibitio alienationis rerum immobilium, & sic non generaliter, nec indistinctè. Vnde nomine rei in nostrâ materiâ venire intelligi debent tantum immobilia, & similia, non mobilia, vel res non specificatæ in prohibitione: quia † quod non reperitur expressè prohibitum; regulariter semper esse permissum intelligitur, l. necnon. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maio. Et in tex. in c. nulli liceat. extrà eo. tit. est tantum prohibitum alienari res immobiles, per Hostien. in c. j. de his, quæ fi. à Præla. habetur in gl. in Auth. de nõ alie. in ver. huiusmodi. vbi dicit; † ꝙ mobilia nõ sũt ꝓhibita alienari. Ego autẽ nolo in hoc disputatiuè procedere, ne lectorem nauseâ, vel tædio

afficiam, sed volo tantum veritatem perstringere.
4 Verum igitur est, quod † iura ciuilia non prohi-
bent alienari res mobiles, sed talia iura nos non
attendimus, quando à iure canonico contrarium
5 stat determinatum: † quia de iure canonico, & de
iure Ecclesiæ est benè prohibita etiam res mobi-
lis alienari. Primò per text. *in can. qui Christi. 12. q. 2.*
6 vbi pecuniæ Ecclesiæ prohibetur distractio: & †
verbum Pecunia importat totum illud, quod ho-
mines habent in terra; & omnia, quorum domini
sunt, pecunia vocatur, seruus, vas, ager, arbor, pe-
cus, quicquid horum est, pecunia dicitur, *c. totum.*
j. q. 3. & ibi gl. dicit, quod & iura cōplectitur nomē
pecunia, *l. pecunia. ff. de verb. sig. facit tex. in c. nulli. 12.*
7 *q. 2.* vbi habetur, † quod illud, quod semel Deo
cōsecratum est, siue fuerit homo, siue animal, siue
ager ad ius pertinet sacerdotū, *& c. ex tex. in c. 1. de*
reb. eccl non alie. in 6. secundum gl. in c. 2. eo. li. quæ di-
cit; quod tam mobilia, quam immobilia sunt pro-
hibita alienari, in verb. Mobilia. & *in c. nihil est. ex-*
trà de elect. habetur, quod nihil omninò de rebus
8 Ecclesiæ alienetur: & verba generalia † cuncta cō-
prehendunt, *l. de pretio ff. de publ. in rem actio. tex. in*
c. indemnitatib. §. si verò. de elect. in 6. ibi; Sic tamen,
quod de rebus monasterij nihil penitus alienet,
est tex. extrauag. Ambitiosa. extrauagan. comm. de reb.
eccl. ibi; Omnium rerum, &c. vbi terminus, seu ver-
9 bum Omnium, omnia sui vtilitate † comprehen-
dere debet, *l. serui. §. fi. vbi Bar. de leg. j. Abb. in c. con-*
sensu. extra tit. nostro, nu 5. dicens, quod rem mobi-
lem Prælatus non potest alienare. *tex. in c. relatum.*
extrà de testam. quod tam mobilia, quam immobi
lia penes Ecclesiam remaneant. Lauren. de Ro-
dul. ponit in quæstione, quam facit, an dispositio
prohibitiua de non alienando comprehēdat tam
mobilia, quam immobilia, per eum *in c fine excep-*
tione 12 q. 2. sua. q. 27. & per Aug. Bero. *in c. nulli. no-*
stro tit. quod rei appellatio est generalis, *l. j. ff si cer.*
pet. l. rei. ff. de verb. sig. sub rub. sub prohibitione alie-
10 nationis rerum Ecclesiæ † comprehenduntur fe-
re omnia. Nam primò comprehenditur res soli: i-
tem coloni, seu mancipia rustica, quæ inter im-
mobilia reputantur, *d. c. nulli.* item pecunia desti-
nata emptioni, quæ inter immobilia reputatur,
&c. item annui census, reditus, veluti decimę, cen-
sus, & possessiones *c. eccl. c. statuimus. 16. q. j.* item v-
susfructus Ecclesiæ debitus, vel in rebus Ecclesiæ
alteri venditus; item & aliæ seruitutes prædiales
ad ius obuentionum, *c. non liceat. 12. q 2.* item vsus
rerum, *l. iubemus. in fi. C. de sacros. eccl. Clem. j. eo. tit.* i-
tem feuda, & iura emphyteutica, *c. nulli. c fi. eod.* I-
tem res mobiles sacræ, & aliæ res non superuacuę,
& quæ seruando possunt seruari, per Abb. *in d. ca.*
consensu extrà eod.
11 § Et dicit Bar. *in l. j. C. de pact.* † *per illum tex.* quod
appellatione rerum continetur tota hæreditas,
per tex. *in l. rei appellatione. l. j. ff. de verb. sign.* vbi rei
appellatione iura, & causæ, corporalia, & incor-
poralia continentur, *vt ibi in tex. & gl. vbi tex.* di-
12 cit; quòd † latior est appellatio rei, quàm pecunię,
& appellatione pecuniæ veniunt omnia, quæ sunt
in mundo.

Facit tex. *in d. c. fine exceptione. 12. q. 2.* vbi prohi-
betur, quod de rebus Ecclesiæ quicquam aliene-
tur: per quod verbum dicit Rebuff. *ibidem* quod
prohibentur † alienari tam res paruæ, quam res 13
magnæ: quia dictio Quicquam, & verbum Ali-
qua, verificatur etiam in re minimâ, *Auth habita. C.*
ne fili. pro patre. gl. in verb. Omnia, in Clem. de foro com-
pet. Tiraq. in repet. l. si vnquam C. de reuoc. dona per gl.
in extrauag. suscepti. §. fi. vers. & si quicquam. ne sed.
vacan. Dec. cons. 455. & cons. seq. Immò deponitur,
qui prædium exiguum Ecclesiæ, vel quicunque a-
liquid de iure Ecclesiæ alienare præsumpserit, *ca.*
quicunque. il. j. 17. q. 4.

Vnde per ista apparet, quod res etiam quan-
tumuis exigua venit appellatione rei, & quod rei
appellatio in ista materiâ alienationis prohibiti-
uâ † est generalis. Sed res intelligi debet, prout 14
dico *in q. 4. de rer. mob. eccl. alien. in q. 5. de fruc. eccl. a-*
lien. in q. 6. de alien. illar. rer. quæ seruando ser. non poss.
in q. 55. de alien. non obstan. iura. & vt in diuersis ca-
sibus positis *in rub. q. seq. 51.* de casibus, in quibus
fit alien. rer. eccl. sine solemnitatibus & diuersis a-
lijs in locis in potenti labore; in quibus apparet,
quod res modicæ, fructus, & res, quæ non possunt
seruari, & similia non comprehenduntur appella-
tione rei in prohibitione istâ; & propterea sit de
hoc hactenus dictum.

SVMMARIVM.

1 Res Ecclesiæ mobilis præscribitur, vel vsucapitur spatio trium annorum.

2 Res Ecclesiæ parua non pretiosa sine aliqua solemnitate alienari potest.

3 Mobilia, quæ seruando seruari possunt, comprehenduntur sub prohibitione de non alienando.

4 Ea, quæ magis expedit distrahi, quam seruari, non sunt prohibita alienari.

5 Mobilia, quæ non sunt pretiosa, vendi possunt sine solemnitate.

6 Res parua Ecclesiæ, vel modica, vel inutilis, vel infructuosa alienari sine solemnitate potest.

7 Prælatus de rebus Ecclesiæ mobilibus, & se se mouentibus moderatè donare potest.

8 Consensus capituli non requiritur in alienatione rei paruæ Ecclesiæ.

9 Bona Prælati, si distincta sint à bonis capituli, possunt per Prælatum solum ad illius vitam alienari.

10 Res parua alienari potest per solum Prælatum, etiam si Prælatus iurauerit res Ecclesiæ non alienare.

11 Modica sunt exempta ab omni solemnitate.

12 Qui parum transgreditur, non vituperatur.

13 Statutum loquens in debitore non habet locum in debitore paruo.

14 Res modica non includitur sub iuramento de non alienando.

15 Superior non præsumitur, quod voluerit iurantem illaqueare in rebus modicis.

16 Res parua, & modica potest vendi absque solemnitate, dummodò iusta causa adsit.

17 Lex quando vtitur verbis generalibus, putà Nihil, Quicquid, & similibus, tunc modicum comprehenditur, quando sumus in materia peccati.

18 Res mobilis ad hoc, vt alienari possit, tria requiruntur,

tur, scilicet, necessitas, modicitas, & inutilitas.

19 *Qui plenam administrationem habet alterius, non tenetur exquirere opinionem.*

20 *Prelatus, si est solus collator feudi, solus potest vassallo remittere feloniam.*

21 *Capituli consensus requiritur in communiter tangentibus Episcopum, & capitulum.*

DE CASIBVS, IN QVIBVS FIT alienatio rerum Ecclesiæ sine solemnitatibus.

QVAESTIO LI.

CAP. I.

1 PRIMÒ a quidem videtur, quod res mobiles Ecclesiæ possunt benè alienari absque aliquâ solemnitate, & consensu alicuius superioris, optima *gl. in c. ii, cui. de electio. in 6. in verb immobilium. ibi;* Si voluisset Papa, quod alia mobilia alienari non possent, hic generaliter loquutus fuisset:
2 quia etiam res Ecclesiæ mobilis † præscribitur, vel vsucapitur spatio trium annorum, vt *C. de præscrip. 30. annorum. omnes. & Auth. de eccl. tit. §. protemporalibus. colla. 11. & tit. hac constitutio innouat. glo. in § res fisci. Institu. de vsucapio. Cardinalis Zabarel. in c. j. de his, quæ fin à Prælat. ibi;* Aliàs non licèt alienare voluntariè exceptis rebus mobilibus, & c. Sed est intelligendum de paruis, prout in sequenti. Et de re paruâ Ecclesiæ noo pretiosâ, videtur, quod fieri possit etiam sine solemoitate aliquâ distractio, &
2 alienatio pro libitu. † Hanc quæstiooem examinat Lauren. de Rodulph. *in rep c. fine exceptione. 12. q. 2. q. sua 27.* & arguendo in vtramque partem dicit primò, quod non, per tex. *in c. fine exceptione.* vbi generaliter, & indistinctè non alienantur res Ecclesiæ, nec ibi dicitur magis de immobilibus, quam de mobilibus. Eadem autem generalitas habetur in rubricis tàm extrà, in Sextò, quam in Clementinis, quæ cantant vbique de rebus Ecclesiæ non alienandis, idem habetur *in c. Abbatibus. §. his omnibus. & c. placuit. 12. q. 2. & c. hoc ius. vers. sicut autem. cum similibus, 10. q. 2.* quæ cum loquantur generaliter, nos distinguere non debemus, *c. quoniam. de coniug. lepro.* Videtur dicere *gl. summa 12. q. 2.* quæ primò ponit regulam, quod res Ecclesiæ non possunt alienari, deinde ponit, & exceptuat quatuor casus tantum, & subdit, quod res Ecclesię, quę seruando seruari non possunt, possunt benè alienari etiam sine solemnitate, & ibi concludit, quod alię res sunt alienandæ cum solemnitate. Præterea omnes excipientes à regulâ casus, excipiunt mobilia, quæ seruando seruari non possunt, per gl. *in c. nulli. extrà eodem tit. per Inno. in c. j. de his, quæ fi. à Prælat per Ioan. Calderi. in c. si quis. de reb. eccl. non alien.*
3 *super verb prædium.* † ergò mobilia, quæ seruando seruari non possunt, non exceptuantur, & sic stant sub prohibitione de non alienando comprehensâ, *32. dist hospitiolum. c. nonne. de præsumptio. cum simil. hoc idem sentit gl in c. Episcopus. supra. eadem q. j. in gl. incip. ergo. Sed Archid ibi contrà per tex. in c. ceterum. de donatio. & per. tex. in c. possessiones 16 q. j.* In cootrarium autem facit, quod ootaot Host. *Ioann. And. Ioan. de Ligna. in c. j. de his, quæ fi. à Præla.* vbi à regula de non alienando exceptuant, nedum illa; quæ seruando seruari non possunt, sed & mobilia non pretiosa. Ad materiam illorum, quæ seruando seruari non possunt, vide, quæ dico suprà suo loco in *q. 6. de alienat. illar. rer. quæ seruando seruari non poss. & per Aug. Bero. in c. consensus. & c. nulli. de reb. eccl. alien. vel non.* Ad idem facit, quod dixit Goffr. *in Summa eo. tit. in § prohibent.* vbi dixit † etiam ex- 4
ceptuari ea, quę magis expedit distrahi, quam seruari, vt animalia superuacua, & vestes attritæ, per *tex. in l. vltima. C. quando decre.* opus non est, quod etiam posuit in *c. nulli. extra eo. tit.* vbi formabat punctualiter hanc quæstionem, & dicebat esse solemnitatem seruandam, *alleg. eo. tit. c. nulli. & c. casellas. 10. q. 2.* vbi æquiparantur res mobiles, & immobiles, quò ad alienationem; & subdebat, quod Archid. *in Auth. hoc ius.* quæ est *in d. c. casellas.* quod solemnitas seruari non debet; sequens Barthol. Brixien. quod probatur secundum eum in *Auth. prædicta.* & hoc maximè procedit, vbi † mobilia 5
non sunt pretiosa, & aliàs, vt ibi per *d. Laur. in d. q. 27. vbi ad longum.* vbi etiam concludit, quod fructus beneficiorum possunt vendi, & distrahi sine aliquâ solemnitate. Est in materiâ optimâ *gl. in c. j. de his, quæ fi. à Præla.* vbi dicit, Parua enim res Ecclesiæ sine hac solemnitate alienari potest. vbi Host. dicit, quod non est licitum facere alienationes rerum Ecclesiæ sine solemnitate, † vel nisi esset 6
parua, vel modica res, inutilis, & infructuosa, in qua non requiritur solemnitas. vbi dicit etiam, quod de rebus mobilibus Ecclesiæ, † & se se mo- 7
uentibus potest Prælatus moderatè donare, terræ more considerato. & ibi Abb *in fi.* quod in alienatione rei Ecclesiæ paruæ non requiritur † consen- 8
sus capituli, tex. *in c. continebatur. de his, quæ fi. à Prælat.* vbi res modica videtur posse concedi absque solemnitate; ità intelligit illum tex. Feder. de Sen. *in consil suo 51.* quod loquatur in cócessione rei modicæ, secus esse dicendum in concessione rei magnæ, in quâ solemnitates interuenire deberent. refert Abb. *in d. c. continebatur. subdens ibidem num. 7.* † 9
quod vbicunque bona Prælati sunt distincta à bonis capituli, tunc bona possunt per Prælatum solum sine consensu, & solemnitate concedi ad vitam eius, & durante vita illius, quia tunc solùm agitur de suo præiudicio; idem Feder. *in cons. 53. & per Host. in Summa. §. fi. per Doct. in c. veniens. de transactio.* † immò res parua videtur, quod possit a- 10
lienari per solum Prælatum, etiam si Prælatus iurauerit res Ecclesiæ non alienare, etiam non obstante eius iuramento, per ea, quę dicit Abb. *in ca. vt super. de reb. eccl. alien. col. 3. sub nu. 15.* ibi, Ego dicerem, quod aut res est modica, vel modicę vtilitatis, & tunc non includitur sub iuramento de nô alienando, quia non est verisimile, quod superior voluerit illum illaqueare in istis modicis; † quia 11
ista modica sunt exempta ab omni solemnitate ex iuris dispositione. Item Abb. *ibidem paulò ante, vers in gl. in verb. assensu nu. 14.* vbi dicit, quod in rebus modicis non requiritur consensus capituli expressus, sed tacitus. Faciunt latè adducta per Barba. *in suo consil. 61. incip. ab Ioue principium.* quod consilium est factum in ista materiâ.

Facit dictum per eundem Abb. *in d. c. continebatur. in fi.* quod emens à solo Prælato rem Ecclesiæ absque aliqua solemnitate potest præscribere: & vbi res est prohibita alienari, non tamen intelligitur res modica prohibita, per *gl in Auth. de here. & fal. §. hinc nobis vers. superbiam. & ibi dicit Ang.* quod illa gloss. facit ad statutum dicens, quod nullus possidens apothecam possit capi personaliter; quod si aliquis possidet vtilissimam apothecam non gau-
12 deat commodo statuti. † Et dicit *Bal. in l. 2. C. de rescin. vend. 12. q.* quod ille, qui parum transgreditur, non vituperatur. Et dicit *gl. in Auth. minoris debitor.*
13 *C. qui dar. tutor. poss.* † quod statutum loquens in debitore, non habet locum in debitore paruo. Faciunt adducta per Fely. *in c. fi. §. is autem. de off. & potest. iud deleg. & per Rebuff in compendio de rer. eccle. alien. vers.* sunt tñ, quod sunt aliqui casus, in quibus istæ solemnitates non requiruntur ex necessitate. Et primus est, quando alienantur res minimi valoris, momenti, vel vtilitatis, & cu malijs, quæ cumulatè, & in infinitum adduci possent. Pro quo vide, quæ congressi suprà *in q 9 de rer. mobil. modi. eccl. alien* vbi etiam vide quid, quomodo, & quando intelligatur modicum, *q. 10.* Et dicit Abb. *in ca. vt super. de reb. eccl. non alien. nu. 15. vers.* sed oppono contrà. quod Episcopus, vel Prælatus res modicas Ecclesiæ benè potest alienare, non obstante, quod iurauerit non alienare: ibi, Ego dicerem, quod aut
14 res est modica, † seu modicæ vtilitatis, & tunc nõ includitur sub iuramento de non alienando, quia non est verisimile, quod superior voluerit illum
15 illaqueare † in istis modicis, cùm ista modica sint exempta ab omni solemnitate ex iuris dispositione; vt in *c. terrulas. 12 q. 2. idem Abb. in c. fi. de eccl. ædific. vel reparan nu 9 vers item puto. ibi,* Item puto hoc iuramentum non extendendum ad alienationem rei modicæ, *argu. 12. q. 2. c. terrulas.* Facit, quod habetur per Feder. *de Sen. in suo cons 202.* & vide, quod no. *in c vt super. de reb. eccl. non alien. & per Archid. in c. Abbatibus.* vbi prosequitur, an Prælati circa Episcopum possint rem modicam alienare sine solemnitate: quia *tex. in d. c. terrulas.* videtur loqui, & habere locum in Episcopo. Sed quod possint alienare rem modicam Prælati, ego inquit Abb. ibi, allego bonum tex. *in c. cæterum. de don. & in c. ad hac. & c. relatum. il. 2. de testa.* Habetur per *Corset. in reper. in verb. alienatio.* vdi dicit; quod in concessione rei modicæ facta per prælatum ad vitã suscipientis non requiritur solemnitas requisita in alienatione perpetuã, *c. 2. de his, quæ fi. à Prælat.* quod est contra *c. perpetua. 3. q. 2. & c. nulli. de reb. eccl. alien. tenet Feder. de Sen. d. cons. 51.* secus autem, si sit res magna, quia tunc requiritur solemnitas iuris. notatur per Ioan. Andr. in additio. ad *Spec. de reb. eccl. non alien. super rub. in fin Abb. in c. 2 de his. quæ fiunt.* Et
c dicit August. c Bero. *in d. c. nulli. nu. 58. & sequen. col. 23. vers.* Limitatur hæc autem conclusio, quod res parua, & modica potest vendi absque solemnita-
16 te, dummodo, adsit † iusta causa, per Abb. habetur in *c. fi. de eccl. ædifican. vel reparand. qui hoc dicit. glo. in c. Abbatib. & in summa 1. q 2.* Sed id non tenet idem
d Bero. d. in re immobili parua, aut modica, quia inquit, videtur contra tex *c. casellas. 10. q. 2.* vbi Episcopo generaliter prohibetur alienatio rei modicæ, vt ibi, casellas. item tex. *in d. c. fine exceptione. c. tua nuper. & d. c. cum apostolica. in illis verbis;* Ne quis Episcopus de rebus Ecclesiæ quicquam donare, vendere, &c. ibi verbum. Quicquam de rebus Ecclesiæ quod etiam res minimas comprehendit. subdens, quod vbicunque sumus † in materia pec- 17
cati, & in actu, in quo anima ligari potest, si lex, vel canon vtatur verbis vniuersalibus, Nihil, Quicquid, aut similimus, tunc modicum etiam; & minimum comprehenditur, vt in casu alienationis rei Ecclesiæ, *c. si quis presbyterorum. extrà eod. tit. d. c. non liceat Papæ.*

¶ *Vlterius idem Bero. adducit tex. in c. 1. 17. q. 4. cum ibi gl.* vbi prædium magnum, vel exiguum vendi non potest sine solemnitate, & iusta causa: &, inquit gloss. ibi, intellige exiguum, quod aliquam affert vtilitatem: & respondet ad tex. *in c. terrulas.* vbi de re immobili parua fit alienatio absque solemnitate consensus, & subscriptionis capituli quia ibi tria concurrerunt, videlicèt, necessitas rei, necessitas distrahendi, eratque res minus vtilis, & incommoda: nam ex his tribus ibi iudicatur, quod de per se quodlibet non sufficeret, quia sola necessitas hoc non operatur, *c. 1. eo. in 6. Cle. 1. eo.* Nec sola modicitas, *cap. fine exceptione. nec sola vtilitas, cap. vt super. extrà eodem,* item nec sola incommoditas, *§. item prædium. §. sicut & §. si quas: 10. q. 2.*

18 Item prelatus bona, quæ sunt distincta, & separata à bonis capituli solus de per se sine consensu capituli vsque ad vitam ipsius, vt dico suprà, benè alienat, & alienatio tenet, cum agatur tantum de ipsius solius præiudicio: tenet Feder. de Sen. *in cons. 54. Hostien. in Summa, §. fi. Dec. in cap. veniens. de transactio. Abb. in cap. continebatur. de his, quæ fiunt à Prælat.* Solus etiam prælatus sine consensu capituli potest infeudare bona Ecclesiæ, si feudum sit quid distinctum, & eius concessio sit attributa Episcopo, per Bald. *in c. 1. de his, qui feu. da. poss. Subdit Bal.* Et idem dico de consilio, quia consilium capituli est præscriptibile, & est expressum *in tit. si de inuestit.* lis inter dom. & *vas. c. 1. §. in clericorum.* vbi dicitur, quod non requiritur scientia fratrum: quia qui † plenam habet administrationem, 19
alterius non tenetur exquirere opinionem, gloss. *in l. Titium. §. 1. ff. de admin. tut. vbi Bal* subdit; quod si Prælatus est solus collator feudi, solus potest † remittere feloniam vasallo. *no. extrà de sent. ex-* 20
comm. c. cum desideres. vbi habetur, quod solus Prælatus sine capitulo non remittit communem iniuriam, sed suam propriam, sic. Vnde si collatio feudi est ipsius, remittit ipse feloniam, secus si collatio est ipsius, & capituli. Vnde, inquit Abb. *in c. cum nos. sub numer. 4. de his quæ fi. à Prælat.* quod in communiter tangentibus Episcopum, & capi- 21
tulum requiritur capituli consensus, *c. accedentes. de præscr. idem Abb. in c. nouit sub nu. 7. vers. 3. eod. titu. de his, quæ fi. à Prælat. Dec. in cons. 142.* quod si prælatus reperitur solus in Ecclesia absque capitulo, tantum potest solus in alienatione bonorum, quantum si esset capitulum ipse cum capitulo, not. *in gl. in c potuit. de loca. vbi Docto.*

* *
*

A D-

ADDITIO.

a Item legatum non agnitum, item hæreditas non adita potest per solum Prælatum repudiari, Natta *cons. 441. nu. 12. & plu. seq.* Item si sit agnitum, sed statim renunciatum alteri, *ibidem num. 19. & seq.* Item si possessio, & res dimittatur penes aduersarium, quæ nunquam fuit penes Ecclesiam, Natta. *vbi supra. & consil. 145. num. 20.* Item si concessio sit ad vitam alicuius vel etiam in tertiam generationem, Bero. *cons. 91. num. 12. vol. j. Suprà quæstione 13.*

Sed aliter ipse loquitur *in c. qua in Ecclesiarum numer. 41. de constitut. & in d. c. nulli. numer. 46. & seq.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatus fructus beneficiorum vendere non prohibetur.*
2 *Venditio fructuum ad modicum tempus non includitur in prohibitione.*
3 *Fructus vendi possunt ad vitam beneficiati.*
4 *Fructus beneficiorum non sunt spiritualitati annexi.*
5 *Fructus obligari possunt sine consensu Episcopi.*
6 *Episcopus non potest facere statutum, quin fructus Ecclesiarum locentur, vel vendantur.*
7 *Canonicus vltra tempus suæ vitæ non potest locare fructus suæ præbendæ.*
8 *Alienari possunt illa, quæ commodè seruari non possunt.*
9 *Prælati, & alij quicunque Ecclesiarum præsidentes possunt fructuum alienationem facere ad modicum tempus.*
10 *Capituli consensus non requiritur in venditione fructuum, quam facit Episcopus ad modicum tempus.*
11 *Prælatus qui iurauit non alienare Rom. Pont. inconsulto, potest nihilominus alienare fructus.*
12 *Modicum tempus quod esse dicatur.*
13 *Fructus percepti, & fructus percipiendi distinguuntur.*
14 *Prælatus si dat fructus ad non modicum tempus, & pecuniam inde statim recipit, an valeat contractus.*
15 *Maior est vtilitas recipere pretium simul, quàm diuisim.*
16 *Prælatus vendere non potest ius colligendi fructus.*
17 *Prælatus an vendere possit fructus percipiendos, & se obligare ad illos tradendos, & num. 21.*
18 *Quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet.*
19 *Successor non tenetur stare contractui Prælati prædecessoris: Limita tamen, vt ibi habetur.*
20 *Prælatus vltra tempus suum Ecclesiam locare non potest.*
22 *Vendens fructus domus pro centum annis, an dicatur alienare.*
23 *Catholici, qui contra hæreticos sese accingunt, ea gaudent indulgentia, quæ accedentibus in Terra Sancta subsidium conceditur.*
24 *Clerico est interdictum beneficium alienare.*
25 *Venditio, vel locatio fructuum facta per Prælatum non extenditur vltra vitam suam, nisi interueniat authoritas Episcopi.*
26 *Locatio si facta sit ad certum tempus, infra quod moriatur locans, an successor teneatur stare contractui.*
27 *Fructus alienari possunt in præiudicium Prælati, sed non successoris.*
28 *Concessio vsusfructus facta consanguineo ad vitam Prælati valet.*

CAP. II.

Dico pariter, quod fructus Ecclesiarum venduntur sine solemnitate aliqua, videtur tex. *in c. fi. ne Præla. vic. suas.* vbi fructus beneficiorum, & Ecclesiarum pretio † vendere potest 1
Prælatus. nec videtur aliquo modo prohibitum, est text. *in Clem. j. §. fi. de reb. eccl. non alie. vbi dicit text.* quod statutum de prohibitione alienationis redituum Ecclesiasticorum non extenditur ad venditiones fructuum, *vt ibi, & gl. in verb. tempus.* vbi dicit, † quod venditio fructuum ad modicum 2
tempus non includitur in prohibitione, per text. quæ dicit expressè, *in extrauag. Ambitiosæ. de reb. eccles. non alie.* ibi, Ac de fructibus, & bonis, quæ seruando seruari non possunt. *extraua. comm. & per Feder. de Sen. in cons. 123. incip. quæritur an constitutio.* Et dicti fructus nedum venduntur ad certum tẽpus, & specificatum, sed & pro toto tẽpore vitæ
† beneficiati, & ad vitam beneficiati, vel Prælati, 3
per Præp. *in c. sed adhuc. j. q. 3. vbi dicit;* quod fructus percipiendos ex præbenda, & beneficio emere licet, quia non sunt sacris adducti officijs, cum etiam à laicis haberi possint; fructus enim beneficiorum non sunt, nec possunt dici spiritualitati † an- 4
nexi, & per Archi. *d. c. sed adhuc. 1. q. 3. est glo. in terminis in c. alienationes. 12. q. 2. super ver. præbendã.* quæ habet, quod fructus præbendæ, & beneficij clericus potest vendere ad instar vsufructuarij, sicut fructus decimarum, & oblationum possunt vendi, licèt hoc non sit honestum, quia prohibitum non inuenitur, sed tantum cum consensu Episcopi. subdens gloss. Sed certè quicquid dicat Io. egó credo, quod sicut clericus potest vendere fructus
præbendæ suæ sine consensu † Episcopi, ita obli- 5
gare maximè ad modicum tempus, sicut tutor vẽdit fructus sine iudicis authoritate, est *text. apertus in c. vestra. vbi Abb. & alij, extrà locat.* vbi colligunt
Doctores, † quod Episcopus non potest facere 6
statutum, quin fructus Ecclesiarum locentur, vel vendantur, quandoquidem id esset in præiudiciũ Ecclesiarum. *Abb. in c. ad audientiam. num. 2. ext. hoc*
nostro tit. vbi dicit, quod canonicus † vltra tempus 7
vitæ suæ non potest locare fructus suæ præbendæ, & si locauit ad certum tempus, & moriatur ante locationem finitam, expirat locatio, nisi interueniat authoritas superioris, &c. *per Abb. in c. nulli*
liceat. num. 8. eo. tit. vbi dicit, quod illa, † quæ com- 8
modè seruari non possunt, veluti sunt fructus, & vestes benè possunt alienari, nec est prohibitum. sequitur Maria. Socin. *in cons. 32. incip. Omnipotens Deus adsit. ex his 1. col. vers. circa primam. volum. j. ibi,* Non est dubium, quod prædicta locatio de iure viribus subsistit. Prælatus enim seu Rector Ecclesiæ administrationem habens nedum ad quatuor vel sex annos potest locare, & fructus vendere,

sed etiam vsque ad septennium per text. apertum
in c.fi.ne Prælat.vic suas & hodiè est etiam tex. apertus
* iuncta gloss & opinione communi, quod Prælati, Re-
9 ctores, † & alij quicunque administratores Eccle-
siarum, & Præsidentes, etiam religiosi, possunt lo-
cationes, & fructuum venditiones ad tempus mo-
dicum facere, etiam soli, & nullo capituli accedē-
te consensu, in Clem. j. de reb. eccle. non alien. Facit
* Calde. in cons. suo 8. incip. si in venditione. tit. de rebus
10 eccl. non alie. † vbi dicitur; quod in venditione fru-
ctuum, quam facit Episcopus ad modicum tem-
pus, non requiritur consensus capituli, pro quo
tex. in c. tua nuper. à contrario, de his, quæ fin. à Præla.
11 & facit in consi. 7. antecedente, incip an iurans. † vbi
tenet, quod Prælatus qui iurauit non alienare
Rom. Pontifice inconsulto potest alienare fru-
ctus; vbi saluat glo. dicentem, quod qui alienare
est prohibitus, potest locare ad centum annos. &
* est * communis opinio gl. † & Doc. in d. Clem. quod
12 modicum tempus intelligatur infrà decennium,
per l. si Cod. de præscr. long. temp. & ff qui, & à quib. l. si
cum fideicommissaria libertas. §. Aristo. Et quamuis a-
* liqui dicant, hoc esse arbitrarium, tamen * com-
munis opinio, & communis obseruantia est; quod
intelligatur de tempore minori decennio, per iu-
ra prædicta; & ità probatur in multis legibus illius
tituli, de præscript. long. temp. x. vel xx. ann. ergò mi-
nus tempus x. annorum non dicitur longum, & sic
dicitur modicum. facit etiam, quod notatur in l. j.
quod ait. ff. de superfi. & idem tenet Archi. de S. Georgi.
quem dicit Ioan. And. post gloss illam fi. in Clem. j. de reb.
eccl. non alie. ità publicè respondisse. Et sequitur
Zabarel. Card. Floren. qui dicit, se ità pluries con-
suluisse, & quod ità obseruatur. Facit, quod tradit
Bar. in l in venditione. §. 1. num. 5. ff. de bon. authe. iud.
poss. Et probatur satis iudicio meo hæc opinio: quo
niam ante illam Cle. j. habemus tex. in c. fi ne Prælat.
vic. suas. quod Rector non habeat locare vsque ad
septennium absque superioris authoritate, & alias
absque solemnitate quæ exigitur in alienatione
rerum Ecclesiæ, de qua in 12 q. 2. in summa. & c. sine
exceptione. & c. 1. de reb. eccle non alien. & d. Clem. 1.
ergò d. Clem. quæ non venit correctiuè ad ius anti-
quum, disponens, quod ad modicum tempus pos-
sit fieri talis locatio, & venditio fructuum, debet
intelligi de decennio; vt ibi per d. Soc. Vide etiam
latè per Lauren. de Rodul. in repetit. c sine exceptio-
ne. 12. q. 2. q 27. vers. in venditione autem fructuum per-
ceptorum non insisto, quia tales vendi possunt sine solē-
nitate, &c. & in vers. aut vendit fructus percipiendos,
&c vt ibi per totum. Et recensendo dicta eius, dicit
in q. 27. vers. in venditione. & in q. sua seq numer. 28.
13 distinguit inter fructus perceptos, & fructus perci-
piendos in venditione aut fructuū perceptorū nō
insisto; quia tales vendi possunt sine solemnitate.
Ad hoc benè facit tex. in Clem j. in fi de reb. eccles. nō
alie. & quod ibi no. gloss. in fi. princ. quæ dicit, Locatio,
& venditio fructuum Ecclesiæ ad modicum tem-
pus non includitur in prohibitione. & quod nota-
tur in Spec. de haere. vers. in fauorem & quod no in c a-
lienationes. 12 q. 2 & ead. caus. & q. Episcopus. & 16. q.
j. possessiones. in gloss fi. in fi. & quod ibi scribit Archid. Et
faciunt no in c potenti. de off ord. in 6. Nec habet, in-
quit, obstare tex. in c. j. de reb. eccl. alie. vel non. quæ
videtur esse in contrarium, quia ille tex. non lo-
quitur de concessione fructuum, sed de concessio-
ne, siue de donatione perpetuâ iuris percipiendi
fructus, siue decimas. Et in q. seq 28 idem Laur. quæ-
rit, quid si † Prælatus sæcularis dat fructus ad non 14
modicum tempus, & pecuniam inde statim reci-
pit, nunquid valeat contractus sine solemnitate?
Et Paul in Clemen. j. format istam quæstionem, &
arguit per illum tex. à contrario sensu, contractū
valere. præterea secundum eum † maior versatur 15
vtilitas Ecclesiæ in recipiendo simul, & vnico cō-
textu omnem pecuniam, quam illam recipere di-
uisim, & in partes, arg. ff fam. erci. l. planè. & c. ex lit-
terà. de pig. vnde secundum eum in rei immobilis
alienatione, non in venditione fructuum habet
seruari solemnitas. In contrarium arguit idem
Paulus; quia in alienatione rei mobilis pretiosæ
debet seruari solemnitas 10. q. 2. hoc ius. sed tales
fructus beneficij ditissimi possunt ascendere ad
valorem maiorem, quam sit res pretiosa mobilis.
Ergò subest eadem ratio, ergò idem ius Respon-
det, & soluit sic: † quia aut Prælatus vendit ius col- 16
ligendi fructus, & eo casu putat, quod solemnitas
sit necessaria, etiam in clerico sæculari; & idem, si
concedit possessionem; & idem etiam, si fiat ven-
ditio per modum locationis perpetuæ vt in c. nulli.
de reb. eccle. alie. vel non ext. Aut Prælatus † vendit 17
fructus percipiendos, ad quos tradendos se obli-
gat Prælatus: & tunc, si loquimur in Prælato regu-
lari habet seruari forma tradita in d. Clem. 1. Aut
loquimur in Prælato sæculari, & tunc, aut tales
fructus sunt sibi, & alijs communes: & tunc est ne-
cessarius consensus illorum, qui ius habent in fru-
ctibus, c. proposuit. de conces. præb. & c. nobis 12. q. 2. c.
Vulterana. & c. concesso, quia fructus sunt prælati
tantū, vt eos diuidat, arg. j. dist. ius militare. Et quod
oēs tangit, † ab omnibus approbari debet reg. quod 18
aēs in 6. Aut isti fructus sunt nō cōmunes, sed Præ-
lati tantū alienantis, & valet alienatio in sui præiu-
diciū, sed in successoris præiudiciū non tenet; de
quo habes dicere, prout per gl. in cap. fina ne Præla.
vic. suas. quæ † habet, quod successor non tenetur 19
stare contractui Prælati prædecessoris, nisi contra
xisset nomine Ecclesiæ, & pro vtilitate Ecclesiæ,
& pecunia inde recepta in vtilitatem Ecclesiæ cō-
uersa esset, quia eo casu teneretur successor stare
contractui, c. j. de solutio. 12. q. 2. c. hoc ius. Si verò non
pro vtilitate Ecclesiæ, sed vt ipse tanquam Præla-
tus perciperet reditus, successor stare nō tenetur,
c. 2. ext. de precar. quia † vltra tempus suum Eccle- 20
siam locare non potest, & si soluit aliquid vltra, si-
bi imputet; quia hoc præuidere debuit, l. si quis do-
mum. §. j. §. si alias. & §. si fructuarius ff. loca. Cum ista
opinione principali transit Laur. de Rodul. in d.
c sine exceptione. Idem repetit, & tenet idem Laur.
de Rodul. in q. sua disputata, quam facit super vali-
ditate alienationis facta per Abbatem ad vitam
recipientis, quæ incip. quæstio trimembris, col. 2.
ver. 5. dica. vbi dicit; Dico, quod istam quæst. vide-
tur remansisse Paul. in d. Clem. j. de rebus eccl. & for-
mabat eam in Prælato sæculari, & finaliter con-
cludit isto modo. † Quod aut Prælatus vendit ius 21
colligendi, & tunc solemnitas est necessaria, quæ
similiter est necessaria, si concedit possessionem.
Aut

Aut vendit fructus percipiendos, ad quos tradendos sese obligat Prælatus, & tunc, aut loqueris in regulari, & tunc habet seruari forma illius Clem. j. Aut in sæculari, & tunc, aut sunt communes alijs, & illorum est habendus contractus, & consensus. Aut sunt ipsius alienantis tantum, & valet alienatio in sui præiudicium; sed in præiudicium successoris dicendum est, vt notatur *c. fi. ne Pralat. vic. suas.* Subdens, sed modo ad propositum, cum iste alienat ius percipiendi fructus, quia eum constituit vsufructuarium in vita, ex quo solemnitatem non seruauit, per consequens alienatio non valet. Sed nedum in regulari, verùm etiam in sæculari procedit; pro quo videtur etiam esse casus in *c. non liceat. 12. q. 2. ibi*; Nec in vsumfructum rura tradere. Subdens pari modo; Et sic vides, quod regularis etiam in casu alienationis fructuum habet seruare solemnitatem à iure traditam, & aliàs, vt ibidem. Addens idem Lau. *in d. c. fine exceptione.* quod ad prædicta facit, quod dicit Bart. *in l. 2. §. institutu. ff. de leg. 2.* qui ad quæstionem, in qua quærit de il-
22 lo, qui † vendidit fructus domus pro centum annis, respondebat, quod aut vendidit fructus constituendo ementi ius vsusfructus in re, & tunc est alienatio, *l. fi. C. de reb. alien.* Aut non constituendo, sed obligando se actione personali ad dandos fructus, & tunc non est alienatio, *l. fi. C. de contrah. emp.* & qualiter perpendatur, scilicet, quod constituerit vsusfructus ius, vel ne, notatur *in l. si ità. ff. de vsufr. & facit l. fundi Trebatiani. ff. de vsufr. leg.* Et vide, quod scribit Ioan. de Fan. *in d. Clem.* Et intellige verba Bar. in Prælato sæculari, quia in regulari non procederet, per *d. Clem.* Vel dic, quod immò etiam in regulari, cum secundum dictam distinctionem intelligi debeat tex. *in d. Clem.* secundum quod videtur esse de mente Bar. qui illam Clem. debuit videre: primam tamen limitationē videtur sequi Paulus, vt patet ex prædictis. Et vide etiam circa prædicta, quod notatur in Spec. *de*
23 *har. vers. in fauorē. nu. 6.* † vbi habetur, quod Catholici, qui Crucis assumpto Charactere ad hæreticorum sese accingunt exterminium, illa gaudent indulgentia, & priuilegio, quę accedentibus in Terræ Sanctæ subsidium conceduntur, *c. excommunicamus. extrà de hæred. §. catholici.* per quod patet, quod clerici habebunt beneficia sua triennio, *extra de Iuda. ad liberandū. in integra.* Et decimam, vel vigesimam pro hoc subsidio deputatam, quæ Ecclesijs contingit, poteruntsecum ferre, & si moriantur ante triennium, beneficia ipsa tenebunt creditores, vsque ad triennium: quia hoc eis per Papam cauetur, aliàs sibi imputare dicerent, qui eis pecuniam credidissent, *l. si quis domum. §. j. ff. loca. arg. extrà de reb. eccles. alien. vel non. cap. nulli.*
24 & clerico † interdictum est beneficium alienare, *12. q. 2.* alienationes. Sed expone ibi beneficium, id est, ius beneficij: hic autem alienat fructus, quod ei licèt, *extrà ne prala. vic. suas. c. fi. de loca. & conduct. c. 2.* & possunt capi in pignus pro debito, extrà de fideiuss. constitutus. vt per Spec. *d. loco.* Subdens idem Lauren. dicto loco, quod Archid. *in c. alienationes. 12. q. 2.* cum suis remissionibus, clarè sentit,
25 quod si fiat † venditio, seu locatio fructuum per Prælatum, non extenditur vltra vitam suam, nisi interueniat authoritas Episcopi; & sic per consequens videtur sentire, quod vsque ad vitam valeat sine consensu Episcopi; sed potest intelligi secūdum distinctionem Pauli. vide etiam, quod notat Ioan. Andr. *Ioan. de Ligna. in c. fi. ne Prala. vic. suas post Innocentium, & Hostien. ibidem. Hac per Lauren. de Rodulph. in d. repet. c. fine exceptione. 12. q. 2. in q. 28.* † Et 26
an si fiat locatio ad certum tempus, & Prę̄latus infra tempus moriatur locans, an successor teneatur stare contractui: vide per Innoc. *Host. Ioan. Andr. & Ioan. de Lignano in d. c. fi. ne Pralat. vic. suas. per Archid. in supradicto c. alleg. & infra in q. 57. an, & quomodo ex aliena. contract. aut fact. praceff. tene. success. & in quastio.* ad quod vsq; tēpus, &c. Et Cardinalis *in d. Cle. j. de reb. eccl. non alien. in sua disp. 27.* concludit, quod in † præiudicium Prælati, vel Rectoris fructus 27
Ecclesiæ alienari possunt, non in præiudiciū successoris, per *tex sæpè dictum in c. fi. ne Prala.* & refert Gem. & Matth. dixisse, quod in temporalibus successionibus forma non est necessaria. per *gl. in c. 2. de his, qua fi. à Prala. Inno. in c. vnico. vt eccl. beneficia. Fed. de Sen. cons. 52. inci.* quidam Prælatus, consuluit
† valere concessionem vsusfructus factam consanguineo ad vitam; licèt *cons. 143.* voluerit differentiæ interuenire consensum Papæ. Sed Abb. *in d. c. fi. ne Prælat.* notabiliter dicit, posse Rectorem locare pro toto tempore vitę suæ; & dicit hoc notari per *gloss. ibi. & per Host. in Summa de his, qua fiu. à Prala. §. fin.* 28

SVMMARIVM.

1. *Vestes, fructus, & similia, qua vsu consumuntur, possunt alienari sine solemnitate aliqua.*
2. *Mobilia pretiosa non possunt alienari sine solemnitate.*
3. *Tutores, & curatores sine interpositione decreti vendunt vestes attritas, & animalia superuacua.*
4. *Pecunia vtrum sit de illis, qua seruando seruari non possunt, remissiuè.*
5. *Prælatus, licèt vendere teneatur ea, qua seruando seruari non possunt, tamen iusta æstimatione vendere debet.*
6. *Aestimatio iusta est communis secundum tempus venditionis.*
7. *Ecclesia restituitur contra alienationem factam per collusionem.*
8. *Bona, qua seruando seruari non possunt, alienari possunt, licèt sint restitutioni subiecta.*
9. *Ille, cui est interdicta alienatio, potest alienare res subiectas periculo, si consumuntur.*
10. *Solemnitas necessaria non est, quando Prælatus cōcedit ad modicum tempus.*
11. *Argumentum à contrario sensu valet in iure.*
12. *Concessio ad vitam Prælati facta valet, quando bona ipsius sunt distincta à bonis capituli.*
13. *Alienatio ad vitam alicuius, an requirat necessaria in alienatione perpetua.*
14. *Rector Ecclesia potest transigere super iuribus Ecclesia immobilibus, & spiritualibus in praiudicium sui ipsius, qua transactio valebit toto tempore, quo ipse Ecclesiam possidebit.*
15. *Modicum tempus intelligitur infrà decennium, &*
16. *num 16.*
17. *Alienatio perpetua dicitur si fiat ad vitam, sed quò*

ad

ad quid dicitur temporalis, vt nu. 18.

19 *Solemnitates an requirantur, si fructus vendantur ad vitam, vel ad centum annos.*

20 *Ius in re quando dicatur constitutum.*

21 *Capituli taciturnitas habetur pro consensu in temporalibus locationibus.*

22 *Alienatio sine solemnitate valet, quando alienatur res, quam Ecclesia grauata est alienare per fideicommissum.*

23 *Solemnitas non requiritur, quando fit alienatio rei, quæ retineri non potest.*

24 *Bona Ecclesiarum, quæ propria retineri non possunt, sine aliqua solemnitate alienari possunt.*

25 *Solemnitas non est necessaria in venditione, quæ fit ex necessitate.*

26 *Fratres Minores non possunt nec recipere, nec capere.*

27 *Fratres Prædicatores possunt capere, vt vendant.*

28 *Ordo Prædicatorum, & aliorum Mendicantium capax est ad acquirendum, sed non ad retinendum.*

CAP. III.

ADDO etiam, quod illa mobilia Ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt, possunt alie-
1 nari absque solemnitate aliquâ, veluti sunt † vestes, quæ veterascunt, & vsu consumuntur, fructus, & similia, per *text. in extrauag. Ambitiosæ extrauag. comm. de reb. eccl. non alien. ibi,* Et bonis, quæ seruando seruari non possunt, *per gl. in c. nulli liceat. eo. tit. extrà in verb. immobilem. ibi,* Mobilia verò, quæ seruando seruari non possunt, Prælatus potest alienare ad instar tutoris, *l. lex, quæ. in fi. C. de admi. tuto. & l. vlti. C. quando decre.* opus non est. habetur *in gl. in c. tua nuper. de his, quæ fi. à Præla. in verb. tractatu.* vbi
2 dicit; quod † mobilia pretiosa non possunt alienari, quia est necessaria solemnitas; secus, si sint de illis, quæ seruando seruari non possunt, quia tunc bene alienantur. Ioan. And. & Zabarel. *in d. c. nulli.* dicunt, quod illa possunt benè vendi, quæ magis vendi expedit, quàm retineri, vti vestes attritæ, &
3 animalia superuacua; † hinc sine interpositione decreti tutores, & curatores vendunt vestes attritas, & animalia superuacua, *l. vlt. in d. gl. allegata, vbi Abb. melius 2. col. nu. 8.* quod Prælatus solus, & de per se potest alienare bona illa mobilia Ecclesiæ, quæ commodè seruari non possunt, veluti sunt vestes, quæ quotidiè magis veterascunt, &c, per eundem in *c. tua nuper. de his, quæ fi. à Præla. gl. in c. 2. de reb. eccles. non alien. in 6. in verb. immobilia. ibi;* Nisi quæ seruando seruari non possunt. *gl. in c. is, cui. de elect. in 6. in verb. immobilia. & per ea, quæ adduco suprà suo loco in q. 6.* de alienatione illarum rerum, quæ seruan-
4 do seruari non possunt. † Et vtrum pecunia sit de illis, vide ea, quæ abundè ad id diximus *in q. 16. de pecu. eccl. alien. per tot. Et vide per Aug. Bero. in d. c. nulli. de reb. eccl. alien. col. 24. nu. 58. ver. limitatur etiam. & paulò post col. 25. vers. in gl. in verb. vbi id dicit, quod no. in l. fi. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. gl. in c. alienationes. 12. q. 2 in d. c. 2. eo tit. in 6 in verb. immobilia. tex. in c. benè quidem. 96. dist. vers. iniquum est. n. gl. summæ 12. q. 2. facit l. Arist. §. j. ff. de iur. deliber. vt per d. Bero. ibidem; & paulò post idem Bero. vers. & quamuis.* vbi dicit; quod nedum Prælatus potest talia bona vendere, sed quod immò tenetur illa vendere absque solemnitate, & alia iusta causa, alioquin de mala administratione tenetur; tamen † illa vendere de- 5
bet iusto pretio, iustaque æstimatione, *d. c. benè quidem. & l. si in fi. C. de adminis. tu.* & † iusta æstimatio 6
est communis secundum tempus, quo venderetur, *d. l. fi. c. in ciuitate. c. nauiganti. de vsur. c. cum dilecti. de empt. & vend.* † Et si alienatio esset facta per 7
sortes cum damno Ecclesiæ, & per collusionem, Ecclesia restituitur, *not. in l. si. C. si aduers. vendit & aliàs vt ibi per eum.* † Facit, quia bona, quæ seruan- 8
do seruari non possunt, benè possunt alienari, licèt sint restitutioni subiecta, per gloss. Alexand. & *alios in §. res, quæ. l. Marcellus ff. ad Trebell.* vbi multi enumerantur casus, in quibus est permissa alienatio bonorum restitutioni subiectorum. Facit, quod habetur per Bald. *in c. venerabili. de off. delega. prope fin.* vbi ille. † cui est interdicta alienatio, po- 9
test alienare res subiacentes periculo, si sunt res, quæ consumuntur; nam qui talia non alienat, punitur, *l. tutor, qui repertorium. §. j. ff. de admin. tutor.*

¶ Item non videtur, quod aliqua requiratur solemnitas, † quando Prælatus concedit res Ecclesiæ 10
ad tempus modicum; videtur esse tex. *in c. j. de reb. eccl non alien. in 6. §. quia etiam tractatus.* vbi dicitur, quod cum solemnis tractatus soleat adhiberi in concessionibus rerum Ecclesiæ perpetuis, ergò in concessionibus non perpetuis, sed ad tempus non requiritur; arg. † à contrario sensu, quod va- 11
let in iure, & est ad hoc text. *in l. j. ff. de offi. eius. cui manda. est iurisd. 25. dist. qualis. id optimè probat gl. not. in c. continebatur. in verb. contrahente. ibi, solu. hic ad tempus. de his, quæ fi. à Præla. & gl. in d. c. j. super verb. perpetuis. de reb. eccl. non alien. in 6. ibi,* Not. quod in temporalibus, in quibus non ità læditur Ecclesia, &c. *& est doctr. Abb. in d. c. continebatur. nu. 7. vers.* limita omnia prædicta. Limita, † inquit, quod vbi- 12
cunque bona Prælati sunt distincta à bonis capituli, tunc benè potest per Prælatum solum sine consensu, & solemnitate concedi ad vitam eius, & eius vita durante, quia tunc solùm agitur de sui præiudicio. Idem Feder de Sen. *conf. 53. & melius per eundem Abb. vbi sup. num. 3. in j. not.* vbi dicit; Nota, quod concessio rei Ecclesiasticæ facta per Prælatum ad vitam recipientis tenet sine solemnitatibus requisitis in alienatione perpetuâ, nam vt patet hic, non fuit requisitus tractatus, nec habitus consensus expressus, nec interuenit authoritas superioris; & sic videtur iste tex. mirabilis contrà *10. q. 2. c. ea enim. §. perpetua. & c. nulli. de reb. eccl. alien. vel non.* nam id, † quod datur ad vitam alicu- 13
ius, potest dici perpetuum, quò ad hoc, vt seruetur solemnitas requisita in alienatione perpetua. Sed vide Feder. *de Sen. conf. 51.* vbi videtur intelligere istum tex. in concessione rei modicæ; secus est dicendum, si res sit magna; tunc enim interuenire debent solemnitates requisitæ in alienatione perpetua, *vt d. §. perpetua. iuncta gl. Ioan. And. in additio. ad Spec. in tit. de reb. eccl. non alien. in fi. rub.* Et quod concessio temporalis, siue ad vitam possit fieri sine solemnitate, probatur per *gl. fi. 16. q. j. c. fi. & in gl. j ea. caus. 2. q. 7. c. j. & per Archid. in c. j. de reb. eccl. non alien. in 6. super verb. perpetuis.* vbi patet expresse,

quod

quòd poteſt ad vitam fieri ſine ſolemnitate conceſſio. Ad id etiam facit, quod *not. Hoſtien. in Summa de his, quaſ. à Prala in ſi* vbi dicit, quod Prælatus poteſt facere conceſſionem ad vitam de his, quæ ſpectant ad ſuam menſam, *alleg. eod. tit. ca. tua. ad idem, quod not. Ioan. And. in ca. veniens. de teſta. ſuper verb. promiſiſſet. ibi,* Tamen non valent, niſi ad vitam remittentis, *de donatio. cap. 2. vt per Lauren. de Rodul. in quaſtione, qua appellatur quaſtio diſputata, 2. col. verſ. ſecunda particula, &c. ſequitur Corſe. in ſuo repert. in verb. alienatio.* vbi dicit; quod in alienatione, vel conceſſione rei modicæ facta ad vitam ſuſcipientis per Prælatum non requiritur ſolemnitas requiſita in alienatione perpetua, *c. 2. de his, qua ſi. à Prala.* quod eſt contra *c. ea enim. §. perpetua. 10. q. 2. & c nulli. de reb. eccl. alien. Feder. de Sen. conſ. 51. per Hoſt. in Summ. in § fi. per Doct. in c. veniens. de tran*
14 *ſactio. & maximè Abb. nu. j. ibi,* † Item nota, & tenementi, quod ſuper iuribus Eccleſiæ immobilibus, etiam ſpiritualibus poteſt rector tranſigere, & componere in præiudicium ſui ipſius. ità quòd compoſitio valebit toto tempore, quò ipſe Eccleſiam poſſidebit. Et ex hoc, text. nota ſingulariter, quod Rector Eccleſiæ poteſt contrahere ſuper rebus Eccleſiæ ſine ſuperioris authoritate, vt contractus duret toto tempore, quo Eccleſiam poſſidebit, & eſt futurus Rector, & neſcio alibi ità bonum tex. *& ibi vide alios Docto. eſt tex. in c. ad audientiam. extrà eo. tit. Clem. j. eod. tit. in ſi. vbi gl.* dicit;
15 quod modicum tempus eſſe † poteſt decennium, vel arbitrio iudicis, ſequitur Marian. Socin. *in conſ. 32. j. vol. col. j. verſ. circa primam. ibi;* Non eſt dubium, quod prædicta locatio de iure viribus ſubſiſtit. Prælatus enim, ſeu Rector Eccleſiæ adminiſtrationem habens nedum ad quatuor, vel ſex annos poteſt locare fructus, & vendere, ſed etiam vſque ad ſeptennium, *tex. eſt apertus in c. ſi. ne Prelat. vic. ſuus. & hodiè etiam eſt tex. apertus iunct a gl. & opinione * communi.* quod Prælati, Rectores, Priores, & alij quicunque adminiſtratores Eccleſiarum, & Præſidentes etiam religioſi, poſſunt locationes, & fructuum venditiones ad tempus modicum facere etiam ſoli, & nullo capituli accedente conſen-
16 ſu, *in Clem. j. de rebus Eccleſia non* † *alien. Et * communis opinio gl. & Doct. ibi eſt,* quod tẽpus modicũ intelligi habeat infra decennium, per *tex. in l. ſi. C de praſcrip. long. tempo. & ff. qui, & à quibus. l. ſi cum ſidei commiſſaria. § Ariſto.* Et quamuis aliqui dicant, hoc eſſe arbitrarium, tamen * communis opinio, & communis obſeruantia eſt, quod intelligatur de minori tempore decennio, per iura prædicta; & ità probatur in pluribus legibus illius tituli, *de praſcript. long. tempo. 10. vel 20. anno.* ergò minus tempus 10. ann. non dicitur longum, & ſic dicitur modicum. facit etiã, quod not. *in l. j. §. quod ait ff. de ſuperficie. & idem tenet Archid. de S. Georgio, quem dicit Ioan. And poſt gl. illam ſi. in Clem. j. de rebus Eccleſia non alien.* ità publicè reſpondiſſe. Sequitur Zabarel. Card. Floren. qui dicit ſe pluries ità reſpondiſſe & conſuluiſſe, & quod ità obſeruatur. Facit, quod tradit Bar. *in l. in venditione. §. j. nu. 5. ff. de bon. autho. iudic. poßid.* Et probatur ſatis iudicio meo hæc opinio: quoniam ante illam Clem. primam habemus *tex. in c ſi. ne Pralat. vic. ſuas.* quod Rector non habeat locare vſque ad ſeptennium abſque ſuperioris authoritate, & aliàs abſque ſolemnitate, quæ exigitur in alienatione rerum Eccleſiæ, de quibus in *c. 1. de reb. eccleſ. non alien. & 12. q. 2. in ſumma. & c. ſine exceptione. & d. Clem. 1. ergò pradicta Clem.* j. quæ non venit correctiuè ad ius antiquum diſponens, quod ad modicum tempus poſſit fieri talis locatio, & venditio fructuum, debet intelligi de decennio, vt per Socinum *d. loco. Et dicit Petrus Rebuff. in compendio alien. rerum Eccleſia, verſi. 3. caſus eſt.* quod eſt ſecus in alienatione perpetua; † & di- 17
citur perpetua, ſi fiat ad vitam, *Clem. 1. eod. titu. cap. ad audientiam. & c. nulli extrà eo. Domin. Gemin. in conſ. 48. incip. presbyter. col. 2 gloſſ in cap. ea enim. §. perpetua. 10 quaſt. 2. & cap. poſſeßiones. 16. quaſt. 1. cap. ſi. de reſcrip. in 6.* & ſic requiritur, inquit, ſupradicta ſolemnitas. † Poteſt tamen dici hæc alie- 18
natio ad vitam temporalis, quò ad quid videlicèt, quò ad temporis expreſſionem, *gloſſ. in cap. j. eod. titu. in 6.* Immò ſolemnitates debent interuenire in locatione decem annorum, vt concludit Alexand. *in conſil. 17. viſo inſtrumento. numer. 10. cum ſequen. 4. volum.* Quòd † ſi vendiderit fructus ad 19
vitam, vel ad centum annos, an requiratur ſolemnitas? reſpon. ſi conſtituat ementi ius vſusfructus in re dicitur alienatio, & ſic prohibita, *cap. non liceat Papa. 12. quaſt. 2. ibi;* Nec in vſumfructum rura dare. *& l. ſi. C. de reb. alien. non alien.* ſecus erit, ſi non conſtituat ius in re, ſed actione perſonali ad dandos fructus tanto tempore ſe obliget, *l. ſi. ff. de contrahen. emptio facit l. liberto ff. de annu. lega. cap. veſtra. de locat. Bart. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de legat. 2.* † & quando con- 20
ſtituatur ius in re, & quando non, vide per Bar. *in l. fundi. ff. de vſufruct. lega.* Et licèt in locationibus perpetuis requiratur expreſſus conſenſus capituli; † tamen in temporalibus, & illis, quæ 21
fiunt ad tempus, ſufficit taciturnitas capituli, quæ habetur pro conſenſu capituli, gloſſ. *in c. 2. de his, qua ſi. à Prala. vbi Abb.* dicit, quod taciturnitas capituli habetur pro conſenſu in alienatione facta ad tempus, quia talis alienatio inconſulto capitulo facta ab eo cenſetur ratificata, niſi infra tempus à die ſcientiæ contradixerit. Et dicit ſimpliciter Alber. *in Authen. hoc ius. Cod. de ſacroſanct. verſic. ſunt etiam.* quòd Prælatus poteſt concedere res eccleſiæ ad tempus ſine ſolemnitate, *cap j. in ſi. vt eccleſiaſt. benef. & ibi per Innocen. & cap. dudum, de reb. eccl. non alien. Archid. in c. alienationes. 12. q. 2. & per Ber. in cap. 2. extrà eo. in gloſſ. res Eccleſiaſtic. vt per Alber.* 22

§ Item † poteſt fieri alienatio ſine ſolemnitate, quando ſcilicet alienatur res, quam eſt grauata eccleſia alienare per fideicommiſſarium: benè tunc nulla ſolemnitate interueniente alienabitur, tenet Lapus à Caſtell. *allegat. 26. Felyn. in cap. in praſentia. colum. 20. de probatio. Bal. in cap. cum cauſa. colum. ſi. de re iud. Hyppo. Marſil. in ſing. 132. incip. in alienatione. per Rebuff. in compendio alien. rerum eccleſ. verſicul quintus. quando. & refert Corſet. in ſuo repert. in verb. ſolemnitas.* quòd ſolẽnitas, quæ exigitur, in alienatione rei eccleſiæ nõ exigitur, nec requiritur, qñ ſit alienatio rei, quæ retineri non põt

per

per Guliel. de Cuneo *in l. cum ij. §. si pecunia. ff. de transact.*

4 § Item bona † Fratrum ordinis Minorum, & Prędicatorum, & Hæremitarum, quorum Ecclesiæ non possunt propria retinere, possunt sine causa, sine solemnitate seruata, sine licentia superioris distrahi, & alienari, per ea, quæ dicuntur per Guliel. de Cun. & melius Bal. *in Auth. si qua mulier. C. de sacros. eccl. col. 3. ibi*; Seu si ponamus consuetudinem, vt dixi superius, nunquid potuerunt vendere non seruata solemnitate? Respon. sic, quia quãdo isti Prædicatores vendunt necessitate eorum status, non est necessaria solemnitas, nec causa, quia vendunt necessitate eorum status, cum possidere, & retinere repugnet eorum statui, *arg. l. 2. de reb. eorum. vbi Paul. de Castr.* quod in alienatione rerum, & bonorum, quæ capiunt religiones, non vt retineant, sed vt vendant, non habet seruari solemnitas; quia illa venditio fit ex necessitate, prout exẽplificat in Hospitali Senensi, quod omni anno tenetur vendere, quæ illi obueniunt. Et Fratres

25 Minores † non possunt, nec recipere, nec capere; quia ordo eorum non potest, nec capere, nec recipere; & Minores, ac alij mendicantes dicuntur mẽdicantes ad possidendum, non ad vendendum; vt per eundem Bal. *ibidem, vers. & prædicta sunt vera &*

26 *vers. sed modo.* quia benè possunt † Fratres Prædicatores accipere, vt vendant, si adsit consuetudo. Sequitur Rebuff. *in suo trac. siue compen. alien. rer. eccl. vers. 5.* inquit, casus est, quando alienaret ex causa necessitatis, vtpotè quia non est Ecclesiæ proprium habere, vt est in Cordigeris: tunc enim possunt alienari sine solemnitate, *gl. est in c. vno in verb. domum. de relig. dom. in 6. ità tenet Bald. in Auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccles. per Paul. de Castr. in Authen. Hoc ius. Ant. de But. in c. in præsentia. col. 7. vers. quintus casus. de probatio.* Est facta decisio Rotæ in manuscriptis Thomæ de Tanis *decis. 10.* vbi legitur, quod ordo prædicatorum, & cæteri mendi-

27 cantes sunt capaces ad acquirendum, licèt non ad retinendum; Cardin. *in cons. 102. decis. 559. gl. in verb. domum. c. j. §. confirmat. de religio. dom. in 6. Feder. de Sen. cons. 265.* & in tali alienatione non requiritur solemnitas, &c. Dec. & Fely. *in c. in præsentia. de probatio. vt d. decisio.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatus potest sine aliqua iuris solemnitate repudiare res, quæ nondum censentur in bonis Ecclesiæ.*

2 *Res ante acceptationem non censetur Ecclesiæ.*

3 *Prælatus, qui potuit quærere Ecclesiæ, & non acquisiuit, tenetur ad interesse.*

4 *Prælatus an possit repudiare legatum factum Ecclesiæ.*

5 *Prælatus an contrahendo præiudicare Ecclesiæ possit.*

6 *Prælatus potest repudiare donationem factam Ecclesiæ sine aliqua solemnitate, & quare diuersum sit in legato.*

CAP. IV.

ITEM possunt alienari sine aliqua solemnitate res, quæ nondum censentur in bonis Ecclesiæ, puta, res, quæ præscribuntur, quæ nondum sunt acquisitæ Ecclesiæ, vti sunt res legatæ Ecclesiæ, quæ nondum sunt traditæ, quas prælatus † benè 1 potest sine aliqua solemnitate repudiare, c. fi. de præscript. & ibi per Doctor. *tradit. Feder. de Sen. in suo consil. 94. per text. in l. si sponsus §. j. ff. de donat. inter vir. & vxor. per Ioann. Andr. in c. cum Apostolica. de his, quæ fi. à Prælat. Lap. alleg. 26. per text. in l. qui autem. ff. quæ in fraud. cred.* † quia ante acceptationem 2 res non censetur Ecclesiæ, *l. si quis ità. ff. de condi. instit.* Sed quod res legata acquirenda non possit sine solemnitate alienari, nec repudiari, tenet Ancha. *in Clem. j. eod. titu. per text. in l. magis puto. §. fundum. ff. de reb. eor. per text. in l. fi. C. de sacrosan. eccles.* vbi in Ecclesiam transfertur dominium sine traditione, per alias rationes, de quibus ibi per eundem Petr. Ancha. *in cap. contingit. de sen. excomm. Oldr. consil. 9. Soc. in tract. fallen. reg. 110. Ecclesia res.* Et ista opinio potest intelligi, quòd non debet interuenire authoritas Archiepiscopi; vel alia superioris extrà proximè dictam, per Præposit. *in c. sine exceptione. 12. q. 2. in fi.* † Prælatus tamen, qui po- 3 tuit quærere Ecclesiæ, & non quæsiuit, tenetur ad interesse, per *text. cum ibi gloss. in cap. quicunque. 12. quæst. 4.* sicut dicitur in tutore respectu pupilli, *l. quicquid. C. arbitr. tuto. Perusin. in c. j. eod. titu. in 6. Rebuff. in compend. de rebus Ecclesiæ alien. versic. sextus casus.* † Sed an Prælatus possit, vel non possit re- 4 pudiare legatum factum Ecclesiæ, vide per Abb. *in cap. tua nuper. numer. 9. versic. vltimò scias. de his, quæ fiu. à Prælat.* vbi disputat in vtranque partem quæstionem, & concludit, quod Prælatus non potest repudiare legatum, nisi cum iusta causa, & si sine iusta causa repudiat, potest compelli ad satisfaciendum Ecclesiæ de suo, per eum *d. loco. & vide, quæ dico sup. in quæst. 2. cap. 12. incip.* pariter repudiatio. In qua materia vide distinctionem Bar. *in l. iubemus nullam. C. de sacrosanct. eccles.* vbi posita quæstione, an prælatus possit † præiudicare Ec- 5 clesiæ contrahendo, aut aliud faciendo, distinguit, primo casu non potest præiudicare, nisi licitè contrahat; secundo casu, si loquamur in quærendo potest præiudicare, Authen. Nestorianis. *C. de hæret.* Aut in iam quæsitis: & tunc, aut negligendo, & potest Ecclesiæ præiudicare, putà patiendo contra se præscribi, *vt in Authen. quas actiones. C. de sacros. eccl.* Aut aliud faciendo: & tunc, aut facit cum consensu capituli, & tunc præiudicat: aut sine, & non potest præiudicare. Et quod Prælatus solus non possit legatum repudiare sine solemnitate, colligi videtur ex dictis Paul. de Castr. *in consil. 2.* † quod est secus in donatione, vt dicit 6 bene probari ex *l. magis puto. §. fundum. ff. de reb. eo.* Et ratio diuersitatis est; quia in donatione non acquiritur donatario, nisi volenti, & non ignoranti; sed in legato sufficit factum testatoris solius: acquiritur enim ignoranti, licèt reuocabiliter, *l. cum pater. §. fundo. ff. de legat. 2.* ergò legatum est quæsitum ipso facto. Et per Angel. de Clauas. *in Summa in verb. alienatio. §. 16.* vtrum Prelatus solus possit. & ibi vide in apostillis, quę multa adducunt.

* * *

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiae res iniustè ab ipsa detenta alienari potest.*
2 *Ecclesia est cultrix, & auctrix iustitiae.*
3 *Maritus, qui ex consuetudine acquirit dimidiam partem vxori, non lucratur ex conquaestionibus illicitis.*
4 *Societas inhonestarum rerum non contrahitur.*
5 *Praelatus, qui habet conscientiam laesam alicuius rei alienae, quam nomine Ecclesiae possidet, an illam restituere possit.*
6 *Praelatus, vel Ecclesia alienum detinere non debet.*
7 *Alienationis causa debet esse notoria.*
8 *Res Ecclesiae an dari possit in emphyteusim absque solemnitate.*

CAP. V.

1 ITem alienatur, & alienari potest res ecclesiae, † quam ecclesia detinet minus iustè, allegatur Io. And *in c. nulli. ext. de rebus ecclesiae alien. vel non. & Bal. in Auth si qua mulier. C. de sacrosan. eccles. & dicit Rebuff. in compen. alien. rerum eccle. vers. 4. casus.*
2 quod de hoc casu est dubitandum: quia Ecclesia, quae est cultrix iustitiae, & auctrix, *c. vno. de feud. alien.* non debet posse alienare rem alienam, & quam iniustè detinet: ideo est dicendum, quod non possit alienare in aliam personam; sed quod bene possit talem rem restituere sine solemnitate illi; cui venit restituenda; & ità potest intelligi iste ca-
3 sus. facit *tex. in c. j. 12. q. 4.* Simile videmus in † marito, qui licèt ex omnibus bonis acquisitis durante matrimonio ex consuetudine dimidiam partem acquirat vxori, & ea immobilia non potest alienare sine vxore; tamen ex conquaestionibus iniustè acquisitis non lucratur vxor, vel maritus dimidiam partem, si forte ex adulterio, aut alijs sit acquisitum, per text. *in cap. conquaestus. vbi Barb. colum. 3. de for. compet. argum. l. quod*
4 *forum. ff. de acquiren. poss.* quia † inhonestarum rerum non contrahitur societas, nec inde acquisitũ communicatur, *l. si fratres. §. fi. cum leg. seq. ff. pro soc. & expressum tenet Io. Lup. in repet. c. per vestras. §. 65. fol. 4. de donat. inter vir. & vxor. allegantur, vt suprà dixi, Io. And. & Bald. ad hunc casum.* Sed ego praelegens tex. vtriusque non potui de hoc inuenire ne verbum quidem in aliquo eorum. sed videtur in materia *gloss. in c. j. 14. q. 4. tex. in l. quoties. §. sicut. ff. de admi. tut. l. idemque §. fideiussores. ff. de manda.* Et haec quaestio ponitur, & examinatur per *Abb. in c. fi. de praescrip. col. pen. nu. 41. versic. quartò gl.* vbi posita
5 quaestione, an † Praelatus habens conscientiam laesam alicuius rei alienae, quam nomine ecclesiae possidet debeat restituere illam ei, quem credit esse dominum illius: Respondendo dicit, quod non, quia debet intimare ei, cuius res est, vt illam petat: quia capitulum habet bonam conscientiam, licèt Praelatus, habeat laesam, per gloss. *in c. generalis. 54. dist. & c. bona. il 2. de postula. Praelat.* Et post recitatas tres opiniones Doct. distinguit, quod aut notoriè constat rem esse alienam, & tunc solus Praelatus potest, & debet illam restituere; & ità intelli-
6 gitur text. *in d. cap. generalis.* † quia nunc debet Praelatus, vel Ecclesia alienum detinere, sed cognoscere bonam fidem, *c. per tuas. de donat. & c. sepè. de restit. spolia.* nec dicitur Praelatus hòc casu alienare rem ecclesiae, cum notoriè constet, quod nõ est ecclesiae: sed potius dicitur procurare negocia ecclesiae, cuius infamia purgatur in restitutione rei alienae. Aut non constat notoriè; & tunc, aut solus Praelatus scit, nec aliter potest probari: & debet tacere, quia sibi soli non crederetur, *7. q. 2 si tantum. & c. placuit. & eadem causa. q. 7. c. plerunque.* nec detinendo Praelatus peccat, quia hoc facit vt persona publica, & conscientiam habet vt priuatus. Aut potest probari per alios: & tunc consilium glo. est seruandum; nec credo, quod Praelatus cum capitulo sufficeret ad illam rem restituendam. ex quo notoriè non constat rem esse alienam: quia sicut directè causa non apparente nòn potest Praelatus cum capitulo alienare, *c. sine exceptione. 12. q. 2.* ità nec indirectè posset enim aliàs confingi fraus.
notoria † enim debet esse causa alienationis fien- 7
dae, *c. j. lib. 6. de reb. eccl. non alie.* & alias, vt ibi per eundem Abb. quem etiam ibidem vide *in seq. q. numer. 43.* vbi quaerit, & disputat; quid dominus, cuius res est possessa per ecclesiam, rem ipsam repetit, & Praelatus habens conscientiam laesam confitetur, nunquid praeiudicet ecclesiae habenti bonam fidem? Tu eum vide pro hac materia, quae est synonima.

§ Item videtur, quod res ecclesiae possit dari in
emphyteusim absque † solemnitate, & quod in 8
emphyteusi non requiratur solemnitas, per Azo. *in Summa C. de sacrosan. eccles. in fi.* vbi dicit, quod ex consuetudine vniuersali Praelati consueuerunt dare in emphyteusim res ecclesiae cum consensu collegij, aut maioris partis eius. Sequi videntur *Spec. tit. de emphyteu. §. nunc aliqua. numer. 6. vers. 6. queritur Bal. in l. etiam. in princ. ff. sol. matr. Doct. in c. 2. de feud. Paul. de Cast. cons. 136. volum. j. Alex. cons. 9. & seq. vol. 3. Iul. Clar. in li. 4. sen. §. emphyteusis. q. 28. vers. & si dicas.* vbi dicit, quod in concessionibus emphyteuticis licèt de iuris rigore solemnitates, quae seruantur in alienationibus ecclesiasticis, seruari debent; tamen hodiè non seruantur, & nihilominus de consuetudine valent ipsae concessiones, & quòd ecclesia Romana talem consuetudinem dissimulat, & patitur: & hoc, inquit, videtur sufficere ad hoc, vt teneat contractus, per Specul *& Azo. d. locis quos allegat.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio sine solemnitate procedit, quando bona sunt consueta infeudari, vel in emphyteusim dari.*
2 *Alienare non dicitur, qui confirmat veterem alienationem, etiam si in alium transferat.*
3 *Praelatus solus habet potestatem alienandi secundum modum consuetum.*
4 *Solemnitas non requiritur in alienatione rei reuersa ad ecclesiam, quae est de necessitate alteri concedenda.*
5 *Res si solita sit emphyteuticari, noua concessio non dicitur alienatio, sed consuetudinis obseruantia.*
6 *Consuetudo facit viam apertam.*
7 *Inuestitura prima si cum solemnitate facta sit, secunda sine solemnitate fieri potest.*
8 *Alienatio insolitis alienari est permissa soli Praelato*

sine solemnitatibus, de iure communi, item per constitutionem Pauli II. item inspecta Bulla Pauli IV. & num. 9.

10 *Solemnitas aliqua non requiritur in re solita locari.*

11 *Ciuitates, & loca S. Rom. ecclesiæ si reuertantur ad ecclesiam, non possunt hodiè de nouo alienari.*

12 *Prælatus non potest infeudare bona, quæ tempore sui ingressus reperit incorporata ecclesiæ.*

13 *Bona in dubio præsumuntur esse de mensa.*

14 *Eò ipso quòd ecclesia reperitur in possessione feudi, non ideò dicitur incorporatum, nisi probetur, quæ dicatur mensa.*

15 *Ecclesia si ad inopiam redacta sit, non poterit Prælatus feudum ad eam reuersum alienare.*

16 *Alienari an possit rei reuersa, cessante causa primæ alienationis, & num. 24.*

17 *Prælatus cessante causa primæ alienationis; si neget reinuestire, non videtur facere iniuriam hæredibus primi feudatarij.*

18 *Verbum Liberè quid importet.*

19 *Prælatus licèt inuestituram renouare possit non tamen potest illam alterare in præiudicium Ecclesiæ.*

20 *Solitum alienari quod dicatur.*

21 *Solita alienari non dicitur res data ad tertiam generationem si nunc concedi velit in perpetuum.*

22 *Feudum reuersum potest iterum concedi, dummodò cum vtilitate ecclesiæ.*

23 *Verbum expedit importat vtilitatem.*

CAP. VI.

Item alio casu videntur posse alienari res ecclesiæ absque solemnitate, putà, quando bona 1 † feudalia, vel emphyteutica reuertentur ad a ecclesiam, a quæ essent consueta infeudari, vel in emphyteusim dari, tunc si non cesset, & duret prima causa, poterunt iterum concedi in feudum, vel in emphyteusim iuxta consuetum modum sine solemnitate, *c. vt super. vbi Doct. eo. titul. extrà, & maximè per Inn. ibi,* Quia verò de nouo erant ad ecclesiam deuolutæ, videbatur, quod non deberent dici de mensa Episcopi, & sic per consequens possent alienari, *arg. c. vlt de feud. & est tex. formatus in c. si de feu. ext. ponit Francis. Cur. in tract. de feud. 2. par. q 4. & seq. & j. q. 2. colum. & Card. Alexan. c. j col. 9. qui feu. dar poss. Paul. de Cast. in consi. 136.* quia † non 2 intelligitur alienare; qui alienationem veterem inuenit, & eam confirmat, etiam si in aliam transferat personam *l. j. § permittitur. ff. de aq. quot. & astiu glo in auth. hoc ius. in gl. si C de sacros. eccle.* quæ dicit, quod res ecclesiæ prohibita alienari bene pôt alienari, si adsit consuetudo. probatur *in c. j. in prin vbi hoc tenet Bal. per quos fiu. inuestit facit tex. in c. 2. de feud. per Bald. in cons. 494. 2. volum. incip. in Christi nomine. Beataque Maria. facit text. in cap. vt super. de reb. eccle alien. extrà ibi; Nec alijs infeudauit.* Et sine Episcopi consensu, sicut potest Episcopus easdem alienare sine consensu capituli, per Cald. *in cons. j. de his, quæ fi. à Præl.* quia præsumitur, quod vtiliter fiat; & non debet ista facultas ecclesiæ adimi, vt per Pet Rebuff. *in compend. alien. rer ecclesi. versic. octauus casus. Dec. in terminis in consil. 142 incip. & protenus. j. par. col. j. ibi,* Et prædicta maximè haberent locum, si ista bona solita essent concedi, quia tunc simpliciter absque alia solemnitate à Prælato concedi potuissent, *c. 2. de feud. not Bar. in Authen. qui rem. circa fi. C. de sacrosan. eccle. in l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. Cald. cons. 11. in tit. de feud. Pau. de Cast. in l. etiam. circa fi. ff. sol. matr.* vbi dicit; quod tali casu absque alia causa bona ecclesiæ conceduntur, vt not. Alex. *in cons. 14. incip. viso, & considerato colum. fi. num. 13. lib. 2. idem in cons. 189. incip. viso, & maturè discusso. col. pen. num. 17. in fi. & seq. eo volum. 2. & in cons. 9. viso themate. sub num. 5. vol. 3. Dec. d loco, colum. 2. vers. solum superest. ibi;* Quia illud dictum intelligitur in rebus consuetis dari in emphyteusim, in quibus solus Prælatus habet † potestatem alienandi, secundum modum consuetum: 3 quia Prælatus concedendo in feudum res solitas infeudari alienare non dicitur, Abb. antiq. *in c. 2. de feud Bal. in margarita, in verb. Prælatus. vers. si. Et dicit Guliel. de Cun. in l. contra iuris ff. de pact.* quod si res † peruenit ad ecclesiam, quam de necessitate 4 habet alteri concedere, in ista non requiritur solemnitas, tractatus, nec quod interueniat authoritas superioris, Barb. *cons. 61 inci. ab Ioue principium. De. hoc tex. est extrauag. Ambitiosæ. de reb. eccle non alie. extrauag. comm. ibi,* Omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum alienationem, omnemque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locationem, conditionem vltra triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus à iure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis. Sequitur Ludo. Gomes. *in reg. de trien. poss q. 14. vers. nec obstat* vbi dicit, secundum adducta, & allegata ibi per eum, quod Rota illo anno in vna Bononiẽ. si nullitatis emphyteusis conclusit rem emphyteuticam ecclesiæ semel cum solemnitate alienatam posse denuò alienari sine aliqua solemnitate, ex quo iam semel fuit effecta alienabilis. Et per Io. Bertach. *in trac de Episc. 4. par. q. 18. num. 55. vers.* pro prædicta decisione facit, quia emphyteusis iterum potest dari alicui sine solemnitatibus, quãdo res sit solita dari in emphyteusim, aliàs non, secundum *Bar in Auth qui rem C. de sacros. eccl.* An autem concedat feudum masculo, vel fœminæ simul stare constitutione, vel consuetudine, quod feudũ detur masculo, per Bal. *in c. j. vers. consuetudo. qui feud. dar. poss in vsib. feud. hucusque Bertachi.* Et habetur per Bal. *in cons. 221. j. vol. incip. primò quæritur.* ꝙ si res emphyteutica est solita emphyteuticari, 5 in illius concessione non requirit tractatus; quia hæc non est noua alienatio, sed consuetudinis obseruantia, sicut dicimus in feudis, *vt in c. j. qui feud. dar. poss.* nam viam † apertam facit consuetudo, *vt* 6 *l. j. § permittitur. ff. de aq. quoti. & æsti. facit de feud. cap. 2. & 3. vt ibi per eundem Bal. in prin.* Sed declara materiam hanc, & intellige, vt per Abb. *in c. vt super. col. 2. nu. 11. vers. & est ratio. de reb. eccl. non alien.* Et vide, quæ scripsi supra *in q. 12. de rerum immobi. alien. circa fi.* Videtur in terminis facta decisio Rotæ in decis. Puthei *de reb. eccles. decis. j.* in manuscriptis in Vrbe apud Aduocatos: vbi habetur; quod stante inuestiturâ primâ solemniter factâ, † potest fieri secunda sine solemnitate; 7

si verò

Si verò non præcedat alia, tunc requiritur,
quod binus actus præcedat cum tempore. 30. vel
40. annor. iuxta Cur. *in tract. de feud. 2. par quæst.*
4. & in j. q. 2. colum. Card. Alex. in cap j. colum. 2 qui
feu. dar. poss. Pau. de Cast. consil. 136. vt in d. decis. dici-
tur, quæ fuit facta in vna Bononiensi emphyteu-
sis pro D. Aemylio de Blanchis. Et vide, quæ di-
co infra in casu, quo creditor rem sibi legitimè
pigneratam vendit sine alià adhibita solemnitate,
6. 14. hac eadem quæst. 51. Item est decisio Molbedan. tit.
de reb. eccle. & loca. num. 250. Post hæc vidi in vr-
be allegationem famosissimi Aduocati super pun-
cto, an in rebus eccles. solitis locari vltra trien-
nium requiratur beneplacitum Papæ, & Sedis
Apostolicæ, vel solemnitas, &c. vbi dicit negatiuè
resoluendum. nam si inspiciamus ius commune
in solitis concedi, nedum locatio, sed & ipsa alie-
8 natio rerum ecclesiæ † est permissa soli Prælato
absque solemnitatibus, & absque Papæ consensu,
c. 2. vbi * *omnes. de feud. Cald. eo. titul. cons. 12. Pau.*
de Cast. cons. 189. colum. 2. vers. 2. quia posito. lib. 2.
Subdens idem Aduocatus, Si inspiciamus ex-
trauag. Pauli II. ipsa extrauagans in solitis con-
cedi non requirit Papæ consensum, sed ab anti-
quo solita concedi excipit à sua ordinatione, ad
tradita per Dec. *l. j. numer. 25. de regul. iur.* Si au-
9 tem inspiciamus † Bullam Pauli. IV. ea etiam
minimè locum habet: quia eas tantum dam-
nat alienationes, in quibus solemnitas à iure re-
quisita non interuenit, & quæ sunt in damnum
ecclesiæ, & quæ aliàs nulliter factæ sunt; In casu
autem nostro nulla ex his qualitatibus habet lo-
cum, cùm simus in solitis concedi, in quibus nul-
læ à iure requiruntur solemnitates. Non fuit etiā
in damnum ecclesiæ; quia non probatur tempore
contractus plus potuisse hoc tenimētum locari, &
damnum consideratur de tempore contractus, *l.*
si voluntate. C. de rescin. vend. cum adductis per Aymo.
consil. 114. num. 16. cum sim. Non est etiam facta hæc
locatio aliàs nulliter; cum neque solemnitates, ne-
que consensus Papæ aliàs requireretur, ideo cessā-
tibus qualitatibus requisitis in Bulla Pauli IV. e-
ius dispositio in locatione, de qua agitur, non po-
test habere locum, Paris. *cons. 52. numer 26. vol. 4.*
10 Facit, quia in re solita locari † non requiritur ali-
qua solemnitas, Dec. *in Auth. qui rem col. pen. vers. j.*
conclusio. C de sac. san. eccl. Corn. cons. 181. colum. 3 nu-
mer. 16. volum 2. Rum. in cons. 149. num. 2. & cons.
11 *161. num 35. vol. j.* Hodiè tamen Ciuitates, † & lo-
ca Sanc. Rom. eccle. solita infeudari, quæ sunt
reuersa, vel reuertētur, nō possūt amplius infeuda
ri, vel de nouo alienari, vel concedi per constitu-
tionem Pij V. desuper editam, sub dat. *4. Calen. A-*
pril. anno sui Pontificatus II. anno 1567. Et clericus,
12 siue Prælatus † non potest infeudare ea bona, quæ
tempore sui ingressus reperit incorporata in ec-
clesiæ potestate, & mensa, etiam si fuissent solita
infeudari, per Iacob. de Alua. *in c. 7. 3. col. vers qua-*
ro cum glo. de his, qui feud. da poss. in vsib. feu. Sed hoc
dictum Iac. de Alua. intellige, vt intelligit, & de-
clarat Guid. Pap. *cons. 154. circa fi.* videlicet, si
bona sic reuersa non fuerunt de nouo infeudata,
sed quod illa tenuerit Prælatus sic per certum
temporis spatium, saltem per annum, per Card.
in c. 2. de feud. & Archi. Immò etiam sine temporis
præfinitione, modo sint redacta ad mensam, &
scripta cum bonis de mensa, † & in dubio bona 13
dicuntur, & præsumuntur esse de mensa, per Inno
cen. *Hostien. & Card. Floren. in cap. j. de cler. qui inne-*
stit. fec. Pro qua materia vide, quod dicit Bal. *in d.*
cap. j. quod eo ipso, † quod Ecclesia reperitur in 14
possessione feudi, non ideò præsumitur incorpo-
ratum esse, nisi probetur. Quæ autem dicatur mē-
sa, & quid veniat appellatione mensæ, tradit *gloss.*
& Bart. in l. cum pater. §. mensa ff. de lega. 2. Innocent.
in d. cap vt super. extrà eo. gloss & Ioann. Andr. in Cle-
men. vnica. de excess. Prælat. Pro quo vide, quæ de-
duco suprà *in quæst. 2. cap. 22. incip.* similiter dare
rem in emphyteusim. Nota tamen in hac materia,
† quod si Ecclesia esset reducta ad inopiam, feu- 15
dum ad eam reuersum non potest Prælatus alie-
nare: quia illud tunc Prælatus debet pro sua Ec-
clesia retinere, per Alua *in c. j. col. 8. ad fi. & ibi Iac. de*
Bel. & Card. ibi pen col. vlt. fallent. & ibidem Martin.
Laud. circa fi. in vlti. fallen. qui feud. dar. poss. & pari
modo † non infeudat rem reuersam Prælatus, si 16
cessat causa primæ concessionis, & infeudationis;
putà, si fuit concessum feudum infertile, vt colo-
retur, si redditur fertile, & bene cultum, non de-
bet Prælatus denuò tanquam rem solitam infeu-
dare; per Doctor. *in cap. j. qui feud. dar. poss.* secus, si
causa prima durat, putà, si sit infeudatum castrū,
quod affert Ecclesiæ sumptum pro custodia, & est
modici reditus, quia bene potest; per Abb. *in d. cap.*
vt super. colum. 2. sub numer. 11. versic. ego crederem de
rebus Ecclesia alien. vel non. per text. in cap cum cessan-
te. de appellat. Hanc limitationem refert Cardin. *in*
d. cap. j. in princip. vltim. colum. qui dicit, hanc limi-
tationem esse æquissimam, sed eam communis
practica non acceptat, quia est nimis rigorosa cō-
tra contrahētes cum Ecclesia. † Sed videtur, quod 17
subsistente causa noua, vel cessante causa primæ
infeudationis, possit Prælatus retinere, nec facit
iniuriam hæredibus primi feudatarij, si eos neget
reinuestire, *cap. 2. de feud. ibi*; Si videris expedire;
sed si velit Prælatus, videtur, quòd possit, quia per
illum text. videtur relinqui suo arbitrio, per ver-
bum Si videris, per ea, quæ not. Doctor. *in l. si sic.*
de leg. j. per Moder. in cap. j. de constit. & subijcitur † i- 18
bi verbum Libere, quod permittit in omni casu
infeudationem, vbi Prælato videbitur, *gloss. in Cle-*
men. dudum. de sepul. in cap. j. de supplen. negli. Prælat.
latè per Claud. Seyssell. in specul. feudo. qui feud. dar.
poss. versic. 7. ergò limitatur. Et licèt † Prælatus 19
possit renouare inuestituram, tamen non potest
illam alterare in præiudicium Ecclesiæ in durio-
rem casum, putà, si erat concessa pro masculo tan-
tum, concedere pro masculo, & fœminis, per Ia-
cob. de Bel. *d. cap j. qui feud. dar poss. vbi Aluaro. Ber.*
Capr. Martin. Laur. Card in fi. 4. colum. qui citat Bart.
in Authen. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. Bal. in Au-
then. si quas. eod titu. & in l. etiam ff. sol. mat. Cald. in
rub. de feud. cons. 11. Imola in l. quod dicitur, ff. de verb.
oblig. latè per eundem Claud. d. loco, versic. octauò limi-
tatur. vbi accumulat materiam. Et dic pro intelligē-
tia, quod † illud dicitur esse solitum alienari, vel 20
infeudari, quod bis in spatio 40. annorum fuit cō-
cessum, vt per Bal. *in l. de quibus. de leg. Imola in ca. 2.*

de feud. Alex. in consf. 9. viso themate suprascripto. num. 6. ver. praeterea ad hoc. volum. 3. vbi addentes plures alios citant concordes. & in cons. 5. si vera sunt. numer. 11. vers. fortificantur praedicta. volum 5. per Dec. in Authen. qui rem. colum. 8. Codic. de sacrosan. eccl. licet Claud. *tract. secundo primo titul. qui feud. dar. poss. colum. 16. versic. secundò procedunt supradicta. relatus in allegata decis. Mohedan. num. 250. Alex. in d. consf. 9. numer. 6. lib. 3 & in d. consil. 5. num. 11 lib 5.* dicat, quod res locata per 10. annos dicatur res solita locari, vt etiam *in decis. Mohedan. 240. de loca.* Et si res sit † data, vel concessa in perpetuum, quae erat solita dari ad tertiam generationem, non est intelligenda solita dari: quia non fuit data isto modo, vnde non valebit talis alienatio sine solemnitatibus, quia cum dari isto modo non consueuerit, non potest concedi, vt de illis, quae sunt concedi solita, per Afflict. *decis. 107. num. 2. in vers. sed maior pars.* Sed
22 quod feudum, † vel emphyteusis, quae reuertitur, possit de nouo concedi, est intelligendum cum vtilitate semper, et si expedit, per text. *in c. si. de feud. vers. in primò ibi,* In primo casu feudum decedentis liberè, si videris expedire, concede. & verbum
23 † Expedit videtur importare vtilitatem, Instit. *de his, qui sunt sui. §. sed & maior. ibi,* Expedit enim Reip. ne sua re quis malè vtatur, & c. *l. Caius. l. 2. ff. mandat. c. cum expediat. de electio. in 6. c. per illorum. de praeben.* Et quod debeat de nouo concedi cum vtilitate ecclesiae, est *text. apertus in d. extrauag. Ambitiosae. de reb. Ecclesiae non alien. extrauag. comm. ibi,* Ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc ecclesiarum euidenti vti-
24 litate, &c. † Et intellige, quod res solita potest concedi sine solemnitate, puta, quando eadem causa esset in secunda concessione, quae fuit in prima, putà, sterilitatis. Sed si res fuit concessa sterilis, & reuersa est pretiosa, non fit tunc concessio secunda sine solemnitate, per Afflict. *in constit. Regni lib. j. constit. Baiulos omnes. idem lib. 3. constit. incip. diua memoria. per Rotam Beninten. conclus. 13.* Et quando dicitur de re solita, intellige, quando illamet res esset solita, non quando aliae, quia de vnâ ad aliam tanquàm diuersa non fit illatio, *d. conclusione.*

(21 stands beside the line "iam in decis. Mohedan. 240. de loca. Et si res sit † da-".)

ADDITIO.

a VBi autem res conceditur sub diuersa forma à praecedenti, tunc dicitur alienatio: Sed vide latè per Bero. *cons. 88. volum. j.* Nisi noua forma sit vtilior ecclesiae, vt per eum *cons. 93. num. 12. eo.* Item solita concedi in generationem dicitur noua concessio, si posteà in perpetuum concedatur, vide in hoc *c. numer. 21.* Item solitum quo tempore dicatur, vide *suprà q. 12. c. j. numer. 51.* Item quod si semel sit facta legitimè emphyteusis, quod ea finita possit res absolutè sine aliqua solemnitate concedi, per Bero *consil. 32. numer. 6. in fi. & seq. & cons. 84. numer. 14. volum. 1.* Sed contra secundam concessionem minus solemnem, vide per Afflic. *decis. 107. versic. praetereà. circa fin.*

(*.*)

SVMMARIVM.

1 *Liberatio facta pupillo sine tutoris authoritate valet.*
2 *Alienatio facta in vtilitatem Ecclesiae valet.*
3 *Ecclesia potest sine solemnitate canonica facere contractum sibi fauorabilem.*
4 *Authoritas ex interuallo data valet, quando alienatio tendit ad vtilitatem Ecclesiae.*
5 *Solemnitas sufficit, quòd interueniat post factum, obtento fine, ob quem requiritur.*
6 *Iura non volunt, nisi effectum ad finem.*
7 *Causa necessitatis, & vtilitatis permittunt recedi à iure communi.*
8 *Prohibitio alienationis non comprehendit alienationem fauorabilem ei, cuius gratia facta est prohibitio.*
9 *Episcopus, qui iurauit non alienare, potest nihilominus in vtilitatem euidentem Ecclesiae alienare.*
10 *Iuramentum non est iniquitatis vinculum.*
11 *Minima sunt exempta à solemnitate, & iuris rigore.*
12 *Iuramentum non extendit se ad possessiones simpliciter inutiles.*
13 *Necessitas, & vtilitas aequiparantur à iure.*
14 *Contractus sine solemnitate celebratus, si sit vtilis Ecclesiae, est in optione Episcopi, vel Rectoris, an velit contractum valere.*
15 *Locatio facta in vtilitatem Ecclesiae transit ad successorem.*
16 *Prelatus si locauit vtiliter nomine Ecclesiae etiam sine solemnitate, successor tenetur stare locationi.*
17 *Emphyteusis licèt concessa sit non seruatis debitis solemnitatibus, tamen emphyteuta tenetur soluere canonem.*
18 *Alienatio facta per solum Episcopum si vtilis sit Ecclesiae, potest approbari per capitulum.*
19 *Pupillus contrahens sine tutore obligat, sed non obligatur.*
20 *Contractus Ecclesiae potest claudicare de iure ordinario secus ex dispositione extrauagantis Ambitiosae.*
21 *Contractus sine debitis solemnitatibus celebratus etiam in vtilitatem Ecclesiae non valet.*
22 *Contractus an in dubio praesumendus sit vtilis Ecclesiae.*

CAP. VII.

VIdetur etiam, quod res ecclesiae possit alienari sine solemnitate, quando videlicèt alienatio esset facta in vtilitatem ecclesiae; quia tunc, etiam si non interuenerit solemnitas canonica, valebit; argumento pupilli ad ecclesiam, vbi † liberatio facta pupillo sine authoritate tutoris valet, *glo. singularis in l. 2. ff. de acceptil. Facit l. non eo minus. C. de procurat.* vbi sententia lata ad vtilitatem minoris valet, † sic & alienatio Ecclesiae sine solenitate; ità Bal. *in l. contra iuris. ff. de pact. in finalibus. verbis*; vbi dicit; quod vbi agitur de fauore pupilli in contrahendo; pupillus habet idoneam personam. subdens; Ex praedictis apparet, † quod Ecclesia potest facere contractum sibi fauorabilem absque solemnitate canonica,

nita, non tamen potest se obligare, *not. in l. cum ij §.*
eam. ff. de transactio. vbi transactio vtilis alimen-
tario valet, & tenet inconsulto prætore: & ibi et-
iam dicit idem Bald. quod valet venditio prædij
minoris, quando hæc venditio continet manife-
stam vtilitatem minoris, vel Ecclesiæ, allegat no.
in d l. 2. ff. de accepti. & quod notatur in l. magis puto §.
si extra. de reb. eo. & per Bald. in l. quacunque. C. de bon.
4 *qua liber.* vbi dicit; quod † valet authoritas supe-
rioris etiam data ex interuallo, quando illa alie-
natio tenderet ad vtilitatem Ecclesiæ, Corset. *in*
singu. incip. pupillus. Nam vbi in aliquo actu debet
interuenire aliqua solemnitas habito respectu ad
certum finem, tunc obtento fine, & effectu, per
quem introducitur solemnitas, licèt non interue-
nerit; tamen actus valebit, & sufficit, quod solem-
5 nitas † posteà interuenerit *c. si qua de reb. 12. q. 2. &*
6 *c. cum nos. de his, qua fiu. à Prælat.* † quia iura non vo-
lunt, nisi effectum ad finem, *l. j. §. inde. ff. de oper. nou.*
nunc. per Rebuff. in compend. aliena rerum eccles. versi-
cul. nonus casus. Sequitur Barbat. in suo cons. 60. quod in
hac materia fecit; vbi dicit secundum Angel. quem ibi
allegat colum. 3. quod si statuto cauetur, vt in con-
tractu minoris, debeat interuenire consensus
Mondualdi, si ille contractus est vtilis minori, va-
lebit etiam non interueniente solemnitate requi-
sita à statuto; quia talis dispositio statutaria recipit
illam limitationem, nisi ille contractus esset vti-
lis minori, aut pupillo. Et dicit Cardinalis Zaba-
rel. *in Clem. 1. de reb. eccles. non alien. quintò quæro*
7 quod † hæ duæ causæ necessitatis, & vtilitatis per-
mittunt recedi à iure communi. Facit, quod habe-
tur per Ang. *in suo consil. vlt.* quod statuto caueba-
tur, vt minor non posset se obligare, nisi cum cer-
ta solemnitate: & contraxit minor sine ea solem-
nitate; si contractus fuit vtilis minori, nihilomi-
nus valuit sine tali solemnitate. tenet etiam Barb.
vbi suprà, secundum Bald. quod ad hoc vt solemni-
tas requisita in alienatione rei Ecclesiæ interueni-
re habeat in ipso actu, vel pòst, attendatur, & attē-
di debeat vtilitas; quia si vtilitas ecclesiæ adsit,
posset etiam pòst interuenire; & alias, vt per eun-
8 dem Barbat. *dicto consi. 60.* † Facit, quia prohibita a-
lienatione, nunquam intelligitur prohibita illa,
quæ est in fauorem illorum, quorum causa, vel fa-
uore fuit facta prohibitio, vt per Bald. eleganter
dicitur. *in d. l. quacunque. C. de bon. qua liber. Sequitur*
Decius in cons. 142 volumine primo. columna. 2. ibi;
Quartò etiam potest responderi, quod prohibi-
tio statuti non extenditur ad casum, de quo agi-
tur, in quo alienatio fuit facta pro vtilitate Eccle-
siæ, *argu. 12. quæst. 2. sine exceptione.* vbi alienatio,
quæ in bonis Ecclesiæ prohibetur, non habet lo-
cum, quando alienatio cedit in vtilitatem, & in
beneficium Ecclesiæ: notatur per *gloss. in summa*
ead. caus. & quæstio. notatur in c. 1. de reb. eccles. non a-
lien. in 6. Rom. in consil. 316. circa propositam. Lap. alleg.
231. & per alios adductos per Dec. dicto loco. Sequitur
Anto. Capic. decis. 113. num. 5. ibi, Tertiò facit glo. in d. l.
cum ij. § eam transactionem. ff. de transac. vbi dicit
esse argumentum, quod si vendit ecclesia, vel mi-
nor in causam non concessam, tenet venditio, si
fecit conditionem suam meliorem: & ibi dicit
Bal. *per illam gloss.* quod valet venditio prædij mi-
noris, vel Ecclesiæ non accedente decreto, quan-
do hoc continet manifestam vtilitatem Ecclesiæ,
vel minoris. Et facit illud, quod habetur per Fe-
der. de Sen. *in cons. 203.* vbi ponit casum, an Episco-
pus, † qui iurauit non alienare inconsulto Roma- 9
no Pontifice, si velit, an possit concedere alicui
suo coniuncto aliquam terram in perpetuam
emphyteusim, putà vnius floreni cum dimi-
dio, vel quid simile, & ipsius reditus ascen-
dant, putà, ad annuos 10. solidos, & velit
dictus coniunctus ibi ædificare vnum molendi-
num, de quo habebit Ecclesia centum singulis an-
nis, & in rei veritate, si ædificaretur per ecclesiam,
haberet quolibet anno ducentos. Dicit, quod si
Episcopus, vel Rector de per se hoc non potest,
Episcopus potest concedere. Nec obstat in tali ca-
su iuramentum, cum non sit præsumendum, quod
de tali cogitauerit, vel quod ad huiusmodi terru-
las, siue minimas, etiam per iuramentum volue-
rit obligare illum superior: † & iuramentum 10
non est iniquitatis vinculum, nec in damnum Ec-
clesiæ seruandum, *c. quanto. de iureiuran. c. veniens.*
& c. sicut. & huiusmodi minima sunt exempta à
solemnitate, & iuris rigore, vt per tex. *in c. terrulas.* 11
12. q. 2. Facit, quod habetur in gloss. in c. vt super de reb.
eccl. alien. quod iuramentum † non extendit se ad 12
possessiones simpliciter inutiles. Refert, & sequi-
tur Lauren. de Rodul. *in reper. c. sine exceptione. q.*
45. Et dicit Abb. in d. c. vt super colum. 3. sub. num. 15. vers.
si verò iurauit. quod Prælatus causa vtilitatis potest
alienare res Ecclesiæ, etiam si iurauerit non alie-
nare, ibi, Si verò iurauit simpliciter; & tunc puto,
quod in casu vtilitatis Ecclesiæ poterit alienare:
nam video, quod in casu necessitatis Ecclesiæ, hoc
iuramentum non astringit, *c. fin. de eccles. ædif. vel*
reparan. ergò nec in casu vtilitatis: quia necessitas,
† & vtilitas, æquiparantur à iure, notatur. *12. q. 2. in* 13
summa. Et dicit Anto. de Pret. in tracta. de iurisdictio.
Episc. v. 5. col. 1. nu. 7. & seq. quod in alienationibus
rerum Ecclesiæ formaliter duo requiruntur, so-
lemnitas scilicet & iusta causa de iure antiquo, &
ordinario, vt latè per Dec. *cons. 142. vbi de materia.*
Sed si fauor ecclesiæ adsit, secundum idem ius an-
tiquum dictus contractus valere potest non ser-
uata dicta solemnitate; quod probatur per *glo. &*
Doct. in c. 1. in verb. sede vacante. ne sede vacan. vbi ha-
betur, quod licèt contractus alienationis rerum
ecclesiæ initus forma non seruata sit nullus, ta-
men † si contractus est vtilis fauore Ecclesiæ, est 14
in optione Episcopi, vel Rectoris, an velit con-
tractum valere, nec ne: & in hoc concordant * o- *
mnes, per tex. *in c. si qua de reb. 12. q. 2. ibi,* In iudicio
autem erit Episcopi constitutum, si pretium de-
beat recipi, nec ne. Et propter hoc dicit Ias. *in l.*
cum ij. §. eam transactionem. ff. de transac. quod con-
tractus huiusmodi claudicat: quia ecclesia potest
ipsum ratificare, non autem qui cum ea contrahit,
per allegata ibi per eum. quod etiam voluit De-
cius *consil. 142. vbi dicit*, quod prohibitio statuti
non extenditur ad causam, in qua alienatio fuit
facta pro vtilitate ecclesiæ, *arg. 12. q. 2 sine exceptio-*
ne. b vbi alienatio cedit in vtilitatem ecclesiæ. b
notatur etiam per *glo. in summa, ea caus. & quæst. in*
cap. 1. de reb. eccles. non alien. in 6. cum alijs, de quibus

ibi. *Et facit, quod habetur per Lauren. de Rodul. in sua quæstione, qua appellatur quæstio disputata, qua inseritur post suam repet. d. c. fine exceptione. 12. q. 2. inci. quæstio trimembris. col. 2. versi. nonò arguo.* vbi arguit in illa disputatione, quòd locatio est alienatio, si fiat
15 ad non modicum tempus; sed † locario facta in fauorem Ecclesiæ, & eius vtilitatem etiam non seruata solemnitate valet, immò transit ad successorem: ergò alienatio in vtilitatem Ecclesiæ celebrata valebit, & transibit etiam ad successorem. Maior est clara, per not. *in Clem. j. de reb. eccles. non alienan. in gloss. antepenult.* Minor est clara, per *gl. & Innocen. Ioan. And. & Ioan de Ligna in c. querelam. ne Prælat. vic. suas. vt ibi per eum. Facit, quod habetur per Innocen in c. fin. eod. ne Prælat. vic. suas.* vbi tenet;
16 quod si Prælatus locauit ecclesiam nomine ecclesiæ, & si vtiliter, successor tenetur stare locationi; secus, si inutiliter. Subdens, Et hoc ego intelligo, si non interuenerunt solemnitates debitæ, aliàs enim teneret contractus, licèt posset restitui in integrum, vt ibi per eum. Pro qua materia facit, quod dicit Ias. *in l. 2. C. de iur. emphyt. colum. 2. vers.*
17 *vnum tamen. numer. 11.* vbi dicit, quod si † Ecclesiæ concedat rem in emphyteusim non seruatis debitis solemnitatibus, de quibus *in Auth. perpetua. & Authen. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccle. & c. vt super. de rebus eccle. alien.* tamen emphyteuta ità tenetur soluere canonem, sicut si emphyteusis fuisset concessa cùm debita solemnitate, per tex. *in §. si verò. quem Ang. ibi in principio not at ad hoc in Authen. de non alien. colum 2. Et per Cerset. in reperto. in verb. ali-*
18 *enatio.* vbi dicitur; quòd alienatio † rei Ecclesiæ facta per solum Episcopum, si est vtilis Ecclesiæ, siue sit alienatio perpetua, siue temporalis, potest approbari per capitulum fauore Ecclesiæ: & sic
19 videtur contractus claudicare; sicut † euenit in eo, qui emit à pupillo sine authoritate tutoris: nam ipse obligatur pupillo, non autem pupillus obligatur ei, *l. iubemus. §. si quis à pupillo. ff. de actio. empt.* ita sicut potest Episcopus, ratam habere alienationem factam per capitulum, & ècõ contrà, per Abb. *in cap. 1. sub numer. 6. de his, quæ fi. à Prælat.* Et sic respectu vtilitatis Ecclesiæ dictus con-
20 tractus † potest claudicare de iure communi, & ordinario, secus autem ex dispositione *extrauagantis Pauli II. Ambitiosæ.* quia licèt alienatio aliàs sit licita, & vtilis ecclesiæ, contractus tamen claudicare non potest, per infrà dicenda. Nam cum per dictam constitutionem extrauagantem prohibeatur alienatio cum clausula Inconsulto Romano Pontifice, huiusmodi verba importare videntur, quod hodiè contractus alienationis rerum Ecclesiæ nullo modo valere possunt inito Romano Pontifice inconsultò, & aliàs, vt ibi per eum. Super quo vide, quæ dico suprà *in quæstionibus de consensu; quæst. 34. numi. 4. cum plur. seqq. & in quæst. 35 cum quæst. seq. 36. & in quæstionibus de autoritate, quæst. 42. num. 5. cum alijs seqq.* Sed quod non valeat c contractus etiam in vtilitatem † Ecclesiæ factus
21 sine adhibitis solemnitatibus requisitis, videntur concludere Iacob. But. *Alber. Bar. Angel. Fulgo. Paul. de Castr. & Ias. post. alios in d. l. cum q. §. eam transactionem. num. 2. vbi dicit;* quod * omnes ità tenent. *ff. de transac. Abb. in c. nulli. num. 7. de reb. eccles. alien. vel. non. in c. vt super. num. 17. eo. tit. & in c. quæ in Ecclesiarum, 4. not. & ibi Fely. 1. colum. & August. Beroum. 36. de constit. Socin. consil. 80. col. 2. vers ad hanc obiectionem Alciat. in tit. j. nu. 17. in tract. de verb. signifi. in specie attestatur esse * communem opinio. Dec. in d. consil. 142. num. 4. & consil. 282 num. 6 versi. secundum communem opinionem. & Rip. in l. is, cui bonis. nu. 47 ff. de verb. oblig.* Super quo cogita, quia ante dicta multùm vrgere videntur. Et secundùm illam lentit addit io ad Abb. *in c. qua in Ecclesiarum. in verb. in eam.* quæ respondet ad allegatos Doctores. de cõstitu. & multa in fauorem adducit. Sed limita, & intellige dictam communem opinionem, quod non valet alienatio sine solemnitatibus, etiam si sit vtilis, & c. nisi Ecclesia, vel minor ratificet contractum adhibendo debitas solemnitates, cùm illud facere possit, licèt non aduertarius, per Inno. *gl. in c. j. de his, quæ fi. à Præla. sine consen. capi. gl. in c. j. ne sed. vacan Matthæs in not abi. 156. incip. not. quod si minor. not. Alberic. Fulgo. & Ias in d. §. eam transactionem. num. 2. gloss. in additio. ad Capell. Tholosan. dec. q. 98. Et Bal. in c. j. de his, qui feud. dare possunt* quærit, † quando est dubium, vtrum contractus sit v- 24 tilis Ecclesiæ, vel non, quid sit in dubio præsumédum? Et dicit, quod si feudum est apertum, præsumitur, quod fit vtile, aliàs secus. *sed gloss. qua est in Authen. hoc ius. insi. dicit;* quod vbi interuenerit plenus consensus ecclesiæ, Id est, Prælati, & capituli, præsumitur factum in vtilitatem Ecclesiæ processisse. Et ego, inquit, adduco generaliter, quod vbi est forma seruata, & decretum superioris interpositum semper præsumitur factum pro vtilitate ecclesiæ, *arg. nota. ad hoc in l. j. C. de pradi. curial. lib. 10. Vide, quæ dico in causa vtilitatis, suprà q. 20. quæ spectant ad hunc articulum.*

ADDITIO.

a Infrà de hac materia *q. 38. cap primo.* Item contractus an præsumatur vtiliter ecclesiæ fact. *Bald. in cap. 1. numero. 7. de his, qui feudum dare possunt.* Item locario ad decem annos dicitur alienatio, *Bald. ibidem numer. 16. Vide etiam infrà quæstione. 24. in additio.*

b Sed contra hoc vide per Sarmien. *de reddi. eccl. lib. 3. c. 2 nu. 20.*

c Vide *Soci. consil. 34. vol. 3 & de causa, suprà q. 22. nu. 68. & infrà. q. 57.* Sed contra hanc causam in locatione, Castren. *consil. 2. in j. par.*

SVMMARIVM.

1 *Alienari possunt per Prælatum res exigua, minus vtiles, & longè positæ, si necessitas exegerit.*
2 *Necessitas potest esse tanta, quod magna prædia possent alienari sine consensu capituli.*
3 *Iuramentum, quod præstat Prælatus de non alienando res Ecclesiæ, non extenditur ad alienationem rei modicæ.*
4 *Prælati citra Episcopum an possint rem modicam alienare sine solemnitate.*
5 *Minus vtilis res dicitur quandoque respectiuè, quandoque simpliciter.*
6 *Res, quæ plus affert incommoditatis, quàm commodi, potest sine solemnitate alienari.*
7 *Res sterilis, etiam si sit subiecta restitutioni, alienari potest.*

CAP.

CAP. VIII.

1 PER prælatum vero absque consensu capituli possunt alienari † terrulæ, vineolæ exiguæ, Ecclesiæ minus vtiles, longè positæ, & paruæ, si necessitas sua ferat, *c.terrulas.12.q.2.* absque requisita solemnitate, vt per *gl.ibi*, quæ dicit, quod hæc est sexta pars, in qua Gratianus proponit casus, in quibus potest fieri alienatio sine consensu capituli. vbi etiam dicit, quod exigua res dicitur non valens vltra 20. solidos, & varijs modis dicitur res esse modica, per iura, quæ ibidem multipliciter adducit; & per Io. de Turrecrema. ibi; in quo ponit alium casum iustæ alienationis sine clericorum cōsensu, scilicet quando res sunt exiguæ, minus vtiles, multum distantes, vel longè positæ, vbi respōdet ad obiectum, quod fieri potest *de tex. in c.quicunque.17. q. 4.* vbi prohibetur alienari prædium etiam exiguum, & si Prælatus alienare præsumit, pœnam depositionis incurrit: quia, inquit, solutio habetur ex verbis illis, Minus vtiles, aut longè positas: quia in *d.c.quicunque.* intelligit de paruis rebus, & propinquis, quæ sunt vtiles, hic vero de immobilibus paruis, & longè positis; quia si magnæ sint, licèt longe positæ, & inutiles, non possunt alienari sine consensu clericorum. Vel potest dici, quod ille tex. loquatur in casu non concesso, & nō exigente necessitate. & hoc vltimum, inquit, sequi
2 tur Lauren. hic, quæ dicit, quod † tanta potest esse necessitas, quod etiam magna prædia posset alienari sine consensu capituli. idem per Archid. *ibidem per eadem verba. per Hostien. in c.j.ne Prælat. vic. suas. ibi*; vel nisi esset res modica, inutilis, & infructuosa, in qua non requiritur hæc solēnitas, *12.q.2. terrulas. Lauren. de Rodul. in sua repet. c. fine exceptione.12.q.2.q.15.ponit quæstionem*; an inferiores ab Episcopo sine consensu possint terrulas alienare, et dicit, quod sic, per tex. *in d.c.terrulas.& sentit gl. in c.Abb.12 q. 2.* In contrarium videtur facere text. *in d.cap. Abbatib.* per quem text. dicit Hugo, quod est speciale priuilegium episcopi, vt possit alienare terrulas sine fratrum consensu; tamen tanta potest esse necessitas, quod in his casibus alij Prælati iustè alienarent sine consensu episcopi. Idem tenet Bellamer. *in d.c. Abbatibus. col.22. vers tertiò quæritur. vbi dicit*; quod in hoc episcopus *in c. terrulas. & c. est priuilegiatus*, & quod hoc non debet extendi ad Abbatem. vbi vide, quia ibi ponit, & disputat quæstionem, vtrum Abbas absque consensu capituli sui possit paruas res, vt paruas terrulas alienare: quam quæstionem propter sui ambiguitatem non videtur soluere ad plenum. Innocentius tamē *in c.2.de his, quæ fi.à Præla.* videtur sentire, quod etiam inferiores possunt alienari. ibi enim loquitur tex. *de Abbatissa. & Goffred. idem sentit in Summa de his, quæ fi. à Præla. §. in summa. cum quo Inno. transit idē Laur. d. loco. idem tenet Io. de Turrecremà. in summa, 12.q.2. vers. quartum est. ibi*, In alienatione ergò rerum Ecclesiæ episcopi debet esse consensus, & capituli, aliàs alienatio non tenet, nisi sint modicæ, & inutiles possessiones, quæ citra hanc formam possunt ab Episcopo alienari, *vt c. terrulas. Per Abb. in c. fi. de eccl. ædifican. vel reparan. versic. item puto.*
3 *num.9. vbi dicit*; quod † iuramentum, quod præstat Prælatus de non alienando res ecclesiæ, non extenditur ad alienationem rei modicæ, *argu. 12. q.2.terrulas. Facit Feder de Sen. cons. 202. Vide, quod notatur in c. vt super. de reb. eccl. alien. vel non. & Archid. in d.c. Abbatib.* vbi prosequitur, an † Prælati 4 citra Episcopum possint rem modicam alienare sine solēnitate: quia tex. *in d.c. terrulas.* videtur loqui in Episcopo. Sed quod possit, allego *tex. benè in c. cæterum. de donatio. in c. adhæc. & c. relatum. il. 2. de testam. vt per eundem Abb. d. c. fi. Et dicit. Rebuff. in sua expositione d. c. sine exceptione 12. q. 2. id est*, in suo compendio alien. rerum eccle. in verb. item domus. quod in tex. *d.cap. terrulas.* ponuntur tria, antequam omitti possit requisita solemnitas. Primum est, inquit, quod res sit exigua, & modica, probat ibi *tex. terrulas*, & ibi, *exiguas.* Secundò requiritur, quod non sit Ecclesiæ vtilis, ibi, Ecclesiæ minus vtiles. Tertiò, quod necessitas adsit. Quartò considerandum est, quod licet ex necessitate possit omitti consilium fratrum; tamen aliæ solemnitates requiruntur; cum hic, inquit, tantum loquatur tex. de consilio fratrum, ergò de alijs nō intelligitur; & aliàs, vt ibi per eum vsque ad finem suæ repetitionis. Et quòd † dicitur in tex. *d.c.terrulas.* minus vtiles possessiones, intellige respectu, 5 & comparatione terrarum, & possessionum magis vtilium, in qua alienatione est necessarius consensus capituli: item minus vtiles dicuntur aliquando simpliciter, & absolutè; tunc enim non est necessarius consensus capituli, vel tunc non requiritur consensus ex honestate, & non ex necessitate, *optima gl. in §. possessiones. in verb. assensu. quæ est gloss. fi. d.c. vt super. de reb. eccle. alien. vel non. ext. idem tenet August. Bero. in c. nulli. extrà eo. Vt ad longum refero supra in hac q 31.c.2. Est in terminis decisio Guid. Pap. decis.156.* vbi habetur; quod † res minus vtiles, & onerosæ, & quæ plus afferunt incommoditatis, quā 6 commodi, plus expensarum, quam reditus, possunt benè per Episcopum, vel alterum Prælatum sine solemnitate alienari, per iura, & Doctores in eadem decis. citatos: quam vide, vbi glo. ad illum dicit, quod vbi res esset parua alienatio facta per Prælatum sine cōsensu capituli valet indistinctè, per Innoc. *in c.1. de his, quæ fiu. à Præla subdens: & gl. vel apostilla, Sed secundum D. Abb.* videtur exigi tacitus cōsēsus in alienatione perpetua rei paruæ, vt ipse Abb. sentit. *in d.c.j. in fi & in c.2. Archid in c. terrulas. 12 q.2.* tenet istud verum in rebus vtilibus paruis, longè positis; secus in magnis rebus, licèt inutilibus, vel longè positis, quæ citra debitam solēnitatē alienari nō possunt, nisi magna adsit necessitas. Vide, quæ dico, *infra hac eadem q 31 c.20. incip. iudicio meo videtur.* quæ fraterni zant cum his deductis: & cum deductis suprà *in q.13. de rerum exigu. immobil. eccles. aliena.* † Facit, quia res sterilis, e- 7 tiam si sit subiecta restitutioni, benè potest alienari, vt dicit *gl. Alex. & alij in §. res quæ l. Marcellus. ff. Ad Trebel.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatus solus potest dare de reditibus Ecclesiæ pro dotando monasterio constructo vsque ad quinquagesimam partem.*

Et Episcopus, vt sua magnificet sepulchra, vsque ad centesimam dare potest, vt num. 2.

3 *Quod vno negatur, de alio conceditur.*
4 *Absurdum est, quòd ex reditibus Ecclesiæ alij abundarent, & ipsa esuriret, & quòd vni esset remissio, alij verò tribulatio.*
5 *Prælatus solus non potest de nouo construere monasterium, nec Ecclesiam sæcularem monasticis informare regulis sine consensu capituli.*
6 *Episcopus non solum potest assignare quinquagesimam de reditibus, sed etiam de possessionibus.*
7 *Donatio, siue assignatio, quinquagesima debet per Prælatum fieri in vita, non in morte.*
8 *Testamentum morte confirmatur.*
9 *Episcopis tantùm datur priuilegium donandi quinquagesimam, non inferioribus Prælatis.*
10 *Ecclesiæ Fratrum Minorum sunt exemptæ à iurisdictione Episcopi.*
11 *Ecclesia exempta est in diœcesi, licèt non sit de diœcesi.*
12 *Episcopus potest sibi eligere sepulturam extra Cathedralem.*
13 *Episcopus quantumcunque abundans non potest vltra centesimam, vel quinquagesimam donare sine superioris authoritate.*
14 *Episcopus, si vult constituere monasterium, aut sæcularem Ecclesiam religiosam facere, potest donare quinquagesimam; si verò vult Ecclesiam iam constructam magnificare pro suis sepulchris, centesimam.*
15 *Exceptio debet esse de regula.*
16 *Episcopus an dotando Ecclesiam debeat habere consensum capituli.*
17 *Solemnitas iuris seruanda non est, vbi alienatio imminet ex necessitate iuris.*
18 *Bona ingredientis religionem alienantur sine solemnitate pro satisfactione debitorum.*
19 *Abbas potest donare de rebus monasterij alicui, donec sit in seruitio monasterij.*

CAP. IX.

SEd absque consensu etiam clericorum, vel ca-
1 pituli dari potest de † reditibus Ecclesiæ, vel
de possessionibus Episcopatus, per solum Prælatum pro dotando monasterio constructo vsque ad quinquagesimam partem, & pro ecclesia seculari monasticis regulis informanda, vel si sua Epi-
2 scopus † voluerit magnificare sepulchra, dare potest vsque ad centesimam, dummodò ecclesiæ detrimentum non afferatur, per tex. *in c. Apostolica. extrà de donatio. vbi glo in verb. elargiri, dicit*; quod potest Episcopus facere sine consensu capituli; sufficit enim hoc à iure semel esse concessum. Subdens disputando gloss. Per se non debet excedere, ergò per se illam potest concedere: quia quod de
3 vno † negatur, de alio conceditur. sequitur Hostien. ibi; Et hoc potest facere sine consensu capituli: quia sufficit hoc semel à iure concessum esse. Sed hoc non facit Prælatus, si ecclesia habet tenues
4 reditus: † quia absurdum esset, quod alij abundarent, & ipsa esuriret, & quod vni esset remissio, alij verò esset tribulatio; vt per eundem Hosti. *ibidem in §. fi.* Et quod per se non debeat excedere summam à canone definita, patet, quod per se potest vsque ad illam summam donare, & sic hoc potest facere sine capitulo; vbi Io. And. &c. Sequitur Abb. *ibidem nu. 7.* qui declarando melius materiã
dicit, † Et conclusio est, quod à principio non po- 5
test de nouo construere monasteriũ, nec Ecclesiam sæcularem constructam monasticis informare regulis sine consensu capituli, & ità intelligitur *cap. si Episcopus. 12. q. 2.* sed postquã in hæc sunt acta sine consensu capituli, potest solus Prælatus hãc donationem facere, quando tamen est necessaria; & ita intelliguntur alia iura. idem dicit Abb. *in*
cons. 45. incip. Satis videtur. Et Episcopus † nedum 6
potest facere hanc donationem de censibus, & reditibus ecclesiæ, sed etiam de possessionibus; putà, assignando possessiones pro tali quinquagesima: quinimmò expedientius est ecclesiæ donare de possessionibus, quam perpetuò donare quin-
quagesimam partem redituum. † Et ista donatio 7
quinquagesimæ, vel pensionum consignatio, habet fieri per Prælatum in vita, & inter viuos, non in morte, vel in testamento: ità tradit Abb. *in d. c. Apostolica. num. 9. vers. sed quæro extra glo. de dona. vbi inquit, sic tenere Doct. per d. text. in verb. elargiri. & per Io. And. ibidem*; ergò in vita donare potest. & ideò ponitur sub hoc titulo, non tamen potest in testamento, vel legando. Et per eundem Abb. *ibidem num. 9.* assignatur ratio, cur non possit Prælatus hoc in testamento: quia videlicet testamentum porrigitur ad tempus, quo non est futurus Præla-
tus, † quia morte cõfirmatur, *c. cum Martha de cele-* 8
brat. miss. ergò cum tunc non possit disponere, nec nunc in testamento, *arg. l. eum, qui. ff. de iurisdict. omn. iud. & aliâ, vt ibi per eum. Et dicit Abb ibidem sub numer. 3. vers. 2. not. ibi. si quis Episcoporum.* quod istud
† est priuilegium Episcoporum tantum, non au- 9
tem aliorum inferiorum Prælatorum: quia iura antiqua, & noua solum faciunt mentionem de Episcopis, *vt d. c. Apostolica. & c. bona rei. 12. q. 2. & c. si Episcopus.* Subdens, quod hanc donationem potest facere Episcopus in sua diœcesi tantum: quia si extrà suam diœcesim vellet monasterium construere, vel ecclesiam constructam magnificare, esset
secus. Et dicit, quod Ant. putat quod ecclesiæ ex- 10
emptæ infra diœcesim, putà ecclesijs Fratrum Minorum, quæ sunt exemptæ à iurisdictione Episcopi, potest hanc Episcopus donationẽ facere: quod,
inquit, mihi satis placet, † quia ecclesia exempta 11
est in diœcesi, licèt non sit de diœcesi, *cap. penul. de offi. ordinan.* & est valde vtile: quia sæpè Episcopi volunt magnificare ecclesiam mendicantium, quę est exempta à iurisdictione Episcoporum. Addit Abb. *in d. c. Apostolica. nu. 4. vers. not. ibi; pro suis sepul-*
turis. de donatio. quod † licet Episcopo sibi eligere 12
sepulturam extra Cathedralem, & potest ecclesiam, in qua sepulturam eligit, magnificare pro suis sepulchris. Et Episcopus potest hanc donationem non solùm de bonis spectantibus ad mensam; sed etiam ad ipsam ecclesiam Cathedralem facere. Et intellige, quando bona sunt diuisa inter Episcopum, & capitulum, tunc enim donat de mensa: quia bona Episcopatus tunc pertinent ad mensam; sed vbi bona sunt communia inter Episcopum, & capitulum, tunc omnia dicuntur esse bona ecclesiæ, & de illis potest hanc liberalitatem exer-

exercere. ità determinat idem Abb. *vbi sup. sub num.*
13 *5. vers. not. ibi; Ad Episcopalem mensam.* † Et vltra centesimam, vel quinquagesimam non potest Episcopus, quantumcunque abundans donare sine superioris authoritate. & ex quo hodiè omnes Episcopi iurant in manibus Papæ de non alienando, solus Papa intelligitur in isto casu superior. Vnde Episcopus non faciet, nisi de authoritate Papæ; & aliàs, *vt ibidem per Abb. sub d. nu. 5. vers. not. ex fin. litte- ra. vbi pulchrè.* Sed pro hac materia est, quod videatur Lauren. de Rodul. *in repet. c. fine exceptione. 12. q. 2. quæst. 50.* vbi quæstionem hanc ponit, & disputat in vtranque partem; & ibi adducit opinionem multorum, qui dicunt, quod in isto casu necessaria solemnitas; & aliorum etiam, qui asserunt, posse hoc expleri per solum Prælatum sine solemnitate; & aliorum etiam, qui distinguunt, an possit hęc donatio fieri de reb. Cathedralis Ecclesiæ, an verò de rebus ecclesiarum inferiorum. Item an de fructibus & redditibus, an verò de possessionib. Et idem Laur. de Rodul. *ibidem. q. 28. in fi.* quòd in centesima, & quinquagesima est speciale, quòd nō haberet seruari solemnitas. Vide. Abb. *in c. pastoralis. de his, quæ fi. à Prala. fine consens. cap. colum. 2. nu. 4. vers. in gloss. in verb. constitutionem. ibi; Conclusio ergò gloss. est.* licet multum videatur dubitasse, quod quinquagesimam, seu centesimam potest Episcopus conferre absque consensu capituli sui: & in-
14 tellige in casu *c. Apostolica. de don.* † Nam si vult monasterium construere de nouo, aut Ecclesiam sæcularem facere religiosam, permittitur ei à iure, vt possit prò dote donare quinquagesimam partem suorum redituum. Si verò ecclesiam ante constructam vult magnificare pro suis sepulturis, tunc potest donare centesimam portionem: & hæc
15 littera facit pro opinione gloss. † nam exceptio debet esse de regula; vt notatur *de reg. iur. lib. 6.* Vnde cum Papa faciat hic regulam; vt Episcopus non possit quinquagesimam donare de rebus Ecclesiæ sine voluntate capituli; & excipiat donationem istius quinquagesimę, vel centesimæ, ergò hæc donatio potest fieri sine ipsius capituli consensu. Et hanc opinionem tenuit Goffr. hic, *& in Summa, §. fi. ne quis decipiatur authoritate iuris, 23. q 3. qui peccat. Pet. & Abb.* pro cōcordatione opinio-
16 num, & iurium, de quibus in gl. distinguūt: † quod aut Episcopus vult de nouo construere ecclesiam, vel eam reformare monasticis regulis, & debet habere consensum capituli, *c. si Episcopus. 12. q. 2.* Aut ecclesiam iam constructam per se vult dotare, & tunc potest sine consensu capituli; & ità loquitur tex. *in c. bona rei.* Nam hoc casu Episcopus est obligatus, ex quo Ecclesiam construxit, *vt in c. quod sicut. de eccle. adifi. vel reparan.* Et intellige, quando Episcopus construxit prius cum consensu capituli: quia tunc obligatio est orta respectu vtriusque. Et ratio huius distinctionis est: quia in hoc vltimo casu alienatio est necessaria, ideò non est necesse seruare aliam solemnitatem; sed in primo casu alienatio est voluntaria, cum nō sit adhuc
17 orta aliqua obligatio. † Et ex hoc collige, quod vbi imminet alienatio ex necessitate iuris, non est seruanda solemnitas; secus, vbi est voluntaria, licèt immineat propter necessitatem hominum; & aliàs, vt per D. Abb. *dicto loco, &c.*

§ Alio quoque modo videntur etiam alienari posse res ecclesiæ per Prælatum, vel Rectorem, seu Abbatem sine aliquâ solemnitate, putà, quando alienarentur bona ingredientis religionem; qui mandauerit illa vendi pro satisfactione debitorum; quia talia † bene possunt alienari sine solem- 18
nitate aliqua, vt voluit Lap. de Castellio. *alleg. 26. refert, & sequitur Prepofit. in c. fine exceptione. 12. q. 2. vers. decimò fallit.*

§ De rebus ecclesiæ fieri quoque potest alienatio sine solemnitate. Abbas enim potest donare de † rebus, & bonis monasterij alicui, donec sit in 19
seruitio monasterij, vel Episcopi sine consensu superioris, vel conuentus. Et videtur, quòd valeat donatio, vel alienatio, cùm non possit dici alienatio, perpetua, nec ad magnum tempus, cùm possit statim repelli; tenet Ioan. Mona. *in simili in c. hoc consultissimo. de reb. eccl. non alien. in 6. quamuis Io. Andr.* teneat contrarium *in c. fi. de rescrip. in glo. 3. & super ea. in 6. per Lauren. de Rodul. in c. fine exceptione. 12. q. 2. q. 47.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest donare de mensa sua capitulo suo sine superioris licentia.*
2 *Alienari non dicitur, quod in dominio remanet Ecclesia.*
3 *Episcopus an possit donare Ecclesiam loco egenti ad ministrorum sustentationem.*
4 *Bona Ecclesia sunt, & dicuntur bona egentium.*
5 *Bona Ecclesia, quò ad vsum, & sustentationem, sunt pauperum, quò ad dominium verò Ecclesia.*
6 *Alienare prohibitus in forensem poterit alienare in Ecclesiam, vel clericum.*
7 *Episcopus debet prouidere generaliter omnibus pauperibus.*
8 *Episcopus non subueniens pauperibus non dicitur Episcopus.*
9 *Clerici etiam laici indigentibus de bonis Ecclesia subuenire tenentur; quatenus tamen facultates suppetunt.*
10 *Iurans non alienare bona Ecclesia potest ea donare capitulo.*
11 *Episcopus potest etiam donare canonico vni de capitulo.*

CAP. X.

RES itidem ecclesiæ absque solemnitate alienari possunt. † Nam Episcopus potest dona- 1
re de mensa suâ suo capitulo egenti sine superioris licentia: refert Io. And. in Spec. *in tit. de his. quæ fiunt à Pral. sine consen. cap. §. j. in additio. sup. num. 6. super verb. sibi ipsi. vers per quod dicunt aliqui.* quod quidam tenent, quod sic; quia si id potest religioso loco, per tex. *in c. consultationibus. c. pastoralis. ext. de don.* fortius debet posse capitulo suo, cui plus debetur, *c. requisisti. de testa.* propter quod non videtur ad alienationem tendere; vbi per eū allegantur plura iura. Videtur dicere *gl. in Cle. si vna. de reb. eccl. non alie. in verb. Ecclesiam.* ibi Declarari debuisset, an sit idem in donatione, quam facit Episcopus capitulo suo de eo, quod spectat ad mensam suam, quod notat Hostien. *de his, quæ fi. à Prala.*

Prælat. c. nouit. & ponit casum de Episcopo abundante, & capitulo egente. & dicit, quod valet. Nec
8 obstat iuramentum de non alienando, † cum non sit propriè alienare illud, quod in dominio remanet ecclesiæ, & ab ecclesia retinetur, ff. de leg. 2. vnum ex familia. Idem gl. dicit ibidem in verb. consentiente: quamuis dicat, quod esset tutius facere cum superioris authoritate. Facit, quod notat Io. And. in mercurial. reg. qui tacet. & quod per Ioan. de Lign. in d. c. nouit. de hu, quasi. à Prælat. secundum quæ illud prodidit, etiam si Episcopus iurauit non alienare. Refert, & sequitur Lauren. de Rodul. in repe. c. fine
3 exceptione. 12. q. 2. † Et an Episcopus de per se possit donare Ecclesiam loco egenti ad sustentationem ministrorum, vide per Host. in c. nouit prœallegato, & per glo. in d. Clem. si vna in d. verb. consentiente. co. tit. vbi dicit, quod Episcopus ita donando, & ità prouidendo egentibus facit, & exercet officium
4 suum, 12. q. 1 præcipimus. & alias, vt ibi per eum. † Facit, quia bona Ecclesiæ sunt, & dicuntur bona egétium, est tex. in c. 2. de reb. eccl. alie. vel non. vbi Abb. num. 3. inquit, Secundò not. quod bona Ecclesiarum sunt deputata principaliter pro indigentibus, non solùm clericis, sed etiam laicis. & dicit Abb. in c. 1. in fi. eo. titul. quod Ecclesia de suis fructibus super abundantibus tenetur supplere falcis indigentibus, & etiam alteri ecclesiæ indigenti:
5 quia † bona Ecclesiarum sunt ecclesiæ quo ad dominium, sub pauperum, & egétium, quò ad vsum, & sustentationem, glo. in hoc. consult issimò. de reb. ec-
6 cles. non alien. in 6. in glo. speciali. † Facit, quia prohibitus alienare potest alienare in Ecclesiam, vel in clericum; quia talis prohibitio etiam per statutum inducta intelligitur de forensi, vt in eum non possit alienari: quod statutum valet, pręter quam quo ad Ecclesias, vel clericos, secundum Bar. not. in l. filius familias. §. diui. num. 11. & seq. de leg. 1. per l. 3. C. nō lic. habi. metroco. li. 11. & l. dudum. Cod. de contrahen. emp. & per Bal. in l. ea lege. in 6. q. C. de condi. ob cau & in l. voluntas. C. de fideicomm. per Pau. de Cast in cons. 193. Fede. de Sen. cons. 79. sequitur Io. Bertach. qui dicit se ità consuluisse, & pluries in facto respondisse, in trac. de Episc. 4. par. q. 45. nu. 147. vers. quæro ēt, an prohi-
7 bitus. Facit ad quæstionem, quia Episcopus † debet prouidere generaliter omnibus pauperibus, 82 dist. c. j. 87. distin. c. j. & c. 2 Et benè aduertat Episcopus, ne patiatur pauperē, & egentem famæ perire, quia homicida esset, ac si mortē manibus inferret, 86. distin. c. pasce. & ibi glo. Nec dicitur Episcopus,
8 † si pauperibus nō subueniat, 86. dist c. fratrē. & potius debet pauperibus, q̄ parietibus Ecclesiæ ruentibus prouidere, 12. q. 2 gloria. & Episcopus tenetur vel per se, vel per alium prouidere cuilibet indigenti. 70. dist sanctorum, per Io. de Tur. Cremat c. videntes. 12. q. j. Facit, quod dicit Abb. in d. c. j. in si de reb. eccl.
9 alien. extrà, vbi dicit, quod † clerici etiam laicis indigentibus tenentur subuenire de bonis Ecclesiæ, quatenus illius facultates suppetant, 16. q. j. c. fi. 87. dist c. j. vide tex. in c. videntes. 12. q. j. fortius tenentur subuenire ecclesijs indigentibus. Quod tamen intellige, quando aliquid superest vltra necessaria, quia primò subueniendum est ministris proprijs, & necessarijs vsibus ipsius ecclesiæ, c. pastoralis. de hu, quæ fiunt à Præla. & c. de his. de eccle. ædific. vel repa. vt ibi per eum. Et dicit Bertach. de Vir. in d. trat. de Episc. 4. part. q. 45. nu. 143. † quod iurans non alienare bona ecclesiæ potest ea donare capitulo, per Bal. in l. voluntas. in lect. antiq. C. de fideicomm. & in l. dudum. Cod. de contrahen empti. Facit, quod not. in Clem si. de reb eccle non alie. Immo etiam † canonico vni de capitulo potest Episcopus donare vt ibi notatur, secundum Bald. in d. l. dudum. Pro quo facit: quia prohibitus alienare potest alienare in consortes, l. si. C. non sic. habi. metro. lib. 11. & aliās, vt per Bertach. d. loco. 10 11

§ Pro hac materia, an Episcopus possit infeudare, & dare res episcopatus capitulo suo, vel habeat bona separata, vel communia cum capitulo, vide, quæ deduco, infrà in hac ead. q. 31. c. 18. incip. Silentio quoque haud prætereundum esse existimo, quod possit alienari res ecclesiæ sine solemnitate, quando consuetudo aliud disponeret. ad fi. numer. 17. vers. fallit etiam, quando Prælatus.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum sede vacante potest suscipere pecuniam mutuo pro necessitate ecclesiæ.*
Quod intelligunt quidam procedere, quando copia superioris de facili haberi non potest, & magna imminet necessitas, vt num. 2.
3 *Ecclesia non obligatur ex mutuo, nisi interuenerit numeratio, & conuersio.*
4 *Contrahens cum Ecclesia in tribus casibus debet esse solicitus de conuersione.*
5 *Debitor ecclesiæ soluens rectori liberatur ipso iure, licèt non conuertatur in vtilitatem Ecclesiæ.*
6 *Conuersio in vtilitatem an in dubio præsumatur, & an sufficiat confessio Prælati cum toto capitulo.*
7 *Transactio facta super dubio conuersionis in vtilitatem Ecclesiæ an valeat.*
8 *Rector ecclesiæ non obligatur per procuratorem recipientem mutuum, nisi in tribus casibus.*
9 *Mutuans factoribus præpositis ad colligendos fructus, vel ad castrorum custodiam, nō potest repetere à Domino, nisi sit in rem suam versum.*
10 *Confessio de in vtilitatem Domini verso facta ab habente nullum mandatum, non probat.*
11 *Creditor quando teneatur probare in vtilitatem Ecclesiæ conuersum.*
12 *Confessio super pretio non sufficit, nisi appareret solutum.*
13 *Mercator potest conuenire monasterium pro panno vendito Abbati pro vestiendis monachis, licèt non probetur conuersum.*
14 *Soluens censum rectori Ecclesiæ liberatur, licèt rector non conuertat in Ecclesiæ vtilitatem.*
15 *Confessio Prælati cum capitulo an sufficiat, quando concurrunt coniectura.*
16 *Emens sine solennitate, an sit tutus in foro conscientia.*
17 *Prælatus sine consensu capituli potest transigere super re, qua non sit immobilis, vel mobilis pretiosa.*
18 *Prælatus non potest compromittere super re, in qua non potest solus disponere.*
19 *Terrula aliqua potest Episcopo alienari per capitulum*

lum præmisso tractatu sine solemnitate.
10 *Inferiores in minutis non habent necesse habere consensum Episcopi.*

CAP. XI.

1 POSSVNT & in alio casu obligari res Ecclesiæ absque superiorum authoritate: † quia sede vacante capitulum potest suscipere pecunias mutuo authoritate superioris pro necessitate Ecclesiæ vacantis, per *gloss. quæ hoc tenet, in cap. cupientes. §. ad hoc. super verb. aliundè. de elect. lib. 6. al. leg. 10 quæst. 2. precaria 12. quæst. 4. quicunque.* cum manifesta in hoc sit vtilitas Ecclesiæ, & cum hoc negotium dilationem non capiat. Et ex tali mutuo obligatur Ecclesia, & Prælatus successor. Facit, quod not. Ioan. *12. quæst. 2. placuit in gloss. fin. & ibi Archid. & Paul in Clem. j. de reb. eccl. non alien. & quod no. Spec. in tit. de his, quæ fiu. à Prælat. in fi.* & sic dicit se consuluisse Lap. in vacatione hospitalis de Alto passo pro, & contrà. faciunt not. per Ioan. Andr. *post Innocen. & Hostien in cap. 2. ne sede va-*
2 *cant. in fi. secundum Lap. & Abb.* † Sed Ioann. de Imola restringit d. Lap. videlicèt, quando copia superioris de facili habere non potest, & magna imminet necessitas, aliàs secus: quod etiam placet Dominico, quia illud hospitale erat immediatè subiectum Papæ, vnde difficile erat habere recursum ad Papam pro licentia. hoc etiam casu poterit capitulum alienare bona pertinentia ad Episcopum, secundum Archid. *per cap. si qua. de reb. 12. q. 2 vt referunt Ioann. Andr. & Domi. in d. §. ad hoc. & aliàs, vt per Ioan. Franciscum Pauin. in trac. de offi. & pote. capi. sed. vacan. quæst. 8. par. 2. num. 20. versi.* sed an capitulum, &c. Et pro hac materia mutui vide ea, quæ dicit Bald. *in Authen. hoc ius. C. de sacrosanct. eccles. versic. vl-*
3 *terius.* vbi dicit, quod † Ecclesia non obligatur ex mutuo, nisi interuenerit numeratio, & conuersio: quia primò apparet, quod exceptio non numeratæ pecuniæ perpetuò competat Ecclesię, quia non est propriè exceptio, sed potius nullitas ipso iure. Adde, quod no. Dyn. *in cap. locupletari. de reg. iur. in 6.* Secundò, inquit, dico, quod requiritur cõuersio in vtilitatem Ecclesiæ, quia dicit Innocen. quod
4 ille, qui † contrahit cum Ecclesia, debeat esse solicitus de conuersione in tribus casibus expressis in iure, non in alijs. Primus quidem est in mutuo. Secundus est in deposito. Tertius est, quando res Ecclesiæ venditur pro debito, vt hic, *& c. grauis. extrà deposit.* Vnde, inquit Bald. si draparius vendit pannum Abbati pro vestiendis monachis, licèt Abbas non conuertat, in hoc tamen tenetur mo-
5 nasterium. Et † si debitor Ecclesiæ soluat Rectori, licèt Rector non conuertat in vtilitatem Ecclesię, tamen ipso iure liberatur, vt not. Innocen. *in cap. grauis.* Item dicit innocen. quod ibi sacerdos non conuertit mutuum in vtilitatem Ecclesię, tenetur creditori ipse sacerdos, *extrà de pig. cap præsentium. & cum Innocen. transeunt ibi Doctor. Anton. de Butr.* &
6 Imola. Subdens, Quærò, vtrum † in dubio præsumatur facta conuersio, & vtrum sufficiat cõfessio Prælati cum toto capitulo? Gloss. dicit hic, quod sic valdè notabiliter. Iacob. de Aren. super hoc distinguit, vt hic per eum. Ego autem dico, quod huic confessioni statur, si concurrant coniecturæ aliquæ cũ confessione; putà, quod Monachi nihil habebãt de frumẽto, vel erãt nudi, nunc apparet, quod vixerũt de frumẽto, & quod sunt vestiti, *arg. infrà de alim pup. præst. l. fi.* licèt enim posset hoc fuisse aliũde: hoc tamẽ nõ præsumitur, *vt l. si vetri. §. si ff. de priuil cre.* † Sed pone, quod super isto dubio 7
est trãsactũ, vtrũ valeat trãsactio? Dicit Inn. quod trãsactio valet, nisi tẽpore mutui fuisset actũ de trãsigẽdo super futuro dubio, quia ex hoc præsumeretur fraus, ità no. Inn. *d. c. grauis.* quod facit contra vsurarios, qui tẽpore mutui faciũt fieri procuratorẽ ad confitendũ mutuum, vel ad trãsigendum. Subdens, quod Rector Ecclesię obligatur per easdem personas, per quas obligatur priuatus, & sicut obligatur priuatus, secundũ Inn. & quod † p procu- 8
ratorẽ recipientẽ mutuũ non obligatur, nisi in tribus casibus primus est, quando habet mandatum speciale ad accipiendum mutuum: secundus est, quando est præpositus in cõtractu, vel negotio aliquo: tertius, quando est procurator generalis ad omnia cũ libera: in istis enim tribus casibus obligatur dominus ex natura mãdati, aliàs verò non obligatur, nisi sit versũ in vtilitatẽ domini. Vnde, † si quis mutuat istis factoribus, qui sunt præpositi ad colligendos fructus, ad custodiã castrorum, 9
istud non potest repeti à domino, nisi sit versũ in rẽ domini, ità not. Inn. *extrà de fideiusso c. quod quibusdam.* & dicit hic Bar. quod quando quis habet mandatum pro alio ad certam causam, tunc sufficit, quod recipiens confiteatur ad illam causã se recepisse, licèt mentiatur, *l. 1. §. non autem. ver. sed & si in pretijs. ff. de exerci.* quandoq; habet mandatũ generale, & tunc non sufficit eius confessio ad obligandum dominũ, sed requiritur probatio per cõiecturas, *vt l. fi. de exerci.* quandoq; nullũ habet mãdatum ab eo, cuius nomine pecuniam recipit mutuo, & tunc videtur, quod requiratur, vt expressè probetur pecuniam esse conuersam in vtilitatem domini, † nec sufficit cõfessio recipiẽtis, *l. j. §. quod* 10
si sic. ff. de in rem verso. & l. ciuitas. ff. si cer. pet. Et ideò glo. quæ est in corpore huius *Auth.* quæ dicit, non sufficere confessionem Prælati cum capitulo, melius dicit, quam ista, secundũ Bar. vt per Bal. *d. loco.*
§ Idem dicit Rebuff. *in compendio alien. rerum eccl. vers. quæro,* quando. † Quæro, inquit, quando credi- 11
tor teneatur probare in Ecclesiæ vtilitatem conuersum? Respondetur in tribus casibus: primus est in mutuo facto Ecclesiæ, quod non potest repeti, nisi is, qui mutuauit, propter versum in vtilitatem Ecclesiæ, per text. *in c. quod quibusdam. de fideiuss. vbi Barbat.* plenè distinguit: tu illum videto: nec sufficeret cõfessio Prælati, per ea, quæ dicit Cald. *cõs. 110. incip. quidam Prælatus. in fi. Soc. in cons. 52 incip viso. col. 3. & cons. 92. incip. viso.* nec potest haberi fides de pretio, nec etiam † sufficeret confessio super 12
pretio, nisi appareret solutum, vel in eam causam expositum, propter quam venditio fuit permissa, tradit Panor. *in cons. 41. incip. videndum est in effectu. colum 2. j. volum.* Si tamen Prælatus, vel alius Rector sit, qui non conuerterit in vtilitatem Ecclesiæ, tenebitur creditori de suo satisfacere, per Innocen. & Card. *in c. præsentium. de pign.* Secundus casus est, in quo est necesse probare versum in Ecclesiæ vtilitatem, in deposito, *c. j. de deposito. & ibi ratio traditur per Doct.* Tertius casus est, quando res Ecclesię venditur

uenditur pro debito, tunc oportet probare pecuniam conuersam in solemnitatem debiti, *vt §. hoc ius. C. de sacrosf. eccl.* Vnde in casu sequenti non re-
13 quiritur, vtpotè † si mercator conueniat monasterium, dicens se vendidisse pannum Abbati pro vestiendis Monachis, quamuis non conuerterit, in hoc tamen monasterium tenetur pro debito; &
14 si debitor soluat † Rectori Ecclesiæ censum, vel aliam rem debitam, debitor est liberatus, licèt Rector non conuertat in Ecclesiæ vtilitatem. Panor. & Imo. *in c. grauis. de depo. Dec. in cons. 36. & pro te-*
15 *nui. col. 2.* quod est notandum. † Confessio autem Prælati cum toto capitulo tunc sufficit, quando sunt coniecturæ, vt si non appareat, quod Monachi aliundè habuerunt frumentum, vel Abbas ad alendum eos, vel pannum ad induendum: nam nō præsumitur, quod vixerint de vento, vti lupus, *l. si. cum gl. de alim. pupil. præstan.* licèt aliundè habere potuissent; hoc tamen non præsumitur *l. si ventri; §. fin. de priuil. cred. Bal. in Auth. hoc ius. col. 4. & sequen.* alius secus, vt ibi dicit gl.* Communis tamen sententia est in contrarium, quæ hodiè seruatur, per Soci. *in cons. 15. visis. col. 7. 1. vol.* videlicet, quod non sufficiat probare per coniecturas, putà, quod tempore contractus mutui Ecclesia indigebat, sed verè probari debet, vt in dictis tribus casibus con-
16 suluit Cald. *cons. 7. qualiter. in rub. de probat.* † Et quā do solemnitates non sunt seruatæ, an in foro conscientiæ sit tutus, qui emit sine solēnitate: & quod non, tenet Prouinciale omnium eccles *fol. 35.* cum non sit dominus rerum emptarum sine solemnitate, & sic detinendo contra voluntatem superioris est continuò in peccato mortali, per not. *in c. j. de constit gl. in c. si. illo titulo, in 6.*

§ Res Ecclesiæ in alio quoque casu possunt alie-
17 nari sine consensu capituli & authoritate quia † dummodo res Ecclesię non sit immobilis, vel mobilis pretiosa potest de illa sine consensu, & authoritate per Prælatum, vel Rectorem transigi, per ea, quæ tradit Abb. *in c. contingit. de transact.* vbi ad longum & eodem modo de talibus rebus potest compromitti, vt ibi per eum; vbi in tali casu id dicit de compromisso, quod dicit de transactio
18 ne. † quia Prælatus, inquit, non potest compromittere super re, in qua non potest solus disponere, vnde non potest compromittere super re immobili, seu ad inferendum perpetuum præiudicium Ecclesiæ sine authoritate superioris, & consensu capituli. Sed iste casus videtur vnus, & idem cum casibus *in capitulis 1. 2. & 3. suprà suo loco positis.*

§ Si autem constitutione aliqua Episcopatus cauetur, quod nulla alienatio rerum immobilium fieri possit per clericos sine licentia Episcopi, aliter verò facta non valeat, & puniatur contrafaci-
19 ens ipsius arbitrio, † potest vendi aliqua terrula Episcopo per capitulū Cathedralis Ecclesiæ præmisso tractatu sine alia solemnitate, vt per Ioann. Andr. qui ponit, & disputat istam quæst. *in reg. qui facit. de reg. iur. in 6* vbi post multa tenet, quod Episcopus, qui intendebat reuocare tales alienationes, easque rescindere, non venit audiendus, & pęnis statuti locus non est, quia talis cōtractus valet de iure communi secundum not. *in c. Abbatibus. 12.*
20 *quæst. 2.* vbi † inferiores in minutis non habent necesse habere consensum Episcopi; vt per Ioann. Andr. latè in prællegato loco; & per Lauren. de Rodulph. *in repeti. c. fine exceptione. 12. q. 2. Dico suprà in c. 8. hac eadem quæst.*

SVMMARIVM.

1 *Bona hospitalis fundati sine authoritate Episcopi an sine solemnitate alienari possint.*
2 *Bona hospitali relicta gaudent priuilegio relictorum ad piam causam, quò ad detractionem falcidiæ.*
3 *Collegium alicuius fraternitatis potest bona fraternitatis alienare, quamuis sint deputata ad alimoniam pauperum.*
4 *Bona hospitalis si dissiparentur, posset quilibet de populo resistere.*
5 *Forma canonis non est seruanda in alienatione rerū legatarum ed erogandum pauperibus.*
6 *Relicta hospitalibus priuatis non habent priuilegia piæ domus.*
7 *Præsidentes hospitalibus priuatis non gaudent priuilegio clericorum.*
8 *Restitutio in integrum peti non potest nomine hospitalis priuati.*
9 *Prohibitio de non alienando bona Ecclesiastica non habet locum in hospitali priuato.*

CAP. XII.

VIDETVR etiam, quod alio casu alienari possint res Ecclesiæ sine solemnitate, puta, quā-
do † alienantur bona hospitalis, quod non 1
sit fundatū authoritate Episcopi: quia bona talis hospitalis possūt benè distrahi, & alienari, et nulla interueniente solemnitate, latè per Fely. *in cap. de quarta 2. col. de præscrip. vers. & dicit. vbi dicit secundum Pau. in cons. 95. in fi.* quod in alienatione bonorum obuenientium tali hospitali non requiritur solemnitas quæ requiritur in bonis Ecclesiasticis: fatetur tamen, quod † relicta tali loco gaudent 2
priuilegio relictorum ad piam causam, videlicet, ne patiantur distractionem falcidiæ; nec Doctores suprà allegati dicunt specificè, quod bona hospitalis priuati debeant alienari cum solemnitate, sed loquuntur simpliciter. Est verum, quod Andr. Sicul. *in c. nulli. extrà eo. j. col. vers. & pondera subtiliter.* affirmat hoc per vnam considerationem, quā dicit nouam: quia cum talia bona sint deputata ad vsum pauperum, & in protectione Episcopi, videntur fauore pauperum mereri, idem priuilegium in alienatione ad euitandam disceptionem alimoniæ ipsorum pauperum. Sed, inquit Felyn. per hoc non recederem à prædictis. Primo, quia videretur, quod Bald. in pluribus locis dixisset fallum, maximè in *Auth. hoc ius.* † dum dicit, quod 3
collegium alicuius fraternitatis potest vendere bona ipsius fraternitatis; quæ tamen sunt deputata ad alimoniam pauperum. Secundò, cum imponantur graues pœnæ alienantibus bona Ecclesiæ sine solemnitate, & maximè pex *extrauag. Ambitiosæ. extrauag comm. de reb. eccl. non alien.* esset res noua dicere, quod tales pœnæ haberent locum in omni alienatione rerum deputatarum ad vsum pauperum. Tertiò, quia fundator disponens, quod hospitale non esset subiectum Episcopo, tacitè vo-

tirè voluit, quod non haberet Episcopus, authorizare in aliquo contractu, vel distractu faciendo de bonis hospitalis, tanquam magis confisus de regimine, & gubernatione posterorum, quàm E-
4 piscopi.† Concedo tamen, quod si bona dissiparentur, & sine causa alienarentur per gubernatores hospitalis, nedum per ipsum fundatorem, posset quilibet de populo ei resistere, & se ei opponere iniustè alienanti, quando Episcopus in hoc esset negligens, per tex. *sing. & vulgatum in §. si autem locorum. in Authen. de ecclesiasti. tit. Facit, quod dicit Lauren. de Rodulph. in c. fine exceptione. 12. q. 2. in quae-*
5 *stionibus*, quod in vendendis † rebus legatis ad erogandum pauperibus, vel pijs vsibus non est seruãda illa forma canonis, quia non sunt bona Ecclesiastica, *l. si quis ad declinandam. C. de Episco. & cle.* & aliàs, vt ibi per eundem; vbi in vtranque partem disputando quæstionem multa notabilia adducit. Et dicit Bal. *in Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl.* quod
6 relicta † hospitalibus priuatis, prout sunt altaria, quæ habent nobiles in proprijs, & priuatis domibus, & prout sunt hospitalia, quæ habent nobiles, & communitates, seu ciuitates, in quibus Episcopus non habet institutionem, nec destitutionem, quia non fuerunt fundata eius authoritate, sed propriè sunt profana, quod Episcopus talia legata, & talia relicta capit, & distribuit inter pauperes, habito respectu ad personas pauperum, non ad locum; quia talia hospitalia non habent priuilegia piæ domus: quia non est constructum de authoritate Episcopi, vt notatur *18. q. 2. ca. quidam. in glo. & in Clem. quia contingit. ad fi. de relig. domi.* Et
7 præsidentes † talibus hospitalibus non gaudent priuilegio clericorum, vt not. *in Spec. de sta. monac. vers. 39.* Et credo, quòd relicta facta istis hospitalibus non applicentur sibi, cum ista domus sit prorsus sæcularis, & non priuilegiata; tamen, inquit, quia legatum contemplatione pauperum,
8 Episcopus capiet, & distribuet inter pauperes. †Et nomine istius hospitalis non potest peti restitutio in integrum. Nec obstat *infra tit. j. l. orphanotrophos.* quia debet intelligi de hospitali legitimè constructo cum authoritate Episcopi. Et dicit Re-
9 buff. *in compen. alie. rer. eccl. vers.* non tamen. † quod prohibitio de non alienandis bonis Ecclesiasticis, non habet locum in hospitali priuato in quo non habet Episcopus institutionem, nec destitutionem: quia non est fundatum eius authoritate, *cap. quidam. in glo. 18. q. 2. & gl. in Clem. quia. in fi. de relig. dom.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus promotus ad titulum patrimonij potest absque solemnitate vendere bona patrimonialia.*

2 *Pretio qui fruitur, rem habere videtur.*

3 *Patrimonium, ad quod clericus fuit intitulatus, sibi subrogatur loco beneficij.*

4 *Subrogatum debet sapere naturam illius, in cuius locum est subrogatum.*

5 *Regula, quæ habet, quod bona patrimonialia clericorum gaudent priuilegijs Ecclesiarum, non procedit indistinctè, sed venit limitanda.*

6 *Hodiè qui non promouetur ad sacros ordines, nisi habeat beneficium, vel bona patrimonialia, quæ non possint alienari.*

CAP. XIII.

ECCLESIAE res alio etiam modo possunt alienari sine solemnitate: quia clericus promotus ad † titulum patrimonij absque li- 1
centia, & absque solemnitate vendere dicta bona patrimonialia, per illud, quod dicit *gl. in c. tuis. extrà de praeben. in fi.* licèt secundum aliquos sit secus, quia inde viuere debet, & onus Ecclesiasticum sustinere. Sed secundum Tancre. dicit glo. quod potest vendere; quia qui pretio † fruitur, rem habe- 2
re videtur, *ff. de vsuf. l. quia qui pretio.* & potest illud patrimonium etiam donare, quia & beneficio Ecclesiastico etiam posset renunciare: quod, inquit gl. ego credo verius. per Fely. *in ca. de quarta. ext. de praescrip. col. 3. vers. tertiò*, quia fundatur. ibi, Sicut etiam de bonis patrimonialibus clericorum, ad quæ intitulantur: quia licèt in multis æquiparentur bonis Ecclesiarum, tamen possunt vendi sine solemnitate, allegat *d. gl.* se ipsum etiam citando in *c. ecclesia. extrà de constit. vbi in 3. col. vers. in gloss. 2.* latè disputando de priuilegijs, quæ competunt bonis patrimonialibus clericorum, dicit, quod in hoc casu licèt quispiam posset adducere, quod † ex quo patrimoniũ ad quod cle- 3
ricus fuit intitulatus, subrogatur sibi loco beneficij, nõ videtur deinceps esse simplex patrimoniũ temporale, & profanum, sed quasi quædam spiritualis merces, & præmium pro seruitijs adhibendis altari ordinatum, vt sic † subrogatum sapiat 4
naturam illius, in cuius locum est subrogatum, Inst. *de actio. §.* fuerat tamen ibi per duas columnas ad longum videtur concludere, quod istud,
† quod dicitur, bona patrimonialia clericorum 5
gaudere priuilegijs rerum Ecclesiarum, recipit vulgatam restrictionem, videlicèt, vt habeat locum in casibus suis, vt non sit generaliter verum, quod patrimonialia clericorum gaudeant eodem met priuilegio cum bonis Ecclesiarum: ità tradit D. Anton. *in c. si diligenti. vlt. colum. vers. satis puto. de praescrip.* faciendo regulam, quod gaudent priuilegijs Ecclesiarum, vbi apparet expressum, vel est omnimoda ratio, aliàs non, vt ibi dat tres instantias, vbi non æquiparantur, & ibi eum sequitur Imo. & Doct. Abb. dicens se semper ita tenuisse & alias, vt per eundem Fely. *d. c. eccl. col. 5. vers.* sed nihilominus. Cæterùm hodiè in Romanã † curiã, & 6
vbique, quod credo euenire propter statuta Concilij Triden. *Sess. 21. de reforma. c. 2.* vbi prohibetur, quod quis non promoueatur ad titulum patrimonij propter fraudes, quæ quotidiè fiebant ordinatoribus; vnde cogebantur posteà clerici, vel sacerdotes promoti ire ad mendicandum panem in dedecus, & opprobrium Ecclesiæ, & cleri, obseruatur, quod non conceditur licentia de promouendo aliquem ad sacros ordines, si non habeat competens beneficium Ecclesiæ, vel nisi habeat pensionem, aut bona patrimonialia taliter sibi data, & assignata, quæ per eum deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possunt, vt ego iam pluries habui in facto, *vt d. cap. 2. d. Sess. 21. de reforma.* Propterea in hoc tene id, quod supradictum sacrosanctum

Concilium statuit, ne cum glossa, & alijs citatis authoribus fallaris.

SVMMARIVM.

1 *Creditor habens rem Ecclesiæ sibi pigneratam, illam sine aliqua solemnitate alienare potest.*

2 *Minoris res pignerata potest à creditore alienare sine solemnitate.*

3 *Creditor Ecclesiæ an possit sine superioris licentia ingredi possessionem vigore pacti de ingrediendo.*

4 *Ecclesia est omnium effecta domina, & in ea committitur sacrilegium.*

5 *Exequutio iuridica excusat à sacrilegio.*

6 *Res Ecclesiæ, & minoris, si à principio sunt solemniter pignerata possunt sine solemnitate vendi.*

7 *Bona Prælati si distincta sunt à bonis capituli, possunt ab ipso solo concedi durante eius vita.*

8 *Prælatus solus gratia pietatis ad tempus alienare potest.*

9 *Alienatione prohibita non videtur prohibita alienatio ad pias causas.*

CAP. XIV.

FIT etiam alienatio rei Ecclesiæ absque eo quòd aliqua interuenire habeat solemnitas:
1 quia † si creditor Ecclesiæ habeat rem Ecclesiæ sibi legitimè pigneratam, benè potest illam
vendere pro assequutione sui crediti, absque aliqua interueniente solemnitate, per Bar. *qui hoc dicit in Auth. hoc ius. C. de sacrosi. eccl nu. 21.* ibi, Quæro
pone, quòd Ecclesia pignerauit fundum eo casu, quo sibi licèt, vnde creditor vult vendere pignus,
vtrum debebit seruare solemnitatem huius legis, vel decretalium in venditione. Respon. non; im-
2 mò liberè poterit vendere, sicut rem † minoris, aut alterius priuati, est text. notabilis *in l. pupillorum. §. j. de rebus eorum.* Et facit, quod adducitur
per Bart. *in l. creditores. nu 7. vers. quæro, quid in reb.*
3 *eccl. C. de pigno.* vbi quærit, † an creditor Ecclesiæ possit vigore pacti, & conuentionis factæ cum Ecclesia de ingrediendo possessionem absque authoritate superioris, id possit de per se sine iudicis decreto, aut authoritate; & licèt aliqui dicant, quòd non, maximè Innocen. *in cap. verum extra de fo. comp.* qui dicit, quod non licet sine authoritate
4 iudicis Ecclesiastici, cùm Ecclesia † sit omnium facta domina, & effecta sancta sanctorum Domini, & in ea committitur sacrilegium, *arg 12. q. 2. c. nulli liceat.* tamen secundum Hostien. *in d. c. verum. quem sequitur Ioan. And per tex. in c. cum dilecti.* videtur secus. Et hoc, inquit Bar. *ibidem*, credo verum, si valida præcessit conuentio, *vt l. si curialis. C. de E-*
5 *pisc. & cle.* Et facit, quia † exequutio iuridica excusat à sacrilegio, *l. quanquã. in prin. de aqua plu. arc.* ad quod facit, quod notatur per Dyn. *in l. pupillorum. §. j. de eden.* vbi dicit; quod creditor potest vendere res Ecclesiæ non seruatis solemnitatibus, quæ aliàs requiruntur, vt ibi per eundem Bar. per Abb. *in d. c. verum.* Quia dicit Negusan. *in tract. de pign. j. memb. 6 par. princip. nu. 15 vers. j.* igitur amplia regu-
6 lam. † quod res Ecclesiæ, & minoris, si à principio solemniter pigneratæ sunt, vt de iure requiritur, possunt benè posteà vendi per creditorem, non seruatis alijs solemnitatibus aliàs in venditione rerum Ecclesiæ requisitis, per ea, quæ ibi adducit. Et vide pro hoc, quæ dico suprà *in hac ead. q. 51. ca. 8.* eo in casu, quo res emphyteutica, vel infeudata finito feudo, vel emphyteusi reuertitur. quæ faciunt ad propositum præsentis casus.

§ Pariter videtur, quod alio modo possit alienari res Ecclesiæ absque solemnitate, puta, quando
bona Prælati † sunt distincta à bonis capituli: quia 7
tunc per solum Prælatum possunt concedi, & tunc sufficit concessio solius Prælati, vsque tamen ad vitam ipsius Prælati; quia solum agitur de suo præiudicio, vbi tenet Feder. de Sen. *in cons 53. Host. in Summa § fi. de his, quasi. à Præla. per Doct. in c. veniens. de transact. per Cors. in reper. in verb. alienatio. & per Abb. in c. continebatur. extra de his, quæ fiu. à Prælat. 2. col. nu. 7. vers. limita omnia. per ea, quæ deduco infra. in q. 57. an, & quomodo ex alienatione, vel fac. præcessor. &c. Et q. 56. de mutuo. & q. ad quod vsque tempus. & hac ead q. c. 3. & suprà in q. 3 de rer. eccl. alien. & in q. 5. de fructuum eccl. alien.*

§ Alio quoque modo possunt alienari res Ecclesiæ sine solemnitate, puta, causa pietatis; quia videlicèt causa † pietatis, Prælatus solus potest conce- 8
dere alicui indigenti vnam possessionem ad vitam suam, per Archid. *in c. j. de reb. eccl. non alien. Refert Abb. & tenet per tex. in c. possessione. 17. q. j. iuncta gl. notabili. vt per eundem Abb. in d. c. continebatur. col. 2. sub dicto nu. 7. vers. secundo limita per tex. &c. Et dicit Soci. in cons. 118. col. j.* quòd prohibita † alienatione non 9
videtur prohibita alienatio ad pias causas, per tex. *in l. si sponsus. §. concessa. ff. de donation. inter virum, & vxo. vbi Bal. ad hoc ponderat.*

SVMMARIVM.

1 *Bona fraternitatum possunt alienari sine solemnitate.*

2 *Corpus fraternitatum non est pium collegium, nec priuilegiatum.*

3 *Prohibitio de non alienandis rebus Ecclesiæ non procedit in rebus fraternitatum.*

4 *Prohibitio de non alienandis rebus Ecclesiæ non habet locum in rebus oratorij.*

Item non habet locum in rebus hospitalium priuatorum, vt nu. 5.

CAP. XV.

DICO, & secundum Bal. *in Auth. hoc ius C. de sacrosi eccl vers. sed quæro.* quod res, † & seu bo- 1
na fraternitatum benè possunt alienari licitè sine solemnitate: quia licèt istæ fraternitates sint licitæ, & capaces, *vt not. 11. q. j. c. si quis clericorum. in gl. ordina.* † tamen corpus fraternitatum, quia non est 2
pium collegium, sed omninò profanum, sæculare, non priuilegiatum, potest de bonis suis disponere, sicut cætera collegia sæcularia, *vt in l. j. §. quibus ff. quod cuius. vniuers. nomi. & ità inquit Bald.* ego consului. Et dicit Rebuff. *in sæpè alleg compen. alien. rerum eccles. vers.* non tamen. quod † prohibitio de 3
non alienandis bonis Ecclesiæ non procedit in rebus fraternitatum; quia sunt omninò profanæ, & non sunt, quo ad hoc, priuilegiatæ. nec sunt bona Ecclesiæ. Vnde possunt res illarum, sicut alia
bona

bona profana, vendi sine hac solemnitate, *l. j. § quibus. ff. quod cuius. vniuers. nomi. per Perusi. in c. j. eod. tit. gl. in d. c. si qui clericorum 11. q. j. & per Dec. in cons. 72. Alex. cons. 102. super primo quæsito. vol. 7. Domin. c. j. 42. distin.*

4 § † Nec pari modo habet locum in oratorio, nec in rebus deputatis oratorio requiruntur solemnitates, de quibus *in cap. sine exceptione. 12. quæ. 2. Pe-*
5 *trus. id attestatur in cap. j. de reb. eccl. non alienan. in 6.* † Nec in hospitalibus priuatis, in quibus non habet Episcopus institutionem, nec destitutionem, quia non fuerunt fundata eius authoritate, *c. quidam. in glo. 18. q. 2. & gloss. in Clemen. quia. in fin. de relig. domi.*

SVMMARIVM.

1 *Bona relicta pauperibus in genere possunt sine solemnitate alienari.*
2 *Bona relicta pauperibus, si per Episcopum assignentur pauperibus certi loci, ei acquiruntur pleno iure.*
3 *Legata ad erogandum pauperibus non sunt bona Ecclesiastica.*
4 *Bona relicta religionibus, vt vendant, non vt retineant, sine solemnitate alienari possunt.*
5 *Iura, & actiones, quatenus non continent res mobiles non pretiosas, sine solemnitate alienantur.*
6 *Prælatus non potest cedere liti, & actioni competenti ad rem immobilem.*

CAP. XVI.

Licite, & sine solemnitate secundum eun-
1 dem † Bal. *in Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl.* vendi possunt bona relicta pauperibus in genere, non pauperibus certi loci, & potest pretium denariorum inter pauperes distribui, per *l. si quis ad declinandam. C. de Epis. & cle.* Posset etiam executor, & Episcopus conferre dictas res pauperibus certi loci, putà pauperibus hospitalis mini-
2 mæ, & tunc † acquirerentur hospitali pleno iure; & idem esset tunc, quod est de alijs bonis aliorum hospitalium. Idem dicere videtur Lauren. de Rodulp. *in repet. c. sine exceptione. q. 20.* vbi quærit etiam, an in vendendis rebus legatis ad erogandum pauperibus, vel pijs vsibus seruari habeat forma nostri canonis: & secundum Ioann. de Ligna. præallegatum ibi per eum dicit, quod non;
3 † quia talia non sunt bona Ecclesiastica, *d. l. si quis ad declinandam. C. de Epis. & cle.* quamuis sint subiecta oneribus, sicut dicimus de patrimonialibus bonis, ad quorum titulum quis promouetur, *cap. tuis. de preb. d. q. 20. Et per Pau. de Cast. in d. Auth. hoc*
4 *ius.* vbi dicit, † quod id etiam habet locum in religionibus, quibus potest relinqui, vt vendant, non vt retineant in proprietatem, & vt capiant ad vendendum, vt est in Fratribus Prædicatorum. Fallit in Fratribus Prædicatoribus ex Concilio Triden. *Sess. 25. c. 3.* vbi conceditur, quod possint habere, & retinere possessionem: & in Fratribus S. Francisci Minoritis de Obseruantia, quia illa venditio eorum est ex necessitate. Nihil mirum igitur, si est permissa sine solemnitate. Item id etiam procedit in hospitali Senensi, quod tenetur omni anno vendere possessiones, quæ ad ipsum perueniunt: quia nisi sic fieret, breui tempore omnia essent sua. Vnde Commune ciuitatis Senarum ita prouidit, licèt illa prouisio non valeat de iure, secundum Bal. tamen ea præsupposita non requiritur illa solemnitas, vt per Pau. de Cas. *ibidem.*

§ Videtur etiam, quod sine solemnitate possint alienari † iura, & actiones, quatenus concernant, 5
& contineant in se res mobiles, non pretiosas, quæ regulariter absque interuentu solemnitatis alienantur, per ea, quæ ponit Lauren. de Rodulp. *in repetit. sua d. ca. sine exceptione. 12. q. 2. in sua q. 26.* Pro quo vide, quæ nos dicimus sup. *in q. 14. de aliena. reditu. iur. & actio. eccl.* vbi etiam recitauimus dicta eiusdem Lauren. quia quatenus contineant, vel concernant res mobiles, mobilium iure censentur, vt ibidem. Nam Prælatus, † aut alius non 6
potest cedere liti, & causæ, quia si cedit actioni competenti ad rem immobilem, requiruntur solemnitates, per Abb. *in c. j. col. 2. de posi. & c. cum pridem de pact. Rebuff. in compen. alien. in verb. commutare. vers. nec poterunt.*

SVMMARIVM.

1 *Transactio fit sine solemnitate, si res super qua transigitur, remanet Ecclesiæ.*
2 *Si per transactionem res remanet, tunc conditio Ecclesiæ fit melior.*

CAP. XVII.

In transactione quoque datur casus alienationis sine solemnitate, putà, quando per transactionem res religiosa Ecclesiastica alienari prohibita per transactionem remanet penes Ecclesiam, † & retinetur ab Ecclesia, vel Prælato aliquo 1
dato, vel facto per prælatum: quia tunc benè trãsigitur per Prælatum sine alterius licētiã, aut alia solemnitate; tunc enim † redditur Ecclesiæ con- 2
ditio melior. *gl. no. in l. nulli. ff. de transact. deduco latè suprà in j. q. c. j.* quod trãsactio venit appellatione alienationis.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo disponere potest, quod res Ecclesiæ sine solemnitate alienetur.*
2 *Consuetudo tamen non valet, quæ omnem remitteret solemnitatem requisitam in alienatione rerum Ecclesiæ.*
3 *Consuetudo tollens omnem solemnitatem dicitur contra priuilegium Ecclesiæ.*
4 *Consuetudo, per quam in alienatione rei Ecclesiæ receditur à forma canonica, an valeat.*
5 *Multa sunt de forma, quæ non sunt approbata de consuetudine.*
6 *Contractus super re Ecclesiastica potest probari per testes.*
7 *Ius ciuile non potuit introducere solemnitatem in alienatione rei Ecclesiæ.*
8 *Quare sit, quod hodiè non tanta seruetur solemnitas in alienatione rerum Ecclesiæ, quanta antiquitus seruabatur.*
9 *Alienatio facta à Prælato ex consuetudine valet, si pretium in vtilitatem Ecclesiæ versum sit.*
10 *Episcopus, vel Prælatus non potest præscribere ius*

alienandi res Ecclesiæ sine consensu capituli.

11 *Concessio ad quartam generationem fieri non potest, quando Ecclesia sit solita concedere ad tertiam generationem tantum.*

12 *Emphyteusis, si solita sit concedi in lineam masculinam, non est concedenda in fœmininam.*

13 *Consuetudo quæ tolleret substantialia contractus, nõ attenditur.*

14 *Prælatus cum consensu capituli an possit infeudare rem, in qua non habet directum dominium.*

15 *Prælatus potest infeudare laico, quando Ecclesia rem aliter recuperare non potest.*

16 *Prælatus etiam cessante consuetudine potest rem modici momenti infeudare, vel emphyteusim concedere.*

17 *Prælatus potest infeudare suo capitulo; sed vide numer. 19.*

18 *Episcopus potest emere à capitulo domum, qua indiget.*

20 *Donatio facta ab Episcopo de bonis mensæ suæ capitulo, non præiudicat successori.*

CAP. XVIII.

Silentio quoq; haud prætereundum esse existimo, quod possit alienari res ecclesiæ sine
1 solemnitate, † quando consuetudo aliud disponeret; quia tunc benè potest omitti solemnitas derogando solemnitatibus. *c. cæterum. de dona. extra gloss. in c. Abbatibus 12. q. 2. Card. Alex. in c. fine ex*
2 *ceptione. 12. q. 2.* non valet † tamen consuetudo, quæ remittit omnem solemnitatem requisitam in alienatione bonorum ecclesiæ, tanquam inducens grauamen ecclesiæ, per Abb. *& alios in c. 1. per illum text. de consue. & in c. nulli. extrà de reb. eccles. alien. vel non. Alex. consi. 3. incip. si vera sunt, colum. pen. num.*
3 *20. 5. vol.* † illa etiam consuetudo dicitur contrà priuilegium, & libertatem ecclesiæ, per Abb. *& alios in c. cum causa de re iud. & ibi Fely. Pet. Rebuff. in sæpè allegato compendio. alie. rer. eccle vers. septimus casus. & vers. 4. in tali casu & versi nec etiam de consuetudine. per Alber. in Auth hoc ius. C. de sac. san. eccl. in fi. Pro quo vide doctrinam Bald. ibidem 2. colum. vers. di-*
4 *cebam.* vbi posita quæstione. † an valeat consuetudo, per quam in alienatione rei ecclesiæ receditur à forma canonica, distinguit, quod aut consuetudo disponit super iure personæ, putà, quod possit Prælatus irrequisito capitulo alienare, & non valet ista consuetudo. Aut disponit super iure causæ, putà, vt pro quacunque leui causa possit alienare, & donare, & singulariter non valet ista consuetudo. Aut disponit super iure solemnitatis, vel formæ; & tunc refert, aut omissio formæ potest esse damnosa ecclesiæ, puta, omissio tractatus, & non valet. Aut omissio formæ non est damnosa Ecclesiæ, & tunc potest consuetudo valere,
5 per iura ibi per eum adducta. † Vnde multa sunt de forma, quæ non sunt approbata de consuetudine, no. *in c. dudum. eo. tit. in 6.* Vnde, si consuetudo habeat, quod sufficiant singulares consensus cum expressione nominis singulorum, *vt no. in d. c. dudum. & per Archid. in c. fine exceptione. in verb siue meliora.* ità quod Ecclesiæ per hoc non accrescit, nec decrescit aliquid, valet consuetudo, vt per eũdem Bald. ibi. Facit decisio Rotæ in antiq. de consuet. *decis. j. aliàs 135.* quod vbi est consuetudo in aliqua prouincia, quod res Ecclesiasticæ sub certa forma, quæ in iure exprimitur, vendantur, valet consuetudo: illa enim solemnitas, de qua cauetur in Auth. *hoc ius.* hodiè non videtur necessaria; vbi etiam vide, cur non requiratur † scriptura, immò 6
quod cõtractus possit probari per testes. Pro quo vide Abb. *in d. c. nulli. num 6. vers. ad secundum. de reb. eccl. alien.* vbi dicit, quod difficile est seruare in alienatione rerum Ecclesię solemnitatem Authen. hoc ius. secundum consuetudinem introductam, & refert Innocen. quod satis est obseruare consuetudinem illius Ecclesiæ, de cuius rei alienatione agitur. Et dicit Ioann. Andr. se credere, quod consuetudo non possit adimere solemnitatem, de qua *in c. fine exceptione. sed benè solemnitatem Auth. hoc ius.* & consuetudo potest augere solemnitatem *c. fine exceptione.* Et nota, inquit, quod consuetudo non valet contra solemnitatem *cap fine exceptione.* Subdens, quod consuetudo non est necessaria ad tollendam solemnitatem d. Authen. hoc ius. † 7
quia ius ciuile non potuit introducere solemnitatem in alienatione rei Ecclesiæ; fuit enim prouisum per ius canonicum: & alios, vt ibi per eundem Abb. vbi vide pro solemnitatibus seruandis in alienatione rerum Ecclesiæ Sequitur *gl. & Bar. in d. Auth. hoc ius. C de sacros. eccl.* vbi dicunt, quod si consuetudo sit in contrarium. vt non seruentur solemnitates *d Auth.* dicta consuetudo attenditur: & quod solemnitas *d. Auth.* hodiè non est necessaria in alien. rer. eccle. quia eccle. priuilegium istius Auth. non acceptauit, sed statuit aliam solemnitatem, puta de qua *in c fine except. 12. q. 2.* Facit, † quia 8
hodiè in alienatione rerum eccl. non tanta seruatur solemnitas, quanta antiquitus seruabatur; quia antiquitus res erant tenues, & magis custodiebantur, hodiè autem sunt amplissimæ, meritò tanta solemnitas non adhibetur, dicit glo. c. videntes. *in gl. j. & ibi Arch. 12. q. 2.* Et alienatio facta à solo † Prælato valet, si pretium est versum in vtilitatem Ecclesiæ, saltem si hoc est de consuetudine, per *glo. in verb promulgauit. in c. cum causa de sent. & re iud.* Sed in hac materia vide, quod dicit *gl. in Clem. 2. de reb. eccl. non alien. in verb. consentiente.* quod videtur esse in contrarium: quia † Episcopus, vel Prælatus 10
non potest aliquo temporis spatio præscribere, vt possit alienare res Ecclesiæ sine consensu capituli: inquit enim ibi in fi. Non puto hoc præscriptibile, quod Prælatus etiam in casu licito alienet sine consensu capituli. quam gl. Paulus ibi sequitur, & respondet ad *tex. in c. non est de consue in 6.* quod ibi loquitur de consilio omittendo. Idem tenet Ioan. Andr. *in c pastoralis. de don.* Idem ad hoc facit *tex. in Clem. in fi.* qui excludit omnem consuetudinem contrariam: si enim aliud esset, sequeretur posse consuetudinem introduci, quod Episcopus mensæ sui capituli vnire, & dare posset Ecclesias, & res ipsarum; quod quidem dicere, esset Ecclesijs nimis onerosum, & fortè nimias donationes haberent. per Lauren. de Rodulph. *in c. fine exceptione. q. 57.* Facit in materia, quod in concessionibus rerum Ecclesiarum attenditur, & attendi debet consuetudo; † quia si sit solita Ecclesia concedere tan- 11
tum in emphyteusim ad tertiam generationem,

& sic

& sit facta concessio in quartam, non valet, nisi in generationibus permissis, non in superadditâ, & concessionis contractus sustinetur super tribus permissis. Et si sit consuetudo, quod tertia generatio intelligatur recipiens, filius, & nepos, vel quod incipiat à patre, vel à recipien e, debet consuetudo attendi, & seruari, per adducta per Bal. *in Auth. si quas. C. de sacrosf. eccl. vers. iuxta hoc. cum vers. seq.* v-
12 bi etiam si sit consuetum † emphyteuticari in lineam masculinam, non debet in fœmininam emphyteuticari, Pa. de Ca. *in l. etiam. ff. sol. mat. gl. in rub. C. quæ sit longa consuet & ibi Bal.* Et si res Ecclesiæ sit solita emphyteuticari, non potest illa infeudari, nec præter modum solitum concedi, per Alex. *cons. 9 lib. 3.* vbi dicit, quod ad hoc, vt res dici possit solita infeudari, requiritur, quod spatium sit xl. anno *ibi nu. 6. dicit Albe. in d. Auth. hoc ius in fi.* quod licèt seruetur consuetudo locorum in a-
13 lienationibus Ecclesiasticis; tamen † non attenditur, si consuetudo tolleret substantialia contractus, putà, quod Prælatus alienaret sine capitulo, secundum tamen Goff. Azon. & alios, quos ibi allegat, dicit indistinctè teneri, quod in alienationibus rerum Ecclesiæ attenditur illud, quod est de consuetudine, vt per Spec. *ibidem allegatum.* Et *& t ex. cap. qui feud. dar. poss* vbi per Doctores ibi, & maximè per Iser, colligitur, quod Prælatus non potest res Ecclesiæ infeudare de nouo, quando non est antiqua consuetudo in feudo.

¶ Quæ regula fallit, secundum Iac. de Belul. ibi,
14 non solum † quando Ecclesia non habet dominium directum in re, sed etiam quando ipsa habet in feudum in eam tunc absque consuetudine infeudandi Prælatus cum consensu capituli potest istam rem alteri infeudare, sicut vassallus, licèt non possit alienare sine consensu domini directi, aliàs cadit, tamen potest alteri dare in feudum sine consensu domini, *c. j. §. præterea. de capit. Corra. & impo-rialem. §. callidis insuper. de prohibi. feud. alien. per Feder. quam limitationem reprobat Iser d. loco.*
15 ¶ † Item limitatur ista regula, quando Ecclesia non posset aliter recuperare rem suam, quia tunc Prælatus ex consuetudine potest dare laico in feudum, *c. 2. in fi. de feud. vbi Card. & Imo.* Item limitatur, quando conceditur in feudum, vel emphyteusim res immobilis Ecclesiæ parui momenti, vt
16 prædiolum, aut vineola, quia † Prælatus tunc potest etiam cessante consuetudine. Facit Feder. de Sen. *in cons. 130.* vbi tenet, quod res modica Ecclesiæ non continetur sub iuramento Prælati, qui iurauit non alienare inconsulto Papa. *c. vr super. & ibi no. de reb eccl. per Ang. in §. hoc etiam in fi. in Auth. de alien & emph.* vbi tenet, quod res immobilis, vt terrula, alienatur per Prælatum sine illa solemnitate: & p multa alia adducta p Iser. supra. d. loco.
17 § † Fallit etiam, quando Prælatus infeudat suo capitulo, quod potest, etiam si non adsit consuetudo: quia eo casu res non exit de Ecclesia, no. *glo. in Clem. si de reb. eccl. non alien. Bal in l. dudum. q. pen. C. de contrah. empt.* Confirmatur per illud Ioann. Cald. *in cons. 11. incip. an feudatarius.* quod vassallus Episcopi potest al enare feudum Episcopatus in capitulum non requisito Episcopi consensu: quod procedit, secundum eum, etiam si bona inter Episcoporum, & capitulum sint distincta: & id propter coniunctionem maximam, quæ est inter Episcopum, & capitulum *ca. nouit. de his, quæ fi. à Prælat.* propter quam coniunctionem non videtur Episcopus in generali prohibitione suos exclusisse, *c. 2.* 18
de postulan. Confirmatur, quia † Episcopus potest emere à capitulo domum, qua indiget, quia non videtur exire extra Ecclesiam, *arg. l. voluntas. C. de fideicom.* Contrarium tenet Card. Floren. *in cons. 37. incip. casus, feudo quodam.* vbi consuluit, quod † 19
Episcopus non potest inuestire capitulum suum de feudo deuoluto ad Episcopum, quia non licet Prælato conditionem Ecclesiæ facere deteriorem; quia concedendo, vel infeudando capitulo deterioratur Episcopatus conditio, ex quo enim capitulum semper viuit, & nunquam moritur, c. si gratiosè. de rescrip. in 6. infeudando illi, infeudatur sine spe deuolutionis, & quod redeat saltem per lineam finitam. Item quia capitulum non poterit præstare seruitia pastoralia, sicut dicitur de monasterio, *cap. in potentia. de probat.* Facit Guliel. *in d. Clem. 2. vers. quæri. de reb eccl.* quod si vassallus Episcopi vult alienare feudum Episcopi in capitulum, Episcopus non potest authorare, nec capitulum de directo dominio inuestire: vbi dicit, quod alienare in capitulum, est auferre ab Episcopo. Et hæc opinio est verior de iure, & non solùm vbi bona Episcopi sunt disiuncta à capitulo, sed etiam quando sunt communia. Facit Abb. *in c. sicut nostris nu. 4. de iureiur.* quod donatio facta ab Episcopo 20
de bonis mensæ suæ capitulo, non præiudicat successori, vt per Iser. *in d. c. j. col. 10 qui feu. dar poss.* Pro quo vide, quæ in contrarium ego deduco suprà in hac eadem *q. c. 10. incip.* res itidem Ecclesiæ absque solemnitate alienari possunt. nam Episcopus potest donare de mensa suo capitulo, &c.

ADDITIO.

GEmi. *cons. 48. Bal. in Auth. hoc ius. col. 2. vers. 3. dicebam C. de sacrosf. eccl. Bero. in c. in præsentia. nu. 391. & seq. de probatio.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio sine solemnitate permittitur ex causa æquitatis, scilicet vt in culta efficiatur fertilis.*
2 *Agricola, qui reduxit rem infertilem ad culturam, suam diligentiam desfere non debet.*
3 *Res, quæ fuerat inculta, redacta ad culturam potest in emphyteusim concedi ipsi, qui reduxit, alteri autem non.*
4 *Res redacta ad culturam ab illo, qui reduxit, concedi possit, quando nulla promissio concedendi præcessit.*

CAP. XIX.

NON adhibetur etiam solemnitas tunc, quando res Ecclesiæ alienatur per solum prælatum † ex causa æquitatis, putà, quando ter- 1
ra inculta, & non fertilis datur ad cultiuandum; quia culta, & extirpata benè potest concedi in emphyteusim illis, vel eorum hæredibus qui eorum studio, & labore illam ad culturam, & fertilitatem reduxerunt: est in terminis tex. *in cap. ad aures. de reb. eccl. alien. vel non. vbi Doct. & maximè Host.* vbi figurat casû in rustico, qui extirpauit terrâ incultâ de licẽtia Prælati, cui Prælat⁹ pmisit, quod si posset redigere eã ad culturã, accederet eidẽ & posteritati suę, &c. inq̃t, quę pcesserũt de labijs ei⁹, nõ fa-

ciet irrita, secundum vnum intellectum; & post multa dicit, quod æquum est, vt talis alienatio fieri possit, ne alij à similibus retrahantur, sed potius inducantur, & hoc est priuilegium speciale istorum, id est, taliter cultiuantium in fauorem Ecclesiæ inductum. Alijs verò præter quam cultiuantibus noluit Prælatus terras istas concedere, vel locare, sicut nec alienare, nec, inquit, Ho-
2 stiens. obstabit, quod † terra sit meliorata multũ, quia hoc considerari non debet, ne agricolæ suam defleant diligentiam, & laborem. Sequitur Abb. *insi. ibi*, Quæritur, nunquid istæ terræ potuissent dari alijs in emphyteusim? dic, quod non; nisi in casu aliàs concesso, & iuris seruata solemnitate: quia non sunt amplius syluæ, sed terræ arabiles, sed extirpantibus, & suis hæredibus possunt concedi propter promissionem eis factam, & propter labores, & propter sumptus, quibus fraudari non debent. & in Apostilla ad Abb. *ibidem alleg. Roman. consil. 22. & 219. Petr. de Ancha. consil 40. & consil. 301. Sequitur Zabar. in cap. j. de his, quæ*
3 *fiu. à Prælat. Sequitur Ioan. de Imola ibidem, ibi*, † Aduerte in quantum hic dicitur terram sterilem, & inculta redactam ad culturam posse concedi in emphyteum; dicit D. Anton. procedere, quando conceditur ipsi, qui reduxit; alteri autem non posset concedi, sicut nec posset fieri, nisi subsistente causa legitima, & debitis solemnitatibus interuenientibus. Vnde secundum eum, hoc est priuilegium cultiuantium; & aduerte, quia hoc videtur procedere, quando à principio fit de hoc instrumentum cum solemnitate debita, vel quando facta fuit conuentio, licèt non fuit factum in-
4 strumentum; quia quis fuit confisus in Prælato. † Sed vbi non esset factum instrumentum, nec præcederet conuentio, an tunc debeat concedi illi, qui reduxit rem ad culturam? Ioan. Andr. & Floren. videntur innuere, quod non; sed D. Petr. inquit. Imola videtur velle contrarium: quia secundum eum eadem ratio redditur: & per consequens idem videtur dicendum. Possunt autem concordari opiniones: quia aut reduxit ad culturam de licentia Prælati, non interueniente alia conuentione, & tunc procedit opinio D. Petr. Aut reduxit ad culturam sine licentia Prælati; & tunc, quia videtur quodammodò malæfidei occupando rem sine licentia, *l. fi. C. vnde vi.* videtur, quod non teneatur Prælatus concedere in emphyteusim, si non vult: & sic posset intelligi Ioan. Andr. & Floren. satis tamen videtur, quod de æquitate possit concedi, si velit, & sic etiam posset intelligi opinio D. Petri. Et ista alienatio potest dici fieri ex causa æquitatis, per Capicium *decis. 305. incip. in causa Monasterij.* quam decisionem vide. Pro præsenti quæstione est facta decisio in terminis per Guido. Pap. *quæst. 118. incip. alta.* Et vide per hac materia, quæ adduco *infrà in quæ. 54. an Prælatus possit res eccle. consang. infeu. emphyt. vel aliena.*

SVMMARIVM.

1 *Res Ecclesiæ si plus expensarum, & incommodi affert, quam vtilitatis, potest sine solemnitate alienari.*

2 *Res quando plus incommodi, quàm commodi afferre dicatur.*

3 *Episcopi possunt alienare domos in ciuitatibus positas, quæ plus expensarum, quam vtilitatis afferunt.*

4 *Episcopus qui iurauit non alienare Papa inconsulto, potest alienare dando in emphyteusim rem modici valoris.*

5 *Consensus capituli non requiritur in alienatione rei Ecclesiæ, quæ sit magis onerosa, quàm vtilis.*

6 *Res Ecclesiæ alienantur sine solemnitatibus tribus concurrentibus.*

7 *Commutatio rerum Ecclesiæ potest fieri sine solemnitate, maximè cum rebus alterius Ecclesiæ.*

CAP. XX.

IVDICIO meo, videtur etiam, quod possit fieri alienatio de rebus Ecclesiæ absque solemnitate, † quando domus, vel res, quæ alienatur plus 1
expensarum, & incommodi affert, quam vtilitatis percipit Rector: & in ea sustinenda, vel manutenenda impendit multùm; quia tunc videtur vtiliter gerere negotium pro camera. *est tex. in c. non liceat Papa. 12. q. 2. ibi*, Nisi tantummodò domus, quæ in quibuslibet vrbibus non modica impensa sustentantur. Item *tex. in c. sine exceptione. eo. §. item domus vrbium. ibi*; Domus vrbium, vel castrorum, quæ Ecclesiæ plus incommodi, quam vtilitatis afferunt, licet Rectoribus Ecclesiæ, vendere vel commutare: vbi Ioan. de Turrecrem. ibi, Hic videtur incipere sexta pars quæstionis, in qua ponit aliquos casus, in quibus potest Episcopus inconsulto capitulo alienare res Ecclesiæ; & ponit hic Gratianus vnum casum istorum, scilicet, quãdo sunt domus, quæ plus incommodi, quam vtilitatis Ecclesiæ afferunt, in quo casu dicit licere Rectoribus Ecclesiarum illas alienare: & ibi etiã Cardi. Alex. † Et dicuntur plus incommodi affer- 2
re, quando in singulos annos plus exponitur in reparationibus quam ex emolumentis recipiat, per ea, quæ adducit Robuff. in compen. alien. in verb. non domus, &c. Sequitur Host. *in c. j. de his, quæ fi. à Prælat.* per illa verba; Vel nisi esset modica res vilis, & infructuosa, in qua non requiritur hæc solemnitas, *12. q. 2. terrulas*, & exceptis domibus in ciuitatibus, quæ maiorum sumptuum sunt, quam fructuum, *12. q. 2. non liceat Papa. vbi Ioan. de Turrecrema. vers. ad secundum. ibi*; Idem est de alijs possessionibus modicis, & inutilibus, quæ plus afferunt oneris, quam conferant vtilitatis, & licitè dantur in emphyteusim; vel alium vsum, vel mercedem. Facit *tex. in c. item domus. c. fugitiui. c. non liceat. 12. q. 2. & gl. in summa, Hugo. Archi. ibidem. Inno. Host. Henr. Boic. Franc. Zab. in c. nulli. de reb. eccl. alien. vel non. Host. in Summa eo. tit. §. ex quib. vers. 5. quia commoditatis. gl. in c. j. de his, quæ fi. à Prælat. quam ibi sequuntur Host. & Card. dicentes*, quod † Episcopi possunt ali- 3
enare etiam domos in ciuitatibus existentes, quæ sunt maioris oneris, quam vtilitatis, & maioris incommodi, quam commodi. Fed. de Sen. *in cons. 403. in quo consilio refert Cardi. Floren. in c. j. extrà de his, quæ fiu. à Prælat.* † quod Prælatus, qui iurauit 4
non alienare inconsulto Papa potest alienare dando in emphyteusim rem exigui valoris, quia iuramentum

mentum non debet extendi ad grauamen ecclesiæ, nec ad id, quod est in detrimentum ecclesiæ, per Ant. *de But. in d. c* j. referens, quod Doctores tenent, quod Episcopus potest alienare domos, quæ sunt minoris reditus, quam sumptus sine solemnitate, idem tenet Host. *in Summa de his, quæ fi.*
5 *à Præla. §. ex quibus.* vbi dicit; non † requiri consensum capituli in alienandis reb. ecclesiæ, quæ sunt magis onerosæ, quam vtiles. Guid. *Pap. q. 156. vt est*
6 *videre in d. loco. Sed Rebuff. d. loco dicit*, quod † non alienantur sine requisitis solemnitatibus, nisi adsint tria, primò, quod res sit exigua, & modica; secundò, quod non sit ecclesiæ vtilis: tertiò, quod adsit necessitas: quartò est considerandum, quòd licèt ex necessitate omittatur consilium fratrum; tamen aliæ solemnitates habent seruari: sed ista credo potius procedunt in exiguis, quæ non afferunt, plus incommodi, quam commodi. Item vi-
7 detur, quod † commutatio rerum Ecclesiæ possit fieri sine solemnitate, maxime cum rebus alterius ecclesiæ, per ea, quæ deducit Lucas de Penna *in l.* j. *colum. 2. cum seq. C. de fide instru. & iure hast. fisc. lib. 10.* vbi disputat in vtramque partem, an in commutatione rei ecclesiæ cum re alterius ecclesiæ interuenire solemnitates habeant requisitæ in alienationibus ecclesiasticis. Refert Rebuff. *in c. sine exceptione. in verb. commutare. licèt ibi teneat contrarium.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Ecclesiæ sine solemnitate fieri potest ex causa remunerationis.*
2 *Quatuor casus, in quibus potest fieri alienatio sine solemnitatibus.*
3 *Promissa pro remuneratione seruitij præstanda sunt.*
4 *Promissor nuda promissione obligatur.*
5 *Ex simplici verbo secundum canones quis efficaciter obligatur, daturque aduersus eum actio.*
6 *Merita debent verificari, nec creditur assertioni Prælati attestantis se seruitia recepisse.*
7 *Clericus potest donare in remunerationem etiam in præiudicium successoris.*
8 *Donatio facta de bonis Ecclesiæ ex causa remunerationis videtur licitè facta.*
9 *Assertio Prælati confitentis se recepisse seruitia, quando Ecclesiæ non præiudicet.*
10 *Confessio Prælati quando præiudicare possit Ecclesiæ.*
11 *Seruitium Prælato præstitum Ecclesiæ videtur exhibitum.*
12 *Alienatio remuneratoria sine solemnitate viribus subsistit.*
13 *Alienatio remuneratoria indistinctè fit de mobilibus, secus de immobilibus, & num. 14.*
15 *Alienatio fieri potest ob seruitia per modum concessionis fructuum, non per modum alienationis dominij.*
16 *Alienatio est causa legitima alienationis rei ecclesiasticæ.*
17 *Successor obligatur ex promissione facta de remunerando, & num. 18.*
19 *Causa remunerationis habet locum, etiam si remunerandi essent serui*
20 *Concesso terræ in vsumfructuum facta alicui ob remunerationis causam, an sine superioris licentia valeat.*
21 *Possessio potest concedi sine solemnitate causa remunerationis.*
22 *Successor non debet reuocare possessionem vsque ad tempus præstitutum.*
23 *Prohibitus alienare potest alienare ex causa necessitatis, & causa remunerationis seruitiorum.*
24 *Decimæ, cum sint spirituales, non possunt dari pro seruitio temporali.*
25 *Episcopus an possit rem alicui concedere, qui ecclesiam in futurum promittat defendere.*
26 *Episcopus ratione stipendij nomine precaria potest concedere vsumfructum rei ecclesiæ alicui, qui Ecclesiæ deseruiat.*
27 *Vsufructuarius non præscribit.*
28 *Scriptura requiritur in precaria, & in concessione ad vsumfructum rei ecclesiæ.*
29 *Labores merita, & seruitia ex forma iustitiæ debet remunerari.*
30 *Seruitium Prælato præstitum videtur Ecclesiæ impensum.*
31 *Clericus viuere habet de bonis ecclesiæ ipse cum suis famulis.*
32 *Accipiens pro seruitijs impensis debet probare seruitia.*
33 *Donantis verba asserentis pro seruitijs donare, an probent seruitia præstita fuisse.*
34 *Doctores non debent legalem sententiam trahere contra domum Dei.*
35 *Remuneratio non debet esse immoderata.*
36 *Remuneratio fieri potest de bonis illius Ecclesiæ, cui seruitia præstita sunt, non alterius.*

CAP. XXI.

REmunerationis † etiam causa, & pro impen- 1
sis seruitijs remunerandis potest alienari res ecclesiæ absque solemnitate: est text. *in c. liberti ecclesiæ. in fin. 12. q. 2 ibi;* Pro remuneratione impensi obsequij res Ecclesiæ possunt vtiliter donari. vbi Ioan. de Turrecremata, dicit; quod ibi incipit nona pars huius quæstionis, in qua Magister Gratianus inducit alios casus, in quibus licitè possunt
res ecclesiæ alienari : & ponit quatuor; † primus 2
est remunerationis obsequiorum præstitorum: secundus est miserationis. tertius est alimoniæ pauperum: quartus est redemptionis captiuorum, & est *tex. in c. quicunque.* quod est capitulum seq. vbi illa, quæ præstantur in remunerationem obsequij
præstiti rata manent; & † quæ sunt promissa pro 3
remuneratione seruitij, debent præstari, & promissio absolui, etiam si promissio fuerit nudis verbis, & nulla stipulatione interueniente concepta; quia isto casu potest dici, quod competit actio ex nudis verbis, vel ex pacto nuda conditione ex ca-
none, vt per *gl. ibidem.* † obligatur enim nuda pro- 4
missione promissor, & tenetur ad promissum persoluendum: Ioan. de Turrecremata *ibidem.* vbi Archidiacono. quòd videtur posse dici, quòd agitur ex pacto nudo, si videtur per legem, & canonem, & oritur inde actio. & teneas etiam, inquit, inconstanter, quòd secundum canones ex simplici ver-
bo † aliquis efficaciter obligatur, & competit a- 5

ctio contra eum;vt hic.Et est ratio: quia veniendo contra simplex verbum mortaliter peccat, & ideo,quæ procedunt de labijs,irrita fieri non debet, & aliàs, vt ibi per eum.Pro quo vide, quæ dicit *Fed.de Sen.in cons 51.vbi dicit*; quod tenetur ad talē remunerationem,si adsint merita, & causa remunerationis vera existat;& per eundem *consi. 285.*

6 *Abb.in sua disputat.5.incip.Augerio.*quia merita † debent verificari,& non sufficit confessio Prælati asserentis,se recepisse seruitia,& merita,& remuneratio non debet excedere mensuram meritorum,

7 & † potest clericus donare in remunerationem,etiam in præiudicium successoris, *c. illud 16. q 6.per Alexan. cons. 51. incip.consideratis verbis dicti statuti. num. 3.vers.nec obstat, quod in dicta donatione. vol. 3.* vbi dicit verum esse, si de seruitijs constat aliter. quam per confessionem Prælati,Io.And.*in additio. ad Spe. in rub.de reb.eccles.non alienan. latè per Ias. in*

8 *consi.116.4.vol.versic.nec obstat.* vbi donatio † facta de bonis ecclesiæ ex causa remunerationis videtur licitè facta, quia tali casu est licitum Prælato alienare res ecclesiæ,per Abb.*in c.consensus.num. 4. de reb eccles. alien. per Bar. in l. iusta causa per illum text ff.de manumiss. vindict. Abb.in c.cum in officijs. de testa.sub numer.6 vers.quartò fallit. & per alios adductos per Ias. in d. consi. 116. vbi dicit*; quod merita de-

9 bent esse æquiualentia remunerationi. † Et quod dicitur quod confessio Prælati asserentis se recepisse seruitia,& merita,non nocet ecclesiæ,intellige,quod non nocet,si sit extraiudicialis,& per modum voluntariæ iurisdictionis;secus est,si in iudicio sit facta, putà, quia conuentus in iudicio à famulo pro salario, vel alia persona pro remuneratione iudicialiter confiteatur merita, & seruitia recepisse, quia tunc benè talis confessio nocet,& præiudicat ecclesiæ.Prælati enim confessio nocet, & præiudicat ecclesiæ,si Prælatus confitetur in iudicio per modum contentiosæ iurisdictionis, nō autem si per modum voluntariæ iurisdictionis, ità concludit And.*Barb.in suo consil.8.incip sapienter doctissimus.10.colum.vers. etsi quispiam dicat. 2. volum.*

10 Et quando † Prælati confessio præiudicet,vel præiudicare possit ecclesiæ,vide per Abb. *in c fin. pen. col.vers.5.& vltimò nu.43.de præscript.& per Fely ibidem vers.generaliter autem quando confessio.*& debet solui salarium de bonis ecclesiæ, tàm si seruiuit Ecclesiæ,quam si seruiuit Prælato:quia seruitium

11 † Prælato præstitum, & exhibitum,ecclesiæ præstitum videtur,dicit in terminis Socin.*in consil. 66. incip.consilijs nostris.colum.3.vers.prætereà etiam habemus,vbi dicit*, quod licèt Prælatus res ecclesiæ non possit alienare non interuenientibus solemnitatibus, de quibus *in c.fine exceptione.* 12.q. 2. tamen

12 † remuneratoria alienatio viribus subsistit sine illis solemnitatibus;est bonus text.*in c liberti §. per remunerationem. 12. q. 2. c. relatum. de testam. Traditur per Io. And. in additio. ad Spec. in rub.de rebus eccle. non alien.per text. in l. iubemus nulli. Codic. de sacrosan. eccle. not.gloss. in fin Clem.j.de reb.eccle.non alien. per text. in cap. quicunque. 12. q. 2. & c. illud. 16. q. 6. Facit text in c. si de preca.Sed Bar.in d.l.iubemus l. 2.in princip.Codic de sacrosanc.eccles.intelligit,*

13 quod propter † remunerationem seruitiorum exhibitorum possit fieri alienatio de mobilibus tantum,de immobilibus verò non ità indistinctè.ibi, Quærò,vtrum ecclesia possit alienare remunerando eos,qui fecerunt seruitia? Tex. videtur,inquit, velle,quod sic,à contrario sensu, ibi ad seruitia collati beneficij.Dic breuiter,quod de rebus mobilibus potest sine dubio,*c.relatum.extra de testamen.*De immobilibus verò,si quidem beneficium est collatum,non potest reuocare;sed si nō est collatum,tunc sic.& per Paul.de Castro.*ibidem vers. 3. nota*,quod Prælatus etiam sine solemnitate requisita potest remunerare benemerentes de bonis ecclesiasticis propter seruitia impensa ecclesiæ, vel sibi. quod tamen est intelligendum, si de talibus beneficijs, & seruitijs appareat: non enim statur verbis ipsius Prælati,quia posset hoc dicere in fraudem,& coloratè,vt hic, *arg.in l. si fortè. de pecul. castren. & quod not.in l si donatione.C.de collatio.*Item intellige de rebus mobilibus Prælati tàm in vita, quam in morte,& sic in præiudicium successoris, ad quem illa deberent pertinere,not.*in c.relatum. ext.de testam.*Sed † de immobilibus non,quantum 14
ad perpetuam alienationem,sed quantum ad temporalem, & moderatè benè posset.Ibi etiam Bal. dicit, † quod de iustis seruitijs, & meritis potest 15
benè Prælatus de bonis ecclesiæ remunerare, non per modum alicuius concessionis,alienationis dominij, sed per modum concessionis fructuum ad modicum tempus.latè per Dec.*in cons 174.j.par. incip. & pro tenui. &c. Facit, quod habetur per Laur.de Rodulph in quæst.sua,quæ appellatur quæstio disputata, quæ inseritur post repetitionem suam cap. fine exceptione. incip. quæstio trimembris. colum. 2. versic. Item causa est legitima. vbi dicit*; † quod remuneratio 16
est causa legitima alienandi res ecclesiæ, quia pro remuneratione facienda benè possunt alienari, *c. ecclesiasticis. 12. quæst. 2.& 16.quæst.j.c. possessiones. 16. quæst 3.clerici.& quæst.6.c.* illud.immò † in tantùm 17
est ista causa sufficiens, quod obligat successores, *d.c.illud.*Immò,† quod plus est, si non fuisset facta 18
remuneratio,sed solùm promissio de remunerando, obligatus est ipse successor,ad implementum talis promissionis,ità per Archid.*j.q.j.sunt nonnulli. ad fin. quæstionis.* Et, † quòd plus est,Præfata sibi 19
locum vendicant, etiam si isti remunerandi forent pueri,vt not.Archi.post Vincen. *in d.c.possessiones. vt ibi per eundem Lauren.* Et per eundem paulò post ibidem, in alienatione seruorum non subsistente causa remunerationis,non est dubium, quod eadem requiritur solemnitas, quæ in alijs rebus ecclesiæ: sed vbi subest meritum causa remunerationis,solemnitas non requiritur. *vt in c. consensus. de reb. eccle. alienan. vel non. & in cap. si quos de seruis. & c. Episcopus,qui mancipium.12.quæst. 2. not. Ioan de Ligna. Ioan. Andr post Hostien. in c. 1. de his,quæ si à Præla.super gloss. 2. vbi enumerantur casus à regula exceptuari. Et paulò ante ibi*;Sextò adduco pro parte ista tex.per quem videtur terminari 20
quæstio, de qua ibi per eum, an videlicèt valeat concessio terræ in vsumfructum facta alicui sine superioris authoritate ex causa remunerationis, *in capite quicunque suffragio duodecimo, quæstione secunda.* quod capitulum loquitur in quolibet Prælato.Et si dicatur, quod immo casus est ibi in contrarium,eo quod ibi disponitur, quod

quod per concilium prouinciale debet ipsa donatio, siue concessio ex causa remunerationis confirmari; respondeo, quod in ea parte est hodie ipsi capitulo derogatum. hodie.n. illud nõ seruatur, licèt olim obseruaretur, *c. casellas. 10. q. 2. secundum Hug. & Archid. post eum.* Septimò adduco alium tex. vbi etiam dicitur esse casum *in c. possessiones. suprà allegato,* vbi patet expressè, quod possessio po-
21 test subsistente † causa remunerationis concedi sine solemnitate; nec est curandum, an temporalis sit magis, quam perpetua, & ibi patet secundum lecturam gloss. Hug. & Lauren. Octauò adduco alium tex. *in c. illud. ead. caus. & q. de quo supra. est facta mentio,* etsi ad alium effectum. ibi enim videtur casus apertus de hoc, secundum lecturam Archid. *&*
22 *etiam glo. dixit enim glo. 2. in fi.* † quod vsque ad tempus præstitutum non debet reuocari successor, vt per Lauren. *d. loco.* Et dicit Bertachin. de Firmo *in trac. de Epis. 4. par. q. 45. sub num. 157. vers. iuxta præ-*
23 *missa ad fin. ibi,* Adde, † quod prohibitus alienare potest alienare etiam ex causa necessitatis: item causa remunerationis seruitiorum, secundum Bar. *in 1. const. ff. in princ. vlt. colum. per tex. in l. iubemus. C. de sacros. ecclesi. adde not. per Bald. in ca. imperialem. de prohib. feu. alien. per Feder in §. liuellaria. quibus mod. feu. amit. & in l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nup.*
24 Facit, quia licèt † decimæ, cum sint spirituales, nõ possint dari pro seruitio temporali, c. cum pridẽ. de pact. tamen fructus decimarum ad mensam Episcopi spectantes benemeritis assignati possunt, per Cardi. Zabarel. *in Clem. 1. de reb. eccle. non alien. vers. 16. quæro. Et quærit idem Bertach. de Fir. in d. tract. de Episc. 4. par. q. 54. num. 179. vers. nunquid autem.* an
25 Episcopus possit † concedere ad vitam pro pensione quatuor librarum aliquam rem alicui tanquam benemerito, qui ecclesiam in futurum promittat defendere: & dicit, quod talis concessio nõ tenet in præiudicium successoris, secundum Oldra. *in cons. 223. quem sequitur D. Laur. in rub. de reb. eccl. non alien. in 6. q. 28. facit tex. in c. sæpè. 12. q. 2.* vbi
26 Episcopus † ratione stipendij nomine precariæ potest donare bona ecclesiæ ad vsumfructum ad tempus alicui, qui deseruiat ipsi ecclesiæ; putà, terras, & similia; & de hoc debet fieri scriptura, ne possit postmodum superuenientia temporis allegari præscriptio. Nam per quantumcunque tempus possidet non præscribit, *d. c. clerici. 16. q. 3.* quia
27 est vsufructuarius. † tantum, qui non præscribit *§. fructuarius. Instit. per quas perso. nob. acqui.* & durante illo seruitio durabit stipendium, & ideò dicit nomine precariæ: quia quemadmodum in
28 precaria debet interuenire † scriptura, ità & in huiusmodi concessione ad vsumfructum, *facit tex. in d. c. possessiones. 16. q. j.* vbi dicitur, quod huiusmodi bona possunt concedi clerici pro meritis, aut monasterijs religionis intuitu, aut peregrinis, si necessitas largiri suaserit, sic tamen, vt hæc ipsa non perpetuò, sed temporaliter habeantur: quia quod labores, merita, & seruitia remunerentur, siue
29 † recompensentur, est ex forma iustitiæ: quia talia debent præmio, vel pretio solui, & recompensari *c. charitatem. & d. c. eccclesiasticis. 12. q. 2. gl. in c. ad nostram. in vers. sufficere. de reb. eccl. alien. vel non.* Et hoc procedit, siue seruitium sit impensum ecclesiæ, siue Prælato viuenti præstitum: quia dicit Abb. *in c. relatum. il 2. vers. item no. sub num. 8. de testam.* quod
† seruitium impensum, vel præstitum Prælato viuenti, videtur, & intelligitur ecclesiæ impensum, 30
vnde de bonis ecclesiæ talis seruitij habet fieri remuneratio, *c. per tuas. vbi id. Abb. de dona.* quia clericus † habet viuere de bonis ecclesiæ ipse cũ suis 31
famulis, quib. habẽt solui salaria ob seruitia clerico præstita, p Abb. *in c. consensus. nu. 4. vers. in gl. j. extrà, de reb. eccl. alie. vel non. vbi dicit;* q Prælat⁹ licitè remunerat de bonis ecclesiæ eos, qui exhibuerunt obsequia ecclesiæ; & in margine ad Abbatem ibi allegatur Alex. *cons. 101. j. lib. & Oldra. cons. 278. & dicit Bar. in d. l. iubemus. l. 2. versi. quæro, vtrum. C. de sac. san. eccl.* quod pro remuneratione illorum, qui exhibuerunt seruitia, possunt alienari res Ecclesiæ, vt ibi per eum. vbi vide *glo. in vers. permissum.* quæ dicit, quod etiam de immobilibus bonis ecclesiæ debet fieri remuneratio, & Prælatus potest donare in remunerationem seruitij suæ ecclesiæ collati, etiam in præiudicium successoris. *16. q. 6. illud per Alex. in d. cons. 53. num. 3. volum.* j. vbi dicit verum, si de seruitijs constet alter, quam per confessionem Io. *And. in addi. ad Spec. in rub. de reb. eccle. non alien.* id quod nota pro eo, quod † qui talia accipiunt à 32
Prælatis, vel Rectoribus pro seruitijs impensis, habent probare seruitia, nec eis sufficit sola Prælati, vel clerici confessio extraiudicialiter, vt suprà diximus, facta asserentis se id legare, vel dare pro seruitijs impensis. Sequitur Pet. de Anch. *in Cle. j. de reb. eccl. non alien.* vbi dicit, quod † si quis donauit 33
aliquid alicui pro meritis: & bonis seruitijs habitis, si quidem ille potest liberè donare nullis præcedentibus meritis, tunc ista verba enunciatiua inducunt probationem inter easdem partes; sed si quidem de necessitate requirerentur merita, & aliàs donare non posset, tunc illa verba non probãt merita præcessisse, vt in casu nostro, vt ibi per eũ.
† Nec remuneratio habet esse immoderata: quia 34
dicit Io. And. *in addit. ad Spec. in rub. de reb. eccl. non alien.* de quodam Prælato, qui consanguineis suis, qui ipsum fecerunt promoueri, concessit tanquã benemeritis, & pro seruitijs impensis vltra duas partes reditus Episcopatus sui, quousque viueret, & consilio cuiusdam Doctoris fuit factum instrumentum ità solemniter, quod eius successor vix potuit obtinere, quod rescinderetur, & finaliter obtinuit propter immoderatam remunerationem, Et dicit, quod illi Doctori malè posteà successit, quem illi met, quibus seruiuit, expulerunt de omnibus bonis suis: & meritò; quia non † debent Doctores, vt ipse dicit, donum Dei, scilicet 35
scientiam, quam eis tribuit Deus, trahere ad talia iniqua compendia contra donum Dei. Refert Pau. de Cast. *in l. iubemus 2. colum. C. de sac. san. eccle. Aug. tamẽ Bero. in d. c. consensus. de reb. eccle. alie. vel non col. 6. vers. ex quibus.* videtur tenere, quòd in alienatione rerum ecclesiæ pro remuneratione ob merita debet interuenire solemnitas, & quod merita habeant esse pro legitima causa tantum, vt ibi per eum. Vide pro hac materia, quæ dico *suprà in quæst. 2. cap. 19. in cip. nec donatio.* Et Prælatus benè potest donare annuos reditus ecclesiæ alicui pro benemeritis suis, vt per Abb. in c. per tuas. 2. no. de

no. de donat: cum alijs multis adductis per *Iaſ. in*
36 *conſ.73.* † Et quod dicitur, quod poteſt dari de bonis eccleſiæ illi, qui contulit beneficia, ſeruitia, vel merita eccleſiæ, intelligi habet, ſi illi eccleſiæ contulit, de cuius bonis remuneratur, non alij, per Rotæ *deciſ. in manuſcr. deciſ. Acoramb. incip. poteſt Prælatus donare.* vbi bona eccleſiæ dona per Prælatum filijs cuiuſdam militis, qui occubuit in bello contra Turcas, declarantur reuocata à dictis filijs per reuocationem factam per Clem. VII. generaliter de omnibus bonis in detrimentum eccleſiæ, non obſtante, quod donatio fuiſſet confirmata per Leonem, quia miles non videtur occubuiſſe particulariter pro illa eccleſia, ſed pro eccleſiæ vniuerſali, vnde non debuit remunerari de bonis particularis eccleſiæ.

ADDITIO.

De iſta cauſa Caſtren. *in conſi. 74. in princip. in part. ſed omninò vide.* Declaratur per Bero. *in c. nulli. num 60. eod. titu.* Non debet tamen excedere merita, vt per Nattam *in conſ. 162. in princip. &* vide etiam de hac materia *ſuprà quæſt. 9. numer. 26 & plurib. ſeq.* & contra ceſſionem, & donationem inualidam, vide *Iaſ. conſ. 116. volum. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Res eccleſia ſine ſolemnitate alienari poſſunt in caſu neceßitatis.*

2 *Tutor in caſu neceßitatis poteſt inuentario non confecto populi bona adminiſtrare, & num. 16.*

3 *Neceßitas poteſt eſſe tanta, quòd Prælati ſine conſenſu Epiſcopi alienare poſſunt.*

4 *Exempti, qui habent ſuperiorem in remotißimis partib. neceßitate vrgente, iuſtè alienant.*

5 *Limitatio ad regulam, quæ exigit ſolemnitatem in rebus eccleſia alienandis.*

6 *Eccleſia, quæ non poteſt proprium habere, poteſt alienare ſibi relicta ſine ſolemnitate, & num. 7.*

8 *Hoſpitale Senenſe habet vendere annuatim poſſeßiones, quæ illi proueniunt.*

9 *Res, quam Eccleſia eſſet grauata reſtituere per ſidei commiſſum, poteſt ſine ſolemnitate alienari.*

10 *Neceßitas non habet legem.*

11 *Neceßitate vrgente poteſt Epiſcopus diſponere de beneficio patronali aliter, quam eius natura exigat.*

12 *Dominus ſi non vult ſine cauſa conſentire permutationi beneficij poteſt Epiſcopus hoc facere ſine conſenſu patroni.*

13 *Propinqui, qui ex forma ſtatuti conſentire debent in contractu minoris ſi requiſiti denegant conſentire, neceſſitate vrgente ſuperior mandare poterit, vt actus expediatur.*

14 *Conſenſus, qui aliàs requiritur, non eſt neceſſarius in caſu vtilitatis, vel neceßitatis.*

15 *Neceßitate vrgente poteſt Epiſcopus alienare bona Eccleſia Cathedralis, non obſtante iuramento de non alienando in conſulto Romano Pont.*

17 *Papa neceßitatis gratia poteſt alienare bona Eccleſiarum inferiorum.*

18 *Papa aſſerenti de cauſa neceßitatis creditur.*

19 *Alienatio facta cauſa neceßitatis eſt poſtmodum ratificanda.*

20 *Neceßitatis appellatione in materia iſta intelligitur de extrema neceßitate.*

21 *Iura, quæ dicunt ſolemnitates requiri, in alienatione, quæ fit propter neceßitatem, intelliguntur de neceßitate, quæ dilationem patitur.*

22 *Neceßitas poteſt eſſe tanta, quod etiam magna prædia poſſent ſine ſolemnitate alienari.*

23 *Clericus poteſt bona Eccleſia alienare ex cauſa neceßitatis.*

24 *Clericus alienat ſine ſolemnitate, ſi ſubeſt ſumma celeritas, & neceßitas iuris, ſecus ſi propter neceßitatem hominum.*

25 *Neceßitatis cauſa poſſunt alienari res Eccleſia non obſtante iuramento.*

26 *Neceßitas, & vtilitas æquiparantur à iure.*

27 *Clerici licèt ſede vacante nihil diſponere habeant de rebus Eccleſia, tamen ſi ſubeſt magna neceßitas, aliqua poſſunt alienare.*

28 *Iudex neceßitate vrgente præſtat authoritatem facto minoris non habentis tutorem.*

29 *Neceßitatis cauſa poteſt Epiſcopus aliqua alienare in minoribus Eccleſijs mortuo ſacerdote.*

30 *Prælatus vrgente neceßitate poteſt res Eccleſia pretioſas alienare.*

31 *Ex mutuo à capitulo ſede vacante gratia neceßitatis contracto, Eccleſia, & Prælatus ſucceſſor obligantur.*

32 *Neceßitas non excludit ſolemnitatem inductam ex iuris diſpoſitione, ſed inductam ex conſuetudine.*

33 *Neceßitate vrgente res nihilominus alienari poterit, etiam ſi relicta ſit Eccleſia ſub conditione, ne alienetur.*

CAP. XXII.

Qvando autem vrget neceſſitas, tunc etiam bona eccleſiarum poſſunt alienari, & alienantur † ſine ſolemnitate: quia quando eſt 1
neceſſarium alienare, tunc alienatio poteſt benè fieri ſine ſolemnitatibus requiſitis, dicit Hoſtien. *in c. j. de his, quæ ſi. à Præla* vbi excipit multos caſus, in quibus poteſt alienari res eccleſiæ ſine ſolemnitate, & inter alios, cum eſt neceſſaria alienatio, ibi, Excepta neceſſaria alienatione, quia ſi ſumma adeſt alienandi neceſſitas, quæ tantam requireret celeritatem, quod ſuperioris authoritas expectari non poſſet, & quæ conſuli ſuperiorem non pateretur, benè poteſt fieri alienatio, dicit optimè Abb. *in c. ſi de eccleſ. ædifican. vel reparan. numer. 8. ibi;* Omnia prædicta arbitror vera ceſſante ſumma neceſſitate. Si autem immineret ſumma neceſſitas alienandi, & tantam celeritatem requireret quod ſuperiorem conſuli non patiatur, tunc puto alienationem poſſe fieri ſine conſenſu Papæ, vel alterius ſuperioris, cui fuit iuramentum taliter præſtitum eò minimè requiſito, *arg. l. tutor, qui repertorium. ff. de admini. tut.* vbi † in cauſa neceſſitatis 2
poteſt tutor inuentario non confecto adminiſtrare bona pupilli, quod quidem aliàs ceſſante neceſſitate facere non poteſt per *gloſſ. in c. placuit. 12. q. 2. in verb. neceßitas: ibi, Ergò in neceßitate poſſunt eis in-*

tu inconsultis.per Archid.in c. Abbatibus. e.x. cauf. & q.
3 ibi, † Sed tamen tanta posset esse necessitas, quod in his casibus alij Prælati iustè alienarent sine Episcopi consensu. Et Ioan. de Fan. in Clem. j. de reb. eccles. non alien. dicit; in casu illius Clem. posse fieri alienationem impunè illa solemnitate non seruata, si necessitas non capit tantam dilationem. & tenet Paul. in disputat. condemnatus. ad hoc allego bonum tex. in simili in c. nullus res Ecclesiæ. 17. q. 4. Et hæc nota inquit, quia faciunt ad multa, maximè pro exemptis
4 † habentibus superiorem in remotissimis partib. Facit tex. in c. nihil. de electio. & tex. in l. si longius. ff. de iud. & c. fin. de sepult. lib. 6. Et vide ad id multas concordantias in c. cum ex litteris. de restit. in integ. in glo. in verb. locorum distantia. Io. de Ligna. in Clemen. ne in agro. de stat. regul. & aliàs, vt ibi per eundem Abb. d. c. fi. Sequitur Gondis. à Villadieg. in tracta. de legat. q. 11. num. 11. vbi allegat multos, quos allegat Abb. suprà,
5 Ex quibus, inquit, infertur † limitatio ad iura, quæ exigant solemnitatem in rebus Ecclesiæ alienandis, vt intelligantur, nisi tanta necessitas, & tam vrgens interueniret, quod non posset obseruantia solemnitatis prædictæ obseruari, vt est tex. cum gl. in d. c. placuit. 12. q. 2. & hoc modo limitabis dictam quæst. Pauli, Petr. Rebuff. in suo compen. aliena. rerum eccles. vers. quintus casus ponit, quod ex causa necessitatis potest alienari sine solemnitate; vtpotè
6 quando † Ecclesia non potest proprium habere, vti est in Cordigeris, tunc tenentur alienare, & poterunt sine solemnitate. glo. in c. vno. in verb. domum. de relig. dom. in 6. ita tenet, inquit, Bald. in Authen. si qua mulier. C. de sacros. eccl. Anto. But. in c. in præsentia. colum. 2. vers. quintus casus. de probat. Facit Pau. de Cast. in d. Authen. hoc ius. vers. sed Episcopus. vbi dicit;
7 quod in alienatione † rerũ religionum, quæ capiunt, non vt retineant, sed vt vendant, vt sunt Fratres Prædicatores, non seruantur solemnitates; quia illa venditio fit ex necessitate, & est necessaria venditio; & prout est in hospitali † Senensi,
8 quod regulariter annuatim habet vendere certas possessiones, quæ illi omni anno proueniunt. Idē
9 † si alienarentur res, quam Ecclesia esset grauata per fideicommissum alienare: quia tunc etiam si sine solemnitate alienaret, valet alienatio; ita tenet Lap. allega. 26. disputat. quem refert Fely. in d. c. in præsentia. col. 20. de probatio. Bald. in c. cum causa. col. fi. de re iud. Refert Hippoly. singul. 132. in alienatione. Facit
10 ad hæc, quia † necessitas non habet legem. Facit
11 quia † si imminet necessitas, per quam pro vtilitate Ecclesiæ moueretur Episcopus ad disponendum de beneficio patronali aliter, quam eius natura exigat, tunc etiam potest Episcopus propter dictam necessitatem imminentem disponere, per doctrinam Abb. in c. cum accessissent. de constit. Facit, quod notat Domini de Rota decis. 307. incip. permutatio.
12 in nouis. quod si dominus † non vult sine causa consentire permutationi beneficij, potest Episcopus hoc facere sine consensu eius, quia patronus non debet impedire magnam vtilitatem Ecclesiæ. faciunt dicta Abb. in c. nullus. extra de iure patro.
13 quod † si ex forma statuti requiratur consensus propinquorum in contractu minoris, & ipsi requisiti denegant consentire, vbi attenta necessitate imminente non debent denegare, potest superior stante dicta necessitate mandare, vt contrahat, & ità dicit se consuluisse. Et in casu † necessitatis, vel vtilitatis non requiritur consensus. qui 14
aliàs requireretur, per Innoc. in c. nisi cum pridem. de renunciat. & per Fely. in d. c. cum accessissent. de constituto. vbi dicit; quod in casu necessitatis non requiritur consensus illius, qui aliàs requireretur, per Innoc. in ca. nisi cum pridem. de renunciat. & per text. elegantem in l. tutor, qui repertorium ff. de admin. tuto
† vbi tutor in casu necessitatis potest inuentario 15
non confecto administrare bona pupilli, quod aliàs cessante necessitate facere non potest. & per illum tex. inquit Felyn. decidit Abb. in c. fin. in 2. colum. versic. omnia prædicta de eccles. ædific. vel reparan.
quod † si imminet necessitas alienandi bona Ecclesiæ Cathedralis, & exigit tantam celeritatem, 16
quod superior consuli non potest, potest Episcopus alienare non obstante iuramento de non alienando inconsulto Romano Pontifice, cum alijs latè per dictum Fely. d. loco adductis.

§ † Et pro causa necessitatis probabilis potest 17
Papa alienare bona Ecclesiarum Inferiorum, per Archid. Bald. D. Bellam. Turrecrem. in c. non liceat 12. q. 2. Bal. in l. fi. C. de bon. quæ lib. Fely. in c. ad audientiam. de præscrip. Pau. de Cast. in consi. 414. lib. j. vbi pro hac conclusione adducit fundamenta validissima, & solidissima. † Et Papæ asserenti de causa 18
necessitatis creditur, Abb. in c. cum venissent de iud. Alexan. in consi. j. lib. 2. Ægid. d. c. non liceat. † Et licèt 19
in casu vrgentis necessitatis possit alienari res Ecclesiæ absque solemnitate, tamen Bal. in tit. qui feudar. poss. c. 1. putat, quod talis alienatio erit de necessitate ratificanda post factum, & debet fieri ratificatio solemniter, iuxta no. in l. Pomponius scribit. ff. de nego. gest. refert, & sequitur Ias. ibidem colum. 8. versi. 3. limit. 4.

§ Et in casu nostro non est intelligendum de omni necessitate, † sed de extrema necessitate, per 20
ea, quæ dicit Maria. Socin. in tracta. de oblatio. libell. 9. num. 15. ibi; Simile videmus in Ecclesia, quod licèt subsit necessitas, vel legitima causa alienandi, nō tamen potest alienari res Ecclesiæ regulariter prohibita sine solemnitatibus requisitis, traditur 12. q. 2. c. iniustum. c. sine exceptione. c. alienationes. Quamuis enim necessaria causa incumbat, tamen fortè potius expedit minori aliam rem, quam istam; quia responderi potest, quod nos loquimur, quãdo vellet prouidere existenti in extrema necessitate, ità quod non esset locus liberalitati, & aliàs, vt per eum d. loco. Et Card. Zabarel. in Clem. j. nostro. tit. versi. 5. nota. quod hæ duæ causæ vtilitatis scilicet & necessitatis, permittunt recedi à iure communi, & quod dicunt iura, quod in alienationibus, quæ fiunt ex necessitate, debet seruari solemnitas, intelligitur de necessitate, † quæ non exigit 21
tantam celeritatem, quod non possit expectari, & peti licentia, consensus, authoritas, vel petita expectari: vbi etiam de tali necessitate, quæ requirit celeritatem talem, exemplificat de cibaria familiæ, vel, inquit, finge, quod non facilè poterit obseruari solemnitas. quod, inquit, potest in multis causis contingere. Faciunt dicta Archid. in d. c. Abbatibus 12. quæst. 2. quod tanta † posset esse necessitas, quod etiam magna prædia possent sine so- 22
lemni-

lemnitate licitè alienari. idem tenet Ioan. de Turrecremata *in c. terrulas. eadem 12. q. 2. facit. quod dicit Card. in Clem. 1. in princip. de reb. eccle. non alien.*
23 quod † clericus potest alienare bona ecclesiæ ex cã necessitatis, & pro reparatione domus ecclesiæ ruentis pro debitis soluendis, pro molendinis, ne pereant, pro emendo castro, vel fundo vicino, non pro emendis fulgidis vestibus, &c. Et idem ibi-
24 dem. q. 29. quod potest clericus † alienare sine solemnitate, si subest summa celeritas, & necessitas ecclesiæ, puta, etiam quando res esset tempore peritura, quo casu videtur esse pro necessitate licitum discedere à regulis iuris, & quod possit relaxari iuris stricta dispositio, per ea, quæ habentur *in l. per hæreda. de acquir. hære. vbi Bar. & Lud. Rom. Pro hac materia vide Abb. in c. pastoralis. de his, quæ fiu. à Præl. num. 5. versi. & ex hoc collige.* vbi dicit; quod
25 † si alienatio imminet ex necessitate iuris, tunc nulla est seruanda solemnitas; secus, vbi immineat voluntaria propter necessitatem hominum. Facit Abb. *in c. vt super. de reb. ecclef. alien. vel non 3. colum.*
26 *sub numer. 15. si verò iurauit.* † vbi dicit, quod in casu necessitatis possunt alienari res Ecclesiæ non obstante iuramento. ibi, Si verò iurauit simpliciter, & tunc puto, quod in casu vtilitatis ecclesiæ poterit alienari. Nam video, quod in casu necessitatis ecclesiæ hoc iuramentum non astringit, *c. fi. de eccle. ædifican. vel reparan.* ergò nec in casu vtili-
27 tatis: † quia necessitas, & vtilitas æquiparantur à iure, *no. 12. q. 2. in summa. per Inn. in c. cum omnes. de consti. Et dicit gloss. in cap. si qua. 12. q. 2. in verb. rescisso.*
28 quod licèt clerici † sede vacante nihil habeant disponere de rebus Ecclesiæ, *vt 10. q. 2. si quis Episcopus. & 75. dist.* quoniã. quia sede vacãte nihil est immutandũ: sede enim vacante non possunt immutare statum, *c. nouit. ext. ne sed. vacan.* tamen dicit, si est magna necessitas, clerici possunt aliqua alienare, secundum Hugon. *vt dixi 71. dist. fraternitatem. & arg. infrà eo.* precariæ. tamen de authoritate superi-
29 oris. † nam & iudex præstat authoritatem facto minoris eo tempore, cum non habet curatorem,
30 vt *no. C. qui admitti ad bon. poss. l. bonorum.* Item † in minoribus Ecclesijs potest Episcopus aliqua alienare mortuo sacerdote tempore necessitatis, *10. q. 2. si quis Episcopus. subdens gloss. ibidem.* Et nota, quod contractus, quam faciunt clerici mortuo Episcopo, tenet ipso iure, sed restituitur ecclesia, si probet se læsam, sicut est in contractu minoris, qui non habet curatorem, *vt C. de in integ. restit. si curatorem. Et dicit Bertach. in tract. de Episc. 4. par. num. 108. q. 38. num. 18. vers. item intellige, nisi magna necessitas.*
31 quod si magna subsit † necessitas ecclesiæ, solus Prælatus sine capitulo potest res Ecclesiæ pretiosas alienare. Facit, quia capitulum sede vacante potest suscipere pecunias mutuo sine authoritate superioris pro necessitate ecclesiæ vacantis, *per gl. in c. cupientes. §. ad hæc. de electio. lib. 6. super verb. alium de alleg. tex. in c. precariæ. 10. q. 2. & 12. q. 4. quicunque.* cum manifesta in hoc sit vtilitas ecclesiæ, & cum
31 hoc negocium dilationem non † capiat: & ex tali mutuo obligatur ecclesiæ, & Prælatus successor. *Facit, quod not. Io. 12. q. 2. placuit. in gloss. fi. quod notat Spe. in tit. de his quæ fiu. à Præla. in fi. & sic dicit se consuluisse. Lap. in vacatione hospitalis de Alto passo.* Sed Io. de Imola restringit dictum Lap. videlicet, quando copia superioris de facili haberi non potest, & magna imminet necessitas, aliàs secus: quod etiam placet Dominico, quia illud hospitale erat immediatè subiectum Papæ; vnde difficile erat habere recursum ad Papam pro licentia. Hoc etiam casu poterit capitulum alienare bona pertinentia ad Episcopum, secundum Archi. per *tex. d. c. si qua de rebus. vt referunt Ioan. Andr. & Domin. in d. §. ad hæc. vt per Io. Franc. Pauin. in tract. de offi. & potest. capi. sede vacan. q. 8. 2. par. prin. num. 20. & seq. vers. sed an capitulum.* Et aduertè, quod debemus intelligere, quod ista † necessitas non excludat solem- 32
nitatem inductam ex consuetudine præter iuris solemnitatẽ: queadmodũ propter magnam necessitatem res alienari posset non seruata illa solemnitate, quæ esset præter ius commune, dummodò iuris communis solemnitas seruaretur, per Abb. *in d. c. fi. de eccle. ædifi. vel repar.* quæ etiam ob magnam, & euidentem necessitatem omitti non potest, per *gloss. in c. 3. in verb. sede vacante ne sed. vacan.* Rationem reddit Aug. Bero. *in c. nulli. de reb. eccl. alien. vel non.* quia stante magna, & euidenti necessitate, solemnitas inducta ex consuetudine præter ius esset grauior ecclesiæ, ergo omitti potest, vt per Aug. *d. loco. col. 23. versi. 3. limitatur.* Facit in hac materia, quod dicit Claud. Seysel. *in Spec. feud. qui feud. dar. poss. vers. ista tamen vbi dicit*: quod non intelligitur prohibita alienatio, quæ fit ex causa extremæ necessitatis, vbi non subest alia res, quæ possit alienari, & respicit personam prohibitam: ità concludunt Io. And. But. Abb. & Card. Alexan. *in c. verum. de condit. apposit. Aret. in consi. 22. vbi subdit*; quod si † tria copulatiuè concurrant, quod sit 33
magna necessitas, quod ista respiciat ecclesiam, cui res est relicta sub ista conditione, quod res non possit alienari, tertiò, quod non subsit alia res, quæ possit alienari, quod tunc etiam potest alienari res relicta cum pacto, quod non alienetur.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus potest alienare rem ecclesiæ benemerito, dando tantundem de suo ecclesiæ.*
2 *Prælatus non benemerito dare non potest rem ecclesiæ, etiam dando tantundem de suo.*

CAP. XXIII.

Legare potest Prælatus, † & donare alicui benemerito rem ecclesiæ, dando tamen tantum de suo proprio ecclesiæ, quantum aufert, sine aliqua solemnitate, *c. si Episcopus. 12. q. 2. iuncta l. nec adiecit. ff. pro soci.* † Sed Prælatus dare non potest de bonis ecclesiæ non benemerito, etiam dando tantundem ecclesiæ de suo sine consensu, & tractatu capituli, *c. si quis qualibet. & ibi glo. Docto. 12. q. 2. per August. Bero. in c. nulli. extrà de reb. eccle. alien. vel non colum. 23 per eundem in ca. consensus. colum. 15. vers. in gloss.*

(**)

SVMMARIVM.

1 *Res Ecclesia sine solemnitate in illis casibus alienari possunt, in quibus res minorum sine solemnitate alienantur.*

2 *Res Ecclesia facilius alienari possunt, quam res minorum.*

CAP. XXIV.

1 Res † Ecclesiæ alienantur etiam sine solemnitate in casibus, in quibus res minorum absque solemnitate iuris vendi, aut alienari possunt, de quibus habetur per *glo. in rub. & ibi in nigro C. quan. decret. opus non est. cum ibi not.* Nam si hoc conceditur in alienatione rerum minoris, ergò &
2 in alienatione rerum ecclesiæ, quæ † facilius alienari possunt: habetur per *gloss. in l. si fundus sterilis. ff. de reb. eor. iunctis notatis in summa, 12. q. 2. per Aug. Bero. in c. nulli. de reb. eccel. alien. vel non. col. 23. verb. vbi. versi. limitatur etiam.*

SVMMARIVM.

1 *Pecunia Ecclesia, qua est in reditu, alienari à Pralato sine solemnitate potest.*

2 *Pecunia Ecclesia si destinata sit ad comparationem stabilium, vel aliàs non sit loco fructus, alienari sine solemnitate non potest.*

CAP. XXV.

1 Pecunia quoque Ecclesiæ, † quæ est in fructu, & reditu potest alienari per Prælatum sine solemnitate aliqua, & ad libitum ipsius, vt de alijs fructibus ecclesiæ potest liberè disponere, quorum ipse est vsufructuarius, Aug. *Bero. in c. nulli de reb. eccl. alien. vel non. colum. 18. vers. circa vltimum.*
2 † Si tamen pecunia sit destinata ad comparationem stabilium, vel ad credendum, aut negociandum, aut pecunia sit de proprietate Ecclesiæ, aut de venditione rei stabilis ecclesiæ redacta, aut pecunia non modica, est secus. Dico *suprà in q. 16. de pecun. ecclesi. alienatio.*

SVMMARIVM.

1 *Iura, & actiones Ecclesia, qua dantur ad mobilia, qua seruando seruari non possunt, alienantur sine solemnitate.*

2 *Actiones, qua vltra triennium non durant, possunt dici de rebus, qua seruando seruari non possunt.*

3 *Actio iniuriarum descendens ex lege Cornelia dicitur de rebus, qua seruando seruari non possunt.*

4 *Actio redhibitoria dicitur de rebus, qua seruando seruari non possunt, ideò à solo Pralato ei cedi potest.*

CAP. XXVI.

1 Alienantur etiam † absque solemnitate iura, & actiones, ac nomina debitorum ecclesiæ, pro quibus datur actio personalis, non ad mobilia, nec ad illa mobilia, quæ possunt seruando seruari: quia talia iura non possunt cedi, vel alienari sine solemnitate, sed illa iura, & actiones, quæ cōpetunt ad illa mobilia, quæ seruando seruari nequeunt, & illæ actiones, † & iura, quæ vltra trien- 2
nij tempus non durant, quæ possunt dici de rebus, quæ seruando seruari non possunt vt est † actio 3
iniuriarum descendens ex lege Cornelia, *l. si non conuicij. C. de iniur. & actio.* & actio, quæ datur ex lege Iulia repetundarum, *vt in l. 2. ff. ad leg. Iul. repet. not. Insti. de perpet. & temp. actio. in gloss. magna, insi.* Item † actio redhibitoria, *l. quod si nolit. §. si quid ff.* 4
de edilit. edict. & aliæ similes actiones, quæ benè possunt cedi per solum Prælatum absque solemnitate, ex quo sunt de bonis; quæ seruando non possunt seruari, per August. Bero. *in cap. nulli extrà. de reb. eccl. colum. 30. versicul. vide vltra alios.*

SVMMARIVM.

1 *Res Ecclesia si à laico detineatur, ita vt euelli ab eo non possit, poterit ab Episcopo alteri Ecclesia concedi.*

Item fortè & alteri laico concedi poterit, qui rem illam ab Ecclesia agnosceret, vt num. 2.

3 *Ecclesia si aliter recuperare rem suam non posset, tunc Pralatus illam in feudum concedere posset.*

CAP. XXVII.

Possunt quoque alio casu alienari res Ecclesiæ absque solemnitate, putà, † quando res Eccle- 1
siæ detinentur à laico, à quo euelli non possunt, vt est ius decimandi, aut aliud de bonis Ecclesiæ: quia tunc Episcopus etiam sine consensu capituli, & absque consensu superioris poterit alteri Ecclesiæ concedere, & valebit concessio, etiam si concessio, & alienatio esset grauis Ecclesiæ: & hoc est specialiter inductum, vt res Ecclesiæ è manibus laicorum extrahantur, vt est *tex. no. in c. cum Apostolica. de his, qua fiu. à Prala.* Idem † quoque for- 2
tè etiā posset dici, quando concederetur non alteri Ecclesiæ, sed laico, qui rem illam ab Ecclesia agnosceret, puta in feudum cum maiori Ecclesiæ vtilitate: nam si hoc fit, vt res è manibus extrahatur, tunc solus Episcopus poterit, quamuis res magna esset, vt colligitur *in c. fi. de feud. facit no. in c. j. de vsu. & cap. fi. 16. quast. j. Aug. Bero. in c. j. de reb. eccl. alie vel non. colum. 18. numer. 42. versi addas etiam casum, &c.* videtur dicere Ias. *qui feu. dare poss. colum. 8. vers. 3. limita.* quando † Ecclesia non posset aliter recupe- 3
rare rem suam, tunc etiam sine consuetudine Prælatus posset dare laico in feudum, *c. 2. insi. de feud. vbi Card. & Imo. & per Bal. ibi 5. colum.* subdens Ias. Addo bonum simile Ange. *in §. hoc etiam. insi. de alien. & emphyteu.* quod quando est vrgens necessitas, res Ecclesiæ etiam ex toto alienatur absque solemnitate requisita.

SVMMARIVM.

1 *Pralatus potest sine causa, & solemnitate permutare res Ecclesia sibi subiecta cum rebus alterius Ecclesia pariter sibi subiecta.*

Quod tamen declaratur procedere, si ambarum consensus cuncurrat, vt nu. 2.

CAP. XXVIII.

Item alio casu alienatur res Ecclesiæ sine causa, & solemnitate, vt per Aug. Bero. *in c.j. de reb. eccle. col. 3. versi. no. j.* vbi dicit, quod licet Episcopus, seu Prælatus absque iusta causa, & solemnitate, non possit donare, vendere, vel aliter alienare res temporales Ecclesiæ, vel etiam non possit illas permutare absque iusta causa, & solemnitate re-
1 quisita; † tamen poterit permutare res suæ Ecclesiæ sibi subiectæ cum rebus alterius sibi subditæ pariter absque alia iusta causa. & solemnitate, vt per illũ *tex. & alia iura, quæ ibi adducit; & per eundem ibidem in j. colum. in princ. num. 10.* quod non licet Prælato absque causa alio titulo, quam permutationis, rem vnius ecclesiæ subditæ in aliam ecclesiam sibi subditam transferre, dummodo hoc ambarum partium consensu faciat. Subdens breuius
2 summando, vel sic, & breuius, interueniente † cõsensu ambarum partium Prælatus potest res suarum ecclesiarum indistinctè permutare, sed non aliter transferre, &c.

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiæ obligari possunt sine solemnitate in genere.*

2 *Prælatus contrahendo potest generaliter pro obseruatione contractus obligare bona Ecclesiæ.*

CAP. XXIX.

1 Bona Ecclesiæ † etiam obligantur, & obligari possunt sine solemnitate, putà, quando obligantur genericè, & non in specie, *arg. text à contrario sensu. cap. nulli. de reb. eccle. alien. vel non. vt per Abb. num. 3. ibi, Nota, ibi speciales hypotheca.* quod Prælatus non potest specialiter obligare rem vnam Ecclesiæ, in genere verò potest obligare etiam sine licentia Episcopi, vt hic à contrario, &
2 tenent Doct. † Ex hoc potes dicere, quod Prælatus contrahendo potest generaliter pro obseruantia contractus obligare bona Ecclesiæ sine licentia Episcopi, & in hoc tene menti istum text. à contrario sensu, vt ibi Abb. *Vide aliquid suprà in quæst. 2. c. 6. inci. Item sub vocabulo alienationis venit pignus, pigneratio, & datio in pignus.*

SVMMARIVM.

1 *Decimæ, quæ à laico possidentur, de illius manu ab Episcopo reuocari possunt, & alteri Ecclesiæ dari etiam sine cleri, vel capituli consensu.*

2 *Decimæ à laico possessæ possunt benemeritis Ecclesiæ assignari, & in pauperum eleemosynam dari.*

3 *Vtile est Ecclesiæ, vt ab ea recognoscatur vtile dominium.*

CAP. XXX.

Videtur etiam, quod in alio casu alienentur, & alienari possint res ecclesiæ sine solemni-
1 tate: quia decimæ † detentæ à laico de manu illius possunt reuocari, & alteri Ecclesiæ assignari, & solo ipsius Episcopi sine cleri, sed capituli consensu sufficiente, *per text. & ibi gloss. in verb. Episcopi. in c. cum Apostolica. de his, quæ fi. à Præla. vbi no. gloss.* quod ibi est vnus casus, in quo Episcopus solus sine capitulo, vel clero potest alienare, quod habet locum, & procedit, quando decimæ possidentur à laico, quæ nõ possent de manu laici extrahi: † quia 2
eo casu possunt etiam assignari benemeritis ecclesiæ, & indigenti, & pauperi in sustentationem, & eleemosynam dari, *10. q. j. c. pen. & fi.* siue sint laici, siue clerici illi, quibus assignantur vt per Card. Zabarel. *in Cle. j. de rebus eccl. non alie. versi. 16. quæro.* vbi etiam dicit; quod si decimæ sint possessæ per ecclesiam, quia debent in ecclesiæ vtilitate remanere, quod non possunt assignari alicui personæ priuatæ perpetuò iure proprietatis; secus, si sint possessæ per laicos, quæ non possunt de mandato ipsorum extrahi; quia tunc benè licet: quia non est, inquit, † inutile ecclesiæ, quod ab ea recogno- 3
scatur vtile dominium, propter multos casus, in quibus ad ecclesiam poterunt reuerti, *d. c. potuit. vt ibi per eum. & per Abb. in d. c. cum Apostolica.* quod ecclesiastica possessa à laicis titulo legitimo possunt conferri alteri ecclesiæ, quàm ei, ad quam pertinent etiam solius Episcopi consensu interueniente, vt per eum *versi. nota hic colum. 2. numer. 7.* Ad supradictos casus, in quibus apparet, quod Prælati possunt disponere de rebus ecclesiæ absque requisitis solemnitatibus, quia multoties accidit, quod disponant etiam donando vel suis, vel extraneis de rebus vt fructibus Ecclesiasticis, videtur, quòd non inconueniens sit, vt possit addi quæstio, quam feci, de qua infrà.

SVMMARIVM.

1 *Iura Ciuilia tàm antiqua, quàm noua non permittunt alienationes rerum Ecclesiasticarum, nisi in aliquibus casibus.*

2 *Iura canonica iubent res Ecclesiæ custodiri, tanquam ipsam ecclesiam.*

3 *Non reperitur textus, aut glo. dicens, quod res Ecclesiæ possit donari, vel aliàs distrahi.*

4 *Episcopus non potest quicquam de rebus Ecclesiæ suæ alicui donare, nisi ad meliora prospiciendo.*

5 *Donare potest, qui habet dominium rei.*

6 *Donatio propriè est, quando aliquis dat ea mente, vt statim velit accipientis fieri.*

7 *Prælatus est procurator rerum Ecclesiæ, non dominus.*

8 *Dominium rerum ecclesiæ, secundum aliquos, est penes Christum, sed secundum alios, est penes Ecclesiam, vt num. 9.*

10 *Donari dicitur illud, quod nullo iure cogente conceditur.*

11 *Donare est perdere, & num. 12.*

13 *Clericus de bonis per Ecclesiam acquisitis non potest in testamento donare, vel aliter disponere.*

14 *Episcopus qualiter habeat disponere de rebus Ecclesiæ.*

15 *Episcopi res priuatæ debent esse distinctæ à rebus Dominicis.*

16 *Episcopus quare habeat res Ecclesiæ in potestate.*

17 *Prælatus in rebus Ecclesiæ est vsufructuarius.*

18 *Prælatus ad instar tutoris potest alienare mobilia, quæ seruando seruari non possunt.*

19. Vsus

19 Vsufructuarius fructus perceptos separatos à solo reconditos facit suos.
20 Prælatus potest de fructibus Ecclesiæ liberè disponere.
21 Prohibitum in vno in cæteris videtur esse permissum.
22 Deus nobilissimus est.
23 Nobilium moris est donare.
24 Clerici viuentes, & sui compotes moderatè valent aliquid eleemosynæ intuitu erogare.
25 Militare non est peccatum.
26 Donatio valet, siue in vita, siue in morte facta sit.
27 Clericus debet de reditibus Ecclesiasticis alere suos consanguineos.
28 Exequutores testamentarij laudantur, qui in propinquos pauperes testatoris bona distribuunt.
29 Clericus de fructibus Ecclesiæ potest dotare sororem.
30 Clericus, cum incipit ægrotare, desinit esse vsufructuarius, & incipit esse vsuarius.
31 Clericus habens simplex beneficium vsque ad diem mortis æquiparatur vsufructuario.
32 Clericus de fructibus sui beneficij potest satisfacere suis creditoribus, dummodò Ecclesia non patiatur detrimentum.
33 Prælatus nec donando, nec aliter disponendo res immobiles Ecclesiæ alienare potest.
34 Res steriles si Ecclesiæ donata fuerint, qualiter Ecclesiæ consulatur.
35 Donatario interdictum est, & sub pœnis comminatum, ne res Ecclesiæ sibi donatas recipere audeat.
36 Res Ecclesiæ non donantur, nec distrahuntur, nisi in casibus à iure expressis.
37 Prælatus gratia pietatis potest concedere rem Ecclesiæ alicui indigenti in vitam suam.
38 Res Ecclesiæ causa pietatis possunt alienari, & donari.
39 Episcopus potest ex causa Ecclesiam ipsam, & res eius donare alteri.
40 Episcopus est legitimus administrator Ecclesiæ sibi subiectæ.
41 Res mobiles pretiosæ non alienantur, nisi cum causis, & solemnitatibus à iure expressis.
42 Res immobilis, & mobilis pretiosa alienari non potest.
43 Prælatus sine consensu superioris alienare non potest etiam rem mobilem.
44 Clericus donare non potest rem mobilem ex thesauro, quem inuenit.
45 Consuetudo, quod Prælatus donet, non valet in rebus immobilibus, nec mobilibus pretiosis.
46 Res mobilis non pretiosa potest à Prælato in vita donari, si adsit consuetudo.
47 Ecclesia si ex pluribus modicis, siue paruis donationibus sit læsa, non reuocatur totum, sed tantum, quod est vltra licitum.
Nisi diuisio commodè fieri non posset, quia tunc totum reuocaretur, vt num. 48.
49 Alienatio rei Ecclesiæ ad sui validitatem duo requirit.
50 Prælatus donationem Ecclesiæ damnosam facere non potest.
51 Consuetudo loci dat iurisdictionem.
52 Prælatus modicam donationem facere potest, etiam cessante consuetudine.
53 Prælatus etiam regularis potest aliqua donare de rebus Ecclesiæ.
54 Tutor licèt non habeat proprietatem in bonis pupilli, aliqua tamen donare potest.
55 Filius habens liberam peculij administrationem, aliqua secundum ipsius qualitatem donare potest.
56 Prælatus de rebus Ecclesiæ eleemosynam facere debet.
57 Prælatus an cessante consuetudine rem modicam donare possit.
58 Prælatus cessante consuetudine absque rationabili causa nihil donare potest.
59 Ecclesia ad hoc, vt habeat amicos pro sua defensione, licitè aliqua leuia fiunt.
60 Donatio de mobilibus certam regulam non habet.
61 Prælatus gratia remunerationis potest aliqua dare facienti opus, vel seruitium Ecclesiæ.
62 Donatio rei mobilis non pretiosæ, & si valeat, tamen tutius est, quod fiat cum consensu capituli.
63 Alienatio rei Ecclesiæ sine solemnitate non valet, nisi esset parua, vel inutilis.
64 Minimum, vel modicum intelligitur, quod non sit vtile ecclesiæ.
65 Clericus alienans cadit in pœnam, & potest deponi.
66 Prædium Ecclesiæ etiam exiguum non potest alienari.
67 Modica, & parua à iure non habentur in consideratione.
68 Restitutio pro modica læsione non datur.
69 Dolus in modica summa non præsumitur.
70 Actio iniuriæ pro modico non datur.
71 Rector ciuitatis de minimis syndicandus non est.
72 Cardinalis pro modica re simoniam committere non præsumitur.
73 Modicum, & nullum æquiparantur.
74 Modica res attendi non debet.
75 Summa minima quot modis dicatur.
76 Modicum dicitur respectu qualitatum, & conditionum personarum.
77 Quantitas parua, & magna & quæ parua causa, & magna dicatur, relinquitur arbitrio iudicis.
78 Impensa modica dicitur arbitrio iudicis.
79 Modicum, & minimum dicitur attenta qualitate rei, & personæ secundum iudicis arbitrium.
80 Clericus de rebus Ecclesiæ potest solum de modicis donando in vita disponere.
81 Prælatus benemeritis donare potest.
82 Prælatus remunerare potest, non concedendo dominium, sed vsumfructum breue ad tempus.
83 Abbas donare potest vnam possessionem alicui, qui seruit Ecclesiæ, donec sit in seruitio.
84 Labores, & seruitia debent recompensari pretio, vel præmio.
85 Seruitium præstitum Prælato viuenti videtur ecclesiæ impensum.
86 Clericus habet viuere de bonis Ecclesiæ ipse cum suis famulis.
87 Prælatus licitè remunerat de bonis Ecclesiæ eos, qui exhibuerunt seruitia Ecclesiæ.

88 Res Ecclesiæ alienari possunt pro remuneratione eorum, qui exhibuerunt seruitia Ecclesiæ.

Etiam in praeiudicium successoris, vt num 89.

90 Accipiens rem ob seruitia præstita Ecclesiæ, tenetur probare seruitia impensa fuisse.

91 Remuneratio, si fieri potest de bonis mobilibus, fieri debet, non de immobilibus: & circa mobilia distingue, vt num. 94.

92 Merita debent esse æquiualentia rebus donatis.

93 Seruitia impensa Prælato debent præstita fuisse contemplatione Ecclesiæ.

95 Affectio maxima non cadit in pecunia.

96 Res immobilis ob benemerita concedi potest deficientibus mobilibus, & pecunia.

97 Prælatus rem immobilem magni pretij, quoad directum dominium, concedere non potest.

98 Obligatio ad antidora operatur, vt bona alias à iure alienari prohibita alienentur.

99 Qualibet res alienari prohibita propter benemerita alienari potest.

100 Donatio valet, si donans tantundem de suo donet Ecclesiæ.

101 Clericus potest de bonis Ecclesiæ testari, si tantundem de suo Ecclesiæ contulerit.

102 Rector ecclesiæ potest testari de expensis factis per eum causa Ecclesiæ.

103 Clericus tantundem conferens Ecclesiæ testari potest, si ante alienationem confert, secus, si post.

104 Prælatus sine solemnitatibus donare aliquid potest consanguineis pauperibus pro victu, & vestitu.

105 Consanguinei Prælatorum, quorum causa Prælati effecti sunt, exigunt contractus gratuitos ab eis.

106 Promotores quidam vnius Episcopi extorserunt gratuitum contractum ad vitam ipsorum ascendentem ad duas partes redituum Episcopatus.

107 Consanguineis suis quis tenetur prius subuenire, quàm extraneis.

108 Frater tenetur dotare sororem sibi ex latere patris coniunctam.

109 Frater tenetur alere sororem.

110 Frater clericus tenetur ad dotandam sororem.

111 Clericus habens vxorem, & filios potest eos pascere de reditibus Ecclesiæ

112 Consanguineis vnius est peccatum dare, quàm extraneis.

113 Prælatus tenetur suis consanguineis competens subsidium conferre.

114 Papa bona vnius Ecclesiæ alteri ex causa concedere potest.

115 Episcopus potest donare aliquid de mensa sua capitulo egenti

116 Episcopus donando suo capitulo non videtur alienare, nec ad alienationem tendere.

117 Prælatus donare potest fructus ad suam mensam spectantes loco religioso egenti.

118 Bona Ecclesiæ sunt, & dicuntur bona egentium.

119 Ecclesia de suis fructibus super abundantibus tenetur supplere laicis indigentibus & alteri Ecclesiæ indigenti.

120 Alienare prohibitus potest alienare in Ecclesiam, vel in clericum.

121 Statutum prohibens alienationem non valet quo ad Ecclesias, vel clericos.

122 Episcopus debet generaliter prouidere pauperibus.

123 Episcopus curare debet, ne egentem fame perire permittat.

124 Clerici etiam laicis indigentibus tenentur prouidere, quatenus illorum facultates suppetunt.

125 Ministris Ecclesiæ, & necessitatibus proprijs primò subueniendum.

126 Iurans non alienare bona Ecclesiæ potest illa donare capitulo.

127 Episcopus donare potest vni canonico de capitulo.

128 Donatio sicuti in vita, ità & in morte prohibita est.

129 Quicquid acquirit sacerdos intuitu Ecclesiæ, ad Ecclesiam pertinet.

130 Clerici testari non possunt de mobilibus per Ecclesiam adeptis; viuentes tamen moderatè de illis disponere possunt.

131 Mobilia, & si in alios pro morientis arbitrio transferri non possunt; tamen si ità est consuetudo, potest aliquid erogari pauperibus.

132 Clericus intuitu eleemosynæ aliqua donare potest, sed non in testamento disponere.

133 Episcopus potest, dum viuit, dare centesimam, vel quinquagesimam Ecclesiæ per eum constructæ, sed non potest relinquere, vt post mortem donetur.

134 Testamentum morte confirmatur.

135 Clericus testari non potest de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, Fallit in quatuor casibus.

136 Alienare prohibitus in contractu, non potest alienare per vltimam voluntatem.

AN PRAELATVS POSSIT DISponere de rebus Ecclesiæ, etiam donando inter viuos, vel in testamento.

QVAESTIO LII.

QVærere autem, an Prælatus possit disponere de rebus Ecclesiæ etiam donando, id est, an possit Prælatus de rebus Ecclesiæ donare, non videtur certè probabilis quæstio, cum non videatur in se probabile dubium cõtinere. quia si inspiciamus primò † iura ciuilia, vt porè iura antiquiora, & primò facta, incipiendo à constitutione Leonina, quę est *l. iubemus. C. de sacros. eccl.* deinde deueniamus ad iura Authenticorum, tàm in titulo de non alienan. aut permutan. & titulo de alienan. & emphyteu. quam in titulo de Ecclesiastic. rerum immobil. alien. in quibus locis sunt leges factæ circa alienationes rerum Ecclesiasticarum, nusquam reperies, quod sit licitum donare res Ecclesiæ modo, vel forma aliqua immò si permittitur aliqua de illis, vel ob ineuitabilem necessitatem, putà, pro vrgentis æris alieni solutione, vel euidenti vtilitate ecclesiæ conceditur. Et a † ad iura Canonum deueniendo, habetur *10. quæst. 2. cap. ea. enim.* quod ea, quæ ad beatissimæ ecclesiæ iura pertinent, vel posthac peruenient, tanquam ipsam sacrosanctam, & religiosam Ecclesiam, intacta conuenit inuiolabiliter obseruari,

& custo-

& custodiri. Et, si inspiciamus *12.q.j.& 12.q.2.per*
totum. vbi hæc habetur materia, videmus, quod
res Ecclesiæ debent custodiri, & curæ demandan-
tur Prælatis, qui illas dispensare possunt Cannni-
cis pro causis, & in casibus à iure expressis, & per-
3 missis. Nec † inuenire est text. aut gloss. dicentem,
quod res Ecclesiæ possit alicui donari, nisi cum
maiori, aut tantundem vtilitatis, vt in *tex. in c. Epi-*
scopus. qui. 12.q.2. aut aliàs distrahi, nisi causa neces-
sitatis, vtilitatis, pietatis & incommoditatis, vt
per *gloss. 12. quæst. 2. in summa.* Quia habetur in text.
4 *in c. sine exceptione. 12. quæst.* 2. quòd † Episcopus de
rebus ecclesiæ suæ quicquam donare non potest,
nisi ad meliora prospiciendo. Idem habetur in
text. in r. *tua nuper. ext. de his, quæ fiu. à Prela. ibi;* Ne
quis Episcopus de rebus Ecclesiæ donare, permu-
tare, vel vendere audeat, nisi faciat, vt meliora
prospiciat. Eadem littera legitur *in* r. *rum Apostoli-*
ca. eo. titul. de his, quæ fiu. à Prælat. Et dixit gloss. in cap.
nulli liceat. ext. de reb. eccles. alie. vel non. in verb. alie-
nare. non liceat, inquit, alienare, nisi pro vtilitate
Ecclesiæ, *c. sine exceptione.* Nec Prælati possunt do-
5 nare rem Ecclesiæ aliquo modo: quia donare † est
eius, qui dominium in re donata habeat: donatio
enim dicitur à dono, quasi doni datio, *l. senatus. ff.*
6 *de dona. caus. mortis.* §. j. Et donatio † propriè est,
quando aliquis dat ea mente, vt statim velit acci-
pientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti, & propter
nullam aliam causam facit, quàm vt liberalita-
tem, vt munificentiam exerceat, *ff. de donatio. l. j. in*
principio. Vnde nihil mirum videri debet, si hoc
facere non possit Prælatus de rebus Ecclesiæ, qui
7 † est procurator rerum ecclesiæ, non dominus,
per text. qui dicit: *in* r. *fraternitatem. ext. de donatio.*
vbi habetur; quod cum Episcopus, vel Prælatus
quilibet sit rerum Ecclesiæ procurator, non do-
minus, conditionem ecclesiæ meliorem facere de-
bet, non deteriorem. ergò cum prædecessor tuus,
inquit tex. graues donationes in rebus Episcopa-
tus fecerit in detrimentum ecclesiæ, donationes
huiusmodi, quæ de iure non tenent, indulgemus,
vt tibi liceat reuocare. Idem dicit Inno. *in cap. cum*
super. de caus. poss. & propriet. vbi quærendo, penes
8 quem † possit dici esse dominium rerum eccle-
siæ, ponit duas opiniones. Prima est, quod non
Prælatus, sed Christus habet dominium, & pos-
sessionem rerum ecclesiæ, vnde quicunque homi-
nes ecclesijs offerunt, dicuntur offerre Deo, *12. q.*
2. nulli liceat. & r. *qui abstulerit. & 12 q. j. res. & c. vi-*
9 *dentes.* Secunda opinio † est, quod ecclesia, idest
congregatio fidelium habet possessionem, & pro-
prietatem. Vnde dicit Inno. quod si aliquando
inueniatur hæc bona Deo oblata esse Episcopo-
rum, Prælatorum, aut capitulorum, debet intelli-
gi, quod sunt eorum, quò ad gubernationem, &
canonicam dispensationem, & debent etiam esse
pauperum, quò ad sustentationem, *16. quæst. j. c. quo-*
niam. Subdit Inno. *ibidem,* quod hæc bona propter
vtilitatem communem diuisa sunt inter ecclesias
diuersorum locorum authoritate summorum
Pontificum, & Episcopis, & alijs Prælatis concessa
extitit administratio eorum, *12. q. j.* videntes. *& c.*
præcipimus. Refert, & sequitur Abb. in repet. cap. cum
esses. column. 13. sub numer. 29. versic. 3. principaliter quæ-
ro. ext. de testam. Nec ex eo, quia Prælatus habet
liberam administrationem, & dispositionem in
fructibus, & rebus ecclesiæ, ideo est dicendum,
quod possit donare, vel pro libito disponere: quia
respondet Abb. ibidem, quod licèt habeat admi-
nistrationem, debet tamen dispensare ad eum vsũ,
ad quem res fuerunt destinatæ, & institutæ; & si
contrarium facit, talis dispensatio reuocatur, *c. si*
quis de seruis 12. q. 2. & ibidem c. monemus. & c. dia-
conus. Vnde si stat institutum à iure, quomodo res
ecclesiæ habeant dispensari, & quomodo Prælatus
illas dispenset, *vt* r. *quatuor. c. de reditibus. cum simi-*
libus. 12. quæst. 2. non videtur de illis esse permissa
aliqua donatio; quia donari dicitur illud, † quod 10
nullo iure cogente conceditur, *l. donari. ff. de reg. iu-*
ris. & donare est perdere, † *l. filiusfamilias. in prin. ff.* 11
de donatio. tit. generali. text. in l. contra iuris. §. fi. ff. de
pact. allegatis per Dec. in cons. 174. j. vol. inci. & pro te-
nui. vbi dicit; quod ideò Prælatis, & administrato-
ribus donatio absolutè prohibetur, *c. 2. de dona. l.*
pactum curatoris. C. de pact. Et postquam venditio
rerum ecclesiæ prohibetur, ex qua ecclesia non in
totum afficitur incommodo, quia recipit pre-
tium, multò magis donatio rerum ecclesiæ pro-
hibita est censenda, quæ dicitur damnosa datio,
Pau. in l contra iuris. §. j. de don quia donare † est per- 12
dere, *d. l filiusfamilias. ff. de dona per Pet. Rebuff. in sua*
exposit. c. sine exceptione. 12. q. 2. in verb. donare. Facit,
quod dicit glo in c si. de pig. in verb fruatur. quod cle-
rici possunt dici vsuarij, quia nec possunt vendere,
nec testari, nec donare. Facit, quia † de rebus per 13
ecclesiam acquisitis clericus non potest in testa-
mento donare, nec de eis disponere, *c. cum in officijs.*
c. ad hæc r. *relatum. il 2 de testamen.* Accumulaui in
meo tract. Spoliorum ecclesiasticorum in r. *de po-*
testa. cle. vel Prela. in priu. quæst. Facit, quod legitur in
Canonibus Apostolorum Cano. 37. Omnium rerum
ecclesiasticarum curam † Episcopus gerito, & eas 14
dispensato quasi inspectante Deo. non licitum au-
tem ei est quippiam ex eis sibi tanquam proprium
assumere, aut cognatis suis elargiri, quæ Deo dedi-
cata sunt, quod si pauperes illi sint, vti pauperibus
subministrato, non tamen horum prætextu res
ecclesiæ venundato. Et in Cano. *39. eo.* habetur,
quod † manifestæ habent esse res priuatæ Episco- 15
pi à rebus Dominicis, & priuatas res Episcopus
cum moritur pro libito dispenset, & relinquat, &
ne res priuatæ cum rebus Dominicis confusæ, &
implicatæ vnà alteri impedimentum, & læsionem
causet. Et in canone *40. eo.* Episcopus † in potesta 16
te habeat res ecclesiæ, vt illas pro suo arbitratu di-
spenset cum Dei timore, & summa sollicitate, per
presbyteros, & diaconos in pauperes erogentur,
& ad necessarios vsus suis, & hospitio exceptorum
ipse percipiat, ne ipse posteriore loco habeatur,
quàm cæteri. ordinauit enim lex Dei, vt qui altari
seruit, de altari viuat, & quod nemo suis stipendijs
militet.

§ Multa tamen sunt in contrarium, quòd immò
Prælatus habet liberam dispositionem in rebus
ecclesiæ, vt quod velit, possit facere de illis quia
Prælatus † in rebus ecclesiæ est vsufructuarius, & 17
vsufructuario comparatur, dicit *gloss. in cap. ex lit-*
teris. extrà de prob. ibi; Licèt prædia ecclesiæ non

sint propriè clericorum,agere tamen possunt cle-
rici finium regundorum,cum habeant Ius in illis,
scilicet vsumfructum,l. 3.ff fi reg.§ finium. idem glo.
in c fi.de pecul.cler.in verb.obitus.ibi;Quòd beneficia-
ti ab ecclesijs vsufructuarijs comparentur,videtur
dicere littera text.ibidem, ibi videlicèt,Vsque ad
diem obitus sui possideat.idē in tex.in c.relatum il.
2.de testa.ibi;Per ecclesiarum acquisita ad eam post
clericorum obitum deuoluantur.Idem in gloss. in c.
nulli.extrà de reb.eccl. alie. vel non in verb. immobi-
18 lem.ibi,† Immobilia verò, quæ seruari non pos-
sunt,potest Prælatus alienare ad instar tutoris, l.
lex.C.de admin. tut. & l. vltima. C.vbi decret.op non
19 est.Et vsufructuarius † fructus perceptos separa-
tos à sole,& reconditos facit suos taliter, quod il-
los ad hæredes etiam transmittit,est text. notabilis
in l. defuncto ff de vsufruct.Bar.in l.fi.§.fi ff.de iure fisci.
& Doct in l.Iulianus.§ si fructib ff.de act.emp.Sal in l.
fructus.C de act.emp.l.arboribus.§ Iulianus.alias.si iuri.
ff.de vsufruct. & quemad.quis vta.facit text.in c.cæte
rum.extrà de dona.vbi valet donatio facta de bonis,
ac rebus ecclesiæ considerata loci consuetudine,
ac rei donatæ quantitate:vbi dicit Card.Zab.vers.
20 3.nota.quod † Prælatus potest de fructibus eccle-
siæ liberè disponere, & conferre etiam cessante
consuetudine,per tex.iunct.a gloss.in d.c. nulli.de reb.
eccl. alien. vbi sit prohibitio, quod per clericum
non alienentur res immobiles suæ ecclesiæ; & per
gl.ibi dicitur,quod mobilia,quæ non possunt ser-
uari seruando, possunt alienari,quia si sunt pro-
hibita alienari immobilia tantum, potest dici,
quod mobiliū sit permissa alienatio: quia † quod
21 in vno est prohibitū,in cęteris esse videtur permis
sum,&è contrà,l. ait prætor.& ibi Bar.ff.de ind.Facit,
quod dicit Inn.in c.veniens.de præscrip.nu.5.quod Præ
lati habent administrationem liberam cum dona-
tione modicæ rei, quod est secus in alijs admini-
stratoribus:non enim ita est arctandus administra-
22 tor Dei,sicut administrator hominis, quia Deus
23 nobilissimus est,arg ff.de donat. l. filius. Et † est mo-
ris nobilium donare, ff. de natal rest.l.quæris.& id-
eo maior, & liberalior est potestas Prælatorum,
quam aliorum administratorum, secundum eum
ibidem.& tenet Bal in reper. ad Inno. in verb. Præla-
tus.& habetur in tex.in c. ad hæc. de testa. quod cleri-
24 ci † viuentes.& sui compotes moderatè valent a-
liqua de bonis ipsis non ratione testamenti, sed e-
leemosynæ intuitu erogare.& in tex in c. relatum.
il 2.extrà de testa.§.licèt.quod licèt mobilia per ec-
clesiā acquisita de iure in alios pro morientis arbi-
trio transferre nō possint: consuetudinis tamē est
nō improbādæ, vt de his pauperibus,& religiosis
locis;& illis,qui viuenti serui erant,siue sint con-
sanguinei,siue alij, aliqua iuxta seruitij meritum
conferantur de fructibus Ecclesiasticis. Et potest
Prælatus erogare in pauperes,ca.pastor.j.q.2.& ca.
clericos.16 q.j.quoniam.32.q.4 sicut non sunt. Arch.in
c.statutum §.assessorem de rescrip.in 6 per Abb.in d.ca.
ad hæc testa.in prin. & in fi. Et tales erogationes de-
bent facere considerata consuetudine, & faculta-
te Ecclesiæ,& datur exemplum,vt si est consuetu-
do in terra,vbi est Abbatia,quod Abbas debet vi-
ginti,aut centum solidos,aut rem mobilem de bo
nis Ecclesiæ pauperi,vel nobili egenti,aut puellæ
maritandæ.Et dicit Ioan.Andr.in d.c.cæterum. q. si
esset consuetudo loci,quod Episcopus causa pie-
tatis faceret vnum,aut duos milites,& pro eis mi-
litandis expenderet,talis consuetudo non impro
baretur; dummodo non grauetur Ecclesia,quia
militare non est peccatum,23.q.j.militare. & cum 25
prædicta,inquit,liceant sine consuetudine specia-
li,putat Hostiens.quod ratione consuetudinis va-
lebit donatio simpliciter facta, si forsan donata-
rius non nimis egeat.Et consuluit Hostiens.quod
Prælatus In istis faciendis semper habeat Deum
ante oculos,& quod donatarius caueat à vitio in-
gratitudinis:& quod licèt Prælatus possit hoc fa-
cere de fructibus super fluentibus; non tamen cau
sa istorum habet obligare Ecclesiam,vel habet pa-
rentes ditare, vt ibi per eundem Ioan. Andr. † Et 26
hæc erogatio, siue donatio valet, siue sit facta in
vita,siue in morte,d.ca.ad hæc.& cap.relatum il.2.† 27
Et clericus potest, immò debet de reditibus Ec-
clesiasticis alere suos consanguineos,c.j. de cohabi.
mulier & cler.c.omni.iunct a gl.31.dist in c.non satis.86.
dist.Et dicit Anch.in cons.437.quod † sunt laudan- 28
di exequutores testamenti, qui in propinquos, a
pauperes testatoris,vel defuncti bona distribuūt.
Et secundum doctrinam Abb in ca. peruenit.extrà
de arbit.clericus † nedum potest alere suos,sed de 29
fructibus Ecclesiæ potest dotare sororem, per e-
undem in c.j.de cohab.mulier.& cle.quod clericus,
qui magis tenetur exercere actum charitatis, po-
test dotare,& alere consanguineum de reditibus
Ecclesiæ,si sit inops;dummodo constituat dotem
ad necessitatem suæ conditionis,non ad pompam
fastuositatis,vt per Angel.de Clauas.in verb.dos.§.
5.gl.in decis Tholo.q.289.Et habetur tex. ad litteram
in c.vnico.de cler.non residen. in 6. quod clericus fa-
cit fructus beneficij suos, & in eis dominium ac-
quirit.Item dicit Host.in cap.fi.de pecul.cle.quod si
clericus habet beneficium, quod in se habeat ad-
ministrationem,quamdiu viuit,& sanus est,in fru
ctibus illius beneficij æquiparatur vsufructuario,
vnde de fructibus potest donare, licèt moderatè,
c.cæterùm de don.† Quando verò non est sanus,sed 30
incipit ægrotare,tunc desinit esse vsufructuarius,
& ex vsufructuario incipit esse vsuarius, & vsum
tantum habet,& aliquantulum etiam plus, quia
potest aliquid in eleemosynam erogare. † Si ve- 31
rò clericus non habet administrationem,sed tan-
tum simplex,vel personale beneficium,veluti ca-
nonicatum, quantum ad fructus faciendum suos
æquiparatur vsufructuario,quia semper facit fru-
ctus suos vsque ad diem mortis, & de ipsis etiam
testari potest,arg.cap.requisisti. §. illud. de testamen.
est decis. Rotæ in antiq. incip. cum Camera Apostolica.
& alia decisio in eisdem antiquis numer. 330. in rubr.
de oblig.& solut.incip nota,quod clericus. vbi ha-
betur, quod clericus habens administrationem
benè obligat fructus beneficij, quia est vsufru-
ctuarius; si verò sit clericus simplex, id est,sim-
pliciter beneficiatus, etiam post mortem fructus
creditoribus possunt applicari; quia ille semper
æquiparatur vsufructuario.Subdens ibidem Ho-
stien.&hoc seruat consuetudo generaliter vbiq;.
Facit,† quia clericus de fructibus sui beneficij po- 32
test satisfacere suis creditoribus, dummodo

ecclesia non patiatur detrimentum ministris ecclesiæ, & alijs oneribus incumbentibus, per Io. Andr. Host. Ant. de Butr. Zabarel. Siculum, Imo. *c. 2. de fideiuss.* vbi dicit Spec. istam esse * communem opinionem. & Collecta. *in c. Odoardus. de solu.* dicit, quod in curia clericus fuit admissus, cedens fructibus sui beneficij, vt satisfaceret suis creditoribus. per Aut. *in c. olim. el. 2. de rest. spo. tenet Io. Andr. & Prapos. in c. reprehensibilis. de appel. gl. decis. Thol. quest. 319.*

§ Stantibus prædictis pro intelligentia veritatis, ego puto, quod sit bonum distinguere, videlicet, quod aut loquimur de rebus ecclesiæ, aut de fructibus, aut in vita, aut in morte: quia ista multùm inter se differunt, & diuersimodè à iure censentur, & diuerso modo per Doctores tractatur. Et rerū ecclesiæ aliæ sunt immobiles, aliæ mo-

33 biles. Et quantū † ad res immobiles, nedū non potest Prælatus illas donare, sed ne quidē disponere alio modo alienando: quia habetur in *Auth. sit de eccle. rer. immob. alien. & solutio.* quod generaliter sit prohibitum alienare, vel distrahere res ecclesiæ. vbi *gl. in verb. perimentes.* dicit; quod omne ius

34 alienationis est prohibitum. Immò si † steriles res sint donatæ ecclesiæ per aliquē, & ob earum sterilitatem ecclesia sit in aliquo damnificata, seu iacturā, aut detrimentum passa, tales res debent dātibus, vel eorū hæredibus restitui, qui tantū de eorum facultatibus recompēsent ecclesiam, quantū damnum ob illorum dationem, vel receptionem substituerit, *§. hoc autē. in Auth. de alien. & emphyt.* Item nēdum donatio est permissa rerum immobilium, quod immò est prohibitū alienare ipsas ruinas, & ea, quæ omninò sunt destructa, & pauimento iacent, *§. quod autem. Auth. de non alien. aut permuta.* Et nedum est permissum donare, sed

35 † immò est interdictum, & comminatū sub pœnis, ne res ecclesiæ sibi donatas quis recipere audeat, quia dicitur *in tex. in §. si quis. Auth. de non alie. aut permutan.* si quis donatam sibi rem ecclesiæ accipere præsumat, perdit rem donatam, & aliud tantundē de sua substantia ecclesiæ restituat,

36 & recompensare tenetur: † quia res ecclesiæ non donantur, nec distrahuntur, nisi in casibus à iure expressis, causis, & solemnitatibus interuenientibus, de quibus diximus suprà suis locis, & de quibus per Abb. *in c. cum Apostolica. de his, quæ fi. à Præl.* quia sine causæ cognitione, sine tractatu, sine consensu Capituli, vel Rectoris, sine authoritate superioris de talibus nō potest disponi, vt per Abb. *dicto loco, & per ea, quæ ad longum nos supra deduximus.* Si verò ista sint, vel parua, nonmodica, & infructuosa, aut aliàs damnosa, bene quidem possunt alienari etiam sine tot solemnitatibus, putà, vendendo, permutando, in emphyteusim concedendo, sed donando non, *no. in c. terulas. 12. q. 2 per tex. in c. non liceat Papæ eo in fi. & per tex. in c. sine exc ept. eo. in fi. vbi Io de Turrecre.* licèt dicat Arch. *in c.*

37 *j. de reb. eccle. non alie. in 6.* † quod Prælatus causa pietatis solus potest concedere alicui indigenti in vitā suam vnam possessionem; quē refert, & sequitur Abb. *per tex. in c. possessiones. 17 q. j. iuncta gl. vt per eundem in c. continebatur. de his, quæ fi. à Præl. col. 2 sub nu 7. vers. 2. limita.* Sed siue dicamus, quod intelligatur ad vitā cōcedentis, vel ad vitā recipientis, talis concessio nō est donatio proprietatis, sed fructuū tātummodò, quod benè potest facere ad vitā suam Prælatus, quia sibi soli præiudicat, qui poterat tales fructus sibi appropriare, & in suos vsus conuertere, per Abb. *in c. continebatur. de his, quæ fi. à Præl.* & quod valeat etiā facta ad vitā pauperis accipientis causa pietatis: quia causa pietatis benè possunt † alienari, & donari res ecclesiæ, quia 38

de illis debetur alimonia pauperibus, *c. aurum. 12. q. 2. cum simil.* † Ex causa tamē potest Episcopus 39

ipsam ecclesiā, & res eius donare alteri, & concedere, *12 q. 2 si Episcopus & c. seq. de donat. c. pastoralis. & c. consultationibus. de his, quæ fi. à Prælat. vt per Gemi. in c. dudum. de reb. eccle. non alie. in 6. vers. in eagl.*

Et ratio est, secundum Hostien. quia † Episcopus 40

est legitimus administrator ecclesiæ sibi subiectæ, & pro illa agere, & defendere potest, vt per Gemi. *d. loco.*

§ Res verò mobiles, vel sunt pretiosæ, vel mo-

dici momenti; † & si quidem pretiosæ, non donā- 41

tur; quia tales res non alienantur per Prælatū, nisi cum causis, & cum solemnitatibus à iure expressis, & requisitis, *l. lex, quæ C. de adm. tu per gl. in c. tua nuper. de his, quæ fi. à Præla. in verb. tractatu.* quæ dicit, quod mobilia pretiosa non possunt alienari, quia est necessaria solemnitas. melior *gl. in c. is, cui. de elet. in 6. in verb. immobilium.* ibi; Puto, quod mobilia etiam pretiosa possit in casu licito alienare. Sequitur Hosti. *in c. nulli de reb. eccl. alien. vel non.*

Vbi dicit; quod res † immobilis, & mobilis pre- 42

tiosa alienari non potest; ibi, Immobilem, neque mobilem pretiosam. *melius ibidem per Abb. num. 8. vers. in gl 2.* ibi, Nota, quod Prælatus alienat bona mobilia, quæ commodè seruari non possunt. Ea verò, quæ commodè seruari possunt, nō alienantur sine solēnitate. nam, inquit, res immobilis, & mobilis pretiosa æquiparantur quoad solemnitates alienationis. Idem *in c. tua nuper de his, quæ fi. à Præl 2 col. nu. 7. vers. in ea gl. ibi,* quod bona immobilia, & mobilia pretiosa, quæ seruari possunt, æquiparantur quoad solemnitatem adhibēdam ad earum alienationem. Idem per Host. *in c. j. de his, quæ fi. à Præla. ibi,* Etiam exceptis his, quæ seruando seruari non possunt, non pretiosis, vbi etiam Io. Andr. Idem dicit Abba. *in c. consensu num. 5. de reb. eccl. alie. vel non. ibi;* Ex quo infertur, † quod rem 43

etiam mobilem non potest Prælatus alienare sine consensu superioris. & dic, quod requiritur solēnitas requisita in rebus immobilib. quod intellige, inquit Abb. *vt per gl in c. tua. de his, quæ fi. à Præl.* id est quod mobilis res sit pretiosa, vt ibi per eū: quia rem † mobilē ex thesauro, quē inuenit cleri- 44

cus, donare nō potest, nec etiā rem ecclesiæ nimis pretiosam, per Host. *in c. cæterùm de donat. § data rei. vbi Io. And.* Immò dicit Abb. *in d. c. cæterū.* quod si † adsit consuetudo, quòd Prælatus possit do- 45

nare, illa consuetudo non intelligitur, nec valet in rebus ecclesiæ immobilibus, nec in rebus ecclesiæ mobilibus pretiosis, quia in his non valet consuetudo tanquam damnosa ecclesiæ. Et habetur per Gemi. *in c. hoc consultissimo de reb. eccle. non alie. in 6 vers. quaro,* quia, quod in donationibus de rebus mobilib. non potest dari

certa regula; quia ſecũdum quod donum eſt ma-
gnum, vel paruum, tenet, vel non tenet donatio.
Item habita conſideratione an donator eſt par-
uus, aut magnus, vel donatarius, benè, vel non be-
ne meritus.
46 si † verò res mobilis eccleſiæ non eſt pretioſa,
ſed parui momenti, poteſt quidem benè à Præla-
to in vita donari, ſi quidem de hoc adſit conſue-
tudo: eſt *tex. apertus in d.c.caterũ.de dona.* vbi quã-
titas rei donatæ, & loci conſuetudo facit donatũ
ratum, & irritum haberi. Idem habetur *in tex. in
c.fraternitatem. eo.* vbi tantum donationes graues
ſactæ per Epiſcopum de rebus Eccleſiæ, & quæ
afferunt detrimentum eccleſię, mandantur reuo-
cari. vbi gl. in verb. graues inquit; Ergò à con-
trario ſenſu ſi non ſunt graues, non reuocantur.
47 ſubdẽs glo. † quod ſi perminutas, aut paruas plu-
res donationes eccleſia ſit læſa, quod non totum
reuocatur, ſed illud tantũ, quod eſt vltra licitum,
*arg.C.de dona.ſi quis argentum. §. in ſeruis autem. &
12. q. 2. ſi quos de ſeruis*, &c. ſuper quo dicit Abb.
quod gl. apertè non eligit quid iuris. ſed conclu-
de inquit, quod ſi conſtat, quia donatione graue-
tur eccleſia, vtpotè, quia multæ ſunt ſactæ ſepara-
tim, tunc reuocabitur ſolùm illa, per quam eccle-
ſia grauatur. idem dico, vbi fuiſſet vna donatio,
etiam ſeparabilis reſpectu rerum, vt ſolũ reuoce-
tur illud, quod eſt vltra legitimũ modum, *l. ſan-*
48 *cimus.C. de dona.c.ſi quos de ſeruis 12. q. 2.* † Si verò
non poteſt commodè fieri diuiſio, putà, quia do-
nauit aliquã rem indiuiſibilem, & tũc reuocatio
fit in totum, vt per eum ibidem. ſubijciẽs Abb. *in
fi.* quod illud, quod dicit Io. And. non eſt verum,
videlicet, quod valet donatio, ſi capitulum con-
49 ſentit, ſed conceditur reſtitutio in intę. quia † ad
hoc, vt teneat alienatio de rebus eccleſiæ, duo re-
quiruntur, videlicet, quod ſeruetur ſolemnitas
debita, de qua *in c.ſine exceptione. 12.q.2.ſecundò*, vt
fiat in caſu licito. Si ergò donatio ſit facta in caſu
illicito, eſt ipſo iure nulla, quantumcunque con-
ſenſerit capitulum; ſecus, ſi fuerit ſacta in caſu li-
cito, putà, ſi Prælatus cauſa pietatis donauit rem
eccleſiæ cũ conſenſu capituli; nã tũc ſi donatio eſt
grauoſa multum eccleſiæ, reuocabitur per in in-
tegrum reſtitutionem; ſecus, vbi caſus non erat li-
citus, putà, quia donauit in caſu à iure non cõceſ-
ſo, &c. ſubdens *d.gl. in verbo inconſultis. d.c fraterni-*
50 *tatẽ.* quod † Prælatus non poteſt ſacere donatio-
nem eccleſiæ damnoſam etiã cõſultis Canonicis,
10.q.2.hoc ius. & gl. *in d.c.caterùm.* dicit, quod verè
51 Prælatus poteſt facere donationem, † ſi adſit con-
ſuetudo loci, quia cõſuetudo loci dat iuriſdictio-
nem, & tribuit liberiorem adminiſtrationem, *l.
prohibere ff. quod vi, aut clàm. §. non tantum. & c. ea
noſcitur. de his, quaſi. à Pral.* Immò ſentit Abb. *in d.*
52 *c fraternitatem. ſub nu. 4. ver. in fi gl.* quod † donatio
modica poteſt fieri per Prælatum, etiã ſi nõ adſit
conſuetudo, dum reprobat gl. quæ vnum dicit in
principio ſeq. *gl. & aliud in fi. d. gl. in verb. non debet.*
nã, inquit, gl. in fine apertè ſentit Prelatũ nõ poſſe
ẽt modica donare, niſi cõcurrat cõſuetudo: aliud
tamen videtur ſentire gl. ſeq. in prin. & facit, in-
quit, iſte tex. à contrario ſenſu. nã hic ponderatur,
quod donationes erant graues, à contrario ergò
non graues tollerantur, nec fit mentio de conſue-
tudine. quia dicit Abb. *in d.cap.caterùm. ſummandò
text.* quod in conſiderando, an valeat donatio fa-
cta per Prælatum de rebus Eccleſiæ, duo ſunt at-
tendenda, rei donatæ quantitas, & loci conſuetu-
do: quia Prælatus modicam rem donare poteſt,
vbi adſit conſuetudo. Subdens etiam Abb. *in j. no.*
quod † Prælatus etiam regularis poteſt aliqua do- 53
nare de rebus Eccleſiæ: & hoc ratione adminiſtra
tionis liberæ, quam habet in rebus Eccleſiæ. quẽ-
admodum † tutor non habet proprietatem in re- 54
bus pupilli, & tamen aliqua donare poteſt, iuxta
illud, quod habetur *in l. cum plures. ff. de admi. tut.*
ita & Prælatus. Ad idem allegat pulchrum text. *in
l. filius. de dona.* vbi habetur, quòd ſi filius † habet 55
liberam adminiſtrationem peculij, poteſt aliqua
donare, attenta tamen qualitate filij, ità poteſt di-
ci in Prælato, habet enim liberam adminiſtratio-
nem in rebus Eccleſiæ, vt in *c. nobis. de elect. in fi. in
c. is, cui. eo. li. 6.* Subdens Abbas ibidem, quod gl. fi.
dat ad tex. duos intellectus, primus eſt videlicèt,
vt intelligatur tex. quod poſſit Abb. vel Prælatus
ſacere erogationes in pauperes: & ponunt exem-
plum Doctores in conſuetudine quorundam lo-
corum, ſecundum quam Prælatus dat puellæ pau-
peri maritandæ xx. vel xxx. vel nobili pauperi.
Et iſte intellectus, licèt ſit verus in ſe, non tamen
conuenit litteræ: quia ſi detur pauperi, non eſt
tunc neceſſaria conſuetudo, quia de † rebus Ec- 56
cleſiæ Prælatus habet ſacere eleemoſynam, *16.q.j.
c.quoniam. & c.de reditib. cognouimus. 12. q. 2.* ideo,
inquit, datur alius intelligimus, vt intelligimus, vt
intelligatur de vera donatione, quam facit Præ-
latus alicui non pauperi, putà amico, vel conſan-
guineo: tunc etiam valet donatio, ſi concurrat cõ-
ſuetudo. & intelligunt Doctores in rebus non im-
mobilibus, neque mobilibus pretioſis, quia in his
non valet conſuetudo. tanquam dãnoſa Eccleſiæ.
§ Quærit † deinde Abb *in d cap. caterùm. num. 4.* 57
ſed dubium eſt. de donat. nunquid Prælatus poſſit rẽ
modicam donare etiam ſine conſuetudine: & re-
ſpondet ſecundum D. Ant. quod ſi vult Prælatus
aliquid donare de fructibus, benè poteſt donare
illos, quos facit ſuos, etiam ſine conſenſu capituli.
Si verò vult donare aliam rem mobilem Eccle-
ſiæ; & tunc, ſi eſſet minima, non requiritur conſue
tudo, neque conſenſus capituli. Si verò non eſt
minima, oportet, quod concurrat conſuetudo; &
ſi enormiter læditur Eccleſia, non valet conſue-
tudo. & ex his, dicit Abbas, videtur ſentire, quod
requiritur conſuetudo, vbi res eſt non minima.
ſed contrarium ſentit gl. *in cap. pracedenti.* Sed, in-
quit idem, ego crederem, quod ceſſante conſuetu
dine nihil donare poteſt Prælatus abſque cauſa ra- 58
tionabili, ſed cum cauſa rationabili ſic, putà, quia
recipit ſeruitium ab illo, & vult eum remunera-
re, vel quod ſimile. Nec obſtat, inquit, quod ſuprà
dixi de pupillo, *in c. praced.* quia tutor donat quan-
tum expedit pupillo, & non aliter; ità & Præla-
tus, ſi expediret Eccleſiæ. nam † vt Eccleſia habeat 59
amicos pro ſua defenſione, licitè poſſunt aliqua
leuia fieri. Et dicit Card. Zab. *in d. c. caterùm.* quod
de bonis mobilibus pretioſis, idem habet intelli-
gi, quod de immobilib', quod videlicet cleric' nõ

poſſit

possit donare ', secus est de mobilibus non pre-
tiosis. Et dicit gl *in c. hoc consultißimo. de reb. eccl. nō*
60 *alienan. in 6.* quod de mobilibus † certa regula da-
ri non potest; quia secundum donum, aut paruum
aut magnum tenet, vel non tenet datio, seu dona-
tio, & si dator est, vel paruus, vel magnus, vel do-
natarius benemeritus, vel non meritus, per iura,
quæ ibi adducit. Et refert Imo. *in d. c. fraternitatem.*
in fi. de donat. Ioann. Andr. dicentem, quod littera
habet, prohibitam esse donationem rerum Eccle-
siæ, an hoc sit intelligendum in omnibus rebus;
dicit, quod intelligi debet de rebus immobilibus
& etiā de rebus mobilibus pretiosis. Mobilia autē
modica non pretiosa possunt Prælati donare, ma-
ximè si hoc consuetudo habeat, aut suadeat, & vult
littera hæc à sensu contrariò, dum dixit graues. &
61 dicit etiam Ioan. Andr. quod facienti † opus, vel
honestum seruitium Ecclesiæ potest Prælatus ali-
quid dare gratia remunerationis, putà modico,
vel procuratori, aut aduocato, *12. q. 2. c. quicunque.*
nec poterit successor illam reuocare, *16. q. 6 c. illud.*
Et Idem Imo. in d. c. cæterum. de dona. in fi. secundum D.
Floren quod si Prælatus donet rem mobilem non
pretiosam, sed moderatè donet, valebit donatio
etiam cessante consuetudine, secundum eum, per
tex. in c præced. à contrario sensu, vbi improbatur
donatio ex eo, quia fuit immoderata, & sic non
modica, quod tene menti, inquit; tamen propter
62 opiniones vitandas, tutius videtur, † quod fiat
cum consensu capituli, nisi consuetudo aliud ha-
beret. Item habetur per Host. *in ca. 1. de his, quæ fi à*
63 *Prælat. sine consen. capit.* vbi dicit; † quod non est li-
citum facere alienationes de rebus Ecclesiæ sine
solemnitate, nisi esset parua, vel modica res, inuti-
lis, & infructuosa, & excipit res mobiles, & se mo-
uentes, de quibus, inquit, potest Prelatus modera-
tè donare, &c.
64 § Sed istud minimum, † vel modicum est intel-
ligendum, quod debet esse tale, quod non sit vtile
65 Ecclesiæ: quia si sit aliter, non videtur licitum, †
clericus enim alienans cadit in pœnam & potest
deponi, per *gl. in c quicunque. 17. q. 4. per illud, quod*
66 *habetur in tex. ibidem,* † quia prædium etiam exi-
guum Ecclesiæ non potest alienari, quod videtur
esse contra tex. *in c. terrulas. 12. q. 2.* sed ille text. in-
telligitur, quòd loquatur in prædio vtili, quia li-
cèt sit exiguum, alienare non debet.
§ Nec mirum videri debet, si de rebus modicis
potest disponere, dare, & donare Prælatus, quan-
67 do quidem † illa, quæ modica sunt, vel parua, iura
non curant, aut habent in consideratione; de mo-
dicis enim non curat prætor, *l. scio ff. de in integrum*
restit. vbi pro modica læsione non datur restitutio
in integrum, & per tex. *in l. si oleum ff. de dolo.* vbi
pro re modica non datur actio de dolo, nec do-
69 lus † præsumitur in modica summa, per tex. *in ca.*
cum ce. de re iud. vbi gl. in verb. minima. colligit argu-
70 mentum, quòd † pro modico non datur actio in-
iuriæ. & alibi colligit Bald. quod de minimis non
71 est curandum: & rector † ciuitatis non est de mi-
nimis syndicandus, & de minoribus non est faci-
enda scrupulosa inquisitio propter liberum arbi-
trium voluntatis, quod natura hominibus tribuit
l. si seruum vetitum. ff de legat. j. & pro modica re Car-
dinalis † non præsumitur committere, simoniam, 72
c. & si quæstiones. extrà de simo. & de minimis præ-
sumitur elargitio, & donatio amore Dei, per Bar.
in l quæ dotis ff. solu. mat.
§ Nec est sine ratione, quod modicum non sit cu
randum: † quia modicum, & nullum æquiparan- 73
tur, *c. licèt causam. de probat. d. c. cum te. de re iud.* &
causa modici damni non receditur à iure, Spec. §.
sexto. vers. vt autem. de locat. † & modica res non de- 74
bet attendi, *l. si quis fundum ff. loca.* Et modicum, &
exiguum varijs modis dicitur. nam † minima sum 75
ma aliqua dicitur, quod vsq; ad x. li. auri, alibi vs-
que ad xx. marchas, alibi vsque ad duos aureos as-
cendit, *ff. de dolo. si oleum.* alibi ad 50. solidos, *l. j. de*
defen. ciuitat gl. in c. anteriorum. 2. q. 6. gl. in ca. terru-
las. in verb. exiguas. 12 q. 2. vbi dicit; quod varijs mo-
dis dicitur aliquid esse modicum: quia videtur,
quod † modicum dicatur respectu qualitatum, & 76
conditionum personarum: quia res modica vni
potest esse magna alteri. homo enim tenuis fortu-
næ seruat porcellum veluti oculum, & veluti rē
magnam, per glo. *in l. illicitas. §. & ne tenuis. in verb.*
lumine. ff. de offic. præsid. melius gl. in l. sed & si suscepe-
rit. in verb. modica. ff. de iud. vbi dicit; quòd duo pō-
do auri sunt res modicæ respectu personarum; si-
cut & ait Comitissa Matilda: Aliquantulum terrę
concedo illi Ecclesiæ; quæ tamen terra in 30. mil-
liaria extenditur. Et ratio est, quod dicit modi-
cum: quia modica erat respectu personę donantis;
& inter pauperes, & viles personas causæ de por-
cello dicitur magna causa, &c. vt etiam nos suprà
retulimus in *q. 10. quid, & quomodo dicatur modicum.*
in princ.
§ Quæ vero, & † quando dicatur magna, & par- 77
ua quantitas, quæ magna, & quæ parua causa dica-
tur, relinquitur arbitrio iudicis, secundum quali-
tatem, & gradum personarum, per Innoc. Card. &
alios *in c. si §. is. autem. de off. & potest. iud. deleg. per*
gl. in l. hactenus. ff. de vsuf. & quemadmo. quis vtat. in
verb. pertinet. ibi; † Sed quæ erit modica impensa in 78
prædictis? Respon. duorum aureorum, vel dic me
lius iudicis arbitrio. Et dicit Imola *in d. c. cæterùm,*
quod vt quid dicatur minimum, vel non sta-
bitur determinationi consuetudinis, si de illa
appareat; aliàs videtur, quod arbitrio supe-
rioris hoc poterit determinari, *argu. capit. de*
causis. de offic. delegat. qui habebit considerare
quantitatem, seu valorem rei. Et in hac mate-
ria concludit Anton. Corset. *in tracta. de minim.*
† quod minimum, & modicum dicitur attenta 79
qualitate rei, & personæ secundum iudicis ar-
bitrium: ad quod facit bonus text. *in l. legitimos.*
ff de leg tut. & quod legitur, & notatur *in d. cap. &*
si quæstiones. extrà de simonia, vt per eundem. j. par.
circa princip. d. tracta. Vide, quæ suprà dico *in*
quæst. 9. de rer. mobil. mod. eccl. alien. incip. Aliæ ve-
rò res Ecclesiasticę, vbi fusius de hoc disseruimus.
Et per hęc pauca credo, quod sit clarum in iure
quod clericus † de rebus Ecclesię potest solùm 80
de modicis, paruis, vel minimis dando disponere
in vita; in reliquis autem quòd sit ei donare in-
terdictum.
§ Contra autem istam regulam Pet. Rebuff. *in suo*
compen. alien. rer. eccles. in expositione text. cap. sine ex-
cept.

rep. in ver. donare, 12. q. 2. ponit quatuor limitationes, per quas nititur probare, quòd Prælatus potest de bonis Ecclesiæ etiam donando disponere.

81 Primò, inquit, fallit, quando Prælatus vellet donare benemeritis, quod potest, *c. si quos. 12. q. 2.* quia id non intelligitur donare, sed soluere potius debitum naturæ, *l. Aquilius. ff. de dona. l. sed si lege. §. consuluit ff. de pet. hæred. c. cum in officijs. de testam.* potest
82 enim † Prælatus remunerare non concedendo dominium alicuius rei, sed vsumfructum ad breue tempus, Innocen. *in c. cum in officijs. extra de testam. Bal in l. iubemus. colu. 3. in princ. C. de sacrosf. eccle.*
83 Addo, quia Abbas † de rebus Ecclesiæ, & sine solemnitate aliqua potest donare etiam vnam possessionem alicui, qui seruit Ecclesiæ, monasterio, vel conuentui, donec sit in seruitio, & valet donatio, cum non possit dici alienatio perpetua, nec ad magnum tempus, cum possit statim repelli: tenet Ioann. Monachus in simili in *c. hoc consultissimo. de reb. eccl. non alien. in 6.* quamuis Ioann. Andr. teneat contrarium *in c si de rescrip. in gl. 3. in 6. per Laure. de Rodulph. qui dicit in repet. c. sine exceptio. 12. q. 2. 47. q.* Nec ista potest dici donatio, sed potius recepta
84 pro seruitijs, & meritis recompensatio, † & solutio, quia de iure labores, & seruitia accepta debent recompensari pretio, vel præmio, *ca. charitatem. c ecclesiasticus. 12. q. 2. in gl. ca. ad nostram. in verb. sufficere. de reb. eccl. alien. vel non. & not. Abb. in c. relatum. sub nu 8. vers. item nota extrà de testa.* quod ser-
85 uitium impensum, & † præstitum Prælato viuenti videtur Ecclesiæ impensum. Vnde de bonis Ecclesiæ talis seruitij remuneratio fieri potest, *cap. per tuas. vbi idem Abb. nu. 2. de dona.* quia clericus
86 † habet viuere de bonis Ecclesiæ ipse cum suis famulis, quibus debent solui salaria ob seruitia clerico impensa. Idem Abb. *in c. consensus. nu. 4 de reb.*
87 *eccl. alien. vel non.* dicit; quod † Prælaus licitè remunerat eos de bonis Ecclesiæ, qui adhibuerunt seruitia Ecclesiæ. & in margine ad Abb. *ibidem allegatur Alex. consf. 101. j. lib & Oldra. consf. 278.* Et dicit Bart. *in l. iubemus. la. 2. num. 9 vers. quæro vtrum. C. de*
88 *sacrosf. ecclesf.* † quod pro remuneratione illorum, qui exhibuerunt seruitia, possunt alienari res Ecclesiæ, vt ibi per eum. vbi vide *gl. in verb. permissam.* quæ dicit, quod etiam de immobilibus bonis Ec-
89 clesiæ debet fieri remuneratio. Et † Prælatus potest donare in remunerationem seruitij suæ Ecclesiæ collati, et in præiudiciũ successoris, *16. q. 6. illud. Alex. in consf. 55. nu. 3. vol.* j. vbi dicit; verum id esse, si de seruitijs constet aliter, quam per confessionem Prælati. Ioann. Andr. in addit. ad Spec. *de reb. ecl. non alien. in rub.* quod nota, pro eo, † quod
90 qui talia accipiunt à Prælatis, vel Rectoribus pro seruitijs impensis, habent probare seruitia, nec eis sufficit sola Prælati confessio asserentis, se id legare, vel dare pro sibi impensis seruitijs. Sed subdit Rebuff. *d. loco.* quod hæc remunera-
91 tio, † si possit, debet fieri de bonis mobilibus Ecclesiæ, non de immobilibus, vt per Doctor. *in d. l. iubemus. & in c. si de pecul. cle. sic Ias. in consf. 116. 4. vol.*
92 Et † merita debent esse æquiualentia rebus donatis, *d. c. relatum. de testam.* ibi; Iuxta seruitij meritum; ita consuluit Dec. *in consf. 174. & pro tenui* Et dicit Corset. in suo reper. in verb. alienatio, quod in recompensationem, & remunerationem seruitiorum impensorum nedum Ecclesiæ, sed Prælato potest alienare, & seu infeudare Prælatus bona Ecclesiæ: & † intellige, si Prælato sint impensa ser- 93
uitia intuitu, & contemplatione Ecclesiæ, *cap per tuas. de donat. approbat. Abb. in ca ex præsentium. de pign. Et Aug. in d. c. consensus. de reb. eccl alien. col. 4. vers. vnde cogita.* distinguit, † quod in primis est facien- 94
da remuneratio de mobilibus, erga quæ tantam affectionem Ecclesia non habet, vt de mobilibus nouiter acquisitis, *d. c. relatum. de testam.* vel de pecunia, in quam similiter † affectio non cadit, *l. in* 95
nummis. ff. de in lit. iur. quia dicitur de rebus, quæ seruando seruari non possunt, *l. lex, quæ. §. pen. C. de admi tut. l. inter stipulantem. § si stipulante. cum §. seq. cum gl ff. de verb. obliga.* Si verò non exstent huiusmodi † bona mobilia, nec pecunia, tunc Prælatus 96
potest concedere ob benemerita etiam res immobiles Ecclesiæ, quoad vtile dominium, *d. c. per tuas. c. ad aures. eod.* Si verò † vellet concedere immo- 97
bilia quoad directum dominium, tunc non potest concedere res magni pretij, sed modici, vt terrulam, vineolam viginti solidorum, *d. c. si quos.* vbi hæc distinctio probari videtur, facit *tex. c. 3. & not. c 2. de dona. & l. à diuo Pio ff. de re iud.*

§ Et ex prædictis habes notabilem effectum obligationis naturalis ad antidora: † quia ob illam 98
possunt alienari bona aliàs à iure alienari prohibita pro remunerandis benemeritis, *d. c. quicunque d. c. si quos. & dicit Bar. in proœmio. ff. in fi. vlt. col. & in d. l. iubemus C. de sacrosf. eccl.* quod quælibet res † a- 99
lienari prohibita propter benemerita alienari potest. Et ratio est, vt colligi potest ex no. per Abb. in rub. de dona. vbi ipse post alios effectus huius obligationis ad antidora ponit, & declarat dictum Bar. quod posset hoc procedere simpliciter in profanis, sed in rebus Ecclesiasticis fortè ità simpliciter, & indistinctè verum non esset; vt ibi per eundem August.

In præallegato quoque loco dicit D. Rebuff. quod fallit alio modo, scilicet, quando † donans 100
rem Ecclesiæ tantundem donaret Ecclesiæ, cuius rem donat, quia tunc valet donatio iuxta rei collatæ modum, *c. consensus & c. seq. vbi declarant Doct. de reb. eccl alien. vel non. c. iniustum. in fi. 12. q. 2.* Sed tutius est, inquit, in hoc adhibere solemnitates. Addo, quia dicit Abb. *in c. cum in officijs. extrà de testa.* quod clericus non potest testari de fructibus Ecclesiæ, aut de facultatibus per Ecclesiam acquisitis, nec aliter de ipsis bonis disponere, nisi in casibus ibi per eum. *nu. 4.* enumeratis, † putà, si cleri- 101
cus, aut Prælatus tantundem de suo Ecclesiæ contulerit, quantum ipse velit relinquere de Ecclesiæ facultatibus. Et in simili per Soc. *consf. 13. j. vol. nu. 39.* quod rector † Ecclesiæ potest testari de expensis 102
factis per eũ causa Ecclesiæ. Et quod dicitur quod clericus potest testari de rebus Ecclesiæ, si tantundem de suo confert Ecclesię, intellige, si tantundẽ confert, † ante alienationem, non pòst; quia si pòst 103
videtur facere ad euitãdum pœnam depositionis, & talis damni restauratio, siue recõpensatio, sibi non proderit; per ea, quæ dicit Abb. *in repet. c. cum esses. vers. quintò principaliter, sub. nu. 31. de testam.*

Fallit etiã ipsa regula. † quando Prælatus vellet 104
aliquid

aliquid donare consanguineis pauperibus, scilicet pro victu, & vestitu tantum, *c. quisquis. 12. q. 2 c. non satis. 26. dist.* & praeter victum, & vestitum, & manifestas necessitates nihil cuiquam tribuas, ne filiorum panem canes comedant, *c. si cupis. 16. q j.* Nec Praelatus consanguineos suos debet facere procuratores, ne res Ecclesiae laedantur, & fraus fiat legi, *c. Episcopus. 12. q. j.* nam consanguinei, quorum
105 causa Praelati facti sunt, exigunt † contractus gratuitus ab eis ad vitam fieri, vel contractus locationem, seu venditionem fructuum ad longissimum tempus pretio confessato, vt per Ioann. Andr. *in addit. ad Spec. in titu. de reb. eccl. non alien. in rub.* vbi
106 plus dicit. Sciui ego Episcopum, † à quo promotores sui extorserunt gratuitum cōtractum ad vitam ipsorum ascendentium ad duas partes redituum Episcopatus, expressa causa seruitiorum, quę impenderent Ecclesiae, & promittebant impendere, quandiù viuerent: & instrumentum fuit super hoc solemniter formatum, & de consensu capituli. sed malè successit dictanti, & tali consanguineo: & meritò sic debet accedere his, qui sanctam Dei domum ad talia trahunt: hoc maximè faciunt nobiles, vt reditus domus per ipsum augeantur: non enim verentur fructus Episcopatus, & aliorum beneficiorum miscere cum patrimonialibus: quare omnia sic coniuncta corruūt, vt vulgò intueri licèt, vt ibi per eum. Addo ego ad fallentiam, quod *in d. c. non satis. 86. dist.* habetur, quod
107 quis prius tenetur suis † consanguineis subuenire, quam extraneis. voluit Anch. *in cons. 437.* vbi dicit, quod sunt laudandi exequutores testamenti, qui in propinquos pauperes testatoris, vel defuncti bona distribuunt. Et dicit Abb. *in c. peruenit. ex-*
108 *trà de arbi.* quod quemadmodum de iure † ciuili frater laicus tenetur dotare sororem, quae dotem non habet, & quae sit coniuncta ex parte patris, vt per *gl. in l. cum plures. & ibi Doct. § pen ff. de admi. tut.*
109 *& in l. non omni. C. eo. tit.* & sicut eam † tenetur alere in casu necessitatis: ità & dotare, cum longè sit fauorabilior causa dotis, quam causa alimentorum. Item similiter est dicendum; quòd frater clericus
110 † teneatur ad sororem dotandum, cum clericus teneatur magis exercere actum humanitatis, & charitatis, quam laicus, *c. j. & quod ibi nota. de empt. & vend.* Subdens ibidem; Et credo, quòd cum bona conscientia, si clericus non habet bona patrimonialia, poterit dotare sororem, vel aliam consanguineam de fructibus Ecclesiasticis, ac reditibus beneficiorum. Et dicit gl. *in c. omninò. 31. dist. in*
111 *ver. vt de mercede.* † quòd clericus habens vxorem, & filios potest eos pascere de reditibus Ecclesiae; ergò à fortiori, & dotare. quia dicit gl. *in c. perue-*
112 *nit. j. q. 3.* quod minus † est peccatum dare consanguineis, quam extraneis, *86. dist non satis.* & haec est ordinata charitas; quamuis grauius puniatur, quia propter affectionem magis laeditur Ecclesia: quia dicit Abba. *in c. inquirendum. de pecul cler.* quòd
113 Praelatus debet, immò tenetur † de reditibus Ecclesiae competens subsidium conferre suis consanguineis, immò potius tenetur suis amicis, quā alienis.

Fallit quoque, inquit Rebuff. *dicto loco,* in Pa-
114 pa, † qui bona vnius Ecclesiae alteri ex causa concedere potest, *gloss. in ca. constitutus. in gloss. à quocunque. de relig. domi. in cap. j. 12. distinct. et apposit. in cap. non liceat. 12. quaest. 2.* Facit, quod refert Ioan. Andr. *in Addit. ad Spec. de his, quae fiunt à Praelat. §. j.* quod dicunt quidam, Episcopum † posse donare aliquid 115
de mensa sua capitulo egenti, etiam sine consensu, vel authoritate sui superioris; quia si id potest loco religioso, vt habetur *in cap. consultationib. & cap. pastoralis extra de donatio.* cui potest donare Episcopus Ecclesiam, multò fortius suo capitulo, cui plus obligatur, *cap. requisisti. extrà de testamen.*
† quia donando suo capitulo non videtur aliena- 116
re, nec ad alienationem tendere; nam sic donatum non distrahitur ab Ecclesia, vel extra Ecclesiam, sed in Ecclesia remanet, vbi allegat plura iura. Dicit enim *gloss. in Clemen. si vna. de rebus eccles. non alien. in gloss. declarari.* quod si Episcopus donat aliquid, quod spectat ad suam mensam, suo capitulo, valet donatio, secundum quod dicit Hostiens. *in cap. nouit. de his, quae fiunt à Prelat.* vbi ponit casum de Episcopo abundante, & capitulo egente: vbi dicit, quod in tali casu potest donare etiam non obstante iuramento de non alienando cùm non sit propriè alienare, quod in dominio remanet Ecclesiae, *ff. de lega. 2. l. vnum ex familia.* dicit tamen quod esset tutius illud fieri superioris authoritate. Facit, quod not. Ioan. Andr. *in quaest. mercurialis, in reg. qui tacet. & Ioann. de Lign. in ca. nouit. allegato,* secundum quem praedicta procedunt, etiam si iurasset Praelatus non alienare, vt dixit ibi Hostien. & pro hoc vide quę scribit *in d. Clemen. Pau. de Zen. & Ioann. de Ligna. & Feder. de Sen. in consilio 162.* Etiam † fructus, & prouentus ad suam mensam spe- 117
ctantes potest Praelatus loco religioso egenti ad sustentationem donare, *per tex in cap. caeterum. cap. possessiones. & cap. pastoralis. de dona.* Et nedum fructus iam perceptos potest Praelatus religiosus sine consensu in eleemosynam dare, sed etiam alia praeter quam fructus; per Lauren. de Rodulph. *in expositione cap. sine exceptione 12. quaest. 2. j. quaest. 48. & 49.* Facit ad hoc, quia bona † Ecclesiae sunt & di- 118
cuntur bona egentium, *est tex. in cap. 2. de reb. eccles. alien. vel non. vbi Abb. notat.* quod bona Ecclesiarum sunt deputata principaliter pro indigentibus, non solum clericis, sed etiam laicis. Et dicit Abb. *in ca. j. eod. titu.* † quod Ecclesia de suis fructibus super- 119
abundantibus tenetur supplere laicis indigentibus, & etiam alteri Ecclesiae indigenti: quia bona Ecclesiarum sunt Ecclesiae, quoad dominium: pauperum, & egentium, quoad sustentationem, *glo in cap. hoc consultissimo. de reb. eccl. non alien. in 6. in gloss. speciali.* Facit, quia prohibitus † alienare potest a- 120
lienare in Ecclesiam; vel in clericum, quia tales prohibitiones etiam per statutum inductae intelligi habent de forensi, vt in eum non possit alienari: quod statutum valet, † praeterquam quoad Ec- 121
clesias, vel clericos, secundum Bar. notabiliter *in l. filiusfamilias. §. diui. 3. colu. de legat. j.* Facit ad hoc, † 122
quia Episcopus debet generaliter prouidere pauperibus, *82. distinct. 3. ca. j. cum glo. 87. distinct. cap. j. & 2.* Et benè habet † Episcopus aduertere, ne egen- 123
tem, & pauperem permittat fame perire, quia homicida esset, ac si mortem manibus inferret, *cap. j. in princip. 83. distinct.* Facit, quod dicit Abb. *in cap. j.*

in c. j. ad finem. de reb. eccle. alienan. vel non. quod
124 † clerici etiam laicis indigentibus de bonis eccle-
siæ, quatenus illius facultates ſuppetant, tenentur
prouidere, *16. q. j. c. fin.* fortius tenentur ſubueni-
re alijs eccleſijs indigentibus. Quod tamen intelli-
ge, quando aliquid ſupereſt vltra neceſſaria: quia
125 † primò eſt ſubueniendum miniſtris proprijs, &
neceſſarijs vſibus ipſius eccleſiæ, *cap paſtoralis. de
his quæ ſiunt à Prælat. & c. de his. de eccleſ. ædifican. vel
repa vt ibi per eundem Abb.* Et dicit Bertach. *de Fir-*
126 *mo in tract. de Epiſ. 4. par q. 45. nu. 143.* quod † iurans
non alienare bona Eccleſiæ poteſt illa donare ca-
pitulo, per Bal. *in l. voluntas in lec. antiq C. de fideic.
& in l. dudum. C. de contrah. emp. facit, quod notat. in
Clem. ſi. de reb. eccl. non alien.* Immò etiam canoni-
127 co † vni de capitulo poteſt Epiſcopus donare, vt
ibi notatur, ſecundum Bal. *in l. dudum. vt ibi per eũ
dem Bertach.* Et hæc dicta ſufficiant pro nunc circa
res Eccleſiæ in vita, & vita durante.

§ Et quemadmodum in vita, & vita durante eſt
interdicta donatio, & diſtractio rerum Eccleſiæ,
128 ità pari modo † & in morte prohibita eſt, per tex.
in c j. de teſtam. vbi clericus prohibetur teſtari de
reb. eccleſiæ, & eccleſiæ intuitu acquiſitis; per illa
verba tex. Quicquid verò eccleſiæ ante ipſius cõ-
ſecrationem fuiſſe cognoueris, vel in Epiſcopatus
ordine prædictum Epiſcopum acquiſiuiſſe, in e-
iuſdem eccleſiæ dominio conſeruetur. idem ha-
betur *in c. cum in officijs. eo.* vbi acquiſita per Eccle-
ſiam remanent penes eccleſiam, nec clerici de illis
ex teſtamento, vel ab inteſtato diſponunt. vbi gl.
129 not. quod † quicquid acquirit ſacerdos, vel quili-
bet alius clericus intuitu eccleſiæ ad eccleſiam per
130 tinet. Idem *c. ad hæc. eod.* quod clerici † teſtari non
poſſunt de mobilibus per eccleſiam ademptis, vi-
uentes tamen, & ſui compotes valent aliqua de
bonis ipſis moderatè, non ratione teſtamenti, ſed
eleemoſynæ intuitu erogare, in ægritudine con-
ſtituti. Idem habetur *in cap. relatum. il 2. eod. §. licèt.*
131 *vbi habetur*; quod † licèt mobilia per eccleſiam
acquiſita de iure in alios pro morientis arbitrio
transferri non poſſint, tamen ſi ità eſt conſuetudo,
poteſt de his aliquid erogari pauperibus, & reli-
gioſis locis, & his, qui viuenti ſeruierint, aut ſint
conſanguinei, aut ſint extranei, iuxta ſeruitij me-
ritum aliqua conferri. Et dicit Abb. *in dicto c. ad*
132 *hæc. numer. 3.* quod † licèt clericus poſſit de reb. ec-
cleſiæ aliqua donare intuitu eleemoſynæ: non po-
teſt tamen quicquam de his diſponere in teſtamẽ-
to. & ſic poteſt quis facere per ſe, quod relinque-
re non poteſt per alium faciendum poſt mortem.
133 Simile dicitur in Epiſcopo, qui non † poteſt, dum
viuit, dare centeſimam, vel quinquageſimam ec-
cleſiæ per eum conſtructæ, vel conſtruendæ; non
tamen poteſt relinquere, vt poſt mortem done-
tur, *vt in cap. quia lo. 12. quæſt. 5. notant Doctor. in cap.
Apoſtolica. de donatio.* Et poteſt eſſe diuerſitatis
134 ratio. nam teſtamentum † morte confirmatur,
vt *cap. cum Martha. de celebr. miſſa.* effectus er-
gò confertur in tempus, quò non eſt futu-
rus Prælatus, ideò non poteſt in aliquo diſpo-
nere de facultatibus Eccleſiæ in teſtamento, ad
hoc *l eum. ff. de iuriſdict. omnium iudic.* ſed quando
vult diſponere, dum viuit, non prohibetur, quia
hoc facit tanquam adminiſtrator Eccleſiæ. Et ex
hoc, inquit, Abb. no a practicam, quam debet ſer-
uare clericus, ſi de rebus Eccleſiæ vult aliqua in-
tuitu eleemoſynæ, vel per remunerationem ſer-
uitij erogare, vt actualiter donet, dum viuit, non
autem relinquat conferenda poſt mortem. idem
Abb. *in dicto c. cum in officijs. eod tit. de teſtamen. nu.
4.* ibi; Quædam † ſunt bona acquiſita intuitu Ec- 135
cleſiæ, vel de facultatibus Eccleſiæ, & de his cleri-
cus non poteſt teſtari, *vt hic, & c. j. & c. fixum. 12. q. 5.*
nec aliter de ipſis bonis in alios diſponere. Sed id
fallit in quatuor caſibus, videlicet; Primò, ſi tan-
tundem contulerit clericus de ſuo, quantum vo-
luerit relinquere clericus de facultatibus Eccle-
ſiæ. Secundò, ſi adeſt conſuetudo: quia illa ſtante
poteſt teſtari de mobilibus, & modicis: Tertiò, in-
tuitu eleemoſynæ, quam clericus poteſt facere
etiam in ægritudine conſtitutus: Quartò in remu-
nerationem acceptorum ſeruitiorum. Facit pro
hoc, quia prohibitus alienare † in contractu, non 136
poteſt alienare per vltimam voluntatem, vt per
Bald. *in c. quia. de iud.* Vide omninò per Bald. *in l.
ea lege. 2. q. C de condit. ob cauſ. & in l. ſi quis. §. cer-
tum. C. de ſecun. nupt. & in l. cum ſeruus. § ſi. de leg. j. &
glo. in rub. C. non lice. habita. metro. lib. 11. per Bal. in l. ſi
ita. §. ea lege. de ver. oblig. & not. in l. pen. §. Iulianus. de
leg. 2.*

SVMMARIVM.

1 *De fructibus facilius diſponitur, quàm de rebus Eccleſiæ.*
2 *Prælatus habet liberam fructuum adminiſtrationem.*
3 *In fructibus dicitur agi de Prælati præiudicio.*
4 *Clericus qui habet Eccleſiam habentem adminiſtrationẽ, quandiù viuit, & ſanus eſt, æquiparatur vſufructuario.*
5 *Clericus cum adminiſtratione, cum incipit infirmari æquiparatur vſurario.*
6 *Clericus, qui non habet adminiſtrationem, habet omnimodam in fructibus diſpoſitionem.*
7 *Clericus an rem mobilem Eccleſiæ pretioſam alienare poſſit.*
8 *Acquiſita ab Epiſcopo de pecunia Eccleſiæ cedunt Epiſcopatui.*
9 *Minimum quid dicatur, ſtatur conſuetudini, vel ea deficiente, arbitrio ſuperioris.*
10 *Prælatus an poſſit donare aliquid non minimum, quod non læderet Eccleſiam.*
11 *Relictum clerico non habenti adminiſtrationem præſumitur relictum intuitu perſonæ.*
12 *Canonici dicuntur habere ſimplex beneficium & dicuntur habere bona ſui canonicatus ad diſpenſandum.*
13 *Bona præbendarum ſunt Eccleſiæ, quanquam ſint diuiſa per præbendas.*
14 *Pius IV. fecit conſtitutionem ſuper acquiſitis de ſimplicibus beneficijs.*
15 *Clericus ſi emit equum de reditibus Eccleſiæ, equus eſt Eccleſiæ.*
16 *Verbum generaliter prolatum generaliter debet intelligi.*
17 *Clericus de bonis Eccleſiæ ſuſſicit, quòd habeat victum, & veſtitum.*
18 *Clericus de altari viuere debet, non luxuriari.*

19 *Præ-*

19 *Prædium emptum de pecunia præbendæ fit Ecclesiæ.*

20 *Clericus non habet dispensare res Ecclesiæ, nisi in suas necessitates, & eorum, qui sibi inseruiunt.*

21 *Clericus qualiter de rebus Ecclesiasticis mobilibus, ac fructibus Ecclesiasticis disponere possit.*

22 *Prælatus non potest aliquid consanguineo diuiti, qui nec sibi, nec Ecclesiæ seruiuit, donare.*

23 *Episcopus, & presbyter de fructibus Ecclesiæ, & mobilibus poterit seruitoribus mercedes relinquere.*

24 *Clericus in ægritudine constitutus in piam causam reditus Ecclesiæ donare, & erogare potest, moderatè tamen.*

25 *Clericus, dum sanus est, in pios vsus liberè de mobilibus erogare potest, nulla præfinita quantitate.*

AN, ET QVO PACTO CLERICVS, siue Prælatus sui beneficij fructus distrahere, & de illis disponere possit.

QVAESTIO LIII. CAP. I.

NVnc autem his paucis dictis de rebus, dicamus aliquid de fructibus. Et quidem de fructibus Ecclesiæ videtur aliter dicendũ,
1 quam de rebus Ecclesiæ: quia † de illis facilius fuit dispositum, per ea, quæ habentur per Abb. *in ca. 1. sub num. 9. vers. & videtur hic. de deposi.* vbi interpretando dicta Innocentij, dicit, quod facilius soluũtur debita Ecclesiæ de fructibus, quàm de rebus
2 alijs Ecclesiæ: pro quo adducit, quod † Prælatus habet liberam administrationem fructuum, *cap. cum nobis. de elec. extrà, & in 6. eo. tit. cap. 11. cui.* Vnde quemadmodum, inquit, potest fructus de nouo distrahere contrahendo, ità debet posse eos distrahere pro contractibus initis. Item addit, quod in
3 † fructibus agitur de præiudicio ipsius Prælati, quia ex eis viuere debet. Et per eundem *in c. quod quibusdam. col. 2. sub nu. 5. ver. aut potest satisfieri. de fideiuss.* vbi dicit, quod si mutuum factum nomine Ecclesiæ potest solui de reditibus beneficiorum absque distractione rerum Ecclesiæ, tunc si mutuum est factum Prælato, & capitulo, habet solui, & non est necesse probare versionem. & paulò post ibidem; nam Prælatus, & capitulum habent liberam administrationem fructuum. ergò ex fructibus satis faciendum est creditori, licèt versum non probetur. & ibidem, sub num. 6. aut mutuum fuit receptum à solo Prælato, & tunc crederent, quod in vita Prælati non est necesse creditori probare versionem, quia Prælatus habet liberam administrationem fructuum, & omnia administrat excepta alienatione immobilium, *ca. 11. cui. de elec. lib. 6. & cap. cum nobis. in si. de elec. extrà.* Facit quod no. *Host. in c. veniens. de transac. & per eundem Host. in c. fi. de pecul. cle.* quod clericus, vel Prælatus potest in vita pro libito disponere; & distinguit ibidem inter clericum habẽtem Ecclesiam, seu beneficium, quod habeat administrationem, & quod non ha-
4 bet: quia † si habet, quamdiu viuit, & sanus est, æquiparatur clericus, vel Prælatus vsufructuario, qui facit fructus suos. Vnde donare potest, sed mo-
5 deratè, *c. cæterum. de dona.* & si incipit infirmari, † tunc non est amplius vsufructuarius, sed æquiparatur vsuario; aliquid tamen plus habet, quam vsuarius, quia eleemosynam facere potest, *c. ad hæc. de testa.*

§ † Si autem non habet administrationem, sed 6
simpliciter, & personaliter sit beneficiatus, habet omnimodam in fructibus potestatem, & omnimodam dispositionem: quia quantum ad fructus suos faciendum æquiparatur vsufructuario, & facit illos suos vsque ad obitum, ac de eis etiam testari potest, *c. requisisti. §. illud. de testam.* & ita dicit Host. seruari de consuetudine, quæ quasi vbique obtinet generalis. hanc opin. sequitur, & approbat. *gl. in cap. præsenti. de off. ord in 6. in verb. reseruari.* quæ gl. vt dicit Abb. *in c. fi. de pecu. cle.* multùm inualuit apud omnes. Idem dicit Abb. *in c. cum in officijs. nu. 7. de testa. ibi;* Sed alia opinio multum inualuit apud omnes de consuetudine: & approbare illam videtur Rota *decis. 855. in antiq incip. cum Camera Apostolica.* Et dicit Io. de Imo. *in d. c. cæterum.* secundum D. Anto. quod si † Prælatus velit rem 7
mobilem Ecclesiæ pretiosam alienare, aut vult facere donationem de reditibus, quos facit suos; quod quando fit, notatur per gl. *in c. præsenti. de off. ord. li. 6. § porrò,* tunc potest donationem facere in quantacunq; quantitate voluerit, etiam sine consensu capituli, vel superioris, ex quo sunt sui. Nec obstat, inquit, quod habetur *in c. olim. il 2. de priuil.* quia ibi nõ loquitur de fructib⁹, sed de mobilib⁹ acquisitis Ecclesiæ: quia pecunia, q̃ Episcopus, qui erat religiosus, acquisierat, cedit † Episcopatui, *c. j.* 8
18. q. j. Ideo non poterat de illa disponere in quantitate immoderata, sed quando esset moderata, sic in fructibus.

§ Aut agitur de præiudicio solius Prælati, ideò potest donare in quantacunque quantitate vult, cum Prælatus possit de illis disponere. Si vero vult donare de fructibus, quos non facit suos, tunc, si vult donare aliquod minimum benemerenti, potest etiam sine consensu capituli, etiam non subsistente aliqua consuetudine. Et quod dicatur minimum, † vel non, stabitur determinationi con- 9
suetudinis, si de illa appareat, aliàs videtur, quod arbitrio superioris hoc poterit determinari, *arg. c. de causis. de offi. de leg.* qui habet considerare quantitatem, seu valorem rei.

§ † Si autem vult donare aliquid, quod non sit 10
minimum, non tamen lædere ecclesiam enormiter, & tunc sine consensu capituli non poterit, nisi hoc habeat consuetudo, & cum consensu capituli hoc posset. Si autem vellet immoderatè donare, tunc non posset etiam cum consensu capituli, licèt hoc consuetudo haberet: quia talis consuetudo vti onerosa Ecclesijs non valeret.

§ Sed, inquit, *Abb. in d. c. vlt. ante fi. de pecu. cler.* illa gloss. mihi nunquam placuit: quia per text. in *c. requisisti,* quem allegat, & in quo se fundat, non probatur in iure eius intentio: quinimmò potius ille tex. facit contrà, quam pro. ibi enim tantum dicitur, † quod relictum clerico non habenti admini- 11
strationem, sed tantum simplex beneficium habenti, præsumitur, relictum non intuitu ecclesiæ, sed personæ, & sic acquiritur personæ, non ecclesiæ. Facit optimus text. *in c. Episcopus. § his ità respondetur.*

12 *detur.14.q* j. vbi probatur, quod † canonici, qui
simplex habere dicuntur beneficium, non habēt
bona sui canonicatus, vt propria, sed vti ad dispē-
sandum. Et prębendæ, cū procedant de reb. eccle-
siæ, non dantur canonicis simpliciter, vt de eis fa-
ciant, quod velint ex reditibus, sed vt primò ne-
cessaria percipiant per se; si quid superest, debent
expendere in vtilitatē ecclesiæ. quia inquit Abb.
13 *in c. rēlatū. lib. 2. de testa.* † bona præbendarum sunt
ecclesiæ quanquā sint diuisa per præbendas, vnde
per hanc diuisionē non perdunt bonam naturam
suam, quia bona ecclesiæ cedunt pijs vsibus, non
autē vt canonicus possit de eis testari ad libitum.
Vnde bona istorū simpliciter beneficiatorum ità
sunt, & debent dici res ecclesiæ, sicut bona habētis
administrationem, & sunt diuisa per præbendas,
14 vt commodius percipiantur necessaria Sed † ho-
diè in acquisitis de simplicibus beneficijs habe-
mus specialem, & particularem prouisionem per
Pium IV. factam, vt videlicèt de talibus nō pos-
sit taliter beneficiatus disponere, nisi habeat ad
hoc speciale Apostolicum priuilegium, aut adsit
in loco consuetudo legitimè præscripta; vt per
Breue prælibati Pij Magistro Francisco Odescal-
co directum, sub dat. die 6 Martij, anno 1560 an-
no sui Pontificatus primo, per ea verba, Quod be-
neficia simplicia, nisi ex priuilegio Apostolico,
seu ex consuetudine legitimè præscripta. Idem
reperitur in Breue eiusdem Pij Matthæo Minali
generali suo Thesaurario sub die 30. Iulij, eiusdē
anni 1560. de quo in meo tract. Spoliorū prope-
diem edendo. Facit, quod dicit gl. *in c. res ecclesiæ*
15 *12.q.1.* quæ habet. † quod si clericus emat equū de
reditibus ecclesiæ, est ecclesiæ, non proprius, &
reditus potest esse de quocunque beneficio tam
administrationē habente, quā non habēte ex quo
16 est † verbū generaliter prolatū, nō particulariter,
quod generaliter intelligi debet, *l. de pretio. de pu-
bli. in rē acti.* Faciunt, quæ leguntur, & notātur 44.
17 *dist. in prin. vbi dicit gl.* quod de rebus † ecclesiæ suf-
ficere debet clerico, quod habeat necessaria tan-
tū, & illa necessaria arctantur ad victū, & vestitū;
18 & tex. *ibidē habet*, quod clericus † de altari viuere
habet, non luxuriari, nec ibi fit distinctio qualita-
tis beneficij, habeat, vel nō habeat administratio-
nē In terminis dicit Ang. *in Sūma, in verb. Emptio.*
19 *§. 12. incip. vtrum emptum.* quod † si clericus de pecu-
nia præbendæ emat prædium, nō potest illud po-
stea amplius dare etiam intuitu pietatis, licèt pe-
cuniam præbendæ potuisset dare, quia prædium
sic emptum statim fit ecclesiæ. Eandem gloss. re-
probat Abb. *in c cum esset. in repet. num. 23. idem in
c. cum in officijs num. 7. de testam. item in cap. 2. sub nu.
9. vers. an autem de decimis.* Nec pari modo illa
glo. placet Archidi. *in c. statutum. § assessorem de re-
scrip in 6. Idem tenet Innocen. in c. Iudæorum de ætat.*
20 *& qualit.* qui dicit indistinctè, quod clericus † nō
habet dispensare res ecclesiæ nisi in suas necessi-
tates, & illorum, qui sibi inseruiunt, & potest do-
nare pro remuneratione seruitij; vbi Inno. nul-
lam facit differentiam, an bona, & res sint benefi-
ciati simplicis, vel alterius generis. Idem tenet
Dom. de S. Gem. & Franc. *in d. c. præsenti. de off.
ord. colum. 5. Barb. in tract. de præstan. Card. j. part.*
*q. 3. num. 46. vers. nec obstat glo Idem c. requisisti. de te-
stam. num. 34. idem in c. fi. de pecul. cle. num. 14. Bel-
trand. in cons. 258. 2. vol. Ias. cons. 75. vol. 3.* † quia 21
clericus de rebus ecclesiasticis mobilibus, ac fru-
ctibus ecclesiæ potest solùm in ægritudine con-
stitutus, & si sit compos mentis, dare, & disponere
pauperibus, locis religiosis, & his, qui sibi hone-
sta exhibuerunt seruitia, etiam si tales fuerint si-
bi sanguine, aut affinitate coniuncti, c. ad hæc. c.
relatum. de testa. & idem potest donare, dum sa-
nus est, ex iusta causa, dummodò moderatè do-
net, *c. caterùm. de don Item dicit Abb. in d. c. relatum.
lib. 2 num. 8. vers. no. ibi in verb. licet.* quod cleri-
cus in ægritudine, de qua postmodùm decessit,
potest aliqua mobilia ecclesiæ conferre reli-
giosis locis, & pauperibus, & his, qui sibi ser-
uiunt siue consanguinei sint, siue extranei, secun-
dum seruitij meritum. Ex quibus verbis infertur,
quod in pauperibus, & locis religiosis sufficit ad
erogationē faciendā sola charitas; sed in alijs, qui
nō sūt pauperes, vel nō sūt loca religiosa requiri-
tur, quod præcedat aliquod seruitium. Ex quo in-
fero secundò, † quod consanguineo diuiti, qui nō 22
seruiuit Ecclesiæ, vel prælato, non potest præla-
tus aliquid conferre, etiam de mobilibus Eccle-
siæ. Et pondera, inquit, ibi verbum. Aliqua quod
denotat quandam moderationem; non enim de-
bet omnia mobilia Ecclesiæ dispensare in ægritu-
dine. quia dicit Spe. *in tit. de stat. mona. vers. 17.*
quod Episcopus, & † presbyter, nō tamen religio- 23
sus de fructibus Ecclesiæ suæ, & mobilibus sibi
ratione Ecclesiæ acquisitis poterit seruitoribus
mercedes relinquere, & donare, & remunerare
eos, l. *iubemus. C. de sacrosan eccl.* dum tamen id non
fiat in fraudem, vt quidem faciunt legantes nepo-
tibus, & consanguineis suis maximas, & diuersas
pecuniæ quantitates sub nomine remunerationis
perceptorum seruitiorum ab illis contra iura, vt
65. dist. non satis, & dicit Did. Couar. Doct. excel-
lens Hispanus *in c cum officijs. de testa. vers. 6 de his,
quod per tex. in c. ad hæc. eo.* probatur, quod clericus
† in ægritudine constitutus causa donationis inter 24
viuos potest reditus Ecclesiæ in piam erogare cau
sam, modò in donatione moderamine vtatur, si
ex ea ægritudine decedat. † Sed si in bona existens 25
valetudine velit in piōs vsus aliquid de bonis mo
bilib^9 erogare, id agere poterit liberè, & id agere
nulla præfinita quantitate, quod probatur etiam
*in c quia 10. iuncta gl 12. q 5. not. Abb. & maximè per fi-
nalia verba, Anchara. Imo. Barb. in d. c. ad hæc.* Vnde o-
portet à viuente fieri traditionem horum bono-
rum, quæ donantur. Barb. *d. loco. 2. col.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus de bonis ecclesiæ regulariter disponere non
potest Fallit in quatuor casibus.*

2 *Clericus quicquid acquirit de rebus ecclesiæ, debet
ecclesiæ conferre, alias punitur.*

3 *Præbenda datur canonico pro suis necessarijs, & si
quid superest, debet in communes vsus ecclesiæ ex-
pendi.*

4 *Canonicus vtitur rebus ecclesiæ tanquam sibi credi-
tis ad dispensandum, non tanquam suis.*

CAP.

CAP. II.

DICIT autem Abb. *in c. cum in officijs. num. 4. eod tit. de testam* quod clericus de bonis in-
tuitu Ecclesiæ, vel de facultatibus Ecclesiæ
acquisitis non potest testari, aut aliter de ipsis bo-
1 nis disponere realiter, nisi † in quatuor casi-
bus. Primò, si clericus tantundem de suo Ecclesiæ
contulerit, quantum vult relinquere, vel dispone-
re, *12. q. 2. si quis qualibet. e a cau. q. 5. si Episcopus.* Se-
cundò, de rebus mobilibus, & modicis, si adsit cõ-
suetudo. Tertiò, potest donare intuitu eleemosy-
næ, quam clericus potest facere in infirmitate cõ-
stitutus. Quartò, quãdo clericus vult remunerare
honesta recepta seruitia tam à consanguineis, quã
ab extraneis, *c relatum. li. 2. §. licet. de test.* vbi etiam
idem Abb. Et isti sunt casus, in quibus videtur
permissum licitè clerico disponere, & testari de
fructibus Ecclesiæ, nec vltra istos casus alios enu-
merat, nec in eis iura, quæ allegat, magis distingu-
unt in fructibus non habentis, quã habentis ad-
ministrationem. Quia idem Abb. *in repe. ca. cum es-
ses sub num. 21. vers. & hanc partem ego amplector. de
2 testam.* dicit, quod indistinctè quilibet † clericus
quæcunque acquirit de bonis Ecclesiæ, debet con-
ferre Ecclesiæ, aliàs punitur, per *tex. in cap. j. 12. q. 3.*
Et in hac materia est, inquit, in terminis *text. in §.
si cum c. seq. 12 q* j. vbi expresse habetur de clerico
3 non habente administrationem: & dicitur ibi, †
quod præbenda datur canonico pro suis necessa-
rijs, & si quid deductis necessitatibus superest, il-
lud in cõmunes vsus Ecclesiæ expẽdat. Eundẽ tex.
allegat idẽ Abb. *in c. fi. ante fi. de pecu cle.* dum con-
futat *gl. in c. præsenti. de offi. ord. in 6.* & similis tex. ha-
betur in *§ his ità respondetur. c. Episcopus. 14 q. j.* vbi ha
4 betur expressum, quod † canonicus non vtitur re-
bus Ecclesiæ tanquam rebus suis, sed tanquam re-
bus sibi creditis ad dispensandũ, quia ipse in rebus
Ecclesiæ est procurator. Pro hoc est bonus tex. *in
c. videntes. 12. q* j vbi habetur, quod ideo fuit ordi
natum, quod bona, quæ offerebantur Ecclesię per
fideles ad fidelitatem confluentes, reseruarentur
Ecclesiæ, & non amplius venderentur, vt olim, &
à principio fiebat, vt ex fructibus eorum necessa-
ria tribuerentur egentibus in communi vitam du
centibus. Quia secundum Abb *in d. c. cum esses. vbi
sup.* & eundem Barb. *in tract. de præstan.* Card. *q. 3. j.
part. sub nu. 46 post vers. nec obstat, si dicatur.* non est
vera illorum opinio, qui dicunt, quod clericus, si-
ue Prælatus faciat fructus beneficij liberè suos,
per *c. vnic de cler. non resid in 6.* Nam clericus reci-
piendo fructus sui beneficij dicitur illos facere
suos quò ad hoc, vt de illis sibi prouideat primò,
& de superfluis, deducta sua prouisione, dispenset
in vsus pios, non vt de illis possit vel testari, vel
pro libito suæ voluntatis facere: vt est bonus tex.
in c. si quos de seruu. 12 q. 2. vbi donatio facta de fru-
ctibus reuocatur, & pro non facta habetur: ita
Barb. *vbi suprà.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus de reditibus Ecclesiæ potest donare illos reditus, quos facit suos.*

2 *Clericus potest donare reditus, quos facit suos mediante labore suæ personæ.*

3 *Clerici de illis fructibus, qui sunt eorum vsui deputati, videntur posse donare.*

4 *Episcopatus est patrimonium Episcopi quantum ad dispensationem.*

5 *Prælatus non habet in fructibus, ac prouentibus ecclesiæ, nisi victum pro se, & suis.*

6 *Beneficiatus ad hoc, vt possit testari tria requiruntur.*

7 *Distributiones quotidianæ, ac alia huiusmodi, quæ dantur ratione personalis exercitij, liberè acquiruntur clericis.*

8 *Pensionarius pro libito potest de pensionibus disponere.*

9 *Pensio non est ecclesiasticum beneficium, sed quid in temporalitate consistens.*

10 *Clericus dominus est fructuum beneficij perceptorum.*

11 *Fructus beneficij quo pacto clericus disponere possit: vbi tres referuntur opiniones.*

CAP. III.

ADdit & idem Abb. *in cap. cæterum. num. 4. de
don.* † quod clericus de reditibus ecclesiæ 1
potest donare illos reditus, quos facit suos:
puto ego quales sunt distributiones quotidianæ,
& huiusmodi, vt habetur *in c. vnico. de cleri. non re-
siden. in 6* † Item de his, quæ acquirit clericus me- 2
diante labore suæ personæ, purà, de salario, aut
emolumentis, quæ acquirit in seruiendo alicui
pro capellano, & huiusmodi. Item de fructibus
beneficij illam partem, quæ est sibi pro necessita-
tibus suis, & suorum ex canonum dispositione
assignata, si tamen illam clericus in suum vsum,
& alimoniam conuertat, vel alijs disponat: quia
taliter vtendo, & fruendo, seu disponendo facit
suam, non aliter, vt per Abb. *in c. reprehensibilis.
extrà de appellat.* Sed S. Tho. *2. 2. q. 185. de his, quæ
perti. ad sta. Episcopo arti. 7. incip. ad septimum.* dicit,
quod † clerici de illis fructibus, qui sunt eorum 3
vsui deputati, videntur posse donare, & prout si-
bi libet disponere; quia de illis eadem est ratio,
quæ de proprijs eorum bonis, quorum paulò an-
te dicit esse sibi liberam dispositionem. Facit tex.
in c. indicatum. 89. distin. vbi dicitur, quod † Epis- 4
copatus est patrimoniũ Episcopi, & debet intelli-
gi quantũ ad dispensationẽ: quia clerici sunt di-
spensatores, & habent potestatem dispensandi res
ecclesiæ. Et per prædicta, ac per alia, quę ibi addu-
cit Abb. nulla est differentia inter habentẽ admi-
nistrationẽ, & non habentẽ; innuens, quod tã sunt
bona ecclesiæ ex simplici beneficio peruenta, quã
ex beneficio administrationis acquisita, quia talis
distinctio iure nõ probatur, per Card. Zab. *c. fi. de
pecul. cler. col. fi. circa finẽ*, per illa verba; Secũdo ca-
su, licèt, vt prædixi, quidã distinguant inter bene-
ficia simplicia, vel nõ simplicia: itẽ alij distinguãt
inter clericos sæculares, & regulares, tamen tales
distinctiones iure nõ probatur. & ibi paulò infe-
rius. Secundò casu indistinctè potest etiã donãdo:
quia dominus est fructuũ, & æquũ esset statuere,
quod de omnibus fructibus, &c. per quæ conclu-
dũt Abb. & Zabar. quod Prælatus † nõ habet in fru- 5
ctibus, ac prouẽt. ecclesiæ, nisi victũ pro se, & suis, &
illo deducto ius in ecclesia, & in pauperes illos fru

ctus canonicè dispensandi super qua quidem materia dicit Gemi. *in c. præsenti. de off. ord. in 6.* Quidam intelligunt *gl. in d. c. præsenti.* vt loquatur de simplici beneficio, vt quilibet habens simplex beneficiũ testari possit, quod dicunt falsum, & contra text. *in c. relatum* qui loquitur in canonico, & sic consequenter in habente simplex beneficium, qui tamen non potest. & hoc, inquit, fateor. Sed glo. rectè intellecta est verissima, & id non dicit; sed be-
6 nè dicit, † quod ad hoc, vt beneficiatus possit testari, tria requiruntur: primum, quod non habeat administrationem, secundum, quod beneficium sit simplex, tertium, quod illud obueniat sibi personaliter tantum, & consequenter tales fructus concessi ratione stipendij personalis, quibus concurrentibus potest disponere, & testari, & alias, vt ibi per eum. quia sic intelligendo benè, procedent, quæ dicit gloss. & ea, quæ dicit Abb. qui intelligit, quod glo. loquitur in simplici beneficio tantum, non autem de fructibus, qui obueniunt ratione
7 seruitij personalis: quia † destributiones quotidianæ, & alia huiusmodi, quæ dantur, & distribuuntur clericis ratione laboris, & exercitij personalis, acquiruntur clericis ad liberam eorum dispositionem, per text. *in c. fi. de cle. non resid. in 6. per Di-*
8 *da. Couar. in c. cum in officijs. de testa. num. 4.* † Quod ego quoque puto posse dici de pensionibus, ac de pensionum fructibus, de quibus clericus, vel pensionarius videtur posse pro libito disponere, adeò quod pensiones decursas, & non exactas per pensionarium, per eius hæredes exigi, & recuperari
9 possunt. quia pensio non est † ecclesiasticum beneficium, sed quid prosanum in vera temporalitate consistens, per Fely. & alios *in c. ad audientiam. lib. 2. de rescript. in Clem. 1. vbi Card. & Imol de supplen. negl. Præla. Et refert Imo. in d. c. fi. de pecul. cler. quod D.*
10 *Floren.* tenet indistinctè, quod † clericus sit dominus fructuum beneficij perceptorum, & quod de illis possit quoquo modo, & pro quantacunque quantitate in vita disponere liberè, & sine aliqua
11 difficultate. † Vnde, inquit, in hoc sunt tres opiniones. Vna videlicèt, quæ multum restringit potestatem clericorum, quæ habet, videlicet, quod vltra necessaria clericus non disponat: quæ fuit opinio Inn. *in c. Iudæorum de æta. & qualit. Io. Cald. in c. statutum. §. assessorem. de rescrip. in 6. Abb. in d. c. cum esses. in repet.* Secunda, quę dat magnam potestatem circa fructus, quæ fuit D. Florent. Tertia Host. qui distinguit in clerico habente, & non habente administrationem, vbi idem resoluit, quod opinio Inno. & sequacium sit vera de iure, & quod clericus possit moderatè donare de fructibus saltem, si adesset consuetudo, & opinio Host. qui dicit, quod ità seruatur, quod possit tollerari consuetudo. si adsit, & quod de consuetudine valeat, & sit bona eius opinio; vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus sicut non potest disponere de omnibus fructibus, ità nec de acquisitis de fructibus Ecclesiæ.*
2 *Clericus non facit eos fructus suos, qui supersunt deductis expensis, & necessarijs.*
3 *Acquisita de fructibus ecclesiæ sunt ecclesiæ.*
4 *Clericus non dicitur dominus, sed procurator.*
5 *Si quis habuerit argentum, & alia huiusmodi, pars eius non erit Dominus.*
6 *Sacerdos si quid emat proprio nomine de fructibus Ecclesiæ, res efficitur Ecclesiæ.*
7 *Prælatus sicuti alienans rem Ecclesiæ debet ab administratione amoueri: ità & si fraudat Ecclesiam appropriando sibi vel alteri acquisita ex fructibus Ecclesiæ.*
8 *Clericus si de fructibus Ecclesiæ emit equum, equus est Ecclesiæ.*
9 *Quicquid acquirit clericus intuitu Ecclesiæ, ad Ecclesiam pertinet.*

CAP. IV.

QVOD autem dictum fuit, quod Pręlatus, vel clericus non faciunt fructus suos, nec disponunt de illis pro libito. sed illos habent dispensare canonicè iuxta modum à iure, & canone traditum, † idem debet intelligi, & dici de ac- 1
quisitis, vel comparatis de fructibus Ecclesiæ, de quibus pari modo videtur, quod clericus non possit disponere pro libito suæ voluntatis. quia, vt dico, stante, quod clericus † non faciat eos suos, qui 2
supersunt deductis expensis, & necessarijs, vt per Archid. *in ca. statutum. de rescrip. li. 6. refert Dom. de S. Gemi. in c. præsenti. de off. ordin. li. 6. per text. in cap. 2. 12. q. 3. & ità intellexit Barth. Brix. illum text.* patet, quod res acquisitæ de bonis Ecclesiæ non sunt clericorum, quia clerici debent ea, quæ supersunt deductis necessarijs, pauperibus erogare, aliàs, iniquè agunt. Vnde † empta, vel acquisita ex fructi- 3
bus Ecclesiæ sunt Ecclesiæ, *c. Episcopi. 12. q. 1.* & consequenter solus vsus competit clerico; licèt Archid. *d. c. fateatur*, quod clerici sunt perceptorum fructuum domini, & habet eorum proprietatem, quantum ad fidem, & debitam dispensationem faciendam. & istam partem Archid. veram credit Gemi. *d. loco*, quia illam optimè probant iura, quæ allegantur; † quia clericus non dicitur Dominus, 4
sed procurator. Facit optimè tex. *in c. clericus. 12. q. 1. per totum illum text.* & maximè in illis verbis, Si autem ego pars Domini sum, & funiculus hæreditatis eius, non accipio partes inter cæteras tribus, sed quasi leuita, & sacerdos viuo de decimis, & altari seruiens altaris oblatione sustentor. Habens victum, & vestitum his contentus ero, & nudam crucem nudus sequor. & per illa verba paulò ante. Qui Dominum possidet, & cum propheta dicit: pars mea Dominus, nihil extra Dominũ habere potest. Quòd si † quidpiam aliud habuerit 5
putà, aurum, argentum, possessiones, vel variam suppellectilem, pars eius non erit Dominus, optima *gl. in c. quia nos. extrà de testa. in gl. 1. ibi.* Item nota, quod de bonis ratione Ecclesiæ acquisitis testari non possunt. optimus text. *in c. placuit. 12. q. 3. vbi in gl. verb. suo.* dicit, quod speciale est in Ecclesia, † 6
quod licèt sacerdos aliquid suo emat nomine de pecunia Ecclesiæ, res illa statim facta est Ecclesię. Abb. *in c. j. num. 4. vers. nota ibi. de pecul. cle.* quod res empta de pecunia, aut fructibus Ecclesiæ, licèt emptio sit nomine emētis. efficitur Ecclesiæ, & acquisitũ Ecclesiæ debet remanere Ecclesiæ, nec de eo pōt cleric⁹ disponere. idē *in c. fi. in princ. eo. tit. de pecul. cle. Lu. Rō. cōs. 159. inci. super eo, quod* quia vt dicit idē Abb. *in c. presbyter. eo. n. 4. vers. itē no.* Pręlat⁹ nō est

est dominus fructuum beneficij sui: nam si efficeretur dominus, posset acquirere sibi de reditibus secundum libitum, cuius contrarium, inquit, deciditur. Subdens *ibidem num. 5.* quod quemadmo-
7 dum † Prælatus alienans iam acquisita per Ecclesiam debet à gubernio ecclesiæ amoueri, & administratione priuari: ità pari modo si fraudat ecclesiam in acquirendo, vt quia acquisita ex reditibus ecclesiæ appropriat sibi, vel alteri. idem Abb. *in c. inquirendum. eo. optima gl. in c. res ecclesiæ. 12. q. j.* quæ
8 habet, quod si clericus de reditibus † ecclesiæ emit equum, equus est ecclesiæ. bona glo. in c. cum in officijs. de testam. quæ multa allegando dicit,
9 † quod quicquid acquirit sacerdos, vel quilibet alius clericus intuitu ecclesiæ, ad ecclesiam pertinet. & aliàs, vt ego dico ad longum in meo tractatu, quem conscripsi in materia spoliorum ecclesiasticorum, *in quæstione de potestate clerici, vel Prælati, vers. in acquisitis verò. vbi vide pro tota præsenti hac quæstione ad longum.*

SVMMARIVM.

1 *De fructibus, qui beneficiato obueniunt ratione tituli tantum, non potest Prælatus vltra necessaria disponere.*
2 *Bona Ecclesiæ cum proueniant ex eleemosynis, & oblationibus fidelium, de illis non debet clericus se, & suos ditescere.*
3 *Communis opinio inualuit, quòd hodiè clerici sibi appropriant omnes fructus ecclesiæ.*
4 *Clericus debitor ex vsu curiæ potest dare fructus sui beneficij creditoribus in solutum.*
5 *Clerici personaliter beneficiati ex generali consuetudine faciunt fructus suos.*
6 *Episcopi olim recipiebant medietatem oblationum suæ prouinciæ; secus hodiè.*
7 *De reditibus Episcopalis ecclesiæ fieri debent quatuor portiones.*
8 *Deputatum ad fabricam an possit conuerti in alium vsum.*
9 *Episcopus potest facere, quod vult de portione Episcopi.*
10 *Idem iudicatur de fructibus vsui clericorum deputatis, quod iudicatur de proprijs eorum bonis.*
Clericus habet participare de fructibus Ecclesiæ, quatenus indiget, pro victu, & vestitu, ibidem.
11 *Bona ecclesiarum sunt pauperum.*
12 *Prælatus primò sui, & ecclesiæ seruientibus prouidere debet, reliqua verò, quæ superfunt, fidelibus ministrare.*
13 *Moderatè accipitur, etiam si in puncto excedatur: nam immodicus excessus tantum damnatur.*
14 *Prælatus non tenetur ad restitutionem illorum, quæ sunt deputata ad alimenta Prælati.*
15 *Episcopus pauper dicitur, qui non habet victum, & vestitum.*
16 *Clericus de fructibus, qui dantur seruienti tantum in diuinis, veluti sunt distributiones quotidianæ, & similia, potest disponere, sicut laborator de diurno denario.*
17 *Clericus acquirit distributiones quotidianas taliter, quòd illos facit suos.*
18 *Clericus potest testari de distributionibus quotidianis.*
19 *Distributiones quotidianæ non augent corpus præbendæ.*
20 *Distributiones quotidianæ non computantur in valorem fructuum.*
21 *Clericus potest locare, & vendere operas sua etiam spirituales.*
22 *Clericus habens præbendam distinctam non potest de illius fructibus disponere; secus, si præbendæ non sint distinctæ.*
23 *Capellani amouibiles possunt disponere de salario sibi statuto.*
24 *Clericus de fructibus, qui non debentur ob titulum, nec deseruienti sed quia sunt authoritate Apostolica reseruati, disponere potest.*
25 *Pensiones decursas hæredes pensionarij exigere possunt.*
26 *Pensio, quæ assignatur pro beneficio ecclesiastico, reputatur vt beneficium ecclesiasticum.*
27 *Pensiones hodiè regulariter assignantur de certa portione alicuius mensæ, & etiam laico assignari possunt.*
28 *Pensionarius æquiparatur vsufructuario.*
29 *Vsufructuarius facit fructus suos adeò, quod illos etiam transmittit ad hæredes.*
30 *Pensio, cùm assignetur, vt pensionarius commodius sustentari valeat, videtur assignari in causam alimentorum.*
31 *Legatarius, cui debentur alimenta, transmittit ius exigendi præterita ad suos hæredes.*
32 *Pensionum decursarum ius competit hæredibus pensionara.*
33 *Fructus lucrati per pensionarium dicuntur proprij.*
34 *Pensio est hæredum pro rata fructuum perceptorum.*
35 *Acquisita per clericum de fructibus distributionum quotidianarum, & pensionum, sunt propria ipsius clerici.*

CAP. V.

IN hac igitur materia pro cognitione veritatis, meo iudicio est distinguendum inter qualitates redituum, vel fructuum Ecclesiasticorum, vt ibi in d. meo tractatu distinguo: quia iudico, quod de omnibus indistinctè non sit habenda eadem ratio. Quia videlicèt aliquid † fructus sunt, qui 1
obueniunt Prælato, seu beneficiato regulariter ratione tituli tantum, non alia ratione, vel causa, vel sit beneficium habens, aut non habens administrationem, quia nihil refert, per Abb. *in rep. c. cum esses. num. 23. de testa. & c. si de pecul. cler.* putà reditus, qui veniunt ex prædijs, domibus, censibus, terris, locis, beneficijs, aut alijs ex reb. ecclesiæ, vel oblationibus; qui debentur Prælato, aut beneficiato; ex eo, quia est in beneficio Ecclesiæ, aut prælatura institutus, & seu intitulatus. Et de istis, quod vltra necessaria pro victu, & sustentatione sua, & suorũ non possit disponere Prælatus, nec de eis dispensare, vel disponere, nisi moderatè, & in modis licitis à iure expressis, & de his fructibus loqui iura, traditur per Abb. *in d. c. cum esses. loco suprà adducto, & per alios suprà allegatos Doct.* quorum opinio mihi magis iure fũdata videtur, ac magis bono, & æquo consona: eò quia cum bona ecclesiæ † omnia pro- 2
uenerint,

uenerint,& proueniant regulariter ex eleemosy-
nis,& oblatione Christi fidelium,& p oterea ad
vsus pios collata, de eis clericus non : bet posse
se,& suos ditescere, vel in alios modos, & vsus,
quam sit à iure statutum, dispooere, cuiuscunque
generis sint beneficia, vel habentia admioistratio
nem, vel non habentia, vel curata sint, vel simpli-
cia. Idque eò magis, quia sic intelligendo videtur
intellectus Ecclesiæ fauorabilis, pro qua semper
habet fieri benigna interpretatio. quamuis dicat
Abb. *in c. peruenit. extrà de fideiussor. nu. 12. circa fin.*
3 quod commuois † opinio inualuit, quod hodiè
clerici nedum non contentantur de conuenien-
ti portiooe fructuum pro eorum necessarijs, sed
appropriant sibi omnes fructus, & de eis dispo-
nunt ad libitum. Subdens ibidem, Vnde visum
fuit curiæ, & iudicibus, quod sit melius, vt cleri-
4 cus † debitor det fructus sui beneficij creditori-
bus in solutum pro ære alieno soluendo, quam vt
expendat in aliam causam. idem *in ca. reprehensibi-*
5 *lis. de appellat. in additio. nu. 20.* † ait, esse consuetudi
nem generalem apud omnes, quod clerici perso-
naliter beneficiati faciunt fructus suos, iuxta di-
stinctionem *gl. in cap præsenti. de offi. ordi. in 6.* Idem
videtur dicere Abb. *in c fin. sub nu. 5. de pecul. cler. i-*
bi; Sed aduerte quia gl. apud omnes multum inua-
luit. Sed cum hoc sit in præiudicium Ecclesiæ,&
cootra Ecclesiam, nescio, an appellari potius vsus,
quam corruptela, vel abusus debeat. quoniam di-
cit Andr. de Iser. *in Constit. Reg. in rub. de decimis præ*
standis; quod per ius canonicum est statutum,
quomodo fieri habeat emolumentorum Ecclesiæ
diuisio, seu dispositio, quia videlicèt de obligatio-
nibus fiunt tres partes, de decimationibus, & a-
lijs debitis Prælato, *12. qu. 2. cap. de reditibus.* ad qua-
rum notitiam apparet, quantum est onus Præla-
torum, & pauci hodiè peccatis exigentibus sal-
6 uant se. Sed dic, inquit, quod olim in primitiua
Ecclesia Episcopi propter paupertatem recipie-
bant medietatem oblationum suæ prouinciæ, *10.*
q. 1. c. antiquos. posteà verò receperunt tertiam, ea. ca. &
q. c. de his posteà quartam, 12. q. 2. c. vobis. & c. concesso.
& capitulo quatuor. hodiè autem de oblationibus
nihil, quia illa tertia, quæ postea fuit quarta, ser-
uatur pro fabrica Ecclesiæ, pro qua oblationes
proueniunt. sed si Episcopus vellet habere onus
fabricæ, posset illam habere, *10. q. 3. placuit. & in ca.*
vnio. nam alia tertia oblationum est pauperum, a-
lia clericorum illius Ecclesiæ; sed si clericis non
sufficeret illa tertia, accipient clerici tertiam pau-
perum, sic & Episcopus aliàs seruatur pauperibus.
Et si non sint pauperes, seruatur futuris pauperi-
7 bus, vt not. *in d. c. vnio.* † Item de reditibus Episco-
palis Ecclesiæ, inter quos videtur esse quarta de-
cimarum,& aliorum iurium debitorum prælato,
c de quarta. ext. de præscriptio. fiunt quatuor partes,
& quatuor portiones: vnam habet Episcopus, a-
liam clerici, aliam pauperes, aliam verò fabrica
Ecclesiæ. Et si non indiget fabrica, seruatur pro
futura fabrica, vel emitur inde possessio ad opus
Ecclesiæ, *cap de reditibus. cap. præcedenti. & cap. vo-*
bis. 12. quæst. 2. Vnde est hæc alia diuisio in quarta
parte, quam diuisio oblationum, quæ in tres diui-
ditur portiones; & dicitur hoc *in c. vnio.* Quantum
autem ad fabricam Ecclesię, tene quod not. Inno.
c. si de his, quasi à maior. par. capi. scilicet vt si tertia,
vel quarta sufficit fabricæ, non grauetur inde alij
clerici, aliàs oēs clerici cōtribuere cōpellūtur, *c. j.* 9
de eccles. ædif. vel reparan. † Et an deputatum ad fa-
bricam possit conuerti io alium vsum, vide text.
vbi Archid. *in c. j. 10. q. j. cap. gloria Episcopi. 12. quæst. 2.*
Subdens idem Iser. Quantum ad partem Episcopi,
de ea potest Prælatus facere quod vult, sicut de suo
pro se scilicet deputato, nec censentur sicut res ec-
clesiæ illud, quod pro suo vsu deputatum est. Idē
tenet S. Tho. *2. 2. quæst. 185 de his, quæ perti. ad sta. Epi-*
sco. art. 7. incip. ad septimum quod † de his fructibus, 10
qui sunt vsui clericorum deputati, videtur esse ea-
dem ratio, quæ est de proprijs bonis eorum, de
quibus habent pro libito dispositionem, & dispē-
sationem. Sed Abb. *in c. reprehensibilis. de appellatio.*
intelligit, quod sit suum, si clericus in sui alimoniā
conuertat, & in suam sustentationem: quia clericus
habet participare de fructibus ecclesiæ quatenus
indiget ad necessitatem sui victus, & non aliter.
Diximus ad longum io quæstione nostra, an cle-
ricus de fructibus beneficij in victu non consum-
ptis, &c. *in tracta spolio. Ecclesiastico.* Subdens idem
Iser. *ibidem*, Vnde si hæc portio sibi sufficit, debet
esse contentus. aliàs duas portiones pauperibus, &
fabricæ seruare, & si supersit, dabit illa pauperib⁹,
† quia bona ecclesiarum pauperum sunt, *12. q. 2. c.* 11
indignè. Et gloria Episcopi, est prouidere pauperi-
bus, & quicquid habent clerici pauperum est, *16.*
q. 1. c. vlt. in gloss. De istis bonis debent intelligi hæc
capitula, & quæstiones, *& 12. q. 1. c. si* quod primùm
† sibi, & ecclesiæ seruientibus prouidere debet de 12
bonis ecclesiæ, reliqua, quæ supersunt, fidelium v-
sibus ministrantur: si Episcopus nnn dat pauperi-
bus, peccat dando alijs, vel moderatum vsum in
abusum conuertendo, quod non punctualiter in 13
his accipiendum est scilicet si excedunt in puncto,
Sed si sit immoderatus excessus, consanguineis ta-
men dignis dabit de his, vt dicit Hostien. *in c. Epi-*
scopus. 10. q. 2. non † tenetur tamen ad restitutionem 14
istorum, quia deputata est hæc portio ad alimenta
Prælati, S. Thom. *2. 2. d. q. 185. eo. art. 7* De alijs verò
portionibus, si quid accipiat, dicit ibi, quod tan-
quam de alienis Prælatus tenetur ad restitutionē:
quod est intelligendum, nisi egeat, quia tunc ea,
quæ debet dare pauperibus, dabit sibi, ipsi paupe-
ri, & illis, qui sibi ministrat, *10. q. 2.* Episcopus. † & 15
ille dicitur pauper Episcopus, qui non habet vi-
ctum, & vestitum pro se, & ministris suis, quod at-
tenditur secundum dignitatem personæ Prælati,
de quo per Hostien. *in d. c. Episcopus. vt per eundem*
Iser. d. loco.

§ † Alij verò fructus sunt, qui obueniunt clerico 16
non ratiooe tituli tantum, neque ex eo, quia est in
beneficio institutus, vel intitulatus, sed quia in
Ecclesia in diuinis horis, & Dei laudibus deseruit,
veluti sunt illi fructus, reditus, vel prouentus qui
dantur tantum seruienti, quos non percipit cleri-
cus, si non seruit, veluti sunt distributiones quoti-
dianæ, quę dantur pro seruitio in diuinis persona
liter impenso, quæ pro quotidiano seruitio quoti
diè distribuūtur, & huiusmodi, de quib⁹ habetur
in c. vnico de cler. non resid. in 6. per quem text. appa-
ret,

17 ret, quod † clericus acquirit distributiones quotidianas taliter, quod illas facit suas; & quod de illis potest pro libito disponere, & testari; per illa verba, ibi, Rerum sic receptarũ dominium nõ acquirat, nec faciat eas suas. Videtur tenere Lauré. *in Clem fin. de praben.* dicens, quod talis seruiens fideliter diuino officio facit fructus suos, & potest sicut laborator de denario diurno disponere, prout D. Flor. ibi. Faciunt adducta per Oldrad. *cons. 118. incip.* ex virtute gratiæ. facit etiam, quod
18 voluit Domin. *in d. c. vnico dicit*; quod † clericus potest testari de distributionibus quotidianis; & hoc dicit tenere Guliel. *in extrauag. suscepti. extrauag. Ioan. 22.* quia distributiones quotidianæ dantur pro labore impenso, & in multis locis dantur
19 in pane, & in vino, † & huiusmodi non augent corpus præbendæ, sed debentur propter operam personæ, *arg. l. 1. secundo resp ff. si. mens. fal. mod. dixer. ff. pro soc. l. si duob. §. si in coeunda. & in c. licèt nobis. de praben. Facit optimè tex. in extrauagan. postulasti. extrauag. comm. de praben.* vbi distributiones,
20 † quæ dantur illis, qui horis intersunt, sunt exclusæ ab impositione collectæ fructuum primi anni, & si impetratur beneficium certi valoris, distributiones quotidianæ non sunt computandæ in valorem fructuum, quia illæ dantur ratione certi ministerij, putà, clericis interessentibus diuinis, & non sunt de corpore beneficij, nec sub illo comprehenduntur: legitur, & notatur in *c. licèt de praben. per Io. Andr. in d. c. vnico. de cler. non resid. in 6.* in nouella, & per eundem in additio. ad Specul. *in tit. de concess. praben. §. in illis facit cap. fi. de concess. prabend. §. in illis verò in 6.* vbi distributiones quotidianæ sunt aliud quàm illud, quod datur ratione præbendæ Rota *decis. 134. in nouis. eadem Rota decis. 406. in antiquis. Nicolaus de Vbaldis in tracta. de succ. cler. ab intesta. par. 3. num. 18. §. sextò quaro.* vbi multa contra hæc adducit in contrarium. Sed id dicit se facere gratia disputationis, de quibus clericus videtur posse ad libitum donare, disponere, dispensare, & contrectare, cum ei obueniat in præmium, & solutionem laboris, & ministerij suæ personæ, vt per excellentem Doctorem D. Did. Couarruuiam. *in c. cum in officijs. ext. de testa. §. tertiò eadem. & §. quin-*
21 *tò ex principali.* quia licitè clericus potest † locare, immò vendere operas suas, etiam spirituales, per Innocen. *in c. quoniam ne Pralat. vic. suas.* quia dicit idem D. Vbal. *d. loco versic. sextò quaro.* quod præbendæ nihil in hoc habent commune cum distributionibus quotidianis, in quibus clericus habet multo maius ius, quàm in præbendis, de quibus clericus potest dispensare, sicut mercenarius, & rusticus de lucro operis diurni: quia ca-
22 nonicus † habens prębendam distinctam non potest de illius fructibus, nec testari, nec disponere, ex quo dicitur habere administrationem, per Innocen. in c. nouum genus. de decim. & est casus in c. relatum. de testam. Secus, si præbendæ non sunt distinctæ, sed quia omnia veniunt in communi, & posteà distribuũtur singulariter tantum, videlicet pro singulo, & pro quolibet, de istis be-
23 nè potest disponere, & testari Idem † videtur dicendum de eis, qui habent capellanias ad nutum in ecclesijs amouibiles, quæ non dantur clericis in titulum, sed datur eis certum stipendium in anno in pecuniam, qui de tali stipendio possunt disponere. quia datur eis intuitu personæ, & pro labore.

§ † Fructus autem alij sunt, qui non debentur 24
habenti titulum, nec deseruienti in ecclesia in diuinis; sed quia sunt tertio authoritate Apostolica, vel aliàs ex fructibus, vel emolumentis alicuius ecclesiæ reseruati ex aliqua causa regulariter, vel concessi; prout sunt fructus in aliqua ecclesia alicui reseruati, prout est in fructuarijs, quibus fructus reseruantur, vel conceduntur, & prout sunt pensiones, & pensionum fructus, qui non debentur, nec ratione tituli, nec seruitij, sed sola Papæ, aut alterius superioris ordinatione, & concessione, ad id beneficium habentis, vel ecclesiam obligantis: de quibus habetur per Caccialup. *Gig. Paul. de Rom. in eorum tractatibus de pensione in principio, & per totum.*

§ De quibus quidem idem quoque venit dicendum, quod de suprà dictis distributionibus quia de pensionibus, ac pensionum fructibus clericus, vel pensionarius videtur posse pro libito disponere, adeò † quod pensiones decursas, & 25
non exactas per pensionarium eius hæredes exigere, & recuperare possunt. quia pensio non est ecclesiasticum beneficium propriè, sed quid profanum in mera temporalitate consistens, per Fely. & alios Doctores in *c. ad audientiam. lib. 2. de rescrip. in Clem j. vbi Cardi. Imola, & alij de supplen. neg-*
gli. † *Pralat.* Intelligendo, non de pensione, quæ 26
consueuit assignari pro beneficio ecclesiastico quæ reputatur vt beneficium ecclesiasticum, sed de pensione quæ est certa portio ex aliqua mensa, vel beneficio ex causa ad tempus, non perpetuò separata, per Lauren. *in Clem. praallegata, & per Gig. in principio sui tract. de pensio.* quales † sunt 27
hodiè regulariter pensiones, quæ etiam laico assignari possunt, vt per Doctor. *in c. quamuis. vbi Archid. & Fran. 2. not. de praben. in 6. Imol. d. Clem. j. colum 6. vers. quarit Guliel. de reb. eccl non alien. Bal. & post eum Fely. in d. c. ad audientiam.* Item quia pensionarius † videtur ęquiparari vsufructuario: 28
quia pẽsio extinguitur morte, vt vsufructus morte vsufructuarij, *§. finitur autem. Instit. de vsufruct.* & vsufructuarius † facit fructus suos, & adeò 29
quod illos etiam transmittit ad hæredes, per tex. *in l. defuncta. ff de vsufruct.* Item † quia pensio assi- 30
gnatur pensionario, vt commodius sustentari valeat, & sic videtur assignari in causam alimentorum, Gig. *in tracta. de pensio. quast. 51. nu. 12. Roman. cons. 388. incip. in casu propositi thematis.* Et is, qui habet legatum † pro alimentis, taliter ius habet in 31
eo, quod decedens transmittit ius exigendi præterita alimenta non soluta ad suos hæredes, *l. vti. §. fi. ff. si vsufruct. pet. l. fructus. in fin cum l. seq. ff. de rei vendic. l. qui vsumfructum. in fin. l. quasitum. & l. defuncta. ff. de vsufruct. faciunt adducta per Alex. in consil. 40. in fi. incip. perspecti: bis. 3. vol. aliàs in cons. 82. nu. 16. Vol. 2. Gig. d. loco q. 52.* vbi dicit, quod ius exigendi pensiones † decursas, & pensionario eius 32
vita durante non solutas, competit hæredibus clerici defuncti, cui dicta pensio erat reseruata,

per multa, quæ ibi adducit; vbi inquit ad *fi. d. q.* Ergo erit firmata conclusio, quod pensionis decursæ in vita pensionarij non exactæ transeunt in eius heredes, siue ab intestato decesserint, siue testamentum condiderint. Vnde tales fructus exacti, & non exacti efficiuntur pensionarij omninò, & in eis acquirere videtur dominium, quando de eis potest testari, & ab intestato decedens ad hæredes, & consanguineos illos transmittere: & ita, inquit, sępè consului, & Rotam iudicasse intellexi. Ità etiam dicit sensisse Paulum de Rom. *in suo tractat. de pensio. q. 8. vers. primò, Ecclesiastica pensio*, vbi dicit; quod
33 † fructus lucrati per pensionarium dicuntur proprij, & in illius dominium transeunt, & ab eo donari possunt, per tex *in l. edib. §. vlt. ff. de donatio. idem Gig. q. 53.* vbi tenet, quod pensio debetur hæredibus pensionarij, si tempore quo moritur, fructus sunt percepti. & paulò post ibidem tenet,
34 quod pensio, † erit hæredum pro rata fructuum perceptorum. Et ante illum tenuit Ioann. Baptist. Caccialup. *in suo tractatu de pensio. q. 25.* Sed quod pensio non sit quid merè profanum, & merè temporale, sed potius quòd sit, vel appareat aliquod ius Ecclesiasticum, putà, quia semper reseruatur, vel imponitur authoritate Papæ, vel ordinarij in casibus ei à iure permissis, quia regulariter reseruatur clerico, vel personæ Ecclesiasticæ, vnde propterea videretur, quod in pensionibus non haberent succedere hæredes: dico aliquid in meo tracta. de spolijs Ecclesiasticis in q. de potesta. cleri. &c.

§ Vnde si fructus distributionum quotidianarum secundum * communem opinionem, & pensionum, secundum aliquos, sunt omninò clerici, quoad dominium, & quoad omnimodam dispositionem in vita, in morte, in testamento, & ab in-
35 testato, est quoque necessariò dicendum, † quod quæcunque de talibus acquirant clerici, omninò pari modo faciant sua, ac de eis pro libito, vt de suis bonis proprijs, possint disponere, arg. eorum, quæ dicta sunt superius à contrario sensu; quod vti acquisita de fructibus Ecclesiæ, qui non sunt clericorum, efficiuntur Ecclesię, non clericorum; ita acquisita de fructibus, qui sunt proprij clericorum, non Ecclesiæ, efficiantur clericorum, & sint ad eorum liberum arbitrium, & dispositionem.

§ Ex quibus ad laudem Dei omnipotẽtis sit absoluta ista quæstio. Verùm quia legis, & canonum permissione possunt clerici, & Prælati euenientibus casibus de rebus Ecclesiæ disponere, etiam quod non disponere iurauerint etiam cõtra formã iuramenti, hic annectam quæstionem, an Prælatus possit res Ecclesiæ consanguineis infeudare, emphyteuticare, vel alienare.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomis, & ordinatoribus clericorum prohibetur, ne alienent immobilia sibi coniunctis secundum genus, & secundum iura matrimonij.*
2 *Ecclesia nullo modo alienat in quinque casibus.*
3 *Alienatio, quæ aliàs valeret, quandoque non tenet ratione personæ, in quam fit.*
4 *Prohibitus contrahere in sui personam, videtur etiam prohibitus in personam propinquorum, & affinium.*
5 *Prælatus prohibetur conferre ecclesiastica officia propinquis.*
6 *Episcopus obnoxius est concilio, si voluerit vsurpare rem ecclesiæ, vel dare potestatem propinquis suis, vt per eos lædatur ecclesia.*
7 *Amor, & carnalitas est vnus è quatuor modis, quibus humanum iudicium peruertitur.*
8 *Episcopi cæci sunt erga nepotes.*
9 *Clerici constituere possunt feudum, sed non dare cognatis.*
10 *Faciliores sunt homines in personis coniunctorum ad fraudandum ecclesias.*
11 *Consanguinitas facit præsumi dolum in collationibus, & resignationibus beneficiorum.*
12 *Liberalitas primò debet exerceri in domesticis, & suis.*
13 *Patri infideli an potius, quàm extraneo fideli ambobus indigentibus subueniendum sit.*
14 *Ordinata charitas quæ sit.*
15 *Prælatus non reprobatur, qui consanguineum egentem magis idoneo non egenti præfert in simplici beneficio.*
16 *Consanguineos suos Prælatus alit de bonis ecclesiæ.*
17 *Prælatus tenetur de bonis ecclesiæ dotare sororem indotatam.*
18 *Consanguineis minus est peccatum dare, quàm extraneis.*
19 *Episcopus, qui potest conferre beneficia, potest quoque conferre consanguineis affinibus, & amicis.*
20 *Prælatus potest consanguineis suis concedere in feudum, & emphyteusim.*
Nisi alia ratio prohibeat, putà, si consanguineus esset potentior, vt num. 21.
22 *Iura Episcopalia non possunt in emphyteusim concedi, nisi ex antiqua consuetudine.*
23 *Loca Sancta Rom. ecclesiæ reuersa ad Sedem Apostolicam hodiè non possunt infeudari.*
24 *Administrator, qui potest alienare, in personam consanguinei alienare non potest.*
25 *Prælatus consanguineo potest concedere in feudum rem solitam in emphyteusim dari.*
26 *Prælatus de nouo potest infeudare propter insignia merita inuestiti.*
27 *Res ecclesiæ cõsanguineis concedi non potest, quando res ecclesiæ per eos euerteretur, secus, si essent boni, & honesti.*
28 *Consanguineis prius est subueniendum, quàm extraneis.*
29 *Rector ecclesiæ potest vnam rem de ecclesia auferre dummodò tantundem ecclesiæ de suo conferat.*
30 *Oeconomus non habet tantum iuris in bonis ecclesiæ, sicut Prælatus.*
31 *Contra œconomum facilius præsumitur, quàm contra Prælatum.*
32 *Tutor palàm rem pupilli emere potest.*
33 *Ius canonicum quando tradit certam formam, non est curandum quid statuat ius ciuile.*
34 *Oeconomus est, cui res ecclesiæ gubernanda committitur.*
35 *Res ecclesiæ infeudari potest, quando concessio palàm fieret bona fide, & sine læsione ecclesiæ.*

36 Papa

36 Papa potest dare castra in feudum benemeritis erga Sedem Apostolicam.

37 Papa habet in bonis, & rebus ecclesiæ amplissimam potestatem.

38 Alienatio, quam Papa facit, valet qualitercunque fiat.

39 Exequutor testamentarius potest alienare bona suis coniunctis, aut eligere eos in pauperes.

40 Exequutor potest eligere suum filium in pauperem.

41 Prælatus potest rem ecclesiæ suo consanguineo concedere, si fraudis cessat suspicio.

42 Prælatus potest rem modicam consanguineo concedere non obstante iuramento.

43 Prælatus, qui tantundem de suo ecclesiæ dedit, potest rem ecclesiæ concedere consanguineis.

AN PRAELATVS POSSIT RES ecclesiæ consanguineis infeudare, emphyteuticare, vel alienare.

QVAESTIO LIV.

DIxi aliquid sparsim in hoc toto opere, an Prælati possint, vel nō possint suis consanguineis res ecclesię emphyteuticare, infeudare, aut alienare. Verum quia ista mihi visa est notabilis materia, decreui, quæ sparsim hic sunt dicta recolligendo, & alia ex dictis Doctorum excipiendo, ex omnibus insimul congestis vnam formare quæstionem, huicq́ue materiei suam basim, & locum dare particularem pro meliori legentium commoditate, vt pro necessitate, & casus contingentia sine alia chartarum reuolutione, & sine labore huc recurri possit. Hoc autem per aliqua contraria eundo attingam, quia sic magis dilucidata habetur veritas.

§ Primò igitur videtur dicendum, quòd nullo modo possit Prælatus suis consanguineis infeudare, & emphyteuticare res ecclesiæ. quoniam id videtur expresè à Iure, & nominatim prohibitum, per tex. qui dicit ad litteram *in Authen. de alien. & emphyteu. §. hoc verò. vers. œconomis.* vbi pro-
1 hibetur † œconomis, & ordinatoribus clericorum, quòd non faciant locationes, emphyteuses, emptiones, & hypothecas rerum immobilium ecclesiæ parentibus, filijs, & illis personis, quibus secundum genus, aut secundum matrimonij iura sunt coniuncti, per ipsos, aut personam interpositam. Vbi gl. *in verb. concedimus.* habet, quod in
2 quinque † casibus ecclesia nullo modo alienat. Primus est, quando à Principe res est data. Secundus, quando monasterium, aut ecclesia alienatur. Tertius, quando œconomus emeret, aut cognato venderat. Quartus, quando sub hac conditione ecclesiæ res data est, ne alienetur. Quintus, quia hæretico non alienat. Idem quoque, quod scilicet Prælato non liceat suis consanguineis res ecclesiasticas alienare, habetur in gl. *in verb. personis. in Authen. de sanctiss. Episcop. §. Deo autem. & per tex. ibi;* Exceptis personis, quas per alium legem hoc facere prohibemus. & dispositio tex. *d. Auth. est in Auth. quibuscunque. C. de sacrosan eccles.* vbi not. Pau. de Cas. quod ille tex. semper allegatur contra Prælatos, qui concedunt suis consanguineis res
3 ecclesiæ: quia, † inquit, licèt subsit iusta causa alienandi, & adhibeatur omnis forma, non tamen tenet alienatio ratione personę, in quàm fit, quod est intelligendum etiam si negocium palàm fiat, & bona fide. Sequitur Bal. *ibidem*, vbi dicit esse notandum, quod † vbicunque quis prohibetur à 4
contractu celebrando in sui personam, videtur prohibitus etiam in persona propinquorum, & affinium, qui pari modo prohibentur accipere. Dicit Car. *c. j. 6 col. qui feu. da. poss. vbi Ias. 5. col. vers. quintò limita. est gl. in c. j. in verb. Archiepiscopus. qui success. feu. dar. tene. & in c. j. §. j. vers. hæc omnia. si de inuest. inter dom. videtur tex. cum glo. in c. peruenit. j. q. 3. Facit Archid. in c. non liceat. 12. q. 2. Sequitur Beltran. Capri c. j. j. col. qui succes. & ibi Landen. & Bar. in d. Authen. quibuscunque.*

§ Et non solùm hoc tangit consanguineos, sed etiam affines, per verba text. *d. Authen. in corpore, vnde sumitur, nempè ex d. §. hoc verò. ibi videlicet;* Et quibus secundum genus, aut secūdum matrimonij iura coniunguntur, & per glo. *in d. Authen quibuscunque. C. de sacrosan. eccles. in verb. cognatis. ibi;* Cognatis, vel affinibus. & Bald. ibidē in prin. ibi, Videtur prohibitus etiā in persona propinquorum, & affinium. Barbat. ad Bald. *in verb. in feudū. versic. quæro vtrum. de his, qui feud. idem ad Bald. in dicta Authen quibuscunque.* ibi, Intelligitur de consanguineo propter genus, & propter nuptias, &c.
Facit pro hoc tex. *in c decenter. 89. distin.* vbi † Prę- 5
latus prohibetur ecclesiastica officia conferre propinquis, vel fauore coniunctis. vbi gl. dicit ideò esse, quia Prælati sunt magis proni ad dandum coniunctis personis, quam alijs: & delictis, quæ fiunt frequentius, magis est obuiandum. sic sæpius, & fortius prohibetur fornicatio, quia potius peccatur hoc genere peccati: item magis punitur, qui interficit vxorem, quam matrem: proniores enim sunt homines ad illud delictum cōmittendum, quam illud. & magis subuenitur mulieri, cum intercedit, vel fideiubet, quàm cum dat: ex quo est pronior ad intercedendum, quam ad dandum. Item & alia ratione prohibetur dare propinquis, quia semper præsumitur, quod res ecclesiæ latenter, & occultè lædantur per eos; vt habetur in tex. *c. Episcopus. 10 q. 2. quo in loco decidi-
tur,* † quod si Episcopus vsurpare voluerit res ec- 6
clesiæ, vel dare potestatem filijs, vel quibuscunq; personis propinquis suis, vt per eos latenter lædantur res ecclesiæ, ille sit obnoxius concilio. vbi gl. dicit, ideo esse, quia pręsumitur, quod hoc carnali amore faciat: nam in hoc casu carnalitas inducit suspicionem; vt in alio casu suspicionem elidit, vt in *c. à nobis. extra de cohabita mulier. & cler.*
† quia amor, & carnalitas est vnus è quatuor mo- 7
dis, quibus humanum iudicium peruertitur, *c. quatuor. 11. q. 3. Dicit Alberic. in d. Auth. quibuscunque.* quod in hoc casu alienationum rerum ecclesiæ coniunctio sanguinis inducit præsumptionem fraudis. Idē habetur decisum *in tex. in c. quisquis, 12. q. 2. ibi,* Non liceat autem ei fraudare quicquam ex illis, vel cognatis proprijs dare, quæ Dei sunt. Item in tex. *d. c. peruenit. j. q. 3. vbi dicit glo. in verb.
grauius.* quòd licet † sit minus peccatum dare cō- 8
sanguineo, quàm extraneo de bonis ecclesiæ; tamen censetur peius: quia Prælati prouidendo de

rebus

rebus Ecclesiæ consanguineis enormiter lædunt
Ecclesias. Vel, exponendo d. verb. grauius. dicit
grauius, idest, communius, quia, inquit, cæci sunt
Episcopi erga nepotes, *8. q. 2. dilectissimi.* vnde tan-
tus impetus eorum omnia effundendi nepotibus
fuit restringendus, *l. nec in ea. ff. ad leg. Iul. de adul-
ter.*

§ Et habetur *in gl. in d. c. 1. in verb. Archiepiscopus. qui*
9 *success. feud. dare tene.* quod † clerici possunt consti-
tuere feudum interuenientibus tantùm illis, quæ
habentur *in tit. de his, qui feud. da. poss.* Sed licèt feu-
dum dare possint, non tamen cognatis dabunt. I-
tem in *gloss. in c. j. in verb. in clericorum si de inuestit.
inter dom. & vassal. ibi*, Quod autem hic dicitur,
quod clerici feudum dare possunt; cognati tamen
excipiuntur, quibus dare prohibentur, licèt po-
tius hodiè agnatis, quàm extraneis huiusmodi
beneficia à clericis concedantur. & dicit Bal. *in d.*
10 *Authen. quibuscunque.* quod ideò est, quia, † facilio-
res sunt homines in personis coniunctorum ad
fraudandum ecclesias, vel alios, per text. *in l. nihil
interest §. faciliorque. ff. de bon. libert.*

11 § Facit, quia † consanguinitas, & carnalitas facit
præsumi dolum, & fraudem in collationibus, &
resignationibus beneficiorum, Abb. per illum tex.
c. j. vlt. not. de cler. non residen. & donatio inter per-
sonas coniunctas præsumitur simulata.

§ Per ista videntur quidem arceri omninò con-
sanguinei, & coniuncti Prælati à participatione
rerum Ecclesiasticarum, & videtur, quod nullo
modo possint res Ecclesiæ talibus personis con-
cedi.

§ Sed multa sunt in contrarium. nam primò vi-
detur esse tex. *in cap. non satis 86. dist.* vbi secundum
ordinationem charitatis, & ordinatam charitatem
12 liberalitatis † primò debet exerceri domesticis, &
suis. ibi, Perfecta liberalitas fide, causa, loco, tem-
pore commendatur, vt primò opereris circa do-
mesticos. vbi dicit glo. verum, nisi extraneus indi-
geret ad mortem, domestici verò non: tunc enim
extraneus est præferendus, & tenemur etiam id fa-
cere consanguineis, & infidelibus, etiam hæreticis,
per eandem gl. & *gl. 30. c. j.* vbi posito casu, cui ma-
13 gis † tenemur subuenire patri infideli, an vero ex-
traneo fideli indigentibus ambobus: dicit, quod
ista est quęstio tenebrosa, & aquam nubibus aeris:
tenet, quod patrem, qualiscunque sit, tenemur prę-
ferre in illis, quæ sunt officij, pietatis, & miseri-
cordiæ, in prouidendo ei de necessarijs: immò prę-
ferre eum etiam Sancto: nisi tamen extraneus fide-
lis magis egeret: quia tunc est ei subueniendum,
postposito patre. Et text. *d. c. non satis.* semper ad
hoc allegatur, quòd de bonis ecclesiæ Prælatus te-
netur primò suis subuenire, & quod fortius tene-
tur subuenire suis, quàm extraneis iuxta, illud Can-
ti. Ordinauit in me charitatem. Et dicit gloss. *in c.
quiescamus in verb. postula 42. distin. secundum Ambro-
14 sium,* † Ordinata charitas est, vt primò Deus, secun-
dò parentes, tertiò filij, posteà domestici, vltimò
extranei diligantur. subdens, Et dicit Ambrosius,
quod personarum habet esse delectus in miseri-
cordia impendenda. Et est doctrina Abb. *in cap. in
eos. extrà de heret.* quòd clericus de bonis ecclesiæ
potest licitè subuenire suis consanguineis, modò
eos diuites non faciat, sed eis subueniat in necessi-
tatibus, sicut & alijs indigentibus, & tenetur ma-
gis subuenire istis, quàm extraneis. Et dicit Ioan.
Andr. & Hostien. *in cap. tua. de ætat. & qualit.* quod
non reprobaret, si † Prælatus consanguineum e- 15
gentem non indignum præferret magis idoneo
non egenti in simplici beneficio, cum & talibus
quunque prouidere teneatur, *c. non satis. 86. dist. c. j. de
cohabit. a. mulier. & cler. c. relatum. de testam.* † Et de 16
bonis, ac de reditibus ecclesiæ Prælatus alit suos
consanguineos, per tex. *in c. omninò. iuncta fin. gloss.
31. distin. Ancharan. consil. 437.* Immò de dictis fru-
ctibus tenetur † dotare sororem, vt de iure ciuili 16
frater laicus tenetur sibi ex parte patris coniun-
ctam, quæ dotem non habet, per glo. *in l. cum plu-
res. & ibi Doctor. §. penul. ff. de admin. tut. in l. non om-
ni. C. eo. tit.* cum clericus magis teneatur actum hu-
manitatis exercere, quàm laicus. Subdens, Et cre-
do, quod clericus non habens bona patrimonialia,
poterit dotare sororem, vel aliam consanguineam
de fructibus ecclesiæ. Et dicit *gl. in d. c. peruenit. j q.* 18
3. quòd minus † est peccatum dare consanguineis,
quam extraneis. Sequitur *Abb. in c. inquirendum. de
pecul. cler.* quod Prælatus debet, immò tenetur de
reditibus ecclesiæ competens subsidium submi-
nistrare suis consanguineis, & amicis. Facit illud in
l. præses. C. de seruit. & aqua. quòd agris tuis sitienti-
bus, alij rigandi non sunt.

§ Quid igitur dicendum stantibus istis in con-
trarium? Videtur respondendum esse, quod ad-
ducta pro contrarijs loquuntur & intelliguntur
de fructibus, & de beneficijs, de quibus habet sub-
ueniri necessitatibus personarum prædictarum
indigentium. Vnde non percutiunt quæstionem
propositam, quæ est facta super stabilibus, & im-
mobilibus, an possint infeudari, emphyteuticari,
vel alienari. quia dicit Bal. *in d. Authen. quibuscun-
que.* Nota, quod hæc Authentica non habet locum
in beneficialibus. † quia si Episcopus potest con- 19
ferre beneficia, potest conferre etiam consan-
guineis, coniunctis, affinibus, & amicis, vt per In-
nocen. *in cap. j. de ætat. & qualit. vt ibi per eum allega-
tum.*

§ Doctores autem in hoc articulo aduertunt ad
duo. Primo, quod text. *in d. Authen. quibuscunque.* &
in corpore, in quantum interdicit consanguineis
accipere contractum emphyteusis, locationes, &
infeudationes de rebus ecclesiæ, loquitur in œco-
nomo, & consanguineis, & affinibus œconomi,
non autem Prælati, in quo est diuersa ratio, & qui
habet, ex quo est sponsus ecclesiæ, in rebus illius
liberiorem administrationem.

§ Secundò canones, qui id interdicunt consan-
guineis, videntur habuisse in consideratione,
quod ista coniunctio personarum posset esse sus-
pecta alicuius fraudis, & læsionis in rebus Eccle-
siæ, meritò fuit sic statutum: sed in casu, quo cesset
fraudis, vel læsionis suspicio, ex quo cessat ratio,
videtur secundum Doctores, quod habeat cessa-
re effectus, & legis dispositio, & eo casu bene pos-
sit etiam consanguineis infeudari, locari, & em-
phyteuticari, & alienari. quia Iacob. de Beluis. *in
vsib. feud. tit. 2. determinat,* quòd Prælatus bene po-
test † consanguineis suis concedere in feudum, & 20
emphy-

emphyteusim res infeudari, & emphyteuticari solitas. Quod quidem etiam tenet Arch. *in c. Episcopus. 10. q. 2.* quia stante, quod ecclesia non læditur, quia consanguineus recipit æqualibus pactis, & æquali conditione, sicut alius extraneus, cessat ratio prohibitionis, secundum Archid. Sequitur hanc opinionem Bald. *in d. Authen. quibuscunque. C. de sacro san. eccle. vers. ext. gloss.* cum limitatione tamen.
21 quam ipse facit, videlicet, nisi alia † ratio prohibeat, putà, quia consanguineus, cui fieret contractus, esset potentior, arg. eorum, quæ not. *in l. si ità. §. ea lege. ff. de verb. oblig.* Subdit, quòd loquitur in consuetis alienari, *arg. l. pater. §. quindecim. ff. de legat. 3.* Idē tenet Federicus de Senis in consilio 210. & Archidiaconus dicto loco tenet, si tamen consanguineus sit honestus, *10. q. 2. d. c. Episcopus.*

§ Non relinquo tacitum id, quod Bald. *dicit in titul. de his, qui feud. dare poss. versic. quaro,* vtrum, vbi ponit quæstionem de feudo, an Prælatus rem cōsuetam infeudari possit consanguineo suo in feudum concedere: vbi dicit, quod gloss. ordinariæ tenent, quod non potest per text. *dicta Authentica quibuscunque.* Sed, inquit, tu dic, quod potest hoc facere Prælatus, sed habet inspici, an persona sit onerosa necne Ecclesiæ; quia si sit onerosa, non potest, *iuxta not. in cap. fin. de rebus Ecclesia alienan.* si de hoc est, inquit, consuetudo, & per eam seruitium recipitur. Nec obstat dicta *Authentica quibuscunque.* quia loquitur de iure communi, sed nos sumus in iure consuetudinario, non ità rigoroso: quia feuda dantur gratis, sed contractus emphyteuticus non datur gratis, & ideò non est eadem ratio prohibendi. Subdens, Et est, inquit, expressum infrà à contrario sensu, de *cap. extraord. summopere. §. dicitur etiam, vbi tex.* Dicitur etiam, quod si coniunctæ personæ gratia tale feudum dederit, ex eo duos consimiles vasallos acquirere posset, inutile est beneficium. & loquitur in feudo ecclesiastico. Sed clarius *Bald. idem in cap. cæterùm. extrà. de iudic. colum. 4. versic. item scias. ibi;* Sed nunquid Episcopus possit infeudare suos consanguineos, sicut alios? *Respon. sic, 10. q. 2. cap. Episcopus. per Archid.* Scias tamē,
22 quod iura † Episcopalia non possunt aliquibus in emphyteusim concedi, nisi ex antiqua consuetudine, *c. perpetua. ead. causa, & quæstio.* Hodiè tamen
23 ciuitates, † & loca San. Ro. Ecclesiæ solita infeudari non possunt modo aliquo de nouo infeudari, per Bullam Pij V. sub anno 1567. editam.

§ Et Abb. *in c. vt super. nu. 18. ext. de reb. eccle. alien. vel non.* ponit hanc quæstionē, nunquid Prælatus possit consanguineo suo cōcedere rē ecclesiæ in emphyteusim, vel secum contrahere alienationem rei ecclesiasticæ. Et dicit, quod de hoc videtur text. in *Auth. quibuscunq. C. de sacros. eccl.* vbi habetur, quod licèt quibuscunque modis alienatio rei ecclesiæ facta permittatur, non tamen licet œconomo, vel eius cōsanguineis rē ecclesiæ accipere. per quē tex. tenent.* cōmuniter Legistæ, † quod vbicunq; ad-
24 ministratori permittatur alienatio, non potest illā facere in personā consanguinei, quia est suspicio læsionis, ppter consanguinitatē, Bar. tū, & Bal. *in d.*
25 *Auth.* tenent, quod rē solitā † in emphyteusim cōcedi, & in feudū potest Prælatus cōcedere suo cōsanguineo, quia cessat hoc casu præsumptio læsionis, & fraudis, cum aperta sit via huius læsionis.

§ Est doctrina Bald. *in l. 3. ff. de rerum diuisio. col. 3. nu. 20. ibi:* Vigesimoquinto quæritur, an Prælatus de antiquo feudo possit suos consanguineos inuestire. & dicit Iac. de Beluis. quod sic, quia non est suspicio, quòd ius Ecclesiæ fiat deterius: & idem in antiqua emphyteusi, cum non sit prohibitum, immò fauorabilior quis esse debet suis, quàm extraneis, *in l. antepen. 2. lect. ff. de pact.* secus est, si aliquam rem de nouo facere feudalem, vel emphyteuticam, vt *C. de sacrosanct. Auth. quibuscunque.* Et Bal. *in c. 1. in princ. si de inuestit. inter dom. & vasal. lis oria.* dicit ex glo. ibi colligi, quod Prælati non possunt infeudare de iure agnatis. licèt de cōsuetudine secus, quæ præualet. Et Bal. *in c. de priore. de appel. quod gl. in c. 1. qui succe. tene.* dicit, quod Prælatus non potest concedere feudum Ecclesiæ suis consanguineis, quia præsumitur ambitiosa concessio; dicit Bal. esse verum hoc de nouo, sed antiqua feuda potest refirmare, *l. 3. §. fi. ff. de aqua quoti. & æsti.* tamen † si Prælatus infeudat de nouo pro- 26
pter insignia merita inuestiti, benè valet infeudatio, *arg. l. si pater ff. de donat.* & intelligitur de nouo infeudare, non quoad res, sed quoad personas. Immò Bal. *in d. c. 3.* dicit; quod immò Prælatus de iure potest infeudare consanguineis, si tamen agnati sunt idonei, sicut quando Prælati exequutores pauperum possunt bona distribuere consanguineis, si sunt pauperes, iuxta gl. *in l. illud. C. de sacrosanct. eccl.* Et hanc opinionem, quod nedum attenta consuetudine, sed etiam de iure possit Prælatus infeudare consanguineis, tenet Aluarot. *in d. c. 1. vbi vltra iura adducta per Bal. & Iac. de Bel. allegat Arch. ibid. 10. q. 2. c. Episcopus.* quia ex quo Ecclesia non læditur, quia consanguineus capit cum eisdem conditionibus, quibus extraneus, cessat ratio prohibitionis. Facit Fede. de Sen. *in cons. 52. incip. quidam Prælatus exemptus.* vbi dicit; quod ea iura, per quæ videtur prohiberi, ne res Ecclesiæ in perpetuum consanguineis concedantur cognatis, vel agnatis, procedunt, qn̄ consanguinei sunt tales, quod per eos res ecclesiæ † penitus euerterētur; secus, si essēt 27
boni, & honesti viri, & aliàs nō esset cā suspicionis: quia tunc cessat causa prohibitionis, alleg. Arch. *in d. c. Episcopus. insi. & quod not. 89. dist. c. decenter.*

§ Et in hac materia sequitur idem Fede. de Sen. in *d. cons. 210.* vbi posita quæstione, nunquid Prælatus, qui iurauit non alienare sine licentia superioris, possit consanguineo suo concedere rem valoris vnius floreni cum dimidio in emphyteusim, determinat, quod sic: quia non obstat iuramē tū in istis minimis. nec ēt obstat cōsāguinitas: quia ratione fraudis fuit inducta illa phibitio, sed hic præsupponitur omnē fraudē cessare, & celsāte fraude meli° ēt cōtrahere cū cōsanguineis, q̄ cū extraneis, nā † prius debem° subuenire cōsanguineis, q̄ 28
extraneis, *16. dist.* nō satis. lacit, quod nō. gl. *31. dist. c. omnino. & c. 3. de cohab. mulie. & cle. & Abb. ibid. nu. 4. & in d. c. vt super. sub nu. 18.* vbi cōcludit, quod dicti Legistarū nō est verū; quod vbi administratori permittitur alienatio, nō pōt illā facere in psonā cōsanguinei, iuxta tex. *d. Auth. ad hoc allega.* loquitur in œconomo, quod nō putat pcedere in Prælatis ecclesię, q habet administrationē in reb. eccl. magis am-

29 gis amplam,& magis liberam: quia Prælatus, † &
rector cuiuslibet ecclesię potest vnam rem de ec-
clesia auferre, & tenet alienatio, dummodò de
suo tantundem ecclesiæ conferat,& sic habet pri-
uilegium,vt res ecclesiæ possit alienare sine vtili-
tate: satis enim est, quod ecclesia non deteriore-
tur,per tex. valdè singularem *c. si quis qualibet. iũ-
cto c. præcedenti.12 q. 2. & videtur tex.in d. c.si quis.*
innuere, quod etiam in fauorem consanguineo-
rum potest Pręlatus hoc facere,vt etiam sentit ibi
Archid.& idem Archi. *in c. precaria.10. q. 2. vbi di-
cit*;quod sicut extraneis, ità & consanguineis po-
test Prælatus beneficia ecclesiastica concedere. Et
subdit Abb.*in d.c vt super.in fin.*quod Authen.qui-
30 buscunque modis loquitur in œconomo,†qui nõ
habet priuilegium sicut Prælatus, nec tantum iu-
ris in bonis ecclesiæ, *iuxta not.per glo.5.q. 3. c. fi.* &
œconomus est magis suspectus, quam sit Præla-
tus, quia Prælatus est proprius sponsus ecclesiæ,
non sic œconomus.Et pro hoc,inquit,conclude-
rem, quod Prælatus posset contrahere cum con-
sanguineis de rebus ecclesiæ sicut cum extraneis,
licèt œconomus non possit,nisi,vt prædixi.Idem
tenet Abb. *in cons. 41. incip. videndum est in effectu.
col.pen sub nu 3. in prima par. vers. item omnis solem-
nitas.* in illis verbis, videlicet; Per hoc etiam tol-
litur obiectio,quę fit,quod isti emptores consan-
guinei erant Abbatis. nam alienatio prohibetur
fieri cõsanguineis propter præsumptionem frau-
dis,quæ fraus omninò hic cessat,cum de authori-
tate Episcopi eis fuerit alienatio facta. cum autẽ
cessat fraus, etiam consanguineis alienatio fieri
potest, per Feder. *cons. 273. & sentit Bar. in Auth.
quibuscunque. in fi.* Ego etiã vltra alios dico, quod
illa Authen. loquitur in œconomi consanguineo,
non Prælati. nam œconomus nõ habet ità pingue
ius sicut Prælatus, *vt not. 5.q.3.c.j. in glo* Item faci-
31 lius † præsumitur contra œconomum, quàm cõ-
tra Prælatum. quinimmò allego text. not. quòd
Prælatus potest alienare, & dare suis bona eccle-
siæ,si tantundem de suo patrimonio confert ec-
clesiæ;ita quod non est necesse, vt ecclesia melio-
retur,sed sufficit, quod non deterioretur, vt no-
tabiliter probatur *in c.si quis qualibet. cum §. præce-
denti 12.q.2.* & expressius *ea caus.q.5. si Episcopus. per
Io Andr.& Innoc.in c.cum in officijs de testam* fortius
ergò poterat vendere suis pro iusto pretio, & ne-
32 cessitate ecclesiæ,cum † & ipse tutor possit palàm
emere rem pupilli,*l.pupillus. §. item ipse tutor ff. de
author tut.* Item ius ciuile non potuit hoc prohi-
bere, vnde satis est,quod per canones non reperi-
33 tur prohibitum: cum enim † ius canonicum cer-
tam formam tradit in alienatione rei ecclesiæ,nõ
est curandum,quid statuat ius ciuile, per Innocẽ.
*& gl.d.c.1. de reb. eccle. alien. vt per Abb d.consil.41.
Imol.in d.c.vt super 7.col.in fin.*refert,quod ibi Petr.
de Ancharan. eodem modo respondet ad *d. Au-
then.quibuscunque* quod loquatur, quãdo fit alie-
natio rerum ecclesiæ per œconomum,secus,si per
Prælatum.Imol.dicit, quod ista solutio tuta non
videtur: quia ratio suspicionis ità militat in Præ-
lato, sicut in œconomo, sed ideò tex. dicit de œ-
34 conomo,quia œconomus † est,cui res ecclesię gu-
bernãda committitur, *89. dist.c.quia in quibusdam.
& c.volumus. & l omnes.C. de Episc. & cle.not. in c.
Imperatorum. de iur. cal.* & propter hoc non faciẽs
differentiam inter Prælatum, & œconomum te-
net, quod Prælatus non possit suis consanguineis
dare rem ecclesię in perpetuum,sed benè ad tem-
pus,cum non sit prohibitum. Sed idem Imol. re-
fert,quod idem Feder.tenet, quòd etiam perpe-
tuò potest concedere cõsanguineo, modo sit bo-
næ opinionis consanguineus; & cum Feder. con-
cordat Pet.de Anchar. ibi. Tandem dicit Imola,
quod quando concessio fieret in perpetuum,putà
in feudum, aut emphyteusim, consanguineis, vi-
detur,quod talis concessio non possit fieri, quia
per tales concessiones Prælati cõsanguineis factas
solent communiter ecclesiæ lædi,vt per Bar.*d.Au-
then.quibuscunque Facit quod habetur.1.q.3 in tex.
& in glo.cap.peruenit. & quod not. per glo in c. decen-
ter.89.distin. tamen quia Archid.in d.cap.* Episcopus.
tenet contrarium,& glo. *in d.c.decenter.*in alia so-
lutione,quando † ista concurrerent scilicet quod 35
consanguinei essent bonæ famæ, & palàm fieret
concessio,& bona fide, & sine læsione ecclesiæ, o-
pinio Feder.& Petri de Anchara. vt supra, vide-
tur ** communior. Pro qua opinione ego essem, **
prædictis omnibus concurrentibus, non solùm
in infeudando, & emphyteuticando antiquitus
re solita, sed de nouo, attentis rationibus addu-
ctis,& maximè attento, quod per canones non
videtur expresśè prohibitum. sed tantum per ius
Imperatoris,quod non attenditur in alienationi-
bus ecclesiæ, in quibus certa forma à iure Ponti-
ficio est tradita: & etiam attento, quod per con-
trariam charitatẽ videtur euerti ordinatio cha-
ritatis,quia ordinata charitas incipit à se ipso,& à
suis, si indigent: quia de reditibus ecclesiæ est li-
citum clerico iuuare propinquos inopes, *c. omni-
nò.vbi Archi.& Gemi.31.distin cap. 3. vbi Abb.de arbi.
Anan. in c.qualiter, & quando lib. 2.13. col.de accu.*

§ Et quid in Papa,potes, videre per Archi. *in c.
non liceat.12.q.2.& per Felyn.in c.ea.ad audientiam.de
præscrip.in prin.* vbi dicit, quod Papa † potest dare 36
castra in feudum benemeritis erga Sedem Apo-
stolicam de per se solus, licèt loca pretiosa,vt sũt
magnæ ciuitates,non possit,nisi de consensu Car-
dinalium, qui sunt capitulum vniuersalis eccle-
siæ;& licèt non possit alienare ad malos vsus, nec
dare consanguineis, vt eos diuites faciat; tamen
potest nouum casum licitæ alienationis inueni-
re: & quia Papa potest infeudare omnia feuda ec-
clesiarum,quia est pater patrum, & cõcurrit cum
omni Prælato in potestate, ideò potest infeudare
sicut ille.

§ Et cum † Papa habeat in bonis, & rebus ec- 37
clesiæ amplissimam potestatem, quando vult, ea
vti potest,per Petrum de Ancharan.*consi 305. inci-
pien.tres domini.* quia in Papa, quando aliquid fa-
cit,aut alienat,semper præsumitur esse causa, per
not.*in c. quia in ecclesiarum. de constit.* ideò potest
etiam suis attinentibus infeudare:quia alienatio,
† quam Papa facit, valet, qualitercunque illam fa- 38
ciat,per Abb.*in cap.cum venissent. 4.col sub nu. 8. de
iud.Fely.in d c.ea ad audientiam.de præscrip.prope prin-
cipium* per quem, videtur innui, quòd bene Papa
possit suis attinentibus terras ecclesiæ dare,& in-

feudare,

feudare, nisi tamen non dando esset incorrigibilis. Quia non posset, esse quin in tali casu non scandalizaretur Ecclesia, meritò, vt ibi per eum. Facit in hac materia coniunctorum, & consanguineorum, quia si per testatorem bona aliqua sint relicta pauperibus non nominatis, vel specificatis, sed
39 pauperibus in genere, † exequutor testamentarius potest vendere bona suis coniunctis, aut eligere suos coniunctos in pauperes illos, quibus relictum fuit, si tamen sunt verè pauperes, & dummodo faciat hoc palàm exequutor, & bona fide; per Bald. *in l. id, quod pauperibus. col 6. vers. septimò quaeritur. nu.*
40 *20. C. de Episcop. & cler.* Immò † exequutor potest suum filium eligere in pauperem, si tamen filius sit verè pauper. hoc tamen procedit, dummodò ipsi patri non acquiratur vsusfructus: quia si non faciat cum fraude, benè pater exequutor potest nominare filium; per eundem Bald. *in l. tutor. §. quae tutorum. ff de excusa. tuto.* Vnde ex dictis Doctorum
41 in hac materia elicitur conclusio affirmatiua, † quod vbi cessat suspicio fraudis, potest Praelatus rem Ecclesię suo consanguineo concedere: ita per Feder. *dicto cons. 210. post Archidiac. in d. capit. Episcopus 10. qua. 2.* vbi dicit; quòd quatenus id fit bona fide absque laesione Ecclesiae, & ipse consanguineus sit bonae opinionis, & famae, valet concessio, aliàs secus. Et ex hoc infert Bar. *& alij etiam in Auth. quibuscunque. C. de sacros. eccl.* quòd rem solitam dari in emphyteusim, vel in feudum potest Praelatus concedere consanguineo, dummodò non nimis potenti, secundum Bald. quoniam isto casu cessat omnis suspicio, & praesumptio fraudis, & lęsionis, cum sit aperta via tali alienationi.
42 Infertur etiam secundum † Feder. *dicto loco & Doct. in d. Authen.* quod rem modicam, etiam non stante iuramento, potest concedere Praelatus consanguineo, forte quia sibi commoda nimis, nec inde Ecclesia enormiter laeditur. primò, quia in istis minimis non obstat iuramentum, quia suspicio fraudis ex ipsa consanguinitate cessat ratione modicitatis rei; immò dicunt, quod cessante fraude potius est contrahendum cum consanguineo, quàm cum alijs, quia potius est subueniendum cōsanguineis, quàm extraneis, d. c. non satis. 86. dist. Item infertur, quod in concessione fienda intuitu eleemosynae, consanguineis indigens praeferri debet cae-
43 teris. Infertur etiam secundum Abb. quod † Praelatus, qui tantundem dedit de suo Ecclesiae, potest rem Ecclesiae concedere consangaineis, & propinquis suis; *d. c. si quis qualibet. 12. q. 2.* quod non est ex alio, nisi quia tunc Ecclesia non laeditur, cessat suspicio, & praesumptio fraudis.

ADDITIO.

PRo affirmatiua Bald. *in c. 1. §. Marchia. col. 2. de his, qui feu. da poss. sed infrà q. 59. nu. 9. pro negatiua suprà q. 22. nu. 58. & vide Ias. tit. qui feu da. poss. nu 15. in Papa, & suprà q. 2. c. 28. nu. 28. & q. 9. nu. 26.* & scripsi in vna Papiensi pro Illust. D. Rubeo; de anno 1579. cuius consultationis tenorem hic libet subijcere.

Dubitationem in hac causa mihi faciunt subsequentia, quod Papa cum omni Praelato in iurisdictione, & potestate concurrat, vt pater patrum, & praeoccupando omnes alios excludit, quod etiam in pluribus paribus procedit, *c. si duo. 2. responso. de procur. libr. 6. cap. cum plures. 2. responso de offic. delega. eodem libr. l j. ff. de offic proconsu.* & haec est literalis doctrina Ioann. Andr. *in cap. si eo tempore. numer. 45. de elect. libr. 6.* Et per hanc doctrinam dicunt Doctor. quòd absque alia reseruatione ex sola voluntate potest Papa cum omnibus ordinarijs concurrere, Probus *in add. Ioan. Mona. numer. 4. & pro hoc facit cap. si à sede. de praeben. libr. 6. per quem text. & alias rationes dicit Staphil. in praelud. de & expect. grat. numer. 8.* quod in mensibus ordinariorum Papa non abdicauit à se totaliter potestatem conferendi, sed venit accumulatiuè cum ordinarijs, & consequenter inter eos est locus praeuentioni, *argumen. l. si C. de iur. om. iudic. & per Doctor. in cap. cum contingat. de foro competen. & per dicta Ioan. Monach. nam Doctor.* passim inferunt, quòd sicut Papa in beneficialibus cum Praelatis concurrit, pari modo in concessionibus feudorum Ecclesiarum, Bald. *in cap. j. qui feud. dar. poss. in princip. Afflict. numer. 6. & 9 cum sequen.* vbi ait, quod cum inferioribus Praelatis in infeudationibus concurrit, quia Praelatis non est data potestas priuatiuè ad Papam, sed cumulatiuè, iuxta not. à Doct. *in cap. pastoralis. de offic. ordin.* nec inferiores possunt iustè contradicere, vt ibi per eum. Et licèt plenam potestatem ordinarijs contulerit, maiorem tamen penes se retinuit, ex allegat. per Staphil. *vbi suprà, numer. 4.* quia inferiores à Papa sunt vocati in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis Papae, *cap. ad honorem. in fin. de autho. & vsu pal. Idem tradit Ioann. Lup. in rubr. de donatio.* quod Papa non solus potest cum omnibus ordinarijs concurrere, & illos praeuenire in collationibus beneficiorum, ac feudorum, iuxta doctrinam Bal. *d. c. j. & Ioan. Monach. d. c. si eo tempore.* & in prouisionibus officiorum, sequitur Probus *d. c. si eo tempore. & cum decisione Bald. d. c. j. Iason ibidem nu. 4. cum sequen. transit.* vbi alios locos concordes citat, & dicit notandum, quod Papa omnium Ecclesiarum feuda possit infeudare, & cum Praelatis concurrere. Et Idem Bal. habet pro Indubitato, vbi alij per Episcopum feudum non sit collatum, *cons. 95. mortuo Gregorio. nu. 2. lib. 3 Dec. cons. 341. Bran. cons. j. num. 32. Campeg. inter cons. eiusdem Bran. 2. nu. 31. & cons. 6. num. 3. Socin. inter consilio. eiusdem 10. numer. 19. Parisiens. consilio. 56. numer. 25. libr j.* Et quia feudi Ecclesiastici inuestitura spectat ad eum. qui habet administrationem, Dom. *consilio. 14. in hac causa colum. j cum sequen. Dec. dicto consilio. numer. 9.* & Papa est plusquam administrator, vt Afflict. *decis. j. numer. 6. cum sequen. declarat.* & quod possit infeudare sine causa, sicut inferiores Praelati ex causa possunt, & cum illis in omnibus infeudationibus concurrat, non solùm in feudum Roman. Ecclesiae, Claud. Aquen. *in d. cap. j. in prima amplia. per dicta Bal. & Ioan. Monach. Felyn. in c. ad audientiam. colum. j. de praescript. Iason l. rescripta. numer. 4. Codic. de precibus Imper. offer. Suart. Laud. post Bald. in fin. titu.* quis dicatur Dux, Praepo. *d. cap. j. colum. j. Rodo. de reb. eccles. non alienand. quaest. 59. de infeud. rer. eccl. per Papam q. d. cap. 28. in*

cip.dicitur etiam alienatio.num.1.& seq.q.11.num.34. sed melius etiam prædictis Bal.*c.dilecti.il 2. columi.2.de appellat.versicul.sed quid si quis vadit ad Papam.* vbi inquit, quòd Papa concurrit immediatè cum omni Prælato in iurisdictione, & potestate etiam maiori, & propria, quæ per se stat, nec per concursum alterius minuitur, sicut mare non augetur, nec minuitur per concursum fluminum, vnde Papa non habet iurisdictionem, & potestatem per viam cumulationis, quia sic esset collega, vel parem haberet, nec per viam gradualitatis: quia potest adiri non seruatis gradibus, nec priorem præcedentem, & potiorem se habeat, sed per aliam viam: quia est totum continens, & iuxta illud, Omnia Cæsar habet. Ex quibus omnibus indubitatum videtur, quòd vacante feudo per mortem feudatarij, eoque deuoluto ad Episcopatum, antequam aliquis ab Episcopo infeudetur, cum eo potest Papa ex ordinaria potestate concurrere in dispositione, & concessione prædicti feudi sine iniuria Episcopi.

Nunc videndum est, an Reuerendissimus Episcopus Papiensis potuerit Illust. Com. Sigismundum fratrem suum de feudo Castri Telliolarum territorij Astensis, diœcesis Papien. dicto Episcopatui deuoluto inuestire, postquam summus Pótifex manum apposuit ad dictum feudum, & per eius nuncium apprehendi fecit illius possessioné. Et videtur, quod dicta inuestitura nihil operetur, quoniam possessio feudi, quæ quò ad feudatarium naturalis dicitur, Bart. & Ias. *num.45.l.3.§. ex contrario.l.naturaliter.in princip.ff.de acquir.possess.& vacans* tempore mortis feudatarij erat nomine Sedis Apostolicæ, & de eius mandato actualiter fuit apprehensa: vnde feudum non potuit in alium transferri per Episcopum sine traditione: quia nec possessio sine voluntate possidentis acquiritur in rebus corporalibus, & vacans fuit Sedi Apostolicæ acquisitum per actualem apprehensionem, *gloss.in verb.primi.l.2.& Alexand.numer.* * *75.qui de * communi attestatur.de acquirend.possessio.cum l.3.§.in amittenda. eod.tit.& probatur ex l traditionib.C.de pact.cuius text.* regula procedit etiam in feudalibus, & in ecclesiasticis, quicquid alij dixerint, *Ias.l.quoties.num.19.& 30.C.de rei vendicat.* vbi contrariam sententiam reprobat ex magis *** communi. Item appositio manus Papæ, etiam inutiliter disponendo, & solam possessionem tradendo plus operatur, quam reseruatio, Rebuff. *de reser.tam gener.quam specialibus.nu.30.& 33. in praxi.* Item si Papa in aliquo negotio se intromittat, quia illud à potestate ordinarij eximitur, Bru. *consi.47.nu.8.* Item quando fauore Ecclesiæ commendauit, & ita custodiam commitit, & detentationem ante collationem Episcopi, Bertran. *consi.235.num.5.in prima parte.3. volum. Roma.consil.350.nu.8.& 13.Bertran.consi.5.in princip.lib.6.consil.81.num.j.in 2.parte volum.2.* Idem si detur administrator, Bertran. *consi.139.num. 8. cum sequen. lib. 7.* Idem si detur procurator in beneficio: quoniã exinde gesta per inferiores non tenent, Compost. *c.cum nobis.ad fi.de elect.* Et quia motu proprio dicta apprehensio, & manus appositio est facta, non tenuit inuestitura etiam ignoranter facta, sicut in auocatione causæ dicitur, Præpos. *cap. vt nostrum colum.fin.de appella.Aeneas de Falco. de reseruat. q. 41 num.4. in primo effectu.Calder.eo tract.q.10.* idem si prouisor ecclesiæ detur, Aeneas *dicto tract.in 3. praludio.* Item dicitur manus iniectio, quando quis propria authoritate rem ingreditur, & apprehendit, Alciat. *d.l.traditionibus.in verb. transferuntur.limit.8.in fin.ver.* Idem quoque dicendum; quamuis Papa plenum ius habeat sicut Prælati inferiores, & maius in similibus, ex iam dictis, tamen per dictam rei apprehensionem plenum ius de iure gentium quæsiuit: quia est naturalis modus illud quærendi, *l.j.in princ.ff.de acquirend. possession.* per quam ità Alciat. *dict. l. traditionibus.in principio,* inquit, vnde videtur, quòd omnia gesta à Reuerendissimo Episcopo, post manus Papæ appositionem, non teneant, etiam quod consolidatio vtilis non fuisset impedita, sicut sequuta post reseruationem nullas vires habet non iam facta *d.c.si eo tempore.vbi Francus in prin.* & secundum omnes sine Papæ assensu nihil agi potest.

§ Vbi etiam foret dubium, ex qua causa apprehensio antedicta fuisset facta, Papa potest animum suum declarare ex causa disponendi, & per eum infeudandi, & habet facultatem præiudicandi per eius declarationem sine iniuria inuestiti, Dec. *cons.229 num.3.in l.in ambiguis orationibus. num.4. ff.de reg.iur.cum alijs.*

Plura sunt, quæ non modicam difficultatem facere videntur contra inuestituram factam per multum Illust. & Reuerendiss. D. Episcopum Papien. in Illust. D. Sigismundum eius fratrem de Castro Telliolarum &c.

§ Primum est, quod omnis alienatio rerum ecclesiæ omnibus interdicta est. vtrumque dictum probatur *in c.nulli.de reb.eccle.alienand.vel non.* Vbi exemplificatur in emphyteusi perpetua, & in quacunque concessione, per quam vtile dominium transfertur. quod propriè dicatur alienatio interdicta cuicunque, post plures concordantes per eum citatos, probat Rebuff. *in tracta.de rebus ecclesi.non alien.num.6 & seq.* & in specie in pigneratione. & infeudatione post Greg. Card. Turrecrema. *in c.fine exceptione.num.1.12.q.2.* Et signanter, quod huiusmodi alienatio sit prohibita, quæ sine solemnitatibus fit, & sine iusta causa, scilicet necessitatis, vel vtilitatis ecclesiæ, sunt multa iura expressa, & præsertim *in cap.1.& tit.de his, quæ fi.à Pral.sine consensu cap.& in d. c.fine exceptione.& ibi Archi.& alij not.& in Clemen.eo.* aliàs si secus faciat Episcopus canonicam vltioné incurrit, dicit tex. *in c.monemus.dicta q.2.* quem Doct. interpretantur, idest depositionem, vt post alios Turrecre. *ibidem.* Imò nedum remouetur, sed etiam deportatur, vt ibidé per Arch. vt cæteras pœnas omittã, de quibus in extrauaganti Pauli II. *Ambitiosa cupiditati.eo.tit.* Ex quo multi tenent in partibus Lóbardiæ non esse moribus vtentiũ receptum, tametsi annis superioribus eã quoque fuerit innouata. At in concessione feudali, de qua agitur, aliquę solemnitates non leguntur interuenisse, nec causa aliqua, ergò fuit nulla, & nullum ius dicitur per eum translatum in dictum acceptorem, latè *Bero.consi.83.num.7.& consi.88.num. 11. & seq. volu.*

primo.&

primo. & consi. 48. numer. 14. vol. 3. Ità vt possit multum Illust. & Reuerendissimus. D. concedens ipse impunè conuenire, vt ibi per eum. Inter cæteras enim solemnitates necessaria fuit authoritas superioris d. Reuerendissimi Episcopi gl. *in Clemen. 2. in verb. Ecclesiam. de rebus ecclesi. non alien. d. extran. g. Ambitiose.* maxime si is sit exemptus, gl. *in Clemen prima. in verb. propry. eod titulo, & per Rebuff. vbi suprà, numer. 85. & seq.*

Insuper etiam consensus capituli, & tractatus, vt ibidem habetur, & abundè per Ancha. *in q. 52. in 2 par. & consil. seq. ibi posito.* Ita vt etiam nullo temporis cursu præsumantur interueniſſe; Socin. *latè consilio. 29. numero 20. & seq. & per totum. volum. j.*

§ Secundum principale obiectum, quia dicta coocessio fuit facta consanguineo dicti Reuerendissimi Episcopi, quo casu videtur, quòd non valeat, vt est tex. *in c. quisquis Episcopus. versi. non liceat ei fraudare quicquam ex illis, vel cognatis proprijs dare. quæ Dei sunt. d. 12. q. 2. Et post Beatum Ambr. latè, explicat Turrecrema. ibidem;* concludens, quod Prælatus potest de bonis ecclesiæ, de quibus tenetur facere eleemosynam, dare propinquis, & cognatis suis vti pauperibus, si sint pauperes, & indigentes, & alijs pauperibus eos præferre debet, sed non potest eis tribuere præter necessaria, scilicèt victum, & vestitum: quòd si non egeant, caueat, vt det eis, vt ditiores fiant, & vt eos præ alijs exaltet. Plus voluit Symmac. *Papa in c. non liceat Papa prædium Ecclesiæ alienare. dicta 2. q.* idem quoque interdictum esse summo Pontifici, vt in specie declarat ibidem Archid. num. 2. concludens, Papam mortaliter peccare, si res ecclesiæ in turpes vsus consumit, vel concedit consanguineis, vel amicis suis vt eos præ alijs diuites faciat, vel vt ipse inde construat palatia, & huiusmodi, secundum Gregorium etiam Aegid. sequitur. Idem tenet Abb. *in consil. 41. col. 1. in fin. versic.* non obstat præmissis confirmatio beneficij. in prima parte. ea quippe ratione post Beatum Thomam, quia bona ecclesiæ sunt in potestate Papæ vti administratoris, qui propterea non habet eorum dominium, vel veram possessionem, quia Dei sunt, & quod potest ipse, qui concessit, retrahere sic concessa, quia magnæ sapientiæ est reuocare malè gesta, vt ibi per eum. Idem firmat Turrecrema *in dicto cap. non liceat. sub num. 3.* concludens, quòd licèt Papa sit solutus canonibus, secundum eos tamen viuere debet. & de dicto loco Abbatis non fuit recordatus Ias. qui tamen alios plures concordantes citat, *in c. j. num. 14. cum seq qui feud. dare poss.* At in casu isto dubio procul dictus Illustris D. Sigismundus nedum non est pauper, sed imò admodum diues, ergò &c. Caro enim, & sanguis magis, quàm Spiritus Sanctus dictam concessionem reuelasse censentur, & contra consanguineos facilè præsumitur, vt infrà dicã, & sic ambitiosa præsumitur dicta concessio, supradicta ratione, quæ militat in tantum, quòd Prælatus etiam non possit consanguineum suum præponere negotijs rerũ ecclesiæ, vt per Turrecrema. *in d capit. quisquis. numer. j.*

§ Tertium, est quod non leuiter videtur lædere d. concessionem; quia vt puto. d. Reuerẽdiss. Episcopus in promotione ad Episcopatum quem meritissimè obtinet, iurauit non alienare bona Ecclesiæ suæ. quo casu censetur etiam ei interdicta alienatio, seu de nouo infeudatio. Omnis enim Episcopus, qui immediatè subest Papæ, non autem immediatè alicui Metropolitano, tenetur iurare Papæ de non alienando, vel de nouo infeudando, vt inquit gl. *in c. vt super, in verb. sacramenta. de reb. eccl. alienan.* vel oon. aliàs iurat suo Metropolitano, Abb. *in c. 2. nu. 3. de feudis.* Quòd si iurasset non alienare quicquam inconsulto Romano Pontifice, vel sine eius licentia, vtique non etiam in casu aliàs licito permissa est ei alienatio, vt concludit Archi. *in d. c. fine exceptione. numer. 3. in fi. & seq.* Nec refert, quòd Archid. loquatur, quando fuit iuratum nihil alienare: quia idem est, quando simpliciter iurauit non alienare sine licentia Papæ, vel eo incõsulto. Immò etiam si simpliciter d. Reuerend. Episcopus iurasset non alienare, adhuc rem magni momenti, prout sunt bona ista, alienare non potuisset, per supradicta; ità concludit distinguendo plures casus Abb. *in d. c. vt super. nu. 15. & seq. de reb. eccl. alien. vel non.*

§ Nec videtur suffragari, quod bona, de quibus agitur, consueuerunt alienari, & seu sic concedi. Quoniam vbi etiam id verum esset, tamen non potuerunt de iure concedi consanguineo d. Reuerẽ. Episcopi. *per Authen. quibuscunque modis. C. de sacros. eccl. quæ est canoniz. ata in c. quibuscunque. 10 q 2.* Et in terminis sunt *gl. ordinaria in c. j. qui success. tene. & in c. j. §. si. si de inuest. inter do. & vas. lis orta. Ias. vbi suprà. nu. 13. in fi. in 5. limita. in princ.* Et facit, quia præsumitur contra consanguineos propter nimiam affectionem, *d. Auth. quibuscunque. vbi Bald.* infert, quod si testator mandat aliquid distribui pro anima sua, non potest consanguineis concedi: de quo etiam meminit Ias. *vbi sup. num. 17.* sunt enim Prælati cæci circa eorum consanguineos, quos querunt diuites facere de bonis Ecclesiæ, vt inquit *gl. fi. in fi. in dicta causa, c antepen. quest. 3.* vbi etiam Diuus Gregorius magis abhorret bona Ecclesiæ dari consanguineis quam alijs. & d. glo. refert, & sequitur Ias. *vbi suprà. num. 14.*

§ Quartò, contra d. inuestituram, & concessiooẽ vrgere videtur: quia quamuis ab antiquo solita cõcedi possint absque aliqua solemnitate, vel causa concedi, vt infrà dicemus: tamen ea conclusio sic accipienda est, dummodò tamen sub eadem forma, & tenore concessio fiat, quibus antiquæ fieri consueuerunt concessiones; secus, si sub diuersa forma concessio facta sit: quia tunc potius dicitur noua concessio, & alienatio, quàm solita, vt respõdit Bero. *consi. 93 nu 12. in prin. & nu. 52. vol. j.* & generaliter quotiescunq; in renouatione adiecta est aliqua noua qualitas, vel clausula, seu noua forma, illa dicitur tunc noua concessio, vt concludit Alex. *in l. si mihi. & Titio. nu 17. versi. limita tamen singulariter ff de verb oblig.* sic & Princeps addendo, vel minuendo, vel aliquid immutando de iurisdictione ordinaria, dicitur eam alterare, & delegatam facere, Brun. *consi. 47. nu. 4.* Vnde si res sit solita cõcedi in certam generationem, & posteà concedatur in perpetuum, nullo pacto valet, Afflict. *decis. 107.* & solita locari noo potest dari in feudũ, Ferre. *consi. 81.*

conf.81.col.2. quando pacta, & alterationes sunt ecclesiæ præiudiciales, vt concludit Fede. de Sen. *consil.179.vers.sed dubium est, an res consueta emphyteuticari. de quo etiam per Bero. vbi supra.* Et in terminis, quando feudum ab initio fuit concessum pro descendentibus, deinde fuit concessum in primam generationem, quod dicitor illud factũ feudum nouum per dictam alterationem, quia prius erat diuisibile inter vasallos modò autem dicitur factum indiuisibile, & nouum dicitur feudum, post Bal. & concord. per eum citatos, respõdit Bello. *cons.33.num.9.* Vnde si res sit solita concedi pro masculis, non potest concedi pro fœminis etiam. Nec solita concedi ad tempus potest concedi in perpetuum, vt habetur *supra in q.nu.28.* & idem si sint plures res solitæ concedi pluribus, & modò vni solùm concedatur, vel si sit solita emphyteuticari, & datur in feudum, vt per istum *infra q.81.in fi.*

Sed sic est, quod hæc posterior inuestitura facta in Ill. D. Sigismundum videtur in multis deniare ab antiquis, & damnosa ecclesiæ, ergo &c. Quòd hæc vera sint, probatur in primis ex mutatione personarum, diuersæ enim sunt personæ cõprehensæ in hac vltimâ inuestitura à comprehensis in prioribus: quia priores fuerunt concessæ primo loco nob. del Solario, demùm de Lampugnano, & tandem D. de Marissia, & mutatio personarum facit diuersam dispositionem, Bero. *d. num.12.* Secundò præcedentes inuestituræ fuerũt concessæ pro filijs masculis legitimis, & naturalibus per lineam tantùm legitimè descendentibus. Hæc autem nouissima concessa fuit d. Ill. D. Sigismundo eiusque filijs masculis legitimis, & naturalibus primogenitis ab eo, & per eius lineam masculinam legitimè descendentibus: id quod etiam videtur fuisse perniciolom d. ecclesiæ: quia eius intererat plures habere vassallos, & subditos, *l.3.§.j.ff. de duobus reis.* Et per hanc nouã inuestiturã vnus duntaxat remanet obligatus pro tẽpore.

Quintò etiam adduci potest contra validitatem d. inuestituræ. quia ex quo, vt in facto præsupponitur, Papa huic feudo deuoluto ad dictam Ecclesiam Papien. manũ apposuit antefactã dictã inuestituram, cum mandauerit tenutam capi nomine Cameræ, & Sedis Apostolicæ, vtique censentur ligatæ manus d. Reuerendiss. Episcopi, & cuiuslibet alterius inferioris *c.vt nostrum de appell. Capel Thol. deci.436. circa prin. cum concordant. per Brun. in d conf.47.num.8. concludentes.* quod Principes apponendo manum alicui causæ, vel negocio dicitur ad se illud traxisse, & aduocasse: & Paris. *conf.47 num.30.& seq. vol.4.* concludens, quod Papa manum apponendo alicui beneficio, putà, quia in manibus ipsius sit renunciatum, eius prouisio pertinet ad eum solum, & quæcunque prouisiõ facta per inferiores etiam ignorantes dicitur nulla ex vi decreti irritantis. Et ratio est: quia manus huiusmodi appositio est quædam species reseruationis, immò plus operatur, quàm reseruatio, vt in materia beneficiali probat Rebuff. *in sua praxi beneficia in j par.tit. de reser. num.30.& plur seq.* loquens in casibus, quando Papa confert certum beneficium, etiam si inutiliter alicui, vel quando mandat de eo illi prouideri. De quo tamen vltimo videndum est per Aufre. *addic. Capel. Tholos. decis.436.* vbi illud declarat; & Bello. *consil.86.sub nu.6.* loquens in prouisione nulliter facta per Papam. Et ideo per dictam manus appositionem de voluntate ipsius satis constat, quòd noluit de dicto feudo prouideri per alium, quàm ipsum. De potestate autem dubitandum non est, & crimen esset sacrilegij de ea disputare, *l.2. C. de sacrileg.* plenissimam enim habet potestatem super actibus respicientibus ius positiuũ, cui ipse non subiacet. *c.innotuit de elec. cum concord per Paris. vbi supra numer.18.& seq* loquens in materia iurispatronat. Et in beneficialibus, & rebus Ecclesiarum liberam habet potestatem disponendi, etiam sine causa, Natta *conf.501.nu.48.vol.3.* Est enim Papa immediatus Christi Vicarius, & quod fit à Papa, à Deo factum censetur, & Episcopi assumpti dicuntur in partem solicitudinis ipsius: & ad eum spectat libera dispositio ecclesiarum, & bonorum earũ, Cast. *conf.414. in facto præsenti non intendo adulari, col.j. in j. par.* & per authoritatem concessam Episcopus non censetur eam priuatiuè à se abdicasse, sed potius cumulatiuè, immò maiorem adhuc pro se retinuit, Bru. *vbi suprà.* est enim Papa ordinarius ordinariorum per totum mundum, & ab eo omnes iurisdict. inferiorum fluunt, & refluunt, sicut flumina à mari, *c. cuncta per mundum 9.q.3.& concord. per Neuiz. a. conf.35. num 9.& 14. vbi addit;* quod propterea habet iurisdictionem cumulatiuè cum alijs inferioribus, & potest præuenire, & concurrere cum eis, & præualet eius prouisio, vel prior in tempore, vel in pari data, vt est tex. *in c.si à sede. de praeben. in 6. vbi * omnes not & concord. per Menoch. in materia alternatiua ordinarijs concessa. conf.83. num.9 & plu. seq. & num. 24. & ibi num.31.* firmat, quod dixi de appositione manus Papæ, quod habet vim decreti irritantis. Qua de re tradunt Doct. quod si Princeps confirmat aliquod priuilegium, vel concessionem ex certa scientia nemo inferior ab eo potest cognoscere de tali confirmatione propter manus appositionem factam per eum, Riminal. *in conf. 23. nu.136.* Nec mirum, cum etiam videamus Episcopũ concurrere cum quolibet Curato in sua diœcesi: qoia totà diœcesis est sua parochia, Abb. *in c. cum super. num 9. de sepult.*

His tamen non obstantibus contrariam sententiam verissimam esse, & tenendam existimo: ea potissimum ratione, & fundamento motus: quia certum est, quod res ecclesiæ solita cõcedi in emphyteusim, vel feudum si reuertatur ad ecclesiam ex aliqua causa, vel ob canonem non solutum, vel finitam inuestituram, seu generationem, & huiusmodi, concedi potest cuicunque extraneo absque alia solemnitate, vel causa, vt in emphyteusi, feudo, & huiusmodi est text. *expressus in extrauagan. Pau II Ambitiosa cupiditati. ibi, Ab antiquo concedi solitis de reb. eccl. non alie. & in c.2. de feudis. & ibi * omnes Doct. & signanter Abb. n.3. concludens,* quod etiam si Prælatus iurauit non alienare bona ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice, prout hodiè communiter iurant Episcopi, & Abbates, tamen huiusmodi iuramentũ intelligitur de his rebus, quę in ple-

in pleno dominio sunt ecclesiæ, & non extéditur ad bona solita concedi in feudum, vel in emphyteusim, si reuertantur ad ecclesiam: quia hæc non est noua alienatio, ex quo à principio fuit sancitum, vt illa bona sic concederentur. & dicit, quod quotidie ille tex. allegatur ad hoc propositum: & ante eum ibidem Io. And. *in princ.* sicut etiã iuramentum non includit modicam alienationem, vt respondit Feder. de Sen. *consf. 210.* quem ad hoc corruptè tamen, citat Abb. *in d. c. vt super. nu. 11. de reb. eccle. alienand. vel non.*

Sed sic est, quod d. Castrum fuit iamdiù solitũ concedi in feudũ per dictã ecclesiam, vtiq; ab anno 1384. & citrà vsq; adhuc in diuersis familijs, vt in facto præsupponitur, & explicatur etiam dicta inuestitura nouissima, ergò &c. ita cõcludit Imo. *in d. c. 2. n. 37. de feudis*, concludens in terminis *d. ca.* quod vt res dicatur solità concedi in feudum, vel emphyteusim, adeò vt possit per solũ Prælatum concedi, sufficit, quod termino 40. annorum bis fuerit ex causa concessa. & Alex. *qui cõcordat. citat in consf. 9. n. 6. vol. 3 & consf. 5. n. 11. volu. 5. & est* * *communis opin Soci. consf. 120. n. 23. vol. 4. Grat. consf. 96. nu. 14. vol. j & abundè per Ferdi. Loaz. in cõs. super oppido Mula, cart. 102. n. 24. & plu. seq.* Et constat etiã rem de antiquo esse, si tempus sit immemorabile, seu metã centum annorũ excedit, secundum* communẽ, de qua per Craue. *in tract. de antiqui. tempo. in j. par. n prin. & alibi sæpè per Doct.* & hic nunc ducentum anni, & vltrà lapsi sunt à prima concessione citrà, nec requiritur rẽ fuisse feudalẽ ante Concilium Lateran. teste Cald. *consf. 11. col. j. in fi primi dubij. tit. de feudis* ad differentiã feudi decimarum, quod si etiã ab antiquo solitum sit concedi laicis, nihilominus si reuertatur ad ecclesiã, amplius concedi non potest, quia laici sunt decimarum incapaces, cum sint iuris spiritualis, ad differẽtiam feudi rei Imperialis, Cald. *consf. j. tit. de decimis.* Intelligẽdo, quod dictum feudum sit reuersum ad ecclesiã ob lineam finitam, in tantum quod nullus amplius extaret agnatus, aliàs secus; si verum est, quod respondit Ang. Aret. *consf. 69. n. 6 & plu seq.* quod pro nunc non firmo, quia non tangit casum nostrum:

Quòd si extraneæ personæ inuestitura feudalis, de qua quæritur, fieri potuit, pariter etiam fieri potuit fratri d. Reuer. Domini concedentis, & eius descendentibus. Immò magis eis, quàm alijs, ex quo cessat fraus in re solità concedi, & quia non plus vtilitatis consequitur ecclesia ab extraneo, quàm à fratre d. Reuer. Episcopi: ità respondit Fede. de Sen. *d. consf 210 col. j. post med. vers. restat videre*, an propter consanguinitatem impediatur talis cõcessio. & quem etiam ad hoc refert, & sequitur post Archid. Abb. *in d. c. vt super. num. 18. & seq de reb. eccl. alien. sic interpretantes Auth. quibuscunque modis. C. de sac. eccl.* quæ videbatur contradicere, vt procedat in œconomo, qui est suspectus ratione officij; hic autem sumus in Prælato habente liberam administrationem, c. fi. ne sede vacan. Cald. *consf. 11. col. j. vers. item per hoc respõdetur. tit. de feudis.* & loquitur etiã d. Auth. in rebus non consuetis concedi, postquam ecclesia nõ læditur per talem concessionem, si fiat propinquis concedentis, vt considerat Castr. *ibidem num. 3. & ante eum tenent idem Bar. Bal. & ibidem citant Archid. & Iac. de Belui.* idem concludẽtes: nisi fortè coniuncta persona esset onerosa ecclesiæ, vt illi dicunt, vel valdè potens, de quo etiam per Abb. vbi supra. per quem, scilicet dubium esset, quod ecclesia euerteretur, vt considerat Ias. in *d. c. j. sub num. 17. tit. j. feudo.* hanc etiam partem tenet Bal. *in d. c. j. in princ. num. 9. & concord. etiam per Ias. ibidem.* At qualis honestatis, & probitatis sit d. Ill. D. Sigismundus omnibus innotescit, & consequenter cessat omnis sinistra suspicio, quæ aliàs quandoque solet oriri ex consanguinitate: & sic patet, hanc esse receptissimam sententiam. & abundè hæc pars firmatur *supra q. 54.*

Quibus sic stantibus, tota vis stat in remotione contrariorum.

Ad primum igitur respondetur, quod cessat in rebus, quæ consueuerunt concedi, maximè ab antiquo, vt supra probauimus. Secundum etiam pariter fuit sublatum ex * communi sententia, quod si egeant propinqui Prælati, debent iuuari de bonis proprijs ecclesiæ: & ità loquuntur in cõtrarium allegata. Si autem non egeant, possunt bona ecclesiæ solita concedi eis quoque concedi, dummodò non sint nimis potentes, vt suprà etiam diximus.

Ad tertium autem patet etiam solutio ex præmissis, quod iuramentum de non alienãdo inconsulto summo Pontifice, non se extendit ad rem solitam concedi, ita respondit Cald. *d. consf. 11. col. j. in prin. vers. ad primum dicitur. tit. de feudis. & Bero. consf. 109. nu. 25. vol. j.* & in terminis, quando concessio est vtilis Ecclesiæ, respondit Fede. de Sen. *consf. 210.*

Quartum etiam cessat ex eo, quod reuera præsens inuestitura non dicitur alteratiua aliarum inuestiturarum præcedentium. Quia quod attinet ad diuersitatem personarum, illud falsum est, & contra tex. *in d. c. 2. de feudis.* & * cõmuniter Doct. vt suprà demonstraui.

Et quantum ad qualitatem primogenituræ, ea nõ dicitur immutatio priorũ inuestiturarũ: quia tantundem Ecclesiæ consequitur ex inuestitura primogeniti, quantum fecisset à pluribus vassallis vt patet ex inuestitura facta in dictis de Matisfia. & magis interest Ecclesiæ habere vassallum potẽtem, vti aptiorem ad defensionem Ecclesiæ, & pro maiori decore ipsius, quàm plures pauperes, & debiles. Et facit ẽt, quia mutatio qualitatis nõ inducit diuersitatẽ rei, vt cõcludit Bello. *cõs. 8. n. 4.* & facit etiam, qa nostra interest habere subditos diuites.

Nec est verum, quod omnis additio, vel detractio sapiant nouam cõcessionem, vt dicebat Alex. in contrarium citatus, sed ita demum, si ea onerosa sit Ecclesiæ concedenti; aliàs secus: ita concludit Fede. de Sen. *consf. 179.* si de nouo deberet fieri concessio. & Abb. *in d. c. cum Apostolica. sub nu. 10. de his, quæ fiunt à Prælat. & concor. per Bero.* qui de his non meminit, *in cõs. 69. in fi. n. 2. vol. j. & d. consil. 93. n. 51.*

Et pro hoc stat Bal. *in c. j. §. insuper in fi. de prohibi. feu. alien. per Fede. quem citat Alex. vbi supra.* dicens, quod nouum feudum, & noua concessio ita demum dicitur, quando noua forma fuit data, aliàs secus. Vnde additio facta in renouatione non

dicitur

dicitur noua concessio, vt per Felyn. *in c. quod super his. colum. 4. circa med. vers. sed per hoc. de maio. & obe. & apertius Cast. in cons. 389.* si consideremus tenorem prorogationis. in j. par. vbi concludit, quòd aliud est aliquid de nouo fieri, aliud, quod factum est, crescere, vel extendere. Plus voluit Cald. *d. cons. 11. tit. de feudis.* in re antiquitus solita infeudari, quod si Episcopus nouiter eam infeudauit sub diuersis conditionibus, & pactis à primis, quod nihilominus valet talis concessio facta per solum Prælatum absque alijs solemnitatibus, dummodo substantialis forma non sit mutata, sed solùm aliqua qualitas, vel accidens: & dummodò res non desinat esse feudalis, vt ibi latè per eum in secundo dubio per totum. Sequitur Bero. *d. cons. 93. num. 12. versic. quia hoc motiuum in casu nostro non procedit. vol.* j. Et sufficit, quòd virtualiter noua pacta, seu additiones virtualiter idem contineant, quod primę, vt idem respondit *d. cons. 109. num. 27.* & ita debet intelligi, id quod ipse dixit *d cons. 119. num. 7. vol. eo.* quòd noua pacta, & qualitates faciunt nouam concessionem.

Non obstat vltima obiectio, in qua tota difficultas iacet istius controuersiæ. Quoniam nõ vidi prouisionem Apostolicam huiusmodi: nihilominus pro nunc dico quod allegata in contrarium loquuntur, quantum ad potestatem Papæ, siue absolutam, siue etiam ordinariam, de qua non est dubitandum. Sed punctus stat, quòd nemo potest cognoscere de validitate, vel inualiditate dictæ inuestituræ, nisi ipse Pontifex, *c. cum venissent. de iud. & concor. in terminis per Bero. cons. 72. num. 21. & seq. vol.* j. Nihilominus vis tota stat in voluntate ipsius, an ipse voluerit derogare iuri ordinarij, & præiudicare d. ecclesiæ Papien. in dispositione d. feudi. quia in dubio non præsumitur, quod voluerit lædere ius eorum nisi constet expresse de contraria voluntate Papæ, *l. 2. §. meritò. & § si quis à Principe. ff. ne quid in loco pub.* & tunc de contraria voluntate dicitur constare ità demum, quando Papa sciuit dictum feudum spectare dictæ ecclesiæ, & dispositioni d. R. D. Episcopi, vt per Menoch. *d. consil. 83. col. fi.* aliàs enim non præsumitur, quòd Papa sciuerit dictum Castrũ, &c. esse iuris, & feudi d. ecclesiæ, etiam si motu proprio dispositio emanasset, *c. si motu proprio. de preb. in 6.* Et facit Bello. *cons. 86. nu. 5. & seq.* vbi concludit, quod licèt Papa possit præuenire electores beneficij illud conferendo alteri, ità vt collatio per eos posteà facta non valeat; tamen hoc ità demum verum est, si constat de voluntate ipsius, quia voluerit electorum iuri præiudicare, & in dubio præsumitur, quòd noluerit, vt ibi per eum.

Nec sufficit, quod Papa potuerit de dicto feudo disponere, nisi etiam voluerit: quia duo sunt, in quibus consistit effectus rerum omnium intentionalium, voluntas, scilicet & potestas, secundum Boetium, cuius sententiam probat Bal. *in l. omne verbum. C. de verb. sign. & concord. per Alex. cõsi. 52. nu. 30. vol. 4 Afflic. deci. 305. nu. 7.* quamuis Arist. voluerit tria esse, quæ actus nostros reintegrant, voluntas, potestas & scientia.

Non refert igitur, quantum ad validitatem d. inuestituræ factæ in Ill. D. Sigismundum, quod dicta inuestitura sit impropria, seu abusiua, scilicet quia non sit tradita adhuc realis possessio: quia ex quo interuenit actus corporeus, scilicet per traditionem annuli, siue ensis, per quem dicitur data licentia apprehendendi possessionem propria authoritate, Inno. *in c. ex litteris. de consuetud. & in c. 1. quid sit inuesti. & concord. per Curt. iun. in trac. de feudis. in 2. par. in fi. num. 15. de quo non meminit Clar. in §. feudum q. 26. vers. debes scire. & vers. seq.* ex ipsa enim collatione beneficij ius quęsitum dicitur prouiso. Et ita in terminis respondit Soc. iun. *cons. 111. num. 7. & plu. seq. & num. 13. & seq. vol.* 2. concludit, quod inuestitura emphyteutica facta per Ecclesiam de castro ad se reuerso ob culpã vasalli, transfert ius in inuestitum, iudicialiter tamen possessio, & tenuta per alium capta, peti debet per inuestitutum abusiuum procuratorem nomine ecclesiæ, tanquam procuratorem ecclesiæ in rem suam. Prætermissa illa, difficili quæstione, an dominus possit propria auctoritate expellere emphyteutam, vt ibi per eum. Et istud ius dicitur ad rem: quia potest inuestitus prosequi gratiam suam coram executore, pro obtinenda actuali traditione, licèt interim dominium nõ habeat, nec possessionem, loquendo de inuestitura facta per inferiorem à Principe, & de re corporali, vt concludit Bal. *in c. 1. §. inuestitura. col. fin. & ibidem Afflic. num 4.* de noua forma feudali, & in *d. cap. 1. quid sit inuestitu.* Idemque probat Castren. *consi. 335. laudatio in fi. in 1. par.* vbi concludit, quod vasallus, qui nondum possessionem feudi fuit consequutus, non potest personalem actionem contra detentorem intentare: quia non contraxit secum, nec etiam rei vendicationem, quia nondum dominus factus est, ob non traditionẽ; habet tamen quoddam ius in corporale, & rei annexum, scilicet ius prælationis, vigore cuius potest negatoriam, vel quasi intentare directam, vel vtilem, quæ competit contra quemcunque detentorem, & turbatorem iuris, & petere declarari se præferendum, quo facto, potest ex officio iudicis illum cogere, & compellere ad restitutionem rei. Vt hęc puto verissima esse de iure communi, saluo semper saniori iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi præstant iuramentum sanctissimo Papa de non alienando bona ecclesiæ, ad quam promouentur.*

2 *Hodiè quilibet Prælatus à Papa promotus iurat non alienare eo inconsulto, & num. 17.*

3 *Prælati & inferiores beneficiati iurant de non alienando in manibus ordinarij.*

4 *Iuramentum de non alienando est necessarium, & præsumitur præstitum.*

5 *Iuramentum licitum semper est vsquequaque seruandum.*

6 *Iuramenti definitio.*

7 *Iuramentum, quamuis super obligatione nulla sit appositum, nihilominus est seruandum.*

8 *Iuramentum debet aliquid operari, habetque vim clausulæ. Si non valet quod ago, &c.*

9 *Prælatus fructus Ecclesiæ ad tempus vendere, & locare potest.*

10 *Concessio ad modicũ tempus non dicitur alienatio.*

Prohibi-

11 Prohibitus alienare vsquequò fructus vendere, seu locare possit.
12 Prælatus si non finita prima locatione relocat ad alios nouem annos, nunquid valeat locatio.
13 Prælatus rem Ecclesiæ modicam alienare potest.
14 Modica sunt exempta ab omni solemnitate iuris.
15 Prælatus potest alienare dando in emphyteusim rem exigui valoris non obstante iuramento de non alienando.
16 Rex potest donare de rebus Regni moderatè, quamuis iurauerit non alienare.
18 Iurans non alienare bona ecclesiæ potest illa donare capitulo, & vni canonico de capitulo.
19 Iuramentum non extenditur, nisi ad alienationem bonorum mensalium.
20 Prohibitus alienare potest alienare in consortes.
21 Prohibitus alienare extra familiam potest donare vni de familia.
22 Prohibitus alienare extra familiam, si alienat liberatur soluens pœnam.
23 Prohibitus alienare extra familiam, potest alienare partem alterius per ipsum redemptam.
24 Prohibitus alienare, potest alienare in extraneum, si non sit, qui reuocare possit.
25 Prohibitus alienare de consensu illorum de familia in extraneum alienare potest.
26 Cautela, quomodò prohibitus alienare extra familiam possit alienare.
27 Prælatus non obstante iuramento potest alienare res Ecclesiæ ex causa necessitatis, vel vtilitatis.
28 Iuramentum simpliciter præstitum restringitur ad alienationem illicitam.
29 Necessitas & vtilitas æquiparantur à iure.
30 Iuramentum habet vim clausulæ, Si non valet quod ago, &c.
31 Iuramentum ligat strictius iurantem, & quandoq; accumulat forum foro.
32 Iurans residere in Ecclesia potest se absentare ex causa necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ.
33 Iuramentum de non alienando Romano Pontifice inconsulto, quid operetur.
34 Consilium qui petere tenetur, non potest etiam licitè disponere consilio prius non petito.
35 Licentia prius peti debet, quam fiat alienatio. Amplia etiam in casu licito, vt nu. 42.
36 Necessitate summa vrgente, quæ maximam requirat celeritatem, alienatio inconsulto Papa fieri potest.
37 Legatus de latere an possit dare licentiam alienandi contra iuramentum.
38 Legatus de latere non potest disponere de his, quæ Papa specialiter sibi reseruauit.
39 Res modica, vel modicæ vtilitatis sub iuramento de non alienando non includitur.
40 Res quando non est modica, an non obstante iuramento de non alienando, alienari possit.
41 Alienatio facta contra iuramentum valet, sed contra faciens est periurus.
43 Prælatus an consanguineo suo rem Ecclesiæ in emphyteusim concedere, vel secum contrahere possit.
44 Administrator cum potestate alienandi, in personã consanguinei alienare non potest.
45 Prælatus, qui iurauit non alienare, an consanguineo suo concedere possit rem valoris vnius floreni cum dimidio.
46 Consanguineis prius est subueniendum, quam extraneis.
47 Prælatus sicut extraneis, ità & consanguineis beneficia Ecclesiastica concedere potest.
48 Prælatus de redditibus Ecclesiasticis consanguineis, & amicis suis potius, quàm alijs subsidium conferre potest.
49 Frater tam clericus, quàm laicus tenetur dotare sororem, quæ dotem non habeat.
50 Clericus habens vxorem, & filios, potest eos pascere de redditibus Ecclesiæ.
51 Episcopus, qui iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice, an possit in perpetuam emphyteusim terram concedere, super qua emphyteuta molendinum ædificet, &c.
52 Iuramentum non est iniquitatis vinculum, nec est in damnum Ecclesiæ seruandum.
53 Iuramenta illicita seruari non debent.
54 Alienans rem Ecclesiæ cum iuramento de non repetendo, debet nihilominus reuocare, si in præiudicium Ecclesiæ alienatio facta sit.
55 Prælatus, qui iurauit non alienare Romano Pontifice inconsulto, si impetrauit licentiam non facta iuramenti mentione, valet impetratio, & nu. 59.
56 Episcopus quinquagesimam redituum dare potest alicui Ecclesiæ, non obstante iuramento.
57 Episcopum nemo potest accusare, quod templum Dei ædificet.
58 Episcopus de bonis antiquæ Ecclesiæ nouam Ecclesiam construere tenetur, si Ecclesia parochialis multum distat, ità quod populus illuc concurrere non potest.
60 Episcopus, qui iurauit non alienare sine licentia Archiepiscopi, an de licentia Papæ alienare possit, non facta mentione dicti iuramenti.
61 Alienatio facta ab eo, qui iurauit non alienare, an valeat.
62 Alienans in præiudicium Ecclesiæ, etiamsi iurasset, nihilominus repetere potest.
63 Practica ad reuocandum à se alienata.
64 An qui iurauit non alienare, compromittere possit.
65 Clericus sine authoritate diœcesani non potest compromittere.
66 Iuramentum de non alienando complectitur tantũ res, quæ sunt de mensa.
67 Iuramentum Abbatis de non alienando non se extendit ad id, quod non est de mensa.
68 Bona mensæ Episcopalis alienari possunt ad vitam alienantis.
69 Prælatus non potest venire contra factum suum: & confessio Prælati in eius præiudicium valet vita eius durante.
70 Mensæ bona non sunt, quorum vtile dominium non est penes ecclesiam, vel Episcopum.
71 Bona dicuntur esse de mensa Prælati, quorum directum, & vtile dominium est penes ecclesiam.
72 Bona de mensa esse præsumuntur, quorum proprietas, & vtilitas fuit longissimo tempore penes ecclesiam.
73 Bona de nouo ecclesiæ acquisita dicuntur esse de mensa ipsius.
74 Prælatus, si per annum penes ecclesiam retinuit bo-

na reuersa, quæ solita erant infeudari, præsumitur illa applicasse mensæ.

75 *Bona reuersa, si notentur in libro aliarum possessionum mensæ, dicuntur esse incorporata mensæ.*

76 *Quis talis esse præsumitur, quales sunt illi, inter quos numeratur.*

77 *Bona reuersa ad Ecclesiam si possideantur per 40. annos, amplius infeudari non poterunt.*

78 *Possidens per 10. annos videtur declarare bona esse mensæ incorporata.*

79 *Prælatus iuramento non obstante necessarias alienationes facere potest.*

80 *Prælatus non obstante iuramento alienare potest, quæ sunt nullius, vel modicæ vtilitatis.*

81 *Prælatus in casu permisso alienare potest, iuramento simpliciter præstito non obstante.*

82 *Iuramentum de non alienando sine licentia superioris impedit alienationem etiam in casu licito.*

83 *Licentia debet prius peti, quàm fiat alienatio.*

DE ALIENATIONE NON OBstante iuramento de non alienando præstito.

QVAESTIO LV.

1 QVIA Episcopi † immediatè Sanctissimo Papæ subiecti ad Episcopatum promoti, vel tempore consecrationis solemnè præstant iuramentum Sanctissimo Papæ, vel eius Sedi Apostolicæ de non alienando bona Ecclesiæ, ad quam promouentur, immò in Bulla eorum promotionis imponitur talis iuramenti præstatio; alij verò subiecto metropolitanis iurant metropolitanis ipsis, *c. vlt. de eccl. ædifi. vel repa. gl. in c. intellecto. extrà de iureiur. & c. vt super. extrà de reb. eccl. alien vel non. vbi gl. in verb. sacramento.* Nam, inquit, quilibet Episcopus qui immediatè Sanctissimo Papæ subest, iurat ei fidelitatem, quod non alienabit bona Ecclesiæ nec infeudabit de nouo. & idem iuramentũ præstant alij Episcopi suis metropolitanis. Et per
2 Abb. *in d. c. vt super num. 8. vers. in gl. in verb.* Hodiè † seruatur de consuetudine, quod quilibet prælatus promotus per Papam, vel eius mandato consecratus, iurat sibi non alienare eo inconsulto. & per eundem *in c. tua. de eccl. ædif. vel repar. in 1. not.* vbi dicit; Nota primò, quod Episcopus iurat nõ alienare bona Ecclesiæ: quandoque iurat non alienare bona mensæ suæ: quandoque iurat non infeudare de nouo, *c. 2. de feud.* hodiè verò prælati præstant iuramentum magis generale. Iurant enim nõ alienare Romano Pontifice inconsulto, quod iuramẽtum ipso facto præstant etiam non exempti, si cõfirmationem, consecrationem, vel pallium à Papa
3 non recipiunt, quod † etiam faciunt prælati, & inferiores beneficiati in manibus ordinarij, vel illius à quo ad dignitatem promouentur, per Bal. *in c. j. in pri. 3. col. vers. quæro. de his, qui feu. da poss.* Et est stylus Roman. Cur. vel consuetudo, vt prælatus tale præstet iuramentum, per Doct. pluribus in locis, per Io. And. & Abb. *in c. ego N. de iureiur & Doct. in*
4 *c. 2. de feud.* Et ex quo istud iuramentum † est necessariũ quodammodo, & præstari consuetũ, præsumitur semper præstitum, tenet Rota *in manuscriptis decis. Crescen. de iureiurand. 149. incipi.* iuramentum, quod. Et video, quod in multis casibus alienantur, & alienari possunt licitè bona talium Ecclesiarum, vel beneficiorum, etiam non obstante taliter præstito iuramento; ideò iudico non esse extra propositum materiæ nostræ, si aliquid dixerimus de alienationibus Ecclesiasticis, quæ fiunt non obstante iuramento, & an, & quomodo res Ecclesiæ possint alienari per Prælatum, qui de illis non alienandis iuramentũ præstitit.

§ Videtur igitur primò, quod cum tale iuramẽtum de non alienandis bonis ecclesiæ sit in fauorem ecclesiæ, & sit consonum, & conforme dispositioni iuris tam ciuilis, quam canonici super prohibitione alienationis rerum ecclesiæ, de quo suis titulis habetur in vtroque iure, sit seruandũ, & seruari debeat: quia ex eo, quod est pro iure, & non contra ius, videtur licitum: & iuramentum licitum seruari, & custodiri debet: quia † iuramẽtum licitum semper est vsquequaque seruãdum, 5
c. quanto. §. si verò. c. cum quidam. §. illi verò. extrà de iureiur. saltem ob reuerentiam, & ob respectum Dei, qui in iuramento vocatur in testem: quia iuramentum est obligatio animæ alicuius ad aliquid afferendum, vel seruandum, † Deo in testem 6
vocato, per Cyn. & Bal. *in Auth. sacramenta. C. si aduers. vend.* licèt enim obligatio, super qua est præstitum iuramentum, sit nulla, & de iure diuino siue de iure canonico, veluti est obligatio vsurarũ, in qua interuenit iuramentum, licèt † dico nulla 7
sit obligatio, tamen iuramentum super hac obligatione factum est re seruandum, gloss. *est in cap. debitores. de iureiu. in gloss. cogi.* quæ dicit, Et sic patet, quod licèt non tenent principale, tenet tamẽ accessorium. Et in casu nostro dicunt, & tenent Io. And. & Io. de Lig. *in c. vt super. de reb. eccl. alienan. vel non.* quod si Prælatus iurat non alienare bona ecclesiæ, non potest alienare etiam in casibus à iure permissis, & id indistinctè est verum: quia iuramentum debet aliquid operari. Facit doctrina Abb. *in c. si. de eccl. ædifi. vel repar. ad fin. nu. 13 ibi*; Ex quo nota, quod iuramentum de non alienãdo bona Ecclesiæ. intelligitur largo modo, siue directè, siue indirectè contingat bonorũ, & iurium alienatio. Facit, quod legitur, & notatur *in c. nulli. de reb. eccl. alien.* † Item iuramentum de- 8
bet aliquid operari, hoc est, quod habet vim clausulæ, Si non valet, quod ago, vt ago, valeat, vt valere potest, *l. cum potest. § filius matrem. ff. de lega. 2. & c. ad nostram. de iureiur per Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussori. & in l. sciendum. ff. de verb oblig. per Abb in d. c. vlt. de eccl. ædific. vel repar. colum. 5. num. 41 ver. & ex hoc, & est tex. & dicit Gem. in c. dudum. nostro tit. li 6. ver an autem.* quod si Episcopus iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice, vel Archiepiscopo, tunc sine eorum licentia non poterit alienare, *d. c. ego N. de iureiurando, c. per tuas. de dona. & c. vt super. de rebus eccl. alienand. vel non.* Aut non iurauit alienare. & tunc non requiritur authoritas illorum, quia non reperitur iure cautũ.

§ Istis tamen non obstantibus, in multis casibus, quos infrà adducemus, veritas sese habet in contrarium, in quibus Prælatus res ecclesiæ, non obstante iuramento, alienare potest. Nam primò videtur, quod † Prælatus possit benè fructus ecclesiæ locare, & vendere ad tempus: per text. in 9
Cle. 1. in fi. de reb. eccl. non alien. et non obstante taliter

Iter præstito iuramento Dicit Io. And. *in additio. ad Spec. in rubr. huius tit. nostri, quod Io. de Dee l. 6.* facit istam quæstionem de eo, qui iurauit non alienare, vel pignerare, an ex causa possit fructus locare, & vendere ad tempus? De quo dic. inquit vt habetur *in Clem. 1. eod. tit. in fi.* id enim permittit talibus ad modicum tempus. idem dicit Paulus in *d. Clem. 1.* idem habetur per Ioã. de Lign. *in c. si quis*
10 *presbyterorum. extrà eod.* tit quia concessio † facta ad modicum tempus non est, nec dicitur alienatio, per ea, quæ dicit glo. *in Cle. 1. eo. tit. in verb. locationes. vbi dicit*; quòd locare non est alienare, si fiat locatio ad modicum tempus, vt ibi. Dico ego aliquid suprà *q. 2. c. 13. & sequen.* Vnde ista ratione ex eo, quia non est alienatio, potest dici, quòd non includatur talis concessio in forma talis iuramẽti. Idem habetur per Abb. *in c. fi. de eccle. ædifi. vel repar. col. fi. nu. 11. versic. vlterius.* vbi quærit, an Prælatus, qui iurauit nõ alienare, vel pignerare bona ecclesiæ suæ, possit fructus pensionum vẽdere ad x. vel xx. ann. Guido, inquit Abb. dicit, quod sic, *per tex. in l. pen. §. quæritur. ff. de lega. 2.* Nec obstat *l. fi. C. de reb. alien. non aliena.* quia ibi rem alienauit, hic verò pensionem, vel ipsius pensionis fructus.
11 Tenet etiam, † quod prohibitus alienare locare potest in centum annos: & hoc tenet gl. *in d. l. pen. §. instituto.* sed gl. hoc reprobat in *Clem. 1. de reb. eccl. non alien.* quia prohibitus alienare potest vẽdere fructus, seu locare, dummodò non faciat ad magnum tempus, vt per *tex. iuncta d. gl. d. Cle. j. & dic, vt ibi notatur.* Et in margine ibi ad Abbat. quæritur, quod si venderet quis fructus ecclesiæ ad 9. annos tantum? Et dic, quod id potest, quia ista nõ
12 est alienatio. Posteà quando sunt † elapsi duo, vel tres anni, si vendit, vel relocat ad alios 9. annos inchoaturos in fine primi nouennij, nũquid valeat? Dic, quod in isto casu nihil valet, quia cẽsetur facta in fraudẽ, & est species alienationis, per Cardinal. *in dict. Clement. 1. §. fina. penul. quæstio. de rebus ecclesi. non alienand. ad hoc. cap. quanto. de priuileg.* quod benè nota, quia millies videbis.
13 § † Item quoque videtur dicendum, si res ecclesiæ sit parua, vel modica, Prælatus videtur posse alienare licitè de per se, etiam non obstante iuramento per eum præstito de non alienando, per ea, quæ habentur per Abb. *in c. vt super. sub num. 15. extrà de reb. eccl. alie. vel non. ibi, Ego dicerẽ*, quod aut res est modica, seu modicæ vtilitatis; & tunc non includitur sub iuramento de non alienando, quia nõ est verisimile, quod superior voluerit illũ illa-
14 queare in istis modicis, cum ista † modica sint exẽpta ab omni solemnitate iuris, & dispositione, *vt in cap. terrulas. 12. quæst. 2.* Iuramentũ ergò simpliciter præstitũ debet intelligi secũdum materiam subiectam, per ea, quæ not. per Inn. *in c. per tuas. de arbitr. Idem dicit Abb. in c. fi. de eccle. ædif. vel repa. col. fi. num. 9. ibi,* Item puto hoc iuramentum non esse extendendum ad alienationem modicæ rei, *arg. 12. q. 2. c. terrulas.* Facit, quod dicit Fed. de Sen. *cons. 202. vide quod nota. in c. vt super. de reb. eccle. alienan.* & Archi. in *c. Abbatib. 12. q. 2.* vbi prosequitur, an Prælati citra Episcopũ possint rẽ modicã alienare sine solẽnitate, &c. Facit, quod habetur in *decis. 156. Guid. Papa, per ea, quæ dicit Cardin. Floren. in ca. 1. de his, quæ fiunt à Prælat. & quod refert Fed. de Senis in cons. 403.* quod Prælatus, qui iurauit non alienare inconsulto Papa, potest alienare dando in emphyteusim rem exigui valoris, quia iuramentum non debet extendi ad grauamen Ecclesiæ. Et facit, quod dicit Petr. de Anch. *in ca. intellecto. extrà de iureiurando.* vbi dicit, quod Rex † po- 16
test donare de rebus Regni moderatè, non obstãte iuramento de non alienando per eum præstito: quia iuramentum intelligitur de graui donatione, non autem modica, vel moderata: item iuramentum est stricti iuris, ideò debet restringi, argumen. c. penul. de iureiurando. & hoc notabis, inquit, semper. nam reperio Feder. idem sensisse *in suo consilio 204.* nam † hodiè Prælati communi- 17
ter iurant non alienare inconsulto Papa, & ità debet intelligi iste tex. quod non obstante iuramento, poterit iste alienationem facere, vt ibi per eum *col. 3. vers. sed oppono contrà.* Et habetur per Bal. *in l. voluntas. in lectura antiqua. C. de fideic. & in l. dudum. C. de contrahen. emptio.* quod iurans non alienare bona † Ecclesiæ potest illa donare capitulo, 18
immò etiam canonico vni de cap. Facit, quod *no. in Clem. fina. de reb. ecclesi. non alien. refert, & sequitur Bertach. de Fir. in tract. de Episc. 4. par. quæst. 45. num. 143.* Et dicebat Hostiens. *in cap. pastoralis. de his, quæ fiunt à Prælat.* quod iuramentũ † de non alienando 19
res Ecclesiæ, quod præstant Episcopi, & alij Prælati, non extenditur, nisi ad alienationem rerum, & bonorum mensalium, *cap. fi. de eccl. ædif. vel repar. Sequitur Ioan. Bertach. de Fir. in d. tract. de Episc. 4. par. quæst. 46. ad fi. sub numer. 159.* Addens idem Bertach. *vbi supra. in d. quæst. 45. sub numer. 143.* quod pro hoc facit, quia prohibitus † alienare potest a- 20
lienare in consortes, *l. fi. C. non lice. hab. metro. libr. 11 habetur in l. si domus, § fi. & ibi Bart. de lega. 1. & in l. pater filium, §. quindecim ff. de leg. 3. & in l. si milis, & Titie de verb. obliga. & in l. voluntas, & ibi Bar. C. de fideicom.* Quod est verum, secundum Bal. *ibi in 1. colum.* nisi sit eadem ratio prohibitionis: quod nota. Et adde, subiungit idem Bertach. *dicto loco,* quod facit ad hoc: quia prohibitus vendere extrà familiam † potest donare vni de familia, purà so- 21
rori, secundum Bald. *in d. l. voluntas. j. colum.* Quinetiam potest dare in dotem sorori suæ, vel eius viro, vel etiam constituere sibi dotem potest fœmina prohibita alienare, Bald. *ibi, colum. 2. vide notata in Authen. res, quæ C. commu. de leg. Pauli de Cast. consil. 13.* vbi ponit, an certa res prohibita alienari à testatore possit in dotem dari. Nota tamen, † 22
quod prohibitus alienare extra familiam, si alienat liberatur soluens pœnam, quam si non soluat, familiæ debetur res alienata, secundum Bald. *not. in l. j. 11. quæst. C. de his, quæ pœnæ nomine.* Potest † au- 23
tem prohibitus alienare extra familiam alienare partem alterius per ipsum redemptam, vt habetur in *d. §. quindecim. & per Bart. ibi.* Item potest alienare in eum, qui fuit de familia tempore mortis, vel tempore testamenti, secundum Bald *in d. l. voluntas. in fi.* Item potest † alienare in extraneũ, si 24
in familia nullus sit, nisi alienans, quia non sit, qui reuocare possit, secundum Paul. de Castr. *cons. 43.* Item potest † alienare de consensu illorum de fa- 25
milia in quemcunque extraneum, *l. qui Romæ §.*

ceba-

cohæredes. vbi Dyn. Bart. & Doctor. de verb. oblig. facit l. nihil §. omnibus de leg. j. l. quoties. & ibi Bart. & Doct. C. de fideic. Item potest alienare partem sibi aliter, quam per ius accrescendi acquisitam. tenet Bald. Imola, & Ioan. de Por. in l. si testamento. in princ. de vulg. & pup. Item si alienetur primò in vnum de familia, poterit ille secundus in extraneum posteà alienare, d. §. quindecim vbi Bart. & tenet Bald. d. l. voluntas. Ideoque Ray. de For. in d. §. quindecim. dat
26 cautelã, quod † prohibitus alienare alienet in vnum de familia: quia tunc posteà res alienata potest in extraneum alienari: quod nota, vt per d. Io. Bertach. d. loco.

27 § Videtur etiam, quod † euenlente casu necessitatis, sit licitum Prælato res Ecclesiæ alienare, etiam non obstante iuramento de non alienando per eum præstito. Item & euenlente casu vtilitatis Ecclesiæ: quia necessitas, & vtilitas in materia nostra æquiparantur, & quod dicitur de casu necessitatis, censetur dictum de casu vtilitatis. quia dicit Abb. in d. c. si. nu. 3 de eccl. ædif. vel repar. quod
28 † iuramentũ simpliciter præstitum de rebus ecclesiæ non alienandis restringitur ad alienationẽ illicitam, non autem ad alienationem necessariã. & eadem ratione puto idem in alienatione, quæ fit ad vtilitatem ecclesiæ; nam necessitas, & vtili-
29 tas † in hoc æquiparantur à iure, c. fine exceptione. 12. q. 2 & quod no. in gl. summa. Sunt verba Aegid. Bellamera in c. Abbatib. colum. 5. num. 6 ver. sed contra. 12. q. 2. vbi dicit, Causa necessitatis, & vtilitas æquiparantur & in vtraq; causa etiam non obstante iuraméto Prælatus alienare potest, subdens, Et idem posset dici, vbi esset casus pietatis, vt pro redemptione captiuorum, c. aurum. Facit, quod in simili no. Inno. in c. cum omnes. de consti. Subdens Abb. Et ex hoc, & est tex. arguo, quod iuramentum, præstitum in materia iuris restringitur, & restringi habet ad limites iuris, optimus tex. in l. fi. C. de condict. indeb. & in l. si ff de bo. qui satisd. cogan. & vide, quod notat Inno. in c. per tuas. de arbitr. Subijciens idem Abb. num. 4. In cõtrarium facit, quod
30 iuraméntum debet aliquid operari; hoc est, † quod habeat vim clausulæ, Si non valet, quod ago, vt ago, valeat, vt valere potest. l. cum pater. §. filium matrem. ff. de leg. 2. & in c. ad nostram. de iureiur. per Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. & in l. ferendum. ff. de verb. oblig. Potest tamen dici, quod primum procedat, quando iuramentum potest per se operari:
31 nam † adducit vinculum, & ligat strictius ipsum iurantem, vt non contraueniat, & quandoque accumulat forum foro, vt cap. fin. de foro competen. in sexto. & vide bonum tex. in c. ex parte tua. de cleri.
32 residen. vbi iurans residere in ecclesia, † potest nihilominus iuramento non obstante, se absentare pro necessitate, vel vtilitate ecclesiæ: vel iuramẽtum pro se parum, aut nihil operatur: & tunc habet vim illius clausulæ, Si non valet, quod ago, vt ago, &c. Subdens Abb. ibidem nu. 6. in materia: Sed
33 quæro, an † idem sit dicendum hodiè in illo iuramento de non alienando Romano Pontifice inconsulto? Io. And. dicit, quod non: quia hoc iuramẽtum ex vi verborum debet intelligi etiam de licita alienatione, siue sit iuratum Papæ, siue inferiori Prælato: videtur enim Papa, vel inferior tale iuramentum recipiendo à subiecto voluisse obuiare, ne quid indiscretè agatur, & prouidere ecclesiæ etiam in licitis alienationibus. nam de illicita alienatione non potest intelligi, quia illa etiam de superioris licentia fieri non debet. Quidã tamen consuluerunt contrarium, dicentes, quòd etiam hoc iuramentum debet extendi solum ad illicitam alienationem. Sed dicit Ioã. Andr. quod isti consulentes non potuerunt posteà eorum consilium defendere, & contra eos inducit text. in capit. aduersus. de immunit. ecclesiarum. in verb. propter imprudentiã. vbi etiam necessaria, vel vtilis contributio non fit inconsulto Papa, ne quid indiscretè agatur. fatetur tamen Io. And. quod hoc esset de facto corrigendum, quia est multum ecclesijs grauosum, cum ratione talis iuramenti impediantur sæpè Prælati facere contractus alias vtiles de proximorum Prælatorum licẽtia. & cum hoc d. Io. And. dicit Abb. quod omnes* communiter transeunt, &, inquit, mihi placet. & pro hoc adduco talem rationem. Certum est, quod recipiens tale iuramentum videtur sibi reseruare cõsilium, vt patet ex vi verborum; sed astrictus ad petendum consilium † super aliqua re, non potest 34
etiam licitè de illa disponere consilio prius non petito, c. cum in veteri. de elect. c. cum olim. de arbit. c. nouit. de his, quasi à Prel. Bar. in l j. §. si plures. ff. de exer. Idem puto dicendum de iuramento præstito de non alienando sine licentia Papæ, vel alterius. nam licentia debet † præcedere, c. licèt. de reg. 35
& hoc tenet Io. An. post Host. in c. j. de his quasi à Præl. Omnia, inquit idem Abb. in d. c. vlt. num. 8. prædicta arbitror esse vera cessante summa necessitate; si autem immineret summa necessitas alienandi, † & tantam celeritatem requireret, quod supe- 36
riorem consuli non patiatur, tunc puto alienationem posse fieri, consensu Papæ, vel alterius, cui fuit taliter iuramentum præstitum, minima requisito, arg. optimo l. tutor, qui repertorium. ff. de admi. tut. vbi in causa necessitatis potest tutor inuentario non confecto administrare bona pupilli, quod aliàs cessante necessitate facere non potest. ad idem, quod no. Io. 12. q. 2. fine exceptione. & c. placuit. & Hugo. & Arch. in c. Abbatibus ea cau. & q. Io. de Fan. in Cle. j. de reb. eccl. non alie. vbi dicit in casu illius Cle. posse fieri alienationem impunè, illã solemnitate non seruatã, si necessitas non capit tantam dilationem. Tenet Pau. in sua disputatione incip. condemnatus. bonus tex. in simili in c. nullus rec eccl. 17. q. 4. Et, inquit Abb. hæc nota, quia faciunt ad multa, maximè pro exemptis habentibus superiores in remotissimis partibus, vbi subdit Abb. num. 10. An † autem Legatus de latere possit dare 37
licentiam alienandi contra hoc iuramentum, vide, inquit, per Spec. in tit. de dispen. §. consequenter. vers. cæterum. vbi concludit, quod non, arg. tex. in c. venerabilem. de elect. & credo, quod optimè loquatur, quia non potest disponere in his, † quæ Papa 38
spiritualiter sibi reseruauit, vt c. quod translationẽ. de off. leg. secus dicit ipse Spe. in vers. seq. in iuraméto præstito inferiori Prælatorum tunc cum ipse concurrat cum quolibet Prælato prouinciæ suæ, quicunque sit ille, poterit legatus talem licentiã dare. nam iuramentum illud est præstitum habito re-

to respectu ad dignitatem, & non ad personam Prælati. quod dicit verum *in vers. fin.* nisi is, cui iste iurauit, sit Prælatus alterius prouinciæ: quia cum illo non concurrit: licèt fateatur, quod circumscripto isto iuramento, possit legatus dare licentiam rectori alienandi bona, quæ sunt in prouincia sua, licèt prælatus istius rectoris sit in aliena prouincia. Clarius in hac materia videtur distinguere Abb. *in d. c. vt super. de reb. eccl. alien. vel non. colum. 2. sub num. 15. vers.* sed oppono contra gl. vbi facta oppositione contra dictum gl. quod nec etiam ex causa vtilitatis ecclesiæ, ex quo iurauit, potest ille Archiepiscopus alienare, distinguendo
39 dicit: Ego dicerem, quod aut res est modica, † & seu modicæ vtilitatis: & tunc non includitur sub iuramento de non alienando: quia non est verisimile, quod superior voluerit illum illaqueare in istis modicis, cum ista modica sint exempta ab omni solemnitate, & iuris dispositione, *c. terrulas. 12. q. 2.* iuramentum ergò simpliciter præstitum debet intelligi secundum materiam subiectam, ad ea quæ, no. Inn. *in c. per tuas. de arbi.* Item iuramentum est stricti iuris, ideò debet restringi, & non latè interpretari, *arg. c. pen. de iureiur.* Et hoc, inquit Abb. notabis sêper nã reperio Fed. *conf. 204.* dicêtem, quod hodiè Prælati communiter iurant non alienare inconsulto Papa: & sic debet intelligi iste text. quia non obstante iuramento, poterit
40 iste hanc alienationem facere. Aut † res est non modica: & tunc distingue formam iuramenti: aut iurauit non alienare simpliciter, aut non alienare inconsulto Papa, aut non alienare sine licentia superioris. Si verò iurauit simpliciter: & tunc puto, quod in casu vtilitatis ecclesiæ poterit alienare. nam video, quod in casu necessitatis ecclesiæ hoc iuramentum non astringit, *c. fi. de eccl. ædif. vel repar.* quia necessitas, & vtilitas æquiparantur à iure, vt not. *12. q. 2. in summa. no. Inn. in c. cum omnes. de consti.* Refertur ergò illud iuramentum ad alienationem illicitam, vt sic metu iuramenti Prælatus abstineat facilius ab alienatione illicita. nam regulariter à iure prohibetur alienatio, *c. si quis. cap. nulli. de reb. eccl. alie. vel non.* & iuramentum est stricti iuris. debet ergò intelligi secundum iuris dispositionem, vt non alienet, scilicet illicitè, prout iura disponunt. Si verò sit iuratum non alienare inconsulto Papa, & sic secundum secundam formam, tunc, inquit, ipsemet Abb. *d. loco num. 16.* intellige tex. secundum opinionem Inn. quod fuit concessum alienare isti gratia speciali. nam taliter prestito iuramento, non potest, nec debet fieri etiam licita alienatio Papa inconsulto: hoc enim importât illa verba *c. aduersus. de immu. eccl. vt colligitur in c. vlt. de eccl. ædif. vel repar.* Item necesse est, vt verba intelligantur de alienatione aliàs licita: nam inconsulto Papa non faceret illicitam: & ità volunt* communiter Doc. *in d. c. fi. de eccle. ædifi. vel reparan.* Et quod qui taliter iurauit, videatur iurasse non alienare etiam in casu permisso, videtur esse* communis opinio, per Doct. *in d. c. fi. in c. j. de rebus eccl. in 6. & in c. j. de his, quæ fiunt à Præla.* adeò vt plerique Doct. loquantur per verbum impeditiuum potestatis, etiam in casu licitæ, vt Non potest, Non valet, Impeditur, per, quòd videtur dicendum, quòd alienatio secuta in casu permisso contra iuramentum esset nulla, & non valeret.

§ Sed in contrarium est veritas, † quam tenet Rota in manuscriptis *decis. Cresc. 150. incip. Prælatus. in rub. de iureiur.* vbi deciditur, quod valet alienatio facta in casu licito contra iuramentum, licet contrafaciens sit periurus, per Doctor. *in l. si ita quis. §. ea. ff. de verb. oblig. Canonistæ in cap. licèt mulieres. de iureiurand. in 6. Corn. consil. 322. 3. volum.* quia intelligit Rota, quod tale iuramentum non facit alienationem licitam nullam, licèt faciat illum, qui alienat periurum, est decis. in terminis Guid Pap. *quæ. 153.* vbi Episcopus, qui iurauit non infeudare Romano Pontifice inconsulto, non potest bona suæ mensæ Episcopali non solita infeudari infeudare: si non iurauit, tûc nô requiritur Papæ authoritas. 41

§ Si verò sit iuratum non alienare sine licentia superioris, & sic secundum tertiam formam, & tunc pari modo, inquit Abb. *vbi suprà numer. 17.* dicendum est, quod non possit alienare etiam licitè sine licentia. nam non potest intelligi de alienatione illicita: quia illa non fit etiam cum licentia superioris. & de † significato huius verbi Licentia, est vt debeat peti primò licentia etiam in casu licito, quasi quod superior reseruet in se cognitionem, vtrum casus sit licitus nec ne, per text. in fi. c. licèt. de regula. Hæc per Abb. *in d. cap. vt super. de reb. eccles. alien. vel non.* Facit, quod habetur in decis. Guid. Papæ *decis. 149.* quod stante tali iuramento non debet fieri alienatio, & si fiat, quòd est nulla. Sed possumus in hoc quoque casu dicere idem, & tenere, quod in allegata Rotæ decis. tenetur de iuramento præstito Papæ, argum. à maiori ad minus. Et Abb. *d. loco nempè in d. cap. vt super. numer. 18. versic. sed quæritur de quæst.* not. ponit in materia quæstionem, videlicèt, nunquid Prælatus possit consanguineo suo concedere rem † Ecclesiæ in emphyteusim, vel secum contrahere alienationem rei Ecclesiasticæ. Et dicit, quod videtur de hoc *text notabilis in Authen. quibuscunque. C. de sacrosanct. eccles.* vbi habetur, quod quibuscunque modis alienatio rei Ecclesiasticæ facta permittatur, non tamen licèt œconomo, vel eius consanguineis rem Ecclesiæ accipere. & faciunt ibi Legistæ festum de illo text. aduocantes, quod vbi administratori permittitur alienatio, non potest illam facere in personam consanguinei, † quia est suspicio læsionis propter consanguinitatem. & est illa *Authen. canonizata 10. quæst. 2.* hæc vsus præstatio. Doctores. tamen ibi, & maximè Bart. & Bald. dicunt, quod rem solitam concedi in emphyteusim, seu in feudum potest Prælatus concedere suo consanguineo, quia cessat hoc casu præsumptio fraudis, & læsionis, cum aperta sit via huius alienationis; nisi secundum Bald. vellet concedere consanguineo potentissimo: sentit etiam Bart. post Iac. quod modicam rem potest consanguineo concedere. & sic transeunt Legistæ * communiter ibi. Sed reperio Feder. de Sen. *præallegat. consil.* subiungit ibidem Abb. vbi firmat contrarium. format enim † quæstionem, nunquid Prælatus, qui iurauit non alienare sine licentia superioris, possit consanguineo concedere in emphyteusim 42 43 44 45

teusim rem valoris vnius floreni cum dimidio,& reditus quinque solidorum.nam expediebat propter vicinitatem habere illam petiolam terræ.Et determinat finaliter,quod sic:quia non obstat iuramentum in istis minimis.nec obstat consanguinitas, quia ratione fraudis fuit inducta illa prohibitio, sed hic præsupponit omnẽ fraudem cessare. Item cessante fraude melius est contrahere
46 cum cõsanguineis,quam cum extraneis:nã † prius debemus subuenire consanguineis, quam extraneis,*86.dist.non satis.Facit, quod no.glo.31. dist.c.omnind & c.j.supra de cohab. mul.& cler.vt per Abb. ibidem,* vbi concludit,quod non:& tenet, quod dictum Legistarum sit verũ, quod vbi administratori permittitur alienatio, non potest illam facere in personam consanguinei : quia Auth. ad hoc allegata loquitur in œconomo, quod non putat procedere in Prelato ecclesiæ.Nã reperio,inquit, tex.valdè singularem *12.q.2.* si quis qualibet. *iuncto c.pracedenti.* vbi dicitur, quod rector cuiuscũque ecclesiæ potest vnam rem de ecclesia auferre, dummodò de suo tantundem ecclesiæ conferat: & sic habet priuilegiũ, vt res ecclesiæ possit alienare sine vtilitate.satis enim est, quod ecclesia nõ deterioretur.& videtur tex. *in cap. si quis. praalleg.* quod etiam in fauorem consanguineorum potest Prælatus hoc facere, vt etiã sentit ibi Arch. Et facit,quod no.Arch.*10.q.2.precaria.* vbi dicit; quod
47 sicut extraneis, † ità consanguineis potest Prælatus beneficia ecclesiastica concedere, vt per Abb. *d. c. vt super. insi. Et ad d. Auth. quibuscumque modis.* dico, quod loquitur in œconomo, qui non habet priuilegiũ sicut Prælatus, nec tantum iuris in bonis ecclesiæ, iuxta *no.per gl.5.q.3.c.fi.* Item œconomus est magis suspectus, quam sit Prælatus: quia Prælatus est proprius sponsus ecclesiæ, non sic œconomus.Et per hoc, inquit,concluderem, quod Prælatus posset contrahere cũ consanguineis de rebus ecclesiæ, sicut cum extraneis, licèt œconomus non possit,nisi, vt prædixi. Addo ego, quod dicit Abb.*in c.inquirendũ n.4.de pec.cle.*quod Prę-
48 latus de reditibus † ecclesiasticis habet conferre subsidiũ suis cõsanguineis, & quod immò potius tenetur suis,& amicis, quam alijs. & per eundem Abb.*in repet.c cũ esses.de testa.n.31.*vbi clericus potest testari de bonis ecclesiæ, si tantundem ecclesiæ cõtulit de bonis suis,antequã testetur. Et dicit Anch. *cons. 437.* quod sunt laudandi exequutores testamẽti,qui in propinquos pauperes testatoris, vel defuncti bona distribuunt. Item addo, quod dicit Abb. *in c peruenit.n.j.no. 2. extrà de arbitr.* q
49 quemadmodum † de iure ciuili frater laicus tenetur dotare sororẽ,quæ dotẽ non habeat,quæ sit ei coniuncta ex parte patris,vt per gl.*in l.cum plures.& ibi Doct.§.pen ff.de admi. tut. & in l.non enim. C.eo. tit.* & sicut eã tenetur alere in casu necessitatis:ità & dotare, cum longè fauorabilior sit causa dotis causa alimentorũ: ità similiter est dicendũ, quod frater clericus teneatur ad sororẽ dotandã, cum clericus teneatur magis actum humanitatis exercere,& charitatis,quã laicus, *c.j. & quod ibi no.de emp.& vend.*Subdẽs *ibidẽ*, Et credo, quod cum bona conscientia,si clericus non habet bona patrimonialia,poterit dotare sororem, vel aliam consanguineã de fructibus ecclesiasticis, ac reditibus beneficiorum.Et dicit *gl in c.omnind. 31. dist.* quod † clericus habens vxorem, & filios potest 50
eos pascere de reditibus ecclesiæ, ergò à fortiori,& dotare:quia dicit *glo.in c.peruenit.in verb.grauius.j q.3.* quòd minus est peccatum dare consanguineis,quàm extraneis.

§ Facit ad materiam casus,qui ponitur per Fede. de Sen.*in suo consi.203.quem recitat Laur.de Rodul.in repe.d.c.sine exceptione.12.q.2.in sua q.45.* vbi ponit an Episcopus, † qui iurauit non alienare incon- 51
sulto Romano Pontifice bona ecclesiæ,si velit,an possit concedere alicui suo coniuncto aliquam terram in perpetuam emphyteusim, putà, vnius floreni cum dimidio,vel quid simile,& ipsius reditus ascendant putà ad annuos x.solidos, & velit dictus coniunctus ibi ædificare vnum molendinum,de quo habebit ecclesia centum singulis annis,& in rei veritate,si ædificaretur per ecclesiam, haberet quolibet anno ducentum.Et dicit, quod si commodè hoc non potest facere Episcopus, vel rector de per se,quod Episcopus, vel rector potest illud concedere dicto consanguineo.Nec obstat in tali casu iuramentum, cum non sit præsumendum,quod de tali cogitauerit, vel quod huiusmodi terrulas,vel minima voluerit per iuramentum obligari : & iuramentum † non est ini- 52
quitatis vinculum,nec in damnum Ecclesiæ seruari debet,*ca.quanto.de iur.iur.c.veniens.& c.sicut. & aliàs,vt per Laur.d.repe. & d. q.* vbi ad longum casum hunc ponit,& recitat.Facit,quod habetur in *tex in c.intellecto .extrà de iureiur.* vbi qui alienat bona suæ dignitatis cum iuramento de non reuocando alienationem,qui tamen primò iurauerat non alienare,potest alienata reuocare, non obstante iuramento de non reuocando præstito: quia primùm iuramentum est licitum;secundum verò illicitum,& illicita iuramenta † seruari non 53
debent,*c.si diligenti.de foro compe.quia,vt gloss. dicit. ibidem,in j.gl.*iuramenta,quæ fiunt in damnum sue dignitatis,nõ iuramenta,sed periuria, siue temeraria sunt censenda,*c sicut il 2.de iur.iur.* vnde ille, qui præstitit sua authoritate, potest venire contra,& reuocare malè alienata, vt ibi per eam. Et habetur in gl. *in c. si quis.de reb.eccl.alie.vel non.* in verb.alienator. quod si quis alienat in præiudicium † ecclesiæ, etiam si iurasset non repetere, 54
reuocare debet alienationem, non obstante iuramento,cum tale iuramentum sit illicitum.Facit, quod dicit Fely.*in c.constitutus.de rescr.col. 2. vers. limita prædicta secundum Io.And.quem allegat,* quod si Prælatus † iurauit nõ alienare inconsulto Rom. 55
Põtifice,& impetrauit à Papa licentiam non facta mentione de iuramento, valet impetratio, quia non venit contra iuramentum. Sequitur Bald. *in c.j.col.9.super vers antiquis. qui feu. dar. poss.* subdens, quod si iurauit non alienare sine licentia Titij,satis fit iuramento habita licentia Titij; secus,si iurasset non alienare sine licentia Metropolitani:tunc enim si petitur licentia à Papa, facienda est mentio illius iuramenti.

§ Item facit illud, quod † Episcopus potest dare de suæ ecclesiæ reditibus quinquagesimam 56
partem alicui ecclesiæ, vel pijs locis etiam sine

consensu

consensu capituli, etiam non obstante iuramento per eum præstito de non alienandis rebus ecclesiæ, de quo *in c. tua. de eccl. edif. vel repa. & d. c. in tellectu. de iur. iur. vt habetur ingl. in c. pastoralis. de his, quæ fi. à Præla. in gl. in verb saluo. ibi*, Videtur manifestè, quod Episcopus potest dare quinquagesimam, vel centesimam partem sine consensu capituli, non obstante iuramento de non alienandis
57 rebus eccl. Nemo † enim potest Episcopum accusare de eo, quod templum Dei ædificat, *12 q. 2. aurum, habetur per Lau de Rodul in sua repe. d. c. fine exceptione. 12. q. 2. q. 50.* In alio quoque casu potest Episcopus alienare de bonis ecclesiæ non obstante
58 iuramento præstito de non alienando. quia si † ecclesia parochialis multùm distat, ità quod populus non potest concurrere illuc pro diuinis audiendis, & recipiendis, nisi cum magna difficultate, potest, immò tenetur Episcopus in tali casu, & ob talem populi indigentiam nouam ecclesiam construere, & de bonis ecclesiæ antiquæ, nouæ, vel de nouo erectæ contribuere, & alienare, tali non obstante iuramento, per tex. *vbi Abb. & alij in c. tua.*
59 *extrà de eccl. ædif. vel repar.* Sed quid si † Episcopus iurauit non alienare sine licentia Papæ, & impetrauit ab eo licentiam alienandi non facta mentione de iuramento, an si alienat, valeat alienatio? & respondet Laur. de Rodul. *in d. sua repet. d. c. fine exceptione. 12. q. 2. q. 39. quod Io. An. & Io. de Lign. in d. c. vt super. de rebus eccle. alien. & alijs in locis ibi per eū recitatis*, tenent, quod sic: quia habuit licentiam, nec fit aliqua transgressio iuramenti. Bene facit, inquit, idem Lauren. quia aliàs directa licentia non erat necessaria, ad idem facit, quod no. Ioan. And. *in ca. 2. super versi. verisimile. de fil. presbytero. in 6. not.* Faciunt & alia, quæ ibi adducit ipse Laur. v-
60 bi etiam † quærit, quod si Episcopus iurauit non alienare sine licentia Archiepiscopi, & alienauit de licentia Papæ non facta Papæ mentione de iuro prædicto, an teneat alienatio. Et tenet, quod nō valet alienatio non facta mentione dicti sic præstiti iuramenti. Et ratio potest esse: quia si expressisset, fortè Papa non dedisset talem licentiam: potuisset enim imaginare, quod non sine causa Archiepiscopus non arctasset ad tale iuramentum, quæ quidem causa D. Papæ foret incognita. Item quærit, nunquid valeat alienatio facta ab eo,
61 † qui iurauit non alienare. Respondet, quod in Ecclesia non valet. & est speciale, in ecclesia, vt nō valeat; in alijs autem valet, sed iurans, & alienans est periurus: ità tenet Io. de Ligna. prædicto loco. Pro quo vide notata per Inno. & Io. And. & alios modernos *in c. dilecto. de praben. & quod no. in q. mercuriali, in reg. quod semel. de reg. iur. in 6 & quod no. Archid. in lib. in c. duobus. de rescript. & de praben. c. si à sede.* Facit in hac materia, quod habetur per d. Laur. *d. repet. q. 68.* vbi quærit, an illi, qui agit ad reuocationem malæ alienationis, possit opponi de iuramento, quia iurauit non venire contra contractum à se factum? Et dicit *glo in c. si. quis presbyterorum. de reb. eccl. alie. vel non in verb. aliena-*
62 *tor.* quod qui† alienauit in præiudicium ecclesiæ, etiam si iurasset repetere, & reuocare potest dictā alienationem, etiam non obstante iuramento, & tale sic præstitum iuramentum sit illicitè præsti-

tum, *de iur. iur. c. intellecto.* Ioan. Andr. distinguit, videlicet, quod aut sic iurans primò iurauit in sua promotione non alienare, aut non. Primo casu procedit dictum glo. quia primò præstitum iuramentum est seruandum, id est iuramentum quod primo præstitit in sua promotione de non alienando: quia tale iuramentum fuit licitum, meritò seruandum. Secundo casu, idest si non iurauit in promotione de non alienando, est secus: quia tunc iuramentum de non contraueniendo contractui obstaret, & ità loquitur tex. *in cap. cum venissent. de instit.* Et dicebat Hosti. ibidem, quod hoc dictum est verum, quod obstat, quando potest aliter consuli, aliàs autem non obstaret huic iuramentum, quin possit contrauenire. Et hoc placet. Io. Cald *in d. c. si quis* licèt hoc nihil est dicere. nam quis dubitat, quod aliter potest consuli, cum sit dare ibi clericos, vel patronos, vel patronatus, vel superior suus ibi sit, poterunt agere. Item poterit agens petere relaxationem, quod in fauorem ecclesiæ, & ordinum recipientium de facili relaxare debeat superior. Adde practicam, quia † in hoc casu dicit Bal. *in l. j. Cod. ne quis in sua* 63
causa. quod Episcopus potest agere nomine ecclesiæ ad reuocandum à se alienatā; item quod procurator ab eo constitutus pari modo coram constituente id potest. Sed ibi agere, & venire debet nomine, & pro parte ecclesiæ, non Episcopi constitnentis. Sed consultius esse dicit, si Episcopus procedat in hoc per inquisitionem contra detentorem: quia in istis casibus nulla obstat, nec opponi poterit etiam iuramenti exceptio, vt ibi per eundem Bald.

§ Et in materia quærit idem Lau. de Rodul. *in q. 43.* † nunquid, quia iurauit non alienare, possit 64 compromittere. Et respondet secundum Host. & Io. And. post eum *in c. post tempora. de arbitris.* quod non potest. & hoc ea ratione, ne occasione sententiæ contingeret fieri alienationem, aut ecclesiam grauari. Idem habetur ibidem per Ioan. de Lign. *in verb. licentiam* quia clericus † sine authoritate 65 diœcesani non potest compromittere, vt Ecclesia obligetur, per Host. & Ioan. Andr. *in c. peruenit. de arbi. per text. in c. regenda. 10. q. j. de cætero de trans. & c. cum tempore. insi. de arb. Spec. de arb. §. restat. vers. sed nunquid clericus. & §. finitur vers. sed nunquid Prælatus. in fi. idem dicit Ioan. de Ligna. d. c. peruenit. super glo. fi. Fed. de Sen. consil. 89. refert Laur. de Rodul. d. loco. q. 44.*

§ Tale etiam † iuramentum de non alienando 66 Romano Pontifice inconsulto præstitum per Prælatum amplecti tantum videtur, & continere res, quæ sunt de mensa, nec extendi ad illa, quæ non sunt de mensa, per ea, quæ deducit Bal. *in consi. 374. 5. volum. insi.* vbi dicit, quod si sit sub aliquo Abbate exempto aliquis prioratus habens bona distincta, & Prior illius loci velit alienare, poterit hoc facere cum consensu Abbatis. quia Abbas ille fungitur vice Episcopi in authorizando, not. *in c. 1. extrà de rebus eccl. alien.* vnde in casu illius consilij, domus, quæ non est de mensa Abbatis, sed de mensa Prioris benè potuit alienari tali non, obstante iuramento, quia † iuramentum Abbatis 67 de non alienando Romano Pontifice inconsulto

non extendit se ad id, quod non est de mensa, *cap. vt super. vbi Host. de reb. eccle. alien. vel non.*

68 § Immò videtur, † quod alienari possint bona mensæ Episcopalis, & quod valeat alienatio, si quidem sit facta ad vitam alienantis tantùm, & eius vita durante: quia tenuit Rota *in decis. manuscrip. decis. Mohedan. titul. de reb. eccl. si transact. decis. 7. in vna coram Marsicano inter Io. Alua. & Episcopum Lamacen.* vbi posito dubio, an teneret alienatio, si Episcopus alienauit bona mensæ suæ ad commodum suum ad vitam tantùm cum iuramento de nô veniendo contrà, attento, quod Episcopus tẽpore promotionis præstitit iuramentum de non alienando, & proposita bis in auditorio causa, Dominorum vota semper fuerunt paria. tandem alià vice proposita, fuit decisum, quod non obstante primo iuramento per Prælatum de non alienando solito præstari, alienatio bonorum mensæ Episcopi pro eius vita valeret, siue alienatio esset iurata, siue non, siue essemus in inseparabilibus putà Episcopi, vel in inseparabilibus putà Episcopi, & Ecclesiæ simul, vel capituli, & per ipsum Prælatum non potest retractari, & maximũ fundamentũ fuit per Aret. *consil. 113. vel 114. Abb. in c. cum venissent. de instit. colum. 4. Gemin. consi. 369. col. 6.* quia non †potest Prælatus venire contra

69 factum suum: & confessio facta à Prælato in eius præiudicium, vita eius durante, valet, Domin. *in c. Constantinopolitana. Fely. in c. si. col. fin. de præscrip.* & idem dicitur in transactione durante vita Prælati transigentis, tex. *vbi Abb. & Doct. in cap. veniens. de transac. Roman. consil 369. vt in decisio. eiusdem Mohedan. tit. de reb. eccl. iureiur. & de transa. nu. 251.* & bo-

70 na ea † non dicuntur esse de mẽsa ecclesiæ, vel Prælati, quorum vtile dominium non est penes ipsam, aut ipsum, vt sunt bona data in feudum, vel emphyteusim, per glo. *in Clemen. j. de excess. Prælat. in verb. ad mensam. per* * *communiter Doct. in d. vt super de reb. Ecclesiæ alien.* Vnde talia bona quoquomodo reuersa, possunt denuò dari in feudum, & emphyteusim, ea ratione, quia non sunt de mensa, *c. 2. de feud. & c. j. in princip. qui feud. dar. poss.* quod est verum, si incontinenti darentur non in feudum, vel emphyteusim, sed si mensæ prius applicarentur, tunc non posset, *per tex. in d. c. vt super. Et faciunt Doct. in d. c. vt super.* pro cognitione istius materiæ, multas conclusiones, videlicet.

71 § Quòd † bona dicũtur esse de mensa Prælati, vel rectoris, quorum dominium vtile, & directum spectat ad ipsum, *d. gl. in d. Clem. j. & sequuntur Doct. in d. c. vt super.* quando videlicèt non sunt consueta dari in feudum, vel emphyteusim, & si sint consueta dari in feudum, vel emphyteusim, quando post reuersionem sunt applicata expressè mensæ, secundum Abb. qui ponit hunc casum pro indubitabili *in d. c. vt super.*

Et secundum Abb. *ibidem*, & alios, in dubio il-

72 la bona † præsumuntur esse de mensa, quorum bonorum proprietas, & vtilitas fuit longissimo tempore penes ecclesiam, per tex *in c. videntes. 12. q. j.* vbi talia bona deseruiunt necessitatibus mensæ, & vtilitatibus Ecclesiæ, vel aliorum indigentium, nec sunt talia bona consueta dari in feudum aut emphyteusim.

§ Item bona † de nouo data, concessa, & donata 73 Ecclesiæ, vel simili modo acquisita, dicuntur esse de mensa ipsius Ecclesiæ, quia videntur data, vt sint in vtilitate, & in bonis ipsius ecclesiæ, & ob id de mensa, per Innocen. & Abb. *ibidem.* vnde talia bona non poterunt alienari per eum, qui iurauit non alienare.

§ Et si Prælatus † bona solita infeudari, aut em- 74 phyteuticari reuersa tenuit aperta per annum penes Ecclesiam, qui non infeudauit, præsumitur illa applicasse mensæ Ecclesiæ, per Archid. *in c. 1. 35. q. 8. Bar. in l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. vbi Io. de Plat. Referunt scribentes in d. c. vt super Flor. cap. 2. de feud. & ibi Abb.* qui mouetur primò, quia solùm noua feuda Prælatus infeudat, idest quæ nondum sunt de mensa ecclesiæ facta, *idest quæ de nouo sunt aperta, c. 2. de feud.* Sed noua feuda, vel de nouo aperta non dicuntur post anni curricula, vt in *d. c. j. 35. q. 8.* vbi nouæ nuptiæ dicuntur infra annũ, non posteà *l. interdum. §. quoties. de publica. Est text. pro hoc in c. vt super allegato*, vbi Innocen. quod si Archiepiscopus tenuit per annum istas res penes Ecclesiam, videtur illas incorporasse.

§ Item si † bona infeudata, & emphyteutica- 75 ta reuersa per officiales ad id deputatos notentur in libro aliarum possessionum, & rerum mensæ, dicuntur esse incorporata, & applicata mensæ, per Bartol. & Angel. *in dicta l. si vacantia. & in l. si quando. l. 2. eo. titul.* vbi res vacantes dicuntur incorporatæ fisco per descriptionem facta in libro illarum rerum, quæ sunt de mensa. quia D. Archid. dicit in *c. contra morem. 100. dist. cap. si Romanorum. 19. dist.* quod quis † præsumitur esse talis, 76 quales sunt illi, inter quos numeratur, vel est descriptus.

§ Item bona, † quæ reuersa ad Ecclesiam posses- 77 sa sunt per 40. annos, videntur ità esse effecta de mensa, quod amplius infeudari non possint, per Ioan. de Imol. *in d. c. vt super. de rebus Ecclesiæ alien.* nec refert, quod Prælatus fuerit in bona fide, & quod ignorauerit rem esse feudalẽ, quià illius scientia non curatur, cũ id potuerit pro vtilitate Ecclesiæ facere. Ego benè puto, quod possint, dici de mensa; sed quod possint de nouo infeudari, id mihi non videtur. Immo dicit Andr. Barb. *in d. c. vt super.* quod † in dubio Præla- 78 tus possidendo per 10. annos, videtur declarasse bona esse incorporata, & acquisita mensæ ecclesiæ, *arg. l. si filius. C. de pœn habetur l. qui in aliena. §. j. ff. de acq. hære. habetur in l. pen. Cod. comm. diuid. l. cum post de iure dot.* vbi decennalis possesio inducit præsumptum animum acquirendi ius, & dominium de nouo, quantò fortius iam acquisitum retinendo?

§ Et in hac materia de *alien. obstan. iuramen. de non alien. & c. ex dictis Doctorum in d. c. vt super.* potes elicere plures conclusiones.

§ Primò, quia † non obstante iuramento, potest 79 Prælatus necessarias facere alienationes, *capit. extirpandæ. §. j. de praben. & c. j. eo. titul. lib. 6.* quia in tali iuramẽto nõ venit cõprehẽsus iste casus.

§ Secundò, potest † Prælatus non obstante tali 80 iuramento, alienare ea, quæ sunt nullius, vel modicæ vtilitatis secundum Imol. & Abb. *ibidem.*

§ Ter-

81 § Tertiò, non obstante † iuramento simpliciter præstito de non alienando, potest alienare in casu permisso, firmant Car. Imol. & Abb. *ibidem. & per Bellamer. in c. Abbatibus. col. 5. verſ. ſed contrà. 12. q. 2.*

82 § Quartò, qui † iurauit non alienare inconsulto superiore, vel Romano Pontifice, non potest etiam in casu licito alienare sine licentia Papæ, per Ioan. Andr. *in c. ſi. de eccl. ædiſi. cum quo alij magis* ** *communiter tranſeunt* : quia tale iuramentum debet aliquid operari. nam etiam in casu illicito sine iuramento non posset fieri alienatio inconsulto Papa, *vt d. c ſi.*

83 § Quintò, ex dictis † Abb. est, quod prius licentia petatur, quam fiat alienatio, etiam in casu permisso, quia hoc importat verbum licentia, *c. licet, ad ſi. de regula. facit c. cum in veteri. plenius per Laur. & Moder. in d. c. ſine exceptione. 17. & 18. q.* vbi plura Laur. de hoc dicit. Et per Io. And. D. Anto. & Imol. *in d c. vt ſuper* Id declaratur, etiam si in petitione licentiæ nulla fieret mentio de iuramẽto, cum ab illo petitur, cum tale iuramentum præstitum est, per *tex. d. c.* vt super. in fin. quia cum iuramentum habeat annexam conditionem, nisi licentia petatur, quam primum petitur, cessat iuramentum: iccircò non est necesse de ipso iuramento facere mentionem; secus tamen, si ab alio petatur licẽtia, quàm ab illo, cui sic iuratum fuit, quoniam tunc debet de iuramento haberi mentio, &c.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia non obligatur ex mutuo exburſato Prælato, niſi conſtet verſum in vtilitatem eccleſiæ.*

2 *Contractus, qui gratia alterius tantum geruntur, non obligant eccleſiam, niſi inquantum verſum eſt in eius vtilitatem.*

3 *Contractus non vtiliter factus forma ſeruata tenet. ſed eccleſia poteſt in integrum reſtitui.*

4 *Depoſitum ſi fiat penes Prælatum, eccleſia obligatur ad reddendum.*

5 *Exceptionem poſt ſententiam proponere non licet, nec noua inſtrumenta producere.*

6 *Solutum ex cauſa iudicati non dicitur indebitè ſolutum, ſaltem ciuiliter.*

7 *Exceptio doli obſtat ei, qui per calumniam falſum allegans obtinuit ſententiam, etiam aduerſario, & iudice conſentientibus.*

8 *Dolus non infertur ſcienti.*

9 *Contrahens cum eccleſia tenetur probare pecuniam verſam in vtilitatem ipſius.*

10 *Prælati ſunt prompti ad recipiendum mutuum, & fœneratores ſunt promptiores ad mutuandum.*

11 *Verſum eſſe in eccleſiæ vtilitatem probare neceſſarium non eſt, vbi pro ſatiſfactione oportet peruenire ad diſtractionem rerum immobilium.*

12 *Prælatus liberam fructuum adminiſtrationem habet.*

13 *Depoſitum dicitur factum apud eccleſiam, quando ſit in præſentia Prælati, & capituli.*

14 *Seruo ſi pecunia, mutuata ſit, oportet, probare verſam in domini vtilitatem.*

15 *Mulier ſi cum viro, vel alio ſit obligata, probanda eſt verſio in rem eius.*

16 *Abbas ſi emit pannum, mercator neceſſe non habet probare pannum verſum in vtilitatem, & veſtimẽta Monachorum.*

17 *Eccleſia licèt non teneatur, quando non probatur verſio, tenetur tamen ipſe ſacerdos, & eius hæredes.*

18 *Eccleſia ex depoſito non tenetur, niſi quatenus lucrum ſentiat.*

19 *Eccleſia non reſtituitur, ſi eius dolo deſit res eſſe apud eam.*

20 *Culpa lata dolo æquiparatur.*

21 *Eccleſia in reſtitutione minori æquiparatur.*

22 *Mutuum ſi ſoli Prælato factum ſit, non tenetur eccleſia, niſi quatenus probatur verſio.*

23 *Prælatus videtur æquiparari tutori, vel curatori minoris.*

24 *Vbi eſt eadem ratio, idem ius eſt ſtatuendum.*

25 *Satis eſſe videtur, quòd Prælatus, qui mutuum recipit, cogatur ſatisfacere de fructibus ab ipſo receptis.*

26 *Mutuum ſi Prælato, & capitulo fiat, an Eccleſia teneatur.*

27 *Ciuitas, & Eccleſia nunquam tenentur ex mutuo, niſi verſum ſit in earum vtilitatem.*

28 *Alienatio quando ſit ad certam cauſam, debet emptor eſſe ſolicitus, vt pretium vertatur in illam cauſam.*

29 *Mutuum ſi ſiat Prælato, & capitulo, vel alteri de conſenſu Prælati, & capituli, Eccleſia tenetur.*

Sed quæritur, an hoc caſu Eccleſiæ reſtitutio in integrum competat, vt nu. 30.

31 *Mutuum ſi Prælato, & capitulo ſiat, Eccleſia tenetur, ſed poteſt reſtitui, niſi probetur verſio.*

32 *Minor debet probare minorem ætatem, & læſionem: fallit in mutuo.*

33 *Eccleſia, quando petit reſtitutionem, læſionem probare debet: fallit in mutuo.*

34 *Eccleſia ex actu geſto cum particulari non habente mandatum ab ea, tenetur inquantum verſum eſt in eius vtilitatem.*

35 *Verſio in vtilitatem Eccleſiæ probanda eſt, quandò propter reſtitutionem mutui oportet diſtrahere bona immobilia, vel pretioſa mobilia.*

36 *Res prohibita alienari prohibetur pignerari.*

37 *Conſilium populi habet liberam facultatem diſtrahendi bona ciuitatis; non ſic in Prælato, & capitulo.*

38 *Verſio in Eccleſiæ vtilitatem probanda non eſt, quãdo de reditibus Eccleſiæ ſatiſfieri poteſt.*

39 *Prælatus, & capitulum habent liberam adminiſtrationem fructuum, & nu. 41.*

40 *Delictum Prælati, & capituli nocet eccleſiæ.*

42 *Prælatus non poteſt eccleſiam obligare vltra tempus vitæ ſuæ, niſi ex vtilitate, vel neceſſitate eccleſiæ.*

43 *Prælatus non obligat eccleſiam recipiendo mutuum pro facto ſuo, niſi recipiat pro ſua ſuſtentatione.*

44 *Succeſſor non tenetur ad debita per prædeceſſorem contracta, niſi illa probentur verſa in vtilitatem eccleſiæ.*

45 *Ex mutuo facto particulari de Eccleſia intra ſummam taxatam Eccleſia obligatur.*

AN, ET QVOMODO EX MVTVO obligetur ecclesia.

QVAESTIO LVI.

EPiscopus, Prælatus, vel rector plerumque pro subuentionibus, reparationibus ecclesiæ, vel illius rerum, aut pro alijs causis eum mouentibus, accipiunt mutuo pecunias nomine Ecclesiæ, vel pro Ecclesia. Vnde vel eueniente tempore solutionis, vel mortuo Prælato, creditore intentante contra Ecclesiam cum successore, vel cum alijs pro ecclesia venientibus oriuntur lites, discordiæ, & dubia, an ad solutionem talis mutui teneatur. Iudicaui igitur ad propositum quærere, an, & quomodo ex mutuo sit obligata, aut obligari possit ecclesia. Ego nolo hic procedere per contraria, ne inani lectura verborum mentem lectoris defatigem; sed (quod vtilius puto) conclusiuè procedendo deducam, quæ pro hoc articulo hinc inde recollegi ex dictis Doctorum.

§ Et videtur primò, quod Ecclesia non sit obligata pro mutuo exbursato Episcopo; vel Prælato,

1 † nisi manifestè in vtilitatem ecclesiæ constet illud conuersum esse, & redundasse, dicit *text. apertus in Auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccles. canonizata 10. q. 2. c. eadem. in vers.* Is creditor hic intelligatur, qui, quod credidit, probat in vtilitatem diuinæ domus processisse. secundum quod ità intelligunt illum tex. Inno Hostien. *Abb. & alij in c. j depo. & c. quod quibusdam. de fideiussor. Idem probatur in text. in d. c. j. extrà deposi.* vbi habetur, quod ex quo pecunia deposita non constat in vtilitatem Ecclesiæ conuersam, non vult Papa, quod ad illius solutionem astringi possint canonici. Idem habetur in *d. capite quod quibusdam. extrà de fideiussor. ibi in text.* Nisi fortè in vtilitatem domus ipsius manifestè constiterit redundasse, &c. dicit glo. *in d. c. j. in verb. vtilitatem. ibi;* Tenetur Ecclesia, inquantum in rem eius versa est. &c. idem *gl. in d. c. quod quibusdam. de fideiussor.* Faciunt ea, quæ habentur per Innoc. *in d. c. j. de depo.*

2 *si.* vbi dicit, quod non solùm † in mutuo, sed & in alijs contractibus non tenetur ecclesia, nisi inquantum versum est in eius vtilitatem: quod intelligimus verum in contractibus, qui fiunt alterius gratia tantum; si autem fiunt gratia ecclesiæ, putà in emptione, locatione, & consimilibus, est secus: sufficit enim quod vtiliter concurrit, *l. verum. §. sciendum ff de minor. & §. seq.* nisi in mutuo, quod licèt contrahatur gratia ecclesiæ, nō tamen tenetur, nisi versum sit in vtilitatem ecclesiæ, *10. q. 2. boc ius.* Immò & † si non vtiliter contrahat ec-

3 clesia, dummodò forma seruetur, contractus tenet, sed reuocari potest per restitutionem in integrum, *l. si quid. C. de prad. minor. c. j. de in integr. restitu.* nec credimus, quod in aliquo contractu, nisi in mutuo, ille, qui contrahit cum ecclesia, debeat esse solicitus, quod pecunia, quam ei pro contractu dat, in vtilitates ecclesiæ conuertatur, vel expendatur: quia hoc cautum non reperitur. Subdit ibidem Innoc. quod pari modo est speciale, vt quando pro debitis soluendis fit venditio rei immobilis ecclesiæ, emens sit curiosus, vt pretium conuertatur in vtilitatem ecclesiæ, immò priori creditori soluere debet, vt *in Auth. de ecclesiastic. tit. §. sancimus.* nec aliàs peteret, nisi hæc faceret, sicut diximus in mutuo, sicut hoc ipsum speciale est in mutuo ciuitati facto, *l. ciuitas ff. si cer. pet. & in muliere consentiente instrumento creditoris. Auth. si qua. §. & in seruo. C. ad senat. consul. Velleian.* in alijs autem contractibus, vel venditionibus non sic est adhibenda diligentia. Subdens idem Innocent,

quando autē † apud Prælatum, & Ecclesiam aliquid deponitur, tunc ad reddendum Ecclesia obligatur; tamen tunc etiam non videtur teneri, nisi aliquod lucrum ex deposito senserit, argum. *l licèt. ff deposit. §. si filius.* Et si sit super mutuo, contra quod per Ecclesiam poterat excipi, quod non erat conuersum in eius vtilitatem, vel quòd aliàs non erat debitum inter partes transactum, vel iudicatum, & agatur actione in factum ex re iudicata, aut condictione ob causam, vel ex stipulatione, aut præscrip. verbis, vt detur illud, quod in transactione conuenit, aut illud, quod est iudicatum, non poterit excipi, quod illud debitum, de quo iudicatum, vel transactum, non sit conuersum in vtilitatem Ecclesiæ, nisi iuuet se Ecclesia, vel recurrat ad beneficium restitutionis in integrum contra rem iudicatam, vel contra transactionē, *vt C. si aduersus rem iud. & C. si aduersus transactionem.* quia † post sententiam non licèt exceptionem proponere, nec non instrumenta producere, *extrà de re iud. suborta. c. j. extrà de transactio.* 5

quia solutum ab ecclesia ex causa iudicati, vel ex causa transactionis repeti non potest, ex eo quia in debitum, & sine causa sit solutum, cum non sit indebitum † saltem ciuiliter, nec sine causa soluit, ex quo transactum est, vel iudicatum est *ff. famil. hercisc. l. cum pater. ff. de iud. l. de qua. § fi. ff. de cond. indeb. in summa.* Subdens Inno. Quidam tamen dicunt, & fortè benè, quod si quis sciens indebitum, vel non conuersum in vtilitatem ecclesiæ transegisset, eo casu datur repetitio per conditionem ex iniusta causa, quia calumniosa est huiusmodi transactio, *ff. de conditio. indebit. in summa in princ. 2. q. 3. § notandum.* quia ille, qui † per ca- 6

lumniam falsum allegans, sciens iniustam, obtinuit sententiam, etiam aduersario, & iudice consentientibus, obstat ei exceptio doli, & ibi eorum cōsensus nō excusat à malitia, *arg. l. si prætor. §. j. ff. de iud.* quia dicunt quidam, quod in hoc casu res iudicata non tollit condictionem sine causa. Alij tamen in sententia contrarium dicunt, & intelligunt illum §. *tantum,* vt habeat locum, quandò sententia fertur contra absentem pro aliquo potente scienter falsum allegante. Et hoc videtur verum, scilicet quod ecclesia possit repetere illud, quod dedit ex calumniosa transactione, quādò credidit conuersum in vtilitatem ecclesiæ, & non erat: quia † si sciret non conuersum, & scienter transigeret, tunc non posset repetere: scienti enim non infertur dolus, *l. 1. ff. de actio. empti. in fi.* 8

§ Sed hoc verum, quod Ecclesia non potest repetere, nisi tamen contra illam fuisset dolosè actum, putà tempore, quo primus contractus mutui fiebat in fraudem, fuisset ordinatum, vel conuentum, quod subsequenti tempore fieret trans-

factio

factio super primo contractu mutui: aut auxilium, quod habeat ecclesia in contractu mutui tolleretur ei in contractu transactionis: nam hoc casu satis dici posset, quod etiam si vterque sciret non conuersum in vtilitatem Ecclesiæ, tamen ecclesia repetens datum ex causa huiusmodi transactionis, repeteret per condictiones ex iniusta causa. & contra agentem ex tali transactione datur exceptio: quia datur sicut repetitio, quando fit fraus de contractu ad contractum alterum, vel eundem eodem tempore celebratum, *l. si sponsus. §. circa. ff. de donat. inter vir. & vxor.* eadem ratione debet dari repetitio, si fraus fit de contractu ad contractum, quia alio tempore fieri debet, cũ æqualis fit fraus vtrobique, & sola fraus est causa repetitionis. Quidam tamen dicunt, quod semper licet ecclesię venire contra transactionem ioitam fraudulenter scientibus, & consentientibus ambabus partibus, *C. de transac. l. preces.* si autem transactio dicatur nulla, vt si conuenlatur, quòd aliquid detur pro vsuris, hæc transactio nec actionem impedit, nec exceptionem. Hæc per Innoc. *d. loco.* quæ ad longum descripsi, quia ad propositum mihi facere visa sunt.

§ Idem habetur per Abb. *in d. c. j. versic. in glo. prima num. 9. extrà de deposito.* vbi dicit secundum eũdem Inn. quod contrahens cum Ecclesia tenetur

9 † probare pecuniam versam in vtilitatem ipsius, ad hoc, vt efficaciter possit actionem exercere cõtra ecclesiam, sed hoc non indistinctè, sed in contractibus, qui fiunt cum Ecclesia gratia tantum concedentis, vt in deposito, quod fit gratia deponentis. Item spirituale est in causa mutui, *Auth. hoc ius porrectum. allegat. in gl.* aliàs non est necesse probare versum, post modum dicit, quod solummodo est speciale in causa mutui: in alijs verò contractibus cum ecclesia hoc non est necesse probare; quia non reperitur iure cautum, nisi in mutuo, si ergò venderem Ecclesiæ, vel emo ab ecclesia, vel commodatum concedo, potero agere contra ecclesiam, licèt non probem versum in vtilitatem ipsius. & est, inquit Abb. notabile dictum, & quotidiè allegatur. Et ratio specialitatis in mu-

10 tuo est, inquit idem: quia Prælati † sunt prompti ad recipiendum mutuum, & fœneratores sunt promptiores ad mutuandum: vnde si indifferenter teneretur ecclesia, tunc de facili bona eius alienarentur: fuit ergò meritò istis casibus obuiandum: nam & idem videtur dispositum in ciuitate, *in l. ciuitas. ff. si cer. pet.* Subdens, Et videtur hic Innoc. secundum vnam opinionem elegantissimè hoc dictum restringere. dicit enim, quod etiam

11 † in mutuo non est necesse probare versum in vtilitatem Ecclesiæ, nisi quando pro satisfactione oporteret peruenire ad distractionem rerum immobilium: quasi secus, si posset satisfacere de fructibus adducit pro hoc text. *10. quæst. 2. hoc ius porrectum. in versi. & is creditor.* vbi apponitur dictio Hic: quasi versum deberet probari per creditorẽ in illo casu, vbi oportet distrahere bona immobilia pretiosa. &: vt dixi, est dictum singulare; & in corpore, vnde sumitur illa Authen. canonizata per Gratianum, non adest illa dictio Hic, saltem in omnibus libris, vel communiter. Et potest allegari vna ratio pro hoc dicto Innocentiam Prælatus habet † liberam administrationem fructuũ, 12
vt in *c. cum vobis. de electio. & in c. u. cui. eod. tit. lib. 6.* vnde quemadmodum potest fructus distrahere de nouo contrahendo: ità debet posse ipsos distrahere pro contractibus initis. Item in fructibus agitur de præiudicio ipsius, quia ex eis viuere debet, vt per Abb. *d. c. j. de deposito.* vbi dicit, quod in casu dicti capituli ideò fuit necesse probare versum io vtilitatem ecclesiæ: quia pecunia non fuit commendata, siue deposita ecclesiæ, sed particulari personæ; secus à contrario sensu, si fuisset commendata ecclesiæ. vbi subiungit nu. 10. quod depositum tunc † dicitur factum apud Ecclesiam, 13
quando fit in præsentia Prælati, & capituli: nam Prælatus, & capitulum repræsentant ecclesiam, *c. requisisti. extrà de testam. & cap. scire. 7. q. j.* Subiungit ibidem idem Abb. secundum Ioan. And. quod quando depositum fuit penes sacristam deputatum ad custodiam vasorum sacrorum, tunc debet fieri in præsentia capituli, & Prælati, vt sit obligata ecclesia; secus, si fiat penes sacristam deputatum ad recipiendum deposita, & custodiam depositorum, prout est in hospitali S. Mariæ ciuitatis Senatum, vbi multi transeuntes, & peregrini multa pretiosa deponunt, de quibus fidelissimè etiam post multum tempus fit restitutio: quia tunc obligatur ecclesia, nec requiritur pręsentia illorum: quia satis est, quòd illum à principio deputauit ad deposita recipienda.

§ Et vide Imolam *in d. cap. j. de deposit.* vbi ad longum materiam tractat, vbi recensendo dicta Doctorum dicit, quod vt in mutuo requiratur versio in vtilitatem Ecclesiæ ad hoc, vt Ecclesia intelligatur obligata, quod secundum Hosti. fuit speciale in odium fœneratoris, & in fauorem Ecclesiarum. quia tamen oportet ecclesiasticas personas frequenter mutuum contrahere, & creditores fœneratores, & auari sunt prompti, & parati ad dandum mutuum, item oe contigeret ista occasione passim, seu indistinctè distrahi bona immobilia ecclesiarum, & consequenter ne desint alimenta pauperibus, fuit super hoc specialiter prouidendum, *vt in l. iubemus nulli. Cod. de sacrosan. eccl. & in Authen. de non alien. in princ. & per totum in d. Auth. hoc ius. Subdens ibi col. 4. vers. item.* quod in mutuò secundum Ino. speciale est, quod creditor habeat esse solicitus, vt vertatur in vtilitatem ecclesiæ, quod in alio contractu non requiritur, & est simile in seruo: quia si pecunia fuit † sibi mutuata, oportet probari pecuniam versam 14
in vtilitatem domini, vt dominus obligetur, *l. 3. §. sed & si & quasi per totum. ff. de in rem vers.* Dat
etiam simile in muliere obligante † se cum viro, 16
vel cum alio, quod requiratur, quod probetur versio in rem eius, *l. antiqua. Cod. ad Velleia. & per eundem Imo. ibi colum. 6. vers. & aduerte.* vbi materiam concludere, videtur, habetur, quod Bald. *in Auth. hoc ius. C. de sac. san. eccle.* colligit ex dictis Inn. quod in tribus casibus requiritur probari versionem: primò in contractu, qui fit gratia alterius, exemplum est in deposito: secundò in mutuo: tertius casus est, quando venditur res Ecclesiæ, & aliàs secundum eum non est

necesse probare versionem. Et per hoc infertur,
16 quod si Abbas emit † pannum pro vestimentis monachorum, non est necesse, quod mercator, qui vendidit pannum, probet pannum versum in vestimenta, vel vtilitatem monachorum. dicit etiam Inn. esse verum, quod quando debitum ecclesiæ soluitur Prælato, liberabitur soluens, etiam si non probetur versio pecuniæ solutæ in vtilitatem: item eundem Inn. velle, quod si sacerdos re-
17 cipiat pecuniam mutuo nomine ecclesiæ, † licèt non teneatur ecclesia, si non probetur versio; tamen tenebitur ipse sacerdos, & eius hæredes, vt per eundem Inn. *in c. ex præsentibus. de pignor. extrà.* & satis etiam probatur *in §. si verò quis. in Auth. de alie. & emphy. colla. 9.*

§ Et deueniendo idem Imol. ad conclusiones, & quid tenendum in materia, & incipiendo à deposito, quæ est materia *tex. d. c. j. dicit secundum Innoc.*
18 quod ex deposito † facto ecclesia non tenetur, nisi quatenus lucrum sentiat, *argum. l. 3. §. si filijs. ff. de precario.* vbi dominus non tenetur ex fideiussione facta per seruum, vel filium, nisi quatenus tendat in vtilitatem domini, vel patris: & ità videtur intelligere litteram istam Inno. in quantum à contrario sensu innuit ecclesiam teneri, si res fuit ecclesiæ commendata, seu deposita. Dom. verò Anto. & Card. Floren. simpliciter videntur velle per istum tex. à contrario sensu, ecclesiã teneri, quando res fuit ecclesiæ deposita potes, inquit, dicere, quod de iure obligata videtur ecclesia, quando depositum factum est ecclesiæ, per istum tex. Sed potest tunc esse dubium, an potest ecclesia se iuuare aduersus dictam obligationem per restitutionem in integrum, si res non reperiatur esse penes Ecclesiam? Vnde potes dicere, quod si ex dolo
19 † ecclesiæ, & sic Prælati, & capituli desijt res esse penes Ecclesiam, tunc non potest restitui, ad instar minoris, qui non restituitur in delictis, *l. si ex causa. §. nunc videndum ff. de minor.* quia dolus Prælati, & capituli videtur nocere ecclesiæ, per text. *cum gl. not. in c. cum dilectus. extrà de ordin. cognit. in glo. 3.* Si verò ex culpa lata Prælati, & capituli desijt res esse penes Ecclesiam, tunc dicũt Ioan. And.
20 & alij, quos recitat, quòd cum † lata culpa æquiparetur dolo, *l. quod Nerua. ff. deposi. & l. j. §. pen ff. si mens. fal. mod. dix.* etiam tunc non restituitur. Sed, inquit idem, quod minor possit restitui aduersum latam culpam, est *tex. cum gl. no. in l. vbi exigitur ff. de eden.* eadem ratione videtur, quod Ecclesia possit restitui aduersus illam, cum æquipare-
21 tur † minori, *c. 1. de in integ. rest. no. per gl. in l. 3. Cod. quando ex facto tuto.* & hoc videtur intelligendum, nisi quatenus aliquod lucrum peruenisset ad ecclesiam ex ipso deposito.

§ Et deinde deueniendo ad mutuum dicit, tu
22 potes concludere, quod vel mutuum † est factum soli Prælato, & tunc non tenetur ecclesia, nisi quatenus probetur versio. sicut nec obligatur minor ex recepto mutuo nomine ipsius minoris per ipsum tutorem, vel curatorem, nisi probetur versio in rem ipsius minoris, *l. 3. C. quando ex facto tuto hoc tenuit Domi. Cyn. in Auth. hoc ius.* pro hoc;
23 quia Prælatus videtur † æquiparari tutori, vel curatori minoris, vt voluit *gl. in c. qualiter, & quando li. 2. de accusat. Facit, quod habetur in §. orphanotrophi. in Auth. de eccles. titul.* quamuis non per omnia æquiparentur. *vt est gl. in c. fi. 5. q. 3.* vbi ponit aliquas differentias inter tutorem, & curatorem ex vna parte, & Prælatum ex alia parte: tamen quia in casu præsenti est eadem † ratio, idem ius debet 24
constitui, *capitul. translato. de constitutio. & c. 2. de translation. & ff. ad l. Aquiliam. l. illud.* Videretur tamen satis esse, quod ipse Prælatus recipiens mutuũ possit conueniri, † cogi satisfacere de fructib. 25
ab ipso prælato expectatis. *cap. peruenit. extrà de fideiussoribus. & in §. si vero quis. in Auth. de alien. & emphyteu. & quod notat Inno. in c. ex præsentibus. de pignoribus.* subdens, Et quod dixi de Prælato recipiente mutuum nomine Ecclesiæ, multò fortius procedit in alia particulari persona recipiente mutuum nomine Ecclesiæ, etiam si sit beneficiatus in ecclesiã.

Interdum mutuum fit † Prælato, & capitulo, 26
& eo casu est dubium, an ecclesia teneatur, si non probetur versum in vtilitatem ecclesiæ. Azo, inquit, tenet, quod sic, & eius opinionem sequitur. *gl. in Auth. hoc ius. C. de sacrosan. eccl. circa finem. idem tenuit Laur. & Goffred. vt refert Arch. 10. q. 2. hoc ius. idem Barto. in Auth. hoc ius. & idem videtur velle Cyn.*

§ In contrarium tenet *glo in §. si verò quis in Authen. de alie. & emphy. per illum tex.* & per id, quod habetur in *Authen. hoc ius. ad fi.* in quibus locis videtur indistinctè dici, quod ex mutuo facto nomine ecclesiæ non tenetur ecclesia, nisi probetur versio, & cum illa gl. transit ibi Iacob. de Belui. & cum ea videtur transire Inno. dum dicit indistinctè ex mutuo teneri ecclesiam, nisi probetur versio. idem voluit *in cap. quod quibusdam. de fideiussor.* vbi dicit, quod ciuitas, & ecclesia nunquam tenentur ex mutuo, nisi sit versum in vtilitatem ecclesiæ. idem videtur sequi Archid. *in d. §. hoc ius.* subdens Imola, quòd D. Anto. nititur concordare istas opiniones.

§ Et dicit, quod aut pecunia fuit mutuata incer- 27
tam, & determinatam causam, & eo casu non credit sufficere pecuniam esse mutuatam Prælato, & capitulo, vel ipsi Prælato consentiente capitulo, & oportet, quod probetur versio, per illud, quod habetur *in d. Auth. hoc ius. & d. §. si verò quis.* qui tex. secundum eum, non possunt cauillari: quia ibi fuit contractus factus cum Prælato, & capitulo, & tamen non sufficit mutuum factum esse Prælato, & capitulo, nisi aliter probetur versio in illam causam determinatam, pro qua erat factum mutuum. Sed certè si benè ponderentur dicti tex. inquit Imola, non loquuntur de facto mutuo, sed benè loquuntur, quando fit alienatio rei immobilis ad † certam causam, videlicèt, vt satisfiat creditoribus, quo casu emptor habet esse solicitus, 28
vt pretium vertatur in illam causam, pro qua fit venditio, & sic, vt de eo satisfiat creditoribus; fortè, inquit, voluit dicere D. Ant. quod vti quando fit alienatio ob certam causam, emptor habet solicitare, quod pretium vertatur in illã causam, ità eadem ratione dabet creditor esse solicitus, quãdo fit mutuũ in certã causam, & in illã cõuertatur.

§ Aut pecunia non fuit mutuata in certam, & determinatam causam, sed simpliciter; & secundum hoc,

hoc, inquit, videtur, quod opinio *gl in Auth. hoc ius porrectum. ad fi.* & illam sequentium habeat locum, quando mutuum est simpliciter factum Prælato, & capitulo, & tunc non est necesse probare versionem, opinio verò *gl. in §. si verò quis.* & sequentium habeat locum, quando mutuum fit mediante determinata causa: quia tunc solicitus, & curiosus debet esse creditor, vt vertatur in illam causam, *arg. d. Auth. hoc ius.* Sed quia ipse Imola dicit, quod ista distinctio, an mutuum fiat in certa causa, an verò simpliciter, non videtur benè iure probari, maximè quia Inno. vult, quod Ecclesia nunquam teneatur ex mutuo, nisi probetur versio, quia, inquit, in hoc articulo, vt vides, sunt variæ Doctorum opiniones: potes dicere, quod vbi fit mutuũ
29 † Prælato, & capitulo consentiente capitulo, & idem si fiat alteri de consensu Prælati, & capituli, quod tunc Ecclesia ex tali contractu est obligata ex tali mutuo, videtur esse tex. *in c. quod quibusdam. ext. de fideiuss.* vbi idem tenet Ioan. Andr. super gl.
30 Sed dubium † tunc esse potest, an Ecclesia potest petere restitutionem in integrum, si non appareat de versione. Et certè videtur dicendum, quod sic, ad instar mutui facti minori cum authoritate curatoris, qui potest restitui, si non probetur mutuũ versum in eius vtilitaetm, vt est *tex. in l. j. & 2. C. si aduer. credi.* & istud videtur etiam voluisse Cy. *in d. Auth. hoc ius.* vbi videtur concludere, quod si Prælatus solus recipit mutuum, ipso iure non tenea-
31 tur Ecclesia, nisi probetur versio; sed vbi recipit † mutuum Prælatus cum capitulo, tunc de iure tenetur Ecclesia, sed potest restitui, si non probetur versio per creditorem: & pro hoc bene facit, quia Ecclesia æquiparatur minori, *vt d. c. j. ext. de restit. in integ.* & ideò debet posse restitui, sicut minor: & ad hoc non tenetur cum effectu, si petat restitutionem, nisi probetur versio per creditorem, & hoc modo posset intelligi dictum Innocen. hic, & in *d. c. quod quibusdam. & gl. in d. §. si verò quis.* Et licèt
32 aliàs minor † debeat probare minorem ætatem, & læsionem. *l. nam. & postea. §. si minor. & quod ibi no. ff. de iureiuran.* cum speciale sit in mutuo, quod non tenetur probare læsionem, & sic eo ipso præsumitur læsus, qui allegat læsionem, nisi creditor probet esse versum in vtilitatem eius: idem videtur eodem modo in Ecclesia dicendum, videli-
33 cèt, quod licèt † aliàs quando Ecclesia petit restitutionem debeat probare læsionem, secundum ea, quæ habetur *in d. c. j. de in integ. rest.* in isto casu, quando agitur ex mutuo contra eam, erit secus, quia non erit necesse probare læsionem, sed sufficit allegare læsionem, vel Ecclesiam fore læsam, nisi probetur versio per ipsum creditorẽ. Et hoc videtur procedere, siue mutuum sit receptum in determinatam causam, siue in non determinatã, & siue agatur de alienatione rei immobilis, siue mobilis Ecclesiæ. Videtur tamen, per id, quod superius dixi, quod Prælatus, & ipsi de capitulo, qui recipiunt mutuum, possint conueniri, & cogi, vt de fructibus ad ipsos spectantibus satisfaciant ipsi mutuanti, *cap. peruenit de fideiussor.* Et pro quo etiam Bald. *in suo cons. 350. volum. 3. incip. in Christi nomine.* sicut ciuitas, & Ecclesia. vbi dicit, quod ciuitas, & Ecclesia ex mutuo non obligantur, nisi pecunia in vtilitatem versa sit, sed benè obligatur persona mutuam pecuniam accipiens, & per consequens, inquit, non obligat talis contractus successorem in dignitate, vel officio, *l. ciuitas. ff. si cer. pet. Auth. hoc ius. C. de sacrosf. eccl not ff. de neg. gest. l. si pupilli. post prin.* Quòd autem pecunia versa fuerit in vtilitatem Ecclesię, creditoris est probare, quia ex hoc creditor fundat intentionem suam, & quia ista causa substantialis, quò ad esse obligationis, ergò necessaria, quò ad probationem esse: quia fũdamenta intentionis probanda sunt per affirmãtem, & agentem, *l. qui accusare. ff. de accusa. l. actor, quod asseuerat. C. de probatio. subdens Bal.* in casu illo, quod Prælatus non est persona habilis ad obligandum Ecclesiam ex mutuo, nisi sequatur versio, nã non habet in hoc mandatum à lege, vel canone, nec eius confessio nocet Ecclesiæ, *C. de nouat. l. non abstulit. & ff. de deposit. l. si quis inficiatus.* præterea cum agatur de alio per alium obligando, ille, qui vult taliter obligare, debet esse curiosus, vt vertatur in vtilitatem, hoc probatur, vt legitur, & nota. *in l. doli mali. ff. de nouatio. in fi.* nec sufficit verbum, vbi requiritur factum, *l. si fortè ff. de castrens. pecul.* Et subdit Imola d. loco, quod illa, quæ sunt dicta de mutuo, in isto casu debent intelligi dicta, quando mutuum est fœneratitium, quia id videtur ibi sensisse Hostien. dum dicit, quod speciale est in odium fœneratorum, & vtilitatem Ecclesiarum, sequitur Ioan. Andr. *ibidem. idem tenet gl. in l. j. & 2. si aduers. cred. C. vbi Bar. & per Cy. in Auth. hoc ius. & hanc esse * cõmunem opinionem, & dictum Inno.* * qui dicit ex mutuo indistinctè nunquam teneri Ecclesiam, nisi probetur versio, haberet intelligi ex vsu, ex eo, quia nunquam contingit, quod mutuum non sit fœneratitium, vt experientia, & vsus quotidianus docet, & vtinam non esset cum nimis magnis vsuris: ità intelligunt *d. Auth hoc ius Cyn. & Pet de Belui. vt ibi refert Alber. in verb. nota benè. ibi;* Nota, quod creditor habet probare, creditum esse versum in vtilitatem Ecclesiæ: quod intelligunt Cyn. & Pet. de Belui. in creditore sub vsuris mutuante. & per Archid. *in c. hoc ius. 10. q. 2. per eundem Alber. in l. 1. C. si aduers. cred. ibi,* Iura enim præsumunt contra vsurarios: vsurarius enim & cupidus deuiat à veritate. subdẽs. Et idem intelligunt de creditore Ecclesiæ: quia si mutuum non sit cum fœnore, vel vsura, videtur esse iniquum, quod creditor oneretur ad probandum versionem. subdẽs Alber. vnum, quod dicit notandum, quod si minor est diligens, & industriosus, est præsumptio, quod pecuniam vtiliter expenderit, & tunc non incumbit probatio creditori, licèt hanc opinionem; quæ fuit Azonis, aliquis improbet.

§ In contractu autem commodati facti gratia Ecclesiæ, dicit idem Imola, satis videtur, quod si sit factum Prælato, & capitulo, quod non tenetur, argum. huius text. vt non possit petere restitutionem, nisi probet læsionem: quia quod sufficiat allegare læsionem, licèt non probetur, videtur speciale mutuo, *d. Authen. hoc ius.* si autem commodatum factum sit soli Prælato, videtur, quod Ecclesia non teneatur, nisi probetur versio; vel nisi appareat rem stare penes Ecclesiam, per hunc text. in contractu autem emptionis, vel venditionis si

nis si fiat venditio rei immobilis, videtur probare illud, de quo habetur in *Auth. hoc ius.* quod emptor debet esse solicitus, vt pretium conuertat in satisfaciendo creditoribus, aliàs non poterit rem habere, vt ibi dicitur, in alijs autem venditionibus, videtur, quod sufficiat, quod sit facta per Prælatum, & capitulum cum solemnitate *c. sine exceptione. 12. q. 2.* eo casu, quo illa requiritur: nam tunc tenebit cōtractus, nec poterit Ecclesia restitui, nisi probet læsionem, & sic voluit Innoc. Et quod dixi, quando fit venditio rei mobilis, idem dicit Floren. & D. Anton. quando fit venditio rei mobilis prætiosæ, quæ pariter non potest alienari sine solemnitate *d. c. sine exceptione.* vt habetur in simili *in l. lex, quæ. de admi. tutor.* Et dixi ego sup. suo loco *in q. 4. de rer. mob eccl. alien.* Innoc. tamen, inquit Imola, & similiter tex. *d. Auth. hoc ius.* solùm loquuntur de re immobili, ideò de iure videtur secus de re mobili. tutius tamen videtur, propter vitandas opiniones, probare idem in re mobili pretiosa, quando venditur, vt sic emptor teneatur esse solicitus, vt pretium conuertatur in causam, propter quam fit venditio.

§ Et subsequenter quærit ibi Imola, quid iuris, si mutuum fiat Prælato, an censeatur vti factum Ecclesiæ. Et respondet, quod D. Anton. videtur voluisse, quod sic, inquantum dicit, quod capitulum repræsentat Ecclesiam, vt habetur *in c. relatum. li. 2. de testam.* Sed gl. *in Auth. hoc ius. in fi.* videtur requirere, quod si habeat censeri factum Ecclesiæ, debet esse factum omnibus de Ecclesia, & sic Prælato, & capitulo: *facit c. nouit. de his, quæ fi. à Prælat. & c. quanto.* Potes dicere, inquit Imola, quod si est administratio capituli diuisa ab administratione Prælati, quod tunc possit procedere dictum D. Antonij: facit. quod not. *in c. edoceri de rescri.* Quod tamen dicit intelligendum, nisi esset magna quantitas, quæ mutuo sumetur: quia tūc videtur, quod debet interuenire etiam consensus Prælati, per id, quod not. Innocen. *in cap. j. de procurat.* vbi vult, quod licet Prælatus haberet administrationem bonorum Ecclesiæ, tamen in negotijs arduis, vel magnis tenetur requirere consensum capituli: vbi autem fit mutuum soli Prælato, siue habeat administrationem diuisam à capitulo, siue habeat administrationem cum capitulo, siue solus habeat administrationem bonorum communium Prælati, & capituli, prout de iure videtur esse hoc vltimum, per ea, quæ not. *in d. c. edoceri.* non obligabitur successor, nec Ecclesia, nisi probetur versio, per *tex. in l. 3. C. quando ex facto tuto.* Et per hoc cognosci potest, an benè dixerit Bald. *in Auth. hoc ius.* in eo, quod dicit, quod si Abbas emit pannum pro vestiendis monachis, quod tunc pannarius, qui vendit pannum, poterit agere contra ipsam Ecclesiam: & sic an procedat, quod tunc ex tali contractu Abbatis obligetur monasterium: quia videtur dicendum, quod sic, si Abbas haberet administrationem bonorum monasterij, ex quo iste non est contractus mutui, nec agitur de alienatione rei immobilis Ecclesiæ, & ideò videtur, quod teneatur Ecclesia petere restitutionem in integrum, si fortè esset læsa Ecclesia in pretio panni, vel si fortè appareret, quod culpa Prælati, per quem pannum fuit emptum, non processit ad talem effectū, vel aliàs ad vtilitatem Ecclesiæ, vel monasterij, argum. eorum, quæ habentur in *l. si sine harede. §. interposito ff. de admi. tutor.* secus, si casu fortuito perijsset, quia tunc nihilominus tenebitur Ecclesia, *arg. l. verum. §. sciendum ff. de min. & aliàs. vt ibi per eundem Imol.*

§ In hac materia habemus textum formalem *in d. c. quod quibusdam. de fideiussor. extrà,* vbi si Prælatus accepit mutuum vltra summam communi prouidentia constitutam, non obligat Ecclesiam, nisi quatenus in eiusdem vtilitatem redundauit, vbi dicit *gl. in verb. in vtilitatem.* quod tunc agitur actione de in rem verso, vbi Abb. *nu. 12.* putat etiā, quod potest agi actione negociorum gestorum, si mutuum habuerit respectum ad Ecclesiam, & non ad personam subiectam, cui mutuum concessit, *arg. l. si pupilli. ff. de neg. gest.* Et si dicas, subiungit ibidem Abb. actionem non competere, quia contra voluntatem Ecclesiæ videtur mutuum factum, si vltra formam constitutam aliquid fuit receptum hoc contrarium fecit vacillare Innoc. *per l. fi. C de neg. gest.* vbi dicitur, illam actionem cessare, quando quis gessit alterius negocium eo inuito. Vnde dicit Inno. quod hic agitur de in rem verso, & ideo oportet, quod duret versum, quia aliàs non cōpetit illa actio. Sed certè, inquit Abb. hoc dictum non est verum, quia si præsupponeremus, quod Ecclesia contradicente esset factum istud mutuum, cessaret actio de in rem verso, quia non debeste ingerere in negotijs meis me inuito, *l. fi. pro te. ff. mand. & quòd not. Bart. in d. l. fi* vnde dico aliter, quod Ecclesia statuendo certam summam non videtur contradicere vltra summam, si illud conuertitur in vtilitatem suam, & appareat de versione: quia in dubio nō videtur quis prohibere propriā vtilitatem, *vt not. in regu. qui tacet. de reg. iur. in 6.* Item dico, quod possit agi actione neg. gest. intelligendo, prout suprà dixi, *vt ibi per eum. Notat Inno. in d. c. quod quibusdam* quod quādo aliquis contrahit mutuum, vel quemcunque alium contractum cum procuratore, debet diligenter inspicere tenorem mandati, *l. diligenter ff. mandat* quia si illud excessit, non tenetur dominus, nisi inquantū probaret versum in vtilitatem domini, vel nisi illud, quod facit, sit consentaneum mandato, vt est cautio de euictione, & similia. sed caueat iste procurator, qui ad hoc mandatum non habet, ne pecuniam mutuam accipiat, quia iura nunquam dominum obligant, *l. fi. C. quod cum eo.* nec potest obligare pignus, *l. antepen. ff. quod iussu.* Et si Prælatus constituat procuratorem ad procurādum villam, aut præbendam cum libera administratione, mihi videtur, inquit idem Inn. quod potest agere nomine eius pro vtilitatibus villæ, vel præbendæ, & potest ei solui debitum, quod eis debetur, & pacisci, & hac ratione videtur quibusdam, quòd etiam possit mutuum contrahere, sic tamen, quòd non obliget personam domini, sed res tantum villæ, vel præbendæ, quas administrandas recipit. & in margine ibi ad Inn. allegatur, quod idem tenet. Pet. de Ancha. *in cons. 332. incip. pro clariori decisione. col. 2. circa fin.* Si autem haberet generalem administrationem omnium bonorū domini tūc fortè posset obli-

obligare dominum: & hoc ex eo maximè proba-
tur quia talis procurator potest facere institorē,
& ex contractu cum tali institore habito obliga-
bitur, & procurator generalis, qui instituit, & Do-
minus, *ff. de instito. l. cuicunque. §. fin. & l. seq.* ex quo
sequitur, quod multo fortius ipse procurator ge-
neralis dominium obligabit, etiam mutuam pecu
niam accipiendo. Ciuitas tamen, & Ecclesia nun-
quam in mutuo obligatur, nisi sit versum in vtili-
tatem ciuitatis, & Ecclesiæ, *ff. si cer. pe. ciuitas. secus
tamen est in priuato vt no. in summa, C. si cer. pet. §. vbi
autem accipit. vt per Inn. d. c. quod quibusdam. vbi mul-
ta allegat.* Et ibi dicit Imola in notabilibus, quod
ex contractu mutui inito cum particulari de Ec-
clesia cum consensu Prælati, & capituli, videtur
obligari Ecclesia, licèt aliter non probetur mutuū
esse versum in vtilitatem Ecclesiæ, dum tamē fue-
rit receptum intra summam communi prouiden
tia taxatam: aliàs non obligatur Ecclesia, nisi ma-
nifeste probetur versio in vtilitatem Ecclesiæ: &
sic videtur, quod non sufficiat versio præsumpta,
sed videtur requiri manifesta, Et idem Imola *in
gl. fi. in fin.* dicit, Nota benè gl. istam, quia ex illa vi-
detur decidi quæstio, qua quæritur, an pro mutuo
facto per Ecclesiam teneatur Ecclesia. nam vide-
tur concludere, quod sic si fuit factum intra sum-
mam taxatam à capitulo, etiam si non probetur a-
lia versio, secus, si fuerit receptum vltra summam
taxatam: quia tunc nō tenebitur Ecclesia, nisi pro-
betur pecuniam versam in vtilitatem Ecclesiæ.
Sed, inquit idem, contra istam cōclusionem facit,
quod habetur *in c. hoc ius. 10. q. 2. vers. is creditor.* vbi
videtur, quod non teneatur Ecclesia, nisi probetur
versio. Sed G. N. hic dicebat, quod ibi loquitur,
quando ille, qui recipit mutuum, non erat Prælat⁹
Ecclesiæ, nec habuit mandatū; secus, si fuisset Præ-
latus, vel habuisset mandatum: quia tunc secundū
eū tenetur Ecclesia, licèt non probetur versio, qn
summa non est taxata, vel si est taxata, recipit intra
summam. aliàs secundū eum sequeretur absurdū,
quod si aliquis mutuaret pecuniam Prælato ituro
ad curiam pro negocijs Ecclesiæ, deberet ire cum
ipso Prælato, & esse curiosus, vt videret, qualiter
expenderentur ipsę pecunię: quod videtur esse in-
conueniens. Sed vbi recipitur vltra summam ta-
xatam, tunc benè debet probari versio, & aliàs, vt
ibi per eum. Et idem paulo post vers. Item aduer-
te, dicit D. Flor. summam taxatam posse exempli-
ficari, putà, quando Prælatus, & conuentus deter-
minauerunt, quod opus erat tanta quantitate, &
quod quicunque ex eis melius posset, procuraret
illam inuenire mutuo. Et paulò post; Nam dicitur
summa communi prouidentia taxata, quando ex
statuto, vel alia dispositione, vel consuetudine or
dinario est in Ecclesia, quod si contingat aliquod
mutuum contrahi, possit Prælatus vsque ad tantā
summam communi prouidentia contrahere, &
non vltrà sine consensu capituli, & tunc dicetur
summa communi prouidentia taxata: quia si Præ-
latus, vel habens administrationem recipiat mu-
tuum intra summā, obligat ecclesiā, licèt nō pro-
betur versio, secundum D. Anto. post Ioan. Andr.
quem refert ibi. Et idem dicit posse in simili dici
in contractu donationis, si in Ecclesia esset taxata
summa, quia illam poterit facere Prælatus, dum
modò taxatio non sit immoderata; & sic poterit:
Facit quòd habetur *in c. cæterum. de donat. vt ibi per
eundem Imolam.*

Sed Abb. *in d. c. quod quibusdam. col. j. num. 4. in 3.
no.* videtur mihi, quod pulchrè in hac materia di-
stinguat: & eam distinctionem valdè approbat, &
commendat D. Andr. Sicul. *ibidem 3. col. vers. si ap-
ponitur, &c.* Dicit enim in notabilibus, quòd ex
contractu inito cum particulari de Ecclesia non
obligatur Ecclesia, nisi quatenus pecunia esset ver
sa in vtilitatem Ecclesiæ. Ex hoc nota, & ex text.
quòd ex actu gesto † cum particulari non haben- 34
te mandatum ab Ecclesia, tenetur Ecclesia, in quā-
tum versum est in eius vtilitatem. Doctores, in-
quit, in hoc passu vario modo loquuntur, & pro-
sequuntur, nunquid mutuans Ecclesiæ, aut parti-
culari de Ecclesia teneatur in repetitione pecuniæ
probare pecuniam mutuam fuisse versam in vti-
litatem Ecclesiæ. Ego, inquit, non insistam in eo-
rum verbis, sed ponam vnam distinctionem, quā
nouissimè concepi. Aut enim propter restitutionē
mutui oportet distrahere † bona immobilia, vel 35
mobilia pretiosa Ecclesiæ: & est necesse probare
versionē, etiā si pecunia fuisset mutuata Prælato, &
capitulo, & probo per *c. ea enim §. hoc ius porrectum.
10. quæst. 2.* intelligendo prout intellexit Innocen.
& benè, *in cap. j. de deposit.* & probatur hoc ratione.
nam si directè non possunt Prælatus, & capitulum
alienare alia bona sine euidenti necessitate, vel
vtilitate, *12. quæst. 2. cap. fine.* sic nec indirectè pos-
sunt recipiendo mutuum, occasione cuius opor-
tet peruenire ad distractionem bonorum, argum.
in reg. cum quid vna via. de reg. iur. libr. 6. ad idem quod
no. Barto. in simili in l. quorum. ff. de pignor. vbi dicit;
quòd si res † prohibetur alienari, prohibetur pi- 36
gnerari: quia per pignerationem peruenitur ad
distractionem, *cap. nulli. de rebus Ecclesiæ alien. l. fin.
C. de reb. alien. non alien. Bart. in l. ciuitas ff. si cert. pet.*
vbi sentit, quod si mutuum est factum præsente
Prælato, & capitulo, non est necesse probare ver-
sum, sicuti si fieret mutuum ciuitati præsente con-
cilio populi; sed dico, quod † non est bonum si- 37
mile, quia concilium populi habet liberam facul-
tatem distrahendi bona ciuitatis, sed non sic Præ-
latus, & capitulum, *d. cap. sine exceptione.* & hoc casu
credo, quod sit necesse verè probare, quod Eccle-
sia tunc indigebat, *vt no. in Authē. hoc ius. porrectum.
C. de sacros. eccl. & Gulie. de Cun. vt Ioan. Andr.* refert
hic; nam iura in hoc exigunt veram, non præsum-
ptiuam versionem, *d. Auth. hoc ius.*

§ Aut potest satisfieri de reditibus † Ecclesię abs- 38
que distractione rerum: & tunc, si mutuum est fa-
ctum Prælato, & capitulo, non est necesse probare
versionem: de hoc est casus hic, si benè pōderetur.
nam si non exigitur probatio versionis, quando
mutuum est receptū cum consensu Prælati, & ca-
pituli, ergò fortius non exigitur, quando mutu-
um est factum Ecclesiæ præsentibus prælato, &
capitulo. & hoc casu posset procedere dictum Bar.
in l. ciuitas. præallega, quod est rationabile. nā præ-
latus, † & capitulum habent liberam administra- 39
tionem fructuum, ergò ex fructibus satisfacien-
dum est creditori licèt versum non probetur. hoc

idem

idem videtur probare augumentatiuè *text. in c. 1. de deposit.* vbi versum exigitur, quando cõtractus fuit mi-us cum particulari, non cum tota ecclesia.
40 ad hoc facit, quod delictum † Prælati, & capituli nocet ecclesiæ, *vt no. c. 2. de ord. cog & in reg. delictum. de reg. iur. in 6.* Aut mutuum fuit receptum à solo Prælato, & est maius dubium. Sed crederem, quod in vita Prælati non est necesse creditori probare versionem, *arg. hic.* nam hoc solùm exigitur, quando particularis de ecclesia recipit mutuum sine licentia Abbatis. in Abbate ergò non est necesse probare versionem. pro hoc, quia Prælatus
41 † habet liberam administrationem fructuum, & omnia administrat excepta alienatione Immobiliũ, *c. ii, cui. de electio. Libr. 6. & c cũ nobis. in fin. de electio ext. Nec obstat tex. in l. ciuitas.* quia loquitur in administratore ciuitatis, qui nõ habet tãtã potestatem in rebus ciuitatis, sicut Prælatus in rebus Ecclesiæ, ad hoc, quod not *gloss. 5. q 3. c. si & 12. q. 1. c.* duo sunt genera Sed post mortem Prælati, puto non teneri ecclesiam, nisi probetur versum,
42 quia non potuit vltra tempus † vitæ suæ ecclesiã obliga e, nisi ex necessitate, vel vtilitate ecclesiæ. & ad hoc probandum est necesse probare versionem ad hoc faciunt not. *in prin. c. si ne Præla. vic. suas c. ex præsentium de pignor. & per Hostien. in c. veniens. de transactio.* Facit, quod dicit Abb. *in c. 2. in 2. no.*
43 *de solut.* quod Prælatus † non obligat ecclesiam recipiendo mutuum pro facto suo, nisi tamen receperit pro sua sustentatione, quo casu potest, & obligat ecclesiam, secundum Doctores. Et pro hac opinione vide Innoc. *infrà tit. proximo c. j.* vbi hoc
44 aperte sentit. nam dicit ibi successorem † non teneri ad debita contracta per prædecessorem, nisi probentur illa versa esse in vtilitatem Ecclesiæ. sed Hostien. tenet ibi, non esse necessarium, quia littera ibi exigit solum, quod pro necessitate ecclesiæ fuerint contracta, ergò satis est probare, quod tunc imminebat ecclesiæ necessitas recipiẽdi mutuũ. & profectò ille tex. multũ facit pro hac opinione, quæ mihi videtur æquior. nam vt dicit Guliel. de Cun. durũ est, quod mutuans Prælato volenti ire ad Curiam pro necessitate ecclesiæ debeat esse solicitus, quod pecunia expendatur pro necessitate ecclesiæ, vel si mutuat pro agris colendis, debeat ire, vel mittere testes ad villam ad videndum versionem. & hæc opinio satis placet in Prælato. Adde Card. *consi 133. & cons 91. & cons. 71.* & ibi quid de monachis nigris. Cald. *cons. j. de solutio. vt in margine ad Abb.* Et facit iste text. inquit Abb. per locum à speciali, dum solùm exigit probationẽ versionis in particulari de ecclesia. & illa *Auth hoc ius.* potest intelligi, vt supra dixi, quando peruenitur ad distractionem rerũ. *& ad tex. in d. l. ciuitas.* fuit responsũ, nec habemus alia iura, quæ exigant probationẽ versionis. Quandoq; mutuũ
45 † fuit factũ particulari de ecclesia, putà monacho, vel canonico, & tunc, si intra summã taxatã ab ecclesia, non est necesse probare versionẽ: quia mutuũ videtur factũ ecclesiæ, vt hic probatur. Si verò nulla summa est taxata, vel est receptum vltra summá, tunc est necesse probare versionem ad hoc, vt teneatur ecclesia, vt est tex. hic. Hæc per *Abb. in d. c. quod quibusdam de fideiuss.*

SVMMARIVM.

1 *Mutuum receptum à Prælato pro Ecclesia an præsumatur ab eo conuersum in Ecclesiam.*
2 *Qui benè fecit in præterito, præsumitur in futurum benè agere.*
3 *Versio præsumitur, si probetur, quod Ecclesia tempore mutui egebat pecunia.*
4 *Confessioni Prælati statur, si cum ea concurrant aliqua coniectura.*
5 *Confessioni recipientis statur, quando ille, qui confitetur, habet mandatum ad illam causam.*
6 *Confessio recipientis non sufficit, quando requiritur probatio versionis in vtilitatem.*
7 *An sufficiat probare, quòd ciuitas egebat illa pecunia tempore, quo administrator præsente populo accepit mutuum.*
8 *Ciuitas, & Ecclesia nunquam in mutuo obligantur, nisi sit versum in eorum vtilitatem.*
9 *Versio videtur probata, eo quòd mutuum fuit factum Prælato, & capitulo.*
10 *An sufficiat probare Prælatum, qui suscepit mutuũ, solitum esse diligentem.*
Et quid si cum diligentia Prælati concurrat necessitas Ecclesiæ, vt nu. 11.
12 *Versio in Ecclesiæ vtilitatem an probetur ex confessione Prælati, & capituli.*
13 *Confessio solius Prælati non nocet Ecclesiæ.*
14 *In regulariter prohibitis, & certo casu permissis, non statur verbo dicentis factum esse in casu permisso.*
15 *Testimonium visus est excellentius omni testimonio.*
16 *Aedificia vento non reficiuntur.*
17 *Confessio administratorum per viam voluntariæ iurisdictionis non debet præiudicare Ecclesiæ.*
18 *Creditor tenetur probare versum in vtilitatem Ecclesiæ, primò in causa mutui.*
Secundò, in causa depositi, vt nu. 19.
Tertiò, quando res Ecclesiæ venditur pro debito, vt num. 20.
21 *Debitor soluens rem debitam est liberatus, licèt rector non conuertat in vtilitatem Ecclesiæ.*
22 *Confessio prælati cum toto capitulo sufficit, quando sunt alia coniectura veluti, si nõ apparet Monachos aliundè frumentum, vel pannum habuisse.*
23 *Rector, qui non conuertit in vtilitatem Ecclesiæ, tenetur creditori de suo satisfacere.*
24 *Versionem per coniecturas probare non sufficit.*
25 *Procuratoris confessio de recepto an valeat in præiudicium domini, quando reuera non recepit.*
26 *Creditor releuatur ab onere probandi versionem, quando post breue tempus, quod creditor mutuauit Ecclesiæ, emit prædium tanti valoris, vel soluit debitũ tantæ quantitatis.*
27 *Pecunia mutuata Ecclesiæ ex causa necessaria, si deperdita sit, an teneatur Ecclesia.*
28 *Venditio si debita solemnitate seruata facta sit, & pretium casu fortuito sit deperditum, an creditor sit securus.*
29 *Versio in vtilitatem Ecclesiæ qualis esse debeat.*
30 *Ecclesia tenetur restituere tantum, quantum est meliorata, licèt plus fuerit expensum.*
31 *Expensa tantum facta in aliqua repetuntur, licèt*

res sint

rès sint plus meliorata, quàm sint expensæ: si autem plus sint expensa, quàm melioramentum, attenditur, si illa melioratio, & fructus percepti est extenuem expensas factas.

CAP. I.

VERVM quia per supradicta in casu mutui requiritur versio in vtilitatem Ecclesiæ, aliàs videtur, quod non sit obligata, est videndum, an si mutuum recipiatur à Prælato pro
1 Ecclesia, præsumatur † ab eo conuersum in Ecclesiam, vel sufficiat confessio Prælati cum toto capitulo, an verò requiratur alia probatio. Alber. *in Auth. hoc ius. C. de sacrosf. eccl. secundum gl.* Odofre. tenet, quod si Prælatus sit industriosus, diligens, & consuetus facere vtilitatem Ecclesiæ, talis confessio Prælati cum Prælato sufficit hac ratione, quod
2 præsumptio est, quod qui benè † fecit in præterito, eundem in futuro bene agere. Et hoc, inquit, habet locum, cum creditor vult repetere ab Ecclesia, secus, si ab ea persona, cui mutuauit. & id etiam illi placet ista ratione, quia graue, & quasi impossibile esset creditori hoc probare, quod versum esset, & posset hoc redundare in damnum Ecclesię, quæ tempore necessitatis non reperiret, qui ei subueniret, & qui cum illa contrahere vellet. Et Bald. *in d. Auth. hoc ius.* mouet istud dubium in vers. quæro, vtrum. vbi quærit, vtrum in dubio præsumatur facta conuersio, & vtrum sufficiat cõfessio Prælati cum toto capitulo. & dicit, quod gl. ibi tenet, quod sic, valdè notabiliter in gl. probat: ibi, Ergò fortè per præsumptionem, vt quia Prælatus est diligens, & Ecclesia tunc indigebat, non autem habet probari, vbi quilibet nummus sit datus, vt *ff. de exercit. l. fi. vt habetur in gl. in c. hoc ius. 10. q. 2. in verb. probat.* ibi; Sed nunquid creditor ità curiosus erit, vt semper teneatur scire, ad quẽ vsum conuertatur hæc pecunia? sed secundum hoc nulli inueniretur, qui cũ Ecclesia contraheret, *ff. de minor. l. quod si min.* sed dicit, quod † sufficit probare,
3 quod Ecclesia tunc temporis egebat pecunia, *l. Lucius ff. de exercit.* ne si nimia subtilitate circa res Ecclesiarum laboremus, illa subtilitas ei in perniciẽ vertatur, *l. pe. C. ad Trebell. Et gl. d. Auth. hoc ius.* dat alium modum, per quem præsumatur, quod sit facta versio. Vel quia, inquit gl. omnibus de Ecclesia simul dedit, per quos potest deterior Ecclesiæ fieri conditio, *l. iubemus. §. si quando. eo.* Ego dico, inquit Bald. ibidem, quod huic confessioni statur,
4 † si concurrant coniecturæ aliquæ cum confessione, putà, quod monachi nihil habebant de frumẽto, vel erant nudi, nunc verò apparet, quod vixerunt de frumento, & quod sunt vestiti, arg. *infra. de alim. pupill. præstan. l. fi.* & licèt hoc posset fuisse aliundè, hoc tamen non præsumitur, *l. si ventri. §. fi. de priuileg. credit.* Super quo dicit Bar. *in d. Auth. hoc ius. nu. 17. vers. venio ad vltimam partem.* quod Quan-
5 doque aliquis habet mandatum † ad recipiẽdum mutuum pro alio ad certam causam, & tunc sufficit, quod ille, qui recipit, confiteatur ad illã causam se recepisse, licèt mentiatur, *l. j. ff. de exercit. §. non autem. vers. sed & si in pretijs.* Quandoque habet mandatum generale, tunc nõ sufficit eius cõfessio ad obligandum dominũ, sed requiritur probatio per præsumptiones, ità loquitur *d. l. j. ff de exercit.* Quandoque nullum mandatum habet ab eo, cui nomine pecuniam recipit, & tunc videtur, quod requiratur quod expresè probetur, † pecuniam 6
esse conuersam in vtilitatem eius, & tunc non sufficit confessor recipientis, *vt ff. de in rem vers. l. 3. §. sed si accepit & ff. si cer. pet. l. ciuitas.* prout potest dici in hoc vlt. casu esse de iure Ecclesiæ, quæ est priuilegiata in hoc: & est spirituale, quod mutuũ expresè probetur esse in vtilitatem eius versum, Ecclesia teneatur, dicit Ias. *in d. l. ciuit. col. fi. n. 18.* Hinc offertur pulchrum dubiũ: pone, quod ciuitas indigebat illa pecunia † tẽpore, quo administrator 7
præsente populo, vel consilio accepit mutuũ, nunquid sufficiat, dato, quod aliter non probetur pecuniam esse versam in vtilitatem? Vbi dicit, quod antiqui tenebant, quod sufficeret, per tex. *in l. fi. ff. de exercit.* Sed Salyc. Pau. de Cast. & alij * communiter scribentes tenent, & bene, quod ille tex. *in d. l. fi.* habeat locum in persona priuati, non in priuilegiata persona, vt est Ecclesia, & ibi Doctores enumerat, qui faciunt super hoc * communem opin. Pro qua cõmuni opinione dicit, quod Alexã. *ibi inducit tex. in c. quod quibusdam. extrà de fideiussor. in verb. manifestè constiterit.* Et licèt forsan possit responderi, quod illud verbum verificatur etiam in præsumptionibus legũ; tamen, inquit Ias. vbi sup. conclude, quod illa *l. fi.* non habet locum in ciuitate. Idem dic in Ecclesia: quia ciuitas, & Ecclesia nũquã † in mutuo obligantur, nisi sit versum in vtilitatẽ, dicit Inn. *in d. c. quod quibusdã. de fideiusso. vers.* si 8
aũt haberet, & per eundem *in c. j. depòsit. col.* ibi; Sicut hoc ipsum speciale est in mutuo ciuitati facto. Bal. *cons. 350. 3. vol.* pro quo vide, quæ dicit Imola *in d. c. j. de deposit. col. 9. vers.* qualiter aũt ꝓbetur versio eo casu, quo expediens est illam probari; & cõclude, inquit, quod diuersi modi traduntur circa illud. nã *gl. in d. Auth. hoc ius. ad fi.* dicit, quod satis videtur † probari versio, eo quod mutuũ fuit facũ Prælato, & capitulo. gl. verò *in §. si verò quis. in Auth. de alien. & emphyt.* tenuit contrarium. D. Ant. hic dicit, quod si mutuum est receptum ob certã, & determinatam causam, tunc procedit secunda opinio, arg. eorum, quę habentur in *d. Auth. hoc ius.* si autẽ pecunia sit simpliciter mutuata Prælato, & capitulo, tũc procedit prima opinio. Alius modus est secundũ aliquos, quod probetur † Prælatũ, qui 10
suscepit mutuũ, fuisse diligentẽ, qui cõsueuit esse diligẽs in alijs negocijs, *arg. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita.* Sed istã opinionẽ reprobat gl. *in dicto § si verò quis.* & illã reprobãt * cõmuniter Doctores, quod illa cõiectura nõ videtur esse sufficiẽs, vt habetur *in d Auth hoc ius. ad fi.* & facit etiã, quod habetur *in l. 3. § sed & si. ff. de in rem verso.* Vnde alij dixerũt, quod alius modus † probãdi versionẽ, est, si 11
probetur Prælatũ cõsueuisse diligẽtẽ esse, & Ecclesiã tũc habuisse indigẽtiã de eo, propter quod mutuũ accipit, putà in reparatione Ecclesiæ, vel quod monachi indigebãt vestitu, vel frumẽto, vel vino, ꝓ victu: & hoc casu, si apparet indigentia, cessaret, quia reperitur ecclesiã esse reparatã, vel monachos indutos vestibus, vel fuisse alimẽtatos pane, & vino, licèt nõ appareat specificè, quod pecunia mutuo recepta fuit cõuersa in indigẽtiã eccl. vel mo-

nacho-

nachorum; tamen satis videtur, quod præsumptione probabitur versio, & præsumetur subuentum indigentiæ ex pecunia mutuata, *arg. l. si ventri. §. fi. ff. de priuileg. credit.* per id, quod notauit Bart. *in l. cum seruus ff. de verb. oblig. & quod habetur in l. fin. C. de alim pup. præstan.* cum alijs copiosè per eum adductis.

§ Subdens ibidem paulo post Imola: Item aduerte, quod vltra modos, de quibus dixi, probandi versionem factam in vtilitatem Ecclesiæ, dicunt alij, quod est alius modus, si videlicet Prælatus,
12 † & capitulum confitentur pecuniam versam in vtilitatem Ecclesiæ: vbi dicit, quod D. Anton. ibi concludit, quod si solus Prælatus confitetur versionem, non probatur versio per eius confessionem, per id, quod habetur in *Authen. hoc ius. & in d. §. si verò quis in Authen. de alienan. & emphyteu.*
13 *fi.* & quod confessio solius Prælati † non nocet Ecclesiæ; si verò sit confessio Prælati, & capituli, tunc gloss. *in d. Authen. hoc ius.* & Cyn. ibi videtur velle, quod talis confessio præiudicet, & quod factum Prælati habet nocere Ecclesiæ; habetur in *l. iubemus nullam. C. de sacrosanct. eccles. & cap. cum dilectus. de ord. cog. & cap. j. de dolo, & contum. gl. ff. verò in §. verò quis. allegato*, videtur tenere contrarium, videlicet, quod dicta confessio non præiudicet, nec sufficiat. Idem tenet Bald. *in Authen. hoc ius. & ibi Guliel. de Cun.* aliàs secundum eum daretur materia delinquendi: nam forte sic confiterentur, & posteà diuiderent pecuniam inter se, ideo tali confessioni non est standum, argum. eorum, quæ habentur in *l. qui testamentum. ff. de probatio & in l. cum quis decedens. §. Titia. de leg. 3.* vbi patet,
14 quod in regulariter prohibitis, & certo † casu permissis non statur verbo dicentis factum esse in casu permisso. Et dicit Bald. *eleganter in cons. 350. 3. vol. incip. Christi nomine.* sicut ciuitas, & Ecclesia æquiparantur, quod versio mutui in vtilitatem Ecclesiæ dupliciter probatur: vno modo per apertam facti naturam, putà, per visum videntem, &
15 expensum in causam. testimonium † enim visus est excellentius omni testimonio, *Instit. de grad. cogna. §. fi.* Alio modo probatur per coniecturas, & à posteriori, quia apparet, quod refectio est facta, sed non apparet ex qua pecunia: nam præsumitur ex ea pecunia, quæ in hoc fuit mutuata: ne e-
16 nim vento † reficiuntur ædificia, sed cum magno sumptu, & opera: ad hoc facit *C. de vsur. pupil. l. fin.* Facit, quod habetur per Ioann. Andr. *in Specul. super rub. de reb. eccles. non alien.* vbi dicit, quod si per Ecclesiam fit donatio alicui tanquam benemerito de aliqua re, non habet stari de meritis, & circa probationem meritorum assertioni partium. Facit, quod habetur *in l. si fortè. §. ff. de castren. pecul. in l. si donatione. C. de collatio sequi videtur Archid in c. hoc. ius 10. qua. 2.* & hanc opinionem sequitur etiam D.
17 Anton. ex eo, quia confessio † talium administratorum per viam voluntariæ iurisdictionis non debet præiudicare, per id, quod habetur, & not. *in l. certum. § sed an ipsas. ff. de confess. & aliàs, vt ibi per Imolam. Idem tenet Imola in d. cap. quod quibusdam. extra de fideiussor. colum. 10. versic. item non obstat. & versic. iuxta prædicta.* vbi tenet; quod per confessionem non potest modo aliquo probari versio. Et per Rebuff. *in suo compendio alien. rer. eccles. versic. quæro.* quando ponuntur tres casus, quando creditor teneatur probare conuersum in vtilitatem Ecclesiæ. Primus est in † mutuo facto Ecclesiæ, quod nō 18
potest repeti, nisi is, qui mutuauit, probet versum in vtilitatem Ecclesiæ *per text. d. cap. quod quibusdam. de fideiussor. vbi Barb.* plenè distinguit. Secundus casus, in quo est necesse † probare versum in 19
Ecclesiæ vtilitatem, in casu depositi, *cap. j. de deposit.* & ibi ratio per manus traditur turmatim per Doctores. Tertius casus est, quando † res Ecclesiæ 20
venditur pro debito, tunc oportet probare pecuniam conuersam in solutionem debiti, *d. §. hoc ius.* Vt potè si mercator conueniat monasterium, dicens, se vendidisse pannum Abbati pro vestiendis monachis, quamuis Abbas non conuerterit, in hoc tamen monasterium tenetur pro debito. Et si debitor soluat rectori † Ecclesiæ censum, vel a- 21
liam rem debitam, tunc est liberatus, licet rector non vertat in Ecclesiæ vtilitatem, Abb. & Imola *in d. cap. j. Dec. in consil. 16. incip. & pro tenui. volum. 2. Subdens Rebuff.* Confessio Prælati cum toto capitulo sufficit, † quando sunt coniecturæ, vt si non 22
appareat, quod monachi aliundè habuerunt frumentum; vel Abbas ad alendum eos, vel pannum ad induendum: nam non præsumitur quod vixerint de vento, velut lupus, *l. si. cum gloss. de alim. pupill. præstan.* licet aliundè habere potuissent, hoc tamen non præsumitur, *l. si ventri. § fin. ff. de priuile. cred. Bald. in Authen. hoc ius. Card. tamen in consil. 110. incip. quidam Prælatus. in fin.* dicit; quod confessio Prælati non sufficit. idem tenet Socin. *in consil. 52. viso. colum. j. 3. volum. & consil. 92 viso.* Nec potest haberi fides de pretio, nec etiam sufficeret confessio super pretio, nisi appareret solutum, vel in casu expositum, propter quam venditio fuit permissa, tenet Abbas *consil. 41. videndum est. colum. 2. j. volum.* Si tamen Prælatus, vel alius † rector non con- 23
uerterit in vtilitatem Ecclesiæ, tenebitur creditori de suo satisfacere, per Innocen. & Cardin. *in cap. præsentium. de pignor. vt per Rebuff. d. versic. quæro,* quando. Et per eundem ibi *in versic. confessio Prælati.* habetur, quod * communis sententia est in *
hoc casu, quæ habet seruari, videlicet, quod non sufficiat probare † per coniecturas, putà, quod 24
tempore contracti mutui Ecclesia indigebat, sed verè probari debet, vt in supradictis tribus casibus, consuluit Cald. *consil. 7. qualiter. rub. de probat. tenet Socin consil. 15. visis. volum. 7. j. volum. vt ibi per eundem Rebuff.* Facit ad materiam illud, quod habetur per Ioan. Bertach. *in tractat. de Episcop. 4. par. quæst. 53. numer. 175. versic. adde etiam.* vbi dicit, quod confessio de recepto facta à procuratore † 25
non valet in præiudicium domini, nisi haberet procurator recepit, secundum Bald. *in l. 2. §. ad hæc. C. de quadr. præscrip.* Quod est verum, si procurator habet mandatum ad recipiendum mutuum, vel etiam ad confitendum: quia intelligitur, scilicet ad confitendum de pecunia recepta tantùm, non, de non recepta, ità singulariter tenet Bart. *in l. 2. in fi. ff. si cer. pet. & in l. non absoluit C. de nouat.* Secus tamen esset in procuratore habente mandatum pinguius, scilicet, ad confitendum se recepisse, etiamsi reuera non receperit, quod nota pro ista materia confessionis.

§ Item

§ Item videtur etiam, quod ex coniectura credi-
26 tor exoneretur † ab onere probandi versionem, putà, si infrà breue tempus, quo creditor mutuauit ob necessitatem Ecclesiæ, appareat, quod Ecclesia emit prędium, aut possessionem vtilem tanti valoris, aut soluit debitum tantæ quantitatis, quia tunc ista præsumptio sufficit ad exonerandum creditorem, ne aliud probare teneatur, not. per Azo. *in Summa, in Authen. de exhiben. reis, num. 4. versic. de quarta. tenet Iacob. de Aren. & Alber. in d. Authen. hoc ius. C. de sacrosan. eccles. versic. item consueuit.*

27 § Et in materia solet quæri, an † teneatur Ecclesia, si pecunia, quam creditor Ecclesiæ pro causa necessaria mutuauit, sit deperdita. Et quāuis possit dici, quod non, per tex. *d. Auth. hoc ius.* quæ non vult Ecclesiam teneri, nisi sit versum in vtilitatē: itē quia iure minoris non tenetur Ecclesia ex mutuo, nisi sit locupletata: item quia nō videtur versum, nisi duret versum; tamen per tex. *in l. seruus. ff. de in rem verso.* qui videtur textus factus in casu, & per alia, quæ adducit Alber. tenetur, quod contra Ecclesiam potest agere creditor, vt per eū *d. Auth. hoc ius C. de sacros. eccl. vers. item consueuit.* Per quod etiam dicit esse decisum dubium, an si Ecclesia vē-
28 didit rem † debita solemnitate seruata, & pretium casu fortuito sit deperditum, creditor sit securus. vbi dicit, quod sic, nec Ecclesia petit restitutionem.

§ Et quia posset dubitari, an sufficiat qualis, quālis versio, vt Ecclesia sit obligata, in hac quæstione cōsulendus est Abb. *in d. c. quod quibusdā. col. pen. nu. 9. vers. item vltra alios. de fideiusso.* vbi vltra alios limitat hāc materiam, quod teneatur Ecclesia, probata versione, vt non habeat locū in qualibet ver-
29 sione, † sed tunc quidem, quādo est vtile Ecclesiæ, illam versionem esse factam, ità quod Ecclesia verisimiliter fecisset de proprio, aliàs secus. Pone exemplum, inquit: particularis recepit mutuū, & fecit fieri nobile ędificium in loco non expedienti, ità quod graue esset Ecclesiæ, & damnosum illum sumptum fecisse, vel illum approbare: nā hoc casu credo, Ecclesiam non teneri, per illud, quod habetur in simili in *l. in fundo. ff. de rei vend.* nam non potest dici, quod pecunia sit versa in vtilitatē Ecclesiæ, si non expediebat Ecclesię in illum vsum conuertere. Item per eādem legē puto, quod Ecclesia
30 † tenetur solùm restituere tantum, quantū est meliorata, licèt plus fuerit expensum: & si plus fuerit meliorata, quam expensum, solùm tenetur ad expensum: satis probatur in simili *d. l. in fundo.* Et ratio est: quia hoc casu Ecclesia non tenetur ex contractu, ex quo non dedit mādatum, sed actione de in rem verso; ergò solùm tenetur ad id, in quo est meliorata. Et hæc procedunt, vbi particularis non habebat aliquam administrationem, saltē peculij; aliàs autem tenetur ipse superior in quātū patitur peculiū, seu administratio superioris: ità per Inn. *c. cū olim li. 2. de priuileg. in contractib.* factis per monachum sine licentia Abbatis, vt per Abb. *ibid.* Facit in hac materia, quod habetur per Abb. *in c. j. col. j. nu 4 vers. sed circa istos sumptus. de in integ. rest.* vbi Abbas, loquendo de sumptibus, qui habent refici conductori, vel emptori rei Ecclesiasticæ in casu restitutionis in integrum, ponit exemplum quod emptor, seu conductor expendit centum, † & facit 31
meliorationem in ducentum, vtrum ei teneatur Ecclesia restituere centum, an verò ducentum? Et dic, inquit, quod centum tātum est obligata restituere, per illum tex. in eo, quod dicit, quod debet restituere sumptus, non autem valorem meliorationis. Sed, inquit Abbas, dubium maius est, quid si expendit centum, sed non fecit rem meliorem, nisi in quinquaginta, nūquid Ecclesia teneatur restituere centum; an quinquaginta solum? Et puto, quod quinquaginta tantum: quia iste tex. mandat restitui sumpt⁹ propter meliorationem ibi factā. Si ergò melioratio non est facta nisi in quinquaginta tantùm, duntaxat quinquaginta debent restitui, & imputandum est illi, qui imprudenter fecit sumptus.

SVMMARIVM.

1 *Conuersio in vtilitatem Ecclesiæ duobus modis fieri potest, in perpetuam, scilicet, & temporalem vtilitatem.*

2 *Mandatarius habens mandatum vsque ad certam summam, potest etiam pro temporali vtilitate accipere vsque ad illam summam.*

3 *Versio vbi est probanda, oportet, quòd probetur vera versio, nec sufficit apparens.*

4 *An si mutuum sit receptum, & versum sit in Ecclesiæ vtilitatem, non tamen duret versum, Ecclesia teneatur, & nu. 5.*

6 *Prælatus recipiendo vltra summam taxatam, videtur recipere contra mandatum.*

7 *Negociorum gestor faciens impensam contra prohibitionem domini, non obligat eum.*

8 *Generalis dispositio debet generaliter intelligi.*

9 *Quid dicatur conuerti in vtilitatem Ecclesiæ.*

10 *Vera vtilitas non est dare in feudum.*

11 *Tempus contractus attendi debet.*

12 *Emptor debet esse curiosus, vt pretium conuertatur in Ecclesiæ vtilitatem.*

13 *Vtilitas iudicanda est arbitrio boni viri.*

14 *Versum esse sufficit in vtilitatem temporalem, quando expediebat Ecclesiæ illum sumptum facere.*

15 *Mutuans alicui respectu Ecclesiæ habet actionem de in rem verso, & actionem negotiorum gestorum.*

16 *Non debet quis me inuito se ingerere in negocijs meis.*

17 *Non præsumitur quis velle prohibere id, quod sibi est vtile.*

18 *Episcopus potest mutuare pecuniam Ecclesiæ sine superioris authoritate.*

19 *Mutuum fauore Ecclesiæ in dubio præsumitur.*

20 *Mutuans pecuniam fiscalem punitur.*

21 *Fiscus, & Ecclesia æquiparantur.*

22 *Recipiens pecuniam mutuo ab Ecclesia, si emat prædium, an sibi, vel Ecclesiæ acquirat.*

23 *Nepos Cardinalis emens possessiones ex pecunia à patruo sibi mutuata sibi acquirit.*

24 *Quantitas pecuniæ distinguit mutuum à donatione.*

25 *Quantitas data alicui an præsumatur donata, mutuata, vel depositata.*

26 *Capitulum sede vacante potest suscipere pecunias mutuo sine authoritate superioris.*

CAP. II.

POSSET dubitari, quomodo posset fieri ista
conuersio in vtilitatem. Ad quod videtur re-
sponderi per Innocen. *in c. quod quibusdam. versi. v-
tilitatem. de fideiuss.* vbi, dicit, quod duobus modis
1 † videtur fieri conuersio, & quid dici conuerti in
vtilitatem. Primo modo dicitur conuerti id, quod
conuertitur in rem Ecclesiæ, & in posterum dura-
turam, putà in emptionem alicuius rei, ędificium,
& consimilia, & sic accipitur hic, & *ff. de impen. in
re. dotal fact. l. j. & 3. & quasi per totum.* Dicitur &
alio modo conuerti in vtilitatem Ecclesiæ etiam
id, quod non accipitur ad perpetuam vtilitatem,
sed temporalem, putà pro colendis agris, & domi-
bus non necessarijs, alias tamen vtilibus faciendis,
& magnificè, & vtiliter: sed tamen Ecclesiæ non
sufficit tantas expensas facere: & ideò hoc inspe-
cto, non est verè hæc vtilitas: & idem in alimen-
tis monachorum, quos voluit parcè viuere, sed i-
pse multa expendit, quæ vtilia fuerunt, sed tamen
nimis grauabatur, & ipsi paucioribus poterant es-
se contenti, licèt cum difficultate, *l. in fundo. ff. de
2 rei vend.* Quando ergò fit mandatum, seu † proui-
sio, quod accipiat quis mutuum vsque ad certam
summam, poterit talis obligare, & accipere etiam
pro temporalibus; sed vltra summam non pro
temporalibus, sed pro perpetuis semper tenebi-
tur.

§ Et secundum D. Ioan. de Imo, *ibidem col. 9. vers.
circa quartum.* habetur, quod casu quo probari de-
3 beat † versio, oportet, quod probetur vera versio,
& sic non sufficit apparens, & realiter non existẽs:
si autem probetur vera versio, & tunc, si fuit tem-
poralis pro sui natura, putà pro agris Ecclesiæ co-
lendis ad fructus recipiendos, videtur, quod talis
versio sufficiat, ex quo Ecclesia est locupletata ex
tali versione, *arg. reg. locuplet. ari. de reg. iur in 6.* Nec
obstat *l. 3 ff de impens. in reb. dota. fac.* quia loquitur
in expẽsa facta per maritũ pro colendis agris do-
talibus, quã nõ pōt repetere à muliere, quia perci-
pit fruct⁹ ipsorum agrorũ, in quos facta est expẽ-
sa, *l. pro oneribus. C. de iure dot.* Sed hic mutuans pro
colendis agris Ecclesiæ non recipit fructus ipse,
sed ipsa Ecclesia, ideo conueniens est, quod tenea-
tur Ecclesia in cuius vtilitatem pecunia est cõuer-
sa. Interdũ versio sui natura est perpetua, vt quia
facta fuit pro reparatione ædificij, sed posteà ædi-
ficium perijt casu fortuito, & sic non durauit: hoc
casu est dubium an sufficiat talis versio, vt possit a-
gi contra Ecclesiam. nam videtur, quod sic, inquit
per istum text. dum simpliciter videtur vel-
le, quod sufficiat pecuniam mutuam versam in v-
tilitatem Ecclesiæ; ad id, quod habetur *in l. sed an
vltrò §. j ff. de neg. gest.* & istud, inquit, videtur tene-
re D. Flo. Sed Inn. hic videtur velle contrariũ, quã
do vltra summam taxatam recipit mutuum secus,
quando intra summam recipit, vel quãdo summa
4 est nõ taxata. Possunt cõcordari opiniones, † quia
si mutuum sit receptum per particularẽ de Eccle-
sia non habẽtem administrationem aliquam, nec
aliquod mãdatum, vel per aliquem extraneũ sine
aliquo mandato receptum sit mutuum pro Eccle-
sia, videtur, quod non teneatur Ecclesia, licèt mu-
tuum sit receptum pro Ecclesia, nisi duret versũ,
l. si pro parte. §. versum. ff de in rem vers. vbi in simili
patet, quod si extraneus gessit negotia pupilli, nõ
tenetur pupillus, nisi vtiliter gesserit, & duret vti-
litas: ergò eodem modo idem dicendum in Eccle-
sia, quæ æquiparatur minori, *c. j. de in integ rest.* Si
verò per Prælatum habentem administrationem
† receptum sit mutuum, tunc, si fuisset receptũ in- 5
trà summam taxatam, vel siue erat taxata, videtur
sufficere, quod vtiliter fuerit factum, licèt nõ du-
rauerit, vt voluit Inn. *hic: & probatur per id, quod ha-
betur in l. 3. §. sufficit ff. de contra. & vtil. act. tutel.* vbi
in simili sufficit, quod administrator datus mino-
ri vtiliter gesserit, licèt non durauerit, vt no. Bar.
in l. si pupilli. in prin. ff. de neg. gest. Si verò per Præla-
tum, aut rectorem habentem administrationem
receptum sit mutuum vltra summam taxatã, tunc
videretur, quod non sufficit factam esse versionẽ
in vtilitatem Ecclesiæ nisi duret, vt hic dicit: tamẽ
contrarium puto verius, ex quo est Prælatus ha-
bens administrationem, qui recipit mutuum pro
Ecclesia, arg. *l. 3. §. sufficit de contra. & vtil. act. tut.* &
per istum text. inquãtum simpliciter videtur vel-
le, quod pro eo, quod recipiatur vltra summã, ob-
ligetur Ecclesia, si versum sit mutuũ in vtilitatem
Ecclesiæ, nec distinguit, an durauerit, vel nõ. Nec
obstat, si dicatur, quod Prælatus recipiendo vltra
† summam taxatam videtur recipere contra man 6
datum, arg *c nonit. de appel.* & sic non debet obli-
gari Ecclesia, per *l. si C. de neg. gest.* quia responderi
potest, quod verum est, quod videtur satis posse
dici recipere contra mandatum, quo ad hoc, vt nõ
obligetur Ecclesia ex tali mutuo, si non probetur
versio non autem videtur prohibitus recipere vl-
trà, si probetur versio, vt hic satis colligi potest: a-
liàs sequeretur, quod si esset receptum mutuũ vl-
tra summam taxatam, & versum esset in vtilitatem
Ecclesię, & duraret, nõ posset repeti: quia vbi quis
facit expensam † in negocio domini contra eius 7
prohibitionem, non obligat eum, etiam si vtiliter
gesserit negocium domini, & duret vtilitas, vt pa-
tet *in d. l. si C. de neg. gest.* & ideò non est dicendum,
quod in casu proposito omninò intelligatur pro-
hibitus Prælatus recipere vltra summam, sed so-
lum in casu, in quo non probetur versio licèt illa
non durauerit, ex quo facta fuit, si probetur per
Prælatum, videtur, quod obligetur Ecclesia, per
illum text. & per text. in d. l. 3. §. sufficit, & per id.
quod not. Bart. *in d. l. si pupilli. in princip.* & istam
partem putat de iure veram Imola, quem sequi-
tur D. Floren. licèt Innocen. Ioann. Andr. Petr. &
D. Anto. sequantur opinionem Innocen. quam, in
quit tene mẽti propter authoritatem ipsorum, vt
ibi per eundem. Imo. Et opinio hæc Imolæ nõ vi-
detur esse sine ratione, attenta generalitate text. in
d. c. quod quibusdam. quæ habet, quod semper si sit
versum, datur pro verso actio, nec distinguit, an
duret, vel nõ duret versum: vnde generaliter † p 8
lata dispositio generaliter habet intelligi: & cũ lex
non distinguit, nec nos distinguere debemus; & si
ex etymologia vocabuli mutuum de meo fuit fa-
ctum tuum, tu ex meo fuisti semel locupletatus:
& satis est, quod aliquo tempore ex meo res tua
fuit melior, & cõditio rei tuę fuit meliorata: Vnde
si illam

si illam tunc vendidisses pluris, respectu mei ven-
didisses, meritò debes mihi teneri, maximè cum si
non duret, vel si desijt, durare melioratio, vel ver-
sio, non fuerit culpa mea, vel facto meo.
§ Addo D. Pet. Rebuff. *in suo compendio alien. rer.*
eccl. in exposit. tex. c. sine exceptione 12. q. 2. in verb. vt
meliora. vbi quærit, quandò dicatur conuerti in v-
tilitatem Ecclesiæ: & respondet, quod conuerti-
9 tur, quando † conuertitur in rem Ecclesiæ dura-
turam, putà in emptione alicuius rei seu ædifici-
um, vel aliam rem, *l. j. & 2. ff. de impen. in re. dot. fa-*
cit c. quod quibusdam de fideiusso. Item, inquit, dici-
tur conuerti in vtilitatem Ecclesiæ, etiam si Ec-
clesia non haberet perpetuam vtilitatem, sed tem-
poralem, vtpotè pro colendis agris, colligendis
fructibus, seu alijs, *l. in fundo l. sumptus. & l. si fundus.*
ff. de rei vend. Domi. in d. §. hoc ius. 10 q. 2. cap. ea. n. col.
10 *2.* vbi dicit; quod non est vera vtilitas, † nec etiam
quando datur in feudum, licèt retineatur homa-
gium, & ob defectum homagij non præstiti res
possit cadere in commissum: quia non debet attē-
di aduersa fortuna, *l. inter §. sacram. ff. de verb. oblig.*
Bellamer. cons. 33. col. 14. vers. quod ad secundam diffi-
cultatem. & sufficit, quod tempore contractus di-
catur vtilis, licèt efficiatur deterior: quia attendi-
11 tur, & attendi † debet tempus contractus, *l. si vo-*
luntate. C. de rescin. vend. Cald. expressè in cons. 5. in
rub. de rer. perm. per tex. in l. sed an vltrò. §. j. ff. de nego.
gest. refert Rebuff. d. loco. Facit, quod colligit Sylue. in
Summa, in verb. Alienatio. §. 26. nu. 24. ibi; Vigesimo
sextò quæro, quomodo intelligitur vtilitas Ec-
clesiæ, pro quā fit alienatio? Et dico, inquit, secun-
dum Lauren. quod oportet pretium rei venditæ
esse versum in vtilitatem Ecclesiæ, & sic illam vti-
litatem esse perpetuam, & euidentem, vt in ædifi-
cijs perpetuis, emptionibus alienatam rerum, vel
12 solutione debiti grauis: & emptor debet † esse cu-
riosus, vt videat, quod sic conuertatur. Sed tamen,
inquit, Zaba. *super Clem. monasteriorum. eo tit.* dicit
non esse necesse, quod duret versum in vtilitatem
Ecclesiæ. & gloss. *10. q. 2 c ea. n. §. hoc ius.* dicit, quod
non oportet emptorem scire, ad quem vsum pe-
cunia conuertatur, sed sufficit probare, quod Ec-
13 clesia tunc indigebat. Vel potest dici, † quod vti-
litas ista iudicanda est arbitrio boni viri, sicut
quando omnibus consideratis indicatur, quod
Ecclesia benè facit, vel quia inde recipit reditum
maiorem, vel si parem, aut minorem, tamen com-
modiorem, vel aliquid tale. Ità, inquit fuit de mē-
te gl. *in d. §. hoc ius. in verb. probat.* Nec inuenitur ali-
quo iure cautum, quod oporteat emptorem tu-
tum fieri de ista vtilitate: sed sufficit sibi rem e-
mere iusto pretio, reliquum relinquere conscien-
tiæ vendentium, vt per eundem Syluest. *in d. Sum-*
ma. Facit in hac materia, quod dicit Abb. *in d. c.*
quod quibusdam. de fideiusso. *col. 3. num.* 8. Sed ad-
uerte, inquit, quidam exigunt, vt hoc casu duret
versum tempore actionis, sed quando mutuum
fuit receptum præcedentibus casibus, non requi-
ritur vtilitas perpetua, sed sufficit temporalis: &
hoc videntur velle Inno. & Host. Et intelligerem
14 † dictum eorum, quando non expediebat Ecclesię
facere illum sumptum temporalem. Si autem Ec-
clesia tenebatur facere illum sumptum, nihilomi-
nus quantumcunque non duret versio, in dubio
credo Ecclesiam teneri: quia Ecclesia dicitur facta
locupletior, sicut in simili dicitur in pupillo. *ff. de*
sol. l. in pupillo. Pone, inquit, exemplum: particularis
de Ecclesiā recepit mutuum, quod conuertit in
necessaria alimenta ministrorum Ecclesiæ: nam
licèt non duret hæc vtilitas, nihilominus Ecclesia
est locupletior, quia si non habuisset pecuniam
mutuam, expendisset de suo. Vide eundem Abb.
ibi, qui per intellectum, quem ibi dat in fine, con-
cordat scripturas, *nu. 12. in vers. in gl. verb. in vtilita-*
tem. quod vltra actionem de in rem verso, † etiam 15
putat posse agi actione negociorum gestorum, si
mutuans habuerit respectum ad Ecclesiam, & non
ad personam subiectam, cui mutuum concessit,
arg. optimo in l. si pupilli. ff. de neg. gest. Et si diceres a-
ctionem istam non competere, quia contra volun-
tatem Ecclesiæ videtur mutuum factum, si vltrà
formam constitutam aliquid fuit receptum, hoc
contrarium facit vacillare Innocen. per *l. fi. C. de*
neg gest. vbi tex. notabiliter dicit; cessare illam acti-
onem, quando quis gessit negocium alterius co
inuito. vnde dicit Innocen. quod hic agitur actio-
ne de in rem verso, & ideò oportet, quod duret
versum, quia aliàs non competit illa actio. Sed
certe hoc dictum non est verum: quia si præsup-
poneremus, quod Ecclesia contradicente fuisset
factum istud mutuum cessaret actio de in rem ver
so: non enim debes te ingerere † in negocijs meis 16
me inuito, *l. si pro te. ff. mand. & quod ibi no. Bar.* Vn-
de dico aliter, quod Ecclesia statuendo certā sum-
mam, non videtur contradicere vltra summam, si
illud conuertit in vtilitatem Ecclesię, si appareat,
de versione, quia in dubio nō videtur quis vellet † 17
prohibere illud, quod sibi est vtile, & ad vtilitatē
suam, vt no. *in reg. qui tacet. de reg. iur. lib. 6.* Item di-
cò, quod posset agi actione negociorū gestorum,
intelligendo, vt suprà dixi, vt per eundem Abb. *d.*
loco.
§ Et in hac materia mutui est sciendum, quod
Episcopus † benè potest mutuare pecuniam, quæ 18
est Ecclesiæ sine authoritate superioris, per Bald.
qui ità tenet in l. etiam. C. de fideicom. immò nulla so-
lemnitas requiritur in eius alienatione secundum
gl. 12. q. 2. in summa per tex. in l. lex, quæ tutores. §. fi.
C. de admi. tut. l. fi. C. quand. decre. opus non est. 96. dist.
benè. Et scias, quod in dubio † præsumitur mutu- 19
um fauore Ecclesiæ, cui expedit, quod dominium
transeat in recipientem propter periculum, quod
posset contingere, secundum Bald. *in d. l. etiam.* si
aduertat Prælatus, quia peccat mortaliter pecuni-
am Ecclesiæ mutuando: quinetiam excommunicā
tur, secundum Archid. & Ioan. de Fan. *in c. qui Chri-*
sti. 12. q. 2. Item † punitur mutuans pecuniam fisca- 20
lem: quia deportatur, & bona eius confiscantur, *l.*
2. C. de his, qui ex publ. ratio. mutu. pec. accepe. li. 10. re-
cipiens verò punitur pœna quadrupli, *l. j. eo. tit. &*
lib. fiscus autē, † & Ecclesia æquiparantur, *l. fi. C. de* 21
sacros. eccl. c. j. de in integ. rest. in 6. Sed circa hoc, vide
quæ dico *suprà in q. 6. de alie. illar. rer. quæ seruan. ser.*
non poss. vbi dico de pecunia. immò vide *quæ. 16. de*
pecu. eccl. alien.
§ Adde his ad quæstionem, quām ponit Io. Bert.
incidenter in trac. de Episc. part. 4. q. 44. num. 137. vers.

22 *incidenter quæro.* vbi quærit, an si recipiens † pecu-
niam mutuo ab ecclesia emat prædium ex ea, an si-
bi acquirat, an vero ecclesiæ. Et dic, inquit, quod
sibi acquirit. secus est, si Prælatus, vel monachus e-
mat de pecunia ecclesiæ, quia ecclesiæ acquiritur
etiam ipsis inuitis, & contrarium paciscentibus cũ
venditore, tenet Bal. *in l. et iam. C. de fideic. ad fi.* vbi
etiam subdit non valere contractum emptionis, &
venditionis cum pecunia ecclesię scientibus emp-
tore, & venditore; sed res empta de pecunia eccle-
siæ est ecclesiæ, nisi pecunia ecclesiæ fuerit alteri
mutuata: quia per mutuum transiuit dominium
pecuniæ in recipientem, qui posteà emens ex ea si-
bi acquisiuit, non ecclesiæ; secus verò, si emat de
pecunia ecclesiæ non mutuatá, secundum Bald. *in*
23 *d. l. etiam.* Vnde † si Cardinalis mutuat pecuniam
nepoti ad emendum possessiones, nepos emens ex
ea sibi acquirit, tenet Bal. *in c. Ecclesia. vt lit penden.*
Quod verum credo, nisi constet de fraude, *l. fraus.*
de legi. l. mancipia. C. si quis alte. vel sibi. secus, si pecu-
nia esset ecclesiæ, *l. quoties. C. de rei vendi.* refert ad
longum Io. Bertach. *loco supra citato.* Pro quo vide
omninò Bal. *in d. c. Ecclesia.* vbi pulchrè assignat ra-
tiones, quare ex pecunia ecclesiæ mutuata alteri,
non ecclesiæ acquiratur: immò quod in taliter ac-
quisitis ecclesia non habet etiam hypothecam. vbi
etiam subdit Bal. quod si non apparet, fuerit, vel
ne mutuata ista pecunia nepoti Prælati, vel Cardi-
nali, ad id dignoscendum attendi debet quantitas
24 pecuniæ, † quæ si sit magnæ quantitatis, præsumi-
tur mutuata, si paruæ, vel mediocris ex affectione
personarum præsumitur donum, *l. vtrum. ff. de do-*
na. inter vir. & vxo. gl. in l. cum quid. ff. si cer. pe. Et pro
hoc vide, quę dicit Abb. *in c. & si quæstiones. n. 3. in 3.*
no. de simo. vbi dicit, quod si sit data pecunia alicui,
putà sit dictum, Tolle hanc pecuniã, ad dignoscẽ-
25 dum, † an sit donatio, mutuum, aut depositum, ha-
bent considerari circunstantiæ qualitatis tam dã-
tis, quam accipientis. Nam à dante pauperi facilius
præsumitur libera donatio, quam à paupere diui-
ti. Item debet considerari quantitas muneris, nam
de facili quis non præsumitur conferre liberè ea,
quæ sunt maximi pretij: quia nemo præsumitur
iactare suum. Item tempus donationis. nam quis
facilius præsumi debet donare alicui instante ne-
cessitate alterius, quam vbi nulla subest necessitas;
quia ex præcedentibus coniecturis præsumi de-
bet aliquando mutuum, aliquando depositum, a-
liquando donatio: & in dubio cessantibus istis cõ-
iecturis, habet præsumi mutuum, aut depositum,
non donatio, stante eo, quod præsumitur nemo
iactare suum, vt ibi per eundem Abbatem.

§ Addo vlterius ad materiam, quod sede vacan-
26 te † capitulum potest suscipere pecuniam mutuo
sine authoritate superioris pro necessitatibus ec-
clesiæ vacantis per *gl. quæ hoc tenet, in c. cupientes. §.*
ad hæc super verb aliundè. de elect. lib. 6. allegat 10 q. 2.
precaria. 12. q. 3 quicunque. cum manifesta in hoc sit
vtilitas ecclesię, & cum hoc negocium dilationem
non capiat, & ex tali mutuo obligatur ecclesia, &
Prælatus successor, *no. ad longum Io. Fran. Pauin. in*
trac. de off & pot. c. sede vacan q. 3. 2. par. princ.
num. 20. vers. sed an capi-
tulum.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus successor est quasi hæres præcessoris.*
2 *Successor non tenetur in debitis descendentibus ex delicto, vel quasi.*
3 *Ecclesia non conficiens inuentarium, an teneatur vltra vires hæreditarias, & nu. 4.*
5 *Successor tenetur tantum ad solutionem debitorum contractorum pro vtilitate Ecclesiæ.*
6 *Prælatus obligans Ecclesiam pro alienis debitis est suspensus ab administratione.*
7 *Prælatus accipiendo mutuum pro sustentatione sua obligat Ecclesiam.*
8 *Ecclesia tenetur Prælatum alimentare.*
9 *Beneficiatus habens patrimonium non tenetur viuere de patrimonio.*
10 *Successor non tenetur ad debita contracta pro necessitate patrimonij præcessoris.*
11 *Successor tenetur ad debita contracta tempore infirmitatis prædecessoris.*
12 *Doctor, qui præstitit patrocinium Episcopo carcerato, & eidem mutuauit pecunias pro necessitatibus eius, habet successorem obligatum.*
13 *Debita contracta à beneficiato habente patrimonium, an successorem, vel hæredem sequantur.*
14 *Parochiani nisi necessaria præstent sacerdoti suo, ille habet iustam causam subtrahendi diuina.*
15 *Prælati sibi caueant, vt pecuniam Ecclesiæ donatam vel nomine Ecclesiæ mutuo sumptam in Ecclesiæ vtilitatem vertant.*
16 *An sufficiat probare casum necessitatis, an etiam probanda sit versio, in debitis contractis per prædecessorem.*
17 *Prælatus successor tenetur etiam ad expensas funerales.*
18 *Prælatus ex bonis Ecclesiæ est alendus.*
19 *Prælatus sumtibus Ecclesiæ est sepeliendus: & ob hoc potest largiri centesimam.*
20 *Funerum expensæ alia concernunt solatium animæ, alia consolationem viuorum.*
21 *Sponsa tenetur ad funeris impensas, quando pater est impotens.*
22 *Clericus æquiparatur vsufructuario, vel vsuario.*
23 *Successor in Ecclesia non tenetur stare conductori.*
24 *Conductor, si soluit pensionem, non habebit illam à successore, nisi sit conuersum in vtilitatem Ecclesiæ.*
25 *Beneficiatus non potest rem Ecclesiæ vltra tempus vitæ suæ locare.*
26 *Successor tenetur stare locationi factæ à prædecessore tribus concurrentibus.*
27 *Conductor, qui soluit prædecessori, sibi imputet, quia mortem illius præuidere debuit.*
28 *Canonicus præbendarius nunquam potest locare præbendam suam vltra tempus vitæ suæ.*
29 *Contractus celebratus nomine personæ non obligat successorem, secus si nomine officij.*
30 *Rector Ecclesiæ, qui rem locauit recepta pensione pro multis annis, an Ecclesiam, siue successorem obliget.*
31 *Obligatio personalis non sequitur fundum.*
32 *Promissio fraudulenta Prælati locatoris non obest successori.*
33 *Hæres defuncti Prælati, qui anticipatas pensiones accepit,*

accepit, successori tenetur.

34 Damnum, quis sua culpa sentit, sibi imputare debet.

35 Anticipata solutio non nocet successori.

36 Studentes in theologia quo priuilegio circa fructus percipiendos gaudeant.

37 Fructus, qui post obitum Prælati proueniunt, etiam ante nouam collationem successori spectant.

38 Successor in dignitate vtrum teneatur ex contractu inito per præcessorem.

39 Princeps submittitur obligationi iuris naturalis.

40 Canonicus potest vendere fructus præbendæ ad instar vsufructuarij.

41 Canonicus quando teneatur stare locationi præcessoris.

42 Locatio facta per præbendarium finitur morte locantis.

43 Successor succedit in præbenda, in iuribus canonicatus succedit capitulum.

44 Creditor missus in possessionem ex secundo decreto tenetur stare colono.

45 Locatio rei Ecclesiæ facta ad centum annos dicitur alienatio.

46 Natura locationis factæ ad longum tempus est, vt transferatur dominium.

47 Locatio ad viginti nouem annos prohibita est, nisi ex causa vtilitatis.

48 Locatio ad longum tempus quando permissa est, requiritur solemnitas iuris in alienationibus requisita.

49 Prælatus potest locare in quinquennium cum clausula, quod finito vno quinquennio, aliud incipiat.

50 Prælatus potest locare ad nouem annos.

51 Locatio ad XXX. annos dicitur perpetua, non autẽ ad 29.

52 Locatio facta à Prælato etiam ad tempus permissum non valet, quo ad successorem.

53 Successor non tenetur stare locationi etiam factæ ad modicum tempus.

54 Consanguineis locari potest fraudis suspitione cessante.

55 Consanguineis plus est subueniendum, quam extraneis.

56 Oeconomus non habet eandem iuris præsumptionẽ, quam Prælatus.

57 Alienatio fructuum non extenditur vltra vitam locatoris, & ideò successorem non obligat.

58 Conductor, qui anticipata solutione conduxit, sibi imputare debet, si ante completam locationem beneficiatus successorem habuerit.

59 Prælatus pro tempore vitæ suæ de fructibus disponit.

60 Locatio potest fieri per rectorem ad modicum tempus.

61 Administrator Ecclesiæ plus iuris in contrahendo habet, quàm administrator præbendæ.

62 Consilium, quomodo possint negociatores sibi prouidere, quando rem Ecclesiæ anticipata solutione conducunt.

63 Locationes anticipata solutione non posse fieri ex Concilij Tridentini decreto.

64 Conductor anticipata pensione tenetur successori, si locator interim moriatur.

65 Successor tenetur stare legitimè gestis per præcessorem, non malè gestis, & nu. 23.

66 Successor ligatur pacto successoris, si debitum fuit contractum pro vtilitate Ecclesiæ.

67 Papa potest rescindere gesta præcessoris contra statuta Ecclesiæ; item & successor in regno.

68 Successor in Prælatura an possit ratificare gesta nomine Prælati præcessoris.

69 Canonicus successor succedit in præbenda, in iuribus canonicatus succedit capitulum.

70 Successor non tenetur stare contractui facto in diẽ, vel sub conditione.

71 Successor stare tenetur inuestituræ, vel infeudationi præcessoris, si iam perfecta sit, aliàs secus.

72 Prælatus superior potest reuocare illicitam infeudationem.

73 Prælatus in rebus non pertinentibus ad dignitatem videtur similis tutori rem minoris locanti.

74 Successor non tenetur stare locationi factæ nominè præcessoris.

75 Mortuo locatore fructus pertinent ad successorem, & illi reseruantur.

76 Locatio morte finitur.

77 Conductor pariter non tenetur stare locationi, etiam si successor velit.

78 Resignatarius successor non tenetur stare locationi.

79 Prælatus locator est Ecclesiæ verum administrator legitimus.

80 Locationi factæ nomine Ecclesiæ successor tenetur stare.

81 Successor in beneficio non tenetur stare colono.

82 Locatio non valet sine consensu habentis regressum.

83 Regressum habens debet citari in alienatione bonorum.

84 Locatio decem annorum dicitur alienatio.

85 Successor recipiens rei locatæ pensionem, an censeatur ratificare contractum à præcessore factum.

86 Locatio nominè Prælati differt à locatione nominè Ecclesiæ facta.

87 Præbendarius nunquam vltra tempus vitæ suæ locat.

88 Successor non tenetur stare locationi quinquennij, nisi sit facta in vtilitatem Ecclesiæ.

89 Alienatio facta præsente capitulo, & tacente, est ipso iure nulla, & ideo successor non cogitur eidem stare.

90 Episcopus successor tenetur stare compromisso factò per præcessorem, quando hoc sit vtile Ecclesiæ.

91 Episcopus successor tenetur exequi mandatum per Papam suo præcessori factum.

92 Successor an succedat in officio exequutoris testamenti delata præcessori suo.

93 Prælatus an teneatur ad pœnam incursam per præcessorem.

94 Successor quando teneatur in casu mutui contracti per præcessorem.

95 Successor vna persona intelligitur.

96 Regulariter successor obligatur ex facto præcessoris.

97 Romano Pontifice Ecclesiam, & successorem obligat.

98 Episcopus successor tenetur prouidere ordinatis sine titulo per suos præcessores.

AN, ET QVOMODO EX ALIE-natione, contractu, aut facto præcessoris teneatur succes-sor.

QVAESTIO LVII.

QVONIAM Prælatus, dum viuit, diuersimodè disponit, & contrahit etiam alienando
a de rebus Ecclesiæ, vel Ecclesiæ nomine, vel suo, non ab re putaui ponere quæstionem, an ex contractu præcessoris obligetur successor: vt recollectis, quæ sparsim scripta in hoc articulo inuenit per Doctores, materia alienationum Ecclesiasticarum magis discussa, & in plures partes, ac membra disputata facilior legenti, & magis aperta appareret: simulque, vt habita super hoc articulo etiam discussione facilius sciret successor, quos posset sui præcessoris contractus reuocare, quibus acquiescere, & à quibus non recedere. Et rem breuiter perstringendo, nec eundo per contraria, ne nausea, vel tædio lectorem afficiam, dico, quod in multis casibus successor tenetur stare contractui præcessoris, & approbare gesta per eũ, in multis verò non, diuersimodè, & diuersis respectibus.

§ Nam vt habetur. *in text. in c. j. extrà de solu.* sicut filius hæres patris, qui ei in hæreditate succedit, tenetur seruare contractus, & approbare illius gesta, & soluere debita ab illo, dum viueret, contracta, ità pari modo Prælatus successor tenetur ad præcessoris Prælati debita soluenda, in cuius Prælatura succedit; si quidem debita sint contracta pro Ecclesiæ, aut Prælaturæ necessitate quia vt di-
1 cit gl. *ibidem*, Prælatus successor † est quasi hæres præcessoris, *23. q. 8. conuenior. 12. q. 2. c. vlt. & in d. c. j. in verb. debita. gl.* subdit; quod tenetur ad omnia debita, si non fecit inuentarium; si fecerit, tenetur in tantum, inquantum se vires hæreditatis extendũt. & hoc in debitis descendentibus ex contractu, vel quasi, sed in debitis, quæ descẽdunt ex delicto, vel
2 quasi, non tenetur, nisi inquantum ad eum peruenit, vel nisi cum defuncto lis fuerit contestata, *l. vni. C. ne ex delic. defunc.* licèt secundum Canon. videatur, quod hæres tenetur etiam ex delicto defuncti, *c. vlt. de sepult. & c. in litteris. de rap. hoc idem tradit gl. in c. Episcopus, qui filios. in verb. ab hæredib. 12. q. 2. Sequitur Abb. in d. c. 1. in fi. de sol.* vbi dicit; quod est quæstio notabilis in Ecclesia, an teneatur vltra
3 vires hæreditarias, si non confecit inuentarium, *gl. in c. j. de testa.* sentit, quod sic. Bal. contra *in l. fi. C. de iure delib. & expressim Bar. in l. j. C. de sacros. eccl.* nã fiscus non tenetur, *vt no. in d. l. fi.* ergò nec Ecclesia: hæreditas enim delata Ecclesiæ intelligitur delata, in quantum non est onerosa Ecclesię, ne per indirectum bona Ecclesiæ alienentur, quæ directò alienari non permittuntur, nisi requisitis interuenientibus. Et habetur in margine ibi ad Abbatem, quod si persona Ecclesiastica sit instituta contemplatione religionis, nunquam tenetur vltra vires hæreditarias, dato, quod non fecerit inuẽtarium, aliàs secus. † Sed * communis opinio est, quod im-
4 * mo Ecclesia teneatur, si non fecerit inuentarium, sicut miles hodiè, per tex. *in §. fi. in Auth. de hære. & Fal. iuncta gl. in l. miles. in prin. ff. de re iud.* sed habet restitutionem in integrum, sicut & principalis: ità tenent Card. Imola. *gl. & Canonistæ in d. c. j. de testa. Ang. Alex. Imol. in l. fi. §. fi. C. de iure delib. per Lud. Ro. in rubr. de acquir. hær.* & aliàs, vt ibi. Et aduerte, † 5
quod in tex. *in d. c. j. de solu.* benè dicitur, quod tenetur successor ad solutionem debitorum contractorum pro necessitate Ecclesiæ. quia ad aliena debita non videtur, quod teneatur; per ea, quæ habẽtur *in c. 2. eo. tit. de sol.* vbi inhibet, ne quis grauare audeat Ecclesiam sibi commissam pro alienis debitis cum decreto, quod si secus attentatum fuerit, quod ad solutionem talium debitorum Ecclesia non teneatur. vbi no. Abb. *n. 1. & 2.* quod si Prę-latus obligat † Ecclesiam pro alienis debitis, est 6
suspensus ipso facto ab administratione spiritualium, & Ecclesia ad talem obligationem non tenetur. & paulò post ibidem, *sub d. nu. 2.* Ex quo infertur, quod siue Prælatus fideiubeat pro alio, siue recipiat mutuum, siue alienationem, obligationemque in se, semper incurrat pœnam huius capituli. Idem, si recipit mutuum pro facto suo obligando Ecclesiam, nisi tamen receperit pro sua sustentatione, † secundum Doctores. nam tunc nõ 7
obligat, nec obligare dicitur pro alienis debitis, sed pro proprijs ipsius Ecclesiæ. Et Abb. *in d. c. 1. nu. 2. vers. & nota ex hoc. de solu* dicit; quod in debito contracto per Prælatum obligatur Ecclesia, etiam post mortem contrahentis, dummodò probetur, quod pro necessitate Ecclesiæ debitum fuit contractum. subdens, quod si Prælatus contraxit debita pro sua sustentatione, tenetur successor, quia pro necessitate Ecclesiæ taliter contrahendo contraxisse videtur: quia Ecclesia tenetur † Præla- 8
tum alimentare, per ea, quæ idem Abb in *c. ex præsentium nu. 4. vers. sed contra prædicta. extrà de pign.* vbi dicit, quod sacerdos debet viuere de reditibus Ecclesiæ, *c. cùm secundum. de præben. est facta decisio Rot. 851. in antiq. item alia decisio. 37. in vltimis, ambæ incip. cum Camera Apostolica.* Et facit dictum Inn. *in c. Episcopus. de præben.* vbi dicit; quod beneficiatus habens † patrimonium non tenetur viuere de pa- 9
trimonio, sed potest cum bona conscientia viuere de bonis Ecclesiæ. & idem dicit Ioan. de Lign. in *Clem. gratia, de rescript.* subdens Abb. quod cum sacerdos in illo tex. gratia illius pigneraucrit bona Ecclesiæ pro sua sustentatione, & necessitate, non debet compelli hæres sacerdotis ad dicta bona redimenda, sed Prælatus successor in Prælatura, aut beneficio, quia si sacerdos, aut † Prælatus con- 10
traxit debitũ, non pro sua necessitate, aut pro sua sustẽtatione, sed pro alia causa, & pro alia necessitate, putà pro necessitate sui patrimonij conseruãdi, puta, quia dom9 sua propria patrimonialis minabatur ruinã, vel vinea sua erat inculta, ad talia debita non est obligatus successor. & cũ hoc dicto transire * cõmuniter Doct. testatur Abb. *eo loci.* *
Et ex hoc, secundũ Abb. *ibidem, nu. 5.* potes notare singulariter, quod † si beneficiatus tẽpore infirmitatis suæ cõtraxit multa debita pro sua necessitate corporali tenetur successor in beneficio illa debita soluere, & sic, inqt Abb. ibi, extẽdo dispositionẽ 11
c. j. de sol. vbi dicit tex. quod successor in beneficio tenetur debita prędecessoris soluere pro necessitate eccl. cõtracta, idẽ dicit pro supradicta, si pro necessitate pro-

tate ꝓpriæ personæ. ad idem est decisio Rotæ in manuscriptis corãPutheo *in titul. de solut.* vbi in v. na Zanioren. pecuniæ, quidã Doctor præstiterat
12 † Patrocinium Episcopo carcerato, & ei mutuauerat pecuniam pro eius necessitatibus, fuit conclusum successorem teneri ad omnia: quia cum ista fuerint, debita contracta pro necessitate personæ Episcopi, successor tenetur, per Abb. *in d. c. ex præsentium. & in c. per tuas. 2. not. de dona.* & salarium etiam propter seruitium, & operam præstitam ipsi Prælato, ad nota. per Abb. *in c. relatum. col. 2. de testam. Ias. cons. 222. vers. similiter li. 2. in decis. Fabij Peregrini Episcopi Vestani Auditoris Rotæ decisio. 13. manuscripta apud aduocatos in Vrbe.* Et subdit Abb. *in d. c. ex præsentium. num. 6. de pignori.* Secundò nota ex hoc dicto, seu ex text. sic intellecto, quod res ecclesiæ possunt pignerari, vel obligari pro sustentatione rectoris. Sed aduertè, quia Ioan.
13 And. sentit vnum: quia licèt † beneficiatus habeat patrimonialia; tamen debita contracta pro sua sustentatione incumbunt Ecclesiæ, & non hæredi: de quo dubitare se dicit Abb. & ideò distinguit, quod aut ecclesia erat impotens ad sustentandum rectorem, aut erat potens. Primo casu, si impotentia fuit à principio, tempore quo acceptauit Ecclesiam, dico, inquit, in dubio, quod debita incumbunt sibi, & hæredi, non autem Ecclesiæ: quia est, quod sibi imputet, quare acceptauit Ecclesiam minus potentem, nam hoc casu tenetur viuere ex industriâ, & sic fortius ex patrimonio, non autem vendere bona Ecclesiæ, vel pignerare, seu obligare, per text. not. *cum gloss. 21. quæst. j. cap. j. facit cap. clericus victum. 91. dist.* Si verò Ecclesia est facta impotens ex postfacto, adhuc dicerem idem, vt non debeant bona Ecclesiæ vendi, vel pignerari pro sustentatione sacerdotis; sed debet agere sacerdos contra parochianos, vt præstent sibi necessaria, ex quo seruitur eis in diuinis: & est
14 † causa licita subtrahendi parochianis diuina, bona gloss. *de consec. dist. 1. c. omnis Christianus.* Secundo casu, quando ecclesia est potens, tunc fateor, quod si sacerdos non habet ad præsens, vnde se sustentet, & contrahat debitã sub spe soluendi de fructibus percipientis, sed morte præuentus non potest hoc facere, tunc satis æquum est, vt successor teneatur: & hoc casu procedit dictum Io. And. Et hæc nota, inquit Abb. quia nõ sunt discussa per alios. Vnde debita pro sustentatione, & pro illius infirmitatibus cõtracta per Prælatũ, debet solui per successorẽ: quia talia sunt debita ecclesiæ, & nõ debita aliena: & ità, inquit Abb. *d. c. j. sub n. 2. de solut.* ego pluries respondi in facto in istis, maximè rectoribus Ecclesiæ, qui in infirmitate sua multa debita contrahunt, ex qua decedunt. nam illa successor tenetur soluere. Quod ego intelligerem de fructibus extantibus, vel de acquisitis ex fructibus, aut de mobilibus relictis intuitu Ecclesiæ per defunctum, de quibus Camera Apostolica, quæ, succedit in spolijs, vel hæres defuncti, obtenta licentia testandi, vel successor in Ecclesia tenetur debita soluere, dictis Rotæ decisionibus quia si de immobilibus est, esset intelligendum, vt per gloss. & Bar. *in l. iubemus. l. 2. C. de sac. eccle. & in c. illud. 16. q. 6. Alex. cons. 55. in 1. part. vbi habetur;* quod etiam de immobilibus habent solui debita, & remunerari seruitia præstita Prælato, quia seruitia præstita Prælato sunt impensa Ecclesiæ. Ego tali casu non intelligo, nisi cum causa, & cum interuentu requisitarum solemnitatum. Et in margine ad Abb. *in d. cap. 2. de solu. in littera B. super ver. Alienis debitis. citatur Inno. in c. pastoralis. extrà de priuileg.* vbi dicit, quæ dicantur debita aliena, & quæ propria. Et credo, quod hoc dicatur per illa verba Innoc. *in d. cap pastoralis ibi.* Nec potest ille, cui data est Ecclesia, vendere, vel pignerare possessiones huius Ecclesiæ pro soluendis debitis eius Ecclesiæ, cui donata est: & si qua relinquantur huic Ecclesiæ, in vtilitatem huius Ecclesiæ conuerti habent. & breuiter † dici- 15
mus, quod caueat sibi Prælatus Ecclesiæ, cui donatio facta est, quod si accipiat mutuum nomine huius Ecclesiæ, conuertat pecuniam in vtilitatem illius Ecclesiæ, quia aliter de bonis eius non soluetur debitum: hoc autem ita distinctè faciat Prælatus Ecclesiæ, cui donatio facta est, alioquin sacrilegus erit: & aliàs, vt ibi. Et ista debita sic pro necessitate contracta habent solui à successore, si sint versa in vtilitatem ecclesiæ. & tunc intelliguntur esse contracta pro necessitate, quãdo sunt ità versa, & non aliter, vt interpretatur tex. Inno. *in d. c. 1. vt ibi.* Sed iste intellectus Inno. non placet Abbati *in d. c. j. sub num. 2.* iqu sequitur opinionem, & dictum Hosti. quia satis † est, quod probe- 16
tur casus necessitatis, non quod sit necesse probare versionem in vtilitatem ecclesiæ, sed solum requiritur, quod pro necessitate ecclesiæ debitum fuit contractum. Sufficit ergò, secundum Host. probare casum necessitatis; licèt Innocent. exigat, vt probetur versio. Sed dictum Host. mihi plus placet, per ea, quæ dixit idem Abba *in c. quod quibusdam. de fideiuss. vbi tenet;* quod solùm in mutuo, & in contractu mutui sit necessaria probatio versionis in vtilitatem, vbi Imola, & alij. Sed de hoc vide, quæ deduco in præcedenti quæstione.

§ Et Prælatus successor nedum tenetur ad debita pro sustentatione, & infirmitate contracta, sed etiam † ad b expensas funerales. per ea, quæ refert 17 b
Bertach. *in trac de Episc. 4. par. q. 54. num. 193. vers. vltimò non est silentio inuoluendum;* vbi dicit, quod Prælatus successor tenetur ad funeralia, & ad sumptus infirmitatis sui præcessoris: quia ecclesia arctatur ad id onus, cum ex bonis ecclesiæ sit † a- 18
lendus Prælatus, *12. q. j. illi autem, qui. 16. q j. quoniam quicquid. j. q. 2. clericos.* Item debet de eisdem curari infirmus, *c. 1. & c. de rectoribus de cler. ægrot. facit l. verbo victus: de verb. sig. & quod not. in l. alimenta. C. de neg. gest.* Item † debet sepeliri Prælatus, vel re- 19
ctor sumptibus ecclesiæ, & si velit Episcopus, vel Prælatus, ipse pro hoc largiri potest centesimam bonorum ecclesiæ, *12. q. 2. bonæ rei cap. Apostolicæ. de don.* quod tamen intellige, scilicet in vita quia id non potest in testamento disponere pro magnificando sepulchro suo, secundum Io. And. & Doct. *in d. c. Apostolicæ.* quod tamen non est in Prælato inferiori, qui tantum largiri non potest. Et intellige sepeliri debere sumptibus mensæ suæ etiam separatis à mensa capituli, secundum D. Petr. V-

bal.de Perus. *in tracta. de cano. Episco. & paroch. c. 13. canonica parochialis. num. 2. sub vers. 3. quaeritur de Episc.* vbi etiam plenè vide, quod de Papa, quod de Cardinali, & quod de Abbate, & quod de alijs clericis, cuius sumptibus sint sepeliedi. Sed quod dicimus de expensis funeris, quæ habent fieri per Prælatum successorem, & ad quas tenetur successor, non est meo iudicio simpliciter, & indistinctè intelligendũ, sed cum distinctione, videlicet, quã tradit Abb. *in c. vt praeterita. col. 2. n. 6. vers. & ex praedictis. ext. de elect.* quia expensæ funerum † alię sunt concernentes solatium animæ, aliæ concernentes consolationẽ, & pompam viuorum. expensæ concernentes remedium, & solatiũ animæ defuncti, debent fieri de bonis Prælaturæ per successorem in Prælatura, quantumcunq; Prælatus habuerint propriũ: expensæ verò, quæ fiunt ad solatium, & pompam viuorũ, veluti magnus apparatus funerum, in vestibus, & alijs similibus, non sunt soluẽdæ à Prælatura, vel à successore in Prælatura, sed ab hæredibus. & de istis intelligit Dec. *in suo cons. 157.* quando dicit simpliciter, quod expensæ funeris, & funeralia pertinent ad hæredem bonorum, non autem ad successorem in beneficio: ità declarat Per. Rebuff. *in suo enchiridio iudic. ecclesiast. not. 159.*

21 Quia licèt aliàs sponsa teneatur † ad funeris impensas, quando instituitur hæres, vel quãdo est diues, ex quo afficeretur iniuria, si spõsus insepultus remanserit, & pater est impotens, *l. census. & l. quod si nulla. de relig. & sumpt. fune.* tamen ecclesia non tenetur ad impensas funeris rectoris, vel Prę lati, quæ fiunt ad solatium viuorũ, putà ad longã pompam, & vestes lugubres, licèt teneatur ad illã, quæ fit solatio animæ, putà pro candelis, & aliquibus venientibus ad illud funus. ista, & alia multa plenè habentur per Abb. *in disputa. 3. quæ incip. Sempronius clericus. in j. dub. refert Benedictus Canosilus in expositione constitutionis extrauag. Ambitiosæ. de rebus eccle. non alie. 2. suo trac. tit. de sepul. est deci Ant. Cap. 84. inci. in causa Reuerendi de Cordubà. in terminis facta, quam vide pro praesenti materia*, an videlicèt cultra serica, sepulchrum marmoreũ, vestes lugubres, & aliæ impensæ funeris debeantur de spolijs, an verò de hęreditate. vbi concludit, quod Camera Apostolica, quæ hodiè loco successoris in spolijs, & bonis relictis per rectorem defunctum subintret, tenetur tantum ad impensas, quæ tendunt ad remediũ animæ defuncti, veluti sunt impensæ, quæ fiunt circa clericos confluentes ad officiũ, & exequias sepulturæ, in quibus, inquit Capycius, tenetur ecclesia, etiam si defunctus alium hæredem habeat in patrimonialibus; non ad impensas, quæ tendunt ad viuorũ solatiã, veluti est apparatus funeris, constructio sepulturæ pretiosę, exequiarum pompa, quod multi induantur vestibus luctuosis, &c. idem habetur per Io. Franc. Pauinum *in tract. de officio, & potest. c. sede vacan q. 8. 2. par. prin. n. 28. ibi*; Similiter & expensæ, quæ fiunt pro exequijs Prælati defuncti, debent fieri de bonis Prælaturæ, secundũ Cardin. Flor. qui ità pluries cõsuluit, per *tex. in c. bona. li. 2. de elect. Cald. cõs. j. & 2. de solut.* in expensis concernentibus solatiũ, & remedium animæ defuncti, *arg. c. Apostolica. de dona. d. c. bona rei. 12. q. 2. c. vbi periculũ. de elect. l. 6.* Secus est in expensis, quæ concernunt pompam, vtì magnus apparatus vestiũ, & similiũ, vt ibi per eũ. Diximus aliqua *in nostro tractatu de Spolijs ecclesiasticis. in quaestione de debitis Praelati soluendis de fructibus ecclesiae, & spolio, circa finem quaestionis.*

§ Sed an contractui locationis factæ per præcessorẽ teneatur stare successor in Prælatura, seu rectoria succedens, videtur dicendũ, quod non: quia si beneficiatus ante tempus finitũ locationis moriatur, extinguitur locatio. † clericus enim æquiparatur vsufructuario, vel vsuario, *c. fi. de pec. cle gl. in c praesenti. de off. ord. in 6 per Host. in d. ca fi.* & ideò extinguitur sicut ius vsufructuarij. *c. cõsultationibus de dona. c. fi. de pig. & vide Bal. in l. j. C. de iure emph. j. col. ver. septimò in retinendo.* qui dicit, quod successor † in ecclesia nõ tenetur stare conductori. 23
& p Alex. q ponit ad hoc multas limitationes, *in l. si filiosfamilias. §. fi ff. sol. ma. gl. & Doct. in c. ad aures. in verb. nisi fortè tunc. de reb. eccl. alie. vel non.* Quia vt habetur per Ioã Berta. *in tract. de Episc. 4. par. q. 54. n. 182. vers. iuxta praedicta.* Prælatus non tenetur stare colono præcessoris sui, *arg. d. l. si filiosfamilias. & ibi Doct. ff. solu. matrim. secundũ Bald. in l. iubemus. in princ: pio. C. de sacrosanctis ecclesijs, & l. 1. §. cumq; ex stipulatu. de rei vxor. actio.* Et si conductor † soluit 24
pensionẽ, non habebit illam à successore in beneficio, nisi sit conuersum in vtilitatem ecclesiæ, vt per Hostien. *in capitulo 2. ne Praelat. vic. suas.* quia cũ clericus, † vel rector res ecclesiæ vltimo tempore 25
vitæ suæ locare nõ possit, imputare sibi habet cõductor, quod pecuniã pro locatione locatori soluit vltra tale tẽpus: quia hoc prouidere, & considerare debuit, c *gl. est magistralis in c. fi. ne Prela. vic. suas in fi.* Sed in isto casu gl. illa distinguit, videlicèt, quod si locator moriatur † ante finẽ locatio- 26
nis, successor tenetur stare contractui tribus concurrẽtibus: si nomine ecclesiæ, & pro vtilitate ecclesiæ sit cõtractũ, & pecunia inde recepta sit versa in vtilitatẽ ecclesię, *per c. 1. de solut. 12. q. 2. hac huius placiti. & c quicunq; suffragio. & 10. q. 2. hoc ius. §. & is creditor. & c. 1. de deposit. 35. distin. ecclesiae principes in fin.* Si verò non pro vtilitate ecclesię, sed vt ipse tanquã Prælatus perciperet reditus ad firmã successor stare nõ tenetur, *c. j. de precar.* quia vltra tẽpus suũ ecclesiã locare non potuit, & si soluit aliquid † cõductori, sibi imputet, quia hoc præui- 27
dere debuit, *l. si quis domũ. ff. loca. §. j. quã gl. verã affirmat ibi Inno. vbi dicit*, quod si nomine ecclesiæ vtiliter locauit Pręlatus, tenetur successor. Subdẽs, Et hoc ego intelligo, si nõ interuenerũt solẽnitates debitæ: aliàs. n. teneret contractus, licèt posset restitui in integrũ. Si verò suo nomine locauit, nõ intẽdens ad hoc obligare ecclesiã, nõ tenetur successor; sed nec hęres defuncti, sicut nec hæres vsufructuarij, nisi inquantũ ad eũ peruenerit. ff. de locat. si quis domũ. §. hic subiũgit. Et hoc est verũ, inquit Inno. in ministro, vel Prælato ecclesiæ, sc. quod successor tenetur habere ratum, quod factũ est à pręcessore; sed † in canonico præbendario secus esse dicim⁹: quia ille nunquã potest locare prę- 28
bendã suã vltra tẽpus vitæ suæ, licèt de illa possit agere, & cõuenire, sicut legitimus administrator.

§ Sequitur Bal. *in l. emptorem. C. loc. idem in margarita. in verb. Praelatus*, dicens, † quod si Prælatus 29
contra-

contraxit nomine suæ personæ, successor in beneficio non tenetur ex tali contractu; si autem contraxit nomine officij, tunc successor in d. beneficio tenetur, ad no. *in c. si. ne Prelat. abunde Alex. in cons. 160. viso, ac diligenter considerato instrumento locationis factæ per totum. volum 6. Soci. cons. 34. 3. vol. Rota in nouis 232. eadem Rota decis. Mobedan. 240. in manuscriptis. incip. locatio ad 18. annos. Soci. consi. 32. lib. 1. Bal. consi. 255. Abb. fecit. lib. 1.* Hoc verum, inquit Bal. in rectore, vel Prælato; secus est in præbendario, qui non obligat successorem: quia loco vsufructuarij censetur præbendarius, non loco procuratoris Ecclesiæ, sed Prælatus, & rector vtroque nomine censentur. est ergò differẽtia, quis contrahit, & quo nomine & quod dixi, inquit Bald. teneri successorem, est verum, si contractus est legitimus, non in præiudicium Ecclesiæ, aliàs non: vt quia non in vtilitatem ecclesiæ, sed personæ redundauit, vbi non tenetur successor, quia obligatio non est in rem, sed in personam scripta; quod tene menti, inquit Bald. *ibi.* Est consilium eiusdem Bal. *in cons. 472. vol. 5.* vbi concludit secundum Inno. *in c. si ne Prela. vic. suas.* in casu, quẽ ibi ponit Bal. videlicet, an si decedat rector Ecclesiæ,
30 † qui rem locauit recepta pensione pro multis annis, quod aut locat administrator ecclesiæ, aut administrator præbendæ. Primo casu, si locatio est facta nomine ecclesiæ, & ex causa probabili, successor tenetur stare colono, ne contrahentes cum prædecessore decipiantur legis permissione, & authoritate, *l. iubemus. §. sanè omnis. C. de sacr. eccl.* Nam cum iste potuerit ecclesiam obligare ex licito contractu, meritò tenetur illi stare successor. Secundo casu in administratione præbendæ iste
31 non potest † obligare sucessorem: ratio est, quia obligatio personalis non sequitur fundum, *l. emptor ff. loc.* quia præbendarius habetur ad instar vsufructuarij, & quia iste non contrahit nomine ecclesiæ, quia non est administrator ecclesiæ, nec nomine fũdi, quia fundi dominus nõ est, nec habet cõsensum, sed cõtrahit pro nomine suæ personæ: ideò successorẽ rei, vel ministrũ nõ obligat, arg. *C. de decurionibus. l. prouidendum. lib. x.* Et hæc,
32 inquit, vera, nisi ex † parte istius locatoris interuenerit fraus, vt quia se repudiaturum Prælaturã promittit in ista locatione, *l. filia mea. ff. sol. mat. & l. creditor ff. mandat. §. huius. in fi.* Faciunt dicta
33 Host. *in d. c fin. ne Prelat. vic. suas.* quod † si hæres defuncti Prælati, qui anticipatos affictus percipit, est soluendo, ipse successori tenebitur, *l. si. C. de her. insti.* si autem non erit soluendo, ipse conductor tenebitur, & sibi suam imputabit culpam. dam-
34 num † enim quod quis culpa sua sentit, sibi, non alteri imputandum est, *c. damnum. de reg. iur. in 6. & ità tenuit Francis. de Ramp. in quodam suo cons. quod est inter consilia Cald. in rub. de loc. cons. 7. & Corne. cons. 67. inci. D. Io. Bapt. 2. volum. Sequitur, & refert Hier. Gig. in trac. de pensio. q. 88. in prin. ibi;* Nam vide-
35 mus, inquit, quod † si Prælatus rem Ecclesiæ locauit per aliquos annos, & pro toto tempore locationis pecuniam recepit, demùm moriatur, talis solutio non nocet successori suo in illa Prælatura, *c. fi. de pecul. cler. & videtur esse casus in l. si quis domum. §. j. ff. de loca. & habetur, inquit per Doct. in c. fi. ne Prela. vic. suas.* subdens Confirmatur, inquit, hoc: quia videmus quod studentes in theologia,
† qui sunt priuilegiati, vt per quinquennium fru- 36
ctus suorum beneficiorum, & præbendarum integrè percipiant aliqua consuetudine contraria non obstante, vt habetur *in c. super specula. de magist. & in c. licèt. de preb* non tamen pensionem, siue fructus suorum beneficiorum pro toto quinquennio recipientes possunt successoribus præiudicare, vt not. Abb. Hostien. & Io. And. *in d. c. super.* Et idem Gigas paulo post numer. 5. rationem reddens, dicit; ideo esse, quod anticipata solutio facta Prælato successori non nocet, Quod ex
eo est, inquit, † quia Prælatura vacat morte Præ- 37
lati, & fructus, qui post obitum Prælati prouenient, etiam ante nouam collationem successori spectant, *c. relatum. de test. c. præsenti. de off. ordi. in 6. & ideò dixit Abb. in cap. si. ne Prelat. vic. suas. 2. colum.* quod quicquid perceptum fuit post mortem prẹcessoris ante beneficium collatum, potest successor petere ab hæredibus præcessoris, vel à beneficij conductore. Ideo cum certus esset soluens de prædictis, sibi imputet, quia non prospexit, quod euenire potuit in huiusmodi ad talem casum, vt notat Dyn. *in l. inter stipulantem. §. sacram. ff de verb. obliga. vbi vide d. Gigan. per totam illam 88. q.* quam facit, quod pensionarius habens annuam pensionem cum potestate illam transferendi, recepta à rectore beneficij anticipata pensione pro tribus futuris annis, illam transtulit in Sempronium, an Sempronius exigere poterit pensionem à rectore beneficij pro illis tribus annis, pro quibus soluta fuit priori pensionario. Et quærit Abb. *in c. j. in j. no de probatio.* vtrum succes-
sor † in dignitate teneatur ex contractu inito per 38
præcessorem. Et dicit, quod sic, si fuit initus nomine dignitatis, etiam si fuerit initus cum subdito suo, ità tenet Cyn. *in l. digna vox Cod. de leg. & Ioan. And. & * communiter sequentes* etiam si talis * sit Papa, vel Imperator. *& facit l. Cæsar. ff de public.*
& etiam quia talis obligatio est de iure naturali, 39
cui Princeps submittitur. facit *Clem. pastoralis. §. cæterum. de senten. & re iud. refert Syluester in Summa in verb. dignitas. num. 4. vers j* verò quæritur. Et quod dicunt Inno. & Bal. *in Margarita,* quod canonicus præbendarius ex suo contractu non obliget successorem, idem affirmat Io. Bertac. *in d. tract. de Episc ca. 4. par. d. q 54 num. 186. vers quæro.* quid de canonico? Dic, eum non teneri stare locationi sui præcessoris, *c. si. ne Prela vic. suas. & ibi gloss. & Doct. & gloss. in cap. alienationes. 12. q. 2.* quæ
gloss. habet, quod canonicus † potest vendere 40
fructus præbendæ ad instar vsufructuarij, *l. arboribus. ff. de vsufr.* sicut fructus decimarum, & oblationum possunt vendi, licèt hoc non sit honestum, quia prohibitum non inuenitur, sed tamen cum consensu Episcopi, *c. nulli. extra de reb. eccle. alien. vel non.* nisi ad modicum tempus, *c. præterea. extrà de cens. & de transac. extrà de cætero. subdens gloss.* Sed quid si obligauit ad quinquennium, nunquid stabit successor contractui? Et respondet, quod sic; si nomine ecclesiæ contraxit, & cum Episcopi authoritate; secus erit, si nomine suo contraxit: quia tunc non stabit successor. *l. lex. vectigalis.*

ff.legalis.ff.de pigno. Sed certè, inquit, ego credo, quod sicut clericus potest vendere fructus præbendæ suæ sine consensu Episcopi. ità obligare, maximè ad modicum tempus: sicut tutor vendit fructus sine authoritate iudicis. Sed quod canoni-
41 cus † non teneatur stare locationi prædecessoris. Archid. *in d c. alienationes.* tenet, quod sit verum quando fundus locatus erat fertilis; secus si sterilis, quia tunc vtiliter locauit idem tenet Host. *in d.c.nulli de reb eccl.alien. Bald. in d.l emptorem.C.locat.& in l si quis domum ff eo. tit. & in l. 1. C. de iure emphy.* quia, vt per eundem Bertac. *vbi supra, sub*
42 *num.182 vers. adde prædictis,* locatio † facta per præbendarium finitur morte locantis, vt pe. Bar *d.l. si quis domum.in princ.in 3.no ff.loca.per gl. & Abb.in d.c.fi.* vbi dicunt esse verum, si locatio sit facta nomine proprio; non, si nomine ecclesiæ; quia canonicus successor tenetur stare illi conductori, secundum Bal. *d.l.1.1.col.& Doct. in d.l. si filiofamilias. § si ff sol. matri.* Sed gesta facta nomine prędefuncti. cannnice ratificari nō tenetur successor
43 in canonicatu: quia successor † succedit in præbēda, in iuribus canonicatus succedit capitulum per doctrinam Bart. *in l. bonorum. ff. rem rat. hab. per Dyn. in reg ratum.in 6 per Innoc. in cap. quod sicut. de*
44 *elec.* Creditor † verò missus in possessionem ex secundo decreto tenetur stare colono, secundum Bar. *in l. in venditione. §. j. ff. de bon. autho. iud. possid.*

d Sed si locatio sit facta d ad longum tempus, putà, ad centum annos per prædecessorem, successor in Episcopatu stare illi non tenetur, secundum Bald. *in c.j. vers. consuetudo qui feud. dar. pos. in vsibus feud.* Quod credo verum, nisi talis locatio facta sit cum solemnitatibus requisitis in alienationibus rerū
45 ecclesiasticarum: cum locatio rei ecclesiæ † facta ad centum annos sit alienatio, secundum Dy. & Bar. *contra gl. in l. codicillis. § instituto. de leg. 2. Io. de Imola in l. si filiofamilias. § si ff sol matr. gl in Cle. j. de rebus eccle. non alien.* & ideò prohibita est, vt latè deduco *suprà in q. 2. cap. 13. & 14.* si quidem fit ad longum tempus: quia talis locatio est alienatio, &
46 † est de natura talis locationis, quod transferatur naturalis possessio fundi, vel rei locatæ, per glo. *in l. si quis ante. ff. de acq. poss & in l. 3 §. ex contrario. eo. tit. & in l. si vt certo. § si duobus. ff. commod. per Alex. in cons. 1, ponderatis his. col. 3. num. 6. vers. non insisto vol. 4 & plurib. alys in locu, vt ibidem in margine ad eum*
47 *notatur.* Immò etiam ad xxix. ann. nisi ex † causa vtilitatis, in *Authen. de alien. & emphyt §. locationes. secundum Bal. in l. quæcunque in princip C. de bonis, quæ lib* aliàs enim fieri non potest, & facta irritatur in totum, secundum Bald. *ibidem.* & cum per missa
48 † est, requiritur solemnitas iuris in alienationibus requisita, *c. alienationes. 12. q. 2. secūdum Bal. vbi. supra.* quia Prælatus non potest locare res ecclesię
e in perpetuum, e vel ad vitam suam, vel ad vitam conductoris, quia non locat. nisi ad modicū tempus, secundum Doct. & maximè Ioan. de Imo. *in d l. si filio. §. fina ff. sol matrim. & no. in Cle. j. de reb. eccl. non alien. & Bald. in l. iubemus. in prin. C. de sac. eccl.* Sed hnc verum est, nisi cum solemnitate iuris, scilicet cum consensu superioris, & conuentus, si fit, per *d. Cle. j. § si quis autem. eod. tit. per Laur. in rub. eo. tit. lib. 6. vbi. q.* Item † potest locare in quinquennium cum clausula, quod finito vno quinquenio, aliud incipiat, secundum f Lap. *decis. 12. & But. in c. Apostolica de dona. Bal. in tit. qui feud. dar. pos. in vsib. feu. 4. col.* Et an hodiè possit fieri locatio ad annos 29. ex forma concilij Triden. *vide. infra. in q seq.* Itē 49 f
potest † locare ad ix. annos, secundum Bal. *d. l iubemus. & Doc. & Imo. in d. §. fi.* Quod verum est etiā in consanguineis suis, quibus ad longum tempus locare non potest, nec in emphyteusim dare, nec aliter alienare, nec pecunias ecclesiæ concedere, secundum Bal. *in Auth. quibuscunque. C. de sac. eccl. Refert 10. Bertac. in d. trac. de Episc. 4. par. q. 54. n. 176. cum seq.* vbi addit; Et quod dixi suprà in perpetuum, intellige, scilicet de xxx. ann. quia locatio † ad xxx. ann. dicitur perpetua, non autem locatio ad xxix. ann. secundum Bal. *in additio. ad Spec. de loca. vers. locatio ad xxix. ann.* quæ etiam nō permittitur, *vt suprà diximus.* Et quod † dico suprà, quod potest locare de quinquennio in quinquennium, & ad ix. annos, & quod valet locatio, intellige, quò ad ipsum locantem, non quò ad successorem, & dum viuit ipse, quia locatione tali durāte, non potest expellere conductorem; sed si præmoriatur ante finitum locationis tempus, locatio extinguitur; quia Prælatus æquiparatur vsufructuatio, cuius morte extinguitur vsusfructus, vt dico supro, vnde successor tali locationi stare non cogitur, quia successor † in beneficio, vel ecclesia non tenetur stare etiam locationi factæ, etiam ad modicum tempus, nisi locatio facta fuerit in vtilitatem ecclesiæ, & pecunia sit versa, pro Card. *in Cle. j. §. fi. de reb. eccl. non alie. & in c. fi. & ibi Doc. vbi Abb. Sicu. ne Præla. vic. suas.* Et circa illud, † quod dicitur de consanguineis, quibus non potest locari in emphyteusim, dari ad longum tempus, nec aliter eis res ecclesiæ alienari, secus esse dicit Abb. *in c. vt super. nu 18. ver. sed quæritur. de rebus eccl. alien. vel non.* maximè quando cessat fraus, vel suspicio frandis. quia quod non possint res ecclesiæ consanguineis concedi, fuit prohib. tio facta ratione fraudis, vnde in casu, quo cesset fraus, vel fraudis suspicio, putà in re minima, vel in re solita emphyteuticari, vel in causa vtilitatis, tenet Abb. ibi, quod est melius contrahere cum consanguineis, quam cum extraneis: quia plus debemus † subuenire consanguineis, quam extraneis, &c. *d. dist. non satis. vt ibi per eundē.* vbi respondet ad tex. *in Auth. quibuscunque modis C. de sac. eccl.* vbi dicitur, quod quibuscunque modis alienatio rei ecclesiasticæ facta permittatur, non tamen licet œconomo, vel eius consanguineis rem ecclesiæ accipere: respondet inquam Abb. *d. loco*, quod loquitur In Oeconomo, qui non habet aliquod priuilegium, sicut Prælatus habet, qui potest auferre † rem ecclesiæ, dummodò ecclesiæ tantundem refundat, aut Illā indemnem conseruet, per tex. quem dicit esse singularem, *in c. si quis qualibet. 12. q. 2.* & Oeconomus est magis suspectus, quam Prælatus: quia Prælatus est proprius sponsus ecclesiæ, nō sic Oeconomus, vt ibi per eum. Et clarè videtur sentire Archi. in *d. loco*, quod si fiat venditio; seu † locatio fructuū per Prælatum, ex tali contractu non tenetur successor, ex quo contractus talis venditionis, vel locationis

50
51
52
53
54
55
56
57

cationis non extenditur vltra vitam locatoris. Et si locator censum, vel pretium locationis recipit pro pluribus annis, nec contractus transit ad successorem, putà, quia non solemniter celebratur, non nomine ecclesiæ, sed proprio Prælati nomine mortuo locatore, tenet Arch. quod successor, & hæres tenetur restituere pro rata temporis, si hæredem habet, si n[on] habet, sibi imputet condu-
58 ctor, † qui hoc prouidere habuit, & prospicere: hoc enim euenire posset, *l. si quis domum. §. j. ff. loc. refert Laur. de Rodul. in sua repet. c. sine exceptione. 12. q. 2. in q. 27. & 28.* Et quod hæres locatoris teneatur, intelligit Innoc. *d. c. si. ne Prela. vic. suas*, quod tenetur, si, & quatenus ad illum peruenit. Et quod successor teneatur pro rata, intelligo ego pro rata
59 temporis vsque ad diem † mortis: quia pro tempore vitæ suæ, & pro tempore, quo viuit Prælatus de fructibus etiam vendendo disponit, per ea, quæ diximus suprà. Est consilium Bal. in materia, *in consi. 472. vol. 3.* an locatio facta per rectorē ecclesię ad non modicum tempus, vel ad modicum, teneat in præiudicium successoris. Et, inquit, non
60 est dubium, † quod locatio potest fieri per rectorem ad modicum tempus, quod est decennium, secundum consuetudinem, licèt Io. And. non firmet in tit. *de reb. eccl. non alien.* tamen ità est verum, quod non dicitur longum tempus hinc ad x. annos, *vt C. de præscrip. longi temp. per totum.* Sed ponamus, inquit, quod iste rector interim moriatur, & in primo anno perceperat pensionem pro nouem annis, quid fiet? Arch. *12. q. 2. alienationes.* dicit, quod successor non tenetur stare colono, nec emptor fructuario, nisi iste contractus fuisset celebratus pro vtilitate ecclesiæ cum authoritate superioris no. de hoc *in l. emptorem. C. loca.* Subdēs secundum Inn. vt dico supra quod aut locat vti
61 administrator ecclesiæ, † aut vt administrator præbendæ. primo casu quidem, si locatio est facta nomine ecclesiæ, & ex causa probabili, successor tenetur stare colono, ne contrahentes cum prędecessore decipiantur iuris permissione: quia iste bene potuit obligare ecclesiam ex contractu licito, meritò stare tenetur successor. Secundo autem casu non potest obligare successorem: ratio est, quia obligatio personalis non sequitur fundum, quia præbendarius habetur loco vsufructuarij: & quia iste non contrahit nomine ecclesiæ, quia non est administrator ecclesię, nec nomine fundi, quia fundi Dominus non est, nec habet consensum, sed contrahit pro nomine suæ personæ, ideo successorem non obligat, argu. *l. prouidendum. C. de decu.*
62 *lib. 10.* Sed cauti negociatores, qui prouident, & prospiciunt casum mortis, sibi prouident, quando alicui Prælato locanti prædia, vel res ecclesiasticas, censum, vel pretium locationis anticipatæ pro multis annis, vel pro aliquo tempore solūt, & exbursant, procurant, quod Prélatus confirmare faciat contractū celebratū à Papa, q solet inseri cū clausulis, vel saltē substantialiter facta mentione in spē de anticipata solutione in motu proprio, vel Breui Papæ desuper expedito: qua confirmatione obtenta, sunt cauti, quia Papa pro tali anticipata solutione obligat ecclesiam, & quemcumque in illa successorem, quo casu obligatur successor, qui contractui stare tenetur, etiā si prædecessor alienauerit omnes fructus integros Prælaturæ, vel beneficij, prout quotidiè videmus, & vidi ego præsenti anno Episcopum nō posse residere in Episcopatu; quia propter alienationem fructuum factam per præcessorem suum anticipata solutione pro duobus annis authoritate Papæ cōfirmatam, non habebat vnde viueret; vnde necesse habuit pro subuenimento habere recursum ad sanctissimum Pium IV. & Sedem Apostolicam. *Et in Conc. Triden.* † *sub Pio IV. Sess. 25. de reforma c. 11.* 63
incip. magnam fuit statutum, locationes ecclesiarū repræsentata pecunia anticipatis solutionibus nō posse fieri, nec factas tenere in præiudicium successorum, nec eas debere confirmari in Romana Curia, vel extrà, nec posse fieri de rebus ecclesiæ locationes ad 30. annos, nec ad 29. annos, nec ad bis xxix. annos, & factas non teneri: in hæc verba constitutionis, videlicet, Magnam ecclesijs perniciem afferre solet, cum earum bona, repræsentata pecunia, in successorum præiudicium alijs locantur. Omnes igitur hæ locationes, si anticipatis solutionibus fient, nullatenus in præiudicium successorum validæ intelligantur: quocunque indulto, aut priuilegio non obstāte: nec huiusmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmentur. Non liceat etiam iurisdictiones ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputādi Vicarios in spiritualibus locare: nec conductoribus per se, aut alios ea exercere: aliterq; concessiones etiam à Sede Apostolica factæ, subreptitiæ censeantur. Locationes verò rerum ecclesiasticarum, etiam authoritate Apostolica confirmatas, sancta Synodus irritas decernit, quas à triginta annis citra, ad longum tempus, seu, vt, in nonnullis partibus, ad 29. annos, seu bis 29. ann. vocant, factas: Synodus prouincialis, vel deputandi ab ea, in damnum ecclesiæ, & contra canonicas sanctiones contractas fuisse iudicabunt. Cui cōstitutioni, & edicto causam dedit prædictus Episcopus Minorensis, qui in Concilio, dum tractabatur de residentiæ decreto faciendo, vt ipse mihi retulit, reclamauit, non posse residere in ecclesia sua Minorensi: quia ab ea eius præcessor locando reditus omnes fructus anticipatis solutionibus pro duobus futuris annis abstulerat. Facit, quod habetur per Ferret. *in cons. 151. conductor.* † quod si conductor 64
fructuum soluit pensionem anticipatam, nō perceptis fructibus, & locator interim moriatur, tenetur ad eandem summam successori, qui non tenetur stare colono, nisi pecunia recepta esset versa in vtilitatem ecclesię. Quod intellige de fructibus perceptis post mortem locatoris; secus, si in vita locatoris percepti essent, licèt non venisset tempus soluendi, quia tali casu debentur de iure hæredibus locatoris, quando data esset facultas testandi.

§ Et in hac materia, secundum prædicta, potes tenere, quod successor † tenetur stare contractui, 65
& legitimè gestis, & in vtilitatem ecclesiæ, vel necessitatem per præcessorem, per ea, quæ recenset Io. Bertach. *de Epis. 4 par. q. 54. num. 187. vers. quæri potest subsequenter.* vbi polito quæsito, an successor obligetur ex cōtractu præcessoris ad debitum, & ad so-

ad forum, etiam si in eo fuit renunciatum priuilegio fori, dicit, quod sic, per doctrinam Bal. *in c. j. qui suc. di. vbi, inquit, vide omninò & no. in c. dilecti. & ibi Doct de for. compet & gl. not. in c. fi. de pac. in 6. per cap. j. de solut.* quod ligatur pacto præcessoris.
66 quod verũ est, † si debitum fuit contractũ pro vtilitate ecclesiæ, aliàs non, per not. *in c. j. & 2. de solut. & gl in c. fi. de offic. ordin. in 6. Abb. antiq. in d. cap. j. Bald. in margarita in verb. successor. idem in l. 2. C. de lib. præter. Pau. de Cast. cons 51. per Inn. in c. cum secundum de præben.* Quia successor in ecclesia tene-
67 tur † ratificare gesta præcessoris, secundum Arch. *in c. decessorum. 25. q. 2. j. col.* Et ratio est, secundum Bal. *in margarita in verb. dignitas. vers. j.* quia succedit in onere, & honore, sed malè gestis non est obligatus stare, immò illa reuocare debet: ità scribit idem Bertac. *vbi sup. num. 185. vers. circa prædicta etiã sciendum est.* Quia donationes in damnum ecclesiæ, & inconsultis canonicis factæ per præcessorẽ, debet Episcopus successor reuocare, *c. fraternitatem. extrà de donatio. per Bal. in l. quacunque. C. de bon. quæ lib.* vbi etiam loquitur in Papa, qui potest
68 † rescindere gesta præcessoris cõtra statuta ecclesiæ facta. Facit, quia successor in regno potest reuocare donationes factas per præcessorem in enormem læsionem regni, per Bal. *in additio. ad Specul. de instrum. editio 9. col. vers. quid si Rex. & Spec. in §. nunc autem. in fi. vers. quid si Imperator, vel Rex. Pau. de Cast. cons. 76. incip. & frustra.* vbi etiam dicit, quod ipsemet Rex donans potest reuocare, vt per Bertach. *d. loco, num. 184. & seq. vers. quid de Rege.* Subdens idem Ioan. Bertachin. *d. 4. par. ead. q. 54. num. 188.* Et quia tetigi paulò antè de ratificatio-
69 ne, quæro hic, an successor † in Prælatura possit ratificare gesta nomine Prælati præcessoris. Et, inquit, dic, quod sic in dubio vel si sunt gesta nomine tanquam Prælati, & nomine ecclesiæ; secus, si nomine tanquam Prælati, secundum Bar. *no. in l. bonorum. ad fi ff. rem rat. hab. de quo etiam per Bar. in l. si quis. §. si creditor ff. de sol. Dyn. in reg ratum in 6.* secus tamen dicit Bar. *in d. l. bonorum.* in canonico, cuius nomine gesta non possunt ratificari per suc-
70 cessorem in canonicatu: quia successor † canonicus succedit in præbenda, sed in iuribus canonicatus succedit capitulum, secundum Bar. & Dyn. *vbi su-
71 pra & Inn. in c. quod sicut. de elect.* Contractui † tamẽ præcessoris sui facto in diem, vel sub conditione non tenetur stare successor, nec illum approbare; per ea, quæ habentur per Bal. *in cap. j. colu. 2.* quid iuris, si post alien. in vsib feud. Sed inuestituræ, vel infeudationi factæ per præcessorem de rebus ecclesiæ bene stare debet successor, vt est doctrina Arch. *in d decessorũ. 25. q. 2. Bal. in c. j. in verb. marchio. qui feud. dare poss.* Quod est verũ, si infeudatio fuit
72 perfecta; † secus est, si inchoata tantum: quia illam successor perficere non tenetur, secundum ea, quę dicit idem Bal. *in c. j. qui succes. dican.* Idem, & si præcessori concessa fuerit licentia infeudandi per Papam: quia non tenetur successor infeudare, secundum Bal. *d. verb. marchio.* Quinetiam successor Prælati non tenetur inuestire de feudo illum, cui eueniente die præcessor concessit feudum, & inuestiuit de feudo duraturo vsque ad illam diem, secundum Bal. *not. in c. j. col. 2.* quid iuris, si post alienationem. in vsib. feud. Pro qua materia vide benè Bal. *d. locis, vbi in d. c. j. dicit;* quod Prælatus superior mediatus potest reuocare infeudationem illicitè factam per Prælatum inferiorem de re ecclesiastica. Sed an Prælatus superior mediatus infeudet, vel infeudare possit, vide eundem Bal. *c. j. col. 4. qui feud. dare poss. in vsib. feud.* Et an Prælatus possit remittere feloniam vasallo ecclesiæ, idem Bald. *in d. c. j. col. 6. qui feud. dare poss. in vsib. feud. vt per eundem Bertachin. vbi sup. sub num. 182. vers. an autem Episcopus & num. seq.*

§ Repilogando autem in hac materia Didac. Couar. *lib. 2. variar. resolut. cap. 15. an success. vniuers. vel sing. tene. sta. loca. nu. 6. versic. quintò principaliter.* in hac quæstione, an successor stare teneatur locationi factæ per Prælatum, tria proponit, quæ videntur, vt ipse dicit, articulum enodare.

§ Primò, an Prælatus, locauerit res ecclesię non pertinentes ad dignitatem, ad sumptus, & alimenta Prælati, tanquàm bonorum ecclesiæ administrator, & rector, an verò rem ipsius dignitatis, cuius fructus, & reditus ad victum, vestitum, & onera dignitatis spectãt. Priori etenim specie † Prę- 73
latus videtur omninò similis tutori res pupilli, & minoris locanti, *l. si tutela ff. de admi. tut.* Secũdò, si rector res ecclesiæ locauit ad tempus iure permissum nomine ipsius Prælati, & ad propria commoda, huic sic factæ locationi stare † non te- 74
netur successor, quia ista locatio fuit morte finita, per glo. * *communiter approbatam in d. c. fi. ne Præl.* * *Rota in nou. 232. Anchar. consil. 16. Pau. de Cast. cons. 2. lib. j. Soci. cons. 32. lib. j. & cons. 34 lib. 3.* vbi dicit hãc opinionem * communem. & probatur ex eo, quia *
† mortuo rectore, qui locauit, fructus, & reditus 75
pertinent ad successorem, & illi reseruantur, *cap. præsenti. de off. ordi. in 6. c. relatum. lib. 2. de testa.* nec amplius ad defuncti ius attinet: ideò locatio eius morte extinguitur. Et propterea siue dicamus rectorem vsufructuarium, siue vsuarium locatio
† morte finitur, nec ei tenetur successor stare, *l. si* 76
quis domum. §. j. ff. loca. Abb. in q. 3. incip. Sempronius clericus. dub. 5. Idque procedit, etiam si † successor 77
velit stare locationi: quia eius consensus parum prodest, si nolit conductor, qui non tenetur pari modo conductioni stare, Abb. *d. dub. 5. Rota d. decis. 232. Soci. d. cons. 32. Anan. d. c. vlt. num. 15.* Idem erit dicendum, vbi rector ecclesiæ, qui locauit, beneficio renunciauerit ante finitam locationem: nam resignatarius † successor non tenetur stare lo- 78
cationi, Pau. de Cast. *cons. 4. lib. j. & deducitur ex gl. in d. c. vlt. &* * *communi opinione, quam etiam sequitur Dominic. consil. 17.* Tertiò, an teneatur successor stare locationi factæ per Prælatum nomine ipsius ecclesiæ, & ad eius commodum, nempè cum reditus rei locatæ ad ecclesiam ipsam, non ad ipsum rectorem spectant: idque multi dicunt verum per *d. l. tutela. ff. de admi. tut.* ex quo Prælatus locator est ecclesiæ rerum administrator † legitimus, per 79
Ant. d. c. vlt. & per Abb. in d. q. 3. incip. Sempronius. d. dub. 5. Ang. cons. 245. num. 6. Soci. d. consi. 32 colum. 2. lib. j. stante, quod multi asseruerunt, successorem minimè cogi posse stare locationi, nisi illa sit vtilis ecclesiæ, per glo. *d. c. vlt.* * *communiter approbatam,*

tam, secundum Abb. & Anan. colum. 4. in d. r. vlt. & Sorin. d. consil. 34. col. 3. Rota d. decis. 232. Sed Abb. & Anan. mediam probare videntur sententiam, vt videlicet opinio gl. procedat, vbi non apparet locationem factam in ecclesiæ vtilitatem prima, & apparenti facie, sed si statim ex prima, & apparenti examinatione cõtractus locatio sit vtilis ecclesiæ, Antonij sententia obtinet. Et respondendo idẽ Didac. *vbi sup post num 6. vers. ego vero* dicit debere considerari vnum, quod omnes, qui tractant istã quæstionem, vnanimiter tenent, locationem ad tempus in ea definitum fieri potuisse per rectoré, absque alterius authoritate, quia si fieri non potuit, nihil est, quod cõtrouertatur, an successor teneatur stare locationi, quæ nulla, & irrita fuerit.
80 Sed si fieri potuit, † & facta sit nomine ecclesiæ à rectore, qui habet ecclesiæ tenuis patrimonij administrationem, non est ratio, quare à contractu recedat successor. Prælatus enim est legitimus administrator rerum ecclesiæ, sicut tutor est rerum pupilli, & si locauit nomine ecclesiæ, eiusque negocium gessit, & valuit contractus, habet teneri successor ecclesiæ stare locationi: sicut tenetur tutor, qui alteri tutori in administratione tutelæ successit, nec refert vtilis sit contractus, vel inutilis: quia si sit damnificata ecclesia, restituitur: &, vt ibidem per eundem Didac. Couar. *suprà citato loco.*

§ Videtur esse decisio Rotæ in terminis Thomæ de Tanis *decisio 32. in manuscriptis*, vbi habe-
81 tur, quod † successor non tenetur stare colono in beneficio, per Abbatem *in dicto cap. fin ne Prala. vic. suas.* nisi fuerit contractum nomine ecclesiæ, & in vtilitatem ecclesiæ, per Gemin. *in d. consi. 17. Cald. j. tit. de loca.* vbi dicit, quod de vtilitate debet apparere, alias successor non tenetur. *& eo. tit. consi. 7. Angel. in d. consi. 245.* vbi etiam habetur, quòd si sit facta locatio ad nouennium in euidentem vtilitatem cum confirmatione Sedis Apostolicæ sine facta mentione habentis regressum ad beneficiũ,
82 non valet † locatio, ad similitudinem de pensione reseruata per titularem sine consensu habentis regressum, Hierony. Gig. *in tract. de pensio. q. 79* Et facit ratio: quia in confirmatione huiusmodi debebat fieri mentio, aut citari, si erat legitimus cõtradictor ille, qui habebat regressum, licèt aliàs successor futurus, qui est incertus, non vocetur, sed ille, qui certus est, vocari debet, & in sui præiudicium sine eo locari non potuit. Facit tex. *in c. nuper. de donat. inter vir. & vxo. Rota. in nouo decis. 232. si Prælatus Item est decisio alia in decis. Puthei in tit. de reb. eccl 2 decis manuscrip.* quæ fuit facta in vna Bononiensi nullitatis locationis inter Cardinalem Tranen. & Alba. Consig. quod in alienati-
83 one bonorum † debet citari habens regressum. Et fuerunt moti Domini: quia locatio fuit facta in vtilitatem Prælati, quę non obligat successorem, *not. in c fi. ne Prala. vic. suas. Alex in d consi. 160. vol. 6. Soci. in d. consi 34. vol. 3. incip materia. Rota in no d decis. 232.* Secus, si in vtilitatem ecclesiæ, seruata iuris solemnitate *c. j. de soluto. Facit c. veniens. & c. de catero. de transact.* vbi successor non tenetur stare trãsactioni prædecessoris, quia locatio excedebat 10.
84 ann. & tanti temporis † locatio est alienatio, Bar. *in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. Io. Andr. & Inn. in c. j. de reb. eccles. Ias cons 29. j. vol.* Stante etiam Paulina prohibente vltra triennium; nec Papa confirmasset, si ei fuisset expressum, quod erat regressus, ad tex. in c. postulasti. vbi Abb. de rescrip. Et locator non potest locare, nisi ad eius vitam, non in præiudicium alterius, *c. nuper. de don. inter vir. &* Papa non tollit ius quæsitum, *c. super. eo de off. de lega. est d decisio Rota 232. in no. Facit decis. Rotæ 233. in nouo. incip. ex præmissis.* vbi † successor recipiens rei 85
locatę pensionem ex locatione facta per suum antecessorem, non censetur ratificare contractum locationis, nisi pro tempore, & rata temporis, pro qua pensionem recipit: quia cõtractus locationis per morté locantis fuit finitus, & cõtractus semel extinctus non reuiuiscit, *c. ex transmissa. de renun.*

§ Sed melius *in d. decis. anteced. si Prælatus.* vbi distinguitur, quod vel est facta † locatio per Prælatum nomine suo, non intẽdendo aliter ecclesiam 86
obligare. Et successor nõ tenetur stare contractui locationis factæ ad certũ, vel modicũ tẽpus: quia talis censetur personalis obligatio, quæ morte finitur, *l. 2. de preca* Si verò nomine ecclesię, vtiliter, & seruata solemnitate, & forma iuris, tunc successor tenetur stare contractui, & locationẽ obseruare, *c. j. de solu. vbi Io. Andr. in nouel.* Et id procedit in Prælato habẽte administrationẽ, & locante bona Prælaturę ad vtilitatẽ ecclesiæ debita solemnitate seruata; secus est in præbendario, qui † nunquã vltra tẽpus vitæ suæ locat: vnde prima obligatio, & 87
primus cõtractus est personalis: secundus est realis: & in dubio sẽper personalis præsumitur, vt in *d. decis.* vbi habetur, quod contractus vt primo modo factus, est ipso iure extinctus morte locantis: quia vltra vitam suam non potuit obligare successorem suum.

§ Sed est videre consilium Alex. *in d consi. 160. in 6. vol.* quod est factum in materia à nobis suprà citatum. vbi posito casu de locatione quinquennij, tenet, quod successor non tenetur illi stare, nisi sit facta in vtilitatem ecclesiæ, & pecunia inde recepta sit conuersa ad commodum, & beneficium 88
ecclesiæ, vbi multa adducuntur.

§ Vnde concludi potest, quod illud, quod dicitur, successorẽ non teneri stare locationi sui antecessoris, de quo p gl. *in d. c. fi. ne Prala* intelligitur, quãdo ipse Prælatus locauit, vt ipse perciperet reditus: quia clericus in beneficio cõparatur vsufructuario, cui⁹ ius morte finitur, *c. illud. 16. q. 6. Archid. in d. c. alienationes. vers. adde. sic & locare 12. q. 2.* secus autẽ sit, si locatio sit facta nomine ecclesiæ, & pro vtilitate ecclesiæ; quia tũc cõtract⁹ nõ est personalis, sed realis, latè Soci. *d. cõs. 34. 3. vol. materia præsẽs.* vbi declarat, quid in dubio, quando nõ liquet, an locatio sit facta nomine ecclesiæ, quod si ille, q locat, habet administrationẽ rei locatæ, vt putà Prælatus, rector ecclesiæ, & huiusmodi, contrahendo cẽsetur cõtrahere administratoris nomine, & facere contractũ realẽ, nõ personalẽ; nec curatur, an exprimat nomen propriũ, an appellatiuũ, & quod præponatur, *l. fi. de instit. per Bar. in l post mortẽ. §. j ff. quando ex fact. tut. & in terminis per Spec. de arbitr. §. finitur. vers. quid si Prælatus. Card. & Abb. in c. litet. de proba. idem Cardi. Clem. si. 6. colum. de procura.* per quæ

quæ probatur, quod quando prælati contrahunt super re, super qua habent potestatem contrahẽdi, censentur cõtrahere nomine illius, cuius bona administrãt, & sic nomine ecclesię, si administrãt bona ecclesiæ: quod ꝓcedit in illis, qui possũt cõtrahere, veluti si sit prælatus, vel si sit rector ecclesiæ, qui possunt administrare, & contrahere, *not in c edoceri. extrà de rescri. c. 3 de loca. latè Abb. in d. c. fi. ne Præla. num. 6. vers. quod autem.* secus sit, si non habet administrationem. exemplum dat in canonico, qui regulariter non habet administrationem rerum suæ præbendæ; qui si locat rẽ præbendæ, non obligat successorem, vt per Doct. *in d. c. fi.* Infert Card. quod ex quo canonicus nõ obligat successorem, in dubio contractus per eum celebratus censetur personalis, non realis, & ex præcedentibus, & sequentibus conijcitur, quod sit nomine ecclesiæ, licèt non sit expressum, putà, si sit contractum super re ecclesiæ, & si pro contractu, vel locatione, illiusque obseruatione sint obligatæ res, & bona ecclesiæ per Did. *Couarru. in c. requisisti. n. 4. de testamen. Inno. d. c. fi.*

§ Et de vtilitate, & quomodo contractus sit vtilis ecclesiæ, vel non, *dixi. supra in q. 20. de causa vtilitatis & in q. 51. de casibus, in quib. fit aliena. rer. eccle. sine solemni. cap 7.* Et deprehenditur fuisse meo iudicio vtilem, si locatur res pro maiori pretio, vel pensione, quæ hucusque stetit locata pro minori; & si contractus sit celebratus interuenientibus requisitis. Et ex instrumentis etiam locationũ terrarum vicinarũ, Bart. *in l 2. C. de rescind vendit. co. penul. vers. circa primum. Bar. Socin. cons. 8. colum. 5. lib. j.* De qua vtilitate debet apparere, per Cald. *d. cons j. de loca.* vbi inquit, de qua vtilitate intelligo, quod appareat. Sed Abb. *in d. c fi. ne Præla. col. fi. nu. 8. versi. sed Anto. tenuit.* declarat, quod aut contractus fuit initus apparenter in damnum ecclesiæ, & non tenetur ei stare successor: quia non potuit antecessor deteriorare conditionem ecclesiæ, *cap. 2. de dona.* aut apparenter contractus videbatur initus in vtilitatem, & tunc tenet contractus, sed prætextu læsionis potest peti restitutio in integrum, *c. j. de in integr. restit.* Subdens Soci. *d. consi. 34.* quod ista duo, scilicet quod sit nomine ecclesiæ, & cum vtilitate, requiruntur copulatiuè: vnde non sufficit alterum interuenire, vt per eum *d. consil. 34. colum. 3. vers. ista duo.* nam, inquit, quod fiat vtiliter, est necessarium: quia si inutiliter, non potuisset fieri locatio realis sine authoritate superioris, ad not, *in c. veniens. de transactio.* Item quod nomine ecclesiæ; quia quamuis contractus esset vtilis ecclesiæ, & prælatus voluisset non obligare ecclesiam, sed se tantum personaliter teneri, tunc etiam non obligatur successori: ideo, inquit, ista duo requiruntur copulatiuè, per authoritates per eum citatas. Sed Rota *de decis. 232. in nou. de loca.* addit tertium, videlicèt, seruata solemnitate iuris, & tunc, non aliàs dicit, quod tenetur successor stare contractui, & locationem obseruare, *vers. si vero. & ver. in dubio. subdens. d. decis.* quòd in dubio præsumitur potius personalis, quam realis.

§ Et pari modo successor non stat alienationi, quam facit antecessor præsente capitulo, & tacente: quia talis alienatio est ipso iure nulla, ponit hanc quæst. † Barthol. Brixien. *in quæst. domi-* 89
nical. q. 78. incip. Episcopus quidam. vbi ità tenet. sequitur Archid. in d. c sine exceptione. 12. q. 2. in fi. & in c. si sacerdotes. 16. q. 3. in fi. Alber. in Auth. hoc ius. vers. insuper. C. de sacrosanct. idem in l. digna vox. Cod. de legibus.

§ Item Episcopus † successor tenetur stare cõ- 90
promisso facto per præcessorem suum, *per notata in c. præsentata. & ibi Doct. & præsertim Imola, de testi.* Quod est verum, si tali compromisso stare sit vtile ecclesiæ, aliàs non, vt tenet Spec. *in tit. de arbitr § finitur. vers quod si Prælatus & Lanfran. Brixiẽ. eod. titu. 6. parte, j col. per Ioan. Bertachin. in d. tract de Episc. 4. par. q. 54. num. 190. versi. postremò quæritur.* Licèt successor in dignitate non succedat in compromisso, Bal. *in l. 2. §. sed & si quis. 2. col. vers. ponè, quod quidam. C. commu. de lega. addo gl. vltimam in Cle. fi. de procurat ad fi. Spe. in titu. de arbitr. §. finitur. in 2. colum. versi.* quid si Prælatus. *Bald. in tit. de inuesti. in mari. fact. cap. j. plenè per Bart.* vbi ponit; & disputat quæstionem *in l qui liberis. §. j. 2. colum. num 4. versic. vltimo hanc legem induco. ff. de vulga. & pupil. & ibi per Alexan. colum. 2. num. 7. versic. extra glo. tetigit hic Bar. cum concord. ibi per eum citatis.*

§ Episcopus quoque † successor tenetur exe- 91
qui, & obseruare præceptum mandatum, vel commissionem factam per Papam suo præcessori, secundum Doct. *post glo. in l. tale pactũ. §. fi. ff. de pact.*
Et an Prælatus successor succedat in officio † exe- 92
quutoriæ testamenti delati præcessori, vide per Spe. *de instr. editio. §. 14. versic.* sed quid erit in Prælato. & Bar. *in d. §. 1. incip. hac verba. d. l. qui liberis.* qui tenet, quod sic, si fuit appositum nomẽ appellatiuum. Vide etiam per Bart. *in l. à filio. in prin. ff de alim. & cibar lega. Bald. in l. fi. 26. q. C. de hered. instit. & in l cum proponas C. de fideicom. vt per Bertac. vbi sup. num. 191. vers. quinetiam not.*

§ Pariter Prælatus † successor tenetur ad pœnã 93
incursam, & commissam contra Prælatum præcessorem, vel per prælatum præcessorem, ità demùm, si ad eam teneatur præcessor nomine Prælaturæ, non si nomine proprio ex proprio delicto: tunc enim successor non tenetur, nisi quatenus sua Prælatura sit locupletata, secundum Bart. *in l j. ff de priuat. delict. per not. in c dilecti. de ord. cog. refert Ioan. Bertach. d. loco, sub num. 187. ad fi. vers. ad pœnam verò iniunctam.*

§ In casu autem mutui contracti † per præces- 94
sorem tenetur successor, si probetur mutuum esse versum in vtilitatem ecclesiæ, per text. *in capitu j. de deposit. vbi Innoc. Imola, Abb. & alij, & c. quod quibusdam de fideiussor. vbi Abb. & Imola. est bona glo. in c. dilecti. de foro compet. in gl. contra.* vbi habetur, quod licèt proprium nomen antecessoris sit expressum, ad successorem tamen extenditur rescriptum: & hoc ideo, quia nomine ecclesiæ, & pro ipsius ecclesiæ vtilitate mutuum hoc contractum fuit, & ideo successor conuenitur per rescriptum impetratum contra antecessorem. Nec obstat ex-
pressio nominis, quia vna persona † intelligitur, *vt* 95
ibi per d. gl. Dixi ego aliqua suprà *in q. 56.* an, & quomodo ex mutuo obligetur ecclesia. vbi etiã dixi, quid in causa depositi, quid in mutuo, & commodato.

nato. Credo igitur, quòd in ista materia benè possit firmari regula, quòd semper intelligatur, † & 96
intelligi habeat successor esse obligatus ex cõtractu, vel facto, aut alienatione præcessoris, si videlicet alienatio, contractus, vel distractus factus per præcessorem sit factus causa legitima requisita, & debitis solemnitatibus interuenientibus à iure requisitis, Authen. *hoc ius. C de sacrosanct. eccle. c. ea. enim. §. hoc ius. 10 q. 2. c. sine exceptione 12. q. 2. toto tit. extrà & in 6. de reb eccl. non alie. & Clem. j. eod. tit.*
97 vel Romano Pontifice † consulto, qui ecclesiam, & successorem in illa obligat, *extrauag. Ambitiosæ. eo. tit. extrauag. commu. Et in hac materia vide tex. cum gl. & Innoc. in c. cum secundum. extrà de præb.*
98 quod successor † in Episcopatu tenetur de necessarijs prouidere ordinato sine titulo per suos præcessores, quousque illi prouideatur de beneficio, quod est, inquit Innoc. ad euitandum opprobriũ paupertatis clericorum: & quia pauperibus clericis in vita clericorum prouideri potest: item quia omnia clericorum sunt pauperum, *per iura, quæ ibidem adducit. Innoc.*

f Hanc regulam, & determinationem facere, & formare videtur Alber. *in l. digna vox. C. de leg. col. penul. versic. cum quæritur. ibi,* Aut contrahendo. aut alienando, tunc, aut contractus, & alienatio est facta in casibus à iure permissis, & tunc successor tenetur seruare: vbi vide pro hac materia.

ADDITIO.

a SVccessor in dignitate, vel beneficio quãdo teneatur stare facto sui prædecessoris, *vide inter cons. feud. diuers. cons. 17. cons. 19. & cons 20.* & latè per affirmatiua Curt. *iun. cons. 145.* Et quod successor inuestientis teneatur seruare inuestituram præcessoris. Cepha. *consi. 241. num. 44. volum. 2.*

b Vide Capyc. *decis. 84. & Ias. consi. 222. vol. 2.* & omninò vide Gemin. *cons. j. & Card. cons. 110.* & latè etiam de expensis propter infirmitatem, per Sylua. *cons. 101. in 2. vol. & latè omninò per Ias. vbi sup.* & ibi de istis expensis, salarijs seruitorum, & remunerationibus fiẽdis. Et de funeralibus hæredis grauatis fideicommisso, Craue. *consi. 295. in fi. vol. 2.* Ad æs autem alienum præcessoris an teneatur successor in beneficio, latè Alcia. *cons. 14.* Item tenetur ad debita per præcessorem contracta nomine dignitatis, Anch. *in c. significauit. in 3. no. de rescr.* Quò verò ad debita facta per delictum. quid dicendum, Card. *cons. 110 num. 6. & seq* Item ad quas expensas teneatur ecclesia, vide per Alcia. *consi. 38.* Item de multis expensis ad fauorem hæredis Prælati, Socin. *consi. 29. in princ. vol. j.*

c Vide suprà *quæst. 51. cap. 7. num. 16.*

d Suprà *q. 51. num. 16 Item latè per Dida. varia. resolu. lib. 2. cap. 15. & seq. & infrà q. 78 cap. j. num. 7. & seq. & suprà q. 2 c. 13 num. 9. & seq. Vide omninò Soci. consi. 34. vol. 3. & suprà q. 51. in fi. Sed omninò Castren. cons. 2. & 4. in j par.* vbi quæ requirantur. Et quod dicitur de successore, intelligitur siue per obitum, siue per resignationem, Castren. *in d. cons. 4. num. 4. in j. parte.* Item successor ratificans locationem factam per præcessorem dicitur de nouo locare, *ibidem.*

e Vide infrà *quæst. seq. in prin.*

f Immò Lap. dicit contrarium, & Bal. & Io. And. nihil.

SVMMARIVM.

1 *Locari potest res ecclesiæ ad modicum tempus.*
2 *Locari res ecclesiæ potest ad modicum tempus sine solemnitate.*
3 *Locatio ad longum tempus de rebus ecclesiæ expressim est prohibita.*
4 *Locatio ad decennium dicitur ad longum tempus, & ideò est prohibita.*
5 *Locatio ad longum tempus censetur alienatio.*
6 *Locatio ad longum tempus prohibetur, etiam si agatur, quòd nullum transferatur dominium.*
7 *Prohibitum alienare posse vsque ad centum annos locare, verum non est.*
8 *Locatio ad decem annos ideò est prohibita, quia ex ea dominium vtile transfertur.*
9 *Prælatus, qui iurauit non alienare, an sit periurus si locet ad decem annos.*
10 *Alienare propriè dicitur, qui vtile dominium transfert.*
11 *Locatio rei ecclesiæ non potest fieri ad vitam alicuius.*
12 *Locatio ad vitam requirit solemnitates requisitas in alienatione.*
13 *Locationem ad vitam posse fieri, quando non esset quis victurus 10. annos.*
14 *Vita longæui hominis est vsque ad centum annos.*
15 *Modicum tempus dicitur nouennium, quò ad Prælatos sæculares, quò verò ad regulares definitur arbitrio iudicis.*
16 *Locatio videtur permissa ad vitam Prælati.*
17 *Decimarum locatio ad vitam recipientis non est prohibita per Lateranense Concilium.*
18 *Alienatio bonorum mensæ facta per Episcopum cum iuramento ad eius vitam valet.*
19 *Successor recipiens pensionem ex locatione antecessoris censetur ratificasse locationem pro rata temporis pensionis recepta tantum.*
20 *Locatio non valet in præiudicium habentis regressum ad ecclesiam.*
21 *Locatio rerum ecclesiæ vltra triennium prohibita est per extrauagantem Ambitiosæ.*
22 *Beneficium olim poterat concedi ad firmam, vel ad vitam beneficiati.*
23 *Lex, quæ à subditis ab initio non fuit recepta, nullam vim obtinet.*
24 *Lex semel recepta potest per consuetudinem legitimæ præscriptam tolli.*
25 *Extrauagantem Ambitiosæ non sufficit allegare, sed requiritur, quòd sit vsu recepta.*
26 *Statutum præsumitur publicatum ex antiquitate temporis.*
27 *Statutum loco publicationis sufficit, quòd editum sit in publico consilio.*
28 *Statutum, quamuis non publicatum, ligat, si sit in volumine statutorum insertum.*
29 *Locatio an valeat cum clausula, quòd tot sint locationes quot sunt triennia.*
30 *Pactum de renouando rem alienari concedi prohibitam non valet.*

31 *Locatio facta vltra tempus permissum, videtur valere intra tempus licitum.*

32 *Vtile per inutile in separabilibus non vitiatur.*

33 *Donatio sine insinuatione facta vitiatur in excessu tantum.*

34 *Locatio facta intra tempus permissum, non valet etiam respectu temporis liciti.*

35 *Negatiua cum dictione aliquod etiam in qualibet parte vitiatur.*

36 *Actus non valet modo, quo valere potest in his, quæ dependent à voluntate duorum, & agitur de obligatione contrahenda.*

37 *Electio consiliariorum facienda ad vnum annum, si fiat ad tres annos, non valet etiam ad vnum annum.*

38 *Locatio facta vltra tempus permissum, non sustinetur in tempore, quo sustineri poterat.*

39 *Distinctio Decij inter contractum emphyteuticum ad generationes, & locationem ad tempus contractam.*

40 *Infeudatio facta in masculos, & fœminas, quæ debebat fieri tantùm in masculos, sustinetur in masculis.*

41 *Extrauagans Ambitiosa intelligitur habere locum in rebus, ex quibus fructus quolibet anno percipiuntur.*

42 *Emphyteuta cessans in solutione canonis per triennium non cadit à iure suo, quando ex tali re non percipiebantur fructus quolibet anno.*

43 *Mandatum ad locandum vltra triennium fieri non potest.*

44 *Mandatum datum ad locandum pluries finitur elapso primo triennio.*

45 *Rector locat fructus sui beneficij ad vitam suam. Ratio diuersitatis inter locationem rei, & locationem fructuum, vt nu. 46.*

47 *Vsusfructus competens ingredienti monasterium non transit in monasterium, sed tantùm commoditas percipiendi fructus.*

48 *Vsusfructus non potest in alium transferri.*

49 *Fructus annales possunt capi ex secundo decreto, non vtile dominium, &c.*

50 *Fructuum commoditas non dicitur alienatio.*

51 *Locatio, quæ sapiat aliquid spiritualitatis, est simoniaca.*

52 *Locationes factæ ad longum tempus irritantur ex decreto Concilij Tridentini.*

53 *Solutiones anticipatæ non habent præiudicare successori.*

54 *Consilium, quo possint locationes fieri vltra tempus extrauag. Ambitiosa.*

55 *Conductor rei ecclesiæ, qui rem possedit, ad euitandam pensionis solutionem non potest opponere, quòd non interuenit consensus superioris.*

DE LOCATIONE RERVM ecclesiasticarum.

QVAESTIO LVIII.

QVoniam locatio rei ecclesiæ est contractus frequens, & quotidianus, & admodum conducit in materia ecclesiasticarum rerum alienationis de eo habere notitiam, vltrà superius dicta *in quæst. 2. quæ venit appell. alie. c. 13. incip. vocabulum quoque alienationis comprehendit locationem.* & vltrà supra deducta in præcedenti quæstione, an, & quomodo ex alien. vel contractu præces. ten. succ. aliquid dicendum videtur, vsq; ad quod tempus res ecclesiasticæ locari possint.

§ Et profectò est clarum, quod res † ecclesiæ 1
possunt locari ad modicum, & breue tempus, per
tex. *in Clem. j. de reb. eccles. non alien. c. fin. ne Prala. vic. suas.* vbi locatio potest fieri ad septennium, vbi glo. Bernar. in interpretatione Panormit. habet, licere Rectori fructus sibi ipsi ratione officij, dignitatis, & beneficij pertinentes ad tempus suæ vitæ locare: quod non videtur probari in *d. tex.* quia ibi de locatione ad septen-
nium habetur, a ad vitam verò, ne verbum qui- a
dem habetur, per Anan. *ibi num.* 7. Et permis-
sum est locare † rem ecclesiæ ad modicum tem- 2
pus absque læsione sine solemnitate, *d. cap. fi. ne Prela. & d. Clem. j. Aug. Bero. in c. nulli. de reb. eccle. alien. vel non. 4. colum. vers. 2. concessum.* Locatio
† verò ad tempus longum de rebus ecclesiæ ex- 3
pressim est prohibita, *d. cap. nulli. extrà eod. titu. & d. Clem. j.* Et licèt sit arbitrio iudicis, quantum intelligatur longum tempus, Rota *in no. decis. 232.*
si Prælatus. tamen locatio in huiusmodi rebus † fa- 4
cta ad decennium dicitur facta ad longum tempus, & ideo est prohibita, & non tenet, nisi in ea interuenirent illa solemnia, quæ regulariter interuenire habent ex dispensatione iuris Canonici in alienatione rerum ecclesiæ, id est solemnitates *c. sine exceptione 12. q. 2. c. dudum. eod. tit. in 6. vt d. decis.* vbi requiritur ad hoc, vt locatio facta ad longum tempus teneat, & successorem obliget, quod sit facta nomine ecclesiæ, sit in vtilitatem ecclesiæ, & sit seruata forma, & Prælatus administrationem habeat: quia videtur esse secus in præbendario, & simplici beneficiato, qui nunquam locat res suæ præbendæ vltra tempus vitæ suæ, vt
d. decis. quia † talis locatio censetur alienatio, glo. 5
Cardi. & alij in d. Clem. j. in verb. locationes. Abb. in c. vestra. de loca. & in cap. 3. vt lite penden. Lap. allega. 80. Alex. cons. 57. num. j. & seq. lib. 4. Dec. cons. 42. &
*est * communis opinio, secundum Abb. in d. cap. vlt. sub* *
num. 6. ne Prela Dec. in cons. 204. Barbat. in rub. de reb. eccl. alie. vel non. per Soci. in cons. 32. lib. j. col. j. probatur in l. vlti. ff. si ager vect. cum gl. ibi. & in l. sine prefinito. ff. de pœn. Bar. in l. j. §. quod autem ait. ff. de superfi. Bal. in l. iubemus. 2. colum. C. de sac. eccl. & Bar. d. §.
*quod autem ait num. 3 dicit esse * communem opi. Pau.* *
de Cast. cons. 4. lib. j. Et id procedit, † etiam si in tali 6
locatione ad longum tempus expressè agatur, quod nullum censeatur translatum dominium, quia commoditas fructuum quæ ad longum tempus transfertur, habetur pro vera alienatione in materia prohibitiua, ad euitandā fraudem, Bal. *in Auth. hoc ius. C. de sac. eccl per Fabia. de Monte, in trac.*
de emptione, & vend. 4. q. principa. b *q. 17. sub num. 47.* b

§ Per quod apparet, quod non est verum illud, quod habet *glo. in l. codicillis. §. instituto. de lega. 2.*
quod prohibitus † alienare potest locare ad centū 7
annos, quæ est singularis, secūdū Bal. *Nouel. in trac. de dote, par. 7. priuil. j n. 19. vers. decimosextò limita.* Et
est * cómuniter reprobata, per Bald. *in l si domus. §.* *
si fundus. ff. de lega. j. vbi secundum Alexan. ibidem

saluat

saluat illam Bal. duobus modis, si videlicèt sit a-
ctum, quod per ta'em locationem non transfera-
tur dominium vtile, quo casu nō posset dici alie-
natio, sed transactio solius commoditatis, reserua-
to omni dominio: & etiam quando esset actum,
quod tut essent locationes; quot sunt anni. & *d. gl.*
est etiam singularis: quia locatio ad decennium
8 censetur prohibita, † & alienatio dicitur, cum ex
ea dominium vtile transferatur, *l. j. & 2. ff. si ager
vect. Dy Bar. & alij in d. l. j. §. quod autem ait. ff. de su-
perfi. Fed. cons. 123. Sal. in l. fi. C. de reb. alie. Pau. de
Castr. in l. manumissiones. ff de iust. & iu. Alex. in l. si
filiofami. §. vlt. nu. 23. cum plur. seq ff. sol. ma. Tiraq. in
lib. de retract. §. j. gloss. 14 numero 79.*

§ Vnde videtur non verum illud, quod dicit
Calde. *in c. cum contingat. de iureiu.* quod non est
9 † periurus Prælatus, qui iurauit non alienare res,
si eas locauit ad x. annos, vel xx. quia id iure non
procedit: quia locatio rerum ecclesiæ ad longum
tempus, & sic ad decennium prohibita est, sicuti
alienatio, per Bal. *in c. j. in princ. col. pen. de his, qui
feud. da. poss.* vbi dicit, quod in prohibitione alie-
nationis rerum ecclesiæ facta Prælatis, appellatio-
ne alienationis cont n:tur locatio ad de.em an-
10 nos, nam & propriè † alienat, qui vtile dominium
transfert, Bal. *post gl. in c. j. §. noui verò. per quos fiat
inuesti idem Bal. in c. j. §. aut si libellario. quib. mod. feu.
amitt. dictum Cald. reprobat Abb. in c. intellecto. de iu-
reiuran.* Et quod locatio excedēs x. annos, sit alie-
natio, dicit Bar. *in d. l. codicillis. §. instituto. de leg. 3.
Io. And. & Iun. c. j. de reb. ecc. non alien. Ias. cons. 29 p.
vol. est decis Rota in decis. Mobe. 240. vel 270. in manu-
scr.* quæ si sit facta per Prælatum cum consensu ca-
pituli, & superioris authoritate causa legitima, &
in vtilitatem ecclesiæ, ligat successorem, aliàs nō.
quamuis dicatur per se, & suos successores: quin-
immò & tunc morte locātis extinguitur, nec po-
steà validatur, licèt successor statutam recipiat pē-
sionem, Rota in no. *decis. 232. inci. ex præmissis.* vbi
habetur, quod licèt aliqui de dominis rotantibus
inclinarent in contrariam partem, tamen hæc o-
pinio præualuit.

§ Item ex præmissis deduci videtur, quod pari
11 modo locatio rei ecclesię non potest fieri † ad vitā
alicuius, quia est locatio perpetua, & ad longum
tempus, *tex vbi gl. in versi eius. in Clem. j. de rebus eccl.
vbi Anch. Card. & Imo. Alex in cons. 119. lib. 3 & cōs. 165.
li. 2 Dec. cons. 204. & habetur in Auth. de nō alie. §. em-
phyteusim. c. ex litteris. de consti. Auth. prætereà. C. de
sac. sā. eccl.* quia in locatione ad vitā requiritur illa
12 solēnitas iuris, quæ est requisita in alienationibus
rerū ecclesiæ, *per gl. in d. Clem. j. in verb. non habeat. &
13 Dom. in cons. 47.* Sed fortè † hæc locatio ad vitā po-
test admitti sine istis solemnitatibus vbi verisimi-
li coniectura potest præsumi, & eius vita locatio-
ni apponitur, non victurū esse x. annos iuxta com-
putationē *l. hæreditatū ff. ad l. Fal quia Card. d. Cle. j.
versi. 3. not. dicit;* quod talis ad vitā cōcessio vti am-
bitiosā est restringenda: quia vita hominis longę-
14 ui † est centū annorum, quāuis plures moriantur
citra quinquaginta, quam vltra quinquaginta an-
nos Et quod dicimus supra de locatione esse licitā
ad modicū tempus, & prohibitum ad longum, &
ad longū tempus dici decenniū, ità quod locatio
possit benè fieri ad ix. annos, Id procedit, † quò ad 15
Prælatos seculares, quò ad verò Monachos, siue
Pręlatos regulares modicum tempus non erit no-
uennium, sed definietur arbitrio iudicis, *gl. in Cle.
j. in verb. modicum, quam esse * communiter approbatā *
dicit Alex. in d l. si filiofamilias. §. vlt. col. pen. nu. 25. ff.
sol. ma.* Immò ad vitam Prælati, vel beneficiati lo-
cantis † videtur esse iure permissum locatio; & vl- 16
tra verò vitam suam, non, cum comparetur Præ-
latus, vel beneficiatus vsuario, vel vsufructuario,
cuius morte finitur vsus, vel vsusfructus, *l. si quis
domū. §. j. ff loc. Abb. in q. 3. Sempronius dub. 5. Rota in
no. 232. Soc. d. cons. 32. Ana in d. c fi. ne Pral. vic. suas. vbi
gl. magistralis. Immò est deci Rota in decis. Mobed. decis.
j. de decim. & locator. in manuscriptis.* quod locatio
decimarum † ad vitam recipientis non est prohi- 17
bita per Concilium Lateranense, *per glo. in c quam-
uis. de decim.* Vbi habetur, quod fructus decimarū
possunt concedi laico ex causa ad tēpus vitæ suæ.
idem tenet *Abb. in c. ad hæc. Host. Anch. Ant. in c. quam-
uis. de decim. Feder. consi. 51. inci. idem Pralatus. Ias. cōsi.
713. col. 4 vol. 3. Item alia decisio eiusdem titu. de rebus
eccl. & de transa decis. 7.* vbi alienatio bonorum † 18
mensæ facta per Episcopum eum iuramento ad e-
ius vitam valet, non obstante iuramento præstito
de non alienando, per Aret. *cons. 113. & consil. 114.
Abb. in c. cum venissent. de instit. colu. 4. num. 17. Gemi.
cons. 369. col. 6. & in alia eiusdem Mobed. decis. 250. tit.
de reb. eccl. & de loca.* Et in materia locationis suc-
cessor recipiens pensionem † ex locatione antecef- 19
soris non censetur ob hoc ratificasse locationem
pro omni tempore, quo fuit facta, sed tantùm pro
tempore ratæ pensionis, Rota *decis 233. in nouis, in-
cip. ex præmissis. est decis. Puthei j. & 2. de locat. in ma-
nuscript.* Nec valet locatio in præiudicium † ad re- 20
gressum habentis, etiam si sit confirmata per Pa-
pam, qui non tollit ius tertio quæsitum, etiam si
dicatur, quod ligat successore, *per decis. Mobed:
240. in manuscriptis. de locat. incip. locatio. melius in
decis. Acorambo. eo. tit. num. 42. incip. locatio.* vbi ha-
betur, quod locatio facta ad longum tempus vi-
gore commissionis. Si in euidentem. quæ regula-
riter ligat successorem, nō comprehendit haben-
tem regressum.

§ Sed quorsum ista? cum habeamus hodiè de
iure nouissimo extrauag. *Ambitiosæ in rub. præsen-
tis tituli extrauag. comm.* per quam expresè † pro- 21
hibetur locatio rerum ecclesiæ vltra triennium,
d etiam sub pœna excommunicationis, & alijs pę- d
nis. & ista extrauagans per Paulum Papam IV. vi-
detur confirmata, & renouata per suam, quam e-
didit Bullam, seu extrauagātem editam super re-
bus ecclesiæ malè alienatis, de qua dico *in q. 76. de
pœnis male facta alienationis.* Nam idem Paulus
suam formauit respectum ad hanc extrauag. Am-
bitiosæ, habendo, vt apparet per illa verba in
ea inserta. & dicitur per Boer. *decis. 224. num. 2.*
† quod olim licitum erat dare beneficium ad fir- 22
mam ad septennium, & etiam ad mortem bene-
ficiati vsque, *c. fi. iuncta gl. 2. quā cōmendat Abb. Sicul.
ne Prala. vic. suas. & glo. c. fi. 16. q. j. Feder de Sen. consil.
123. Hostien. in Summa de his, quæ fi. à Prala. §. fi.* Ta-
men hodiè *per extrauag. Pauli Veneti fi m in tit. de
reb. ecclesia non alie. incip. Ambitiosa* est p[illegible]ohibitum

locare fructus vltra triennium sub pœna excommunicationis, vt ibi: quod, inquit, malè seruatur. caueant ergò tam tradens, quam recipiens à censuris. Subdens *d. decis.* Et hoc verum, si rector det ad firmam clerico, quoniam laico concedere non potest, *c. secundum. in fi. ne cler. vel monac.* nisi ex magna necessitate, vt per Abb. *ibi, vers. circa tertiã partem.* quia tunc fieri potest talis, vel consimilis concessio laico, vt in *d. decis.*

§ Quidam tamen asseuerant eam extrauag. per consuetudinem contrariam sublatam esse, & talẽ consuetudinem validam fore: & id conatur probare Rochus de Curt. *in c. vlti. nu. 301. vers. item infero, quod valet consuetudo. de consuetu. & sentit Syluestr. in Summa in verb. alienatio. §. 15. vt dicit Didac. Couar. in lib. 2. variar. resolu. c. 16. sub num. 6. vers. quintò, sunt.* vbi in hoc distinguit, quod aliud est, si ea constitutio non fuit ab initio recepta, & aliud, si semel fuit recepta, & per consuetudinem sublata; quia in primo casu certũ, & clarum est, e quod
23 lex nullam vim † obtinet, quæ ab initio non fuit recepta à subditis, *l. de quibus ff. de legi. c. in istis. §. leges. 4. distin.* vbi scribit Domi. leges à Principe dari ea conditione, & intentione, vt nõ aliter obligent, vel ligent, quam si fuerint à Republica receptæ. ad idem *gl. in cap. j. de treuga. & pace. gl. in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic. & est * communis opinio, vt per Didac. ibidem.* quia maximè præsumitur, quod illa lex, quæ non recipitur à
24 Rep. illi non conueniat. Alio verò † casu non est dubiũ, quod lex semel recepta potest per consuetudinem legitimè præscriptam tolli, *c. fi. de consuetud.* & sanè optimè dici potest, legem nõ fuisse receptã tunc, quando Principe sciente per aliquot actus contrarios excluditur, eo autẽ ignorãte, vbi per decennium lex negligitur, & omittitur, Imol. & Fely. *nu. 13. in d. c. j. de treug. & pace. Ias. in d. l. rem non nouam. §. patroni.* Et per hãc distinctionem, inquit, apparet qualiter intelligi habeat illud, quod Rochus scribit. potuit nanq; ea constitutio nõ recipi, & recepta cõtraria tolli consuetudine, ità vt tunc ius antiquum sit obseruandum. apud Hispanos, inquit, dubium est, an ei cõstitutioni sit derogatũ. vidi etenim sæpè eam adduci, & tractari in aliquot cõtrouersijs, & quandoq; admissam, quãdoq; neglectã fuisse, vt ibi per Didac. Vidi super hoc *decis. Rotæ in decis. Mohedan. manuscriptis, in tit.*
25 *de const. de reb. ecclesiæ.* quod non sufficit † allegare extrauagantẽ Pauli II. prohibentem alienationem bonorũ ecclesiæ, sed est necesse, quod sit vsu recepta, & in communi obseruantia, & sit recepta moribus vtentiũ, per *gl. & Doct. in d. c. j de treuga. Bal. in d. l. rem non nouã C de iudic. Bal in rub. de consuet. col. 5. & per eundẽ Mohedan. decis. 250. de reb. ecclesiæ, & loca & in manuscriptis. etiã decis. Crescen. decis. 150. incip. Prælatus iurãs. in tit. de iureiur.* habetur, quod d. extrauagans in aliquibus locis non est recepta. est eiusdẽ Mohedan. *decis. tit. de decim. num. 4. & 219. aliàs 240. incip. nobili viro. tit. de loca. decis. Boerij decis. 224.* vbi dicit, quod d. extrauagãs malè seruatur. Sed super hoc vide, quæ adducit Petr. Beninten. *in concl. 13. quærebatur in causa. vers. nec obstat. vbi dicit, quod cum d. extrauag.* sit præceptum, cum prohibendo disponat, & ideò cẽsetur necessaria, & imponat pœnam, cum etiam compescat rebelles, & superioris iussa seruare tenemur, & qui illa non seruat, peccat, cum extraua. sit impressa cum alijs in corpore iuris alligata, quotidieq; Ro. Cur. pro eius obseruantia pronunciat, & non potest dici, quod non sit moribus vtentium recepta. Facit, quia statutum præsumitur publicatũ ex antiquitate † temporis, quæ facit, vt omnia solemnia ad 26
validitatẽ statuti interuenisse præsumantur, & loco publicationis sufficit, quod statutum † editum 27
sit in publico consilio sapientũ, & de eo facta sit scriptura, per Angel. *§. fin. in Authen. de non eligen. secun. nuben. muli. quẽ sequitur Alex. cons 39. nu. 5. vol. 3.* Item facit, quia statutũ, quãuis non publicatum, si
sit † in volumine statutorũ insertum, & archiuio 28
publico, vbi quotidiè haberi potest copia, nihilominus ligat, Bal. *in l. 2. vers. seruus autẽ. ff. de orig. iur. Sequitur Corne. consi. 156. col. 2. in prin. vol. 3.* vbi inquit, quod statuta cõsilij, vel reformationes ligãt, licèt non fuerint bannitę, ex quo sunt in archiuio publico, & quotidiè haberi copia potest, vnde de eis ignorantia prætendi non potest. latè per Rolan. *à Valle in consi. 99. incip. viso statuto. vers. 3. non obstat.*

§ Sed circa materiam istius extrauagantis. Ambitiosæ. quæritur, an valeat † locatio rerũ ecclesię 29
ad nouem annos, vel ad sex annos cum clausula in instrumento, quod tot sint locationes, quot sunt triennia, & finito primo triennio, tunc facta sit, & facta censeatur noua locatio. Et videtur dicendũ, quod talis contractus valeat, etiã in secundo, & reliquis triennijs, per doctr. Bal. *in d. c. 1. §. aut si libellario. quibus mod. feud. amit. & l. voluntas. C. de fideic.* quod si locatio fiat ab initio ad plures annos verè distinctis locationibus per tempora à iure permissa, nulla locatio ex his iuri contraria est.

§ Sed in contrarium est insignis tex. *in Authen. de non aliena. §. quod autem dictum est. vers. nec illud. colla. 2.* vbi † res alienari, aut concedi prohibita, si 30
ad longum tempus ad nouem annos concedatur cum pacto de renouando ad alios nouem annos, aut cum expressa renouatione ad alios annos à iure permissos, finita prima locatione, tale machinamentum nõ tenet, nec ea locatio valet vltra tempus à iure permissum. tenet Cyn. *in l. j. C. de iure emphyt. Albèr. in l. plurib. §. j ff. de verb. oblig. in fi. Cardi. in Clem. j. §. fi. q. vlt. Anchar. cons. 57. Lapus allega. 12. Ias. in l. manumissiones. num. 7. vers. circa hoc quæro. ff de iust. & iur. Alex. cons. 165. li. 2. Bal. in l. Modestinus. ff. de donat. Bal. cons. 327. lib. 3. & cons. 392. lib. 5.* vbi similem cautelã reprobant. quorum opinionem * cõmunẽ asseuerat Alex. *in d. l. si filiosamil. §. vlt. sub nu. 25. ff. solut. mat.* vnde non sunt admittendę istæ cõuentiones, quæ manifestæ fiunt in fraudem legis. Facit ad hoc dispositio Cõcilij Tridentini *sess. 25. de refor. c. 11. in fi.* quæ tollit locationes ecclesiasticas 30. 29. & bis 29. annorum.

§ Videtur etiam, quod si sit facta † locatio rerũ 31
ecclesiæ vltra triennium, & ad octo annos, debeat valere, saltem quo ad tres annos à dicta constitutione permissos; & quod si rescindatur, vel non valere daclaretur, intelligatur id ad annos triennium excedentes, per Bald. *in Authen. si quas ruinas. C. de sacrosanct. ecclesijs. Paul. de Cast.*

Cast. in Authen. qui rem. C. eo tit. Imol in c. ex parte. de
* *feud. Alex. in cons. 38. lib. 2.* quorum opinio * com-
munis est, secundũ *Ias. nu. 21. & Dec. in Auth. qui rē.*
C. de sacros. eccl. Tiraquel in lib. de retract part. vlt. nu.
32 *144.* Facit, quia in separabilibus † vtile non vitia-
tur per inutile, *l. j. §. sed si mihi ff. de verb. obl. & in*
reg vtile. de reg. iur. in 6. & in summis, & in tempo-
re. quia consistunt in quantitate numerali, separa-
bilis est excessus: & is tantum excessus vitiatur: &
in cætero, quod non excedit, & sic in residuo re-
manet firma, & valida dispositio: sicut in donatio-
33 ne † excedente quingentos aureos facta sine insi-
nuatione, quæ non censetur vitiata, nisi in exces-
su, & valida est, & efficax in summa à iure permis-
sa, *l. sancimus. l. pen. C. de donatio.*

§ Verum istis sic deductis non obstantibus, loca
34 tio † in casu figurato facta est, & censetur omninò
nulla, & inualida: quia id expressum dicit tex. *in*
d. extrauag. in illis verbis, Locationem aliter factam
nullius omninò esse roboris. similia verè verba
habentur descripta *in d. Auth. de non alien. aut per-*
mutan. § emphyteusim. in fi. habetur tex. in Clem. 1. de
reb. eccl. vbi dicitur, nec recipienti ius, aliquod ac-
35 quiri. negatiua † enim cum dictione. Aliquod, et-
iam in qualibet parte verificatur, *gloss. in Clem. 1. de*
for. compe. in vers. aut earum. vbi Card. Fely. in c. pasto-
ralis. de off. deleg. in prin. col. 3. Ias. in Auth. ex causa. col.
4. in fi. sub nu 3. vers. tu strictius pondera. C. de lib. prate.
Domi. in cons. 35. Ias. in l. eum, qui. nu. 2. de off. eius. Fa-
36 cit in hoc, quia in his, † quæ pendent à voluntate
duorum, & agitur de obligatione contrahenda, si a-
ctus non valet, vt fit, nõ debet posse valere eo mo-
* do, quo fieri, & valere potest Bart. * communiter
in hoc approbatus *in l. 1. §. si quis ità. ff. de verb. oblig.*
Facit vlterius, vt habetur per Rom. *cons. 66.* quod
37 stante statuto, quod electio † consiliariorum fiat
ad vnum annum, & non vltrà, si sit facta ad tres
annos, non valet etiam ad annum duntaxat.

§ Sic sanè in locatione rerum Ecclesiæ facta ad
38 longum † tempus, vel vltra tempus à iure permis-
sum. non sustinetur in tempore, in quo fieri pote-
rat, sed in totum est nulla, per Bart. *& Ias in d. Au-*
then. qui rem. nu. 22. idem Ias. in l 2. num. 170. C. de iure
emph. Lap. alleg. 80. Imol. in l. quod dicitur. ff. de verb.
obl. Matthaus Afflic. dec. 107 & aliàs, vt per Didac. li. 2.
varia. resolu. c. 16 num. 5. vers. 2. licèt. vbi secundum
quosdam, quos allegat, pro concordia Doctor. in
hac quæstione discrepãtium, dicat distinguẽdum
39 † esse inter contractum emphyteuticum ad gene-
rationes conuentum, & locationem ad tempus
contractam: & in primo casu habet locum opinio
* Baldi, & sequacium, quam dixit esse * commu-
nem: in posteriori verò casu, id est, in locatione
ad tempus contracta, habere locum, & loqui Bart.
cum verè omnes hi, qui priorem opinionem se-
quuntur, in contractu emphyteutico loquantur:
qui vltimam, partim & in emphyteutico, partim
in contractu locationis, & frequentius hanc exa-
minant controuersiam.

§ Et rationem diuersitatis inter hos contractus
esse dicit: quia in contractu emphyteutico tot cõ-
cessiones, & locationes esse censetur, quot sunt ge-
nerationes, & licèt fiat in plures generationes, in
effectu, & virtualiter repetitur, & renouatur
concessio in qualibet generatione, & aliàs, vt ibi
per Didach. vbi idem dicit in contractu feudali.
nam infeudatio † facta in masculos, & fœminas. 40
quæ debebat fieri tantùm in masculos de iure, vel
consuetudine, vel in tertiam, & quartam genera-
tionem, quæ tantùm in tertiam fieri poterat, susti-
netur in masculis, & in tertiam generationem; vt
latè ego deduco *infrà quæ. 61. casu, in quibus Prælatus*
reuersa non infeudat nu. 7. vers. hic autem non est o-
mittendum. At in locatione ad longum tempus
non est idem: cum vna sit locatio; nec possit con-
gruè distingui, aut diuidi sine læsione contrahen-
tium, maximè locationis: vt latius ibidem per e-
undem Couarruuiam, vbi hanc nouam recentio-
rum distinctionem, refellit, & suam in hac quæ-
stione interponit sententiam, quid sequendum sit
tradendo. ad eum te reijcio.

§ Extrauagans autem Ambitiosæ f intelligitur f
habere locum † in illis rebus Ecclesiæ, quæ quot- 41
annis coluntur, & ex quibus quolibet anno fru-
ctus colliguntur: quia si res Ecclesiæ sint talis cõ-
ditionis, vt ex eis quolibet triennio tantum vni-
cus fructus colligatur, poterunt tales benè in no-
uem annos locari, ità interpretatur Andr. Barb.
in rub. de reb. eccl. alien. vel non. nu. 52. pro quo facit,
quod dicit Bald. *in l ede. col. 1. C. loca.* quod emphy-
teuta † cessans à solutione emphyteusis per trien 42
nium non cadit à iure emphyteutico, si ex re em-
phyteutica quolibet biennio vnicus colligitur
fructus: est enim tunc necessarium, quod censetur
à solutione canonis per sex annos; per Alex. *in l. di-*
uortio. §. 1. col fi. nu. 10. vbi Ias. §. quod in anno 3. not. nu.
6. ff. solut. matr idem Ias. in l. 2. col. 2. 4. not. nu. 4. C. de
iure emphyt. & in Auth. qui rem. num. 12. & seq. vers 3.
conclusio est. C de sacros. eccl per tex. in l si sic. ff. quem-
admod. ser. amit. Catellan. Cotta in dictione, emphyteu-
ta priuati. cuius Ias. d. l. 2. meminit nu. 4. & nu. 52. vers.
14. pone. vt per eundem Didac. Couar. d. c. 16. nu. 6. vers.
3. extrauag.

§ Et dicta extrauagans constitutio, quod res Ec-
clesiæ non locentur vltra triennium, habet intel-
ligi, vt non tantum locatio vltra triennium non
valeat, sed nec † etiam mandatum ad locandum 43
possit fieri vltra triennium, vel si factum sit, non
teneat. Atque ideò si mandatum alicui detur ad
locandas res Ecclesiæ, erit intelligendum ad tri-
ennium tantum, quo finito procurator non pote-
rit absque noua commissione, & nouo mandato,
etiam in aliud triennium res Ecclesiæ locare. i-
dem si mandatum † expressim detur ad locan- 44
dum bis, & ter, & pluries, ad triennium tamen;
mandatum finitur elapso triennio primo, per
Dec. *cons. 282.* vbi dicit, quod alioquin possit fieri
fraus iuri canonico prohibenti, si quis ex manda-
to administratoris possit habere potestatem per-
petuam, vel vltra triennium ad locandas res Ec-
clesiæ: esset etenim quædam perpetua locatio, et-
iam si mandatarius ad triennium tantum res Ec-
clesiæ locaret, & illo finito ad aliud triennium,
quod est annotatione dignum, vt existimat idem
Didach. *vbi sup. d. numer. 6. vers. 4. eadem constitu-*
tio.

§ Et dicta extrauagans placet quibusdam, quod
intelligatur facere prohibitionem in rebus tan-

tùm Ecclesiarum, ità quod prohibeat res tantùm
locari, vti fundos, prædia, & loca ipsarum, non
fructus, & reditus Ecclesiasticos ad aliquod bene-
ficium, vel Ecclesiam pertinentes: quia de istis lo-
cationem posse fieri vltra triennium aliqui arbi-
trantur, nec de fructibus intelligendam esse Pauli
prohibitionem, quod exprobatur & *l. Regia. 9. tit.
17. pa. 1. & per opinionem Panormit in cap. si. ne Prælat.*
45 *vic. suas.* vbi dicit, † quod rector locat fructus sui
beneficij ad vitam suam, alleg. Feder. *de Sen. cons.
50. Hostien. in Summa de his, quæ fi. à Præla. idem Co-
narr. varia. resolu lib. 2. c. 16. post num. 6. vers. sexto, vi-
sum est.*
46 § Et militat diuersa ratio inter † ista duo, inter
locare rem, & locare fructus rei Ecclesiæ: quia si
res locatur ad longum tempus, transfertur vtile
dominium rei, *l. 1. cum l. seq. ff. si ager vectigal.* secus,
cum sola fructuum commoditas transfertur: quia
nullum tunc dicitur transferri dominium, dicit
Bart. *in l. interest. num. 2. C. de vsufru. & habita & per
eundem melius in l. cum Titio num. 2. ff. ad l. Falcid.*
vbi dicit, quod ius vsusfructus, & ius alimento-
rum vendi non potest, *l. si vsusfructum fundi. ff. de iur.
dot. ad idem est tex. in l. necessariò. §. si ff. de peric. &
commod rei vend. idem Bar. in l. j. num. 8. C. petit. bon.
subla lib. 10. Bald. in l. per diuersas. C. manda. idem in
Authen. ingressi. C. de sacros. eccl.* quod vsusfructus
47 † competens personæ ingredienti monasterium
non transit in monasterium, sed tantum commo-
ditas percipiendi fructus eius vita durante. facit
l. vsufruct. ff solut. mat. Deduco multa supra in *q. 15.
de vsufruct. & possessio.* rei Ecclesiæ alien. quo in lo-
48 co videre poteris, quod vsufructus † non potest
in alium transferri, quia est quid inseparabile à
persona, & si transferatur est alienatio, *§ finitur. In-
stit. de vsufruct.* & tamen fructuum commoditas
potest licitè transferri, *d. l. necessariò. §. cum vsumfru-
ctum ff. de peric. & commod. tenet gloss. in l. arboribus.
§. vsufructuarius in verb. vel. donet. ff de vsufruct. &
quemadmo. quis vta & gloss in verb. cedendo. d. §. fini-
tur. Paul. de Castr. in l. si vsusfructus num. 5. ff. de nona.*
* *Bart. in l. si finita. §. si de vectigalib. quem* * *omnes se-
quuntur ff. de dam. infecto* vbi concludunt quod ex
49 secundo decreto possunt capi † fructus annales, &
aliæ commoditates fundi feudatarij, emphyteutę,
vel vsufructuarij licèt vtile dominium, siue ius
feudatarij, emphyteutæ, vel vsufructuarij adiu-
dicari non possit: quia alia, inquiunt, est fructuum
commoditas, aliud vtile dominium, & Alex. *in d.*
* *§. si de vectigalib.* dicit, id esse * communiter appro-
batum, per eum *nu. 16. Fely in c. quæ in Ecclesiarum. de
constit. nu. 87. vers. 6. declaratio.* vbi inquit, Potest a-
lienare fructus feudi etiam locando eos ad lon-
gum, vel longissimum tempus, & si sit expressè
dictum, quod nullum vtile dominium transfera-
tur in conductorem, vbi Bald *& per Inno. in cap. ad
audienciam. de reb. eccl. alien. vel non. Imola in l. si do-
50 mus. §. si. ff de lega. 1.* & non potest † dici alienatio
rei, quando sola fructuum commoditas transfer-
tur, vt per eundem Fely. *ibidem. per Rip. in l. obliga-
tione. nu 7 ff de pigno.* de qua fructuum commodi-
tate intelligit tex: *in c. cum nobis & c. ij, eni. de elect.
in 6. Abb. c. 1. nu. 9 extrà deposic. gloss. in cap. quædam. in
verb statutum terminum. ne Præla. vic. suas.* vbi dici-
tur, quod vltra tempus suum locare Prælatus non
potest; & ibi Abb. *nu. 3.* vbi dicit ex illa gl. colligi,
quod Prælatus locat fructus toto tẽpore vitæ suę.
Host. *in Summa de his, quæ fi. à Præla. §. si. & in casu fru-
ctuum intelligitur loqui Feder. de Sen. cons. 52. quem ci-
tat. Abb. d. nu. 3.* Quam materiam intellige, & distin-
gue, vt deduco suprà *in q. 15. alleg. de vsufru. & poss. rei
eccl. alien.*
§ Sed est aduertendum ad vnum, quando fiunt
locationes rerum Ecclesiæ, ne videlicèt locator a-
liquid † locet, quod sapiat aliquid spiritualitatis 51
quia esset locatio simoniaca, prout ego vidi ca-
sum *in decis. Rotæ decis. Puthei manuscrip. tit. de reb. ec-
cles.* vbi fuit facta locatio Ecclesiæ cum omnibus
bonis, & facultate conferendi beneficia, & loca-
tio sic facta fuit facta pro affictu, & pensione scu-
torum 1200. in qua decisione Domini fuerunt di-
uisi; tamen omnes inclinauerunt, quod si proba-
retur, quod etiam sine facultate conferendi bona
arrendata fuissent pro scutis 1200. quod locatio
non esset simoniaca, teneret. idque est hodiè per
expressa verba in Concilio Tridentino prohibi-
tum: *sessio 25. de refor. c. 11. incip magnam.* vbi etiam
locationes hodiè, quæ fiunt de rebus Ecclesiæ et-
iam authoritate Apostolica confirmatæ à trigin-
ta † annis citrà, ad longum tempus, seu ad 29. an- 52
nos, seu ad bis viginti nouem annos, sunt nullæ,
& irritæ. item quæ fiunt anticipata aliqua solutio-
ne, *d. sessio. & c.* quæ non habent valere in præiudi-
cium successorum in illis verbis, Omnes igitur hę
locationes, si anticipatis solutionibus fient, nulla-
tenus in præiudicium successorum validæ intelli-
gantur, quocunque indulto, aut priuilegio non
obstante: nec huiusmodi locationes in Romana
Curia, vel extra eam confirmantur, & cæter.
Pro quo nota, quod tales † anticipatæ so- 53
lutiones non habent præiudicare successori, sed
secus locatori, cui benè præiudicare possunt, *decis.
Rotæ per Mohed. decis. 8. in manuscrip. tit. de confir. vti-
li, vel inutil.* vbi confirmatio alienationis rerum
mensæ est valida, licèt nõ sit expressum, quod fuit
alienatum cum anticipata solutione.
§ Cupienti autem † facere locationem, vel cõces- 54
sionem rei Ecclesiæ vltra tempus dictæ extraua-
gantis Paulinæ, vel vltra modum, & formam in ea
contentam, necessarium puto, quod consulat Ro-
manum Pontificem, & Sedem Apostolicam, à quo
quidem Summo Pontifice confirmatione ob-
tenta, habebit tutam locationem, tam in foro po-
li, quam in foro fori: tunc forma rescripti obten-
ti seruata valebit locatio, & locatori pensionem
soluet conductor præteritam, licèt etiam soluere
teneatur conductor, qui rem detineret Ecclesiæ,
etiam sine rescripto, & confirmatione Apostoli-
ca. quia conductor † rei Ecclesiasticæ, qui rẽ pos- 55
sedit ad euitandam solutionem pensionis præte-
ritæ, non potest opponere exceptionem, quod
non interuenit consensus superioris, vt requiri-
tur secundum omnes, ad not. per Innoce. & Abb.
*in c. 1. in prin. de his, quæ fi. à Pral. per Dec. in d. c. quæ in
Ecclesiarum. 5. not de consti. Ias. in l. 2. vers. vnum tamẽ.
2. col. C. de iure emphyt not per gl. & Bar. in l. cum ij. §.
eam transactionem. de transa. decis. Rotæ in manuscrip.
Crescen. 122. incip non potest. tit. de pensio.*

ADDITIO.

a ET locatio ad vitam est alienatio, vt. *infrà q.63. nu.8.* limitatur, quando vtiliter facta fuit locatio vltra tempus. & quando fuit à rectore approbata, & quando liget successorem, vide suprà *q 51. c.2. & omninò q.57. c.4.*

b Plot. *in cons.19 nu.63 sed contrà Arno. singu.72. & cautel.43.*

d Suprà *q.51. c.7. num.16. vide etiam Marza. cons.15. col.152.*

e Et quòd non liget, nisi in locis, in quibus reperitur recepta, post Caeat. & Sylua. *tenet Sarmien. Rota Auditor in tit. de reddit. eccles. par. j. cap.2. num.20.*

f Vide suprà *q.13. nu.48. & q.36.*

SVMMARIVM.

1 *Papa potest non modò res Roman. Ecclesiæ infeudare, sed etiam omnium aliarum Ecclesiarum.*
2 *Papa, vel Princeps alienare non possunt rem magnam tendentem ad deformitatem Principatus.*
3 *Res magna est, attenta qualitate principatus, iudicis arbitrio.*
4 *Rem magnam alienant Papa, & Princeps, si aliundè, quàm à Papatu, vel Principatu proueniat.*
5 *Res magna non alienatur, nisi subsit causa.*
6 *Quæ sit causa legitima ad hoc, vt res magna alienari possit.*
7 *Quæ sint attendenda ad cognoscendum, an causa fuerit.*
8 *Consilium Cardinalium adhibetur à Papa in arduis tantum, iuxta communem opinionem.*
9 *Amicitia, & magna affectio eandem habent præsumptionem, quam coniunctio sanguinis.*
10 *Iudex ità recusatur propter magnam amicitiam, sicut propter sanguinis coniunctionem.*
11 *Causa, in Papa, & Principe præsumitur cessantibus suspicionibus.*
12 *Causa præsumitur in Papa, quando disponit motu proprio, secus, si ad supplicationem partis.*
13 *Causa præsumitur in certis casibus, nisi de contrario probetur.*
14 *Verbis narratiuis Papæ, quando super eis se fundat, creditur.*
15 *Papa legibus est solutus, nec eum prædecessores sui ligare potuerunt.*
16 *Princeps per viam constitutionis generalis potest inducere vnum nouum casum alienationis.*
17 *Constitutio facta intuitu certarum personarum, licèt generaliter loquatur, censetur rescriptu particulare.*
18 *Causa præsumitur in Papa, quando constituit per viam motus proprij.*
Quid si per viam rescripti? vt nu.19.
20 *Alienationes profusas poterit successor reuocare, immò & ipsemet alienans.*
21 *Alienatio licèt prætendatur damnosa, valebit tamē, quousque non fuerit reuocata.*
22 *Concilium non cogit Papam, quia subest Papæ.*
23 *Excommunicatio lata per Papam contra sibi legitimè de facto resistentem, non ligat quò ad Deum.*
24 *Effectus alienationis validæ, & inualidæ.*
25 *Princeps potest derogare constitutioni factæ per antecessorem de non alienando rem modicam.*
26 *Alienatio facta sine causa non tenet in foro conscientiæ.*

DE INFEVDATIONE RERVM Ecclesiæ per Papam.

QVAESTIO LIX.

QVANQVAM aliquid dixerim de infeudatione rerum Ecclesiasticarum. *suprà. in qu.2. c.28. incip. dicitur etiam alienatio dare aliquid in feudum. & in q.54.* an Prelatus possit consanguineis res Ecclesiæ infeudare: tamen quia de hac materia puto non posse satis dici, tum propter sui altitudinem, tum etiam propter sui frequentiam, quia in prænarratis locis materiam sicco pede pertransiui, ex eo quia non erat locus ibi proprius huius materiæ pertractandæ: ad maiorem euidentiam, & declarationem legentium hic annecto, quæ ex dictis Doctorum inter legendum collegi: ratus, quod quò fusius materia erit congesta, eo leuior, & facilior erit in facti contingentia legenti labor. Vnde rem aggrediendo, est videndum, an, & per quos possint res Ecclesiæ infeudari. & nemini de hoc dubium esse debet: quia id potest fieri & per Papam, & per alios inferiores Prælatos. Nam primò Papa † non solùm potest infeudare res Roman. Ecclesiæ, sed etiam omnium aliarum Ecclesiarum, & concurrit cum omni Prælato, ità eleganter dicit Bald. *in cap. j. in princip. j. colum. qui feud. dar. poss. vbi Card. & Ias. in j. colum. sub numer. 4. versic. fortius tenet Bald. Felyn. in cap. ad audientiam. de præscrip. j. colum. in fin. Bald. consil. 292. 2 colum. in fi. Ioan. Mon. in cap. si eo tempore. de electio. in 6. Paul. de Castr. consil. 156. Alexand. consil. 3. volum. 5. Bald. in cap. j. de nat. feud. idem in cap. j. de proba. Abb. in cap. quæ in Ecclesiarum. de constitu. Facit, quod dicunt Doctor. in cap. solitæ. de maio. & obed.* 1

§ Rem tamen † magnam Papa, vel Princeps, cuius alienatio tendat ad deformitatem sui Principatus, non potest alienare: ita refert Abb. *quod concludunt omnes * communiter in c. intellecto. nume. 6. de iureiuran. Bart. in l. prohibere §. planè. numer. 5. ff. quod vi, aut clam. Card. in d. cap. j. qui feud. dar. poss. Card. & Ias. in prælud. feud. numer. 77. cum plur. seqq. qui alleg. multas quotas, maximè Bald. in proœm. ff. & in cap. licèt causam. 5. colum. de probat. & in cap. in generali. si de feud. fue. controuers. latè per Claud. Seysel. qui feud. dar. poss in specul. feud. versic. limita secundò conclusionem prædictam.* Magnitudo autem, rei, & quæ sit res † magna, relinquitur arbitrio iudicis, attenta qualitate Principatus eius, qui donat, *arg. gloss. l. sed & si suscepit. §. j. ff. de iud. & in §. sed ex his legibus. in verb. iussu Præsidum. vers. sed quæ sunt magnæ facultates? Instit. de Attil. tut. Barto. & alij in l. si constante. in q.2. prima par. num 14. & seq. ff. solut. matri. per Alex. in cons. j. 5. col. nu. 18. & seq. 5. vol. clarius Abb. in cons. 3. 2. vol. 26 dubio.* 2 * 3

§ Sed

§ Sed quod Papa, vel Princeps non possit infeu-
4 dare rem magnam,limita,† & intellige, si sit de Papatu,vel de Principatu,vel de Regno; sed si res sit aliunde prouenienes,videtur secus : quia videtur,quod liberè de ea possit disponere, per Abb. *in d.consil.3.2.vol. 26. dubio.* Id quod intellige, nisi sit res incorporata Papatui, vel Principatui, per doctrinam Bar. *in l.si conuenerit. §.si nuda ff. de pig. actio.cum concordan. traditis per Alex.ibidem & per Alex.in consil.151.col.2.nu.5.vol.2.Barb.consil.4. dub.2. vol.j.& consil 88. col.fi.* Quomodo autem quid incorporatum dicatur, vide remissiuè per Claud. Seysell.*d.loco versic.2.restringe.*

5 § Item intellige,† quod non potest infeudari,vel alienari res magna,nisi subsit causa,per Cardi.*in c. qui feud. dar. poss. & per eundem in prælud. circa med. 10.colum.Paul.de Cast.consil.180 incip.in facto præsenti.Bal in l pen C. de bon. quæ lib. vbi dicit esse de mente Archid in cap.non liceat.12.q 2.idem Castren.in consil. 303 volum 3.Fely.in d.cap.ad audientiam.de prescri j. colum.*

6 § Et causa legitima talia infeudandi,vel alienandi esse potest,puta,quando fit ob bonum publicū, putà ad pacem acquirendam,vt fit sæpius, *l.item si verberatum.§.j. ff. de rei vend. per tradita per gloss. & Doct.in cap. quæ in Ecclesiarum.de constit. & in l.fi.C.si contra ius & in l.1. ff. de consti.* putà etiam, quando infeudaret in remunerationem benemeriti, per Iser.*in c.Imperialem.§ prætereà Ducatus.versic.nec dominus.de prohib feud.alien.* Vbi tamen id intelligit, quando non potest alio modo remunerare benemeritum,& dicit,quod tunc dicitur fieri ob publicam vtilitatem; sed si infeudet, aut donet suis propinquis,aut domesticis, qui suæ personæ priuatum aliquod præstiterunt obsequium familiare non tendens ad publicam vtilitatem,non videtur tunc illa esse rationabilis causa,per Arch. *in d. c.non liceat.12 q.2.Bal.in d.l.pen.de bo quæ lib.C.Fely. in c.ad audientiam.alleg.*

7 § Ad cognoscendum verò, † an causa fuerit, attenditur,quod aut est notorium,quod nulla subest causa,putà,quia Papa cognatis,vel filijs suis secundum carnem,nullis præcedentibus meritis,infeudarit notabile membrum patrimonij B.Petri, & non valet talis infeudatio,maximè si Papa esset incorrigibilis,&per hoc inferretur scandalum vltra Ecclesiæ,per Abb.*in c.cum venissent.sub nu. 8.de iud Fely.in d.c.ad audientiam.* Vel est certum, quod causa subest,putà,quia ille,cui fuit cōcessū feudū, notorium est, quod defendit Ecclesiam suo sumptu,& tunc valuit infeudatio,& potest fieri maximè in omnib⁹ casibus,in quib⁹ infrà dicetur licere id Prælatis. Vel est dubium,quia potest esse,&non esse causa,& per Abb.*d.loco,causa, præsumitur. & idem Abb.consil.41.j.vol.idem & But.in c.constitutus.de relig.dom.Fely.in c.quæ in Ecclesiarum.17. col. de consti.* Sed Felyn. *in d. cap. ad audientiam.* dicit, quod Abb.in hoc voluit blandiri Papæ: quia ipse Abb. *in cap.quæ in Ecclesiarum.sub numer.16. versic. item limito,* quod vbi ex mandato. de constitut. voluit, quod vbi ex facto Papæ scandalizatur Ecclesia, non præsumitur in eo causa. Sed non debuit reprehendi Abbas: quia *in d. cap. quæ in Ecclesiarum. vbi sup.* loquitur, quando constat causam non subesse,& *in d.cap. cum venissent.* quando potest subesse causa: & ità ipse Felyn. distinguit *in dicto capit. quæ in Ecclesiarum. 22. colum. 5. conclusione.*

§ Vnde si in infeudatione Papa adhibuit consensum Cardinalium, & Princeps procerum, potest dici causam subesse, & præsumi. & hoc est, quod volunt Bald. *Archid.suprà adducti,*dum dicūt, quod in alienatione rei magnæ requiritur consensus Cardinalium, per Felyn. *vbi suprà, & per Zabarel.consil.238.quem refert Felyn in d. c. ad audientiam.*quod vt Rex,quando disponit de reb.quæ tendunt in magnum præiudicium sui Regni, possit,& debeat præsumi fecisse rectè,&cum legitima causa,debet disponere cum consensu maioris partis procerum.

§ Quia quantum ad validitatem actus Cardinalium,& procerum non videtur præsentia necessaria,vel consensus,licèt de honestate debeant adhiberi,Card.*in c.j in tit.Episcop.vel Abb.* vbi loquitur tantum in Papa:de Imperatore autem.& Papa
per Paul.de Castr.*consil. 284.* & videtur † esse magis 8
** communis,quod in arduis tantùm Papa adhibeat consilium Cardinalium,per Abb.*in c.ex gestis.de cler.non resid.Ias.in l.placet.in j.not.num.11.cum seq.C de sacros.eccle.latè Barba consil.1.1.vol.& tenet Bal.consil.274.circa med.*quod debet interponi cōsensus Cardinalium.ne esset suspicio dilapidationis,non quod sit de necessitate.& per Ias.*in c.j.sub nu.5.ver.tu in hoc vlti.dic.qui feud.dar.poss.vbi etiam Bal.*qui ibi dicit, quod illud præsumitur factum sine fraude,quod fit cum consilio sapientum. *Facit tex.& Doct ibi in l.transactione. C. de transact.* Et si non interuenit consensus Cardinalium,vel procerum,& si exprimitur causa,quæ tempore infeudationis potuit interuenire, causa præsumitur in Papa,sicut præsumitur in prælato,*c.ea noscitur.vbi Card.Bat.& Abb.de his,quæ fiunt à Præla.Felyn.in cap. sicut de re iud.per Alexand. & Moder.in l sciendum de verb.obl.Paul.de Castr.consil.284.*Si verò nullæ allegantur causæ, vel quæ allegantur non potuerunt interuenire, & tunc aut Papa largitur vni Ecclesiæ de bonis alterius Ecclesiæ, & adhuc præsumitur causa,Fely.*in d.ca quæ in Ecclesiarum,* aut alicui personæ priuatæ; a & si quidem personæ coniunctæ,& non præsumitur:quia licèt vna sit præsumptio pro dignitate, tamen propinquitas personæ in re magna facit insurgere aliam, *l. data.C. de dona. & l.pen. circa princip. ff. de bon. liberto.*quia alia præsumptio tollit illam,*l.diuus.ff.de in integ. restit.* maximè quia ista fundatur in ratione, & iure naturali,& illa in causa accidentali,& naturalis præualet,*l.qui habent.in prin.ff.de tut.ità intelligit Arch. in c.non liceat.12.q.2.Bal.in l.pen.C.de bonis,quæ liberis.*

§ Et eadem præsumptio † b insurgit, quando in- 9
feudat non personæ coniunctæ sanguine,sed amicitia,&magna affectione ex honesta,vel turpi causa proueniente,quia est eadem ratio, per *gl.in l sed & ex. ff. de procura. & in cap. requisisti. vbi Doctor. de testam.per Saly.Cyn. & Moder.in l.exigendi.C.de procura.Barba.in l.cum acutissimi.16. colum. Codic. de fideiuss & consil 3.2.vol.*Et licèt æquiparatio ista consanguineorum ad valde amicos fortasse non procederet in casibus, in quibus loquuntur *gloss &*

gl. & Doct. praellegati, scilicet in casu d. l. exigendi. & d. l. acutissimi. quia ibi non consideratur sola affectio sed etiam coniunctio, quæ habet perpetuam causam; tamen hoc procederet, ubi consideraretur sola affectio sine aliquo dubio: sicut videmus † in iudice, qui ità recusatur propter magnam amicitiam, sicut propter coniunctionem sanguinis, glo. & Doctor. in cap. sanè. & cap. suspicionis. de off. deleg. & cap. cum speciali. de appella. faciunt dicta per Alexand. in l. si donatione. 3. colum. de colla. & per eum consil. 55. numer 3. j. volum. quòd inter personas prohibitas, & suspectas non præsumitur pro causa, etiam si allegetur.

§ Et eadem præsumptio, & suspicio insurgeret, quando Papa, vel Princeps solitus esset plura patrimonialia taliter infeudare: quia licèt per vnicam alienationem non diminueretur in immensum Papatus, aut Principatus; tamen multis concurrentibus præsumeretur faciliter contra eum, argum. l. omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. Est de mente Bald. in prælud. feud. & aliorum, vbi dicit; quod Princeps non potest alienare, quia sic esset in potestate sua deducere suum patrimonium, vel Principatum ad nihilum. idem dicit Iser. in ca. Imperialem. §. præterea Ducatus. versic. nec dans. 3. colu. de probib. feud. alien. per Fed. & Laud cap. j. qui feud. dare possunt. Card. in prælud. 9. col. cum sequen. vbi Ias. in 26. colum.

11 § Si verò † cessat suspicio, & præsumptio consanguinitatis, & amicitiæ, & consuetudinis alienandi, vel aliæ causæ similes, tunc potest fieri conclusio vera, quod in Principe, & Papa præsumenda est causa, & standum est ei, si aliqua causa excogitari possit, quæ sit legitima, ità intelligitur dictum Abb. in d. cap. cum venissent. numer. 8. de iud.

12 § Sed quod † præsumatur causa in Papa, intelligi debet, quando infeudat, & disponit de rebus Ecclesiæ motu proprio; secus, si ad supplicationem partis, quia tunc in illis, quæ sunt de genere prohibitorum, vt alienatio rerum magnarum, non præsumeretur causa, per Roman. consil. 436. Felyn. in d. cap. quæ in Ecclesiarum. de constitu. versic. limita quintò. 23 colum. Sed Paul. de Castr. in d. consil 284. videtur dicere contrarium, quantùm ad alienationes, quæ fiunt ex contractu; quia in istis non cadit motus proprius, cum requiratur consensus vtriusque partis, l. 1 § conuentiones. ff. de pact. Et est verum eius dictum, quo ad alienationes, quæ fiunt titulo oneroso: sed prædicta procedunt in concessione, quæ fit titulo lucratiuo, & ex merè liberali gratia. Et licèt † causa in Papa vt dixi suprà, 13 præsumatur; tamen id intelligitur, nisi de contrario probaretur, putà, quia probaretur causam expressam esse falsam, vel fuisse Papam motum ex inordinata affectione, non ratione legitima, per Hostiens. in cap. illud. de præsump. Cald. Lap. & Gemi. in cap. ordinarijs. §. j. de off. ord. lib. 6. cum alijs adductis à Felyn. d. cap. sicut. 19. colum. versic. 3. aduerte. de re iud. Non obstante, † quod verbis narratiuis Papæ, 14 quando super eis se fundat, credatur, adeò quod de contrario probari nequeat, Clemen. 1. de proba. Quia respondetur, quod illa Clem. loquitur in beneficialibus, in quibus habet Papa potestatis plenitudinem, ita Abb. in d. cap. ad audientiam. column. 3 sub numer. 9. de præscrip. vbi Felyn. 4. colum. Quòd videtur secus in bonis Ecclesiæ Romanæ, vel aliarum, in quibus Papa habere videtur potestatem iure, & ratione regulatam, per Archid. & Gemi. in cap. 1. 10. quæ. 1. Sed quod habeat Papa regulatam potestatem in rebus Ecclesiæ, intelligitur, nisi in infeudatione, vel dispositione, quam faciat, deroget iuribus in contrararium prohibentibus. quia si eis deroget, valet dispositio, ex quo † papa est legum nexibus solutus, quem ligare non potuerunt prædecessores sui, l. digna vox. ff. de legi. Bald. in cap. 1. ad si qui feud. dar. poss gloss. & Archid. in cap. non liceat. alleg. vbi etiam alij, dicentes, quod Papa potest inuenire nouum casum alienationes, præter expressos à iure. Idem Pet. de Anch. consil 311. & Pau. de Cast. in d. consil. 284. dummodò tamen alienatio non tendat in notoriam dilapidationem vnde valet dispositio, nec requiritur clausula, Non obstante, &c. Idem expressius Abb. in d. cap. cum venissent. sub eo. numer. 8. de iudic. vbi vult, quod in Papa indistinctè semper præsumatur causa. Et talis alienatio valebit effectualiter, quia nemo potest dicere, quod non fuerit legitimè facta: quia Papa non habet superiorem, & qui eius facta iudicet in terris, cap. ad honorem. extrà de auth. & vsu pallij. Idem volunt omnes, qui dicunt, quod talis alienatio in foro conscientiæ non excusat Papam: nam sentiunt, quod in foro contentioso valeat, per Abb. consil. 41. incip. videndum. colum. pen. par. j. quia Papa non ligatur canonum, aut iuris positiui dispositione, gloss. in cap. j. in verb. ab omnib. vbi Felyn. de consti. & Papa in reb. eccle. habet omnimodam, & totalem dispositionem, cap. per principalem. 9. quæst. 3. cap. 2. in princip. de præb. in 6. Felyn. in d. cap. quæ in Ecclesiarum. Et in hac materia alienationum, & infeudationum pro dilucidiori intelligentia potest dici, quod aut princeps † vult per viam constitutionis generalis inducere vnum nouum casum alienationis licitæ vltra casus à iure expressos, vel eis similes: & tunc sine dubio potest: quia Papa ità habet authoritatem legis, & canonis contendi, vt sui antecessores, qui expressos casus alienationum statuerunt; per doctrinam Hostiens. in cap. non liceat. vbi Archid. Gemi. & alij. 12. quæst. 2. quia Princeps, nec sua, nec antecessoris sui lege ligari potest, vt concludunt * omnes in d. cap. 1. de constit. & in cap. quæ in Ecclesiarum. vbi Felyn. ad longum eod. titu. & in l. fi. Cod. si contra ius, vel vtilitatem publicam.

§ Sed est † aduertendum, quod constitutio non sit facta intuitu, & respectu certarum, & particularium personarum, quibus sint factæ aliquæ alienationes: quia licèt constitutio, aut lex quò ad verba sit facta generalis, & reuera sit facta ad fauorem tertij ad validandum aliquam alienationem, aut alienationis contractum: tunc illa lex non censetur constitutio generalis, vel lex vniuersalis, sed vt rescriptum particulare, & de ea censetur, vt de rescripto particulari, habetur in l. j. § fi. vbi gloss. ff de dolo except. Bart. in l. omnes populi. vltim. quæst. 5. quæst. principalis. ff. de iust. & iu. per Ias. qui accumulat in l. 1. numer. 4 ff. de legi Felyn in ca.

Ecclesia S. Mariæ. 46. col. 18. q. & c. cum omnes. de const. Et quando constaret, quod emanasset ad instantiã alicuius, cui esset infeudatum, aut cõcessum, ex eo solo fraus præsumitur, per d. ctam *glo. & ibi Bar. in l. 1. C. de bon. vacan. lib. 10.* vbi Bart. tangit, an in dubio Papa præsumatur fecisse quid motu proprio, an verò ad partis supplicationem, vel instantiam:
18 quia quando † Papa per viam motus proprij constituit, in eo semper iusta fuisse præsumitur causa, Bar. quem * omnes sequuntur, in *d. l. si. C. si contra ius per Inn.* quem * omnes Canonistæ sequuntur, *in c. quanto. de consue. Barba. cons 47. 27. col. & cons. 51. col. 32. vol. j.*
19 § Si verò † Papa facit actum per viam rescripti, si quidem rescriptum sit emanatum in forma cõmuni, putà cum dicitur in rescripto, Sicut proinde factum, &c. est dicendum, quod non valeat, *d. c. non liceat. & in c. nonnulli. de rescri. vbi glo. & Doct. per Bar. in consil. 196. in c. ciuitati Camerini. in 2. dub. lib. j.* vbi dicit; quod si rescriptum sit factum ex certa scientia, est secus; nam illud, quod primò esset inualidum, & inualidè factum, confirmatur, quia quando Papa facit aliquid ex certa scientia, videtur omne obstaculum tollerare, *l. idem Vlpian. ff. de excusat. tuto per Bart. d. loco*, vbi loquitur, quando Papa confirmat alienationes, & concessiones, quas fecit existens Cardinalis. Si verò rescriptum habet clausulam derogatoriam, & tunc, si alienatio, vel concessio sit talis, & tanta, quæ nulla possit excusatione, vel cauillatione excusari, tunc dicitur etiam, quod non valet, quia tunc non videtur Augustus, vel Princeps, sed dilapidator, per Doct. *in procemio. ff.* vbi etiam disputant de donatione Constantini facta Beato Syluestro Papæ, per Doct. *in l. ij, cui bonis. ff. de verb. obli.* dum loquuntur de notoriè prodigo.

§ Sed si non adsit tanta notorietas, sed potest infeudatio aliqua ratione, causa, vel colore excusari tunc videtur, quod valeat, per Archid. & Anchar. *in locis nuper allegatis.* Sed quid si sit clausula derogatoria in genere, an sufficiat, quod appareat de certa scientia? dic, vt per Doct. *in d. cap. nonnulli. vbi per Fely latè. & per eum in d. c. quæ in Ecclesiarum. 16. col. de constit.* Per quæ adducta apparet, sit necne verum, quod ponit Paul. de Castr. *d. consil. 284.* quod vbi actus non potest aliter valere, est interpretandum, quod actus sit gestus de potestatis plenitudine, quæ doctrina non videtur vsquequaque tuta, nisi vbi apparet de certa scientia. Sed
20 profusas † dictas alienationes reuocare poterit successor, dicendo suum prædecessorem deceptum, & circumuentum, sicuti alienans potuit derogare canoni alienationem prohibenti. Et potest dicere hanc infeudationem, & alienationem subreptitiam, & obreptitiam, & illius assertioni, & dicto stabitur, exemplo *tex. in ca. tum ex litteris. de in integ. rest. & quod ibi no. Doct.* vbi Papa restituit aduersus sententiam sui prædecessoris, allegans fuisse eidem subreptum. Benèque faciet, si, quod viderit malè alienatum, emat, & sine rationabili causa factum successor recta censura compescat. sed benè malefaceret, si causa reuocationis, aut retractationis non existente, rectè factum confringeret; & ita procedit consilium Bellamer. per Felyn. *adductum, vt suprà.* Immò & ipsemet infeudans, & alienans taliter, & tali modo poterit contra infeudationem, & alienationem suam contrauenire, & eam rescindere, & reuocare; vt dico abundè *in quæstio. 76. de pœnis malè facta alienationis. infrà Abb & * communiter Doct. in c. si quis presbyterorum. vbi gl. in verb. alienator. de reb. eccl. alien. vel non. & in cap. intellecto. extrà de iureiur.* Idque procedit, etiam si iurauerit non reuocare, nec contrauenire: quia tale iuramentum non est seruandum vt ibidem *in tex. & gl.* Quousque † tamen infeudatio, 21
alienatio, & dispositio, aut concessio non sit reuocata, vel retractata, tenebit, & valebit, nam licèt prætendatur, quod fuerit damnosa, & Princeps fuerit dilapidatur, vt per Paul. de Castr. *d. consil. 284.* tamen quousque non sit cognitum super hoc, & quandiù factum tollatur, valent gesta per eum, & nemo potest ei resistere: & cũ sit Papa, & Princeps, nõ potest negari, quin habeat potestatem derogandi constitutionibus, & legibus sui prędecessoris, *c. veritatis. de dolo, & contum. c. si. de accus. cum ibi Doct.* Et illud, quod dicitur, quod Papæ potest resisti in faciem, quando dilapidat, intellige, vbi notoriè Ecclesiam scandalizat quia etiam potest deponi, vt per Abb. *in d. c. cum venissent. sub nu. 8. de iudi.* vel resisti, scilicet, verbo, & demonstrando, prout fecit Paulus Apost. Petro; *c. Paulus. 2. q. 7.* vel per Concilium generale citra depositionem Papæ, non quidem eum cogendo: quia Concilium non † cogit Papam, cum Concilium subsit Papę, 22
per communem * conclusionem Doctorum, Fely. *in c. j. 8. col. 3. ampliatione. de consti.* tamen potest eum ad hoc inducere. Authoritate autem priuati alterius inferioris non licet Papæ resisti, multominus si concilio non liceat; quia Papa nõ habet iudicem in terris, cuius iudicium sibi soli Deus reseruauit, & ei non po est d ei, Cur ità facis? nec quicquam illi opponi, Bald. *in procemio Decretalium, per Felyn. in dicto cap. nonnulli. de rescriptis.*

§ Sed si alienatio esset talis, cuius exequutio contineret præiudicium irreparabile, & esset notorium, quod esset illicita, & sine causa facta, putà, si Papa infeudaret magnum fortalitium, vel comitatum alicui potenti, quod posteà non posset ex illius manibus auferri, vel recuperari, nisi cum magnà difficultate, tunc secundum aliquos licitũ est alicui personæ priuatæ, vel reipublicæ resistere de facto, si potest, ne ille potens habeat possessionem, per notata in *c. si quando de rescrip. & in l vt vim. post gl de iust. & iure. vbi volunt Doctor.* quod vbi superior vult afferre præiudicium irreparabile, licitum est resistere de facto. Facit Paul. de Castr. *quem sequuntur Moder. in l. 2. C de edic. diui Adr. tol. latius Alex in l. naturaliter. § nihil commune. 5. fallen. 16. col. ff. de acqui. poss. Abb. in c. veniens. 2. col. de test. Fely in c. cum super pen col. de re iud.* Et licèt Papa † in 23
tali casu excommunicaret, debet humiliter talis excommunicatio tollerari, quæ non ligat quò ad Deum, si recta conscientia, & ad bonum publicum fuit, concurrentibus præmissis, vt *in c. litteras de resti. spol. per Claud. Seyssell. in spec. qui feud. dar. poss. ver. authoritate autem.*

§ Sed nullus iudex, si constat de mente Principis, po-

pis, pôt sua authoritate talẽ contractũ infringere, aut rescindere, anteq̃, vel p rescriptũ ipsi⁹ alienã-tis, aut successoris, vel per cõstitutionẽ rescissꝰ esset, vel factꝰ rescindibilis, vel rescissio cõmissa. Et
24 iste est † effectꝰ intelligere, an alienatio teneat, licèt possit, & debeat rescindi, quia valet, donec sit rescissa: an verò nõ valeat, & tũc pôt res ab eo auferri absq; reuocatione, & tenetur restituere fructꝰ, *l. si pdiũ. C. de pd. min. c. si q. s. de reb. eccl.* cũ distinctione tñ Doc. an error iuris ad lucrãdũ fructꝰ excuset, Bar. *in l. sed & si l. §. scire aũt. ff. de pet. hær. Fel. in c. de quarta. x. col de pscri. Bar. cõs. 40. vol. j. Seys. vbi sup.*
25 *vers. Itẽ nec.* Et si † aliqua cõstitutio sit facta per antecessorẽ, per q̃ phibetur Princeps posse alienare rẽ modicã, ẽt in casu à iure cõcesso; ex quo ista phibitio cẽsetur facta in præiudiciũ administrationis successorũ, quia per eã eis interdicitur administratio à iure cõcessa, per ea, quæ habẽtur *in l. u, cui bonis. ff. de verb. obl.* quia est ignominia Principis, cuiꝰ propriũ est exercere liberalitatẽ, per Inn. & Io. And. *in c. gratia. de supplen. neg. Præl. li. 6.* tñ licet Principi tali cõstitutioni derogare, & valebit alienatio, ẽt cõtra illiꝰ formã, mõ nõ sit contra formã iuris.
26 § In foro † aũt cõsciẽtiæ tenẽ, q̃ vbi nõ adest causa, nõ tenet facta alienatio, & alienãs, quò ad Deũ, non est tutꝰ, per Arc. *in d. c. nõ liceat. 12. q 2. Abb. in d. c. cũ venißẽt. nu. 8. de iud. Bal. post Inn. in c. bona. li. 2. de postu. Præl. Abb. in c. cõstit. de relig. dõ. p Car. in c. 1. Episc. vel Abb.* vbi dicit, quod in talibus Papa plus peccat, quàm alij.

ADDITIO.

a Omninò Rebuff. *hoc tit. nũ. 75.*

b Et quid nõ possit facere pro cõsanguineis, vidè omninò Abb. *& in add. ad eũ. in c. cũ venißẽt. nu. 8. de iud. vide sup. q. 54. n. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Infeudare potest res Ecclesiæ solitas infeudari Prælatus habens titulum.* (*infeudare non potest.*
2 *Legatus papæ res Ecclesiæ Rom. sine speciali licentia*
3 *Prælatus infeudat solita infeudari cum consensu capituli.* (*requiritur consensus capituli.*
4 *Caducitatem solus Prælatus remittere nõ potest, sed*
5 *Capitulum sine Episcopi consensu infeudare potest, si feudum ad illud in totum spectet.* (*ne solemnitate.*
6 *Infeudatio rerum solitarum infeudari fieri potest si-*
7 *Prælatus solita infeudari de nouo infeudare potest, etiã finita inuestitura, & re iã ad ecclesiã deuoluta.*
8 *Prælatus non obstante iuramento de non alienando potest facere reinfeudationes.*
9 *Prælatus reinfeudare potest. etiam si sint regalia.*
10 *Prælatus reinfeudare potest rem reuersam, etiã per crimen felloniæ commissa.*
11 *Prælatus infeudare potest etiam suis consanguineis.*
12 *Prælatus infeudare rem reuersam non modo potest, sed etiam de honestate tenetur.* (*dare potest.*
13 *Ratio, quare rem solitã infeudari Prælatus reinfeu-*

DE INFEVDATIONE ECCLESIAstica per prælatos.

QVAESTIO LX.

His paucis dictis de infeudatione rerum Ecclesiæ per papam, aliquid referã de illis, quæ inueni scripta per Doctores de infeudatione Ecclesiastica per prælatos inferiores. Et primò cum actum fuerit de personis infeudãtibus, id est, quæ infeudant, & quæ infeudare possunt, dicemus etiã de rebus, quæ infeudari possunt, pariter & solent.

§ Et videtur primò, quod possit infeudare Archiepiscopꝰ, Episcopꝰ, Abbas, Abbatissa, & præpositꝰ res Ecclesiæ, quę infeudari cõsueuerũt, & infeudari sunt solitæ, per *tex. q. dicit, in c. j. q. feu. da. poss.* Itẽ & vltra istos nominatos quilibet aliꝰ prælatꝰ, & q̃libet clericꝰ beneficiatꝰ, qui habet sui beneficij administrationẽ, *c. 1. de cle. q. inuest. fec. gl. & Doc. in c. 1. q. feu. da. pos. p verba tex. in c. 1. Episc. vel Abb. ibi*; Vel alia Ecclesiastica persona. † Et hoc intellige de prę- 1
lato, & beneficiato, qui habet titulũ beneficij, quia si nõ habẽt titulũ, vt est ĩ beneficio manuali, quòd datur ad nutum superioris, & amouetur, est secus, quia taliter beneficiatꝰ nõ pôt infeudare, per verba *tex. d. c j. Episc. vel Abb. ibi*; Et tituli vocantur, per Bal. *Alua. Marti. Laud. & Car. ibi*: Et id ẽt procedit, si prælatꝰ sit immediatꝰ: quia prẹlatꝰ superior regulariter non infeudat bona Ecclesiæ inferioris, per Bal. *in d. c. j. qui feu da poss. vbi alleg. gl. q̃ dicit in Auth. de alie & emph. & ibi. Car. idẽ Bal. in d. c. 1. Episc. vel Abb. & ibi Iser. Marti. Laud. & Bertr. Capy.* qui extendit, quod ẽt nõ pôt super hoc induci cõsuetudo, quia est cõtra prohibitionẽ. *d. c. j Episc vel. Abb.* Vnde id ẽt non pôt legatus de latere in Ecclesijs inferioribus suæ legationis, vt cõcludit Bal. *in d. c. j. 4. col. qui feu. da. poss. per tex. in c. de ecclesiasticis. 25. q. 2. vbi Arch.* vbi ẽt dicit, quod legatus † Papę nõ pôt infeudare res 2
Ecclesię Rom. sine speciali licentia, per Bar. *in l. prohibere. §. planè. in fi. ff. q̃ vi, aut clã. p eundẽ in cons. 196. ciuitati Camerini. in j. dub. li. j. Bal. in c. j. de vasal. q. cõtra const. Loth & in l. pen. C. de bon. q̃ li. Fel. in c. ad audientiã. 2. col. de pscri.* Sed aduerte, quod Doctores prædicti loquũtur, & dicũt in rebus nõ solitis infeudari, & in magnis feudis: quia in infeudari solitis, & illis, quæ pôt quilibet Prẹlatus in sua diœcesi, benè pôt legatus Papę in prouincia, cui prȩest immediatè nomine Papæ de rebus Ecclesiæ Rom. disponere, & infeudare, vt est de mente dictorum Doctorũ quia habet plenã administrationẽ, sicut Prælatus. Et quod dicitur, quod Prælatꝰ Superior non infeudat rẽ Ecclesiæ inferioris, illud intellige simpliciter & indistinctè, qa si Ecclesia soleat, benè est receptũ, quod inferiorẽ pôt infeudare, per *alle. in d. c. j. qui feu. da. poss. p no. in c. cum deputati. de iud. ibi ẽt Car. circa fi. Inn. in c. olim. de rest. spo. Bal. in c. cæterũ. de iud.* Capitulũ tñ sede vacãte res ad mẽsam ecclesię deuolutas in casu, quo Episcopꝰ posset, nõ videtur posse infeudare, per dicta per oẽs *in c. illa. ne sed. vac. Abb. & Fel. in c. olim. de off. or. in c. edoceri. 5. col. de rescr.* quod tñ limitat procedere in capitulo cathedralis Ecclesiæ. Et quod † Prælatus infeudet 3
solita infeudari, intelligit Car. *in d. c. j. q. feu. da. poss. s.* cũ cõsensu capituli, non absq;, vbi multa allegat. Sed Bal. ibidẽ, qñ infeudatio fit in casu licito, dicit quod nõ est necessarius cõsensus capituli, per *tex. in c. 1. §. in clericorũ. si de inuest. inter vas. & do.* vbi habetur; quod nõ est necessaria sciẽtia fratrum, ergò nec cõsiliũ, nec cõsẽsus, Et adducta per Car. si benè inspicias, nõ loquũtur in alienatione per renouationẽ inuestituræ in casu permisso. Opinionem Bal. sequitur Ias. *ibid. & Cald. de cõsue. cõs. vlt. Fel. in c. cũ causa. 5. col de re iud. Bertr. Cap. d. c. j. Fel. in d. c. edoceri. de rescri. Doc. in c. 2. q. feu. da. poss. Fed. de Sẽ cõs. 109. q. dã Præl. Rõ. cõs. 70. Pau. de Cast. cõs. 134. viso instrumẽto. & cõs. 106. Facit dictũ Bal. d. c. j.* quod si Episcopꝰ est solus

est sol⁹ collator feudorũ, pōt sol⁹ remittere felloniã sine capitulo, quẽ ibi sequitur Ias. *sub n. 7. vers. adde, ꝙ Bal. Sed Car. ibid. in 5. col.* circa hanc quęstio-
4 nem cõcludit, quod Prælatus non † pōt remittere solus caducitatẽ, sed requiritur cõsensus capituli,
* & dicit, quod est * cõmunis opinio omniũ in c. posuit. de loc. licèt dicat, quod ibi Imola tenet contrarium, quia aliud est cõcedere de nouo, aliud est cõcessũ nolle habere, *l. magis put. §. si fũdus. ff. de reb.*
* *eorũ.* Istã opinionẽ tanq̃ * cõmunẽ refert Ias. *in l. 2. col. 43 n. 130. vers. 3. & vlt. q̃ro. C. de iure emph.* declarãs, quod procedit, qñ Prælatus habet collegium: nam Prælatus, qui non habet collegium, pōt ipse solus facere. : ſi ex quo in casu, quo res spectat ad Prælatũ solũ sine capitulo, videtur dicẽdũ, quod Prælatus solus sine capitulo pōt rẽ deuolutam ad Ecclesiã liberè infeudare; ita ẽt videtur, quòd possit remittere felloniã. Et ea, quę sũt adducta in cõtrarium, intelligũtur, qñ res, quæ deuolultur spectabat tam ad capitulum, q̃ ad Prælatum, & ad vtrunque spectabat ius inuestiẽdi de feudo: vel dic, quòd aliud in feudo, aliud in emphyteusi.
5 § Et pari modo † si feudũ spectet ad capitulum in totũ, in quo nihil cõmune habet capitulum cũ Episcopo, capitulũ poterit infeudare ẽt sine consensu, vel authoritate Episcopi, not. *gl. & Doct. in d. c. edoceri. de rescrip.* nec ẽt si Prælatus inferior facit talem infeudationem habet necesse adhibere consensũ superioris, quia id pōt facere, siue ẽt sit simplex Abbatissa, ꝑ Bal. *in d. c. j. q feu. da. poss. 5. col.* Vn-
6 de generaliter † potes facere regulam, quod in infeudatione rerũ taliter reuersarũ solitarũ infeudari, & taliter deuolutarũ pōt fieri infeudatio, & reinuestitura simpliciter, & absq; solẽnitatibus à iure in alienationib. Ecclesiasticis req̃sitis, vt ꝑ Doc. omnes in allegatis locis. per Lauden. *in d. c. j 2. col. Epis. vel Abb Bar. & Ang in l si vacantia. C. de bon. vacã. li 10. But. ẽin ꝑsentia. de ꝓbationibus ꝑ Rõ cõs. 70. Card.*
7 *in d. c j. q. 3. qui feu. da. poss.* Et quod † Prælatus possit solita infeudari de nouo concedere, & reinfeudare, ꝓcedit nedum in rebus, & feudis, quorum petitur reinuestitura, prima inuestitura nõdũ finita, sed ẽt infinitis, & ad Ecclesiã iam reuersis, & deuolutis. de primo. n. habetur in tex. *in c. 2. de feu* quia ẽt si velit Prælatus non pōt denegare, vt in casu *d. c. 2.* Et nedũ si solũ est finita inuestitura, & res solũ est reuersa, vel deuoluta; sed ẽt si illã deuolutã reuersam ad suas manus Ecclesia tenuerit per spatiũ tẽporis, mõ tñ nõ fuerit incorporata, vel res effecta de mẽsa, & ẽt si vnus Prælatus retinuerit penes se, successor mediatus, vel immediatus reinuestire pōt, per Odoffredũ *in Sũma q possint fac. inuest. ꝑ tex. in c. 3. de cler. q inuest fe. vbi Bal. & alij Host in Sũma §. q̃s possit. ꝑ tex. d. c. 2. de feu. ꝑ Iser. in d. c j. q feud. da. poss. vbi Car. & Alua.* concludit, quod licet succes-
8 sori, quod licuit prædecessori. Et id † ẽt pōt Prælat⁹, q̃uis iurauit non alienare Bona Ecclesiæ, quia tali non obstante iuramento pōt facere istas reinfeudationes, *d. c. 2. vbi gl. & Abb. de feu Ias. in c. j. 4. col. n. 11. q feu. da poss. vbi Car. & Bal.* vbi dicit; ẽt si iurauit nõ alienare Rõ. Põtifice incõsulto, & impetrat licentiã infeudãdi res solitas infeudari, nulla mentione facta de iuramento, valet impetratio, ità per omnes. *in c. vt super. de reb. eccl. & in c. fi. de eccl. ædific.*

§ Sed si iurauit nõ alienare, nisi cõsulto superiores aut sine licẽtia superiorũ, tunc non pōt infeudare sine consensu, ẽt in casu licito, quia illa verba non stant sine operatione, & si velit intelligere in casu illicito, sensus foret absonus, & incongruus, quia tunc ẽt cũ consensu superioris infeudatio esset nõ licita, per Doct. *in d. c. fi. & in d. c. vt sup.* Quod Abb. *in d. c. fi.* limitat duobus modis. Primò, nisi esset res modica. *c. terrulas. 12. q. 2. Abb. d. c. vt sup. vbi Imo. Ias. in d. c. j. col. 7 sub n. 21. ver. 4. vltra alios limit. q feu. da. poss.* Secũdo, qñ immineret magna necessitas, & esset difficile habere cõsensum, *l. tutor. q ff. de admi. tut. Arch. in d. c. terrulas. 12. q. 2. Bal in c. j. q feu. da. poss.* Et qñ iurauit non alienare superiore incõsulto vltra formã iuris in casib⁹ à iure expressis, benè pōt alienare ẽt superiore non consulto, *c. 2. de feu.* vbi qui iurauit non infeudare de nouo Rõ. Pontifice inconsulto, pōt infeudare ea, quæ sunt infeudari solita. De hoc vide, quæ deduco suprà. *in q. 55. de alien. non obstan. iuramen. de non alie. præstito.*
§ Et dicta regula, † quod Prælatus pōt infeudare 9
solita infeudari, procedit, ẽt si illa sint regalia, per Doct. * *communiter, & gl. 2. in d. c. 2. de feu. vbi Iac. de* *
Belui Bertr. Capr. Bal Iser. & Car. intelligẽtes illa esse regalia, quæ sunt data à Principe Ecclesiæ. Id tenent Bal. & Laud. *in d. c. j. 2 col Epis. vel Abb.* qui respondent ad tex. *in § ea verò in Auth. de alie. & emph.* quod ea, quæ dãtur Ecclesiæ à manu regia nõ queunt alienari, quod intelligũt, quò ad totalẽ alienationẽ, vel quantũ ad infeudationẽ, qñ, vel vbi non esset consuetũ, per Laud. *in d. c. j. qui feu. da. poss.* Id ẽt intelligunt posse fieri, & si regalia sint iura, quę ecclesia cõsueuit infeudare, per Bal. *in c. fi. in fi. d. tit. Episc. vel Abb. Alua. in d. c. j. 4. col. q feu. da. poss* Itẽ pōt
† infeudare Prælatus nedũ rẽ reuersã per finitã in- 10
feudationẽ, & inuestiturã, sed ẽt reuersã per crimẽ feloniæ cõmissæ, per Pet. de Anch. *in d. c. 2. de feud.* Et vlterius videtur, quod illemet, qui culpa cecidit à feudo, pōt de feudo reinuestiri, ẽt si in rescripto diceretur quod res reuersa ad Ecclesiã deberet alteri infeudari, idẽ Anch *cõs. 270.* casus talis est.
Vlterius † videtur, quod Prælatus possit ẽt rẽ soli- 11
tã infeudare ẽt suis cõsanguineis, & personis coniũctis, dũ tñ cõsanguineus sit aliàs persona honesta, Ecclesiæ nõ onerosa, per Iac. de Belui. *Bal. Bertr. Capr. in d. c j q feu da. Bal. in Auth. quibuscunque. C. de sacros. & in c cæterum. de iud & in c. j si de inuest. inter do. vbi Alua. Bal. in c de priore. de appel. & Arch. in c. Epis. 10. q. 2 Fed. de Sen. cõs. 52. Iser. c. j. qui succes. ten. Abb. in d. c. vt sup. n. 18 & seq. de reb. eccl. alie. vel nõ.* vbi pro hac opinione, quę est * cõmunis, multa adducit. li- *
cèt *tex. in d. Auth quibuscunq; sit cõtra. & cõtra ẽt tenet gl. in d. c. j. verb. Archiepiscop. q succ. feu. da. tene. & in c. j. vers. hæc. omnia si de inuest. inter do gl. in c. peruenit. j. q. 3 Car. in d. c. j q. feu. da poss. Bar. in d. Auth q. buscunque.* Tñ opinio prima est * cõis. Et ad tex. *d. *
Auth. quibuscunq;. respõdetur, quod loquitur in œconomo, de quo nõ ità lex cõfidit, sicut de Prælato, q est spõsus. Et ꝓ ista cõi opinione Bal. *in d. c. j. q feu. da poss.* dicit esse tex. à cõtrario sensu *in c. sũmopere. §. dicitur ẽt. de c. extraor. ibi;* Dicitur ẽt, quod si cõiũctę personæ gratia tale dederit feudũ, quod ex eo duos similes vasallos acq̃rere posset, inutile est beneficiũ: & loq̃tur in feudo Ecclesiæ. Aduerte ta-

te tñ, quod licèt ista cóis opinio sit vera; tamẽ si sit facta infeudatio personæ cóiúctæ, & sit dubiú, an sit licita, nec ne, de facili atteta cóiúctione psonę, pręsumit' frã. Quia licèt Pręlat' de re nódú ad ecclesiã deuoluta inuestire possit; tñ nó pót inuestire cósanguineos, nec cósanguineo infeudare, p Bal. *in conclusionibus, quas facit, in tit. qui success. tene. & Laud. in c. j. eo. & per gl. ibid.* Pro qua materia vide, quæ ego deduco *suprà in q. 54. an Præla. poss. res eccl. consan. infeu. emph. vel alien. vbi multa cumulo.*

12 § Et nedú † Episcopus, vel Prælat' a pót reinuestire, & reinfeudare feudú, & rẽ ad ecclesiã reuersã, sed immò de honestate tenetur, per dictú Bar. *in l. j. §. pmittitur ff. de aqua quot. & æsti.* vbi dicit, quod si sit finita emphyteusis, tenetur prælat' côcedere descédentib' illi', in cui' psona fuit finita, aliàs fit illis iniuria: & si nó facit, immò inuestit alteri, ab hoc grauamine poss: t appellare, per not. *in c. bona. il j. de postul. Præla. & in l. nullus. C. de decur. lib. 10. dicit in terminis nostris Pet. de Anch. cõs. 170. in fi. 2. col. p Bal. in c. ex trãsmissa. de renũc. per Alex. in cons. 80. in 2. dub. j. vol. & cons. 10. vlt. col. Rom. cons. 22. 4. dub. & cons. 70. in 2. dub. Ias. in l. 2. j. col. C. de iure emphyt.* vbi aliquid dicunt de dict. Bar. *in d. §. permittitur.* illud limitando per Paul. de Castr. *cons. 136. viso instrumento. j. col. ibi*: Potius erat fienda renouatio in persona dictorum hæredum, quia aliàs eis fuisset facta iniuria, & potest Prælatus rem solitam concedere, & infeudare electus confirmatus tantum à Papa, licèt non sit consecratus, per Bald. *in c. j. qui succ. ten. per tex. in ca. transmissam. de elect. cum ibi not. & per*

13 *Fel. in c. eam te. 3. col. de rescrip.* Et ratio, † quare possint fieri tales infeudationes per Prælatos de feudis Ecclesiasticis, esse videtur: quia in rebus feudalibus Ecclesiæ, & feudis Ecclesiasticis Ecclesia habet tantùm proprietatem nudam, & vasallus habet vtile dominium; vnde non dicuntur ista feudalia bona de mensa Ecclesiæ, priusquam sint incorporata, Laud, *in d cap. j. Episcop. vel Abb. Bald. in d. cap. j. qui feud. dar. gloss. in Clemen. frequens. de excess. Præl. Innocen. & Imo. in d. cap. vt super. de reb. ecclesi. Anan. & Abb. in d. cap. 2. de feud.* Item alia etiam est ratio, quare ista solita infeudat Prælatus: quia alienare non dicitur, qui rem solitam alienari concedit, sed qui de nouo concedit, gloss. & Doctor. *in d. cap. 2. feud. vbi Abba. & per Ias. cons. 227. 4. col. vol. 2.*

ADDITIO.

a Vide omninò suprà *q. 2. c. 22. nu. 25. & plur. seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatus non infeudat solita infeudari, quando solitum processit per vim.*
2 *Prælatus non potest infeudare, quando res data est Ecclesiæ cum pacto, quòd non possit alienari.*
3 *Prælatus non reinfeudat, quando Ecclesia est ad inopiam redacta.*
4 *Prælatus non infeudat, si causa prima infeudationis cessat.*
5 *Prælatus primam inuestituram in præiudicium Ecclesiæ alterare non potest.*
6 *Nisi ex causa legitima, cum consensu tamen superioris, vt nu 6.*
7 *Infeudatio facta vltra modum consuetum, an valeat intra modum permissum.*
8 *Dictio Penitus quid importet.*
9 *Intellectus ad Authen. qui rem. Cod. de sacrosf. eccl.*
10 *Res solita emphyteuticari reuersa ad Ecclesiam an possit in feudum concedi.*
11 *Res solita pluribus infeudari non possunt soli personæ concedi.*
12 *Mensura sicuti in Prælato toleratur, ita immensitas non commendatur.*
13 *Prælatus accusatus de dilapidatione, non potest res reuersas infeudare.*

CASVS, IN QVIBVS PRAELAtus reuersa non infeudat.

QVAESTIO LXI.

VERVM quia non procedit simpliciter, & indistinctè, quod res solitas infeudari infeudat Prælatus, sed habet aliquid in cõtrariú, annectam casus, quos obseruaui, in quibus inueni, quod regula non procedit. † Nam primò non videtur procedere, quando istud solitum, & ista cõsuetudo processisset, & esset inducta per vim, & violentiam, per not. per Io. And. *in ca. si. de reb. eccl. in nouell. per Iac. de Beluis & Bal. in ca. j. qui feud. dar. poss.* 1
Nec minus procedit, quando Prælatus vellet infeudare rem feudalem adhuc non reuersam, nec adhuc deuolutam ad Ecclesiam, vel mensam, *ca. j. qui succ. ten. & c. j. de cler. qui inuest. fec ponunt Card. Alua. Ias. & D. Marti. Laud. in d. cap. j. qui feud. dar. poss.* Nec † minus id procedit, quando res, quæ infeudatur, est data Ecclesiæ cum conditione, & pacto, quòd alienari non possit, quia tunc infeudari non potest, Alua. & Ardiz. *in d c. j qui feud. da. tenet Lap. in Auth. hoc ius. C. de sacros. eccl.* quia vbi concurrit prohibitio hominis cum prohibitione legis, impeditur, quod etiam in casu permisso non potest fieri alienatio, per *tex. in c. nihil. §. si. vers. sic tamen. de elect. gl. in c. venerabili. de off. deleg. vbi Host. & Abb. Cuma. & Imo. in l. filiusfamilias. §. diui. de leg. j. vbi Alex.* quod vbi prohibitio testatoris est iuncta cú prohibitione legis, operatur quod impedit alienationem etiam aliàs permissam. Id quod non videtur procedere in casu magnæ necessitatis, & quando necessitas respicit Ecclesiam, & non subsit alia res, quæ possit alienari, ex quo possit illi necessitati subueniri: quia tunc non intelligitur prohibitum alienari; videntur concludere Abb. Card. But. & Io. And. *in c. verum. de cõd. appos. Arch. in c. Apostolicos. 12. q. 2. Are. cons. 22.* Itẽ etiam quando necessitas respiceret rem ipsam alienandam, vt in illis, quæ seruando non possunt seruari *gl. & Do in c si de accus.* & exemplum esse etiã potest in re immobili, quæ perueniat ad manus tyranni, vel potẽtis, quę esset difficilis, immò sine spe recuperationis. 2
§ † Itẽ nó pcedit, quod res reuersa reinfeudet', qñ ecclesia, ad q̃ reuertitur, post primã infeudationẽ est depauperata, & ad inopiã redacta: qa tũc Prælat' nó pót reinuestire, sed debet p ecclesiã retinere, Iac. de Belu. Car. & Alua. *in d. c. j. 8. col. qui feu. da.* qa tuis agris sitiẽtib' alij non sũt rigandi, & prima charitas, & ordinata incipit à seipso. Nó infeudat† ẽt rẽ reuersã, si cessat causæ primæ factæ infeudationis, putà, si fuit infeudatũ prædiũ, qa infertile, inutile, incultũ, &c. quod mó reuertitur fertile, vtile, & benè cultũ, quia certè nó poterit Prælatus infeudare de nouo, sed debet retinere pro se, & ecclesia, decidit Abb. *in c. vt super sub n. 11. vers. & est ratio. de reb. eccl. alie. vel nõ.* & hãc limitationem dicit ibi esse verissimam, & rationabilẽ. Sequitur Car. *in d. c. j. qui feu. da.* vbi dicit, quod hoc est æquissimũ; sed in fine dicit, in practica hoc nó acceptatur, qa 3 4

videtur nimis rigorosum contra contrahentes cũ Ecclesia. Sed ego, prout aliqui, etiam putarẽ, quod eueniente noua causa, & cessante veteri causa, posset Prælatus feudum reuersum retinere, nec vllam facere iniuriam descendentibus primi feudatarij, si non velit eos de feudo de nouo reinuestire propter verbum. Si videris, *in c. 2. de feud.* sed si velit, puto, quod possit infeudare, quia per illud verbũ videtur sibi in suo arbitrio remissum, per illũ tex. iuxta dicta Doct. *in l. si sic. in prin. de leg. j. Moder. in c. j. de const.* Restringitur pariter † regula de infeudãdo reuersa: quia Prælatus non potest infeudare alterando in præiudicium Ecclesiæ solitam inuestituram, & infeudationem, pone in duriorẽ casum; putà, si erat concessum pro masculis tantum, non potest infeudare pro masculis, & fœminis: ità intelligunt Martin. Laud. Iac. de Belui. Alua Bertran. Capri. *in d. c. j. qui feu. da. Cald. de feud. cons. 11. Cuma. cons. 99. incip. quadam possessio. in j. dub.* vbi etiã quæris Card. an possit Prælatus diminuere cẽsum Ecclesiæ: quod non potest, nisi cum solemnitatib⁹, & alijs requisitis in alienationib⁹ rerum Ecclesiæ, & nec potest facere duriorem Ecclesiæ cõditionem, vel causam: quia si sit solitum infeudari laico, non potest infeudare alteri Ecclesię, quę nõ potest pręstare ea seruitia, quæ præstat laicus, vel quæ nõ ità de facili potest amittere feudum, Zabar. *cons. 34. j. dubio. Alex. cons. 9. 3. vol.* vbi idem dicit, quando cõcederetur alicui communitati, vel personæ magis potenti, per Bald. *in Auth. si quas ruinas. C. de sacros. eccl.*

6 § Et † hoc quidam restringunt, nisi ex causa legitima, putà, si sit concessum feudum pro masculis tantùm; Prælatus propter aliquod notabile seruitium concedit etiam pro fœminis, per tex. *in c. 2. §. profectò. de leg. Corradi.* per quem sic intelligunt Aluar Iac. Belui. & Card. *in c. j. qui feu. da.* Mart. tamen Laud. ibi tenet contrà, quòd etiam vbi subest causa alienationis, non potest de se Prælatus, nisi cum consensu superioris, quia consuetudo infeudandi non extenditur, *l. de quibus. ff. de leg. c. auditis. de præscrip.* Et ista opin. videtur vera de iure; quia etiam vbi subest causa legitima, putà remunerationis, tunc etiam requiritur consensus Papæ, & solemnitas requisita in alienationibus, per *text. in cap. per tuas. vbi Abb. & Imo. de don. Hostien. eod titu. §. quis possit.* Sed potest communis opinio saluari, quando diminutio est modica, & de causa apparet.

7 § † Hic autem non est omittendum pulchrũ dubium, de quo per Bal. *in d. c. j. qui feud. dar. poss. 4. col.* an si sit facta concessio in feudum vltra modum consuetum; putà, consuetudo est, quod infeudetur masculis tantùm, infeudatum est masculis, & fœminis, an val re debeat infeudatio, quò ad masculos saltem, si non quò ad fœminas? Bald. ibi tenet, quod sic. quia ex quo illud, quod fit intra licitum, potest diuidi, & separari ab illo, quod nõ est licitum, est separabile ab illicito, vtile non habet vitiari per inutile, *l. Clodius. ff. de acqui. her. sequitur eum Lauden. ibi Card. Alex. Ias. in Authen. qui rem. numer. 19. cum seq. C. de sacros. eccl. Alexand. in l. j. § pen. colum. pen numer. 5. & in l. quod dicitur. circa fi ff. de verb oblig. Bald. in Auth. si quas ruinas. C. de sacros. eccl.* vbi dicit esse casum ad litteram *in §. neque illud in Authen. de alien. & emphyt.* Hanc opinionem vt æquiorem, & veriorem sequitur Pau. Cast. *in d. Auth. qui rem. tenet Ro. in d. l. j. §. si stipulanti. de verb. oblig.* vbi dicit, quod mirum videtur sibi de Bartolo, qui *in d. Auth qui rem.* dixerit contra casum *§. neque illud. Bal. in l. si pupillorum. § fi. de reb. eo. Imo. in c. fi. de fer. & in c. 2. in fi de feu. Alex. cons. 38. consideratis nu. 5. vol. 2. Aret. in d. §. si stipulanti. & in l. quod dicitur. eo. tit. col. pen.*

§ In contrarium tenet Bar. *in d. Auth. qui rem.* qui tenet, quod tota concessio est vitiata, & in totum non valet, & quod vtile est vitiatum per inutile: mouetur per *tex. in c. j. §. fi. de l. Corradi.* vbi cum conceditur feudum vltra tempus, & modum licitum, & solitum, in totum feudum aufertur: mouetur etiam, quia feudum, & emphyteusis non conceditur in perpetuum, nisi adsit consuetudo, & cõsuetudo non porrigitur, vel extenditur à principio vltra id, quod agitur, *l. j. §. Iulianus. ff. de itin actuque.* tenet *Aug. per illum tex. in §. emphyteusim. in fi. de non alien. aut permutan. per verba tex.* Nec quod fit, habere aliquod robur penitus sinimus. per dictionem † Penitus, quę importat omninò, & in totum *l. ambiguitatem. C. de vsufr. & habit a. per Alex. in l. qui vsumfructum. col. 2. nu. 7 ff. de verbor. obligat.* Pro 8 concordatione Ioan. de Imola *in d. l. quod dicitur.* distinguit dicens, quod debet attendi forma in concessionibus, & verba sub quibus est concessa, vel prolata. quia si sit vniformiter, putà, Concedo vsque in quartam generationem, vbi non debebat concedi, nisi in tertiam: vel isto modo, Concedo pro omnibus descendentibus vtriusque sexus, vbi non solebat concedi, nisi pro masculis, & tunc infeudatio penitus est nulla. Aut loquitur distributiuè cum distributione casuum, putà isto modo dicens, videlicèt, Pro masculis, & etiam fœminis, & poterat tantùm concedi masculis, aut isto modo, videlicet, In quartam, & quintam generationem, & erat tantùm licitum in quartam, & tunc valet pro parte licita; pro parte verò non licita non, per opinionem Bal. & sequacium.

§ Sed isti distinctioni videtur contrariari * communis conclusio modernorum *in l. centurio. ff. de vulga & pupilli.* quia videlicet in dispositionibus vniformibus quæ vno contextu, & vnica oratione concluduntur, nec sunt reiterabiles, verbum distributiuum non facit censeri, quòd sint plures dispositiones, vt ibi per Doct. Alex. *in d. §. pen. l. j. sub numer. 5. versic. ego puto.* distinguit, quod vel illa extensio, & ampliatio concessionis vltra tempus debitum affert nocumentum feudatario, qui aliquid fortè pro ea obtinenda plus soluit, & non valet, & in totum infringitur; si verò nullum habet interesse feudatarius, tunc pro tempore, & pro parte valida tenet infeudatio, & facta distributione temporis, vel casuum valet, quatenus, & pro parte, qua est licita, secundum opi. alteram, quę opinio est * communis, vt per Ias. *d. Authen. qui rem. sub nu. 21. sequitur Are. in d. l. quod dicitur.* à * communi opi. non videtur recedendum. Et ad tex. *in d. Authen.* † *qui rem.* qui videtur inexpugnabilis, respõderi potest, vt per Aret. *in d. §. si stipulanti.* vt illa di- 9

ctio

ctio. Omninò improprietur, vt non in totum, vel ipso iure annullet actum, sed in ea parte tantum, quæ sit contra legem, putà, si de iure possit in masculis, & sit dictum in masculis, & fœminis, valeat in masculis, & sustineatur actus in parte valida, & inutile non trahat secum etiam vtile, prout secundum subiectam materiam fit, *in l. in causa. §. si. cum l. seq. ff. de mino. c. cum inhibitio. & c. 2. de cland. despon.* Vel secundum aliquos intellige illum text. vt sit sensus, quod illud, quod fiet aliter, quã supra fuit dictum, & vltra id, quod est permissum, illud tan. tum, non tota vtilis concessiò, nullum sit ipso iure, vt relatiuum referatur ad præcedentia cum sua qualitate, *l. lecta. si cer pet.* Vel posset intelligi, quãdo vtile esset taliter coniunctum cũ inutili, & permissum cum prohibito, vt disiungi, & separari nequiret, & esset non separabile. Et ad *tex. in § similiter. de l. Corradi.* potest responderi, quod propter contemptum, quem facit vasallus erga dominum in disponendo de feudo contra formam sibi concessam, ideo ei aufertur feudum.

10 § Et ex his potest inferri ad quęstionem, an videlicèt res solita dari in emphyteusim, reuersa ad Ecclesiam possit in feudum concedi, de qua per Alex. *cons. 9. vol. 2.* vbi concludit, quod non: vbi dicit etiam procedere, licèt aliquo respectu cõtractus, qui fit, sit Ecclesiæ vtilior illo, qui est solitus fieri. Quod videtur verum, quando id posset respectiuè esse vtile, & damnosum Ecclesiæ, ità quod magis accedit damno, vel sumus in dubio. Sed quando sumus in casu, quod euidenter appàret de vtilitate & commodo Ecclesiæ ex tali immutatione, tunc bene potest infeudari res, quę erat solita emphyteuticari: quia bene Prælatus potest in melius mutare statum rei Ecclesiasticæ, per Card. *in c. j. Episc. vel Abb.* ità tenet, & determinat Pau. de Cast. *in cons. 183.* dubiũ facit. ità intelligitur loqui Bal. *in c. cũ ordinem. 9. col. de rescri.* quod is, qui tenebat rẽ in emphyteusim, si obtinet posse habere in feudum, debet tantundem Ecclesiæ ex feudo, quantũ præ-

11 stabat ex emphyteusi. † Vltimò, quod Prælatus infeudet rem reuersam, restringitur, vt non procedat, si Prælatus plura feuda vnicæ personæ cõcedere vellet, quæ essent solita cõcędi diuersis, quia tali casu non potest: tunc enim præsumitur fraus, & dilapidatio, per Bal. *in rub. qui succes. ten. no. in l. 2. C. de reb. alie. non alie.* quia sicut in Prælato mẽsu-

12 ra toleratur, ità immensitas † non commendatur, *c. olim. de accus. & Bal. in c. j. ad fi. qui feu. da. poss.* Ad-

13 uerte † tamen, quod Prælatus, qui est accusatus de dilapidatione rerũ Ecclesiæ, non potest res reuersas infeudare, quia tunc intelligitur interdicta ei administratio, per Io. Blan. *in Sũma de feu. per Bal. in tit.* hic potest esse tit. qui success. tene. vbi dicit, quod Prælatus, qui est dignus depositione, non tamẽ est accusatus, aut inquisitus, potest infeudare, & tenet per eum facta infeudatio, per Ioan. Andr. *in c. quapropter. 7. col. de elect. in nouella. Laud Alua. & Card. in loco suprascripto, per Doct. in c. cum non liceat. de praescript.*

ADDITIO.

De re solita concedi, vide etiam suprà *q. 2. cã. 22. & q. 51. c. 6. & etiam q. 59. in fi.* Et quę requirantur, vt res dicatur solita concedi ibidem, & in-fra. *q. 65. in princ. & multa supra q. 2 c. 21.* & ibi quod debeat dari successoribus pro eadem pensione, vt supra. *q. praeced. nu. 12. & clarius Bero. in c. qua in Ecclesiarum. nu. 42. de consti* etiã si res sit concessa primo loco ad modicum tẽpus, sed meliorata per cõductorem, quia eis, & successoribus suis potius, quàm extraneis debet cõcedi pro eadem pensione, & inuehitur cõtra auaros Prælatos. Item de * communi, quod solus Prælatus possit concedere rem solitam concedi, Soc. *cons. 105. nu. 23. vol. 4. & Fel. in c. cũ causam. de re iud. Alex. cons. 72. nu. 10. vol. j. Grat. cons. 96. nu. 14. vol. j.*

Declaratur primò hæc conclusio, vt procedat, dummodò tamen sub eadem solemnitate, & forma concedatur, qua fuit solita concedi, Did. *varia. resolu. lib. 2. c. 17. nu. 4. & seq. & vide suprà q. 2. c. 22. nu. 28. & infrà. hac q.* & ideò res solita locari ad tempus, non potest in perpetuum dari, per Alex. *cons. 72. n. 10. vol. j.* Nec solita ad tempus locari potest dari in feudum, Ferret. *consil. 81. colum. 2.* Item quæ dicantur pacta insolita, Afflict. *decisio. 107. & de hac declaratione etiam Curt. iun. in tractat. feud. in 1. par. q. 3.*

Secundò declaratur, dummodò prima concessio fuerit valida, aliàs secus, vt per Alex. *cons. 9. nu. 5. in fi. vol. 5. Bero. in c. qua in Ecclesiarum. nu. 40. in 2. limita. de consti.*

Si autem quæratur, an finita emphyteusi per finitam generationem Ecclesia teneatur renouationem facere, an verò possit pro se retinere, videndus est Bire. *cons. 110.* Sed est magistralis doct. Bart. *in l. j. §. permittitur ff. de aq. quo & aesti.* qui videtur stare pro affirmatiua. Cuius tamen decis. diuersimodè declaratur. Et in primis, vt non procedat, quod dicit de iniuria, & de appel. vbi Ecclesia, vel dominus vult pro se retinere, Ias. *cons. 24. col pen. vol. 3.* Item qui debet consentire, & sine ratione nõ vult, potest cogi, &c. Item non procedit finita agnatione, quando dominus pro se retinere velit. Item quando est finita per non solutionem, Socin. *cons. 9. vol. 3.* Item Bar. vbi supra. à multis reprobatur Item limitatur, vbi res non est integra. Item in emphyteusi Ecclesiæ, Alex. *cons. 83. nu. 4. & 5. vol. 7.* De hoc vide plenè Dec. *cons. 131. per tot. latè Ripa in l. qui bona ff. qua in frau. cred.* & quod Bar. dicit supra appellari posse, * communiter tenetur, vt per Boer. *decis. 107. in fi.* Declaratur etiam, vt non procedat re integra non existente, vt per Alex. *cons. 83. n. 3. vol 7* Procędit etiam in feudis, vt per Gozad. *cõs. 8. nu. 31.* Itẽ in conductore antiquo, vt nouiter cõducere volenti sit præferendus, Imo. *cons. 38 & per eundem cons. 68. col 2.* Ampliatur, vt procedat, etiã in emphyteusi Ecclesiastica, modo Ecclesia pro se rem ipsam nolit, vt per Gozad. *cons 86. nu. 24.* vbi etiam declarat quod dixi dę re non integra, vt procedat, quando aliqua negligentia potest imputari. quot autem gradus comprehendat tertia generatio, vide latè Bal. *in Auth. si quas. n. 3. C. de sacros. eccl.* Quid ergo erit de melioramentis in isto casu Bar. finita generatione? Et Rui. *cons. 132. nu. 4. vol. j.* concludit ad dominum non pertinere, nec cum fructibus compensanda. Et secundum eundem *cons. 164. nu. 3. eo. vol. doctrina Bart. vbi supra.* nõ procedit in emphyteusi Ecclesię, quę hoc casu põt dispon̄ere, put libet, & qualiter fiat melioramẽtorum re-

stitutio hoc casu, ponit ipsemet *consil. 24. in fi. eo. volum.* Et agnatus proximior etiam non hæres existens prædefuncti est instituendus, per eundem *consil. 151. nu 16. vol. eo.* Et doctrina Bar. procedit, etiam si res non sit integra, vt per Pari *consil. 28. num. 4. vol. j.* Declaratur, vt procedat, quando priuilegium esset concessum personæ propter rem, quæ ad successorem transit: tunc enim æquum est, vt ei renouatio fiat, aliàs dominus potest pro se retinere, vt per Rui. *consil. 152. in fi. vol. j.* quia ista æquitas nõ habet locum contra dominum, immò est pro ipso, *l. præses. C. de serui.* Et secundum ipsum *in consil. 161. nu. 36. eo. vol. Bar.* debet intelligi in quacunque emphyteusi, & Ecclesia, & patronatu, contra Alex. quem ipse allegat, *in l. si mihi, & Titio. ff. de verb. oblig. quem ipse sequitur consil. 164. nu. 3. eo. vol.* Nunquid autem possit dominus iste rem, quæ ad eum reuersa est, pro se retinere. Responde, non, secundum Ias. *in l. 2. nu. 218. C. de iure emphy.* Quando autem res dicatur esse integra, ponit Bald. *in l. j. nu. 5. C. quando lice. ab emp. disce.* Et quòd etiam re non integra procedat doctrina Bart. *latè defendit Cardi. Pari consil. 28. vol. j.* Quid autem dicatur, vt res dicatur solita infeudari, ponit Alex. *consil. 5. nu. 11. vol. j.* Quod res sit solita infeudari poterit id fieri absque consensu, & licentia superioris, Alex. *cons. 72. n. 10. vol. 2.* Ista lex est aurea, & ampliatur procedere ẽt in priuilegijs, quod Princeps teneatur ea renouare filijs, & aliàs facit iniuriam eis, Bal. *consil. 305.* præmittendum est ad euidentiam, quod priuilegium aliud est personale. *in 3. part. col. 2.* & res integra quando dicatur, per Bal. *in ca. gratum. in fi. de offi. deleg.* Res integra non dicitur in hac materia, quando res iam fuit in alium distracta, Alex. *cons. 83. nu. 4. vol. 7.* Vbi autem confirmatio, de qua hic agitur, fieret ex gratia, vel ex officio iudicis, tunc si non fieret, non posset appellari, Fel. *in c. at si clerici. § de adulterijs. nu. 15. de iud.* Ampliatur etiam in * emphyteusi Ecclesiastica, secundum * communem opi. de qua Dec. *cons. 328. nu 3. & in fi.* Vbi addit, idem esse, etiam si dominus vellet pro se retinere. Item infra annum debet peti renouatio, vbi facta sit alienatio in consanguineos, aliàs intra 30. annos, vt ibi per eum. Limitatur in emphyteusi, à qua quis cecidit culpa sua, Dec. *cons. 329. in fi. cum Bar.* hic transit tota ferè iurisperitia, Rip. *in l. cum bona nu. 6 ff. de priui. cred. & ibi limitat 5.* modis, & præsertim, quando res est reuersa ad dominũ propter canonem non solutum, vel culpa emphyteutæ, vel quando dominus velit eam pro se retinere, obligatio de renouando potest in contractum deduci, & stante obligatione omnium bonorum de hoc faciendo, poterunt hæc bona retineri, Socin. *cons. 99. nu. 4. vol. j.* vbi tangit, an talis promissio sit obligatio personalis, an verò afficiat rem. Ampliatur ista doctrina in emphyteusi finita per tẽpus Dec. *d. cons. 328. nu. 3. vers. quib. tamen non obstãtibus. & cons. 329. nu. 6.* Et in feudo decimarum idem cõcludit Dec. *cons. 131. nu. 2.* Et quod decis. Bar. procedit in Ecclesia, est * communis *ibi col. 3. in prin.* Et * quod dominus non possit pro se retinere, est * cõmunis *ibidem nu. 3. & ibi col fi.* ampliat Bar. vt procedat etiam si transuersales hoc petãt, dummodo sint proximiores lineæ finitæ. Sed Bar. nõ videtur hoc probare; quia eius dictum habet rationem specialem, quæ fundata est super consanguinitate, propter quàm multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, prout sic eam inducit Affli. *in c. j. §. & si clientulus. nu. 15. de alie. feu.* An autem possit dominus pro se retinere finita generatione spretis consanguineis petentibus quod sic, secundum vnam opi. contra Dec. de quo supra ponit Ripa latè *in d. l. cum bona. nu. 9. ff. de priuil. cre.* vbi latè examinat, quando sequẽtes sint audiendi, vel nõ, vbi addit secus esse in colonis, & alijs, qui ius non habent in re. *& ibi nu. 11.* ait; infra annum petendam renouationem à die, qua alteri facta sit concessio eiusdem rei. Item *nu. 13.* ait; renouationẽ faciendam propinquis pro pretio, & pactis, quæ reperiuntur ab extraneis. Addo etiam, quod in locatione ad nouennium debet primus conductor præferri pro eodẽ pretio, quod reperitur, vt per Cast. *cons. 4. circa primum dub. nu. 6. in j. par.* & de locatione, & emphyteusi finita siue per tempus, siue per culpam, quod solùm de æquitate possit dominus illos de genere præferre, non autem cogi, tenet expressè Cast. *cõs. 32. proprietarius. per tot. in j. par.* vbi reprobat Bar. *vbi supra.* Item emphyteuta, qui non meliorauit rem, vel cui res non consueuit concedi de tempore in tempus, si conduxit ad tempus, eo elapso non fit ei iniuria, si aufertur, & alteri cõceditur. Itẽ si meliorauit, & tamen alius reperiebatur, qui tẽpore conductionis plus offerebat, tunc finito illo tempore, si alius plus offerat, auferetur res ab eo, nisi adhuc ille tãtũ offerat: quia Ecclesia diceretur læsa, Cast. *cons. 142. videtur dicẽdum. col. 2. in 2. par.* & quod tũc pro eadem antiqua pensione debeat cõcedi, Cast. *cons. 260. notandum. in fi. in 2. par.* Limitatur pluribus modis doctrina Bar. *vbi supra vt per Grat. cons. 96. n. 21. & seq. vol j.* & quamplura de hac materia, & intelligentia huius tex. Grat. *cons. 110. nu. 28. cum plurib. seq. vol. j.* Et quod dixi, quando res desijt esse integra, quod agnati nõ possint petere inuestiturã, firmat Alex. *cons. 10. in fi. vol. 3.* Sed reprobatur in ad di. ad eum. Et decisio Bar. vbi supra est * cõmunis * tam in emphyteusi, quàm in feudo, adeò vt proximiores admittãtur ad reuocationem, in extraneũ si sit facta alienatio. Rõ. *cons. 22. n. 5. vsq; ad fi.* & plura excẽpla ponit, in quib9 vn9 magis præfertur, quàm alius in alienatione rei, vel fructuũ, propterea eũ omninò vide, quia ponit ẽt rationes fundamentales. Hinc igitur cõsequẽs est, quod nõ cõcedẽdo quis gratia sine causa dicitur iniustitiam facere, Affl. *in consl. si quis post litẽ. n. 11. & seq. li. j.* Quod aũt decis. Bar. vbi supra habeat locũ ẽt in feudo, Rui. *cons. 5. vol j.* dũmodò tñ petat agnat9 se admitti in tẽpore re integra, & nõdũ alienatione in eũ facta, vt ibi per eũ *n 6.* Et qñ res dicatur integra, latè per Alb. de Rosa, *in l. mãdatũ. n. 13. C. mãd.* & pro hac doctrina Bar. sufficit videre Tira. *in trac. de vtroq; retrac. in præfa. nu. 41.* vbi vsq; ad nauseã infinitos adducit. Ampliatur ẽt in re Ecclesiastica. Ampliatur ẽt in feudo. Limitatur, vbi dominus vult pro se. Limitatur, vbi petẽs nõ est de descẽdẽtib9, vide Cur. *feu. cõs. 47.* & ibi ẽt, quid si res nõ est integra. Et dominus denegãs inuestiturã, priuatur dominio. Ceph. *cõs. 241. n. 28.* Itẽ ampliatur secũdũ magis ** cõem ** in emphyteusi ecclesiastica, Dec. *cõs. 328.* Itẽ quod

supra

supra dixi de re integra, adde, quod res aliquã dicitur integra, si lis nõ sit cõtestata, Ias. *in l. ità demum. col. pen. in prin. C. de proc.* Itẽ renouatio peti debet infra annũ, vide Ripã, put cõtrà in *d. l. cũ bona. n. 11. ff. de priui. cred.* Itẽ renouatio peti non potest, quando ob culpã res reuertitur ad dominũ. Itẽ an debeat pro eadẽ pensione cõcedi, ibidẽ. Itẽ latissimè quãdo res dicatur esse, vel nõ esse integra, Rom. *in l. 2. §. sed si quis. ff. de don.* Item res quando dicatur facta de mensa, Alex. *cons. 130. num. 7. vol. 4.* Item intelligitur Bart. si infra annum petitur renouatio, Goza. *cons. 86. num. 24.* Item inuestitura facta in alium durante prima non valet, & secunda debet reuocari, & quomodo, vide omninò Cast. *cons. 72. in 2. part.* Item si res locatur vni finito tempore, nõ tenetur Dominus illi relocare magis, quam alteri, Affl. *in c. 1. num. 103. de fratrib. de no. benef. inuest.* Item contra Bar. vbi supra circa appella. tenet expresse Bal. *in rub. num. 6. de appe.* Sed pro Bar. vbi supra. vide quæst. de eo, qui promisit mihi vendere, & iurauit, deinde alteri vẽdere intendit, quod antequam vendat, possum appellare, & appellationem prosequi, & si ea pendente venderetur, alienatio tanquam attentatum, est reuocanda, vide omninò Petra sanct. *sing. 98. num. 6. Item conclus. Bar. vbi suprà est* * *communis*; & tenetur ecclesia reinuestire hęredes Domini directi, secundum formam antiquæ inuestituræ, Alci. *cons. 29. num. 4.* latè de declaratione istius doctrinæ Bar. Pari. *cons. 28. vol. j.* sed latissimè per Ripam *in trac. de Peste. tit. de reme. præserua. col. pen. & fi. vbi omninò vide.* Limitatur, vbi res non est integra, quia scilicet alius fuit inuestitus, secundum Alex. *cons. 10. in fi. vol. 3.* sed cum damnat addi. *ibi.* Item res integra, vel non quando dicatur, pulchrè distinguit Bal. *in l. more maiorum. in j. lec. in fi. ff. de iur. om. iu.* & latissimè in addi. ad pragm. Fran. *car. 270. col. 2. & seq* Itẽ ecclesia tenetur rursus inuestire hæredes decedẽtis sine filijs. Item est * communis opinio, Alcia. *cons. 29. num. 4.* secundum tenorem præcedentis, vt ibi. Limitatur hæc doct. Bar. in emphyteusi reuersa ad Dominum ob non solutionem, Rom. *cons. 212. in prin.* Doctrina præce. Bar. qualiter in practica sit deducenda, Cur. Sen. *cons. 47. num. 11. in fi.* & loquitur in emphyteusi finita ad 30. an. *& ibi num. 7.* quid si res non sit integra.

SVMMARIVM.

1 *Bona mensæ alienari, aut infeudari à Prælato non possunt.*

2 *Prælatus an bona reuersa, & reperta penes ecclesiam reinfeudare possit.*

3 *Status ecclesiæ immutatur spatio 30. annorum de iure ciuili, & de iure canonico.*

4 *Prælatus reuersa incorporare potest, sed incorporata non potest alienare.*

5 *Res non dicitur incorporata, quando possessio ab alio, quàm ecclesia fuit occupata.*

6 *Bona mensæ infeudari possunt de licentia superioris.*

7 *Licentia data vni Prælato de alienando, quando transeat in successorem.*

8 *Necessitate vrgente potest Prælatus infeudare cum consensu capituli etiam non solita infeudari.*

9 *Alienatione concessa, multò magis infeudatio concessa intelligitur.*

QVAE, ET QVOMODO RES dicatur de mensa.

QVAESTIO LXII.

HIs paucis dictis, quod Prælatus rem reuersam, & solitam infeudari potest infeudare; est etiam dicendum, quod res non solitas infeudari, & res, † quæ sunt de mensa id est res, 1 quarum Dominium directum, & vtile est penes ecclesiam, & quæ non sunt emphyt. neque feudataria prout bona mensæ, vt declarat Abb. *in c. 2. 2. no. de feud. & per Alex. in cons. 79. num. 2. & seq. vol. 1.* Prælatus non potest, nec infeudare, aut alienare, nisi cum consensu capituli, & cum alijs solemnitatibus, vt per eum *colum. 2. ibi.* Quod tamen intellige, quod non potest, scilicet sine solemnitate requisita in alienationibus rerum ecclesiæ, Abb. & * omnes in *c. ad nostram de rebus eccle. alien. vel non. Laud. in c. j. qui feud. dare possunt.* *

§ Et pro maiori intelligentia, quæ sint res mensæ, vltra illud, quod dicit Abb. *in d. c. 2.* qui dicit, bona mensæ esse bona, cuius Dominium directũ, & vtile est penes ecclesiam, & per eundem melius post Inno. *in c. vt super. colum. 2. num. 12. & 13. de reb. eccl.* quod bona, quorum proprietas, & vtilitas ad ecclesiam pertinet & quæ fuerunt longo tempore in bonis ecclesiæ, dicuntur de mensa: quia necessitatis mensæ, & vtilitatibus ecclesiæ, & aliorum indigentium deseruiunt; bona autem, quorum proprietas est ecclesiæ, & alius habet vtile Dominiũ, vt sunt feuda, & emphyteutica non sunt de mensa, vt per Doct. *ibi, quos sequitur Gig. in tract. de pensio. q. j. num. 6. cum seq.* Sunt etiam aliqua bona, quæ semper fuerunt de mensa ecclesiæ, nec vnquam fuerunt in feudum concessa, & de istis non est dubitandum, vt per Abb. *in d. loco.* Item bona nouiter pleno iure acquisita quæ pari modo sunt de mensa, ita Abba. *ex mente Innoc. vbi supra num. 12.* † alia bona sunt, quæ per ecclesiam sunt concessa 2 in feudum, aut alius alienata, quæ modo sunt reuersa, & non amplius reinfeudata, reemphyteuticata, & reconcessa: & de istis secundũ diuersas circunstantias dubitatur, an sint incorporata necne mensæ, quia aliqui dicunt, quod eo ipso, quod ecclesia reperitur in possessione feudi, vel rei reuersæ, præsumitur facta de eo mensæ incorporatio, Bal. *in c. j. versi. vlt. not. de cler. qui inuestit* *sec. tamen quia in tex. l. 3. C. de bon. vacan. lib. 10.* requiritur ad hoc, vt intelligatur facta incorporatio, quod inscribatur in libro, vel tabula rerum mẽsæ, opinio Bal. reprehenditur, per Martin. Laud. *c. j. Episc. vel Abb. per Alua. in d. c. j. qui feud. da poss.* Aliqui dicunt, quod si feudum reuersum stetit penes ecclesiam, absque eo, quod reinfeudet per annum non, est nouum feudum; vnde Prælatus, qui iurauit non infeudare, nisi noua feuda, non poterit infeudare illud; vnde videtur, quod si stetit per annum penes ecclesiam, videtur effectum de mensa, Arch. *c. 1. 35 q. 8. & in c. j. de reb. eccl. lib. 6.* quem sequitur Abb. *d. c. vt super. num. 10. Zabar. in consi. 34 incip. circa primum dubium.* si tamen Prælatus fructus illius

percepit, vt fecit de alijs bonis mensæ, à qua opinione dissentit Ang. *in l. si vacantia de bon. vac. lib. 10. & Aluaro. in d. c. 1 qui feud. dare poss. Laud. in d. c. j. Episcop. vel Abbat.* Alia fuit opinio Andr. de Iser. *in*
3 *d. c. j. qui feud. dare possunt.* quod ex quo status † ecclesiæ non immutatur de iure ciuili, nisi spatio xxx. anno. de iu. Can. 40. res ista intelligatur ecclesiæ incorporata, si fuit per ecclesiam per tantum tempus possessa: sequuntur Lauden. *in d. c. j. Epis. vel Abba. Imo. in d. cap. vt super.* Ista opinio non placet Card. *in d. c. j. Episco. vel Abba* vbi respondet ad illud, de mutando statu ecclesiæ, quod illud intelligitur de immutatione, quæ fit in deterius, non in melius; quia tunc secus. Bar. verò *in d. l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10.* ait, quod tūc ista bona reuersa, vel vacantia dicuntur de mensa, & mensæ incorporata, quando per officiales, computistas, vel deputatos sunt descripta in libris cum alijs rebus de mensa, vel quando Prælatus hoc declarauit, quod vult, quod sit istud feudū reuersum de mēsa: sequitur Abb. *d. c. vt super. & Anch. cons. 155.* quæ sententia non videtur arridere Imolæ *in d. ca. 2. de feud.* dicenti, quod non est in facultate Prælati, & cum toto capitulo immutare statum ecclesiæ. Sed potest responderi, vt per Cardinalem supra scilicèt, de bono in malum, vel in deterius; sed in bonum, & in melius secus.

Sed in istis controuersijs dico esse tenendum, quod vel est facta incorporatio expresè, putà, quia Prælatus declarauit velle rem esse de mensa, vel quia per officiales est in libris rerū mensæ descripta aut annotata: & tunc nemini dubium est,
4 quia benè potest † Prælatus, si vult, bona reuersa incorporare, licèt non possit bona incorporata alienare, *capitu. vt super. allegato, & dict. capitu. 2. de feud.* Vel non apparet de aliqua incorporatione: & tūc dic, quod aut constat, quod Prælatus retinuit penes se non animo incorporandi mensę, sed quousque inueniret bonum vasallum, cui infeudaret, aut propter aliam iustam causam temporalem: & tunc non est incorporata, etiam si longo tempore tenuisset Prælatus, quia cessat animus: ità procedit dictum Imolæ, & Cardin. *in d. c. vt super. facit Innoc. in ca. bona lib. 2. de postulat. Prælato.* Aut verò est dubium, quia Pręlatus tenuit aliquo tempore, nec tamen expresè incorporauit, nec apparet, quod non habuit animum incorporandi: & tunc dic, quod si tenuit per tempus longissimum, putà triginta annorum, videtur esse clarum, quod præsumitur incorporata, & noluisse Prælatus amplius in feudum concedere, *arg. c. si quis per triginta si de feud. defunc. cōten. sit. c. ibi nota. & per nota. in d. ca. vt super.* Sed si res reuersa non fuit per tantū tempus, sed per minus, & tunc dic, quod si Prælatus de ea disposuit, & illam tenuit, prout alias res mensæ, putà vltra perceptionem fructuum, si locauit cū alijs rebus, vel posuit rationem cum suis factoribus, vel illam pertractauit in omnibus, & per omnia, vt alias res de mensa, & ità quod non apparet, quod inter illam, & aliàs fuit differentia aliqua; & tunc videtur, quod cursu 10. annorū intelligatur incorporata, *l. Procula ff. de probat. Bar. Bal. & alij in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. Alex. in consi. 92. 2. vol. Roma. cons. 205. & cons. 418.*

§ Istis autem coniecturis cessantibus, erit in arbitrio iudicis præsumere incorporationem ex qualitate personæ, rei, & quantitate temporis, *l. j. §. si ff de iur delib. & d. c. vt super.* Et prædicta sunt † intelligenda, quando rei deuolutæ possessio peruenit in ecclesiam: quia si alius occupauerit illius possessionem, & possideret, est secus: ità limitat Ancharan. *allega. cons. 155.* 5

§ † Item res de mensa infeudare potest Prælatus de licentiâ superioris cum causa, & solemnitate; & licentiam impertiri potest ei legatus de latere, si sit de illius prouincia, per Imo. *in d. ca. 2. de feud.* Nisi Prælatus præstitisset iuramentum de nō infeudando Rom. Pontifice inconsulto: quia tunc legatus non potest, Aluarot. *in d. c. j. qui feud. dar. poss. per Spec. in tit. de lega. §. nunc ostendendum.* Et licentia † data vni Prælato de infeudando, aut alienando transit in successorem, si quidem sit per modum præcepti, *l. & quia ff. de iuris. omn. iud.* secus, si per modum licentiæ, nisi tamen sit sub nomine dignitatis, *c. quoniam. de off. delega.* 6 7

§ Adeò quod Prælatus non potest etiam infeudare sine requisitis solemnitatibus rem, quam in feudum tenet ecclesia ab alio, concludit Lauden. *in d. cap. j. 5. fallen. qui feud. dar. poss. vbi Ias 7. colum. secunda fallen.* Si verò magna † est necessitas ecclesiæ, benè potest Prælatus cum consensu capituli quascunque res infeudare, etiam non solitas infeudari, *cap. ad nostram. extrà eod. Iac. de Belui. in d. cap. j. qui feud. da.* Et vt perstringatur materia, potes facere regulam generalem, quod vbi reperitur † permissa alienatio totalis rei ecclesiæ, fortius debes dicere, quod est permissa infeudatio: quia infeudatio est alienatio partis scilicet vtilis Dominij, *argu. l. videamus. §. iurare. ff. de in lit. iuran.* quia illa, quæ sunt prohibita alienari, non possunt infeudari, *c. j. §. fi. vers. & res. per quos fi inuest.* quia infeudare est alienare, *ca. j. & 2. de feud.* 8 9

SVMMARIVM.

1. *Decimæ, cum sint inter spirituales res annumeratæ, per laicum possideri non possunt.*
2. *Decimæ alicui in successionem non conceduntur.*
3. *Fructus decimarum, & ecclesiastici reditus ad septennium vendi possunt.*
4. *Decimæ non possunt dari pro seruitio temporali.*
5. *Concessio percipiendi fructus decimarum ad modicum tempus fieri potest, non tamen infeudari, vel earundem ius locari potest.*
6. *Infeudo transfertur vtile dominium.*
7. *Papa potest laico per suum priuilegium spiritualia iura conferre.*
8. *Decimæ laico ad vitam concedi possunt.*
9. *Ius decimandi, & eius infeudatio concedi non potest.*
10. *Locatâ decima intelliguntur locati fructus decimarum.*
11. *Venditio iuris, quod vendi non potest, intelligitur respectu commoditatis.*
12. *Ratio, quare ius decimandi infeudari non possit.*
13. *Infeudatio decimarum, quæ nunquam fuerunt infeudata, fieri non potest.*
Quid in solitis infeudari, num. 14.

15 Alie-

15 *Alienare non dicitur, qui rem concedi solitam concedit.*

16 *Decima ad ecclesiam reuersa de nouo infeudari, & concedi possunt.*

17 *Decima ante Concilium Lateranense infeudata, & reuersa alteri laico infeudari non possunt.*

18 *Decimas laici cum animæ periculo tenent ex concessione ante Concilium.*

19 *Prohibitio respiciens rem, & personam est fortior prohibitio.*

20 *Infeudatio facta laico post Lateranense Concilium non valet.*

21 *Capacitas vnius non est transmissibilis in alium.*

22 *Papa etiam laico decimas infeudare potest.*

DE DECIMARVM INFEVDATIONE.

QVAESTIO LXIII.

SEd quoniam aliquando suboriuntur dubia, oriuntur lites, & controuersiæ in decimarum concessionibus, putaui esse ad propositum hic describere, quæ circa decimarum infeudationem annotaui ex dictis Doctorum, & illorum disceptationibus, qui valdè contendunt, an, & quomodo laicis decimæ infeudari, & in feudum concedi
1 possint. Nam decimæ † cum sint spirituales res, & inter res spirituales annumeratæ, non videtur esse permissum à iure, quod laicis infeudari, aut in emphyteusim concedi possint, quia attenta spiritualitate non possunt per laicum possideri, *c. j. 16. q. 7. & c. causam, quæ. de præscrip.* & laici decimas nō possunt, nisi cum peccato retinere, *j. q. 3. peruenit.* nec videntur posse aliquo modo dari laicis in feudum: quia decimæ sunt cibus in domo Domini, *c. reuertimini. 16. q. j. & c. decimas. q. 7.* & debent illis persolui, impendi, & dari, à quibus spiritualia recipiuntur. Item etiam alia ratione non possunt infeudari laicis: quia feudum transit ad hæredes,
2 & successores, decimæ verò non † conceduntur alicui in successionē, *c. ad hæc. extrà de deci.* Sed immò videtur in contrarium, per tex. *in c. 2. de locat.* vbi deciditur, quod possint prouentus decimarū locari personis, cum quibus conditio ecclesiæ fiat melior, diœcesani Episcopi statuto contrario non
3 obstante: quia tales fructus, & † ecclesiastici reditus possunt etiam vendi ad septennium, *c. fi. ne Præla. vic. suas.* vbi Abbas intelligit etiam ad nouem annos. est tex. *in terminis in c. 2 de feu.* vbi habetur, quod non obstante iuramento de non alienando per Prælatum præstito, feudum alienatur, & alienari permittitur, & tenet Abb. *in c. prohibemus. de decimis.* quod decimæ possunt locari, & vendi laico in tempus vitæ suæ cum authoritate tamen superioris, *Clem. j. de rebus ecclesiæ non alien.* & dicit
4 Cardinalis *in d. Clem. j. ver. 16. quærō.* quod licèt † decimæ, cum sint spirituales, non possint dari pro seruitio temporali, tamen benemeritis, pauperi, & indigenti fructus decimarum assignari possunt, & debent in sustentationem, & eleemosynam, siue clerici sint, siue laici.

5 § † Verū in hac materiā Doctores distinguūt, videlicet, quod aut loquimur de concessione percipiendi fructus decimarum, & de concessione ipsorum fructuum decimæ, aut loquimur de infeudatione iuris decimandi, & iuris decimalis: primo casu potest fieri concessio de fructibus, etiam laico, dummodò tamen concedantur ad modicum tempus, vt est *tex. & ibi Abb. gl. & alij in c. vestra. de loca. & in c. quamuis. de decim. ponit Alzarot. in d. c. j. in prin. qui feud. da poss. vbi Card. colum. 10. Cuman. consi. 82. quia causa decimalis. Ias. in l. fi. nu. 78. C. de iure emphyt.* Sed aduerte, quod licèt possit fieri locatio de fructibus decimæ, & licèt fructus decimarum locari, & in simplicem locationem cōcedi possint, non tamen possunt infeudari, & in feudum dari. Nam feudum nullo modo concedi potest etiam in fructibus, nec etiam ad modicum tempus, quia in feudo transfertur vtile Dominiū, *c. j. § fi. quib. caus. feud. amit.* quia infeudatio est alienatio, *c. j. & 2. de feud.* est de mente Host. *in Summa. § quis possit versi. sed nunquid decimas. de feud. per Abb. in c. ad hæc. num. 4. de decim.* vbi quærit, nunquid indistinctè possit concedi decima laico. Et dicit, quod in feudum, & emphyteusim concedi non potest subdēs ibidem Abb. Nec etiam potest laico locari, vel aliquis contractus super ea iniri, per quem videatur facta alienatio, *c. nulli. de reb. eccle. alien.* sed benè ad tempus modicum potest concedi, etiam pro certa pensione, *d. c. vestra.* inquiens, In effectu volunt dicere Doct. quod non potest iniri contractus, per quem transferatur directum, vel vtile dominium. & hoc intelligit idē Abb. quando conceduntur fructus decimarum: nam ius decimādi, cum sit ius spirituale, etiam ad modicum tempus laico concedi non potest, *gl. in c. quamuis. de decim. c. 2. de iud.* Et Abb. *in d. c. ad hæc. num. 3. vers. sed primò.* dicit; quod nec Episcopus, aut alius citra Papam potest fructus, & ius decimarum, & decimandi ad magnum tempus laico concedere. Et est ratio, quia nullus citra Papam potest laicum capacem reddere iuris spiritualis, *c. 2. de iud. & ibi not. & glo. 33. dist. § verum.* quia Papa, † si vult potest per suum priuilegium concede- 7
re laico iura spiritualia, scilicet vt possit excommunicare, beneficia conferre, decimas possidere, per glo. *not. in c. Hadrianus. 63. dist. glo. in c. imperium. 10. distin. & 25 dist. in summa. Abb. in c. causam. de rescr. glo. in c. lector. 34. dist. latè Apostil. ad Abb. in c. ecclesia Sancta Maria. de constit. in verb. potestatem excommunicandi. littera E.*

§ Vnde non possunt fructus decimarum concedi, aut dari in feudum, quandoquidem per infeudationem vtile transfertur dominium, & alienatur, *c. j § fi. quib. caus. feu. amittat.* vbi feudi traditur definitio: quia vsusfructus rei in feudum datæ transfertur in accipientem proprietate rei penes dantem remanente.

Benè † tamen decimæ possunt concedi laico ad 8
vitam, dicit gloss. *in capitul. quamuis. in gloss. 2. in fin. de decim.* quam sequitur Abb. *ibi num. 4.* dicens, quòd non videtur d. gloss. ab aliquo morderi. eādem approbat Abb. *in d. c. ad hæc eo. tit. in fi.* vbi dicit; quod ex causa possunt fructus decimarum cōcedi laico in tempus vitæ suæ, per gl. *inquit, multū singularem d. c. quamuis. pro qua facit. dicit. iste tex.* dū ponderat, quod iure hæreditario, &c. *tamen Abb. in d. c. quamuis. sub eod. num. 4. subdit*; quod id non potest

test sine consensu superioris, *Clem. j. de reb. eccl. non alien.* & ibi est reuera tex. *& gl. in verb. eius.* quod locatio, quæ fit ad vitam censetur perpetua, *l. j. ff. pro soc. nor. in c. perpetua. 10 q. 2 & eam glo. sequuntur ibi Doctores* * *communiter, & sequitur Alex. in cons. pen. incip visis, & narratis in themate. vol. 3.* Sed, inquit Abb. cum locatio ad vitam sit locatio perpetua, *d. c. perpetua.* cum ibi gl. & concessio tanti temporis non sit de decimis, quia transfertur vtile Dominium, quod non potest, posset saluari dictũ glo. propter dubium temporis: quia cum possit laicus decedere intra modicum tempus, non videtur cõcessio perpetua, sed temporalis: facit Hostl. *in Summa, §. quis possit constituere. vers. sed nunquid de feud.* vbi quærendo, an clerici possint dare decimas in feudum, tenet, quod non, secundum quod propriè feudum accipitur; fructus, inquit, benè possunt ex causa dari laico, non tanquam titulus, sed tanquam beneficium, *arg. 32. dist. si quis verò.* ergò decimæ, id est res ipsę possunt dari in feudum, dicit ipse Hostien. secundum Ioan. sed tamen id non transibit ad hæredes, vt ibi per eum. Sequitur Rebuff. *in tracta. de decim q. 10. vers. fallit num. 31.* vbi dicit; quod fructus decimarum possunt possideri per laicum per breue tempus, putà in locatione vnius anni, *c. tua. ext. locat. ca. si. ne Prala. vic. suas.* & ex causa possunt locari ad vitam. *glo. in d. c. quamuis. Bertachin in tract. de Episc. 2. par. quarti lib. q. 41. num. 89.*

9 § † Si verò loquimur de concessione iuris decimarum, & seu de infeudatione iuris decimandi, videtur sine aliquo dubio clarum, quod nec infeudari, aut aliquo modo concedi ius decimandi non potest laico. quia cum ius decimarum sit merè spirituale, per laicum possideri non valet. *glo. in d. c. quamuis. de decim. tex. in c. j. 16. q 7. c. causam. de prascript. glo. in c. ad hac. extrà de decim. Abb. in d cap. causam. idem in d. c ad hac.* vbi dicit hoc verum, si fiat concessio laico per Episcopum, aut alium, quã per Papam: quia si per Papam, est secus: quia benè Papa hoc laico concedere potest. ibi, Quia nullus citra Papam potest ius decimandi laico concedere. Et est, inquit, vt dico suprà, ratio, quia nullus citra Papam potest laicum capacem facere iuris spiritualis, *c. 2. de iud.* faciunt primo loco suprà pro ratione dubitandi adducta. *est tex. in d. cap. prohibemus.* vbi decimæ, vel oblationes ecclesiæ laicis cõcedi non possunt, & Prælatus contrafaciens venit puniendus. summat Abb. *tex. d. c. causam.* laici ius decimandi non præscribunt, quia illud possidere non possunt, & Abb. *in d. c. prohibemus 2. not.* nullus Prælatorum potest decimam concedere laico: est enim ius spirituale, cuius laicus non est capax, *c. Massana. c. sacrosancta de electio.*

§ Et est adeò verum, quod ius decimandi non 10 potest infeudari, quod si locentur † ipsæ decimæ, id est, ipsum ius decimandi, tunc indubitatè non valet, secundum Abb. *d. c. ad hac. de decim.* quod tunc improprìarentur verba, & intelligeretur, loco tibi decimas, id est decimarum fructus, attento, quod in effectu ad hoc tendit iste contractus, per i.l, quod vult Bar. *in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publ. j col cum concor. tradit per Alex. cons. 110. aliàs 118. perspectis verbis. volum 3. est de mente Io. Blanc in Summa huius tit. §. itē quaritur.* qui expresè dicit, quòd decimæ possunt concedi laico in feudum, vel emphyteusim ad modicum tempus, per Claud. Seysel. *spec. fen. qua res infeud. limit. 2.*

§ Et si Prælatus locat decimas laico, non quidem ius locare dicitur, sed percipiendorum fructuum commoditatem, Barba. *c. 2. num. 4. de loca.* sic quinque † si quis vendat ius, quod vendi non 11 potest, venditio sustinetur respectu commoditatis, Soci. *consi. 7 ad fi. versic. tertia conclusio, vol 3. latè Bar. in d l. cotem. §. qui maximos. col. 2. vers. hoc prae misso ff. de public.* facit reg. quod nemo præsumitur velle, nisi quod de iure potest, Alexan. *cons. 122. col. j. vol. 4.* & dispositio simpliciter facta non porrigitur ad casum, in qun quis non habet potestatem, per Dec. *consil. 218. num 3.*

§ Et quod ius decimandi non possit laico infeudari, vel concedi, videtur manifesta ratio. nam † istud ius consequuntur sacerdotes ex ministerio altaris, & spiritualium ministratione, quæ ab 12 alijs, quam à clericis ministrari nequeunt; vnde est, vt ius percipiendi decimas sit spirituale, nec laicis regulariter possit competere, S. Thom. & Caiet. *2 2 q. 87. art 3. & quolibet. 2. art. 8. tex. c. causam. de prascrip c. 2. de iud. Did. Conar. variar. resolu. li. j. cap. 17. num. 5. vers. 3. hinc apparet.*

§ Sed in hoc dic, quod aut loquimur de iure decimarum, † & de decimis, quæ nunquam fue- 13 runt infeudatæ, & de infeudatione de nouo facta, vel facienda, & indubitatè est dicendum, quod non potuit, nec potest fieri, quia id fuit expresè laico prohibitum, *d. c. quamuis. cap. prohibemus. c. ad hac. allegatis. & d. c vestra. insi de loca. & per alia allegata.* Aut de illis, quæ fuerunt infeudatæ ante Cõcilium Lateranense. Aut de illis, quæ fuerunt infeudatæ post dictum Concilium. quia primo casu infeudatio decimarum, & iuris decimandi valet, & tenet facta ante Concilium. nam tunc temporis cum ecclesię, & ecclesiarum bona essent vexata ab hęreticis, & Saracenis, prn defensione illarum fuit inductum, vt possent istæ decimæ, & iura decimãdi concedi laicis, vt illa ab oppressoribus defenderent, & saluarent, *glo. in d c. quamuis: de decim. in verb. concesserit. ibi, Et ea fuit causa, quare olim antiquitus dabantur in feudum laicis, & c. per Io. Andr. Ante de But. & omnes alios post eum* * *communiter in c. cum Apostolica. de his, qua fi. à Prala. vbi Abb. num. 11. vers. vlt.* hic dicit, quod olim, vt ecclesia haberet auxilium à Christianis, dispensatiuè concessit, vt laicis possent decimæ infeudari, & id ante Concilium Lateranense, quod, vt refert Io. Andr. fuit celebratum de anno 1079. tempore Pontificatus Alex. 3. id quod postea fuit reuocatum vigore dicti Concilij: concessæ tamen ante illud Conciliũ remanserunt penes vasallos, & illos, quibus fuerant infeudatæ. vnde etiam laici hodiè, subdit, sine peccato possident decimas, quas habuerunt ab antiquo ante illud Concilium prohibitiuum. sequitur Alexan. *cons. 6. ad fi. vol. 1.*

§ Si verò † sumus in secundo casu, scilicèt, in il- 14 lis decimis, quæ fuerunt infeudatæ post Conciliũ Lateranense: & tunc puto subdistinguendum, quòd decimæ, quæ fuerunt infeudatæ, vel vult quis infeudare, aut fuerunt, vel sunt de concessis

ante

ante Concilium, & post Concilium reuersis ad ecclesiam, aut de infeudatis, & concessis post, & aut per Papam, aut per Prælatos laico, aut per laicum alteri laico.

§ Et primo casu pro parte affirmatiua videtur esse *glo. quæ id dicit in d. cap. prohibemus. de decim. in verb. laicos. ibi*; Et de consensu Episcopi possunt transferri in alios laicos in feudum, si laici isti habent decimas ab antiquo. tenet Cardin. Floren. *in cap. ex parte. de feud* referens, se ità consuluisse. sequitur ibi Ioan. de Imola, vbi subdit, quòd opinio ista glos. & Card. * communiter tenetur. tenet Ias. *consi. 155. in fi. incip. redemptoris. volum. 2. & Card.* ibi arguit ad vtramque partem, videlicèt, quòd licèt Prælatus possit regulariter infeudare res solitas, & infeudari consuetas, tamen non potest decimas, in quibus est specialis prohibitio, *ca. prohibemus.* tamen decidit, & tenet, quòd potest infeudare Prælatus, quia, inquit, solùm reperitur prohibitum, ne de nouo infeudentur decimæ post Lateranense Concilium. sed quando Prælatus concedit eas, quæ sunt solitæ concedi ante dictum Concilium, non reperitur prohibitum, licèt vnus laicus non possit infeudari alteri: ideò vt valeat infeudatio dicto casu, est necesse, quòd simpliciter, & purè ille, qui vult remittere, cedat in manibus Prælati, & deinde Prælatus infeudet alteri: & ita dicit obseruari, vt ibi per eundem. Videtur hanc opinionem tenere Pau. de Cast. *in consi. 138. incip. dubium facit.* vbi tenet, quòd ex quo decima est solita infeudari, potest illam Prælatus laico etiam infeudare: quia quod dicitur *in cap. prohibemus. c. quamuis. & c. ad hæc. de decim. & c. vestra. loca. & 17 q. 4. in venditionibus. & in titu. Epis. vel Abb. vers. feudi. ibi per eundem adductis*, procedit, & intelligitur in rebus, quæ essent de mensa, & in quibus ecclesia haberet directum dominium, & nullus alius vtile. subdens, Si ergò Titius dictam decimam renunciauit, vt alius inuestiretur iure feudi, & fuit factum, non potest dici alienatio noua, sed continuatio antiqua, & alie-
15 nare † non dicitur, qui concedit rem concedi solitam, & consuetam, *gl in c. 2. de feu. Istius opin. est Did. Couar. variarum resol. de decim. cap. 17. post nu. 5. versi. præter hæc. per tex. iuncta glo. cum * communi opin. Doct. d. cap prohibemus. & c. cum & plantare. §. 1. de priuileg. per Hostien. Io. Andr. & Abb. d. cap. prohibemus. Herinc. c quamuis. de decim. Imol. cap. 2. de feud. col. pen Hostien. in Summa de feud. §. quis possit. colum. 2. Curtius in tracta. de feud. 2. part. q. 8. Boer. in consuetud. Bituricen. de consuet. prædial. §. 11. subdens*
16 *Couar.* † *ibidem*; quòd etiam procedit in his decimis, quæ antiquo feudo extincto ad ecclesiam redeunt, quæ possunt, vt aliæ res infeudari solitæ reuersæ, de nouo infeudari, & concedi, vt per præallegat. Doct. & Boer. *d. §. 11.*

17 § Sed pars negatiua, quòd decimæ ante † Concilium infeudatæ pòst reuersæ non possint alteri laico infeudari per Prælatum, aut concedi, videtur in iure verior & magis ** communiter à Doctoribus approbata, pro qua est Ioan. And. *in d. cap. prohibemus. per illum text.* pro qua opinione Imola *in cap. 2. de feud. dicit esse tex. in d. cap. cum Apostolica. ad fi. de his, quæ fi. à Præla.* vbi specialiter permittitur laico tales decimas detinenti, quòd illas concedat alteri ecclesiæ, quàm parochiali. & sic præsupponit, quòd concedere non potest laico: quæ pars, secundum Imolam, videtur verior, quem sequi videtur Ias. *in d. cap. 1. qui feud. da. poss.* Opinionem hanc sequitur Abb. *in d. cap prohibemus. num. 4.* dicens, quòd omnes Doctores ibi ita * communiter sentiunt refert etiam, & sequitur * Fely. *in d. cap. causam, quæ. vers. facit etiam ad hoc. de præscriptio.* Hanc opinionem amplectitur Calder. *in consil. 1. de decim.* vbi dicit, quòd Episcopus non potest decimas ecclesiæ ab antiquo concessas in feudum, si reuertantur ad ecclesiam, de nouo infeudare, quia Concilium concessit à principio, vt laicis possent infeudari decimæ, quæ erant spirituales, ergo, inquit, postquàm sunt reuersæ in ecclesiam, non possunt iteratò infeudari, quia laici sunt incapaces talis iuris spiritualis. subdens, Et *in cap. cum Apostolica.* permittitur, quòd illæ antiquæ decimæ possunt transferri clericis, & sic notabiliter voluit excludere laicos, & cum dicta permissio infeudationis sit odiosa, ideò est restringenda. Subiungit, Nec obstat tex. *in cap. 2. de feud.* quia ibi loquitur de feudo temporali, quod benè potest cadere in laicum; secus ergò de spirituali iure, vt ibidem. facit Abb. *in d. cap. prohibemus. num. 1.* vbi dicit declarando text. quòd laici † tenent 18
cum periculo animæ decimas, quas tenent per concessionem ante Concilium, quia timendum, inquit, est, ne Deus prouocetur, cum ex necessitate illa concessio fuerit eis facta. Hanc opinionem Ioan. An. tenet Aluarot. *in c. 1. col. 10. qui feud. da. poss. tenet Card. Alex. in cap 1. §. sciendum. in fin. de feud. cog. Martin. Laud. ibidē col. vlt. 6. fallen. se remittit ad dicta Ioan. de Ligna. in d. cap. ad hæc. de decim. dicēs*; quòd pro opinione Io. Andr. vidit consilium illustrium doctorum, videlicèt, D. Cristophori de Castellioneo, & D. Fulgos. consulentium pro dicta opinione. Hostien. *in Summa de feud.* videtur tenere indubitanter, quòd Prælatus non potest renouare, vt per eum ibi *§. quis possit. vers. dic. quòd nullo modo.*

§ Sequitur Claud. Seysell. *specul feud quæ res in feud. dar. poss. causa. 2. versic. nihilominus vbi dicit*; quòd opinio Ioan. Andr. & Hostien. ac sequacium est * communis, & verior, & quòd in isto ca. * su decimarum reuersarum post Concilium, & ante Concilium infeudatarum Prælatus non potest decimas reuersas infeudare alteri laico, *per tex. d. cap. cum Apostolica. inducendo tex. vt per Abb. & Imo.* Quia si posset tale feudum alteri laico concedi cum consensu Episcopi, cui dubium esse potest, quòd concedi etiam posset ecclesiæ alteri? & tamen quòd possit infeudari alteri ecclesiæ, ponit tex. ibi pro dubitabili. quia cū † prohibitio respi- 19
cit rem, & personā, est fortior prohibitio, ex quo accipiens est incapax, per ea, quæ habētur *in l. si ità quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. cum ibi not.* ita formaliter, inquit, respondet D. Card. *in d. §. sciendum. in fi. de feud. cog.* Vnde, inquit, cum in casu nostro prohibitio superuenerit post alienationem, quæ fuit facta ante Concilium Lateranense, quod Cōcilium prohibuit, ne de cætero fiat, illa præcedens alienatio nō derogat huic prohibitioni pòst super-

superuenicti, sed immò è contrà hæc prohibitio, licèt non annullet præteritam alienationem, impedit tamen futuram. facit tex. *in c.1. in prin. in tit. Episc. vel Abb.*

20 § † Si verò simus in infeudationibus factis de nouo post prohibitionem Lateranensis Concilij, & si quidem factæ sint laico per Prælatum, nemini dubium est, quòd tenere non videntur, *c. quamuis. cap. prohibemus cap. ad hæc. de decim. c. vestra. in fi. de locat.* quia factæ sunt stante prohibitione de nõ infeudando laicis, quorum inhabilitas non potest sanari per alium, quàm per Papam: quia solus Papa potest facere laicum habilem, & capacem rerũ spiritualium, & spiritualitatis: & in hoc casu militant ea, quæ suprà deduxi in versic. si verò loquimur de concessione. Immò si per Papam post Concilium esset facta infeudatio decimarum, quę pòst sit reuersa, quo casu videtur res effecta alienabilis, & quòd possit de nouo infeudari, adhuc est dicendum, quòd per Prælatum non potest; ex quo impedimentum alienationis respicit incapacitatem personæ: quia licet Papa fecerit vna vice aliquem capacem, non ob hoc fit, quin decimæ nõ sint spirituales, per Seysell. d. loco, vers. & ex præ-

21 missis. quia capacitas † vnius, & inducta in vno, nõ videtur transmissibilis in alium *c. petijsti. 7. q. 1. cap. sanè. de priuileg. extrà.*

§ Si verò simus in infeudationibus, & concessionibus decimarum factis per Papam: & tunc dic quòd siue de factis ante Concilium non finitis, siue de factis ante Concilium, & finitis, vel reuersis, pòst per Papam renouatis, siue de cõcessis, & seu infeudatis, de nouo post Concilium, de infeudationis validitate non est dubitandum: quia Papa

22 benè † potest decimas infeudare etiam laico, & tenet infeudatio, secundum * omnes, nota. Imola. *in cap. cum Apostolica. de his, quæ fi. à Præla. colum. 6. per Innoc. Ioan. Andr. in c. quod sicut. de electio. per Fely. in cap. causam. 2. col. de præscrip. per Abb. in cap. ad hæc. de decim. per Claud. Seysell. in specul. feud. titu. quæ res in feud. dar. poss. causa. 2. vers. & ex præmissis.*

ADDITIO.

ET abundè de hac materia scripsi in duabus Placentinis, altera de anno 1574. altera de ann. 1578. quarum scripta hic subijciuntur pro pleniore cognitione huiusce materiæ.

Quoniam scriptum est actorem in primis debere intentionem suam fundare, aliàs reus est absoluendus, etiam si nihil præstiterit, *l. qui accusare. C. de eden.* Et ratio est, quia ius metimur ex persona actoris, non autem ex personà rei, *l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. peta.* ideò incipiendum fuit à iure Illustrissimi, & Reuerendissimi Episcopi D. mei in decimis istis, de quibus agitur, non autem à iuribus Illustriss. Dominorum reorum.

Discutiendo igitur hoc principale dubium, solutio patebit doctè motiuatis per excel. DD. meos. Qua in re puto concludendum, quòd in decimis istis mensa Episcopalis, vel nullum ius habeat vendicãdi decimas istas, quod verius est, vel quòd solùm quartam partem iuris decimandi possit prætendere.

Primum probatur: quia hæc decima non percipitur vt spiritualis, nec vt talis reputata fuit, sed potius vt decima laicalis merè habita à Principibus sæcularibus ab antiquo, & præsertim de anno 1410. à Vincislao Rege, confirmata per Clementẽ VII. Pont. Max. de anno 1536. quæ quidem confirmatio Apostolica cum fuerit facta ex certa scientia, vbi decima ista nulliter, & iniustè fuisset possessa: operatur nouam dationem, & concessionẽ, Bald. *in l. ex placito. num. 6. C. de rerũ permuta. Ruin. consi. 175. num. 19. vol. 1.* vbi addit, quòd supplet omnes defectus etiam in tertij præiudicium. Et iure quidem. Nam decima pars fructuum erat solui solita Principi eorum agrorum, qui deserti ad culturam rediguntur pro tẽpore, secundum Appianum *lib. 1.* quem refert, & sequitur Alcia. *in l. silua: quæ est. 30. §. noualis. ff. de ver. sig.* omnia etenim prædia, quæ prius per priuatos occupata non reperiũtur, nec culta, dicuntur in dominio habẽtis iurisdictionem cum territorio, vt post Castren. *concludit Soci. in l. 1. in prin. num. 18. in princ. & nu. 27. in fin. ff. de acq. poss.* & passim per Doct. fuit receptum. *Curt. iun. consi. 158. quod etiam probat Card. in Clem. 1. num. 9. in 7. q. de deci. & ibidem Inno. num. 7.* dicentes, quòd *d. Clem.* loquitur de decimis debitis ecclesiæ, non autem de debitis priuato ex priuilegio, vel feudo. Vnde pro parte mensæ Episcopalis debuit probari, quòd hęc decima sit spiritualis. Et nedum hoc probauit, sed potius totum contrarium. Sunt enim duo testes ex testibus per eam inductis, & examinatis. primus, *fol. 8. in prin.* secundus, *fol. 25. in prin.* qui dicunt, quod hæc decima, quæ per d. D. reos conuentos exigitur, fuit introducta in Valle Muzzolę, & loco, de quo quæritur, ex eo, quod agentes eorum pro pullis gallinarum spicas in couis frumenti, dum incolæ illæ illud meterent, colligerent; sic annuatim res paulatim creuerũt, & aucti sunt manipuli, quos exinde colligebant dicti agentes, intantum, quòd illinc ad paucos annos posteà cœperunt decimare, & sic cibus gallinarum factus est cibus hominum, ergò non potest dici, quòd hæc decima sint illa spiritualis, quam prætendit mensa Episcopalis *in d. loco*, sed est decima merè temporalis creata ab vsu longæuo huiusmodi, & illis testibus non potest ecclesia contradicere, quia ab ea emanarũt, & per eam etiam in eorum productione fuerunt approbati; & quod approbo, non reprobo, *§. semel. Instit. quibus manu. licèt, vel non.* etiam si de auditu simpliciter deponerent, Craue. *consil. 2. num. 9. in fi. Soc. iun. & alij relati per Cepha. consil. 65. num. 55. cons. 82. num. 47. & cons. 141. num. 14. & seq. vol. 1. Bursa. cons. 20. num. 23.*

Et insuper per infinita instrumenta conuentionum factarum per istos D. reos conuentos cum eorum subditis super terris, & proprietatibus existentibus in d. territorio Vallis Muzzulæ, patet, quòd ipsi subditi tenentur soluere decimam omnium fructuum ipsius Dominis concedentibus: ergò ista decima non formalis, quæ spiritualis dicitur, sed causalis, seu conuentionalis nuncupari debet: & ita inquit Alber. *in l. is, cuius. in princip. nu. 3. ff. de legat. 2.* dicens, quòd decima quædam formalis est, quæ à iure formata est, & est illa, quæ ecclesiæ debetur; causalis verò dicitur illa, quæ laico debe-

to debetur ex prædio suo, quod alteri dedit in feudum, vel emphyteusim, vel cum pacto, quòd sibi debeatur decima pars fructuum: & illa est in commercio nostro, quia vendi, alienari, & donari potest, vt ibi per eum. Et ità in terminis decimæ conuentionalis debitæ ex pacto in cōcessione prædiorum facta per Commune Imolæ hominibus Castri Musti, & postea translati in Illust. D. Franciscum Estensem, respondit Rim. iun. consil. 36. in prin. & in fin. & num. 16. in fi.

Quòd si dicatur, ergò pro eodem prædio duplex decima poterit percipi, altera scilicèt formalis per ecclesiam, altera causalis, seu laicalis per laicum concedentem, quod videtur esse absurdum, per Abb. consil. 71. sub numer. 3. in 2. par. Alcia. consil. 36. ad fi. in 3. ratione. & bona fides non patitur, quòd bis idem exigatur, Siluan. consil. 17. num. 3. in fi. & seq. Bart. in l. interdum. §. quoties. in fin. ff. de publica. sic & in materia solutionis onerum circa rem emphyteuticam, quando onus excedit, concludit Brun. super statuto excluden. fæmin. arti. 8. nu. 108. in fi. & seq.

Responderi poterit, quòd non debet incōueniens reputari, cum sint diuersæ decimę, & diuerso iure debitæ. Et contrarium procedit, vbi pro eadem re duplex decima formalis, vel censualis deberetur; secus ergo, si vna sit formalis, alia causalis: vt videmus eandem rem, vel personam teneri ad plura onera diuersæ tamen speciei: nam ex illa productione scripturæ testium, & attestationum dicitur producens fateri omnia in ea contēta, Doct. in c. cum venerabilis. de excep. & concordan. per Soci. consi. 98. nu. 19. vol. 4.

Non obstat, quod pluralitas decimarum, non præsumitur: quia contrarium est verius, vt suprà satis probaui. sunt enim infinitæ propè species decimarum, quas refert etiam Rebuff. de deci. q. 13. & iam dixi dari decimam merè laicalem. & cum hæc potuerit, & possit esse talis, onus probandi contrarium incumbit contrarium alleganti, l. non hoc C. vnde legit. c. in præsentia. de probat. Non etiam obstat, quod isti Ill. D. rei cōuenti dixerunt, hanc esse spiritualem allegatam concessionem ante Cōcilium Lateranense.

Quia cito soluitur hæc obiectio, quod non ità fassi sunt. sed conditionaliter, vbi constet decimam huiusmodi spiritualem esse, &c. videatur rogo processus.

Prætereà ipsis, vti reis, licuit proponere exceptiones contrarias etiam simul, & semel, sed ideo magis conditionaliter, vt hic factum fuit, glo. & Bart. in l. nemo prohibetur & l. seq. ff. de excep. & alibi sæpè per Doct. & probat Boe. decis. 43 num. 10. concludens post plur. concordan. per eum cita. quod reus pluribus potest vti defensionibus, etiā diuersis, vel contrarijs, & præcipuè si per modum conditionis, & eodē instanti potest enim quis pluribus titulis, acquisitionum possidere, Boe. decis. 42. nu. 37. dummodò non mentiatur, vt per Bursat. cons. 36 col. 3. circa med. vol. 3. prout hic non fuit mentitum, quinimmò etiam si mentiatur, ità concludit Bal. in Authen. contra qui propria. nu. 9. C. de non nume. pec. dicens, quod si quis respondendo accusationi, vel inquisitioni sibi factæ super homicidio, eam neget, absolutè poterit, tamen adhuc post condemnationem, recedere ab illa negatione, & dicere, quòd occidit., sed ad sui defensionem, quam tamen probare tenetur, & hoc per reg. d. l. nemo contra Dyn. in reg. cap. nemo. de reg. iur. in 6.

Secundò principaliter, vbi decima huiusmodi spiritualis dici posset, tamen adhuc fundatam habent intentionem suam prædicti Ill. D. rei conuenti: ex eo quòd computato tempore authorū suorum, ipsi decimam huiusmodi possiderunt, vel quasi per tempus immemorabile, quod quidem vna cum allegatione alicuius concessionis Apostolicæ ante Concilium Lateranense operatur, vt censeantur decimæ concessæ ante Concilium Lateranen. vel ab ipso Summo Pont. maior propositio probatur: quia per instrumēta in actis producta constat, decimam huiusmodi per tēpus legitimum fuisse possessam per Pallauicinos incipiendo de anno 1375. quo quidem anno factæ fuerunt diuisiones inter eos etiam decimarum locorum diuisorū, & præsertim dictæ Vallis Muzzulæ, de qua quæritur, & successiuè per multa tempora possederunt eas, donec fuerunt confiscatę, vt testes deponunt de auditu à maioribus suis; qui quidem probant: tum quia testimonium de auditu in facto de recenti transfert onus probandi in aduersarium Roma. singula. 345. & concordan. per Dec. consi. 272. nu. 3. & in antiquis, prout hic sumus, plenè probant, Ias. cons. 65. vol. 3. Paris. cons. 105. vol. 1. & concordan. per Nattam cons. 235. num. 6. & ex post translatæ in fiscum, vt etiam de eius possessione constat ex locationibus desuper celebratis, & pēsionum receptionibus, de quibus in actis & insuper successiuè translatæ per Picininos, vt constat ex titulis pariter in actis exhibitis, & posteà iterùm in fiscum, & iterùm à fisco de anno 1472. & etiam in motiuo dicitur in D. Ludouicum Sforciam antecessorem Ill. Domini Ludouici rei conuenti, & qui per annos centum & vltrà vsque adhuc eam possederunt, vt constat etiam ex testibus desuper receptis, & coniungendo hæc tempora, & extrema eorum, secundū doctrinam Bar. l. in Celsus. ff. de vsucap. vt in terminis decimarū per manus variarum personarum, & successorum translatarū respondit Riminal. in cons. 41 nu. 10. 25. & plur. seqq. vltra alios concordan de quibus infrà. quo fit, vt temporis immemorabilis possessio probata dicatur. nā tempus immemorabile dicitur, quod ascendit ad numerum centū annorum, vt cōcludit Cyn. in l. 1. in 10. q. C. de serui. & aqua. & multos concordan. per Cepo. de serui. vrba prædio. cap. 19. num. 11. quos sequitur Balb. de præscrip. in 2. parte tertia partis principa. quæst. 6. numer. 24. vers. quod autem dicatur tempus, cuius initij memoria non extat, &c. Et pro hac conclusione Ripa in tit. de deci. responso 2. nu. 7. vbi citat Inno. Hostien. & Cardi. in c. quid per nouale. de verb. signi. & est * communis opinio, Cur. iun. consil. 90. colum fi. & plur concordan. citat Lamberten. super statuto Mediolani de contractis mulie. glo 1. nu. 307. & plur. concordā. etiam citat Alba consil. 64. num. 94. Immò etiam sufficerent nonaginta sex anni: quia secundū * communem opin. Inno. in c. veniens. col. 2. de verb. signi. idem iudicatur de tempore parum minore centū anno-

Loaz. vbi sup. col. 446 & seq. nu. 1. & ferè totidem Lãberteng. vbi sup. nu. 300. & seq. Et quod tãti temporis possessio æquipararetur veræ concessioni, Alex. vbi sup. nu. 5. & latè Ripa in l. quominus. nu. 41. ff. de flumi. & habetur in c. 1. de præscript. in 6.

Et ad prædicta facit: quia non est credendum, quod aliàs ecclesia tamdiu siluisset, si de iure petere potuisset, vt post Hostien. Io. And. in d. c. cum Apostolicà. colum. pen. in fi. de his, qua fi. à Prælat. stante tituli allegatione, vt ipsi dicunt, & Imo. ibidem car. vlti. colum. j. in fi. Et facit, quia non est verisimile, quod Episcopus, immò tot Episcopi pro tempore rem tanti momenti tandiu tacuissent, Old. consil. 183. numer. 10. per tex. in l. si fortè. ff. de pe. Et Doct. omnes suprà citati dicunt * communiter reprobari eam opinionem, quod fama priuilegij sit probanda eo in casu, sed sufficit possessio, vel quasi immemorabilis cum allegatione tituli, & concessionis ante Concilium Lateranen. quæ præsumitur eo ipsò. nec est necesse probare famam priuilegij, vel quòd possederit tanquam vasallus ecclesiæ, vt post plu. concordan. per eum citatos respondit etiam Rimi. iun. consi. 41. num. 14. & seq. Et de * communi testatur Alcia. d. cons. 4. in princ. & d. cons. 10. in princ.

Et ex hoc soluitur primum, & principale motiuum de incapacitate laici, propter quod in decimis, & spiritualibus Hostien. in Summa de deci. quæst. 3. vers. quod si laicus. concludit, d. cap. super quibusdam. §. præterea. de verb. sign. non habere locum. Et generaliter vbi non est capacitas in possidente, cessat dispositio d. §. præterea. Ioan. Andr. in ca 2. de præben. in 6 Abb. in c. quanto. de consuet. Afflic. in ca. Imperialem. in 3. not. numer. 106. de probib. feud. alië. per Fed. & latè etiam Rim. iun. consil. 34. numer. 33. & seq. loquens in decimis, & alijs huiusmodi. Vnde si laicus per mille annos exerceret officium sacerdotis, non ideò tamẽ efficeretur sacerdos, prædicta ratione, & ad hoc citat Balb. & concordan. hanc limitationem ponentes ad d. §. præterea. & incapacitas possidendi decimas, quò ad laicum, erat tam ante Concilium Lateranense, quam pòst, vt etiam considerat Rebuff. de dec. q. 13 num. 78. ratione spiritualitatis. Idem probat apertè Chassa. super consuet. Burgund. rub. j. §. 2. car. 26. à fronte. sub nu. 12. dicens; quod temporis immemorabilitas non habet vim priuilegij in incapace, per Fely. in c. dilecta de testib. & ibidem sub nu. 13 d. car. 26. à fronte in fi. addit, quod nõ sufficit allegare titulum, seu priuilegium in materia, in qua non est verisimile, quod lex, aut Princeps aliquem priuilegiet, per Fely. c. cum ex officij. sub nu. 13. de præscript & comprobat Ferre. consi. 141. nu. 7. vers. nec obstat, si obijciatur, quod consuetudo seu præscriptio tanti temporis non operetur in laico incapace spiritualium, &c. per nota. in cap. causam. de præscript. & concordan. de quibus per eum Menoch. consil. 90. nu. 69. Pluribus enim modis hæc obiectio soluitur.

Primò, quod motiuum loquitur in præscriptione; & ità etiam intelligi debet Hostien. vbi suprà, & sequaces, ne cæteris contradicat: omnes enim in specie loquuntur in materia præscriptionis, nos autem loquimur in præscriptione, siue magis fictione tituli legitimi, de quo laici non possunt dici incapaces, per ea, quæ suprà diximus. & ità respondet post alios per eum citatos Balbus in dicta prima parte, quinta partis principal. 7. q. colum. penult. in fine. & Barbat. dicto consil. 35. colum. 5. ad finem num. 10. volu. 2. & alij omnes suprà citati, & præsertim Socin. iun. dicto cons. 115. volum 2. & ante eum Ias. consil. 93. colum. 2. volum. j. & clarius etiam Ripa in cap. decernimus. colum. fi. de iud. num. 75. vers. & ideò sis cautus, quod alleges priuilegium, & ad id probandum deducas lapsum temporis immemorabilis, non autem alleges præscriptionem, quia succumberes, &c. & loquitur in materia decimarum, & spiritualium; & idem consideret post concor. per eum citatos Sylua. d. consil. 96 numer. 8. vers. & in hoc notandum est, an quis se fundet in sola præscriptione, an verò nitatur priuilegio, vel alio titulo, & ad illius probationem alleget possessionem temporis immemorialis, &c. & ità etiam loquitur Rimi. iun. d. consil. 34. num. 35. vers. & hæc limitatio procedit à plano, quando non allegatur titulus, seu concessio ante Concilium Later. Et sic patet cessare etiam id, quod Hipp. dixit sing. 80. quòd lapsus temporis immemorabilis non habet vim priuilegij, vbi datur incapacitas in præscribente, sic limitando d. cap. super quibusdam de verb. sig. quia loquitur in volente præscribere, & præscriptionem allegante, aliàs repugnaret conclusioni gloss. in d. cap. causam, quæ. & communi opinioni. Et istud est, quod dicunt Doctor. in d. cap. cum Apostolica. de his, quæ fiunt à Præla. dum dicunt, quòd defectus capacitatis possidendi decimas emanauit post Concilium Lateranen. ideò motiuum incapacitatis cessat allegando titu. siue concessionem ante Concilium prædictum, stante temporis immemorabilis possessione, vt etiam considerat Rimi. iun. d. consil. 34. numer. 35. versi. & hæc limitatio de plano procedit, quando non allegatur titulus, siue cõcessio, &c. Sed apertissimè, & abundè in terminis decimæ per homines cuiusdam castri diù, & postea per duos particulares in d. castro successores per tempus immemorabile, respõdit ipse cons. 41. nu. 10. & plu. seqq. quem sufficit vidisse, maximè pro solutionibus supra datis d. motiuo incapacitatis. Et in materia immunitatis à decimarum solutione, quòd laici nõ possint vllo vnquam tempore dicere se esse liberos, & eorum prædia, ex eo, quod capacitas in eis incidit circa hanc materiam, & ideo nõ possunt inniti sola libertate, nisi etiam allegent titulum, vel concessionem aliquam, ipse quoque respondit in cons. 76. nu 14. & seq. Et istud est, quod dicit Card. in d. capi. cum Apostolica. quem refert, & sequitur Imo. ibi car. vlti. colu. j. in fi. quòd laicus, qui tandiù tenuit decimas, præsumitur eas habuisse iustè, non ex vi præscriptionis, sed ex vi præsumpt.

Quinimmò quicquid sit, quando agitur de titulo præsumendo ex antiquitate temporis, quòd is omnino debeat allegari, aliàs non prodesset, tamen * communis opinio est, quòd in terminis d. capit. super quibusdam. de verbo. signi. scilicèt, quando agitur de lapsu tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, tituli allegatio nõ est tunc necessaria, quia tunc titulus fingitur, non autem præsumitur à iure, glo. in d. §. præterea. in verb. non extat. & concor. per Craue. de antiq.

antiq. temp. in 4. par. §. absolutiu. num. 49. & sequen. neque in tali præscriptione titulus requiritur, ergo non est necesse, quòd allegetur. Et hoc, quando sumus in præscriptibilibus ex solo temporis cursu; secus autem in cæteris, in quibus solus lapsus temporis non operatur, vt est hæc materia decimarum in laico collatio beneficiorum in eodem, & simil. in quibus ius commune resistit præscriptioni, vt ibi per eum: tunc enim tituli allegatio necessaria est, vt hic factũ fuit, & ad cuius tituli probationem inducitur lapsus tẽporis immemorabilis, vt etiam ibi latè per eum.

Posset etiam dici, quòd d. ca. super quibusdam, non procedit, quando allegans titulum cum lapsu temporis immemorabilis non possidet, secũdum Bald. *in l. ciues. C. de app.* quod etiam est menti tenendum, vt inquit Afflic. *vbi supra nu. 107.* Et quando laicus possidet, potest procedere opinio Ioan. And. & sequã. quòd non sit necessaria probatio tituli feudi, vt per Gabr. *tit de præscr. lib 5. conclu. j. num. 23.* Et sic etiam soluitur ea obiectio facta per Parif. *conf. 27. num 115. & pluri. seqq. volu. j. & consil. 101. num. 88. & plu seqq. eo. vol.* quòd mala fides maximè primi authoris impedit etiam præscriptionem immemorabilem: quia vltra suprà allega. hic concurrit concessio Pontificia.

Secundò etiam dici potest pro solutione, quòd ante Concil. Lateranen. quod fuit celebratum sub Alexand. III. & secundum aliquos de anno 1179. vt per Did. *vari. resolu. lib. j. cap. 17. sub num. 5. pag. 297.* laici erant capaces, vt considerat optimè Barb. & Soc. *iun. vbi supra, & Riminal. iun. d. consi. 34. num. 35. & d. consi. 41. num. 4. in fi. & d consi. 76. in fi.* Et non minus clarè Ripa in *d. capi. decernimus. colum. fi. de iud.* Non desunt tamen, qui contrariũ opinati sunt, & inter alios Rebuff. qui tamen nihil allegat *in d. tract. de deci. q. 13. num. 78.* dicens, non debere fieri differentiam, an laici habuerint decimas ante Concil. Lateran. vel post, quoad acquirendum ius in ipsis: qui vtroque tempore erãt inhabiles, & Deus assignauit clericis eas, & sacerdotibus, & demum Papa Dionysius, dum diuisit parochias. quæ conclusio non est vera: quia ante Concil. Lateranen. laici erant capaces decimarum saltem titu. feudi ab inferioribus à Papa, quod postea fuit interdictum per d. *Concilium, d. capit. prohibemus. de decim. c. cum Apost. de his, quæ fiu à Præla. & capit. 2. de decim. in 6. vt probat Did. vbi supra versic. olim sacra, &c. Rebuff. in tract. de deci. quæst. 13. nu. 73. ver. nec potest Episcopus, vel alius extra Papam perpetuò concedere laicis decimas, &c. num. 76.* & hæc conclusio in tantùm vera est, quòd si aliàs ab antiquo ante Concil. prædictum fuerunt decimæ concessæ in feudum perpetuo laicis, & posteà sint reuersæ ad ecclesiam, tamen non possunt amplius concedi laicis, vt respondit Cald. *consil. j. hoc titu. per d. cap. cum Apost. & concord.* per eum, ad differentiam feudi rei profanæ, per eundem *consil. 11. titu. de feu. & Parif. conf. 101. num. 110. volum. j.*

Tertiò considerandum est, quòd aliud est ius decimandi, quod est mere spirituale, aliud perceptio decimarum, & facultas eas percipiendi, & de primo intelligi potest motiuum; secundum autem optimè cadit in laicum, ita declarat Iser. *in cap. j. §. illud quoque. numer. 70. de prohib. feud. alienat. per Feder. & probat etiam Socin. consil. 260. numer. 7. volum. 2.* vbi concludit, quòd licèt laicus non sit capax iuris decimandi, potest tamen habere facultatem percipiendi decimas. Sic & sub connumeratione vsusfructus quandoque venit solum, & intelligitur facultas fructuum percipiendorum, gloss. *in l. antepen. in verb. vsumfructum. ff. quemad. vsusfruct. amitta. & facit Angel. in l. in ædibus. §. ex rebus. ff. de donat.* dicens, aliud esse rem, aliud fructus, aliud perceptionem fructuum, & perceptionem fructuum esse speciem. Et ideo si de consuetudine ecclesiæ solent concedere decimas laicis, tales concessiones debent intelligi de commoditate decimarum, non autem de proprietate ipsarum decimarum, quæ sunt ius, & quid spirituale, vt respondit Bald. *in consil 274. in 5. par. sequitur Natta consil. 563. numer. 8. & seq. volum. 3.* vbi idem dicit in venditione, vel locatione pedagiorum, quam facit ciuitas pro tempore, quòd intelligatur de commoditate percipiendi fructus, non autem ipsum pedagium, cum multis similibus, de quibus per eum. quod & probat Socin. *consil. 7. colum. j. in fin. volu. 3.* post Bar. per eum citatum, concludentem; quòd si venditur pedagium, censetur solùm vendita commoditas percipiendi pedagium, non autem ius pedagij. Idem probat in terminis Bal. *in d. consil. 274.* omnino reuocando in dubium. *in princip. in 5. parte.* vbi concludit, quòd stante consuetudine ecclesiæ cõcedendi decimas in feudum laicis, intelligitur de decimis, id est, de commoditate decimarum, & de eis propterea poterit fieri compromissum, sic etiã vsusfructus appellatione, non ius vsusfructus, sed commoditas solum continetur, Riminal. *in consil. 116. colum. penul. volum. j.*

Et licèt secundum aliquos specialia sunt decimæ, & dependentia ab eis, vt fructus decimarum, inquit Io. Mona. *in cap. 2. in princ. de iud. in 6.* contrarium tamen verius est: quia fructus decimarum possent cadere in laicum, & præscribi, glo. *in ca. quamuis. extrà de decim.* quam sic expendit Rot. *deci. 2. in fin. de deci. in antiq.* quæ hoc modo non videtur sequi Ioan. Mona. & facit Ioan. Andr. *in d. cap. quamuis. in fi. super d. glo. ibi,* dicens, quòd aliud est concedere fructum decimæ, aliud ius percipiendi decimam, sicut aliud est vendicare fructum, aliud ius fruendi, & quòd primum fuit per Concilium Lateranen. prohibitũ in parte decisa. Idem probat Anchar. *in c. tua nobis. nu. 5. de decimis.* quòd inquantum decimæ sunt reseruatæ Deo in signum dominij vniuersalis, isto respectu, quo soluuntur in d. signum, possunt laici illas habere ex priuilegio, sed non eo respectu, quòd Deus mandauit sibi eas solui pro suo cultu.

Et propterea esto, quòd ius percipiendi decimas, quod est quid mere spirituale, gloss. *in cap. quamuis. de decim. & glo. ordina. in cap. causam, quæ. de præscrip. Parif. consil. 101. numer. 107. volum. j. & alibi sæpe per Doct. per Dec. consil. 134. sub numer. 4.* non fuisset concessum per Papam in casu isto, ratione dictæ absurditatis resultantis ex incapacitate laicorum; tamen satis est istis Dominis, quòd fuerit perpetuo concessa facultas percipiendi decimas,

timas, in qua cessat hæc amaritudo; ità concludit Socin. *consil. 280. numer. 7. volumi. 2. per Docto. scilicet Angel. & Imol. in l. vsusfructu ff. solut. mat. per illum tex.* dicentes, quod licèt laicus sit incapax iuris decimandi, seu iuris percipiendi decimas, non tamen facultatis percipiendi decimas. hæc enim inter se diuersa sunt, & multum differunt: quia aliud est ius decimandi, aliud perceptio decimarum, ster. *in cap. j. §. illud quoque numer. 70. de prohib feud. alien. per Feder.* Et ideo gl. *in d. c. quanuis.* inquit, quòd ius decimarũ, seu ius eas percipiendi non potest concedi laico, sed benè fructus decimarum ad vitam ipsius ex causa, & quòd ius decimarum differt à fructibus, sicut vacca à vitulo differt: sic enim minus præiudicatur iuri ordinari, vel illis, quibus ius decimandi competit, quemadmodum per facultatem conferendi beneficia vacantia in tali diœcesi data alij alternis mensibus per Papam, tanquam quoddam ius formale non censetur sublatum, vel diminutum ius conferendi beneficia competens ordinario d. loci, vt inquit Socin. *vbi sup.* Et ideò licèt d. concessiones enunciatæ in dictis instrumentis sonent de decima, hoc modo tamen poterunt accipi de perceptione, & facultate percipiendi decimam tantùm. nam & vbi conceditur decima in feudum, intelligitur solùm concessa commoditas decimarum, vt inquit Bald. *consil. 274. in princip. in 5. parte.* Et quod in concessione decimarum intelligatur solùm concessum commodum decimarum, non ius decimarum, respondit Alcia. *consil. 223. nume. 7. per Bald. in d. l. vsusfructu.* qui tamen non ità apertè loquitur. & isto casu verum erit dicere, quòd decimæ sint res corporales, prout dixit Ruin. *consil. 164. nume. 4. volum. 5.* Et licèt concessio perceptionis decimarum perpetua fieri non possit per inferiorem à Papa, sed benè ad vitam alicuius, etiam ex causa donationis, *cap. ad hac. de deci. gl. in d. cap. quamuis. eod.* quia si in perpetuum possent concedi, tunc ius spirituale inutile remaneret apud ecclesiam, sicut corpus non potest viuere sine anima, vt inquit Hostien. *in Summa eod. quæst. 3. in fin.* secus tamen est, quòd ad Papam, vt ibi per eum *inprin. d. q. versic. si laicus habet priuilegium Romana Sedis, siue ad tempus, siue in perpetuum, vt infra dicam latius.* Et ideo stante titul. vero enunciato in dictis instrumentis, & concurrente etiam titulo præsumpto ex tanti temporis lapsu, & immemorabilitate, omnis amaritudo cessat, vt omnes supradic. Doct. fatentur. & Fely. *in d. cap. cum ex offici. de præscrip.* malè fuit ad hoc propositum allegatus in materia decimarum per Chassane. *vbi sup.* in contrarium allegatum: quia ipse loquitur, vbi allegaretur priuilegium in materia, in qua non est verisimile Papam aliquẽ priuilegiare, scilicèt, in materia, quæ sapiat implacabilem, & tyrannicam iniustitiam: quia talia priuilegia, quæ tantum deuiāt ab honestate, præsumuntur falsa, & subreptitia, exemplificando in priuilegio per Episcopum allegato ex tempore immemorabili, vt in actu visitationis, quasi loco mercedis possit exigere à Clero certam pecuniæ quantitatem vltra victualia: aliàs enim, vt ille ait, omnis corruptela quantumuis peruersa, & ab omni iure damnata, & iniqua semper posset sustineri per diutinam obseruantiam immemorabilem; quis semper diceret iniquus vsurpator, Habeo de hoc priuilegium, sed perdidi, quod est de iure nostro hæreticum, vt ille ait: neque enim hic materia talis est, cum in multis locis extent priuilegia laicis concessa super exactione decimarum, & passim Docto. admittuut, Papam id posse facere, & sufficere eius priuilegium allegare post lapsum temporis immemorabilis, vt * omnes admittunt, prout suprà retuli, & infrà etiam dicemus. Præter id, quòd, vt etiam dixi, hic nedum extat allegatio tituli præsumpti, sed & de titulo vero apparet, seu concessione expressè Apostolica, de qua etiam statim dicemus, & sic cessat omnis amaritudo. Et ad prædicta faciunt, quæ ponit latè Gabriel. *de præscrip. lib. 5. conclu. j. numer. 18. & plur. seqq.* dum concludit, quòd ità demum quis obaudítur allegans priuilegium ex lapsu temporalis immemorabilis, quando sumus in materia, in qua priuilegium concedi non solet, vel vbi magna est præsumptio contra allegantem illud; aliàs secus: quia tunc inhabilis, & incapax posset consuetudine tanti temporis se fundare: inferens ad materiam decimarum, num. 22. & ideò lapsus tanti temporis operatur, vt videantur concessæ ante Concilium Lateranense, secundum * communem opinionem.

Non obstat, quòd tituli allegatio suffragatur ità demùm si feudi sit, vel emphyteusis concurrente recognitione simili de præsenti, per Rebuff. *de decim. quæst. 13. nume. 74.* quòd requiritur, quòd laicis decimæ in feudum sint concessæ, aliàs iure eas detinere non possunt. & iterùm *numer. 76.* quòd non sufficit laico probare se possedisse decimas per tempus immemorabile, nisi probet etiam aliqualem recognitionem præstitisse, & præstare, post Balb. *per eum citatum in 5. par. prin quæst. 7. in fine. secundum * communem opin.* oportet enim quòd laicus, qui tandiu possedit decimas, postquam non potest propter temporis longinquitatem ostendere titulum, quòd saltem probet eas possedisse, tanquam vasallus ecclesiæ, secundum Ioan. Andr. quem cæteri magis ** communiter sequuntur, vt inquit Abb. *in dicto cap. cum Apostolica. numer. 12. de his, quæ fiunt à Prælat.* aliàs enim simplex detentio etiam per tempus immemorabile non habet vim tituli quo ad laicum, vt ibi per eum: & ab hac conclusione nemo discrepat, vt testatur Chassa. *super consue. Burgun. car. 26. & consil. 34. numer. 15. & tex. in d. cap. cum Apostolica. insi loquitur in titu. feudi, & ibid. glo. fin.* dicens, quod antiquitas ex causa, vt ecclesiæ defensionem susciperent, fuit concessum ecclesijs, quòd possint titu. feudi decimas alienare, quasi velit, quòd non alio titulo: & sic etiam loquitur Anch. *colum. 2. in 2. oppo.* dicens, quòd ideo hoc licuit, quia nihilominus dominiũ directum remanebat ecclesiæ, Henri. Boich. *numer. 3. insi & seq.* dicens, quòd tunc possessio antiquissimi temporis suffragatur laico in decima, si eam tenuit vt vasallus ecclesiæ, aliàs secus. & ante eum Ioan. Andr. *ibid. colum penul. in princip.* vers.

vers. ad alios dic, quòd procederent, vbi non possedisset vt vasallus,&c. Et Abb. *ibid. nu.12. ad fi.* dicens, quòd vt plurimum Doctor. concludunt, quòd possessio immemorabilis temporis iuuat laicum duobus concurrentibus primò, quòd iste laicus possederit decimas tanquā vasallus,& quòd sit fama, quòd eas habuerit ante Concilium Lateranen. prout etiam abundè refert, & sequitur Bero. *consil.21.num.15.volum.j.& addi. ad Capel. Tholos. deci.439.* Idem probat Ias. *consi. 93. colum. 2. volum.* j. dicens, quòd ex quo ante Concilium Lateranen. decimæ concedebantur laicis in feudum, propterea non possunt aliter possideri per laicos. & dictum primum requisitum, secundum ** communem requiritur, Alex. *consil 6.nu. 5. vol.j.*

Quia respondetur duobus modis. Primo, quod immo ante Concilium Lateran. potuerunt etiam decimæ vendi per Prælatos pro recuperatione Terræ Sanctæ à Saracenis, vt post Io. And. concludit Alcia. *vbi sup d.cons.10.num.10.vers.nec refert, an tit. feudi.an emptionis,&c* seu magis vt defenderent ecclesias ab hæreticis, & alijs oppressionibus vt inquit gloss. *in capit. quamuis. de deci.* & hæc quidem tenuit etiam Guid. Pap. *deci. 258.* dicens, quòd laici etiam hodiè possident decimas ex tolerantia Prælatorum, & ex infeudatione, aut aliàs ex donatione eis, vel eorum prędecessoribus facta in Concilio Lateranensi. Et ideò decimę per laicos habitæ ante Concil. Lateranen. tanquàm eorum proprium patrimonium vendi, alienari hypothecari, &c. possunt, nec sunt eis interdictę, & possunt etiam earum causæ per iudices sæculares cognosci, secundum opinionem, pro qua plures concord. citat, & de * communi testatur * Bursa. *cons. 50. num. 14.*

Et cum hac legitima præsump. tit. Apostolici concurrit,& eam adiuuant verba instrumenti cuiusdam locationis rogatæ per Cabrunum Ferrer. de anno 1306. & alterius rogati per Ribaldum de anno 1369. enunciantia concessionem d. decimæ habitam à Summis Pontificibus de anno 1137. & de anno 1215. per eosdem notarios visis, & lectis, vt ipse testatur, & sic ante Concil. Lateran. quod quidem, secundum aliquos, fuit celebratum sub Inno. III. anno sui Ponti. 17. & anno Domini 1215. vt refert, & sequitur plures, & inter cæteros *Socin. consil. 297. colum. 2. volum. 2.* sic attestantes, *Ferre. consil. 102. num. 7. in fi.* vel, vt aliqui volunt fuit celebratum sub Alex. III. anno Domini 1178. vt testatur Ioan. Andr. *in d. cap. cum Apostolica. colum. 3. post med.* quo quidem tempore fuit à Mediol. Placen. & Cremo. ædificata Alexan. contra Papiam, vt ille ait. Idem testatur Abb. *ibid. post Imol. in d. cap. cum Apost. nume. 11. de his, quæ fi. à Prælat.* & seu sub anno 1179. eos loqui refert Riminald. *iun. consil. 36. num. 5.* vel, vt alij volunt, de anno 1144. vt inquit Alcia. *consil. 4. in princ. & consil. 10. in princip. vel secundum Socin. consil. 297. nume. 3. in fi. volum. 2. de anno 1215.* quem etiam refert, & sequi videtur Riminald. *iun. d. consil. 36. nume. 5.* sed magis est, quòd de anno 1179. sub d. Pontifice, vt testantur alij suprà citati, Capel. Tholosa. *deci. 439. Bero. consil. 21. numer. j. volum. j. qui sic intelligit Doct. suprà citatos in d. cap. cum Apostolica. & latius Dida. varia. resolu. lib. j. cap. 17 pagi. 297. in fin. & Mantua de Concilio numer. 153. Aym. super consuet. Aluer. titul. 17. artic. 18. in fin. Bald. de præscrip car. 49. colum. 4. in princ.* & quòd fuerit celebratum sub anno 1179. est magis ** communis opinio, & pro ea stant Ioan. Andr. *Gemin. & Franc. in c. fundamenta. in princ. de elec. in 6.* ** quos etiam refert, & sequitur Bursa. *d. consil. 50. nu. 12.* Et ideò errore lapsus est Ferre. vbi suprà. & qui ante eum dixerunt, quòd illud Concilium fuerit celebratum sub Innocen. III. nam sub eo Pontifice benè fuit celebratum aliud Concilium, quod etiam generale fuit,& etiam Romę in ecclesia Lateranen. celebratum, vt etiam testatur Mantua vbi suprà. sed ad primum sub Alexandro est referenda dispositio *d. cap. prohibemus. de deci. vt testatur Dida. vbi suprà* non tamen concludenti ratione, iudicio meo. licèt enim in *d. c. cum Apostolica. & c. 2 de deci. in 6.* mentionem faciat de Concilio Lateranen. non tamen sequitur, quòd dixerit magis de celebrato sub Alexan. III. quàm sub se. Præter id, quòd Hosti. *in Summa eod. titul. quæst. 3. ad fin. versic. porrò. ait*, idem prius fuisse determinatum per Vrbanū, cuius decretum fortè Conciliū illud non vidit, vt ille ait. Et quod dictum Concilium Lateranen. primum fuerit celebratum sub Alex. de d. anno 1179. posterius autem sub Innoc. III. de anno 1215. probat Ioan. Andr. *in cap. nuper. colum. j. in fin. de deci.* Sed qualecunque tempus attendamus d. Cōcilij suprà relatum, res est in tuto, quòd prima concessio emanauit ante d. Concilium Lateranense, stantibus dictis duobus instrumentis antiquis. Verba enim enunciatiua in antiquis probant etiam contra tertium, Bald. *in l. cum antiquis. nume. 11. Cod. de iur. deliberan. Dec. consil. 13. num. 4. in fi. consil. 36. nume. 7.* loquens in verbis instrumenti antiquissimi mandatum enunciantis, & est * communis opinio, vt per eundem *consil. 152. nume. 2. in fin.* loquens in verbis narratiuis in aliquo priuilegio antiquo. Et in terminis, quod verba enunciatiua vnius, vel plurium instrumentorum, non tamen eiusdem personæ in antiquis probent priuilegium decimarum enunciatum, latè probat Riminald. *iun. consil. 76. numer. j. & seq.* & generaliter etiam, vbi agatur de graui præiudicio, & etiam contra tertium, latè Craue. *de antiq. temp. in j. part. 5. ampliatur. nume. 14. in 2. terminatio. per totam*, saltem vbi extant duo instrumenta antiqua enunciatiua, emanata à pluribus personis, & non ab vna tantùm, vt ibi per eum. Et ante eum Alexan. *consil. 94. numer. 8. volum. 7. vt in casu nostro. & abundè etiam probat Natta consil. 283. nume. 8.* vbi format hanc conclusionem procedere, etiam si vnicum extet instrumētum saltem vbi in eo enunciatur aliquid, quod spectet partibus contrahentibus. idem probat *consil. 235. sub num. 12.*

Nec obstant allegata in contrarium, scilicet, Socin. *consil. 266. volum. 2.* quia loquitur contra dictam communem. Præterea si rectè consideretur, iste stat pro nobis, cum hic habeamus duo instrumenta antiqua, de quibus supra. & ipse loquitur in vno duntaxat instrumento, & vult, quòd ad plenam probationem requirantur plura instru-

Instrumenta, vt ibi per eum colum. 2. in princip. Vnde saltem negari non potest, quin vnum faciat semiplenam probationem. nam si duo instrumenta antiqua plenè probant, vt ille ait * communem opi. ergò vnum semiplenè probabit: sicut duo testes plenè probant, vnus autem semiplenè, Castr. consil. 194. numer. 2. in 2. part. cum simil. probatio enim quæ necessariò non concludit, saltem valet ad semiplenam probationem, vt de testibus super recognitione scripturæ alienæ, quia habent notam manum illius: & de testibus de auditu vocis alterius, quem non viderunt, quòd sit vox illius certè personæ: & de testibus deponentibus de coitu inter aliquos, quos non viderunt, sed audiuerunt strepitum ad talem actum tendentem, respondit Ruin. consil. 35. numer. 8. volum. 4. & sicut duæ præsumptiones faciunt vnam plenam probationem, ità ex duabus semiplenis probationibus sumitur vna plena probatio, Ruin. consil. 134. numero 6. & seq. volum. 5. Id quod ex abundanti sit dictum. Concurrentibus autem duobus supradictis instrumētis, vt hic, & continuata possessione, de qua suprà, vltra temporis antiquitatem, res est extra omnem dubitationem, quòd etiam contra tertium probant verba huiusmodi enunciatiua: ita concludit Craue. vbi supra de antiquitate temporum. §. ampliatur nunc memorata conclusio. numero. 20. qoi videri potest. Natta vbi supra numero 6. & seq. Et ad hoc etiam faciunt, quæ ponit Butri. in capitul. veniens. il 1. in fine. de test. dicens, quòd in antiquis, & alijs, quæ sunt difficilis probationis, sufficit probatio per coniecturas, & duæ imperfectæ probationes, etiam diuersi generis, iunguntur ad plenam probationem, & concordan. citat Natta d. consil. 435. numero 8. Cæteræ authoritates in contrarium motiuatæ, & præsertim Corne. consilio 22. numero nono. volumine tertio. his non contradicunt, immò consentiunt, dum concludit, quòd in antiquis non requiritur plena probatio, capitulo causam, quæ de probatio. & concordan. de quibus per eum ibi numer. quarto. licèt non omnis coniectura leuis sufficiat pro plena probatione, prout est instrumentum vnum faciens mentionem de alio. nam vbi plenè non probet, saltem adminiculatur, & hoc nemo negat pro quo facit, quia copia alicuius instrumenti probat, etiam authentico non exhibito, quandiu fuit obseruatum secundum eius tenorem, Craue. consil. 65. numero. 11.

Coadiuuantur prædicta ex alio: quia probatū fuit incendium dictæ Vallis Muzaulæ, & depopulatio bellica, & sic probatus casus amissionis dictarum concessionum Apostolicarum, l. sicut iniquum. C. de fid. instr. vbi * omnes not. quòd qui allegat instrumentum casum perditum, debet casum probare, ideò sufficiunt attestationes illorum duorum testium, scilicet notariorum, de quibus sup. qui attestantur vidisse, & legisse dictas concessiones, vt per Ias. consil. 42. numer. 2. in fin. volum. j. versicu. nam prædicti duo notarij concorditer deponunt, se vidisse originalem scripturam notarij, & quòd eam legerunt, &c. Concurrit etiam fama tituli huiusmodi habiti à Summis Pontificibus, de qua deponunt multi testes desuper recepti, & præsertim j. fol. 3. fol. 85. 5. fol. 136. 8. fol. 210. 12. fol. 316. 14. fol. 310. & fol. 354. & 17. fol. 437.

Et gloss. vt authoritates allegatæ in motiuo, quæ dicunt in feudum decimas concedi potuisse per Prælatos laicis, vt Ecclesiæ defensionem susciperent, non negant alias species alienationum saltem tit. oneroso fieri potuisse. quòd alij suprà citati affirmant ex * communi senten. Bursa. d. consil. 51. numer. 11. versic. attamen si hodiè laicus possidebat decimas, licèt Ecclesiæ, quas etiam sui antecessores laici detinuerunt per tempus immemorabile, &c. & numer. 12. in fi. ibi, Laicis acquisitis, vel ab Ecclesijs, seu Prælatis legitimè inuestitas. & numer. 14. pro ista concordia stat gl. in d. cap. cum Apostolica in gl. pen. dum inquit, aliud esse dicere Episcopum, aliud dicere solum Episcopum. & in specie stat gloss. in d. cap. causam, quæ in vltim. glo. in fin. ibi, nisi allegent alium titulum, & concessionem factam, &c. de praescri. neque enim dixit titulum feudi, vel priuilegij, sed generaliter titulum, & concessionem.

Secundò respondetur, quòd illæ gloss. & authoritates, & * communis opinio suprà. in cōtrarium allegata, loquuntur in eo, qui allegat tit. à Prælato, vel ab Ecclesia habitum; nos autem de titulo, vel donationis, vel emptionis, vel census nomine, vel priuilegio, putà habito à Sede Apostolica, loquimur, quæ maiorem habet authoritatem in alienationibus rerum Ecclesiarum: quod & probat in specie Rimin. iun. consil. 41. numer. 39. versicu. sola superest difficultas. ibi; nam Summus Pontifex exceptuatur, quia tale ius benè potest laicus concedere, &c. &, vt ille etiam subijcit, ex lapsu tanti temporis præsumitur quælibet fauorabilis concessio, vel priuilegium, vt sup. diximus, ex quo lapsus immemorabilis temporis æquiparatur priuilegio, & concessioni, vel indulto habito à Papa, & Principe, l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æsti. & concordan per Chassane. super consuet. Burg. cat. 26 à fronte. numer. 10. & ita in specie probat Socin. iun. de consi. 113 num 37. in fi. & seq. Bald. vbi sup. in d. 7. q. numer. 19. in princip. ibi; licèt sibi possunt ex priuilegio Apostolico competere, si ei, vel maioribus suis concessæ fuerunt per Sedem Apostolicam, vel si fuerunt laico per Ecclesiam concessæ in feudum ante Concilium Lateranen. & Chassan. vbi suprà. car. 26. à ter. in princip. versic. & nota, quod in hac materia nullus est titulus validus, nisi concessio in feudum ante Concilium Lateranen. secundum quod not. in d. capit. cum Apostolica vel priuilegium Apostolicum, &c. ipsis enim Prælatis, & Ecclesiasticis personis per Concilium fuit prohibita alienatio decimarum post Concilium Lateranense, & de his loquitur capitul. prohibemus. de decim. & capitul. 2. eo. in 6. vt concludit Castren. d. consil. 139. in princip. in 2. par non autem ipsi Summo Pontifici, qui est supra Concilium, Ias. consil. 97. volum 4. Et in terminis, quod solus Papa post Concilium Lateranen. possit in priuilegium decimas concedere, * omnes consentiunt, & nemo est, qui * dissentiat. Intelligendo de priuilegio etiam perpetuo, vt est de eius natura, cap. decet. de reg. iur. in 6. & gloss. in cap. suggestum. de decim. & in specie de priuilegio ad tempus, vel etiam perpetuo, Hostiens.

ſtienſ. *in Summa de deci. q. 3. in princ. verſ.* ſi laicus habet priuilegium Romanæ Sedis, ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum, licitè exigit, &c. & hoc de priuilegio, & conceſſione Pontificis firmat idem Hoſtien. & ſequitur Ioan. Andr. *in d. ca. cum Apoſtolica. de his, quæ ſi. à Præla. & c col pen. in ſi.* qui loquuntur de poteſtate ordinaria, dum dicunt, quòd Eccleſia eſt ſundata contra laicum decimas poſſidentem, niſi probet conceſſionem habitam ante Conciliũ Lateranen. ſcilicet ab ordinatio, vel poſt authoritate Papæ, nec etiam dicunt de abſoluta, & ſic parificant hoc caſu vtramque authoritatem, *l. iam hoc iure ff de vulg. & pupil. idem probat Anch. ibidem nu 6 & adhuc clarius Butri. nu. 17. & Imo. nu. 18. in fin.* dum ſimpliciter inquit, quòd ex conceſſione Papæ poteſt fieri conceſſio iuris ſpiritualis laico. & latius *car. fin. col. j. in fin.* & quod dixi de perpetua conceſſione, ſpeciale eſt in Papa, vt dicunt Doctores ſuprà citati, quia inferiores hoc non poſſunt, ſed ſolùm ad tempus, putà ad vitam alicuius, vt ſup. diximus, & in decimis, & alijs ſpiritualibus idem tenet de perpetua Papæ conceſſione Rebuff. *de deci. q. 13 nu 73 in fin.* dicens, quòd non poteſt Epiſcopus, vel alius extrà Papãm decimas laicis perpetuò concedere, & eos facere capaces rerum ſpiritualium. Idem reſpondit Bero. *conſ. 21. num. 4. verſ nam ſolus Papa per ſuum priuilegium. vol.* j. Cum igitur Doctor. omnes abſolutè, & ſimpliciter loquantur in priuilegio, & conceſſione, temerarium eſſet poteſtatem Papæ liberam; & abſolutam (de qua etiam infrà dicam) reſtringere ad ſeudalem conceſſionem tantùm, *l. de pretio. ff. de public.* cuius tamen poteſtas, & authoritas, & poteſtas in beneficialibus, & ſpiritualibus ſemper exceptuata intelligitur, *c. veniens. de iureiurand. c. 2. de præbend. in 6. Dec. in conſil. 112. nu. 6.* loquens etiam in materia matrimoniali. Et omni in caſu ex lapſu tanti temporis præſumitur titulus iuſtus, & omnes ſolemnitates in alienatione rerum Eccleſiæ interueniſſe, vt reſpondit Dec. *in motiuo citatus conſ. 341. nu 13.* ex lapſu enim tanti temporis præſumitur cauſa legitima, & eſt præſumptio iuris, & de iure, Pariſ. *conſ. 25 num. 15. vol. 4.* loquens in materia exemptionis à decimis, de quo ſuprà etiam memini, & plures concord. per Rimin. *iun conſ 76. nu. 6. & latè per Gabri. titul. de præſump. lib* j. *concl.* j. Et eſt * communis opinio, quòd ex lapſu 40. annorum, vel etiam 30. omnia ſolemnia neceſſaria, etiam à ſtatuto requiſita, interueniſſe præſumãtur, Dec. *conſ. 221. nu. 9.* & idem in alienatione rei Eccleſię, ſi acquirens, & eius authores ſemper poſſiderunt dictam rem ſciẽtibus, & patientibus pro tempore dominis religioſis, vt latè putat Socin. *conſ 208 ſub num. 4. vol. 2.* & latè idem firmat in materia alienationis rei Eccleſię, in qua fuiſſet neceſſaria licentia Papæ, quòd ea, & cętera ſolemnia præſumuntur ex lapſu temporis immemorabilis, Crau. *de antiq temp. in 3. par. in princ. nu. 18. & ſeq & §. vidimus in genere. nu 26. & plu. ſeqq. & ante cum Ripa tit. de eccl. ædif vel repar. reſponſio 2. num. 2. & ſeq.* vbi teſtatur de * communi. & latius per Loazes *in conſ. ſuo ſuper oppido Mula car. 258. & ſeq. Hier. de Monte in tract. ſin regun. c. 105.* qui infinitos citant concordan. Et atteora dicti temporis antiquitate, calũnioſè obijcitur ex aduerſo, quòd dicta duo inſtrumenta, nõ ſint iſtrumenta, quia nõ conſtat eos, qui rogati dicuntur, fuiſſe notarios, & quòd ſcripta ſunt eorum manu, vt concludit Bal. in Authen. quas actiones. *in ſi. verſ.* ego dico, quòd in inſtrumentis ita antiquis oon expedit probare, quòd notarius fuerit notarius. *C. de ſacroſ. eccl. per Inn. in c. veniens. de verbor. ſignif. idem repetit in l. comparationes. nu 14. verſ.* ſed iſta cautela noo cadit in inſtrumentis antiquis. vbi concludit, quòd in talibus inſtrumentis non eſt neceſſe habere litteras teſtimoniales, quòd ille ſit legalis notarius. Idem tenuit Aufre. *deciſ. 491. Hier. de Monte in tract. ſin. regu c. 106* dicens, quòd in inſtrumentis de antiquo exemplatis non eſt neceſſe probare, quòd notarius, qui exemplauit, vel quod ille, qui de inſtrumento eſt rogatus, fuerit notarius, nec etiã, quòd ille, qui authoritatem interpoſuit, eſſet iudex, & ad hoc citat plur. concordan. & ante eum ſequendo Bal. *vbi ſuprà. reſpondit Corn. conſ. 35. nu. 6. in ſi. & ſequen. vol. 1.* quòd quando producitur inſtrumentum antiquiſſimum, id eſt, memoriam hominum excedens, tunc non oportet probare, quòd auctor inſtrumenti eſſet notarius. Idem probat Natta *d. conſ. 235. ſub nu. 12.* & eadem ratione idem eſt dicẽ-cendum circa ſcripturam, quòd ſit ſcripta manu dictorum notariorum, prout tamen aliàs eſſet probanda, vbi non eſſemus in valdè antiquis, vt reſpondit Alex. *conſ. 97. nu. 4. & ſequen. vol 7. & ità tenet Bald. in d. l. comparationes. in loco ſuprà citato.* Quo ſit, vt in propoſito noſtro non opus ſit diſputare de tituli validitate, quaſi fuerit conceſſus de poteſtate ordinaria, non autem de abſoluta Papæ authoritate, quæ hic videtur neceſſaria: quoniam etiam vbi id verum eſſet, per regulam generalem, quòd in dubio Princeps non præſumitur vti plenitudine poteſtatis, ſed ſolum ordinaria, niſi aliter de voluntate eius conſtet, Alex. *conſ 60. nu. 20.* loquens in materia legitimationis; tamen eo ipſo, quòd Papa concedit laico rem ſpiritualem, cenſetur eum capacem facere, & non opus eſt, quòd exprimatur clauſula de plenitudine poteſtatis, vel ex certa ſcientia, vt in caſu, quo Papa concedit beneficium aliquod infanti, ſciens eum eſſe talem, concludit Bald. *in l. fin. nu. 7. C. ſenten reſcind. non poſſ.* & quando Papa ſcit omninò ineſſicaciam, & inualiditatem actus iure ordinario, quem fecit, cenſetor eum actum faciendo, vel confirmando diſpenſare contra inhabilitatem, & non facere actum nullum, *l. quidam conſulebant ff. de re iud. & ità per illum text. concludit Ancha. in c. dudum. in ſi. de decim.* Et facit concluſio illa * communis, quòd vbi Princeps facit aliquem actum, qui eſt ſuprà ordinariam poteſtatem, cenſetur vti poteſtatis plenitudine, vt actus valeat, Caſt. *conſil. 414. nu. 5. in prin. Inter conſ. Butr. conſ. vlt. nu. 24.* quãdo eſt informatus de facto, quia de iure non eſt neceſſaria alia informatio: neque enim in Principe ignorantia, vel error iuris prę ſumitur, cum habeat omnia iura in ſcrinio pectoris, *l. omnium. C. de teſta.* & hæc præſumptio notabilis fundata eſt ſuper eo, quod actus, inquantum fieri poteſt, ſuſtineri debet, vt valeat, *l ſi quando. ff. de leg. j. l. etiam ff. de bo. liber.* & hæc concluſio procedit, quando actus non poteſt valere de poteſtate ordinaria, vt

dixi,

dixi, aliàs secus, vt per Castr. *vbi suprà. qui idem probat in l. in testamento. la j. nu. 8. in princ. C. de testamen. mili. quem etiam refert, & sequitur Alex. in l. centurio. nu. 34. vers.* alio etiam casu videtur Princeps vti suprema potestate. *ff. de vulga. & pupil. & latius Felyn. in c. in causis. nu. 2. in fin. de re iud.* dicens, quòd dictum Inn. *in c. innotuit. de elect.* quòd Princeps non censetur vti potestate absoluta, nisi exprimat, intelligi debet, vbi actus potest in parte aliqua valere de potestate ordinaria, aliàs secus, si in totum corrueret, nisi sustineretur de absoluta. & plura etiam adducit Hipp. *singu. 84. Princeps. vers. tene tamen menti. Felyn. in c. cum inter. col. 5. vers. intellige benè. de excep. & ibidem nu. 6. refert, & sequitur Cast. vbi suprà. Alexand. in l. quanquam. C. de testamen. milit.* dicens; quòd in duobus casibus Princeps non præsumitur velle vti iure communi, sed potestate absoluta. Primus est, quando actus in totum, vel in parte sustineri non potest de iure communi, per *l. si quando. C. de inoffi. testamen.* Secundus est, quando Princeps scit actum, quem fecit, non valere de iure communi, nec error est in facto, sed omnia sunt ei nota, quæ in facto consistunt, aliàs secus, per *l. nec ignorans. C. de dona.* Idem probat Paul de Montepico *in l. Titia cum testamento. §. Titia cum nuberet. q. 18. nu. 78. vers. contrarium sentio. ff. de lega. 2. Ferre. cons. 32 nu 55.* dicens; quòd quando Princeps non seruat ordinem iuris, præsumitur vti potestate absoluta, & quando actus non valeret, nisi de plenitudine potestatis, sustineretur. Idem firmat Riminal. *iun. in §. j. nu. 457. Instit. de don.* subdens; hoc esse benè notandum. Idem respondit Hipp. *cons. 107. nu. 23. & sequen. Crauè. cons. 222. nu. 9. vol. 2. vers.* simile videmus in Principe. vbi plures authoritates citat ad hoc; non obstante, quòd plenitudo potestatis sit res odiosa, vt ille ait. Hinc est, quòd si Princeps aliquid supra alimenta relinquit filio suo, censetur id facere de plenitudine potestatis, cum de ordinaria ex lege scripta id non liceat, vt pro Illustris. Do. Alexan. Gonzaga respōdit Soc. *iun. cons. 60. vol. 4.* & ibi etiam addit tertiū casum, quando in dispositione Principis adest clausula, Omni meliori modo.

Et in materia decimarum, si Princeps simpliciter confirmat laico decimas ei concessas per Principem sæcularem, non censetur vti potestate absoluta, quia confirmatio potest valere in forma communi, licèt parùm operetur, c. dudum. de decimis. secus autem, si Princeps sciebat omnes defectus concessionis Principis laici, vt per Anch. *ibi in fi.* Vel si nihil penitus valeret, vt in casu isto nihil valerent dictæ concessiones perpetuæ, nisi eas factas dicamus de potestate absoluta, vbi non possent valere de ordinaria.

Et insuper hic vsus plenitudinis potestatis satis præsumitur ex geminatione dictarum concessionum, Decius *cons. 191. nu. 8.* verba enim, & dispositio geminata, licèt narratiua, inducunt dispositionem deliberatam, Gozad. *cons. 83. nu. 10.* & in confirmatione geminata, vel pluries facta, quòd habeat vim clausulæ ex certa scientia, respondit Decius *cons. 649. in fin.*

Et ex his etiam remouetur alia obiectio, quòd decimæ huiusmodi non transeant ad extraneos hæredes: quia id procedit, quando ageretur de decimis infeudatis, qui non est casus noster, cum vt dixi, allegetur concessio Apostolica, quæ de iure transit in quoscunque, *c. decet. de reg. iur. in 6* maximè in concessione facta ex certa scientia, vel cum causa cognitione. illa enim inualidum reddit validum, & personale reale facit, vt signanter inquit Hostien. *in c. dudum. col. pen. in verb. confirmationis. de deci. & est* * *communis opinio, Ias. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. nu 9. vers.* sed si nullum horum appareat, concessio præsumitur realis: quia in beneficijs Principum facienda est lata interpretatio, &c. *ff. de lega. j.* Et in concessis ex priuilegio Apostolico loquitur *Balb. vbi supra num. 19. in princip. & Barba. d. cons. 35. col. 5. in princip.* & apertius in successoribus penitus extraneis inuicem, *Socin. iun. d. cons. 115. nu. 37. & sequen.* Nec mirum, cum etiam potuerint per inferiores ante Concilium Lateranense in feudum concedi transitorium ad quoscunque etiam extraneos, etiam non hæredes ex vi clausulæ, Et quibus dederit. sic enim fuit factum in feudo decimarum castri Niuiani agri Placen. illi nobili mulieri de Grassis, quæ posteà reliquit eas Dominis Landensibus, qui eas etiam hodiè tenent, vt respondit Ias. *dicto. consil. 156. volum. 2. volum. 2.*

Quo fit, vt parum accuratè loquutus sit Rebuff. *de deci. 13. nu. 71.* dum disputando quæstionem immemorabilis temporis possessionis decimarum in laico, dixit examinando tex. *in d. c. cum Apostolica. de his, quæ fi. à Præla.* quòd sufficit laico probare decimas à Papa infeudatas, etiam si non probetur ante Concilium Lateranense habuisse, per *d. c. cum Apostolica.* quod solum de Prælatis, & Ecclesia loquitur. propter quod puto corruptum per impressorem scriptum verbum Papa: quia melius dixisset à Prælato, cum posteà omnia, quæ subijcit, ad Papam non pertineant, quem constat dubio procul posse decimas concedere perpetuò, vt ille etiam admittit *nu 73. in fi.* & liberè disponere ad libitum suum, vt sup. diximus. quod si titulus habitus à Papa est validus, vt præsupponit Rebuff. *vbi supr.* quid opus est quasi dubitate super exigentia temporis immemorabiles, vt ipse fecit? ità Craue. *de antiqui. tempo. car. 92. in fi. nu. 4. in fi.* vel eius dictum otiosum est. Prætereà quod subijcit Rebuff. *vbi suprà numer. 72.* oportere concessionem feudalem apparere, quia absque illa non potest præscribi, & quòd oportet esse factam perpetuò, quia temporalis in dubio præsumitur, scilicet ad tertiam generationem, *c. fi. de feud & §. emphyteusim. Auth. de non alie. reb. eccl. & cap possessiones. 16. q. j.* erroneum est multipliciter. nam qui titulum ostendit, frustra obijcit præscriptionem: quia forma tituli apparentis seruanda est. & insuper præscript. non auditur in hac materia, gl'oss. *in cap. causam, quæ. de præscript.* vbi * omnes not. & insuper illa iura loquuntur in inferioribus, vt dixi.

Et pariter cessat aliud motiuum, quod habet, præsumptionem tituli Apostolici habiti ante Concilium Lateranens. cessare per concessionem Vincislai Pallauicinis de anno 1395. in processu *fol 360.*

Quia

Quia respondetur, quòd immò per dictū priuilegium potius constat hanc decimam esse marè laicalem, vt suprà diximus in princ. sed vbi velimus esse spiritualem, considerandum est, quòd illud priuilegium Vincislai est solùm decimæ, quæ iam per dictos Pallauicinos possidebatur, vt suprà diximus, confirmatorium, non autem per illud probatur, quòd à dicto Principe emanauerit: & qui confirmat, nihil dat, quando confirmatum prius non erat nullum, sed solùm est infusiuum, vt docet Bal. *in l. ex placito. nu. 3. & nu. 6. vers. si autem quæratur, an qui confirmat, der, &c. C. de rerum permu. Rum. consil. 16. nu. 22. vol. 2. & cons. 110. nu. 18. vol. 5.* Nec huiusmod confirmatio quicquam læsit ius Apostolicum, à quo modò allegatur habita concessio, *c. ad nostram c. cum venerabilis. & ca. fi. de confirmat. vti. vel inut. & probatur in c. tua. quod est vigesimumquintum. in verb. Imperialis concessio. de deci. & in c. dudum. ubi etiam gl. in verb. concessionem. & * omnes not. eo. tit. sic & in casu Alb. cons. 64. nu. 33.* Ecclesia Nouarien. licèt haberet donationes, & priuilegia obtenta à Summis Pontificibus, tamen successiuè etiam earundem confirmationes obtinuit ab Imperatoribus, & Regibus pro tempore regnantibus in Ducatu Mediolani, quod & iurauit, vt ibi per eum. neque enim priuilegium nouū tollit antiquum, vt post Bal. *& alios, not Alexand. in l. si Ruffinus. num 2. in princip. in 2. not. C. de testamen. mil. & concord. per Balb. de præscrip. in 5. part. princip. in princip. nu. 9.* & multiplicatio titulorum non est iure reprobata, *c. cum personæ de priuil. in 6.* vbi priuilegium, & præscriptio concurrunt, nec est incōueniens, quòd quis in eadem re plures habeat, & diuersos titulos, *l. 3. §. ex pluribus causis ff. de acquir. rer. do. & concord. de quibus per Rimimal. cons. 115. in fi. vol. j. loquens in diuisione, & laudo.*

Benè verum est, quod vbi per laicum allegatur titulus habitus à Principe laico, & ab eo, qui dare non potest, non possit laicus obtineri etiam data temporis immemorabilitate, *d. c. dudum & benè in hac re tradit Rebuff d. tract. a. de deci. q. 13. nu. 92. & latius infrà dicam.*

Sed iste non est casus noster. quia non potest dici, quòd ista decima initium tunc sumpserit à Vincislao, cum prius possideretur per dictos Pallauicinos: allegata autem in motiuo loquuntur in decima spirituali habita à Principe sæculari, & post Concilium Lateranen. quæ omnia cessant in casu isto: quia vbi fit spiritualis, non constat, quòd fuerit habita à Principe sæculari, sed solùm ab eo confirmata, quæ cōfirmatio licèt emanauerit post Concilium Lateranen. non ideò officit priori obtentioni dictarum decimarum.

Non etiam obstat, quòd retenta ea opinione, quod decimæ ante Concilium Lateranen. solùm titulo feudi possint concedi pro ordinarios, eadem ratione concessio habita à Pontifice accipienda est, vt potius fuerit feudalis, quàm donatio, vel priuilegium: quia talis concessio minus præiudicialis erit d. Ecclesiæ Placentinæ: & in dubio accipienda est ea interpretatio, quæ minus est nociua Ecclesiæ, *l. sunt personæ ff. de relig. & sumpti fune. cum vulga.* & sic dicta concessio vt minus fuerit d. Ecclesiæ præiudicialis, erit iudicanda concessio facta dictis D. laicis, vt possint decimam habere in feudum ab Episcopis, quòd aliàs fieri non potuisset sine licentia Papæ post d. Concilium Lateran. *d. c. prohibemus. de deci. c. 2. eo in 6.*

Quia citò soluitur hæc obiectio ex pluribus: Primò, quod immò dicta concessio fuit priuilegium, seu donatio, vt aliàs demōstrabitur, si opus erit.

Secundò, quòd vbi fuisset feudalis, iam Papa sibi dominium directum retinuisset, quia hoc est ex natura feudi, vt patet ī toto titulo de feudis: quòd si Papa remansit Dominus directus, ergò non ecclesia Placen. *l. si vt certo. § si duobus vehiculum ff. cōmu.* Et dicere, quod fuerit quędam licentia, vt posset Episcopus infeudare, id est somnium vigilantiū: quia non conuenit concessioni enunciatæ per dicta instrumenta, quæ dicunt de concessione habita à Papis, ergò non ab Ecclesia Placent. Itē cum prima concessio fuerit ante d. Concilium, nō fuit opus, nec necessaria dicta licētia Papæ. Et insuper cum non extent aliqua vestigia inuestituræ ab aliquo, & maximè ab Ecclesia prædicta acceptæ, tāto magis cessat obiectio, vt dictæ concessiones minimè sint iudicandæ feudales, ex eo, quòd non apparet, quod Summi illi Pontifices aliquid sibi reseruauerint, nec quòd aliqua inuestitura interuenerit vnquā vllo tēpore, aut recognitio, seu signū aliquod vasallagij, prout nō præsumūtur interuenisse, prout tamē necessariò oporteret cōstare, vt dici possent feudales concessiones, vt post Oldr. *& concord. per eum citatos, respondit Ruin. cons. 38. nu. 3. in fi. & sequen. vol. 3. & latè etiam Paris cons. 20. in prin. vol. j.* vbi concludit, quòd nisi appareant aliquę cōiecturę, per quas argui posset concessionem fuisse feudalē, putà, reseruatio dominij directi, inuestitura, & huiusmodi, bona concessa prǽsumūtur pro alodiū, & liberè data. Et nō est dubiū, quòd ex lapsu tanti tēporis, de quo sæpè fuit dictum, si dictę concessiones feudales fuissent, apparerent etiā aliq̄ sæpius acceptæ inuestituræ consuetę, & debitę accipi per obitum, vel domini, vel vasalli, prout notissimum est. Et ad hoc faciunt tradita per Crauet. *cons. 91. nu. 7.* vbi cōcludit, quòd vera interpretatio dispositionum sumitur à practica, seu ab eo, quòd fieri consueuit, & infrà etiam dicemus. Sic & obseruantia secuta post aliquam sententiam præsumitur facta in eius executionem, & ex titulo, & causa ipsius; quia à primordio tituli posterior formatur euentus, *l. j. C. de impo lucra. describ. lib. 10 Crauet. cons. 10 nu. 9.* & optima est præsumptio, quæ colligitur ab effectu subsequuto, Alba. *cons. 104. nu. 4. vbi citat bona iura.* Et ideò meritò dixit post Bart. per eum citatum Nat. *d. cons. 283 nu. 6. in fi. & seqūē.* quòd verba antiqua stipulationum, & contractuū declarantur ex consuetudine subsequuta, & modo vtendi.

Nec obstat, si dicatur, quòd saltem in dictis cōcessionibus non intelligatur comprehensum ius competens Episcopo, & d. Ecclesiæ Placen. quia regulariter, nunquam iuri Episcopali, seu diœcesano per aliquod priuilegium præiudicatur in aliquo, nisi hoc specialiter fuerit expressum, præterquam in priuilegio exemptionis, vt in hac materia, inquit Hostien. *in c. dudum. ad fi. de deci.* per priuile-

priuilegium enim exemptionis eo ipso dicitur derogatum iuri ordinarij, vt respondit in hac materia etiam Dec. *consil. 113. nu 6. infr. & seq.*

Et priuilegium in dubio interpretandum est, vt enormiter ius tertij non lædat, Ioann. Andr. *in c nuper. & Abb. in c. susceptrum. num. 3. de deci.* est enim priuilegium maximè in hac materia odiosum, ideò strictissimè intelligendum, vt etiam non comprehendat ea, quæ aliàs venirent in concessione fa uorabili, putà noualia, Abb. *in c. tua. li. j. nu. 7. eodem titulo.*

Quoniam respondetur pluribus modis. Primò, contrarium forsan posse procedere in dubio, & in concessione de recenti, sed nos loquimur in concessionibus emanatis iam 400. annis elapsis, & vltrà, & quæ continent etiam ius Episcopi, scilicet quartam illi de iure competentem, vt demonstrat longa tanti temporis obseruantia, quę docet, quid in dispositionibus contineatur, vt etiam suprà diximus.

Præterea stante, quòd de anno . . facta fuit confiscatio bonorum dominorum Pallauicinorum, in quibus erant dictæ decimæ, vbi diceremus eos fuisse titulo feudi inuestitos ante Concilium Lateranen. prout poterant, *dict. c. cum Apostolica. in fine. & c. 2. de deci. in 6.* vtique dominium vasalli confiscatum, & translatum postea per fiscum in authores istorum Dominorum reorum conuentorum, diceretur præscriptum, & possent cogere Ecclesiam agentem ad nouam inuestituram concedenda, vt in terminis respondit Alcia. *dicto cons. 4. & benè, licèt Bero. contradicat d. cons. 21. nu. 18. & sequen. volum. j.* sed hoc ex abundanti sit dictum, quia licèt in acquirendis Prælatus tacendo possit Ecclesiæ præiudicare patiendo bona præscribi, seu vtile dominium rei Ecclesiæ, quia multa permittuntur per tacitam alienationem, quæ sunt per expressa in prohibita sine causa, & solemnitatibus, vt per Paris. in materia feudi Ecclesiæ, *consil. 27. nu. 63. & sequen. vol. j.* & probatur in hac materia *in c. si de terra. vbi Soc. no. in 4. not. nu. 4. & pluribus sequent. de priuileg.* vbi tamen addit, quòd clericus ipse tenetur de suo satisfacere Ecclesiæ isto casu. & idem firmat Abb. *in c. quoniam. num. 4. de decim.* dum concludit, quòd solus Prælatus potest præiudicare Ecclesiæ negligendo, & non acquirendo, putà, hæreditatem, seu legatum Ecclesiæ factum, tamen in hac præscriptione feudi oportet, quòd pro laico concurrant titulus, bona fides, & possessio continua vniformis ipsius, tanquam vasalli cum præstatione seruatorum, &c. *vt per eum ibi nu. 89 & plur. sequen.* & bona fides primi authoris non potest dici, scilicet, in fisco, nec in aliquo alio successore, vt ibi latè per eum, qui addit quòd in mille annis bona fides præsumi non potest. & probat Guid. Pap. *decis. 284.* dicens, quòd laici bonā fidem habere non possunt sine titulo ab eo, qui date potest, quia sunt de iure diuino, loquendo de effectu, & materia præscriptionis. Et propterea dicunt iura, & Doctor. quòd laicus non potest spiritualia possidere, capitu. Massana. vbi * omnes not *de elect. gloss. in d. capitu. causam, qua de præscript.* & consequenter nec præscribere, vt dicit illa gloss. & * communiter Doctor. & probant alij, quos refert, & sequitur Deci. *consil. 117. columna prima.*

Quæ quidem puto vera titulo posi habito: quia dubio procul decimæ, huiusmodi spiritualia sine titulo verò, vel præsumpto haberi non possunt, maximè per laicum, cui ius commune resistit, *c. ad decimas. de resti. spol.* & assistit Ecclesiæ, seu personis Ecclesiasticis, quibus pertinet de iure communi, licèt sint quædam alia spiritualitatem quandam habentia, quæ communicata reperiuntur laicis, quæ propterea possunt præscribi aduersus ordinarium, vt in iurepatronatus, & præsentandi, latè sic distinguendo probat Dec. *vbi suprà*, licèt etiam in his spiritualibus, vbi ageretur spolio pro laico contra non fundatum in iure communi, aliud forsan esset dicendum, vt infrà dicemus. Veruntamen & in istis quoque spiritualibus, scilicet in iurepatronatus præscribendo per laicum non est dare differentiam ab alijs: quia in istis quoque requiritur lapsus temporis immemorabilis, & quòd allegetur titulus, vt est * communis opinio, de qua testatur Ferre. *cons. 212. nu. 5. & pluribus sequentibus.* *

Tertiò principaliter, quòd mensa Episcopalis nullum ius habeat in decima ista, si spiritualis sit, omni in casu vbi supradicta cessarent, prout tamen vera sunt, & nihil potest prætendere vltra quartam partem, & consequenter, quòd ad alias partes, absoluendi sint omninò dd. Illustriss. DD. rei conuenti, patet manifestè: quia in illis tribus partibus notoriè de non iure d. mensæ constat, ex quo ille pertinerent de iure communi Ecclesiæ parochiali, seu plebi d. loci, vt sunt iura clarissima in *c. cum contingat. quod est vigesimumnonum, ibi;* Cum perceptio decimarum ad parochiales Ecclesias de iure communi pertineat. & in *c. seq. in fi. vbi sunt eadem verba. de deci. & gloss. magistra. in d. c. cum contingat.* & quarta solùm debetur Episcopo, *c. de quarta. a. de præscri. vbi gl.* Franc. post alios, qui vtranque probat, *in c. 2. nu. 5. & sequen. de resti. spol.* & in his Rectores Ecclesiarum etiam contra Episcopum habent intentionem fundatam, *c. si de parochia. abundè per Rebuff. de deci. q. 8. num. 3e. & pluribus sequentibus,* nisi simus in decima, quę non sit in parochia alicuius Ecclesiæ parochialis: quia illa etiam pertinet Episcopo, *gl. in c. cum contingat. & in c. dudum. eodem titulo.*

Nec obstat, quòd isti Dominorum rei conuenti pugnantia loquantur, modo negantes se aliquem recognoscere in hac decima, & modo allegantes Rectori spectare: quia suprà satis fuit responsum.

Non etiam releuat, quòd mensa Episcopalis sit id quasi possessione exigendi tres partes decimarum ex venditionibus earum factis pro tempore respectiuè authoritate Apostolica.

Quoniam cum hic habeamus iuris communis dispositionem refragantem Episcopo, succedit illud vulgatum, Tantum præscriptum, quantum possessum, Bart. *in l. j. §. si quis hoc interdicto ff. de itine. actuq. pri.* Et ideò non est extendenda eius quasi possessio vltra loca particularia, in quibus constat mensam habuisse, & habere dictas tres partes: quia

quia ex separatis non infertur, vt abundè probat Abb. *cons. 71. per totum. in 2 parte* nec vltra alia bona, quàm in quibus probatur huiusmodi possessio, & præsumptio, vt concludit Ioan. Andr. *in d. c. cum contingat propè fin.*

Non obstat, quòd de consuetudine decima huiusmodi pertineat ad Episcopum.

Quoniam respondetur, quòd aut loquimur de consuetudine generali, prout videtur sentire motiuum: & isto casu res est clara, quòd hodiè consuetudo est cótra Episcopos, vt decimas nó recipiant quia Episcopatus non sunt tenues in facto: ita inquit Rebuff. *d. q. 7. nu. 10. in quarto casu, vers.* sed hodiè est contra Episcopos consuetudo, &c. *& comprobat Bero. in c. Raynutius. nu. 165. & plurib. seq. de testam.* vbi concludit secundum * communem opinionem, quòd Ecclesia parochialis non tenetur soluere aliquam decimam de decimis prædiorum in sua parochia situatorum.

Nec obstat *gl. in c. de his. 10. q. j.* in motiuo allegata: quia dum loquitur de consuetudine generali præscripta, aduertendum est, quòd non loquitur de decimis, sed de alijs reditibus, quod in his Episcopus de consuetudine generali præscripta partem non habet, vt etiam in specie ibi considerat Turrecrema. dum vero loquitur de decimis, ipsa nihil dicit de consuetudine, sed concludit, quòd in his quartam habet Episcopus, quartam parochialis Ecclesia, & tertia debetur pauperibus, reliqua autem quarta reparationi Ecclesiæ: & sic illa gl. nihil dicit de consuetudine, & exemplum de Episcopo Bonon. per quo contra Ecclesiam S. Ioannis in Persiceto pronunciatum fuisse refert, tédit ad quartam tantum, contra opinionem Ioan. qui dicebat, quod hodie Episcopi nihil habent præter cathedraticum, quod etiam tenuit Innoc. *in c. conquerente. de offi. ordin.* cuius tamen opinionem damnat Host. *ibidem col. 2. vers.* sed dominus noster notauit, &c. dicens, quòd salua eius reuerentia, ipse determinauit pro Episcopo Hostiens. dum esset administrator Ecclesiæ Sistericẽ. quod quarta ei deberetur per hospitalarios S. Ioannis Hierosolymitani. quamuis, vt ille ait, quarta, scilicet media, vel tertia debeatur de consuetudine, sic intelligendo *d. c. de hu. cum sim.* Idemque ipse repetit in d. capi. cum contingat. dicens, quòd Episcopus solùm habet fundatam intentionem respectu quartæ, parochialis autem Ecclesia quo ad alia. & sequitur ibidem, Ioann. Andr. concludens, quòd Episcopus fundat intentionem suam, quo ad quartam, parochialis autem Ecclesia quo ad reliqua: & ità intelligit id, quòd refert Hustiens. fuisse pronunciatum per Innocen. quartam pro Episcopo Sistericen. Verum est, quòd Innocen. quem refert, & sequitur Archid. *in d. c. de hu.* dixit, quòd immo Episcopus non etiam quartam consequitur decimarum, nisi etiam habeat onus fabricæ Ecclesiæ, & quòd ità sententiauit Celestinus contra Episcopum Bonon. pro Ecclesia Sanct. Ioannis in Persiceto, & pertransit Aegid. *ibidem col. 3. sub nu. 9.* qui totam lecturam Archid. de verbo ad verbum sibi ascribit. Vnde ex his patet, quòd nec gloss. nec Doctor. dicunt aliquid de consuetudine generali, immo contrarium præsupponunt, dum concludunt, quòd Episcopus solùm habet intentionem fundatam super quarta, & Rector super reliquis, aliàs facilè eis fuisset dicere vnico verbo Episcopum fundatum esse in generali consuetudine super tribus partibus, & frustrà fuisset contentio inter Innocen. & sequaces, & alios contradicentes referentes sententias contrarias suprà relatas, de quibus suprà. Et quamuis Hostiens. faciat mentionem de consuetudine circa medietatem, vel tertiam, non tamen dicit eam esse generalem, cum probanda non sit consuetudo generalis, Dec. *cons. 447. nu. 10. Craue. cons. 137. nu. 5. & seq.* prout tamen est hæc consuetudo probanda per Episcopum agentem ad decimam, vt ille ait, & statim dicam *in 2. membr.*

Præterea dum Host. dicit dim diam, vel tertiã, eo ipso ostendit variam esse, ergo probanda, licèt esset generalis: hanc consequentiam probat Rolã. *cons. 80. nu. 10. vol. j.*

Aut loquimur de consuetudine particulari istius ciuitatis, & diœcesis, & idem dicendum est: quia de tali consuetudine non constat, & consuetudo, cum sit facti, ea probanda, fuit, ità concludit Hostiens. *in d. c. conquerente. col. pen. vers.* illa vero, quæ debentur ratione consuetudinis, non venirent in sententia, nisi essent specificata, vel nisi dictum fuisset in petitione, Peto iura Episcopalia, quæ mihi debentur tam de iure communi, quam de consuetudine speciali: tunc enim si probaretur consuetudo, ipsa probata, mandaretur executioni, &c. Et quod consuetudo particularis sit probanda per eum, qui allegat eam vigere in loco, respondit Ripa *tit. de iure gent. & ca. responso 13. in fi. per c. j. de consti. in 6.* Et quod in spem, non autẽ in genere sit probanda, probat Rimin. *in cons. 53. nu. 27.* nam consuetudo tantùm habet de effectu, & veritate, quantum habet de vsu, nec proprios terminos facti, & vsus excedere debet, Curt. *sen. cons. 15. nu. 2* non dico autem, quod sit necesse probare eam in iudicio contra dictorio obtentam sui ipse, secundum * communem, de qua per Bursa. *cons. 50. nu. 27.*

Non obstat, quod iudex possit de consuetudine se informare à seipso: quia id procedit in consuetudine, quæ respicit ordinem, & modum procedendi, non autem in respiciente decisoria: item vbi ea generalis sit, aliàs secus, ita concludit Bald. *in l. de qui. ns. num. 22. ff. de legib. & concor. per Rolan. à Valle cons. 53. num. 37. vol. 2. & vltra eos Dec. cons. 483. nu. 20. & seq. & nu. 28. & seq. Cagnol. in l. quatenus cuiusque. num. 12. ff. de regu. iur. & sequitur. Rimminal. iun. cons. 53. in fi.*

Rursus oportet, quod consuetudo sit notoria, ità quod omnibus euidenter constet, vt nihil possit opponi, vt de ea iudex se possit informare, & quod pars apertè non contradicat, aliàs secus, Dec. *in cap. cum M. Ferrar. numer. 7. de c. nstit. & cons. 449. numer. 24. Craue. vbi supr. Rimi. vbi supr. numer. 28. & plu. seqq.*

Nec sufficit dicere consuetudinem esse notoriam: quia multa dicuntur notoria, quæ non sunt, *c. consuluit. quod est 14. de appell.* sed requiritur declaratoria, & citatio partis, ità concludit Roland. *vbi supra, num. 30. & plur. seqq.* loquens in consuetudine

per

per partem allegata, quod vasalli non præstent iuramentum fidelitatis dominis suis, & ibi addit, quod debet probari per veras probationes, & non per præsumptiones, & coniecturas. & latè cōprobat Rimin. *iun. conf. 53. nu. 28. & 31.* loquens in consuetudine allegata non conficiendi inuentarij, quę allegabatur pro notoria. & in his omnibus defecit Episcopalis mensa.

Præterea aduertendum est, quod Reuerendiss. Episcopus dixit in petitione sua, quod decimæ huiusmodi debentur de iure diuino mensę suę, vt in processu fol. 2. à tergo, in princip. ergò etiam ex hoc capite non potest sequi sententia pro eo ex vi assertæ consuetudinis, per doctrinam Host. *vbi suprà.* Nec suffragantur clausulæ salutares in fine libelli appositæ, quia ille duntaxat operantur in casu dubio, non autem in claris, vt hic sumus, Alcia. *cons. 441.*

Non obstat, quòd exceptio ista non sit audienda tangens ius tertij non exclusiuum iuris agentis.

Quia patet responsio, quod immo est penitus exclusiua iuris agentis, cum per eam constet de iure, & dominio alterius iam quæsito ei, scilicèt d. parochiali ex dispositione iuris, *casus est in l. fi. C. de rei vendicat.*

Non obstat, quod iudicium sit summarium. Respondetur enim quod aliud est dare de iure tertij, vt contrarium loquitur aliud de non iure agentis, & iste est casus noster, & hoc licèt: ita concludit Sena. Pedemon. *deci. j. sub nu. 11. in motiuo alleg.*

Non obstat, quod propter neglīgētiam Archipresbyteri, vel Rectoris d. loci licuit Reuerend. Episcopo agere ad decimas istas, per Rebuff. *d. q. 7. nu. 12.* Nam respondetur, quòd obiectio procederet, vbi nomine d. Ecclesiæ parochialis, quæ iura habet descendentia à iuribus Episcopatus, iudiciū fuisset motum, tunc enim valet, aliàs secus, ità docet magistraliter Host. *in d. c. conquerente. in prin. de off. ord. & in d c. cum contingat. col. 2. de deci. vers. quin immò*, & Episcopus fundat intentionem suam de iure communi in tota decima, quæ ad petitionem nomine etiam parochialis Ecclesiæ, &c. *& in c. dudum col. 2. in verb. fundata. eodem titu.* per quem in d. loco mouetur, & sic concludit apertè Rebuff. *vbi sup.* At hic iudicium fuit clarissimè intentatum nomine mensæ Episcopalis, & ei decimas adiudicari petitum fuit, non autem Ecclesiæ parochiali, vt videre est ex dicta petitione, & libello, ergò, &c.

Non omitto posteà, vt nihil intactum remaneat, id quod dicitur de fructuum prædictorum restitu. Quia confirmatio Clementina, de qua supra in totum ab hac prætensione præseruat, quæ causam etiam præscribendi præstat, etiam si in forma communi emanasset, Hostiens. *in d. ca. cum contingat. col. 3. in princ. in verb. confirmationes, &c.*

In eadem causa Allegationes.

Mirum est, quòd in re tam clara pro istis Illustriss. D. Sfortiadis de Folliano in hac causa decimatum fiat difficultas de nouo in pronunciando ad eorum fauores, postquam res adeò fuit in prioribus scriptis dilucidata, vt nullus dubitationi probabili locus remanserit. Nec obstat, quòd pro parte mensæ Episcopalis dicatur d. duo instrumenta antiquissima locationum factarum ad tempus respectu dd. decimarum per antecessores dd. DD. in quibus enunciantur duæ concessiones Apostolicæ, altera Concilium Lateran. altera post illud, destruant præsumptionem tit. iusti, etiam donationis habitæ ante Concilium, quæ oriebatur ex immemorabilis temporis possessione, vel quasi dd. decimarum probata per testes, & instrumenta. Secundò, quòd ex forma dd. instrumentorum dd. Domini facti sunt indigni dictis decimis, & eorū concessionibus.

Primum probatur triplici ratione. prima est, quia præsumptio cessat, vbi veritas apparet, & detegitur per Craue. *in cons. 290. nu. 6. vol. 2. & concord. alias citatos per me.*

Secundum est, quia in actis fuit allegatum pro parte dd. Dominorum, quòd concessio habita ante Concilium Lateran. sit donatio, quæ non præsumitur, *l. Campanus. ff. de ope. lib.* sed potius debet præsumi feudum, vel emphyteusis, vt fiat interpretatio ad minus præiudicium Ecclesiæ, *l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. fun. & Afflic. deci. 23. in fi.* & ideò decimarum concessio in dubio iudicanda est non perpetua, sed temporalis, id est, ad vitam laici, vbi sit laico, per *gl. in c. possessiones. decima sexta quæst. 1. in gloss. 1. versic.* si autem simpliciter datur aliquid personę, intelligo personaliter esse datum, &c. quam sic in hac materia expendit Rebuff. *de deci. quæst. 13. numer. 72.* dicens, quòd regulariter ad tempus, non autem perpetuò dantur. & comprobat etiam Alciat. regula 2. pręsumptio. vltima, dicens, quòd licèt fictum, & emphyteusis simpliciter concessa intelligatur perpetuò, non tamen in re Ecclesiæ: quia naturaliter talis contractus non transit vltra tertiam generationem. Et ad hoc faciunt, quæ ponit Chassan. *super consuetud. Burgund. chart. 26. in fi. dicens post Felyn. in capitul. cum ex officij. de præscript.* quòd non sufficit allegare titulum, seu priuilegium in materia, in qua non est verisimile, quòd Papa aliquem priuilegiat, & quòd friuola est allegatio tituli, & priuilegij, quod verisimiliter non concessit Papa.

Tertia est, quòd in dictis instrumentis narrantur vineæ concessiones habitæ à Summis Pontificibus. Sed si prima fuit donatio, non fuit opus secunda: quia semel meum non potest amplius meum effici, *vt est tex. in c. inter dilectos. ad fin. vbi etiam gl. in verb. quod meum. de fide instr.* quia plures causæ lucratiuæ non possunt concurrere, Bar. & alij *in l. Mauius. §. duobus ff. de legatis secundo.*

Quarta probatur sic. quia in dicto secundo instrumento producto de anno 1306. confecto expresse cauetur, quòd conductores dictæ decimæ teneantur ipsas decimas exigere à dictis hominibus non eo modo, vt continetur in cōcessionibus dictarum decimarum, aliàs factis per Summos Pontif. &c. sed vt continetur in charta accordi, & conuentionis factę inter d. Vbertum Pallauicinū, & homines dictæ Vallis: ex quo patet, quòd fuit contrauentū dictis concessionibus, & consequenter ipsi Domini indigni facti sunt eorū beneficio,

c. ex eo. de reg. iur. in 6 Fely. in c. cum accessissent. nu. 23. vers. in gl. pen. de constitu. vbi tractat materiam, qualiter priuilegium amittatur. & quod non seruans formam priuilegij illud amittat, probat Rim. iun. cons. 18. nu. 94.

Quoniam hæc omnia facilè tolluntur, & minimo negocio.

Et breuiter, quòd ad primum attinet, vltra quę dicam in secundo principali motiuo, & pręsertim in tertia respõsione, quæ repellit omnino dictam Reuerendam Mensam agentem, dico, quòd non obstat prima ratio: quia procedit ità demum, vbi titulus verus, qui producitur est infectus, & reprobus, & contrarius dictæ nobili præsumptioni, aliàs secus: & ità loquitur Crauet. vbi supra. & concor. aliàs citati, & ità in specie declarat ipse etiam in trac. de antiq temp. in 3. parte, in prin nu. 27. & seq. & in quarta parte, §. absolutè nu. 59. vers. 12. quaro. eo. trac. de antiq. temp dicens, quod licèt tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, vim habeat tituli, àdeo quòd non etiam est necessaria allegatio tituli, tamen si producatur titulus, qui apparet vitiosus, & inualidus, tunc non vitiat, secus, si agatur de præsentando titulo, qui ex temporis lapsu elicitur; tunc enim titulus vitiosus si producatur, destruit illam præsumptionem, aliàs nu. 62. & in indiuiduo Rebuff. in d. tracta. deci q. 13. nu. 92. loquens in titulo habito ab eo, qui dare non potest, vt à laico, de quo in c. dudum de deci. Sed dictæ concessiones enunciatæ in dictis duobus instrumentis non sunt tales, cum fuerint habitæ à Summis Pontificibus, nec in aliquo reperiuntur, aut ostenduntur vitiosæ, prout ex aduerso demonstrari debuit clarè, & plenè: quia dubia probatio, vel exceptio minus clarè, & plenè probata non releuat, etiam in materia fauorabili, puta, dotis, vel matrimonij, vt respondit Craue. cons. 218. num. 5. in fi. & seq. vol. 2. & ego statim contrarium ostendam, ergo, &c. Vnde dicit Rebuff. vbi sup. numer. 69. & seq. quod bonum est producere titulum aliquem habitum ab Ecclesia vltra tempus immemorabile. Idem concludit Rimin. iun. cons. 26. nu. 33. & seq. vers. sed quid opus est in præsumptione priuilegij versari, cum de ipso clarè constet abundè, &c. loquẽs in quasi possessione immemorabili iuris pedagiandi, quod licèt ex ea præsumatur priuilegium, taliter quòd non potest probari contrarium, tamen res magis clara est, si addatur titulus verus. & latiꝰ, ac pulcherrimè in cons. 41. in prioribus allegationibus etiam citatus ad aliud propositum, & modo in hoc proposito nu. 16. vers. 2. principaliter accedit pro Com. Paulo, quòd de anno 1475. Reuerend. Episcopus Alben. ex causa transactionis dedit, cessit, &c. vbi postquam fundauit intentionem sui principalis super lapsu temporis immemorabilis circa decimas, transit ad quasdam translationes posthabitas ab Episcopo per Papam confirmatas, & etiam super alia noua Papali cõcessione, de qua ibi nu. 25. & iterum nu. 39. vers. præterea sublata quacunque confirmatione, siue concessione Summi Pontif. &c. & plu. seqq. reuertitur ad fundamentum possessionis immemorabilis, & tituli presumptiui habiti ante Concilium Lateranen.

Non ergò sunt incompatibiles titulus verus, & titulus præsumptus, dummodò non sint inuicem contrarij, & repugnantes, & probatur in c. cum persona. de priuileg. in 6. vbi concurrit priuilegium, & præscriptio, & latius dicam in responsione ad tertiam rationem.

Quòd autem concessiones istæ enunciatæ non repugnent tit. præsumpto, immò illum magis elucident, probatur. nam titulus allegatus in actis est donatio, vel priuilegium, & verbum illud Cõcessiones, de quo in dictis duobus instrumentis, contrariũ non infert, nec prælefert diuersam tit. donationis, vel priuilegij speciem, ergo manet dicta solida præsumptio.

Quòd autem verbum Concessio sonet, & importet donationem, propriè est tex. in l. vxori. quæ est 32. §. fi. in verb. concesserint. & ibi gl. in verb. fideicommiss. & gl. sequen. ff. de leg. 3. & ibidem Bart. numer. 4. notat ex illo tex & gloss. quòd verbum Concedo, vbi alia causa non apparet, idem importat, quòd dono, & in materia feudali Socin. iun. consil. 102. numer. 12. volum. 2. vbi quod verbum Concessio in dubio importat donationem. Et ad idem in hac materia est tex. in l. donari videtur, quòd nullo iure cogente. ff. de don. ponderando verbum conceditur. & vt definitio, seu descriptio cõuertatur cum suo definito, & descripto. & in c. 4. & c. 7. de donati. vbi gl. & Doct. & tex. in c. 17. de decim. & idem tenuit Bal. in l. obseruare. §. post hæc. in 15. q. in prima lectura. ff. de offic. proconsul. & lega. dum firmat quæstionem in iurisdictione per Papam donata, quam ipse non habebat, & posteà eam concessit ei Imperator, quòd si patitur donatarium eam exercere, dicitur de nouo concedere, & sic promiscuè vtitur verbo Donationis, & concessionis tanquam idem sonet, & quamuis verbum Concessio sit generale, quia potest cõuenire pluribus speciebus contractuũ, s. donationis, feudi, emphyteusis, census, & similibus, vt concludit Grat. consil. 9. numer. 74. volu. 1. tamen in dubio, cum emanauit à Principe, etiam in iurisdictionalibus iudicandum est donatio, vt ibi per eum numero 70. Et hoc est expeditum, quando concedens verbum Feudi non expressit, vel aliquid sibi non reseruauit, latè Iason consil. 45. num. 2. & sequen. volum. 1. Rolan. consil. 2. numer. 12 & cons. 3. numer. 75. volum. 1. consil. 50 numero. 18. & 31. & plurib. seqq. volum. 3 & ante eum Paris. consil. 20. numer. 3. & seq. volum. 1. Et proptereà Rolan. vbi supra numer. 17. & 18. concludit, quod licèt feudum sit etiam donatio, tamen non propriè, sed ob causam. Et ità etiam abundè probat Felyn. in c. cum venerabilis. num. 2 & plur. seqq de except. vbi citando Bar. vbi supra, & Bar. & iura in l. si ff. de donat. & Bal. in l. cum verum. C. de fideicomm. Alexand. in l à Titio ff. de verb. oblig. & in l. si donationem. C. de collat. & Abb. in d cap. concludit, quòd verbum Concedo simpliciter prolatum importat donationem, nisi alia subsit controuersia in contrarium, vt si tibi petenti à me equum titulo cõmodati, ego dicã Cõcedo. & quia aliquæ extant decisiones, quæ volunt non importare dominij translationem secundum casuum varietatẽ, & materias subiectas, ipse concludit, quòd quando verbum istud Concedo profertur in cõtractu apto ad dominij translationem, tunc dominium transfertur, aliàs secus. idem in materia indif-

indifferenti, vel non apta causa ad dominij translationem, vt in materia feudali. Neq; intelligi debent, quæ per Fely. dicuntur *cons. 27. in prin.* dum concludit, quòd licèt verbum Concedimus alio non apparente importet donationem, tamen in priuilegijs, & inuestituris denotat actum solius exercitij, idemque in patrono, qui in præsentatione dixit, Concedo patronatum, quia intelligitur solû cõcessum, vt possit petere se institui. Et quod verbum concedimus importet donationem ex sui natura, respondit Ruin. *in materia contractus cons. 51. in prin. vol. 1.* nisi ex circunstantijs aliud appareat, vt ibi per eum. & in concessione iurisdictionalium Pallauicinis facta, Ruin. *cons. 38. nume. 1. eo. vol. 1.* vbi multa iura, & authoritates ad hoc citat. & pro eisdem Pallauicinis in Castro Zibelli idem respõdit *cons. 143. num. 18. vol. 3.* vbi refert; quòd posteà illud Castrum fuit recognitum in feudum à Duce Mediolani per D. Io. Franciscum. Et quòd in dubio concessio etiàm iurisdictionalium imperialis præsumatur potius donatio, quàm feudum, post Ang. *& Dec. cons. 32. col. 2. respondit Alba cons. 64. n. 64.* maximè si nõ constat aliquid fuisse reseruatû sibi per concedentem, vt ibi per eum nu. 30. & idem concludit Ceph. *cons. 135. nu. 10.* dicens, quòd licèt verbum Assigno sit æquiuocum, & variè accipi possit, secundum materiam subiectam, & ex intentione; tamen vbi nulla causa expressa reperitur, debet accipi in potentiore significatu, pro cuiusuis iuris, & dominij translatione, sicut verbum Concedo, per gl. Imo. & Doc. *in l. fi. in prin. ff. de don. Bar. vbi sup. & Ruin.* in pluribꝰ cõsilijs, & præsertim in loco infrà citãdo. & post plur. concordan. per eum citatos idem concludit Ruin. *cons. suprà citato 38. nu. 1. vol. 1.* vbi post plur. concordan. per eum citat, scilicet, Bart. Bal. Ang. Imol. Abb. Gul. & Alex. concludit; quòd verbum Concedens ex sui natura importat donationem, etiam si aliqua causa non sit expressa, & eò maximè in casu nostro, vbi non apparet, quòd Papa sibi aliquid reseruauerit, nec cõstet de aliqua inuestitura, aut recognitione in feudû, nec de aliquo signo feudali, vt suprà diximus. Idemq; firmat Ruin. *cons. 42. nu. 5. eod. vol.* loquẽs in fortiori casu in Castro Anguillariæ concesso D. Francisco de Cibo per Innocentium sub hac forma cõcedimus, & assignamus, cum onere tamen soluẽdi singulis annis Cameræ Apostolicæ vnam crateram argenti sex vnciarum; etiam quod iuramentum fidelitatis fuerit præstitum, & sic licet posset etiam interpretari dicta concessiõ feudalis, tamen concludit, quòd dicatur censualis. Idem latius cõcludit Paris. *cons. 84. vol. 4.* loquens in concessione rei capituli Sancti Petri Vrbis facta sub annuo cẽsu, & confirmatione Apostolica sonãte in emphyteusim perpetuam; prout in d. concessione: quod licet posset dici dictã concessionem emphyteusim esse, quia verba Sixti sic sonabant, in confirmatione tamen quia prima concessio, ad quam se referebat confirmatio, solum stabat in vim simplicis cõcessionis sub dicto annuo censu, concludit, quòd iudicanda sit dicta cõcessio census, quia in dicta prima concessione nullum verbû de emphyteusi aderat, vt ille ait *nu. 10. & ibi addit in fin.* quòd ad minus negari non potest, quin res esset in dubio, an contractus ille esset emphyteuticus, vel censualis; vnde etiam contra Ecclesiam fieri debet interpretatio, quòd sit census, & ad hoc citat Albe. *Socin. Decium, & alios concordan.* Et in terminis decimarum, quòd verbum Concedo, vel Cõcessiones importent donationem, *est tex. in c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6.* quem sic exponit figurator casuum ibi, & nemo contradicit: ibi enim Episcopus concesserat vni Ecclesiæ decimas alteri pertinẽtes. & ad idem est tex. *in c. 2. de his, quæ fi. à Præla. quem post gl. vltimã Abb. ibi in donatione sic interpretatur.* Sic etiam solet in concessione alicuius Ecclesiæ, purà patronati, quam facit alteri, *Imo. in c pastoralis. in prin. & nu. 1. de donã.* Non nego autem; quin verbum istud possit secundum subiectam materiam ex natura contractus, cui adijcitur, aliud importare, quàm dominij translationem, & quin possit applicari, & conuenire alij titulo, quàm donationis. est enim generale, & æquiuocum, quia potest accipi secundum naturam contractus, cui adijcitur, quandoq; in concessionem solius vsus rei, & quandoque in dominij translationem, vt tradit *gl. magist. in c. 1. in verb. titulo. de vsur. in 6. & probat Socin. cons. 93. nu. 4. vol. 1.* tamen, vt dixi; propriè sonat, & importat dominij translationem, nisi ratio adiuncti contractꝰ dissentiat, aut repugnet, vt suprà probaui, & consentit Socinus vbi suprà: id quod à præsenti speciè alienum est quia non reperitur adiectum alij cõtractui, vel actui, cuius natura, & qualitas alteret proprietatem ipsius, ex quo de aliquo alio contractu non constat, ergò, &c. & ità apertè firmat Soc. *vbi suprà nume. 17.* dicens, quòd verbum Concedo; non apparente saltem ex circumstantijs alia causa, inducit donationem, per text. *gloss & Bar. in d. l. vxori. §. fin ff. de leg. 3 & concordan. de quibus per eum, & citat etiam ad hoc Guil. de Cun. Bald. Imo. Ang. & Abb.*

Et non faciunt ad propositum, quæ traduntur per Alex. de Næuo *cons. 100. nu. 12.* dum concludit; quòd tribus modis accipi potest Cõcessio. Primò; pro simplici permissione infligendo pœnam. Secundo modo, prout est permissio tollens impedimentum actui agẽdo. Tertio modo, prout est permissio præstans iuuamen, vel stat pro hac parte in secundo, & tertio membro.

Et ex his modo colligitur etiam responsio ad secundam rationem, vltra ea; quæ ibi dicam, & præsertim ad illud, quòd in dubio fieri debeat interpretatio fauorabilis pro Ecclesia; circa titulî qualitatem, & temporalitatem, ibi enim agitur de bonis Ecclesiæ, & tamen in iudicando contractus qualitatem, fit interpretatio contra Ecclesiam etiã in re dubia, & probat Ruin. *cons. 160. vol. 1.* in iudicando contractum censualem, vel emphyteuticû. Et argumentum de re dubia procedit, quando res omninò dubia esset; prout non erat in dictis casibus, & maximè in nostro, & consentit expressè Bero. *q. 14. nu. 3. vers. aut hinc inde sunt coniecturæ.*

Prætereà argumentum illud de re dubia procedere posset, vbi agitur cum inferiore, purà, Prælato, vel Ecclesia, seu actu gesto cum ea, prout loquûtur authoritates, & iura citata per Bero. *vbi suprà;* secus autem, vbi agitur de interpretanda concessione habita ab ipso Principe in dubio. n. fit interpretatio

pretatio contra eum, vt considerat Ruin. *d. conf. 42. sub nu 7.* dicens, quòd concessio facta à Papa debet contra eum latissimè interpretari. & ita etiam loquitur Paris. *vbi suprà*, & in hoc non reperio contradicentem. est enim generale, quod concessio interpretatur latissimè in præiudicium cócedentis, vt etiam in materia præscriptionis datiorum respondit Riminal. *iun. conf. 26 nu 36 per l. fi. & ibi Ang. nu 6 ff. de constit. Princip.* de quo etiam supra diximus. Idem probat Socin. *in c. quia circa q. 22. nu. 4. de priuileg.* dicens, quòd priuilegium latissimè est interpretandum contra concedentem, & transit in naturam beneficij.

Et ad prædicta etiam facit decisio Bald *in l. male agitur. C. de præscript. triginta annorum nu. 6. & seq. & ibidem Ange.* quæ habet; quod si quis conduxit ad tempus modicum rem aliquam, & deinde per 30. annos soluerit vniformem pensionem, vel portionem fructuum pariformem, efficitur perpetuus colonus, & locatio censetur facta perpetua, licèt fuerit temporalis ab initio. & dicta decisio locum habet etiam in re Ecclesiæ, Bero. *conf. 134. col. 1. & 2. vol. 1. & latius Marz. a. conf. 15. col. 3.* quamuis in hoc vltimo multi contradicant.

Quòd si hæc vera sunt illis in casibus, in quibus onus annuæ solutionis erat concessioni annexum, & adhuc res erat dubia, an esset feudum, vel emphyteusis, an verò census, quanto magis in casu isto, in quo loquimur in pura concessione, & nulla commemoratione alicuius annui census?

Et insuper habemus quasi possessionem dictarum decimarum vniformem per annos 400. & vltrà, vt sæpè fuit dictum, cuius effectus satis superque fuit suprà explicatus, & cui non contradicit titulus ille concessionum, vt etiam diximus.

Vnde omni in casu stante dicta possessione immemorabili, quę producit titulum pręsumptum, quę habet meliorem de mundo, & talis potuit esse titulus expressus dictarum concessionum, vtique non est diutius disceptandum super d. tit. expresso, quod in dubio sit fauore Ecclesiæ, vel aliàs iudicandus temporalis, vel non ità latè, sicut qualibet alia concessio Principis. Nec refert, quod agitur de præiudicio tertij, scilicèt, Rectoris, & Episcopi pro quarta: tum quia deuiat à iure communi, & diuino, quia decimę solùm Deo debentur, & Curatis: his enim omnibus duobus casibus nó habet locum dispositio *d. l beneficium ff. de const. attenta natura rei, vt ibi per Bal in i. lect. in prin. & in 3. lectu. circa principium. & dispositio d. c. cum dilecti. de dona vbi Abb. nu. 5.*

Quoniam vltra superius dicta, prædicta nó procedunt, vbi vltra simplicem titulum concurrit téporis immemorabilis huiusmodi lapsus correspódés titulo donationis. vel priuilegij perpetui sine personarum, vel temporis pręfinitione, concurrete maximè proprietate verbi Cócessionis, & quod ea emanauità superiore supremo, cuius propriú est facere concessiones perpetuas, Barbat. *in d. c. cú dilecti. in fi. de don.* vbi propterea refert, se consuluisse Romę, quod licèt beneficia ecclesiastica sint manualia, tamen si à Papa conceduntur, intelligitur conferri perpetuò: quod est mirabile, vt ille ait, ad differentiam inferioris, puta, Episcopi, qui si alicui concedat aliquam Ecclesiam, censetur solùm concedere aliquid particulare, puta, pensionem aliquam, non autem omne ius, quod habet in Ecclesia; quia verbum Concedit, non importat dominij translationem, vt ille ait *in c sequen. in princ. per illu tex. & Barba. in priore loco sequitur Curt. de fen. in 2. par. nu. 55. in prin.* possent alia multa ad hoc adduci.

Et concessiones, & priuilegia Principum in dubio cēsentur perpetua, *c. decet. de reg. iur. in 6. de quo etiam in proposito dixi suprà in vers. 2. respondetur.* Nā si ante Conciliū Lateranen. tituli decimarum laicis per inferiores à Papa concessi perpetui erant, prout tales esse iudicandos dixit Ioan. And. *in c. 2. in fi. de deci. in 6. & in c. cum Apostolica. col pen. p st med. in verb perpetuo. de his, quæ fi. à Præla.* multo magis tituli à Papa emanati ante, & post illud Concilium, vt hîc.

Quòd si etiam aliqua dubietas foret in qualitate istius tituli, nó potest aliquis inferior eū interpretari, sed ad Papam id pertinet, qui concessit: quia in concessis ab eo in his, quæ ab eius intétione dependent, standum est eius declarationi, Dec. *cons. 114. nu. 4. insi. & seq.* & an dicatur enormiter alium lædere, vt concludit Abbas *in c. suggestum. sub nu. 4. de deci.* dicens, Principis esse æstimationis, an, & quando priuilegium dicatur enormiter aliquē lædere, & subdit, quod si constat de causa reuocatoria priuilegij, & tunc iudex inferior potest decernere; aut dubitatur, & tunc pertinet ad solum Principem, *post gl. in d c. decet.* sic & statuti, vel decreti interpretatio ad statuentem pertinet, Craue. *cons. 135. nu. 39.*

Et profectò, vt etiam alias dixi, non est verisimile, quod si hæc decima fuisset affecta onere alicuo censu feudi, vel emphyteusis, quin reperiretur apud mensam Episcopalem, vel testes, vel scripturæ aliquæ ad probationem dictæ qualitatis, vt in simili arguit Craue. *cons. 57. col. fi. in 6. teste.* & qui habet verisimilitudiné pro se, dicitur habere textum, legis pro se, ex quo lex mādat verisimilitudinem obseruari, *l. semper in stipulationibus ff. de reg. iur. Craue. cons. 297. nu. 6. & cons. seq nu. 16. vol. 2.* dicens; quod in qualibet materia attendi debet verisimilitudo, quæ dicitur cognata naturæ: quia intellect⁹ noster imitatur rationem, & naturam *l si stipulatus ff. de v. su. quam sic expendit Bald in d. l. beneficium. in 3. lect. in prin.* & in conflictu præsumptioné inter se ea præsumptio, quæ potectiore ratione, & verisimilitudine nititur, vincit pugnam, *l diuus ff de restit. in inte. & concordan per Cassador. decis. 1. nu. 9 de testamen.* & potissima interpretatio est & ea, quę sumitur ex tā longissimo vsu, & obseruantia, *l. si de interpretatione. ff de legibus* & talis obseruantia interpretatur qualitatem dispositionis, Crauet. *cons. 266. nu. 9. & col. pen. vol. 2 & cons. pro genero nu. 317. Riminal. conf. 116. insi. vol 1. Soc. iun. conf. 61 nu. 36. & seq. vol. 2.* & remoueri difficile est, quod diù fuit obseruatum, Craue. *cons. 42. nu. 4. & alibi sæpè per Doct.* Sic etiam ex qualitate solutionum præsumitur qualis præcesserit coocessio, Hypp. *in rub. nu. 274. C. de probation.* sic & scriptura minus authentica ex aspectu, si tamen diù fuit obseruata, habetur pro authentica, Craue. *cons. 65. nu. 11.* Et istud exemplum voā etiam cum alio exemplo, scilicet instrumento minus solemni

lemni probat Loazes in suo consilio super oppido Mulæ *col. 441. nu. 8. & seq.* Et dispositio dubio declaratur ex vsu subsequuto, Soc. *latè cons. 145. col. j. & seq. vol. j.* & in donatione, & quocunque alio titulo, qui diù fuit obseruatus, quod non solum iust⁹, sed & iustissimus sit iudicandus, probat Loazes *col. 275. & 441. nu. 10.* Et quid obseruantia contractus declaret, quod in eo veniat, Ruin. *cons. 53. nu. 12. in fi. vol. 4.* & diuturna obseruantia interpretatur dispositionē, Craue. *in cons. pro genero nu. 317. vbi latè.* & effectus fortius declarat rem dubiam, Rimin. *cons. 116. in fi. vol. j.* & ratio est in promptu: quia nulla est melior interpretatio dispositionis, quam illa, quę fit ab effectibus subsequutis, Alba *cons. 62. num. 9.* sic & pro testium validitate consuluit Corn. *cons. 279. nu. 10. vol. 4.* ex quo hæreditas, & bona testatoris diuisa fuerunt per hæredes iuxta formam illi⁹, licèt multa contra dicta testamenta fuissent allegata ex aduerso, quod testator fuisset intestabilis, & decesserit seruus pœnæ: quia probationes illæ super sententia condemnatoria receptæ non probabant plenè: aliàs benè fatetur, quod dicta coniectura obseruationis testium de se nō concluderet. Et quod concessio ambigua declaretur ex possessione, & consuetudine subsequente, respondit etiam Lofred. *cons 36. nu. 8. Idem probat Soc. iun. consil. 34. nu. 29. vol. 3.* dicens, quod concessio ex vsu, & cōsuetudine declaratur, à quibus non est recedendū. Et in concessione generali bonorū, quæ is, cui fiebat concessio, possidebat, quæ erat Ecclesia Nouarien. in tali loco, quod omnis ambiguitas dispositionis fuerit declarata ex vsu, & lōgæua possessione, respondit Alba. *d. cons. 64. nu. 30. in fi. & plur. seqq.* dicens, quod dispositionis ambiguæ nulla est melior declaratio, quàm ea, quæ sumitur ex facto postea subsequuto ab antiquo, duplici ratione, & præsumptione. prima est: quia quilibet ex tit. præced. præsumitur possedisse. secunda est, quia quilibet præsumitur potius possidere ex causa licita, quàm ex illicita & subdit ipse, Si hæc non sufficiunt, priuilegium Papæ declaratur per priuilegia Regum, quæ etiam concurrunt in casu isto, vt suprà diximus. Et quod concessio donatio sit iudicanda, quādo effectus successiuus correspondit, firmat Rolā. *d. cons. 2. nu. 12. vol. 1.*

Si igitur titulus præsumptus, de quo agitur, est donatio habita ante Concilium Lateranen. & prima concessio hic enunciata, quæ fuit ante Concilium Lateranen. sonat etiam donationem, nesciò videre dissonantiam aliquam inter titulum præsumptum, & verum, cum vterq; idem dicatur. Nō obstat id, quod in voce replicabatur, & fuit etiam responsum, quod donatio huiusmodi tanquā sine causa facta non valet: quia Papa nō debet sine causa concedere laico decimas, per Host. *in Summa de deci. in 3. q. vers.* sed non debet hoc facere, nisi ex causa.

Quia respondetur, quod cum Papa iam decimā concesserit, vt patet ex dictis titulis pręsumpto, & vero, vtiq; credendum est, quod id fecerit cum aliqua causa, postquam id factum reperitur ad effugiendum suspicionem mali gesti negotij, quę quātum fieri potest, euitatur in priuatis personis, *l. meritò. ff. pro soci.* quantò magis in Summis Patribus? Et quia cum vnum dicimus, præsupponimus cætera habilia, *l. testam. §. mulier. ff. de testa.* Quid si etiam sinistrę pręsumptioni quis velit adhærere? tamen hic non refert, quò ad potestatem, & validitatem dictarum concessionum, quam omni in casu Host. admittit. differūt enim debitum, & potestas, & sufficit istis Ill. D. quibus decimæ fuerunt concessæ, quod potuerint concedi: nec quò ad potestatem Host. causam requirit, sed solū quò ad quoddam debitum officij Et istud est, quod dixit Abb. *in c. cum venissent. nu. 8. de iud.* dum concludit, quod Papa peccat, si facit, quod non debet, sed gesta per eum valēt, qualitercunq; faciat, circa res Ecclesiæ, & decimas: & loquitur in materia alienationis rerum Ecclesiæ, & remissionis decimarum, quod valeat, quia in dubio præsumendum est, quod faciat cum causa rationabili, qualitercūq; id faciat. & ibi addit, Caueat tñ sibi, vt sit diligēs paterfamilias, aliàsvę animę suę, quia terribilius iudicabitur ipse, q̄ alius. Immò ēt is, cui fuerit facta cōcessio decimarū, si sine cā, nō est tutus, quò ad Deū, sicut obtinens plura beneficia, vt per Rebuff. *d. q. 13. nu. 108.*

Nā si quilibet administrator præsumitur benè agere officium suum, & non delinquere, vt inquit Prob. ad Io. Mona. *in c. j. nu. 9. de reb. eccl. non alien. in 6.* multò magis Princeps supremus, vt est Papa. Et prædicta comprobantur ex his, quæ ponit Dec. *cons. 112. nu. 3.* dicens, quod dispensatus in materia matrimoniali, vel alia, si cum causa fuit dispēsat⁹, talis est ab omni parte securus; si verò sine causa, non est talis, quò ad Deum. Sed quod in Principe semper præsumatur causa in eius dispositionibus, etiam si de præiudicio tertij agatur, tenent Cyn. Butrig. & alij, quos refert, & sequitur Alex. *cons. 16. sub nu. 30. vol. 5.*

Quòd si causa, etiam quò ad potestatem concedendi requireretur, vtiq; præsumi deberet interuenisse in dictis concessionibus. Et antiquitus iusta causa concedendi decimas erat inter cęteras, vt hi, quibus concedebantur, defenderent, & saluarēt eas ab oppressoribus, *gl. in c. quamuis. in verb. cōsuluit de deci. & suprà q. 63. c. j. nu. 13.* Et quod in istis spiritualibus, & beneficialibus, & bonis Ecclesiarū Papa donando præsumatur ex iusta causa mot⁹, probatur abundè *sup. q. 20. nu. 164. & q. 44. nu. 37.* verum est, quod si concessio ista reperiretur facta aliquibus propinquis concedentis, vtiq; cessaret hęc pręsumptio, vt habetur suprà *q. 59. nu. 8. in fi. & hoc vltimo casu loquitur Rebuff. de reb. eccl. non alie. nu. 75.*

Aliàs neque etiam dicta causa pręsumeretur in d. tit. præsumpto, cuius tamen contrarium admissum fuit, vt dixi in princ. & dicere, quod in præsumpto id admittatur, sed nō vero titulo, esset potiorem, & magis priuilegiatū facere tacitum, quā expressum, contra *l. cum quid. ff. si cert. peta.* semper enim expressum est maioris virtutis, & efficaciæ, quam tacitum, vt pulchrè per Alban. *cons. 8. num. 6.* postquam in expresso quicquam, quod vrgeat in contrarium, non legitur, vt suprà dixi. Et in titulo expresso cum lapsu temporis immemorabilis, quod omnia substantialia præsumantur interuenisse, tradit abundè Alexan. *consil. 17. vol. 4.* Cepha. *cons. 133. nu. 126. & latè Craue. in d. tracta. de antiqui. temp. in 3. par. in prin. nu. 19. & 27. & 31. & §. 1. incipit,*

 Vidimus

Vidimus in genere. *nu. 26. & plur. seq.* loquens in alienatione rei Ecclesiæ etiam per inferiorem facta, sic & consensus capituli Ecclesiæ, vel alterius, vbi requiritur in aliquo actu, præsumitur interfuisse, & cætera solemnia ex lapsu temporis immemorabilis, & etiam 40. annorum, Ias. *cons. 89. nu. 6. vol. 1.* nec est tunc necesse probare, quod is scripsit, & rogatus legitur vt notarius fuerit notarius; vt ibi per eum in fin. & hanc conclusionem abundè probat Curt. *iun. cons. 20. nu. 6.* etiam in his, in quibus ius cõmune resistit, & tanto magis in casu isto, in quo non apparet de forma, & tenore dictarum concessionum, ex qua possit percipi defectus alicuius resistens d. nobili præsumptioni.

Non obstat, quòd agatur de præiudicio tertij scilicet Mensæ Episcopalis.

Quia respondetur, hoc nihil esse: quia de iure Diuino decimæ non debentur Ecclesiæ Episcopali: quia eo iure nondum erant Episcopatus introducti. Et ideo inquit Host. *in loco supra citato*, quod decimæ huiusmodi debentur Deo, & Ecclesię, cuius Papa est Vicarius. Et ob id sine alicuius iniuria potuit Papa ad sui libitum, seu sicut ei placet, concedere dictas decimas: ita inquit Host. *vbi sup. vers. dicunt aliqui, in fine, sub nu. 13.*

Et licet iura, & Doct. multi dicant decimas esse quid spirituale, & deberi de iure Diuino, *ca. parochianos. quod est 14. ibi*, Non ab homine, sed ab ipso Domino sunt institutæ, quasi debitum exigi possunt. *& c. tua. quod est 25. ibi*; Diuina constitutione debetur. *de deci. & 16. q. 1. c. reuertimini, & ca. decimas. Soci. in c. si de terra. nu. 3. de priuileg. Dec. cons. 113. nu. 2. & cons. praced. num. 5.* Adeò quod peccant Theologi asserentes decimas hodiè non deberi, & peccant etiam non soluentes, nec excusantur aliqua consuetudine contraria, cum fuerint à Deo institutæ, vt inquit Abb. *in d. c. parochianos. nu. 1. & d. c. tua. nu. 5 in 3. not.* Immò, vt inquit Inno. *in c. si in fi. de parochijs.* quod nedum prædiales, sed etiam personales debentur, & à Deo sunt institutæ. Et mirum est; inquit ille, de quibusdam, qui quasi insani, & hæretici dicunt, quod personales decimæ nõ sunt dandæ: & sic sentit quasi hæreticum esse tenere, quod decimæ nõ sint de iure Diuino. & multos Sanctos Patres, & Doctor. authoritates ad hoc adducit etiam Dida. *varia. resolu. lib. 1. c. 17. nu 2 col. 289. & seq.* & hanc etiam partem, quod decimę hodiè etiam debeãtur ex lege Euangelica, nedum ex lege Mosayca, licèt forma, & declaratio sit facta à lege canonica, & positiua, tenet Rebuff. *de deci. c. 1. nu. 13. & seq.* & idem ante eum apertius probat Capra *Reg. 98. col. 1. & 2.* concludens, quod pręceptum de decimis soluendis etiam respectu quorę est morale, & de iure Diuino, secundum * communem opinionem Iuristarum.

Nihilominus, quia, vt infra dicam, incertum erat post Christi aduentum, quibus personis Ecclesiasticis deberentur, & non erat cautum ante constitutiones Apostolicas, quæ eas assignauerunt Rectoribus Ecclesiarum, vt infra dicam, & dicta assignatio iuris cõmunis est, & positiui: ideò quod decimarum dispositio, quò ad Papam, dicatur esse de iure positiuo, probatur etiam authoritate Ancha. *cons. 196. in prin.* vbi concludit, quod licèt decimæ de iure Diuino fuerint institutæ, vt essent cibus Sacerdotibus in domo Domini, Exod. *seu magis Nume. c. 18. & in d. ca. reuertimini. 16. q. 1. & c. 1. extra eod.* tamen quia *in eodem c. 18.* Deus præcepit etiam dictis Sacerdotibus, vt nihil haberent, & possiderent in terra habentium decimas, sed decimarum oblatione voluit eos esse contentos, & nihilominus tractu temporis posteà contrarium seruauerunt, quia cœperunt possidere quamplura bona, & prædia, sicut laici, ex quibus poterant ali, propterea per dictam contrauentionem præcepto Dei factam, & quia cessabat causa, propter quam introductæ fuerunt decimæ, ideo cessasset dictum præceptum, nisi per leges summorũ Pontificum statutum fuisset, decimas adhuc solui debere, quibus standum est, nec de ipsarum iustitia est disputandum, vt ille ait ex sententia Ioan. And. *in c. 1. de Dec. in 6.* qui tamen ibi nihil de hoc tãgit, sed bene in rub. ext. eod. latè concludit contrarium, scilicèt, quod immo dictis antiquis sacerdotibus non fuit interdictum accipere prædia, & alia bona à sponte dantibus, & offerentibus. Et ante eum fuit sententia Inno. *in d. c. fi. de parochijs.* & est * communis opinio, vt testatur ibidem *in d. c. 1. Abb. & latè etiam tuetur Rebuff. de deci q. 13. in prin.* Verumtamen illud, quod hodiè decimæ debeãtur de iure positiuo, & quod eo iure distributio, & distinctio facta sit per Papam, *patet 16. q. 1. per totam, & toto tit. de decimis.* quę iura omnino aliàs otiosa essent, si modernis Rectoribus, &c. de iure Diuino finaliter, prout nunc, deberentur, *l. vnum ex familia. quæ est 69. in prin. ff. de leg. 2.*

Nec dici potest, quod omnino Ecclesiasticę personæ omnes simul habuissent decimas iure Diuino, vbi nõ fuissent distributæ, & assignatæ per Ecclesiam, & Papam Rectoribus Ecclesiarum, & consequenter propterea dicuntur illi eas habere ex iure Diuino, *d. l.* vnum ex familia. quia immo si dicta distributio facta non fuisset, incertum erat, qui esse deberent isti Leuitæ, & Sacerdotes antiqui temporis, & propterea merito dicuntur ipsi habere ab Ecclesia Sacrosancta, & Summis Pontificibus, per ea, quæ abundè ponit Rui. *cons. 116. nu. 15. vol. 2. vbi ad hoc vltra dictam l. vnum ex familia. citat alia bona iura.* Ergo patet, quod Ecclesiasticę istæ personæ non sunt fundatæ in eo præcepto Leuitici, sed de iure positiuo, seu communi, vt inquit gl. *vltima de rebus Ecclesia non alien. in 6 & Ioan. And. in cap. cum Apostolica. col. pen. in fi. de his, quæ fiunt à Prælat.* cui quidem iuri positiuo præest authoritas Papæ, *l. Princeps. ff. de legib.* qui potest de his disponere ad libitum suum, nec dicitur alicui iniuriam facere, vt dixi per Hostiens. *in Summa quæst. 3. circa princip eod. titu. de deci.* & hæc omnia comprobat abundè Ioan. And. *in c. à nobis. eod. tit. præsertim col. 3. versic.* adueniente autem tempore gratiæ considerauit Ecclesia. *& col. seq circa med. versic.* horum omnium Summus Pontifex est interpretator, moderator, & arbiter, & aliorum iurium Ecclesiasticorum, & etiam quorumcumque dubiorum. & vers. vnde ne remaneret cõfusa solutio, & ne dicerent aliqui nobis magis debetur, &c. & iterum in vers. seq. ibi, Potest enim quos vult eximere, de eis disponere, prout placet, dummodo, vt dictum est, in to-

in totum ius ipsius non tollat: post glo. ibidem, * quæ * communiter tenetur, secundum Abb. ibi in fin. Et ideo Io. Andr. vbi sup. distinguit tria tempora. primum, scilicet tempus naturæ, secundum tempus legis, tertium tempus gratiæ: & cõcludit, quod primo tempore decimæ erant de consilio, secundo de præcepto, tertio ex libertate: & quod secundo tempore erant plures species decimarũ, de quibus etiam habetur *in cap. 1. eod.* scilicet quædam, quæ à populo Leuitis debebantur, & quædã ab eis Sacerdotibus, quædam, quæ quilibet parabat suis in horreis, vt comederent in templo, & quædam, quæ pauperibus distribuebantur. Et quod decimæ, quæ à Leuitis per populum debebantur, operabantur tres effectus, primum in remedium culpæ originalis, alium significatiuum figuræ redemptionis, alium in signum debitæ recognitionis dominij vniuersalis erga Deum, de quo in *c. tua nobis. extrà eod.* Et quod primus effectus consequutus est per sacramentum efficaciæ plenioris, secundus per exhibitionem promissæ veritatis, id est Christi aduentum, & quod tertius remansit tanquam quoddã debitum morale disciplinæ, quia legis scriptæ humanæ, & canonicæ, & vt iudiciale, quò ad formam & concludit proptereà, quod decimæ debentur sacerdotibus à lege Pontificia ordinata saltem post monitionem in locis, in quibus non prædicatur, secundũ æquitatem opinionem, nec aliàs contingat tantam multitudinem damnari. Et latius hanc theoricam probat abundè Turrecrema. *in d. c. reuertimini. 16 q. 1. per totum, & præsertim num. 5. & plur. seqq.* concludens ex sentẽtia diui Thomæ, & Alex. de Ales, quod decimæ hodie non sunt in præcepto in noua lege, sed sub præcepto ecclesiæ diuina institutione, ad exemplum conditionis populi, & temporis illius sub lege Mosayca. Et licet dici possint esse sub præcepto morali, quantum ad sustentationem ministrorum verbi Dei, quia dignus est operarius mercede sua, tamen quantum ad determinationem certæ partis, secus est; quia præcepta moralia sunt scripta in cordibus nostris, in quibus naturaliter non est determinata quantitas, sed fuit determinata, & sub præcepto tempore legis Mosaycæ, quod quidem vel tanquam ceremoniale, vel tanquam iudiciale fuit sublatum per Christi aduentum, nam ceremonialia illicitum est obseruare sub noua lege, iudicialia autem non obligant tempore gratiæ, licèt possint obseruari sine peccato, nisi idem statuatur authoritate conditorum legum: quia tunc erant sub præcepto, prout factum fuit ab ecclesia in renouatione, & determinatione dictæ decimæ ex eius institutione, quæ propterea, vt ille ait *num. 9.* posset ex causa aliam partem soluendo terminare. & in effectu ista est * * communis opinio, quod decimæ sunt hodie statutæ de Iure Pontificio, non autem de Iure Diuino, vt testatur Dida. *d. c. 17. sub nu. 2. vers.* hinc profectò factum est. Iura igitur, quæ dicunt decimas deberi de iure diuino, procedunt, quantum ad substantiam earum, sed quantum ad partem certam, & quod huic magis, quam illi sacerdoti debeantur, hoc est ex præcepto ecclesiæ. & hoc etiã tenuit Hugo de S. Vitali, & Adria. de Traiecto, qui etiam summus Pontifex fuit, vt refert etiam Rebuff. *d. 1. q. Idem tenent Asten. in sua Summa lib. 6. tit. 35 rub. de deci. q. 1. dicens*; quod decimæ institutio potest accipi duobus modis, vno scilicet modo secundum determinationem alicuius partis exhibendæ ministris Christi, & hoc fuit de iure naturali, quod nõ fuit per Christum abrogatum, sed firmatum, alio modo circa quãtitatem, & hoc fuit de iure diuino. & subdit in *5. q. illius primi articuli*, quod an istud præceptum de decimis esset morale in lege veteri, an verò iudiciale, vel ceremoniale, est contentio inter iurisperitos, scilicet Inno. & Host. & Theologos, quia isti tenent esse morale, isti verò tenẽt, quod quò ad taxationem, & determinationem certæ partis erat principaliter iudiciale, & aliqualiter ceremoniale, & ideo secundum Theologos d. præceptum est morale, quò ad substantiam d. præcepti, quo verò ad taxationem certæ partis hodie sunt ex institutione ecclesiæ. Et ita etiam tenuit Archid. *16. q. 1. c. decimæ,* *& * communiter Theologi, & præsertim Mendicantes,* * quod scilicet decimę sunt in præcepto diuino morali, sed non quo ad quotam, quia illud fuit iudiciale, seu ceremoniale, vt refert Capra *in contrarium suprà citatum in princ. Idemq́; probat sequendo Host. vbi suprà, Ias. consi. 19. col. pen. vers. non obstat, dum dicebatur, quod decimæ sunt de iure diuino. vol. 3.* vbi concludit, quod secundum Theologos magis ** ** communiter, Host. & Io. Andr. præceptum de decimis soluendis in substantia licèt sit morale, vt scilicet soluatur aliquid in recognitionem dominij; tamen respectu quotæ est ceremoniale, & sic non obliget in lege Euangelica, nisi quatenus reperiatur à lege canonica approbatum, seu per ecclesiam, & ideo, vt ille ait, Papa potest disponere super decimis, sicut ei placet, licèt non possit eas in totum tollere, vt etiam infrà dicam. hanc etiam partem, quod decimæ hodie Rectoribus ecclesiarum, & certis personis ecclesiasticis debeantur de iure positiuo, & quod de iure positiuo eis pertineant, est glo. *in d. c. 1. in glo. fi. de rebus eccle. non alie. in 6.* Idem sequendo doctrinã supradicti Io. Andr. tenet Anch *in d. cap. à nobis. in prin.* dicens, quod de iure communi quilibet debet soluere decimas, & quod dicti clerici, & personæ ecclesiasticæ sunt fundatæ in hoc de iure communi, quod sufficit ad condemnationem. & ibi in fi. dicens, quod primũ genus decimæ stat in præcepto, sed limitatum, quia Papa potest eximere quos vult, & de eis disponere, prout placet. Idem, quod Papa possit ad libitum decimas laicis concedere, probat Io. And. *in c. nuper. colu 2. circa principium, eo. tit. de deci.* dum concludit, quod priuilegium non soluendarum decimarum alicui concessum per Papam in dubio solùm respicit præiudicium ecclesiarum parochialium, quibus de iure decimæ debetur, & illud solùm intelligitur Papa grauare, cui consueuit præiudicare: quia priuilegium est lex priuata contra ius commune, & sic solùm lædere intendit ius commune, non autem ius aliquod particularis personæ, cui fuerunt concessæ decimæ: quia licèt beneficia Principis sint latè interpretanda, non tamen priuilegia contra ius commune, quæ ius alterius particularis absorbent, vel grauiter lędunt,

Vidimus in genere, *nu. 26. & plur. seq.* loquens in alienatione rei Ecclesiæ etiam per inferiorem facta, sic & consensus capituli Ecclesiæ, vel alterius, vbi requiritur in aliquo actu, præsumitur interfuisse, & cætera solemnia ex lapsu temporis immemorabilis, & etiam 40. annorum, Ias. *cons. 89. nu. 6. vol. 1.* nec est tunc necesse probare, quod is scripsit, & rogatus legitur vt notarius fuerit notarius; vt ibi per eum in fin. & hanc conclusionem abundè probat Curt. *iun. cons. 20. nu. 6.* etiam in his, in quibus ius cõmune resistit, & tanto magis in casu isto, in quo non apparet de forma, & tenore dictarum concessionum, ex qua possit percipi defectus aliquis resistens d. nobili præsumptioni.

Non obstat, quòd agatur de præiudicio tertij scilicet Mensæ Episcopalis.

10 Quia respondetur, hoc nihil esse: quia de iure Diuino decimæ non debentur Ecclesiæ Episcopali: quia eo iure nondum erant Episcopatus introducti. Et ideo inquit Host. *in loco supra citato*, quod decimæ huiusmodi debentur Deo, & Ecclesiæ, cuius Papa est Vicarius. Et ob id sine alicuius iniuria potuit Papa ad sui libitum, seu sicut ei placet, concedere dictas decimas: ita inquit Host. *vbi sup. vers. dicunt aliqui, in fine, sub nu. 13.*

Et licet iura, & Doct. multi dicant decimas esse quid spirituale, & deberi de iure Diuino, *ca. parochianos. quod est 14. ibi*, Non ab homine, sed ab ipso Domino sunt institutæ, quasi debitum exigi possunt. *& c. tua. quod est 25. ibi*; Diuina constitutione debetur. *de deci. & 16. q. 1. c. reuertimini, & ca. decimæ. Soci. in c fi de terra. nu. 3. de priuileg. Dec. cons. 113. nu. 2. & cons. praeced. num. 5.* Adeò quod peccant Theologi asserentes decimas hodiè non deberi, & peccant etiam non soluentes, nec excusantur aliqua consuetudine contraria, cum fuerint à Deo institutæ, vt inquit Abb. *in d. c. parochianos. nu. 1. & d. c. tua. nu. 5 in 3. not.* Immò, vt inquit Inno. *in c. fi in fi. de parochijs.* quod nedum prædiales, sed etiam personales debentur, & à Deo sunt institutæ. Et mirum est; inquit ille, de quibusdam, qui quasi insani, & hæretici dicunt, quod personales decimæ nõ sunt dandæ: & sic sentit quasi hæreticum esse tenere, quod decimæ nõ sint de iure Diuino. & multos Sanctos Patres, & Doctor. authoritates ad hoc adducit etiam Dida. *varia. resolu. lib. 1. c. 17. nu 2. col. 289. & seq.* & hanc etiam partem, quod decimæ hodiè etiam debeãtur ex lege Euangelica, nedum ex lege Mosayca, licèt forma, & declaratio sit facta à lege canonica, & positiua, tenet Rebuff. *de deci. c. 1. nu. 13. & seq.* & idem ante eum apertius probat Capra *Reg. 98. col. 1. & 2.* concludens, quod præceptum de decimis soluendis etiam respectu quoræ est morale, & de iure Diuino, secundum * communem opinionem Iuristarum.

Nihilominus, quia, vt infra dicam, incertum erat post Christi aduentum, quibus personis Ecclesiasticis deberentur, & non erat cautum ante constitutiones Apostolicas, quæ eas assignauerunt Rectoribus Ecclesiarum, vt infra dicam, & dicta assignatio iuris cõmunis est, & positiui: ideò quod decimarum dispositio, quò ad Papam, dicatur esse de iure positiuo, probatur etiam authoritate Ancha. *cons. 196. in prin.* vbi concludit, quod licèt decimæ de iure Diuino fuerint institutæ, vt essent cibus Sacerdotibus in domo Domini, Exod. *seu magis Nume. c. 18. & in d. ca. reuertimini. 16. q. 1. & c. 1. extra eod.* tamen quia *in eodem c. 18.* Deus præcepit etiam dictis Sacerdotibus, vt nihil haberent, & possiderent in terra habentium decimas, sed decimarum oblatione voluit eos esse contentos, & nihilominus tractu temporis posteà contrarium seruauerunt, quia cœperunt possidere quamplura bona, & prædia, sicut laici, ex quibus poterant ali, propterea per dictam contrauentionem præcepto Dei factam, & quia cessabat causa, propter quam introductæ fuerunt decimæ, ideo cessasset dictum præceptum, nisi per leges summorũ Pontificum statutum fuisset, decimas adhuc solui debere, quibus standum est, nec de ipsarum iustitia est disputandum, vt ille ait ex sententia Ioan. And. *in c. 1. de Dec. in 6.* qui tamen ibi nihil de hoc tãgit, sed bene in rub. ext. eod. latè concludit contrarium, scilicèt, quod immò dictis antiquis sacerdotibus non fuit interdictum accipere prædia, & alia bona à sponte dantibus, & offerentibus. Et ante eum fuit sententia Inno. *in d. c. fi. de parochijs.* & est * communis opinio, vt testatur ibidem *in d. c. 1. Abb. & latè etiam tuetur Rebuff. de deci q. 13. in prin.* Verumtamen illud, quod hodiè decimæ debeãtur de iure positiuo, & quod eo iure distributio, & distinctio facta sit per Papam, *patet 16. q. 1. per totam, & toto tit. de decimis.* quæ iura omnino aliàs otiosa essent, si modernis Rectoribus, &c. de iure Diuino finaliter, prout nunc, deberentur, *l. vnum ex familia. quæ est 69. in prin ff. de leg. 2.*

Nec dici potest, quod omnino Ecclesiasticæ personæ omnes simul habuissent decimas iure Diuino, vbi nõ fuissent distributæ, & assignatæ per Ecclesiam, & Papam Rectoribus Ecclesiarum, & consequenter propterea dicuntur illi eas habere ex iure Diuino, *d. l.* vnum ex familia. quia immo si dicta distributio facta non fuisset, incertum erat, qui esse deberent isti Leuitæ, & Sacerdotes antiqui temporis, & propterea merito dicuntur ipsi habere ab Ecclesia Sacrosancta, & Summis Pontificibus, per ea, quæ abundè ponit Rui. *cons. 116. nu. 15. vol. 2. vbi ad hoc vltra dictam l. vnum ex familia. citat alia bona iura.* Ergo patet, quod Ecclesiasticæ istæ personæ non sunt fundatæ in eo præcepto Leuitici, sed de iure positiuo, seu communi, vt inquit gl. *vltima de rebus Ecclesiæ non alien. in 6 & Ioan. And. in cap. cum Apostolica. col. pen. in fi. de his, quæ fiunt à Prælat.* cui quidem iuri positiuo præest authoritas Papæ, *l. Princeps. ff. de legib.* qui potest de his disponere ad libitum suum, nec dicitur alicui iniuriam facere, vt dixi per Hostiens. *in Summa quæst. 3. circa princip. eod. titu. de deci.* & hæc omnia comprobat abundè Ioan. And. *in c. à nobis. eod. tit. præsertim in col. 3. versic.* adueniente autem tempore gratiæ considerauit Ecclesia. *& col. seq circa med. versic.* horum omnium Summus Pontifex est interpretator, moderator, & arbiter, & aliorum iurium Ecclesiasticorum, & etiam quorumcumque dubiorum, & vers. vnde ne remaneret cõfusa solutio, & ne dicerent aliqui nobis magis debetur, &c. & iterum in vers. seq. ibi, Potest enim quos vult eximere, de eis disponere, prout placet, dummodo, vt dictum est,

in to-

in totum ius ipsius non tollat: post glo. ibidem, quæ * communiter tenetur, secundum Abb. ibi in fin. Et ideo Io. Andr. vbi sup. distinguit tria tempora. primum, scilicet tempus naturæ, secundum tempus legis, tertium tempus gratiæ: & cõcludit, quod primo tempore decimæ erant de consilio, secundo de præcepto, tertio ex libertate: & quod secundo tempore erant plures species decimarũ, de quibus etiam habetur *in cap. 1. eod.* scilicet quædam, quæ à populo Leuitis debebantur, & quædã ab eis Sacerdotibus, quædam, quæ quilibet parabat suis in horreis, vt comederent in templo, & quædam, quæ pauperibus distribuebantur. Et quod decimæ, quæ à Leuitis per populum debebantur, operabantur tres effectus, primum in remedium culpæ originalis, alium significatiuum figuræ redemptionis, alium in signum debitæ recognitionis dominij vniuersalis erga Deum, de quo in *c. tua nobis. extrà eod.* Et quod primus effectus consequutus est per sacramentum efficaciæ plenioris, secundus per exhibitionem promissæ veritatis, id est Christi aduentum, & quod tertius remansit tanquam quoddã debitum morale disciplinæ, quia legis scriptæ humanæ, & canonicæ, & vt iudiciale, quò ad formam & concludit propterea, quod decimæ debentur sacerdotibus à lege Pontificia ordinata saltem post monitionem in locis, in quibus non prædicatur, secundũ æquiorem opinionem, nec aliàs contingat tantam multitudinem damnari. Et latius hanc theoricam probat abundè Turrecrema. *in d. c. reuertimini. 16. q. 1. per totum, & præsertim num. 5. & plur. seqq.* concludens ex sententia diui Thomæ, & Alex. de Ales, quod decimæ hodie non sunt in præcepto in noua lege, sed sub præcepto ecclesiæ diuina institutione, ad exemplum conditionis populi, & temporis illius sub lege Mosayca. Et licèt dici possint esse sub pręcepto morali, quantum ad sustentationem ministrorum verbi Dei, quia dignus est operarius mercede sua, tamen quantum ad determinationem certæ partis, secus est; quia præcepta moralia sunt scripta in cordibus nostris, in quibus naturaliter non est determinata quantitas, sed fuit determinata, & sub præcepto tempore legis Mosaycæ, quod quidem vel tanquam cęremoniale, vel tanquam iodiciale fuit sublatum per Christi aduentum, nam cęremonialia illicitum est obseruare sub noua lege, iudicialia autem non obligant tempore gratiæ, licèt possint obseruari sine peccato, nisi idem statuatur authoritate conditorum legum: quia tunc erant sub præcepto, prout factum fuit ab ecclesia in renouatione, & determinatione dictæ decimæ ex eius institutione, quæ propterea, vt ille ait *num. 9.* posset ex causa aliam partem soluendo terminare. & in effectu ista est * communis opinio, quod decimæ sunt hodie statutæ de Iure Pontificio, non autem de Iure Diuino, vt testatur Dida. *d. c. 17. sub nu. 2. vers.* hinc profectò factum est. Iura igitur, quæ dicunt decimas deberi de iure diuino, procedunt, quantum ad substantiam earum, sed quantum ad partem certam, & quod huic magis, quam illi sacerdoti debeantur, hoc est ex præcepto ecclesiæ. & hoc etiã tenuit Hugo de S. Vitali, & Adria. de Traiectu, qui etiam summus Pontifex fuit, vt refert etiam Rebuff. *d. t. q. Idem tenuit Asten. in sua Summa lib. 6. tit. 35 rub. de deci q. 1. dicens;* quod decimæ institutio potest accipi duobus modis, vno scilicet modo secundum determinationem alicuius partis exhibendæ ministris Christi, & hoc fuit de iure naturali, quod nõ fuit per Christum abrogatum, sed firmatum, alio modo circa quãtitatem, & hoc fuit de iure diuino. & subdit in *3. q. illius primi articuli*, quod an istud præceptum de decimis esset morale in lege veteri, an verò iudiciale, vel ceremoniale, est contentio inter Iurisperitos, scilicet Inno. & Host. & Theologos; quia illi tenent esse morale, isti verò tenẽt, quod quò ad taxationem, & determinationem certæ partis erat principaliter iodiciale, & aliqualiter ceremoniale, & ideo secundum Theologos d. præceptum est morale, quò ad substantiam d. præcepti, quo vero ad taxationem certæ partis hodie sunt ex institutione ecclesiæ. Et ita etiam tenuit Archid. *16. q. 1. c. decima, & * communiter Theologi, & præsertim Mendicantes,* * quod scilicet decimę sunt in præcepto diuino morali, sed non quo ad quotam, quia illud fuit iudiciale, seu ceremoniale, vt refert Capra *in contrarium suprà citatus in princ. Idemq́; probat sequendo Host. vbi suprà, Ias. consi. 19. col. pen. vers. non obstat, dum dicebatur, quod decimæ sunt de iure diuino. vol. 3.* vbi concludit, quod secundum Theologos magis ** ** communiter, Host. & Io. Andr. præceptum de decimis soluendis in substantia licèt sit morale, vt scilicet soluatur aliquid in recognitionem dominij; tamen respectu quotæ est ceremoniale, & sic non obligat in lege Euangelica, nisi quatenus reperiatur à lege canonica approbatum, seu per ecclesiam, & ideò, vt ille ait, Papa potest disponere super decimis, sicut ei placet, licèt non possit eas in totum tollere, vt etiam infrà dicam. hanc etiam partem, quod decimæ hodie Rectoribus ecclesiarum, & certis personis ecclesiasticis debeantur de iure positiuo, & quod de iure positiuo eis pertineant, est glo. *in d. c. 1. in glo. fi. de rebus eccle. non alie. in 6.* Idem sequendo doctrinã supradicti Io. Andr. tenet Arch. *in d. cap. à nobis. in prin.* dicens, quod de iure communi quilibet debet soluere decimas, & quod dicti clerici, & personæ ecclesiasticæ sunt fundatæ in hoc de iure communi, quod sufficit ad condemnationem. & ibi in fi. dicens, quod primũ genus decimæ stat in præcepto, sed limitatum, quia Papa potest eximere quos vult, & de eis disponere, prout placet. Idem, quod Papa possit ad libitum decimas laicis concedere, probat Io. And. *in c. nuper. colu. 2. circa principium, eo. tit. de deci.* dum concludit, quod priuilegium non soluendarum decimarum alicui concessum per Papam in dubio solùm respicit præiudicium ecclesiarum parochialium, quibus de iure decimæ debetur, & illud solùm intelligitur Papa grauare, cui consueuit præiudicare: quia priuilegium est lex priuata contra ius commune, & sic solùm lædere intendit ius commune, non autem ius aliquod particularis personæ, cui fuerunt concessæ decimæ: quia licèt beneficia Principis sint latè interpretanda, non tamen priuilegia contra ius commune, quæ ius alterius particularis absorbent, vel grauiter lędunt,

vt ille ait *colum. 3. post prin.* cum autem Papa sit omnium ecclesiarum, & clericorum Rector, & Vicarius generalis cum libera administratione, nō est mirum, si in hoc multū potest, verba sunt Io. And. *in d. c. à nobis. col. 2. in prin.* Et quoad ecclesiā militātem, res est expedita, q̄ sine causa potest in aliquibus iuri decimandi præiudicare, putà aliquibus personis, etiam laicis eas remittere, non in totum tollere ius decimarum, nisi cum causa, & ad tempus, vt tenet glo. *in d. c. à nobis. & * communiter Doct. ibi, vt etiam testatur Abb. num. 4.* dicens rationē diuersitatis inter hos casus esse quia secundo casu agitur de honore Dei, qui sibi retinuit decimas in signum vniuersalis dominij, & Papa non potest facere, quod hæc Deo non exhibeatur. primo autem casu, quia agitur de vtilitate, quę prouenit ex decimarum solutione, & quæ debetur ecclesijs, & personis ecclesiasticis, & concernit earum commodum, Papa tanquam generalis administrator, & Vicarius Dei potest hanc vtilitatem in aliquibus remittere, etiam sine causa, licèt quo ad Deum non possit sine causa: & subdit, quod quo ad Deū tales laici etiam non sunt tuti eo casu, aliàs secus, vt concludit Bal. *in cap. bona memoria. lib. 2. nume. 23. de postula. prælat.* dum concludit, quod Papa potest cum bona conscientia donare decimas, vel castella ecclesiarum, per Innoc. ibidem, dicens hoc esse menti tenendum. Et istud est, quod voluit dicere Host. *vbi sup. in d. 3. q. quod non debet sine causa, &c.* Et de dicta diuisione decimarum facta per Pontificem scilicet Dionysium, mentionem facit Rebuff. *de deci. quæst. 13. nume. 78. & 82.* Et ità etiam debet intelligi Rebuff. *in d. tracta. decima. quæst. 13. numer. 103. & plur. seqq.* vbi concludit, quòd Papá tanquam generalis administrator, & Dei Vicarius potest commodum decimarum in aliquibus clericis, & curatis remittere, & ex causa dispensare, nec dicitur contra Dei præceptum venire, sed solum contra ius & ecclesiæ constitutiones, cum, vt etiam ille ait *numer. 78. & 81.* Papa eas ex sua constitutione curatis decimas assignauerit, dummodo curatus habeat alios reditus ecclesiæ, vnde viuat, & d. dispensatio contra ius diuinum esset modificatio, non sublatio iuris diuini, quæ Papæ est permissa, *vt ibidem per eum numer. 103. & plur. seqq. Et Host. vbi sup.* loquitur in perpetua cōcessione *in versi. si laicus habet priuilegium Romanæ Sedis, siue ad tempus, siue in perpetuum, &c.* Et de potestate ordinaria, vt sup. etiam dixi, quod etiam patet ponderando, quod dicit, quod potest disponere de eis sicut placet ei. & nō minus clarè Abb. *in d. cap. cum venissent.* & de perpetua concessione Papæ loquitur etiam Rebuff. *vbi supra numer. 110.* licet dicat ex maxima causa, quæ vbi fuisset necessaria, adhuc præsumitur interfuisse, vt diximus supra ad differentiam inferiorum, de quibus *in d. cap. cum Apostolica. de his, quæ fiunt à Præla. &c.* Sic & Papa potest aliquos eximere, vt non soluant decimas ex suo priuilegio, nō tamen omnes eximere, quia esset immutare naturalem statum vniuersalis ecclesiæ, vt per Soc. *consil. 297. num. 4. in fi. vol. 2.* Et istud est modificare legem diuinam, vt inquit post alios per eum citatos, Paris. *consil. 25. num. 25. vol. 4.* immo etiam in totum, Host. *vbi sup. versi. dicūt aliqui.* Et quamuis in priuilegio, & concessione Principis non fiat lata interpretatio, quando agitur de præiudicio alterius, tamen oportet, quod tempore concessionis appareat de iure illius tertij, alias secus, vt respondit Abb. *consil. 70. in fi. in 2. parte.* At de iure Mensę Episcopalis in casu isto nō constat tempore dictarum concessionum, quæ emanauerunt ante dictum Concilium Lateranense, vt dicemus infrà, ergo, &c. Et pro dicto Host. *vbi supra facit Castren. consi. 287. col. 2. in prin. in 1. par.* dicēs, quod Papa in iuribus ecclesiarū ex sola simplici eius voluntate potest sine causa dominiū rei ecclesiæ auferre, licèt non debeat id facere, & hęc potestas est ordinaria in eo hac in re, quia decimæ (vt dixi) licèt sint de iure diuino assignatæ sacerdotibus illius veteris testamenti, tamen Papa per legem suam positiuā concessit modernis Rectoribus pro tribus partibus, & pro quarta Episcopis & ordinata potestas est sub lege, quò ad obseruantiam, sed non quò ad vinculum in his, quę sunt iuris positiui, Fel. *in c. in causis. in princ. de re iud.*

Et hæc conclusio satis probatur ex traditis per Dec. *consi. 112. nu. 3.* vbi concludit, quod matrimonium contractum per verba de præsenti potest ex causa dissolui per Papam dispensando cum altero, vt possit cum alia matrimoniū contrahere, & hoc de potestate ordinaria, licèt ius sit quæsitū alteri. & ratio est, quia ea obligatio cōtracta ex solo mutuo consensu absq; copula, quod faciat matrimonium, inducta fuit ab ecclesia, *c. ex publico. vbi glo. in verb. consummatū. de conuers. coniuga.* & matrimoniū non est quid minus spirituale, quā materia decimarum. & subdit ibidem Dec. quod Papa potest propterea etiam dispensare ex causa cum clerico constituto in sacris, quod possit cōtrahere matrimonium: itē contra irregularitatem contractā ex bigamia, super vsuris, super decimis, & tandem in omnibus præterquam in articulis fidei. & hæc est theorica Inno. *in c. cum ad monasterium. nu. 3. & seq. de statu mon.* vbi concludit, quod in his, quæ sunt contra votū tacitum, vel expressum, & in alijs, quę sunt contra Euangelium, & in his etiam, quæ sunt contra generalē statum ecclesiæ, Papa non potest, nisi cum causa dispensare, aliàs tam ipse, quam is, cum quo dispensatur, peccant; sed in his, quæ sunt contra ius positiuū tantum, sufficit sola voluntas dispensantis etiā sine causa: quia voluntaria cōstitutio iuris positiui erat causa, quare aliquid prohibeatur, ergo sola voluntas conditoris est causa, quare prohibitio relaxetur: quia eius est tollere, cuius est concedere, nec Princeps tenetur sua lege ligatus, *l. digna vox. Cod. de leg.* & res de facili ad suam priorem naturam redit, vt ille ait. quod & refert, & sequitur etiam Dec. licèt corruptè, *consi. 436. numer. 13. & plu. seqq.* dicens, quod Papa potest sine causa pensionem in renunciatione beneficij ad fauorem alterius constituere absque labe simoniæ, quia prohibitio simoniaca in beneficialibus est de iure positiuo, contra quod Papa potest etiam sine causa. & ita respondit Curt. *iun. consil. 138. num. 4. & sequen.* loquens in materia, quæ cum sit de iure positiuo, potest ad libitum derogare iuri positiuo, & personam aliàs exclusam includere in præiudicium vocatorum, etiam

sine

sine causa, quia in his sufficit pro ratione volun-tas.

Et facit, quia in beneficialibus Papa habet plenam, & liberam potestatem, *cap. 2. de praben. in 6. Clem. 1. vt lit. penden & plur. concord. in proposito per Rimin. iun consil. 76. num. 7. & seq.* licèt *d. Clemen.* vtatur verbo Plenitudinis potestatis. Et quod Papa in beneficialibus habeat liberam potestatem, plures concord. ad hoc citat Dec. *d. consil. 436. num. 15.* & qui habet liberum, & absolutum arbitrium, vel potestatem, non habet limitatum, & potest facere prout libet, *l. cum quidam ff. de leg. 2. & concor. per Anch. in q. 12. num. 5.* loquens in habente liberum arbitrium alienandi. & qui potest liberè aliquid facere potest id facere sine alicuius licentia, aut requisitione, vt per Gozad. *consil. 58. num. 2.*

Et vbi etiam agitur de aliquo præiudicio; tamen illud est modicum d. mensæ, ideo tanto magis etiam sine causa potest Princeps lędere ius tertij, etiam sine clausula: Non obstantibus, Bello. *consil. 28. num. 8.* maximè cum hic tertius, scilicet mensa Episcopalis per 400. annos tacuerit, modica enim læsio est toleranda, *glo. in l. pen. vbi etiam Castren. C. de precib. Impe. offer.* cum etiam inferior à Papa possit decimam in modico concedere ad vitam alicuius sine aliqua solemnitate, Abb. *in ca. 2. num. 2. in fin. de his, quæ fi. à Prælat.* Et non potest esse dubium, an præiudicium factum Episcopo in dicta eius quarta de iure communi debita, sit modica, vel magna: quia dubio procul est quid modicum respectu iurium Episcopatus, per ea, quæ ponit Soci. *consil. 7. num. 5. vol. 3. per Bar. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi, aut clam.* dicentem, quod Princeps si alienat aliquod castrum, vel Rex aliquam ciuitatem Regni sui, non dicitur multum, sed modicum lædere statum suum. hæc igitur quarta decimæ dicti loci Vallis Muzzulæ, de qua modo quæritur, est nihil, aut quid valdè modicum, respectu decimæ residui totius agri, & diœcesis Placent. & multo minus respectu aliorum redituum dicti Episcopatus, & ecclesiæ, quæ est diues annui reditus suprà sex mille aureos.

Nec contra hoc obijci potest, quod immo tota decima, nedum quarta spectaret Episcopo de cōsuetudine: quia præter id, quod dicta consuetudo non sit probata, vt suprà abundè diximus, dubio procul non est probata ad tempus dictarum concessionum, & sic ante Concilium Lateranense, ergo manet dispositio iuris communis, quo quidem iure Episcopus non potest prætendere, nisi quartam, vt ibi etiam abundè probaui. Et insuper etiā potest, quod ante Cōcilium Lateranen. supradict. de quo *in cap. prohibemus. de deci.* nō constat de aliquo iure Episcopi in parte aliqua dictæ decimæ (posito, quod hæc alma ciuitas Episcopum tunc haberet, de quo tamen non constat ex actis) quia nondum erat compilatum Decretale, per quod distributio decimarum facta apparet in toto titulo de deci. & consequenter quarta fuit Episcopis assignata. constat enim, quod Decret. volumen à Gratiano compilatum fuit de anno 1105. seu secūdùm magis ** communem opi. de anno 1150. & lōgè post Decretale per Gregorium IX. vt testatur Cotta *in suis memorial. titu. de Iurisconsultis. col. 290. in fi. & colum. 292. circa med.* & licèt Decretali illi de deci. epistolæ aliquæ anteà fuissent scriptæ per Pontifices pro tempore, malè tamē id posteà post dictum Concilium emanauerunt, vt videre est ex nominibus Pontificum, qui illas scripserunt, scilicèt Inno. III. qui scripsit illam, de qua *in ca. cum contingat. & c. seq. de deci.* quibus cauetur decimas deberi parochialibus ecclesijs, & qui fuit de anno 1215. & nihilominus in dictis iuribus testatur, quod decimæ debentur ecclesijs parochialibus de iure communi. ex quo datur intelligi, quod iam anteà illud erat cautum, non autem id fuit ordinatum per dictas decretales. Et facit Alexand. *consil. 16. num. 30. ad fi vers. nec potest dici, quod tempore concessionis dicti priuilegij aliquod ius competeret Communi Regij, &c. volum. 5.*

Nec obstat secunda ratio, quia vltra ea, quæ suprà diximus in præceden. nunc circa illud, quod donatio in dubio non præsumitur, dico, quod illa regula procedit, vbi aliqua alia causa subest, quam donationis, aliàs præsumitur donatio: ità declarat etiam Calca. *consil. 25. num. 17.*

Item illa regula, & tex. procedit in eo, qui aliquid dat ignoranter, putans se teneri, cum tamen non esset, secus, si scienter: hoc enim casu; cū quis scit se non teneri, nedum præsumitur, sed verè est donatio: ità dicit ille tex. *& ibidem Alb.* & facit regula iuris, Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur, *l. donari. ff. de don. & de reg. iur.* sed sic est, quod ignorantia, & error in facto non præsumitur, *l. si post diuisionem. C. de iuris, & fac. igno. Dec. in c. cum causam sub nu. 6. de appel. Alcia. in 2. reg. de præsump. in 21. præsump. in princ.* error enim facti in facto consistit; & facta non præsumuntur, nisi probentur, iuribus vulgaribus. Et minus in illis Sanctissimis Patribus, & longè minus error in iure, *l. leges sacratissima. & l. digna vox. C. de legi.* cum ipsi haberent omnia iura in scrinio pectoris.

Addi etiam potest, quod donatio si præsumitur ex lapsu plurium annorum, scilicet longi temporis, *l. cum quidam. §. diuus Pius. ff. de vsu. & l. vxor vsuras. quæ est 55. ff. de donat. inter virum & vxo.* multò magis in casu isto per lapsum 400. annorum, & vltrà; vt patet ex dictis duobus instrumentis concessionum productarum, Et omni in casu nihil opponi potest insistendo, quod sit priuilegium.

Tertiò respondetur, quod d. regu. procedit in dubio; nos autem sumus in claris, vt patet ex supradictis, ergò, &c.

Et insuper quod attinet ad qualitatem concessionum prædictarum, quod iudicandæ sint personales, & ad vitam eorum, quibus fuerunt concessæ, duobus modis soluitur hæc obiectio. primo, præter id, quod Archid. *in d. c. possessiones. nō teneat d. gl. ex quo illum tex.* dum dicit, quod contractus rei ecclesiæ ex causa iusta valet, si tamen non perpetuò, sed temporaliter factus sit, intelligit, dummodo id sit dictum in contractu, & non aliter: quasi velit, quod nisi id fuisset dictum in contractu, censeretur perpetuus: dico, quod dictum glo. procedit in concessione habita ab inferiore à Papa: sic enim loquitur gl. *in d. cap. possessiones.* quæ loquitur in alienatione rei ecclesiæ facta per Prælatum,

latum, vel ecclesiam, nec mirum, ex defectu potestatis. Et ità etiam intelligi debet Rebuff. *qui eum allegat, Bar. in l. non solum. §. liberationis verba ff. de lib. lega.* secus autem in concessione ipsius Papæ, vt abundè suprà probauimus in prioribus allegat.

Secundò dico, quod in contrarium allegata loquuntur in dubio, & in concessione in feudum, vel emphyteusim: nos autem sumus in claris, & in donatione, quæ in dubio censetur perpetua, & in qua plenissima fit interpretatio, *c. cum dilecti. in fi. de don.* quia etiam priuilegia, & concessiones intelliguntur sine alterius iniuria, Io. And. in *c. 1. num. 7 de deci. in 6.* tamen hic non dicitur facta iniuria alicui per dictas concessiones, secundum Host. supra citatum in Summa *de deci. q. 3 col. 1. circa med. & suprà diximus.*

Quod autem id verum sit, patet, tum ex vi, & proprietate verbi Concessionis, vt supra diximus, quam etiam ex continuata possessione post dictas concessiones abindè citrà per successores eorum, quibus factæ fuerunt dictæ concessiones, per annos 400. & vltrà, vt supra etiam abundè diximus: neque enim virtute dictarū concessionum factarum alterius de anno 1137. & alterius de anno 1215: si fuissent personales, potuissent successores, præsertim illi de anno 1306. & 1369. vti eis, & decimare, prout fecerunt, vt dixi.

Non obstat tertia ratio primò quia, quod in dictis instrumentis non dicitur, quod secunda cōcessio fuerit necessaria, nec per omnia; vt prima, & potuit esse confirmatio primæ facta, & impetrata ex abundanti, & ad cautelam, ne videatur sine scientia Papæ procedere, & vt magis prima timeretur, vt inquit Abb. in *ca. 1. num. 6. de confir. vtil. vel inutil.*

Secundò respondetur, quod immo res semel mea potest mihi acquiri de nouo, si prima acquisitio sit dubia, vel secunda sit plenior, vt post concordan. per eum citatos, concludit Craue. *consil. 160. num. 6. & ante eum abunde Fely. in d. c. inter dilectos. num 27. & seq. de fid. instr.* sic & nouum priuilegium non tollit antiquum, vt concludit Alex. in *l. Ruffinus. in 2. not. Cod. de testam. mili. & concord. per Balb. de præscrip. in 1. parte quinta partis princi.* qui id admittunt in reo, etiam si tituli allegati contrarij essent, l. nemo pluribus. vbi glo. ff. de except. & comprobat hoc vltimum glo. *in d. c. inter dilectos. in verb. quod meum. in fin.*

Et ad prædicta faciunt, quæ ponit Aret. *consi. 54. diligenter. nu. 4. & seq.* dicens, quod stipulatio; quæ fit ab illo, cui ius quæsitum erat, non est executio prioris pacti, sed confirmatio quædam, quæ de iure operatur, quod vbi non erat quæsita actio ex pacto dantis, acquiratur de nouo, & quia actus geminatus plus operatur, quàm simplex, & etiam ad priorem actum magis validandum, per *l. similiter. C. ad Velleia. & l. cum simus. vbi Bar. C. de agrico. & censi. li. 11. & concordan. de quibus per eum, & facit etiam reg. l. qui bis idem. quæ est 18. ff. de verb. obliga.* sic & legitimatus simul valdè, potest nihilominus iterùm legitimari & se iuuare ex pleniore legitimatione, Dec. *consi. 698. num. 1. & consil. 393. numer. 3. & consil. 337. nu. 8.* dummodò tamen vtrinque ab eodem Principe, vel secūda superiore à primo concesserint, Curt. sen. *consil. 16. num. 21.* quinimmò si durante prima concessione fit secunda concessio plenior, vel in tempus longius, quàm prima; tamē non dicitur recessum à prima pro tempore suo, & potest impetrans vtraq; se iuuare pro eodem tempore, Alex. *consil. 73. num. 6. volum. 2.*

Nec releuat, quod dicebatur, quod secunda concessio non potest dici confirmatio: quia si cōcessio vtraque eadem est, & sonat donationem, idem non potest dari, & confirmari simul, & *l. fe mel, d. c. inter dilectos.* quod si secunda fuit confirmatio, ergo & prima, cum sint æquiuocæ, ergo nulla earum est donatio.

Quoniā fuit etiā respōsum in voce, & replicatur. Primò, quod ex hoc argumēto benè sequitur, quod secunda donatio nō valuit vt donatio, quia semel meum, &c. sed non sequitur, ergo prima nō valuit, vel non fuit donatio, vel ea dicitur reuocata per secundam, *d. l. vnū ex familia. in princ. in verb. frustra testamento suo legat. l. testamento. Cod. de testa.* vbi * omnes not. quod etiam probatur in *l. quæsitum. in fi. ibi. Non videri minutum, sed potius ex abundanti adiectum. ff. de fundo instrur. lega. & ad prædicta faciunt tradita per Soci. iun. c. recepimus. q. est 8. n. 104. de priuileg. vbi post Abbas ibi cōcludit;* q; per impetrationē secundi priuilegij nō censetur renunciatum priori obtento super eodem negotio. & ibi addit, quod potest vtroque se defendere sicut clericus dubitans de validitate tituli sui beneficij non videtur illi renunciare alium impetrando à superiore, immò vtile, & cautum est id fieri, quia licet dominium non possit acquiri ex diuersis titulis, quia semel meum non potest amplius effici meū; amē tituli possunt multiplicari, vt ille ait. & probat etiam Bero. *dec. 42. num 37.* dicens, quod quis potest habere plura venditionum instrumenta diuersis pretijs, & temporibus facta, & ex vtroq; dicitur possidere, & ad hoc citat Bar. Castr. Alex. & alios, de quibus per eum. Et aliud est petere cōfirmationem duarum electionum, *c. vt quis duas in prin. de elect. in 6.* aliud prosequi vnam, & eius confirmationem ex pluribus causis electionis factæ, puta ex priuilegio, & præscriptione, glo. ibidem * communiter approbata, per cap. *post electionem. de concessio præben. quem text. pro valde notabili commēdat Rom. consi. 433. num. 6. & plur. seqq.* vbi concludit propterea, respondendo dicto motiuo, quod res semel mea, &c. quod quis potest petere possessionē beneficij ex pluribus causis, & titulis, per Lap. *allegat. 132.* quod si id verum est in actore, multo magis idem dicendum in reo se defendente, *l. fauorabiliores de reg. iur.*

Et etiam nouum non esset, quod vtraque concessio in casu isto fuisset donatio, quia hoc etiam factum appareat in causa Pallauicina: quia Rolandus donationem obtinuit à Ludouico Imperatore, & iterum à Conrado, vt habetur apud Decium *consil. 468. nu. 9. versi. circa primum.* & idem factum reperitur per Ecclesiam Nouarien. cui plur. concessiones Imperiales, quæ donationes erant eorūdem iurium, vt respondit Alba *consi. 64. nu. 28 in fi. & seq & est tex. in c. 2. de his, quæ fi à Prælati* loquens in geminata donatione per verbum concessionis, vt etiam supra diximus, eiusdem rei, id est, decimæ, fa-

me, facta per Abbatissam cuiusdam monasterij, vt ibi habetur: si prima in aliquo peccabat, intrat secunda.

Præter id, quòd geminata concessio non omnino otiosa est: quia fortius probat, & æquipollet clausulæ Motu proprio, vt post plur. concord. cōcludit Craue. *in l. cum filiosfam. num. 53. & seq. ff. de leg. 1.* Et ad hæc faciunt, quæ latè ponit Riminal. *iun. consil. 45. col. 1. vbi post plur. concordan. per eum citatos concludit*, quòd res bis dicta, aut facta præsumitur magis deliberata, & erroris præsumptionē excludit. quod vltimum in geminato consensu probat Cepha. *consil. 60. in fin.* licèt hoc vltimum non habeam pro expedito: quia dictæ concessiones ab vno, & eodem Pontifice non emanarunt, vt per eundem Riminal. *vbi supra, numer. 61. & seq.* Vnde prima sufficit, vel secunda, si prima non valuit, vel vtraque simul magis verget.

Secundò fuit etiam dictum, quòd non sequitur ex ea ratione motiuata, quòd illæ concessiones propterea iudicādæ sint feudales, vel emphyteuticæ: quia eadem ratio in eis militaret. Constat enim, quòd per feudum trāsfertur quoddam dominium directum, & vtile, secundum vnam opinionem, vel saltē vtile, vt post alios Ripa in rub. *num. 46. de causa posse.* & propriè, & pariter in emphyteusi, vt ibi per eum post Doc. *in l. fi. C. de iur. emphy. & in cap. potuit. de locato.* si ergo per primā dominium huiusmodi fuerat translatum in accipientes, quomodo potuit idem dominium transferri in eosdem per secundam concessionem, vbi fuisset emphyteutica, vel feudalis vtraque, & pares? Et ideo consequentia prædicta confunditur per eam rationem, & propterea non est recedendum à responsionibus datis primo loco, neque enim dicitur in dictis instrumentis, quod dictæ concessiones fuerint eiusdem tenoris, & formæ, ideo accipiendæ sunt, quòd secunda fuerit primæ confirmatio, postquam non potuit esse eadem, nisi cum vitio superfluitatis; secus, si essemus in vna, & eadem eiusdem rei concessione, & ita loquitur textus. in dicto capitulo inter dilectos. prçter id, quod etiam in vna, & eadem concessione id perpetuum non sit, vt ibi latè per Felinum.

Et non habet saporem iuris, quo dicitur ex aduerso dictam concessionem iudicandam factam feudi in tertiam generationem, ex eo, quod secunda fuit accepta quasi finita prima, & non est credendum, quod voluerint dicti Domini pro tempore impensas superfluas facere in impetratione secundæ, quia istud diuinare est, quòd à prima ad secundam tertia generatio finita esset, & vim facere verborum proprietati, quæ sonant donationem, contra *l. non aliter. ff. de lega. tertio*, & feudum non est simplex donatio, nec donationis appellatione venit Dec. *vbi supra. & facit text. in l. 1. ff. de donat.* & dicere, quod non abindè citra dicti Domini fuerint vsurpatores, est præsumere delictū, contra legis præsumptionem, & stante dicto titulo præsumpto, & vero, qui optime conueniunt inter se, vt sup. diximus, nec expressus fuit productus pro fundamento præsumpti, qui satis superque de se subsistebat. Nec onus impensarum circa secundam concessionem haberi debet in consideratione, vt supra diximus de confirmatione in forma communi, & de secunda donatione à Cæsare habita per Rolandum Pallauicinum, est enim quid modicum istis, & similibus dictis, de quibus non curat Prætor.

Ad secundum principale motiuum patet responsio, quod illa verba possunt accipi diminutiuè, vt scilicet intantum exigant, quantum concessiones loquuntur, quæ præsumuntur, quod loquerentur iuxta formam iuris, vt inquit Brun. *in tract. de reb. dub. titulo circa qualitatem ad fin. car. 16. col penul. in fine, dicens*; quòd inuestitura præsumitur facta secundum formam iuris de materia loquentis, sic & dispositio dubia intelligitur secundum iuris dispositionem, Ruin. *consil 144. nu. 13. volu. 2.* quæ in casu nostro est decima pars fructuum non de melioribus, nec de deterioribus, nec ad electionem soluentis, sed prout sors dederit, & sine deductione impensarum, & seminis, & omnium personalium, deductis tamen deducendis, hic enim modus est à iure traditus, inquit Rebuff. *in tract. de deci. quæst. 8. & 11.* & sic credendum est, quod conuentio facta inter dictos Dominos, & homines in minori quantitate, & non de omnibus, & singulis fructibus, & emolumentis loqueretur, non autem de maiori quantitate, vel grauiore modo ad effugiendum delictum, vel eius præsumptionem, *l. merito. ff pro socio. Alcia. regula 3. præsump. 1. col. 1. & 2.* quæ præsumptio cum sit legis, siue iuris, æquiparatur scripturæ, Bald. *in l. 1. §. 2. in fin C. de rei vxo. actio.* & trāsfert onus probandi in partem aduersam, vt inquit in proposito Craue. *consil. 60. num. 7.* Et isto casu non dicitur quis contrafacere priuilegio, quod tendit ad eius vtilitatem, quantum ad effectum, vt per hoc aliquid incurrat contrafaciens, maximè cum non constet Pontificem aliquid sibi reseruasse, ita concludit Fely. *in loco in contrarium citato nu. 28.*

Prætereà, & secundò, cum agatur de modi inobseruantia, certè per eum non incurrit quis priuationem, nisi post monitionem, &c. vt abundè probat Craue. *consilio 59. num. 7 post Castren. Goz. ad. & concordan. per eum citatos*, & pœna priuationis iuris nunquam habet locum, nisi in casibus à iure expressis, vt per Roland. *consil. 27. num. 14. volu. 1.* Ad differentiam pacti adiecti in donatione ipsi donatario, cuius inobseruantia infringit donationem ipso iure, vt per Curt. *in l. traditionibus nu. 26. C. de pact.* est enim longa differentia, propriè loquendo, inter modum, & conditionem, seu pactum, vt habetur *in rubr. C. de donat. quæ sub modo, vel condit. &c. & per totum.* Et quod alibi dicitur, quòd etiam modum non adimplens, priuatur commodo dispositionis, sicut conditionem non obseruans, *l. 1. vbi* * *omnes not. C. de his, quæ sub modo, &c. ibi*, Vt certa tibi alimenta præberet, sic est accipiendum, vbi scilicet modus adiectus fuit causa finalis contractus, vel nullius dispositionis, alias secus: ità declarat Abb. *in c. verum colum. 1. post med. de condit. apposi. in desponsat. &c.* & in dubio nō præsumitur, quod fuerit causa finalis, nisi recipiat vtilitatem ipsius tradentis, *d. l. 1. vel tertij*, quia causa in dubio non præsumitur finalis, nisi vt suprà Dyn. *consilio 6. colu. prima, in fin. Ruin. consilio 66. nu. 12. volu-*

12. *volumine primo. post Baldum in l. senatorem. ff. de senato. Tiraquel. in capit. cum cessante. in prima limitatione, numero 52. de appellationibus.* licèt gl. *in dicto c. verum.* absolutè voluerit, quòd inobseruantia modi non dat facultatem reuocandi donationem, sed duntaxat agendi, vt seruetur, nisi expressè aliud dictum sit. Et supra dic. conclusionem, & distinctionem probat latius Sali. post Butriga. *in l. generaliter. la 2. numer. 3. Cod. de Episcop. & cle.*

Præter id, quòd etiam dicta prætensa contrauentio Papæ præsumeretur nota lapsu temporis immemorabilis, vt per Craue. *de antiqui. tempo. in 5 parte in princip. nu. 18 car. 91. & car. 100. §. vidimus. num. 29. & plur. seqq.* & quòd Principis scientia, & consensus præsumatur ex cursu longissimi temporis, Sylua. *consilio 96 nu. 5. & seq.* & consequenter culpa remissa, licèt ius reuocandi propter pacta non seruata transeat ad successorem actiuè, & passiue: Bald. *in d. l. fi. num. 2. C. de reuocan. donationibus.*

Tertiò Mensa Episcopalis non potest opponere de modo non impleto, vel non seruato, cum eius non intersit, Craue. *vbi suprà num. 2.* Quod autem idem verum sit, patet, quia ad eam propterea decima non pertinet, sed ad concedentem redijsset, vbi essemus in casu amissionis, prout tamen minime sumus. Et vbi Papa manum apposuit, non potest inferior se intromittere, cap. vt nostrum. de appellat. Gozad. *consilio 6. num. 28. & 85. Ferro. consilio 38. sub nu. 9. & comprobat Riminal. iun. cons. 76 num. 12.* Inquens in concessione Papæ circa hanc materiam, quòd non possit tolli, vel reuocari per inferiorem. Et eadem ratione quando aliquis fuit legitimatus per superiorem, non possit iterum per inferiorem legitimari, respondit Curt. *sen. consilio 76. num. 21. vbi latè.*

Ideò quò ad mensam intentum habent, & absoluendi sunt Illust. Domini isti, vt de tertio non habente ius à Domino directo opponente de caducitate contra emphyteutam reum conuentum, concludit Bart. *& alij in l. 2. ff. de excep. rei iud.* In tantùm quòd si ipsa fuissent ab ea spoliati, deberent reintegrari, etiam si titulum nnn haberent aliquem, quia licèt ius commune eis resistat, quia laici, vt suprà diximus, non tamen assistit Episcopo, nisi quò ad quartam, & spoliati etiam in hac materia isto casu essent restituēdi, vt ex * communi sententia probat Dida. *varia. resol. lib. 1. c. 17. nu. 6 & seq.* licèt absque titulo contradicat Guid. Pap. *decis. 288.* vtrum laicus spoliatus decimis, quod tamen non firmo, nec discutio, quia non expedit.

Quartò dico, quòd per dictam solam locationem cum pacto non exigendi decimas eo modo, quo loquitur concessio, non constat de contrauentione, etiam in modo, vbi esset præiudicialis, alio ex aduerso non probato, quòd scilicet d. locatio sit sortita effectum, & sic, quòd conductores illi eo modo sic exegerint decimas, & locatores pensiones receperint. neque enim solum instrumentum locationis quicquam releuat respectu tertij, nisi constet sortitum fuisse effectum, id est, traditionem factam, vel pensionis solutionem, Alexand. *consil. 10. numer. 3. volum. 4.* quemadmodum etiam solum instrumentum alienationis rei feudalis, vel emphyteuticæ non præiudicat vasallo, vel emphyteutæ, nisi traditio quoque sit secuta realis, vt est * communis opinio, Ciar. *in §. feudum. quæst. 3.* Rolandus *cons. 51. in principio, vol. secundo. Iason in l. fin. numer. 132. in 19. quæst. Cod. de iur. emphy.*

Et ratio est: quia dispositio, quæ non est sortita effectum, caret omni vigore, Boe. *deci. 346.* & dicitur non sortita, quando executionem non habuit, Guid. Pap. *deci. 134.* Vnde cum non probetur ex aduerso, quòd dicta locatio sit sortita effectum per exactionem dictarū decimarum modo prohibito ex aduerso prætenso, & pensionis solutio, quæ sunt facti, & facta non præsumuntur, nisi probentur, iuxta vulgaria, vt etiam intrà dicam, vtique super ea non potest fieri aliquod fundamentum ex aduerso: quia, vt dixi, non sufficit dispositionem initium habuisse, nisi etiam probetur eius consummatio, & effectus subsequutus, *l. 1. §. hæc autem verba. vbi Decius numer. 7. ff. quod quisque iur.* quem text. in materia gratiæ, & vnionis concessæ per Pontificem, quòd nihil releuet, nisi appareat fuisset sortitam effectum, expendit hoc Mandos. *super reg. Cancella. de reuocand. vnionibus, quæ non sunt sortita effectum. quæst. 5. per totum. vbi etiam alias citat decisio.* Nec antiquitas rei quicquam facit in contrarium: quia illa quoque desiderat rem, & negotium fuisse sortitum effectum, & non aliter, Ange. qui ità declarat *in l. qui in aliena. in principio. numer. 1. & seq. ff. de acquirenda hæredit.* Illud autem rem sortitam fuisse effectum facti est, quod non præsumitur, nisi probetur, *l. in bello. §. facta ff. de captiuis, & postlimi. reuer. & suprà etiam dixi.*

Quintò addi potest, quòd vbi ob modum decimandi non seruatum propter dictam locationem essemus in casu commissi, seu caducitatis, prout tamen minime sumus, adhuc fuit necessaria declaratio caducitatis, seu voluntatis ipsius Pōtificis, de qua hactenus non constat, quòd sit velle dictos Illust. Dominos priuatos esse, aliàs enim Sanctissimo D. N. pro tempore non declarante voluntatem suam circa dictam priuationem, dubio procul non potest ex aduerso prætendi resolutio dictæ concessionis, etiam quod fieret ipso iure, ex doctrina * communiter approbata in materia feudi, & emphyteusis in locis supracitatis, & de * communi testatur Crau. *consilio 213. col. 1. & 2. volumine 2.* & ità ex illa materia ad materiam reuocatæ donationis ipso iure ob donatarij ingratitudinem arguit post glossam Bald. *in l. finali, nu. 5. C. de reuocand donat.* quod semper intelligatur, si pars velit, & potuit. & generale est in quacunque dispositione ipso iure, etiam resoluta, quod intelligitur parte volente, Sylua. *consil. 102. Natta cons. 573. colum. 3. volum. 3. & consil. 685. volum. 4.* Et voluntatis mutatio non præsumitur, etiam aduersus donatarium ingratum, Bald. *in l. & si perfectis. quæ est 1. C. de reuocan. donat.* Adeò quòd quoquò se vertat Reuerenda Mensa Episcopalis, siue d. concessio fuit donatio pura, & perpetua, prout vere fuit, siue temporalis, siue finita, & resoluta

per

per modi inobseruantiam, quæ tamen à vero aliena sunt, oportet eam succumbere, & dictum Illustrem Dominum Sforciam reum conuentum absolui à petitis cum expensarum condemnatione, *c. finem litibus. de dolo. & contuma. l. eum, quem temerè. in prin ff. de iud. cum vulga.* atque ità iudicandum esse de iure arbitror Laus Deo.

Et iterum in alia Placentina respondi, vt infrà.

Quoniam sæpissimè in concessionibus, & præsertim emphyteuticis, & quandoque etiam feudalibus, consueuit apponi clausula pro se, suisque hæredibus, & cui, vel quibus dederint, & vsufruentium, multoties super eius virtute, & effectibus disceptari, operæpretium putaui, breuiter vires eius, & effectus discurrere. In primis namque sunt, qui dixere huiusmodi clausulam non præstare liberam, & absolutam licentiam alienandi, nisi prius Domino requisito, & eius consensu, vt in specie tenuit Spec. *post Iaco. Buttiga. & Ber. per eum citatos, in tit. de locato. §. nunc aliqua. vers. 94. numer. 117.* loquens in clausula vendere, & concedere cui volueris: intelligitur enim d. clausula secundum materiam rei, & contractus, cui adiecta est, *argum. l. si vno. ff. locati. cum simil. Item tenet Io. And. in addit. ad eum, vbi etiam allegat Vbert. de Bobio. & facit Bal. in cap. 1. numer. 2. de natu. successio. feudi.* dum format quæstionem in eo, qui instituit filium, & si is sine hærede decesserit, substituit Sempronium, & eius hæredes, & concludit, quòd illud verbum, Hæredes, non continet patrem Sempronij, nec extraneum hæredem: quia nomen hæredis in vltima voluntate accipitur solum pro descendentibus, & sic vt respectu filij, & sic debet intelligi ità etiam respectu Semproni: quia talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant, vt ibi per eum. Vnde pro hoc vltimo facit, quia si quis inuestitus pro se, & filijs procreatis, & procreandis, & is habeat vnum naturalem tantum, notum etiam inuestienti, vtique venit etiam naturalis in d. concessione, Bal. *in l. eum, quem. numer. 39. Cod. de fideicom. & pro hac propositione, quòd talia sunt subiecta, &c. plu. concor. citat Ancharа. in 9. quæstione in fi. in secunda parte.* Et hanc partem non desunt, qui sequuti sunt, & in specie Homod. *consil. 10. numer. 2. in fi. & seq.* qui tamen non citat aliquem ex supradictis authoribus, sed sola nititur ratione, de qua supra fuit dictum primo loco citat. per Spec. & de eo solo meminit pro hac parte Rolan. *consil. 55 sub numer. 10. volum. 3. Idem tenuit Bald. in l. liberti, libertaq;. col. pen. numer. 33. vers. quid significant ista verba Concedo tibi, & cuius dabis, &c. Cod. de ope. liber.* vbi concludit, quòd illa verba non important, nisi puram, & meram feudi naturam, quia ad ius se retulit pactum: & eum refert, & sequitur Bero. *consi. 106. nu. 28. vol. 1. & ibi num. 23. & plur. seqq.* plura adducit ad probandum, quòd in dubio intelligi debent secundum subiectam materiam, & secundum quod naturæ actus, & qui celebratur, magis conueniũt, pro quo etiam multa exempla, & decisiones ipsemet cumulat *in cap. potuit. numer. 10. vers. contrariam verò sententiam. de locato. & pulchrè etiam multa similia Alc. consil. 15. colum. 2. in materia rescript. & priuileg.* quod in dubio verba debeant referri ad iuris dispositionem, & secundum eam interpretari. & Spec. & Ioannem Andream refert, & sequitur Alex. *consil 106. numer. 2. in fine, & seq volu. 4.* & eum etiam ad hoc refert, & sequitur Bero. *consilio 45. numer. 20 eod. volum primo.* Idem firmat Bald. *in add. ad Spec. vbi suprà, colum. pe. vers.* pactum, quod emphyteuta possit vendere, intelligitur, præmissa requisitione Domini, &c. per rationem supradictam. & idem respondit sequẽdo Spec. & Ioan. Andrea. *vbi suprà, Cuma. consi. 11. emphyteuta colum. 1. in fine. Goz. ad. consi. 74. numer. 10. vbi refert, & seq. Spec. Ioan. And & Alex. vbi suprà*, & pulcherrimè exornat d. rationem, quòd verba, & pacta debent intelligi secundum naturam contractus; & ibi ad fin. diuersimodè respondet rationi, quæ in contrarium adducitur, quod nõ debet esse superflua, vt ibi per eum, & Spec. tuetur abundè in emphyteusi, Calca. *consil. 51. colum. 1. vers. ego verò in hac controuersia sententiam Spec. credo esse verissimam, &c.* & per totum ad differentiam feudi, & eum defendit à morsibus Roman. *vt ibi per eum. sequitur Rube. consilio 110. numer. 5. in fine, & seq. & Bello. consil. 33. numer. 5. vbi refert solum Homod. & Rube, vbi suprà.* Hanc partem etiam tenet in emphyteuta Alcia. *consil. 47 numer. 4.* vbi simpliciter refert, & sequitur Alex. vbi sup. licèt corruptè eum citet. Idem respondit Gozad. *consil. 4. numer. 29.* loquens in materia feudali, & refert solum Spec. Ioã. And. Calca. & Alexand. Idem respondit Steph. Bertran. *cons. 2. col. 2 volu. 2. de quo meminit Roland. consil. 42 numer. 5. vol. 1. Idem firmat Decius consil 193. num. 5. & seq. dicens*; quod si in concessione feudi apposita sit dicta clausula, & pactum, quod debet intelligi, vt valeat, & sortiatur effectum suum in casibus, in quibus de iure communi alienatio fieri potest, id est, subinfeudatio.

Contrariam tamen sententiam tenuit in specie Albe. *in l. fi. sub numer. 8. vers. & quia etiam in dictis contractibus nostri temporis communiter apponuntur ista verba, quod emphyteuta, & eius hæredes, & cui, vel quibus dederint, teneant, & possideant, & faciant quicquid voluerint, soluendo pensionem, &c. C. de iure emphy.* vbi concludit, quod stantibus dictis verbis, resultat iste primus effectus, quod poterit fieri alienatio sine consensu Domini. & mouetur per tex. *in cap. 1. de feud. non haben. prop. natu. feudi.* vbi est tex. quod d. clausula. Et cui dederint, importat hunc effectum, vt liberè sine Domini consensu possit rem concessam alienare. & Bald. *ibid. in 1. lec. nu. 3 & cons. 76. num. 4. in prin. in 2. part.* dicens, quod continet quemcunque titulum. Idem tenuit contra Spec. cum expresè reprobando Sal. *in d. l. fi. nume. 2.* loquens in facultate vendendi cuicunque voluerit, quià alias pactum huiusmodi otiosum esset, contra *l. si quando. in prin. ff. de leg. 1. & c. si Papa. de priuileg. in 6. & contra Spec. tenet etiam Innocen. in c. potuit. num 64. de locato*, loquens simpliciter in pacto, quod emphyteuta possit vendere, eadem ratione motus. & Innoc. & Sali. vbi suprà refert, & sequitur Alex. *consi. 173. nu. 6. vol. 2.* loquens in licentia, & pacto alienandi æqualibus, vel minoribus, non autem maioribus, aut potentioribus & plur. etiam concord. *citat Ias. cons. 155. col. 2. vol. 2. & cons. seq. col. 2. & plur. etiam*

Natta consil. 216. numer. 1. Et, vt quandoque concludam, ista est * communis opinio, vt testatur Curt. iun. *in tracta. feud. in 4. part. numer. 141. vers. contrariam tamen opinionem, quod immo talia verba &c. quem etiam Refert, & sequitur Rolan. consil. 2. numer. 137. volum. 1. & dicit Curt. iun. vbi sup. quod de hoc est tex. ineuitabilis, & cui responderi non potest in d. cap. 1. cui tamen respondet Calca. consil. 51. numer. 8. Idem respondit ipse cons. 108. nume. 17. & latè hanc partem tuetur per multas rationes respondendo argumentis contrariæ opinionis, Bero. in d. c. potuit. à nu. 6. vsque ad nu. 20. de locato* Hanc partem tenet referendo Imo. & Rui. Ceph. *cons. 3. nu. 123. vol. 1. & latissimè de * communi Rolan. cons. 42. num. 7. cum plur. seqq. & num. 16. vol. 1. & cons. 42. in prin vol. 4.* in materia feudali loquens, *& cons. 55. num. 33. & plur. seqq. volum. 3 & de * communi num. 44. vbi infinitos concordan. refert contra opinionem Spec. & de * communi post Cassad. per eum cumulatos Roland. consil. 79. numer. 31. & seq. vol. 2. & Albe. Bald. Alex. & Dec. referens idem respondit Craue. cons. 84. num. 11.* concludens, quod per talia verba censetur data licentia, & consensus in ipsa concessione.

Tertia fuit opinio distinguens, vt prima opinio procedat, si solùm dictum sit, Cui dederis, siue cui dare volueris, tunc enim licentia Domini requiritur, secus, si additum sit, ità quod ille, vel illi, quibus dederis, idem habeant, tunc procedit 2. opinio. & hæc fuit originalis opinio cuiusdam Io. Raynaldi, de quo meminit Curt. *iun. in d. 4. parte in loco suprà citato.*

Verumtamen hæc opinio distinguens non tenetur, sed * communiter, & indistinctè tenetur d. 2. opinio Albe. & sequacium, vt testatur Curt. iun. *vbi supra.*

Vt autem plenius, & perfectius præsentis quæstionis, & materiæ discussio habeatur, & notitia, plures casus sunt constituendi. Primus igitur casus sit, quando data est licentia, & facultas liberè alienandi, tunc enim vt pœnitus otiosa non appositio illius verbi liberè, vel secundum liberam eius voluntatem, videtur, quod nullus consensus sit requirendus, per ea, quæ ponit Alcia. *in ca. 1. nu. 8. de off. cred. de eo*, cui fuit concessa libera facultas aliquid faciendi, quia tunc non tenetur procedere secundum terminos iuris. & isto casu procedat opinio Albe. & sequacium contra Spec. & sequaces. & latè hunc casum probat Rolan. *d. cons. 42. num. 17. & plur. seqq. vol. 1.*

Secundus casus est, quando vltra dictum pactum, fuit etiam dictum, quod Dominus debeat requiri per aliquod tempus ante alienationem, an velit emere, &c.

Tertius casus est, quando in pacto, & licentia alienandi fuit geminatè dictum, Pro se, & hæredibus & successoribus suis, & quibus dederit, vt multi dicunt, tunc censeri alteratam naturam rei, & contractus, vt per Menoch. *consil. 61. numer. 26. vers. quanto fortius, & c. licèt aliqui contra, vt ibi per eum.*

Quartus casus est, vt in casibus, in quibus impurè domini consensus non requisito alienatio fieri potest, non tamen fieri possit in præiudicium vocati in concessione: verbi gratia, si feudum sit concessum iure feudi antiqui, & paterni pro omnibus descendentibus masculis, nam tunc dicta clausula, & pactum Pro se, & quibus dederit, interpretari debet solùm respectu præiudicij Domini, non autem respectu præiudicij vocatorum, ità abundè respondit Rube. *d. cons. 110. numer. 7. & plu. seqq. & per totum, & eum refert, & sequitur simpliciter Bello. consil. 33. numer 5. Idem etiam respondit Dec. consil. 193. num. 4. in fi. & seq.* concludens in materia feudali, quod tunc non potest fieri alienatio in fœminam.

Quintus casus sit, quod d. conclusio, quæ loquitur de clausula Cui, vel quibus dederit, procedat, etiam si illa non sit adiecta, sed alia similis, verbi gratia, pro Hæredibus quibuscunque. nam hæc clausula æquipollet prædictæ clausulæ Cui, vel quibus dederit, vt post Bald. *concludit Curt. iun. d. consil. 4. num. 4.* tunc enim etiam extranei hæredes continentur, vt ibi per eum. & latius Alex. *in l. Callus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posthum. & consil. 30. volum. 5. & abundè per Rolan. d. cons. 42. numer. 11. & seq volum. 1.* concludens propterea, alienationem posse fieri in extraneum, vt etiam in fœminam. & dictam æquiparationem prob t etiam Menoch. *consi. 61. num. 25.* & dictam æquiparationem, & effectum latè etiam ipse probat *consil. 42. volum. 4* nisi concurrat geminatus defectus, puta, quod is, in quem fit alienatio, sit extraneus, & fœmina, vt ibi per eum *num. 11 & plur. seqq. de quo tamen latius infra dicemus in 2. effectu.* Idem etiam dicendum est, si dictum sit in concessione pro se, & pro habentibus causam ab eo, vt respondit Craue. *d. consil. 84. num. 11. & ibi num. 13. addit*, quod complectitur omnia tempora. & idem per Roland. *d. cons. 42. num. 4. volum. 4. & consil. 55. num. 35. vol. 3. vbi de prioritate dictarum clausularum, & num. 40. & ibi num. 38.* idem dicit de clausula Pro se, & cui voluerit, & de clausula, Et cui, vel quibus relinquere voluerit, vel concedere voluerit, *nu. 41.* ad differentiam, Vbi placuerit, de quo ibi per eũ *nume. 47.* de quo dicemus in nouo casu. Et pro æquiparatione dictarum duarum clausularum Pro hæredibus quibuscunque, & Pro cui dederit, latè per Rolan. *consil. 79. num. 20. & plur. seqq. volum. 2.* Et de clausula Pro se, & hæredibus, & quibuscunque causam habentibus ab eo, Natta *cons. 216 numer. 1.* Contrarium nihilominus respondit Rube. *d. cons. 110. num. 9. & seq.* quod illa verba Hæredibus quibuscunque, in concessione feudi restringuntur ad habiles, saltem si dictum sit Masculis. Immo etiã si de masculis nulla sit facta commemoratio, & tunc illa verba non important, vt possit fieri alienatio in fœminas, vt abundè probat Decius *consil. 193. col. pen. & seq.* Sed hoc vltimum non puto verum, vt infra dicam in 2. effectu.

Sextus casus est, vt retenta opinione Albe. & sequacium, quod sine consensu Domini possit alienatio fieri, nihilominus adhuc is, in quem facta fuerit alienatio, non debebit introduci in possessionem rei alienatæ per aliquem, nisi per ipsum Dominum, qui propterea expectari debet per duos menses ad dictum, effectum, iuxta dispositionem *l. fi. Cod. de iure emphy.* cui non censetur derogatum per dictum pactum, & licentiam alienandi,

nandi, Ita inquit Imo. *in d. cap. potuit. numer. 64. Versic. fateor tamen, &c. de locato. quod & pulchrè defendit Bero. ibidem nume. 23.* vbi concludit, quod per dictum pactum dicitur sublata requisitio cōsensus Domini, quæ fieri debet ante alienationem, an scilicet velit ipse emere, vt per Bald. *in d. l. fi. in 1. lec. numer. 4. versi. nota*, quod vbi non tenet pactum, emphyteuta non potest vendere, nisi prius Domino denunciet, sed non consensus posterioris inductionis in possessionem, vt ibi per Bero.

Casus tamen iste, & supradicta conclusio non omnino mihi satisfacit, quoniam terminus ille duorum mensium, de quo in *d. l. fi.* Domino directo fuit præfixus ad deliberandum, & respondendum, an velit emere, vel non, vt post Cyn. & Bart. notabiliter concludit ibidem Bal. *in 1. lec. n. 5.* sed sic est, quod per dictum pactum dicitur remissa hæc facultas, vt sup. dictum fuit. ergo cessante causa dilationis debet etiam cessare ipsa dilatio, Castren. *in l. si quis hæres. in princ. ff. de acqui. hæred. ergo, &c.*

Septimus casus est, quod per dictum pactum, & licentiam alienandi non propterea dicitur sublata obligatio soluendi laudemij, nec facta eius remissio, ità post laco. Butrig. *concludit Bal. in d. l. fi. in 1. lec. num. 3. C. de iure emphy. quem ad hoc refert, & sequitur Bero. in d. c. potuit. num. 24. de locato. idem expressè tenet Saly. in d. l. fina. nume. 2. idem tenuit Curt. iun. in d. trac. feud. in 4. part. sub numer. 141. vers. 2. aduerten. est, &c.*

Octauus casus est, quando in pacto, & licentia alienandi dictum fuit, Cui, vel quibus dederit, exceptis tamen potentioribus, ecclesijs, pauperibus, illegitimè natis, & huiusmodi tunc enim dicta licentia non excludit, quin consensus Domini debeat requiri, & solum dictum pactum debet intelligi, vt possit fieri alienatio in alias personas, requisito tamen Domini consensu, ità concludit Bero. *in d. cap. potuit. numer. 20. post Imo. ibidem.*

Sed iste casus iudicio meo non est tutus in puncto iuris, quia specificatio dictarum personarum, in quas fieri non potest alienatio, potius operatur, vt in alias impunè, & liberè alienatio fieri possit, etiam absque Domini consensu, *arg. l. cum prætor. in prin. ff. de iud. & c. nonne benè dicimus. de præsump.* quod si consensus Domini est in alijs personis nnn exceptuatis requirendus, multo magis in istis exceptuatis, quas Dominus directus magis abhorruit, & sic semper militaret & hoc quoque casu opinio Albe. & sequacium, quod scilicet pactum huiusmodi superfluum sit.

Nonus casus est, quando dicta clausula Pro se, cui, vel quibus dederit, vel similis adiecta reperiatur non in parte dispositiua, sed solùm in executiua; tunc enim non operatur effectum, de quo quæritur, vt per Dec. *cons. 193. num. 5. in fi.*

Decimus casus est, quando pactum, & clausula prædicta non loquitur de verbo Voluerit, sed solum de verbo Placuerit; tunc enim potest habere locum opinio Spec. *& sequacium: quia verbum Placuerit importat arbitrium boni viri, Rolan. d. consil. 55. num. 47. vol. 3. de quo tamen vide per Menoch. consil. 61. colum. 1. volum. 1.*

Vndecimus casus est, vt dictum pactum, & licentia alienandi concessa accipienti pro se, & cui dederit, intelligatur, & transeat etiam ad eius hæredem, nec personalis dicatur, vt per Rolan. *d. consil. 55. numer. 54. vers. similiter non obstat, &c. volum. 3.*

Duodecimus casus est, quando dictum fuit Pro se, & suis hæredibus, & cui ius dabis; tunc potest saluari opi. Spec. vt Domini consensus sit requirendus in alienatione. nam cum talia verba videantur ad ius relata, per ea non censetur in aliquo alterata natura rei, & contractus, vt post Bal. *in d. l. liberti, libertaq. Cod. de ope. liber. concludit Curt. iun. in d. trac. feud. in 4. par. sub num. 141. versi. 1. est, &c. Idem firmat Rolan. consi. 79. in fin. numer. 55. volum. 2.*

Secundus effectus est, qui resultat ex dicto pacto, seu clausula Cui, vel quibus dederit, vel similibus, quod nedum sine consensu Domini directi potest fieri alienatio, sed etiam poterit fieri in extraneum, & personam, quæ alias ex natura rei concessæ non erat capax, vel successibilis in ea, putà, si agitur de feudo sic concesso, poterit fieri alienatio in extraneum, & etiam in fœminam, vt per Doc. *in cap. j. de feud. non haben. prop. natu. feud. & concordan. multes, & de* * *communiter* * *Roland. d. consil. 42. in princ. volum. 4. Decius consil. 193. numer. 3.* Et quod transeat ad extraneos stante dicta clausula, per Rolan. *dicto consil. 55. numer. 36. volum. 3.* & idem post concordan. per eum citat. probat. Et quamuis Decius *vbi suprà celum. penult. & seq.* teneat expressè per dictam licentiam alienandi non censeri derogatum naturæ rei feudalis, vt possit alienatio fieri in fœminam; tamen eius dictum periculosum est, & non verum, nec tenetur, sicut non tenetur * communiter opinio Spec. *de qua suprà in prin.* nisi simus in fœmina penitus extranea, vt infrà dicam in secunda declaratione. Et pro extraneis latè concludit, stante clausula Pro hæredibus quibuscunque, Rolan. *consil. 79. numer. 29. & seq. & numer. 33. volum. 2. & numer. 35.* loquitur in emphyteusi ecclesiastica post Curt. iun. *& Gozad. per eum citat.* & pro alienatione in fœminam ex vi dictæ clausulæ, vide latè Nattam *consil. 216. & latè infinitos concordan.* quando adest verbum Quibuscunque, tenet Ancha. iun. *quæst. 65. numer 5. & seq. in secunda parte.* Verum est, quod qualitas materiæ subiectæ, putà si sit feudalis, operatur, vt hoc casu masculi prius, & eis deficientibus fœminæ succedant, vt ibi per eum *numer. 8. & sequen.*

Declaratur autem iste effectus, vt licèt feudum, vel etiam emphyteusis ecclesiastica per illam clausulam, & pactum operetur, vt etiam in extraneos possit fieri alienatio, non tamen in penitus extraneos, ità enim concludit Bald. *in l. cum verum. numer. 21. & seq. Cod. de fideicom. vbi concludit*; quod feudum concessum pro hæredibus quibuscunque licèt contineat omnem hæredem, tamen refertur semper ad habiles, non autem ad penitus extraneos, & quod penitus extranei di-

nei dicuntur etiam agnati, si feudum habuit originem à diuerso stipite, & fonte; secus, si ab eodem, & Bald. simpliciter refert, & sequitur Roland. *d. consil 92 in prin. volum. 4. & ità debet intelligi Rube. d. consil. 110. num. 9.*

Si tamen verba essent geminata, fortè aliud esset dicendum, putà, quia fuisset dictum Pro hæredibus, & successoribus, & cui, vel quibus dare voluerit, per ea, quæ ponit Calca. *consilio 57. numer. 11.*

Secundò declaratur effectus iste, vt alienatio valeat in extraneum, vel etiam fœminam; secus, si vtraque qualitas concurrat, quò sit fœmina, & non agnata, sed extranea, ità latè firmat Rolan. *dicto consilio 42. numer. 11. & plu. seqq. volum. 4.* & isto casu posset saluari consultatio Dec. *dicto consilio 193.* quatenus consuluit d. pacto non obstante alienationem non posse fieri in fœminam, & ità eum in specie saluat Rolan. *consil. 79. in fi. volum 2.* & facit, quod etiam ipse ibi firmat *numer. 39. & seq.* loquens contra spurium, vt in eum non possit fieri alienatio, etiam stante dicta licentia alienandi, quia in eo duplex concurrit defectus, primus est, quia spurius, secundus, quia extraneus.

Tertiò declaratur iste effectus, vt in extraneum, vel etiam fœminam alienatio feudi, &c. fieri non possit, si in pacto sit dictum Pro successoribus quibuscunque masculis, illud enim verbum Successoribus in casu isto accipitur pro successoribus consanguineis, non autem pro extraneis, vt post multos concord. per eum citatos, Menoch. *consilio 61. numero vndecimo volumine primo*, vbi testatur de * communi, & tunc dicta clausula operatur, vt inter agnatos alienatio fieri possit, quòd sufficere debet ad vitandam superfluitatem consideratam per Albe. & sequaces, vt per Menoch. *vbi suprà numer. 21. & seq.* Veniunt tamen etiam masculi ex fœminis isto casu, vt per Rolan. *consil. 42. numer. 10. volum. 4. de quo etiam per Rube. consil. 110. sub num. 9.* Verum est, quòd Bald. *consil. 70. sub nume. 4. in 2. parte*, concludit, quòd in casu, in quo aderat d. clausula, de qua quæritur, scilicèt, Et cui dederit, etiam quòd dictum sit Pro descendentibus de vno in alium, tamen ea operatur effectum suum, vt ibi per eum.

Tertius effectus, qui ex dicto pacto, & clausula, seu licentia alienandi resultat, est, quòd res concessa facta alienatione mutat naturam suam in totum, quod is, in quem fit alienatio, non dicitur vasallus, si sit res feudalis, vel emphyteuta, si res sit emphyteutica, sed solum alienans remanet vasallus, vel emphyteuta perpetuò obligatus, vt respondit Calcan. *consil. 51. nume. 8. versi. non obstat dictum Ange. &c.* & licèt videatur facere differentiam inter feudum, & emphyteusim, vt suprà dixi, & simpliciter eum sequatur Rube. *dicto consilio 110. numer. 6. & seq.* tamen hæc differentia non est realis, data paritate terminorum, & casuum: quia valet argumentum de feudo ad emphyteusim regulariter, Alex. de Næu. *consil. 28.* Quamuis in multis differant, Riminal. *consilio 737. numer. 12. volum. 4.* & latius Curt. *iun. consilio 55. nume. primo in fi. & seq.* & in terminis in materia feudali loquens firmat, & testatur de * communi Curt. *iun. in tracta. feudo. in 4. parte, numer. 141. in fi.* vbi dicit, hoc esse mirabile, singulare, & perpetuò menti tenendum, & quòd pauci ad hunc effectum aduertunt, & eum refert, & sequitur Roland. *consil. 2. numer. 137. volum. primo*, & quòd per dictam clausulam ille, in quem facta erit alienatio, si sit feudum, retineat illam rem, tanquam suam, & propriam, ità quòd non teneatur amplius Dominum recognoscere, sequendo supra citatos Doc. firmat Natta *consil. 216. numer. 1.*

Declaratur autem iste tertius effectus, vt procedat ità demum, nisi in contractu adiecta sit clausula Saluo iure feudi, vel Domini, nam tunc licentia alienandi accipitur, & intelligitur, dummodo fiat fidelitas Domino, si sit feudum, vel accipiatur inuestitura à Domino, si sit emphyteusis, & ità respondit latè Menoch. *dicto consilio 61. numer. 18. & plu. seqq. volum. 1. & pro hoc facit Dec. dicto consilio 193. colum. penult. numer. 4. in fi.* vbi concludit, quòd stante clausula Iure antiqui, & paterni feudi, non dicitur alterata natura feudi per aliam clausulam, Francum, liberum, &c. quominus vasallus teneatur ad iuramentum fidelitatis, & quia alteratio in aliqua parte non immutat dictam rei naturam. quod & latè probat Biret. *consil. 78. & consil. 100.* reprobata opinione Homod. & sequac. tanquam contra communem, vt *ibi per eum numer. 16. in fi. & seq.* Plus etiam voluit Calca. *consil. 162. numer. 2.* quod si Princeps concessit alicui iurisdictionem cum regalibus cum clausula, vt possit de eis ad libitum disponere, nihilominus si is vellet ea alienare, id facere non potest sine licentia concedentis, & quamuis, vt dixi, multi dicant facultatem alienandi concessam in emphyteusi, vel feudo, & huiusmodi, intelligi datam liberè, absque Domini consensu, aut licentia, ità vt multi dicant hanc esse * communem opinionem, vt testatur Corbulus in tract. de causis cadu. causa 14. in 3. limita. in princ. & plures de * communi attestantes refert etiam Rimin. iun. *consil. 311. numer. 4. volum. 5.* quæstio tamen in se dubia est, quia etiam sunt, qui de * communi contraria testantur, vt per eum ibidem in princip. Sed isto casu quando adest aliqua clausula præseruatiua consensus Domini directi, vt dixi, cessat disputatio probabilis, Corbulus *vbi supr. numer. 2. vers.* quam tamen intellige, nisi in eodem instrumento sit etiam cautum, vt emphyteuta non possit rem concessam alienare absque Domini licentia, &c. Et in materia feudali, quando in inuestitura reseruatur etiam qualitas feudalis, Bire. *d. consil. 78. numer. 23. & d. consil. 100. numer. 5. & 16. in fi. & seq.*

Secundo declaratur iste effectus, vt procedat ità demum, si post concessionem cum dicta facultate alienandi factam, secuta sit alienatio, secus, si nunquam sit facta; ità cõcludit Dec. *d. consil. 193. nu. 6. col. fi. & facit doctrina Doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 8 q. Bar. ff. de verb. obli.*

Et iterùm de anno 1472. Do. Ioan. Nicol. I. fuit per

per Episcopum Placen. inuestitus in feudum honorificum, & antiquum de decima, & iure, & facultate decimandi omnes, & singulos fructus, &c. & fœtus animalium nascentium, & nasciturorum in, & super territorijs, & villis, &c. Albiani, Muradelli, Fossadelli, Sabiuncelli, Buzolini, & in, & super bonis, quæ ipse tenebat in loco Pontis Nurij. Hæc narrantur in inuestitura sequenti sub annua censûs præstatione medaliæ vnius Ianuensis valoris solidorum octo Placen.

De anno 1478 Domini Ioannes, & Bartholinus fratres nomine etiam aliorum fratrum hæredum cum beneficio inuentarij dicti eorũ patris petierunt ab Episcopo dictam inuestituram, & omnia, & singula in ea contenta confirmari, & ipsos fratres de nouo inuestiri de dictis decimis, &c. offerentes præstare debitum iuramentum fidelitatis, & soluere debitum censum.

Et Episcopus dictam inuestituram confirmauit, & omnia, & singula in ea contēta, & ipsos fratres inuestiuit, tanquam de fundo antiquo, & antiquissimo in eis, eorumque, & cui dederint, saluo iure cuiuslibet alterius personæ habētis meliora, & potiora iura de dicta decima dictorum bonorum, & c. & mandauit dictis fratribus præsentibus, stip. &c. vt de toto suprascr. inuestito tenutã capiat, &c. Qui fratres præsente prædicto D. Episcopo stipulante, &c. dixerunt se esse in tenuta, &c. tanquam censuarij, & feudatarij prædicti. Deinde statim subijcitur.

Quam quidem inuestituram dictus Do. Episcopus per solemnem stipulationem promisit, & promittit eisdem fratribus præsentibus, stipu. &c. pro se, & eorum hæredibus suis, & ab eis legitimè descendentibus perpetuo firmam, ratam, &c. habere. Et si aliquo tempore dictus emphyteuta ius suum alienare voluerit, prius requirere debeat, &c. Et hic quoque refertur in inuestitura proximè sequenti.

De anno 1510. d. Bartholinus exposuit d. Episcopo, quòd est feudatarius Palatij Episcopalis iuris decimandi supradictæ inuestituræ, & requisiuit, vt vellit ipsum inuestire iuxta seriem, & formam d. inuestituræ. Qui D. Episcopus inhærendo d. inuestituræ, & eam, quat. opus sit, confirmando, & eam renouando, inuestiuit d. D. Bartholinum præsentem, & recipientem pro se, suisque hæredibus, & cui dederit, in feudum perpetuum, honorabile, & antiquum, secundum formam, & tenorem d. inuestituræ cum iuramento fidelitatis, &c. Saluo iure habentis meliora, & potiora iura, vt sup. Et hæc etiam inuestitura refertur in sequenti.

De anno 1561. d. D. Hector renouationem petijt, & obtinuit à d. D. Episcopo narratis d. inuest.

Verùm, quia d. D. Ioannes, seu Petrus Bernardus à dicto anno 1510. citrà, & eius filij non possiderunt dictam decimam, ignari de dicto iure respectiuè.

Quæritur, an locus sit reuocationi dicti iuris decimandi pro portione sibi spectante in d. feudo, & censu, & iam agitur annus 1578.

Qua in re videndum est in primis, quænam sit hæc species contractus, & vbi feudum sit, an sit hæreditarium ad quoscunque transitorium.

Secundò, an obstet aliqua præscriptio.

Tertiò, quantam partem possit petere d. D. Petrus Franciscus, & reuocare.

Circa primum, non leuis est contentio inter Doctores, an contractus huiusmodi sit feudi, an verò emphyteuticus potius, seu censualis. Et difficultatem facit, quod non dicatur feudum: quia circumscripta illa consideratione, quod hic facta sit inuestitura, quoniam verbum Inuestitura est verbum æquiuocum emphyteusi etiam conueniens, vt respondit Menoch. *consil. 191. nume. 34. & non obstante feudi denominatione, Gram. dec. 77. nume. 10. dico*, quod cum feudum sit beneuola actio tribuens gaudium accipientibus, *cap. 1. ad fi. in quibus cau. feud. amitta.* Sed gratia, quæ gratis non datur, & accipitur, gratia non est, Natta *consil. 674. nu. 11.* ergo, &c.

Verum est, quod feudum non est propriè donatio, sed datio ob causam, Rolan. *consil. 50. nume. 25. & insuper in specie Bal. post Spec.* tenuit contractum huiusmodi iudicandum esse emphyteuticum, vel censualem, Bal. in *cap. 1. §. libellaria. in fi. de pace Constan.* dicens, quod hæc opinio vera est in feudis quarundam ecclesiarum Lombardiæ, quæ non curant de seruitijs armorum personalibus, sed de præstationibus bursalibus, pro quibus non præstatur seruitium personale, vt est de natura feudi, sed census pecuniarius ad instar ficti, putà, certæ quantitatis pecuniæ, vel frumenti, vel quid simile, vel vna spalla porci, vel vnum par caponum singulo anno. Idemque tenent multi alij, vt per Cur. iun. *in tract. feud. in 1. parte, in 6. q. numer. 15. & seq.* & quòd feudum ità denominatum dicatur si præstetur seruitium personale, probant etiam Afflic. *deci. 129 Capic. dec. 103. & Gram. d. deci. 77 & faciunt, quæ post Cy. & alios tradit Alex. in l vtrum. numer. 5. ff. de verb. obl. vbi concludit*, quòd si pro feudo aliquid annuum promittitur, non dicitur habere naturam feudi, sed emphyteusis, & ideò iuramentum fidelitatis non est præstandum, & ibi subdit, hoc esse dictum singularissimum. Et pro ista parte facit, quod vbi soluitur annua quantitas potius contractus debet emphyteusis iudicari, quàm feudum, Bal. *in l. liberti, libertaq. ad fi. C. de ope. liber. Ias. consil. 57. sub nu. 3. volum. 1. sequitur Panc. consil. 104. numer 5.* & quod potius census, quàm feudum præsumatur, nisi feudum appelletur, & tunc sit improprium feudum, latè Bursa. *consil. 127. numer. 18. volum. 2. vbi de* * *communi.* Item ad hoc facit Bal. *in l. liberti, libertaq. numer. 36. Cod. de ope. liber.* dicens, quod si concessio dicit in feudum pro certa annua præstatione, non dicatur feudum, sed magis emphyteusis, vel contractus innominatus, & ideo non debet præstari iuramentum fidelitatis, quod etiam non præstatur de feudo emptitio, Cur. *iun. consil. 322. sub numer. 19. volum. 3.* & quod hæc concessio non dicatur feudalis, in terminis respondit Ias. *consil. 63. numer. 3. volum. 1.* quod scilicèt non sit propriè feudum.

Idem tamen Bal. quandoque tenuit hunc contractum non desinere feudum esse, sed impro-

prium, & hanc opinionem latè tuetur Curt. *vbi suprà, per tex. in c. 1. de feudo non habito propriam natu fen.* & pro hac parte facit, quia licèt natura feudi in aliquo sit alterata, manet tamen in reliquis, *l. si quando. C. de inoff. testa.* & in proposito Iser. *in c. 1. certa si. quibus cau. feud. amitta. & concord. per Ceph. consil. 173. numer. 29. volum. 2. & Rolan. consil. 2. numer. 134. & seq. volum. 1.* vbi concludit, quod feudum, putà francum, licèt alteretur eius natura in aliquo, tamen in alijs non alteratur, purà in contentis in iuramento fidelitatis manet intacta eius natura, vt etiam respondit Rolan. *d. consil. 53. nu. 15. volum. 3.* Maximè quando contractus in pluribus magis de feudo, quàm de alio contractu participat, *vt ibidem per eum numer. 63. ad fi. & facit Alcia. consil. 161. numer. 5. vbi concludit*, quod licèt feudum fuerit concessum pro solutione certæ pecuniæ, tamen tenetur etiam ad seruitia personalia, quæ insunt ex natura feudi, id est, ad præstandum auxilium Domino, & eum adiuuandum in recuperatione amissorum, nisi expressè contrarium sit dictum in inuestitura. Et renuntiatio feudi regulariter non facit feudum censeri nouum, Bero. *consil. 69. volum. 1.* & quamuis vbi soluatur singulis annis certa quantitas, potius dicatur emphyteusis, quàm feudum, vt suprà dixi; tamen quando in ea quantitas non est notabilis, sed potius est aliquid in recognitionem domini, putà, vnum capelletum accipitris, vt in casu castri Albineæ vbi consultum, & vbi soluitur eccle. quid simile, vtique non desinit esse feudum: ità & per cessationem solutionis per biennium, vel triennium res non cadit in commissum, nisi sit facta interpellatio, vt post plu. concor. per eum citatos concludit Pancirolus *consil. 111. numer. 3.* Addit idem Panciro. post relatos per eum *consil. 122. numer. 17. & seq.* quod feudum conditionatum, pro quo soluitur annuus census, vel etiam emptum pecunia non amittit propriam naturam feudi, si iuramentum fidelitatis præstetur, quia ille propriè dicitur vasallus, quia astringitur iuramento fidelitatis.

Pro quo facit in proposito, quia adiectum etiam reperitur iuramentum fidelitatis, quod quidem proprio, & vero feudo conuenit, Alex. *consil. 30. sub numer. 18. in responsione ad tertium argumentum. volum. 1.* considerando maximè, quia hic non sumus in subdito ratione iurisdictionis temporalis d. D. Episcopo, nam vbi concessio huiusmodi emanasset à superiore temporali, vtique in isto casu iuramentum fidelitatis potius censeretur præstitum ratione assicurationis, quàm ratione feudi, postquam circumscripto onere personali census solutio præstituta est, Rolan. *post Soci. & Rui. per eum citatos, d. consil. 50. numer. 53. volum. 3.* Vnde cum hic cesset ratio superioritatis: huiusmodi iuramentum fidelitatis operatur hunc effectum, vt contractus iste feudalis potius, quàm censualis, vel emphyteuticus censendus sit, *cap. 1. de fidelita. & c. 1. de noua forma fidel. & ibi* communiter Doct. & concord. per eundem Rolan. *vbi supr. nu. 7. & seq.* vbi etiam concludit, quod potius signum feudi est iuramentum fidelitatis, quàm seruitium personale. & ibi etiam addit, quod inuestitura, & verbum Inuestio magis propriè conuenit contractui feudi, & in specie considerat etiam Iaso. *in prælud. feu. nume. 6. vers. addo. & numer. 62. in princ.* vbi concludit, quod quando non solus census, vel pensio præstatur, sed etiam fidelitas, tunc illa præstatio dicitur causa motiua, siue impulsiua, & iuramentum fidelitatis causa finalis concessionis feudi, saltem quando id, quod præstatur, non respicit commodum pecuniarum, exemplificando in præstatione vnius ensis, vel accipitris, vel libræ piperis. Idem tenuit Afflic. *d. dec. 129. numer. 2. & seq. vbi post Iser. & Cyn.* concludit, quod fidelitas est de substantia feudi, non autem annuus reditus, & ideo quia in casu suo non constitit de inuestitura, & fidelitate, iudicatum fuit, contractum censeri censualem potius, quàm emphyteuticum, postquam non constitit feudum esse. & adhuc apertius Gramma. *dec. 77. in princ.* vbi concludit in casu, quo pro quodam molendino soluebantur cuidam Domino feudi quædam sonalia ab accipitre, & deferebantur ad domum Domini personaliter cum sonis, & timpanis, & deinde fuit facta alienatio de re tanquam propria, & dubitabatur, an domus feudi habere intentionem fundatam de re tanquam feudali, parte aduersa dicente rem esse censualem, prout in dubio contractus potius est iudicandus censualis, vbi aliquid soluatur annuatim, Afflic. vbi suprà, & concord. per Gram. *vbi sup. num. 7. & seq.* & dicit fuisse conclusum pro Domino feudi, licèt metus esset communis ambarum partium circa victoriam. Et probat Capi. *d. deci. 193.* quando apparet de origine contractus, vt hic etiam apparet. Et istud est, quod etiam tenet Alex. *consil. 5. volum. 2. numer. 6. volum. 5. & apertius Brun. consil. 41. colum. 2. & seq. & num 14. & pluri. seqq.* vbi disputando hanc quæst. an feudum, pro quo annuus census præstatur, & fidelitas iuratur, sit iudicandum contractus feudalis, nec ne, concludit post Marti. de Laude, quod vbi fidelitas promittitur, & pensio annua, tunc si pensio soluatur causa honoris, non autem commodi pecuniarij, vtique clericus est incapax, & fœmina feudi huiusmodi, & eos refert, & sequitur Cepha. *consil. 151. nume. 12. & seq. vol. 2.* & licèt Brun. & Ceph. contrarium respondeant in casu suo, illud est, quia pensio respiciebat commodum pecuniarium, & quia capitula iuramenti fidelitatis ità explicari poterunt per clericum, & fœminam, sicut per laicum, & masculum, vt ibi per eum *numer. 20. & plur. seqq. & per totum.* Sed sic est, quod in casu isto medalia argentea Ianuensis solidorum octo soluti promissa dubio procul non concernit commodum vniuersale, sed in signum honoris præeminentiæ, & dignitatis præstanda est, prout de præstatione ensis, libræ piperis, brauij, vel bâderiæ, vel aliquo alio huiusmodi honorifico, exemplificat post Marti. de Laude Bru. *vbi suprà nu. 16. in fin.* ergò, &c. licèt capitula fidelitatis seruitium personale non concernant: quia solùm continent, quòd nec verbo, nec facto consilium præstabunt, aut consensum, vbi tractabitur de salute vitæ, vel membri, vel honoris, vel bonorum Episcopi: immo vbi sciuerint, quòd reuelabunt, item quòd iuuabunt

iuuabunt pro posse suo eum in recuperatione eorum, & quod secreta Episcopi non reuelabunt, &c. nihilominus debet dictus contractus iudicari potius feudalis, quam censualis; vel emphyteuticus, quia hoc magis expedit Ecclesiæ: tum quia in feudo etiam pro suis hæredibus accepto non succedunt nisi filij, & descendentes, item propter iuramentum fidelitatis, item quia si intra annum, & diem à morte domini; vel à morte proximioris vasalli mortui non accipitur inuestitura à nouo domino per dictum vasallum successorem, iura sunt aperta *in c. 1. quo tempore miles. & in c. 1. num. 1.* quæ fuit prima causa benefic. amit. & ibi * omnes notant. Curt. iun. *in tract. feudorũ in 4. par. causa 23. Clar. in §. feud. q. 49.* quod non est in censuario cõtractu, vel emphyteuticario, vt in terminis feudi decimalis respondit Castr. *cons. 139.* dubium facit circa primum, quia Ecclesia, &c. in 2. par. sequitur in feudo Ecclesiastico, pro quo etiam census soluebatur, Brun. *vbi suprà nu. 13. ergo, &c.* & ibi addit, quod in feudo clarum est, quod dominium directum non transfertur in vasallum: *per gl. & Doct. per eum citatos:* sicut tamen transfertur in censuarium, vt etiam infrà dicam. Et quòd non iuramẽtum fidelitatis præstatur in forma, licèt etiam solui debeat annua pensio; quod nihilominus contractus huiusmodi iudicandus sit feudum; ità quod mentio feudi facta in eo debeat intelligi solùm de masculis, respondit Marius Anguissola *consilio 23.* secus, si feudum esset ligium, id est, nullo seruitio personali obnoxium, Senat. *Pedem. decis. 26 nu. 10.* Vbi autem quis concessit feudum in emphyteusim cum translatione omnium iurium suorum, dicitur etiam contractus censualis, Crau. *cons. 93. nu. 6.*

Est autem differentia longa, & multum interest, an contractus sit feudalis, an vero emphyteuticarius, seu censuarius respectu caducitatis, quia si est feudum, tunc ob non solutionem annuam, non cadit vasallus à feudo; nec de eo est soluendum laudemium, vt per Alexandr. *d. consil. 9. num. 3. volum. 3. & idem Alexand. d. consil. 5. colum. 2. volum. 5.* Item si est census, tunc nec per non solutionem, nec per alienationem causatur caducitas; vt ibi per eum, scilicet, per Gram. *vbi suprà numer. 11. & Afflict. & Capic. vbi suprà.* & idem quoque si essemus in feudo rustico, vt per Gram. *vbi suprà.*

Quantum autem attinet ad naturam successionis istius talis qualis feudi, maior est difficultas. Et prima facie videtur concludendum, quod feudum huiusmodi sit transitorium ad quẽcunque hæredem ex pluribus.

Primò, quia ita determinat Bald. in d. §. libellariç. in vltimis verbis, & idem ad hoc plures concor. citando respondit Ias. in terminantibus terminis decimæ Nouelliani pariter. Placen. *cons. 155. & cons. 156. nu. 2. vol. 2.* vbi concludit, quod in feudo per Ecclesiam concesso pro aliqua pecuniaria præstatione, licèt in inuestitura non sit dictum, quod transeat ad hæredes quoscunq; tamen transibit etiam ad fœminas, & extraneos, quia non est propriè feudum, cum debeat esse gratuitum, *vt suprà dixi.*

Secunda est ratio, quia verba secundæ inuestituræ sic cantant ponderando clausulam Pro se, & eorum hæredibus, & cui dederint, Dec. *consil. 185. volum. 2. in princ. Ias. in terminis, vt suprà retuli, d. cons. 156. col. vers. clarè respondetur & c. volum. 2.* concludit post concord. per eum citatos per dictam clausulam dici alteratam naturam feudi. latè Curt. iun. *cons. 4. & cons. 108. nu. 17. Alcia. de * communi cons. 138. nu. 3. & latißimè per Rolan. cons. 35. nu. 33. & plu. seqq. vol. 3. & alibi sæpè per Doct.* Et ponderata etiam dicta clausula, quod si aliquo tempore alienare voluerit, &c.

Tertiò pro hac parte facere videtur: quia prima inuestitura, vt supra relata, non exprimit, qualiter fuerit concessa, an pro descendentibus, an vero pro hæredibus, quo casu in dubio censetur feudum concessum pro hæredibus, & si hæreditarium, vt concludit Ruin. *consil. 17. numer. 3. volum. 1. & Cur. iun. d. consil. 3. numer. 4. & consil. 138. sub numer. 15.*

Quo stante; oportet succedere volentem esse hæredem primi inuestiti mediatè, vel immediatè, vt per Curt. *iun. consil. 155 numer. 4* & sic in effectu esse hæredem vltimi vasalli, qui fuerit hæres primi.

In contrarium tamen facit. Primò, quia post dictam clausulam priorem stipulatio adiecta est pro obseruatione dicti cõtractus pro descendentibus dd. DD. fratrum, quod quidem verbum Descendentibus importat feudum non esse hæreditarium, sed ex pacto, & prouidentia, Dec. *d. consil. 185. num. 3.*

Secundò hanc partem coadiuuat illa clausula, In feudum antiquum, tam in prima; quàm in secunda inuestitura posita, quæ quidem facit, & importat, quod feudum non sit hæreditarium; sed pacto, & prouidentia quæsitum omnibus agnatis descendentibus, *cap. 1. de duobus fratr. Alexand. consil. 18. numer. 7. volum. 5. Dec. d. consil. 445. numer. 4. & seq. Cur. iun. consil. 108. numer. 16.* vbi concludit, quod secundum * communem opinionem feudum antiquum alienari potest de consensu domini, sed non in præiudicium agnatorum, idemque probat *in d. tract. feud. in 1. part. in 8. quæst. numer. 7.* concludens ex * communi opinione, quod feudum antiquum, & paternum pro eodem ponuntur & sunt eiusdem naturæ, & potentiæ, & dicitur antiquum siue paternum, quod fuit quæsitum ab aliquo ascendente, qui fuit parens communis agnationis, & id procedere, siue verè feudum fuerit tale, siue concessum sit pro tali, etiam si ab Ecclesia, vt ibi latissimè per eum in discursu: Et quod feudum dicatur antiquum, si fuit acquisitum per aliquem ex masculis istius moderni vasalli, tenent * communiter Doctor. *in cap. 1. de grad. success. in feud. & concord. per Dec. consil. 144. numer. 5. in fi.* quod procedit, etiam si is, qui dicit feudum esse antiquum, non sit in possessione illius, Gram. *decis. 77. numer. 13.* propriè tamen paternum feudum dicitur, quod initium habuit in atauo vasalli, & abinde supra dicitur antiquum, vt per Curt. sen. *consil. 49. numer. 45.* Et feudum paternum, siue antiquum deuoluitur ad omnes agnatos descendentes, & post eos etiam ad trans-

transuersales, & talis est eius natura, & vno decedente sine masculis transmittatur ad agnatos proximiores, *c.1.§.hac quoque qui feu.dar.poss.& concor. per Dec.d.cons.144.nu.5.insi. Ruin.cons.5. nu.2. & 7. & latius cons.8.nu.4.& seq.& cons.9.in si.vol.1.vbi testatur de* communi. & cons.12 nu.11.eo. vol.* concludit, quod ea est natura feudi antiqui, & quoties peruen t ad aliquem ex des endeotibus primi acqu rentis, tunc transeat in infinitum ad eius descendentes,& post eos ad transuersales, per *cap.1.de nat.success.feud.& ca.1.de grad.success.& ante eum Alex d.cons 30 nu.10 vol.1.* dicens, quod in feudo antiquo, siue paterno decedente vno vasallo sine masculis, succedit cognatus proximior, per tex. *in c.1.an agna. vel filiu.* quem dicit singu'arem ad hoc post Bal. *per eum citatum.* Et nobile quoque dicitur, quia hæc nomina idem designant, scilicet antiquum, paternum, & nobile, Rolan. *cons 41 nu 9. & seq vol.2. & cons.60. num.16 & plu.seqq. vol.1.* concludit* communem esse opinionem, quod feudum, etiam si verè nouum sit, si tamen fuit concessum iure feudi antiqui possidendum, quod assumit naturam feudi antiqui, & agnati proximiores debent succedere. Et quod feudum antiquum non possit alienati in remotiorem agnatum, ad quem feudum non erat remansurum, ptobat post *plur. concor. per eum Roland. cons.55.num.12. volum.3.*

Verum est, quod feudum paternum licet dicatur ex pacto, & non hæreditarium, tamen non seruat naturam suam, si addita sit clausula Pro hæredibus, quia efficitur hæreditarium, vt respondit Cur.iun. *consil.139.num.10.& seq. & d.cons.171. nu.5. & plur. sequen. Rolan. cons.2. num.41. & plur. seqq. volum.1.*

Et idem Rolan. *cons.55.num.12.vers.nec habet obstare. vol. 3.* Sed in prima inuestitura hoc non fuit dictum, quæ debet attendi, vt infra dicam. Prætereà supradicta conclusio de feudo paterno, hæreditario est in consideratione, quando sumus in casu alienationis factæ in extraneum, an valeat, nec ne, Cur. *dict.cons.139.in fine.* de quo hic non quæritur.

Quòd si teneremus hanc partem, quam puto de iure veriorem, & eam sequor, posset responderi ad primam, & tertiam rationem in oppositum allegatam, non procedere in feudo antiquo, & honorifico, prout est istud, nec etiam vbi pro descédentibus fuit stipulatum, vt suprà dixi. Et insuper dicta tertia ratio videtur periculosa nimis, cum in dubio feudum præsumatur antiquum potius, quã nouum, *c.1.§.1.de grad success.* quem pro memorabili commendat ad hoc ibi Bald. & concord. per Cur *in d.tract.feud in prima part. in 8.q sub nume.16.* quando vasallus, scilicet, possidet, vt ibi nu. seq. & de* communi testatur Rolan. *cons.55.nu.9. & plu. seqq vol.3.* vbi addit; quod feudum antiquum dicitur, quando concessum fuit à quarto gradu supra. Et quod in dubio præsumatur antiquum, maximè quando à longo tempore citra fuit possessum, & quod feudum præsumatur antiquum, plu. cócor. *citat Caballi.in Milleloq.c.293.*

Et idem esset dicendum, quando feudum fuit concessum iure antiqui feudi, Dec. *cons.185.num.7. Alba.cons.3.nu.4.* quicquid Ias. contradixerit *cons. 136.vol.4.** communis enim est opinio, quod quãdo Princeps concedit rem aliquam nomine, & iure antiqui feudi, licèt feudum reuera sit nouum, tamen assumit qualitatem feudi antiqui, seu paterni, vt de* communi testatur Curt.sen. *cons.49. nu 44.* nam & si Bal. *in proœm feu. in tertia diuisione. vers. circa hoc dubitatur de tali quæstione, &c.* velit, quod si Episcopus inuestit aliquem de feudo nouo tanquam de feudo antiquo, non putari per illa verba feudum antiquum, quia hoc non dependet à voluntate ipsius inuestientis facere, quod feudum nouum sit antiquum ex sola assertione; tamẽ in his, qui habent hanc potastatem, vt sunt Reges, & huiusmodi, secus est, vt dealarat post alios Cur. vbi sup. Et quod dicit de Regibus, idem in quocunque Duce, Comite, &c. habente perpetuam dignitatem, quia isti in subditis suis habent eandem authoritatem, quam habet Imperator in toto orbe, vt post Ang. Castren. Alexandr. de quibus per eundem Curt. *vbi suprà numero 50. & Curt. iun. consilio 61. numer. 9.* inter quos est d. Reuerendiss. Episcopus Placen. qui & Comes est.

Et secundam etiam rationem non subsistere dici posset, vt, scilicet, per dictam clausulam, Et quibus dederit non dicatur alterata natura feudi, vt in dicta clausula, & clausula Pro quibuscunque hæredibus, in eadem causa decimæ Plebis Momellani respondit Marius Anguissola *consil.46.per totum.* vbi etiam firmat nó valere inuestituram dictæ decimæ in laicum factam, nec præsumi solemnitates ex lapsu temporis, quantũuis immemorabilis.

Prætereà cum dicta clausula stipulationis Pro descendentibus dictorum fratrum sit successiuè, & sic posita post dictam clausulam, Et cui dederit, ea debet attendi, non autem antecedens, vt considerat Dec. in casu suo *d.cons.445.num 9. vers.* non obstant verba illa in principio inuestitoræ posita suisque hæredibus. dum concludit, quod licet dicta clausula importat, quod feudũ censeatur hæreditarium; tamen verba sequentia ibi, ita quod viuatur iure Francorum &c. quæ important, quod feudum sit ex pacto, & ptouidentia, & ideo vti paternum attendi debet. Et faciunt, quæ etiam in proposito ponit Decius *cons. 171. col. 2. in fi. & Senat. Pedem. decis.164 col.1. & seq.* vbi concludit, quod si in inuestitura feudali concessa pro se, & descendentibus apposita sit clausula Ad habendum, &c. & quicquid voluerit faciendum, vtique non est habenda in consideratione, si fuit apposita in clausulis executiuis, secundum communem; & quòd dicitur apposita in clausulis executiuis, si in earum medio sit posita; secus, si sit posita immediatè post illa verba, putà, Inuestiuit talem pro se, & suis hæredibus ad habendum, &c. & idem quoque si dicta clausula sit addita post illa verba, Saluis præmissis, vt ibi per eum *nu.7. & plu. seqq.* quia tunc debet intelligi sola natura feudi, ità tamen, quod per dictam clausulam possit in vnum de familia relinqui.

Et insuper posset dici, quod dicta clausula, Et cui dederit, non legitur in dicta prima inuestitura, quæ

ta, quæ propterea per subsequentem non potuit in præiudicium filiorum, & vocatorum in ea alterari, Dec. *consil. 193. & d consil. 445. numer. 7. Natta consil. 322. numer. 4.* & *pulchrè etiam Curt. iun. consil. 171. numer 5. & sequen. & consil. 181. numer. 3. & sequen.* vbi concludit, quod feudi antiqui pristinus status, non est mutandus intantum, quod alteratio facta per patrem non habet nocere filijs, & quod in dubio antiqua inuestitura iudicanda est non mutata per sequentes, per bonas decisiones per eum allegatas. Et ideo quod dicunt Doctor. *in capitulo primo si vasal. feudo priu. & alibi sæpe* * *communiter, vt testatur Ruin. consil. 112. numer. 10. volum. 4.* quod feudum vasalli alienantis feudum, id est, irrequisito domino priuat, nocet, nedum ipsi alienanti, sed etiam eius filio, non autem cęteris agnatis, intelligi debet in feudo hæreditario, in quo oportet filium esse hæredem patris, non sic est in agnato, vt ibi per eum; secus, si essemus in feudo ex pacto, &c.

Quinimmo etiam d. Episcopus inuestiens tam in secunda, quàm in tertia inuestitura non etiam voluit iuri d. prioris inuestituræ derogare, cum eam confirmauerit expresse, & clausulam adiecerit saluo iure cuiuslibet alterius personæ habẽtis meliora, & potiora iura, per quam talis ostenditur voluntas concedentis, vt in terminis concludit Dec. *d cons. 445. nu. 6.*

Posset tamen subtiliter instando dici, nõ obstare primam rationem pro hac parte allegatam, fundatam super illa stipulatione facta pro descendentibus, ex pluribus. Et primò, quod post dictam clausulam adest etiam clausula, Et si aliquo vnquam tempore alienare voluerint, &c. quæ cum sit posterior, præualere debet, per Decium suprà citatum in oppositum, & eo magis conueniat primæ clausulæ, Et eorum hæredibus, & cui dederint, quæ quicquid dixerit Anguissola suprà citatus * communiter tenetur, quod parit effectum, de quo suprà in secunda ratione, vt testatur etiam Curt. *in d tract. feud. in 4. par quæst. 5. numer. 141. & fuit originale dictum Bald. in l. 1. quæst. 35. ff de rer. diui. & de* * *communi testatur etiam Dec. & concordan. de quibus per Roland. consil. 3. numer. 6. volum. 1. & ibi numer. 64.* concludit, hanc clausulam, & clausulam Pro hæredibus quibuscunque æquipararari, & ibidem latè de effectibus mirabilibus d. clausulæ. & de effectibus vtriusque clausulæ, per Dec. *dicto consil. 171.* & latissimè de eisdem effectibus & de * communi in terminis Roland. *consil. 55. numer. 33. & plur sequen. volum. 3.* & consilium Ias. de quo supra præualuit, prout & hodiè hactenus fuit obseruatum, & importat etiam d. clausula, Cui dederit, quod res potuisset, vt propria, & libera alienari, Doctor. * *communiter in cap 1. vbi Afflict. colum. 1. de feud. non haben. propr. natu. feud.* vbi dicunt, quod stante dicta clausula, secuta alienatione, is, in quem fuit facta alienatio, habebit rem vt emphyteuticam, siue, vt nostri dicunt, vt propriam, & allodialem, Roland. *consil. 2. numer. 137. volum 1.* vbi addit, hoc esse singulare dictum, & ante eum Natta *consil. 216. numer. 1.* est enim tunc feudum improprium, sicut emptum ex pretio notabili, *vt ibi per eum numer. 3 & probat Alcia. consil. 39. quia per aduocatos.* concludens, quod per d. clausulam, Et quibus dederit, non potest dici limitatum, cui sit dandum, & propterea stante d. clausula etiam in concessione emphyteusis Ecclesiæ venire illegitimè natos, & extraneos, sic etiam intelligendo Dec. *vbi supra, Are. in l filiusfam. ad fi. ff. de acqui. hæred.* nisi ius domini fuerit reseruatum, vt ibi, & sic etiam dicta clausula, Et quibus dederit, satis dicitur alterata per clausulam, Ità tamen, quod alienatio non possit fieri militi, religioso, &c. de quo etiam per Dec. *cons. 171. col. 2 & faciunt, quæ infrà dicam in vers. nihilominus.*

Sed hæc obiectio omni in casu vltra sæpius deducta tollitur ex eo, quod dicta clausula, Et cui dederit, & alia similis adiecta non est habenda in consideratione pro nunc: quia virtus illius clausulæ non operatur, nec intrat, nisi postquam alienatio sit secuta, vt dicunt Doctor. *in d. cap. 1. de feud. non haben. prop. nat. feud.* dum concludunt, quod feudum concessum alicui pro se, & hæredibus suis, & cui dederint, donec sit facta alienatio, interim manet feudum penes eum, & eius hæredes, secundum eius naturam. Et probat Barto. *in l. qui Romæ. §. duo fratres, in 8. quæst. ff. de verb. oblig. & in specie Curt. iun. consil. 4. sub numer. 22.* & hic non est secuta alienatio, ergo, &c. licet, secundum Curt. iun. *vbi suprà*, dicta clausula importet etiam, vt ab intestato possit relinqui per d. clausulam. & sequitur Sen. Pedem. *d. decis. 164. colum. 3. in fi.*

Secundò, quod supradicta descendentium commemoratio, vbi etiam non posset dici posita in parte executiua d. inuestituræ, vt habetur per Ripam *in d. l. qui Romæ, §. duo fratres. numer. 83. ff. de verb. oblig.* & in terminis per Menoch. *consil. 84. numer. 47.* vbi de clausula, Et cui dederit, nihilominus sic est accipienda, vt pro descendentibus stipulatio facta sit, qui tamen sint hæredes institutorum, & nisi alij dederint, vt non reddantur inanes aliæ supradictæ clausulæ, prima, scilicèt, Et quib. dederint, & alia, Vbi alienare voluerint quod teneantur requirere dominum, &c. per ea, quæ respondit Curt. iun. *d. consil. 3 per totum*, in feudo concesso pro accipientibus, & eorum filijs, & descendentibus in infinitum, & posteà dicitur in inuestitura, Constituens d. D. Dux dictos fratres de Becharia præsentes, stipulantes, vt supra missos procuratores, &c. & postea subijcitur, quod supradicti fratres de Becharia, & eorum hæredes, &c. vbi propterea concludit, quod dicta clausula, Et eorum hæredes, temperat clausulam pręcedentem de filijs, & descendentibus loquentem. Et stante dicta clausula, quod debeat requiri consensus domini in alienatione, cessat virtus dictæ clausulæ, Et cui dederit, Curt. iun. *consilio 131. numer. 6.*

Et facit, quia dicta clausula vltra multas declarationes, quas ad eam ponit in terminis Deci. *dicto consil. 171. colum. 2. & Curt. iun. in tractat. feudo. d. quæst. 5. in fin.* non est perpetua, sed secundum materiam subiectam est intelligenda, ità vt ad fœminas extraneas non possit propterea feudum sic concessum transire, Deci. *vbi suprà, Goz. ad consil. 26. nu. 47. Rolan. consil. 79. in fi. volum. 2.* sic intelligendo Dec.

Dec. *conf. 193. col. fi.* quem tamen ipse simpliciter reprobauerat *d. conf. 3. nu. 63* & idem voluit Bero. *conf. 44. nu. 20. vol. 1.* loquens in emphyteusi concessa cum d. clausula, quod nihilominus intelligitur accedente consensu domini, quia intelligitur secúdum rei naturam, & idem in feudo, *conf. 106. nu. 28. eo. vol* quod non propterea illa clausula vim suam extra descendentes porrigat per rationem supradictam, vt ibi per eum *num. 21. & plur. seqq.* Sed hæc quæstio dubia est, cum ad extraneos transire possit, stante dicta clausula, ex * communi sententia, per Roland. *d. conf. 55. nu 36. vol. 3.* reprobata opinione Homod. & sequacium, qui volunt dictam clausulam accipiendam esse accedente consensu domini, & agnatorum proximiorum, de qua per eum ibi *nu. 13. & sub nu. 44.* Et quod tunc feudum huiusmodi possit etiam ad fœminam träsire, Natta *conf. 216. nu. 14.*

Nihilominus ad istas responsiones facilis est solutio ex his, quæ prius diximus; quia scilicet nos sumus in feudo merè antiquo, & ad extraneos minimè transmissibili, immo gradatim deuoluendo, considerata prima inuestitura, quæ debet attendi, latè Dec. *conf. 193 col. pen. & seq.* & insuper etiã constat hic nullam fuisse factam alienationem per auum, aut patrem dicti D. Petri Francisci. facultas enim, & licentia alienandi quouismodo concessa intelligitur alterasse naturam rei, vbi tamen sequatur alienatio, Bart. *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. in 8. q. & ibi * communiter Doct. Alba. conf. 74. in fi.* quam uis *Cur. sen conf. 63. col. pen. in fin.* dicat simpliciter per dictam clausulam, & seu facultatem alienandi, & præsertim per dictam clausulam, Et cui dederit, censeri renunciatum fideicommisso, quia res facta est alienabilis, & Crot. *in d. 8. q.* Sed debet intelligi secundum dictam communem opinionem, aliàs aberrasset, vt Crot. damnatur per Soci. *inu & Alcia. in d. 8. q. & facit Aret. quem suprà citaui in vers. posset tamen, &c.* loquens in clausula. Et cui dederint, apposita inuestituræ emphyteuticæ, quod importat, vt res possit vt propria alienari.

Quo fit, vt stãte hac resolutione, quod feudum huiusmodi iudicandum sit antiquum, eo amplius intentionem fundatam habeat d. Magnificus D. Petrus Franciscus, vt si qua præscriptio lapsa fuisset contra eius patrem, vel auum, non ei noceat ve nienti ex persona sua, Dec. *d. conf. 443. nu. 24. & plu. seqq.*

Quòd si etiam antiquum, & alienabile diceretur, adhuc etiam res est in tuto; quoniam hic nihil prætenditur factum per dictos auum, & patrem, quod dicto Dom. Petro Francisco præiudicet, vt in sequen. dubio videbimus.

Non omitto autem, quod si dictus Dom. Petrus Franciscus est hæres mediatè, vel immediatè, scilicet ex persona patris, cuius ipse sit hæres, tunc erit attendenda inuestitura de anno 1478. accepta per auum, & fratres, quæ si iudicaretur concessa omnino pro quibuscunque hæredibus, etiam extraneis, vtique alterasset dictam priorem inuestituram, & non posset ipse illi contrauenire, etiam si esset hæres cum beneficio inuentarij, & bona relicta per auum sunt sufficientia, vt abundè, quòd hoc casu non prosit inuentarium, probat Arius *in l. prima, in tertia parte, numer. 81. ad finem. C. de bonis mater.* & ità debet intelligi illa communis opinio, quæ habet, quod in feudo paterno inuentarium tuetur filium, vel agnatum, vt non teneatur stare facto defuncti, de qua per Afflict. *in cap. 1. §. hac quoque. numer. 74. de success. feudi, & per Curt. iun. in tractat. feudo. in quarta parte, numer. 148. & infinitos concordan. per Senatum Pedemonta. decis. 170. colum. fin. idemque, post concordan. per eum citatos, firmat Alba consilio. 76. numero 6. & sequenti.* vbi concludit, quod inuentarium ità demùm prodest, si filius, vel agnatus nullum commodum sentit ex hæreditate vasalli.

Non etiam prætermitto super interpretatione dictæ posterioris inuestituræ de anno 1478. quod ea videtur in le plures continere perplexitates.

Prima est, quam etiam ex parte suprà tetigi, quod fuit concessum dictum feudum in feudum antiquum, & antiquissimum, quod vt dixi, importat idem, quod ex pacto, & prouidentia, & sic, quod sit in alienabile, & tamen etiam habet clausulam Pro hæredibus, & quibus dederint, quæ totum contrarium importat, prout in feudo concesso pro hæredibus quibuscunque, & in feudum antiquum etiam suprà dixi, & probat Curt.

Secunda est perplexitas, quia dictum fuit, in feudum honorificum, quod quidem importat, quod feudum francum, Alexandr. *consilio decimo, numero 13. volumine quinto, post Vbert. de Bobio, & Ioann. Andr. per eum citatos*, non tamen importat, quod sit alienabile, vt de verbo Franco, vel Libero respondit Roland. *dicto consilio secundo, numero 134. volumine primo.* Constat autem, quod vbi feudum est francum, tunc dominus nihil potest à vasallo exigere, vt post Andr. *alibi Alexandr. consilio 30. numero 18. in fin. volumin. 1.* vbi quod importat idem, quod liberum, *numer. 19.* Sed sic est, quod pro dicto feudo promissa fuit annua pensio, item præstitum iuramentum fidelitatis, quod est ad multa obligatorium, ergo, &c. & ideo necesse est dicere, alteratam fuisse naturam feudi franchi, propter prædicta: prout de iuramento fidelitatis in feudo franco, pro quo fuit præstitum tale iuramentum, quod in cæteris seruat suam naturam, respondit Alexandr. *d. consil. 30. numero 19. Ruin. consil. 18. numero 14. Curt. iun. in dicto tractat. feud. in 4. part. quæst. 26. numero 117.* quod quidem idem importat, ac si quis diceret Francum, & non francum. Nam demptis dictis oneribus annui census, & contentorum in iuramento fidelitatis, satis dictum feudum diceretur francum, siue honorificum, licèt de iure aliàs oporteret exprimi dictam qualitatem in concessione, Alex. *d. conf. 30. in fi.*

Tertia est repugnantia, quæ etiam legitur in d. inuestitura. nam in primis conformibus d. antiquior inuestitura, quæ intelligitur accepta pro descendentibus masculis, vt supra etiam dixi, *per ca. 1 de duobus fratri.* vbi habetur, quod quilibet cense-

censetur acquirere feudum hæredibus masculis, quem text. ad hoc expendit Alexandr. *consilio. 18. numero 7. volum. 5.* quod feudum præsumitur hæreditarium, scilicèt, sanguinis, quod patet, quia si non sit nouum, non potest in præiudicium vocatorum alienari, vt ibi per eum, & sic tunc dicitur ex pacto, & prouidentia, vt respondit Alcia. *consilio 179. numero 4.* loquens in concessione facta alicui pro se, & hæredibus suis, quod intelligatur de hæredibus sanguinis, nec oportet eos esse heredes bonorum, & suprà etiam tetigi, & sic d. posterior inuestitura hactenus per dictam confirmationem, & renouationem nihil deberet dici alterata de dicta antiquiore, Bald. *in l. 1. numero 31. C. quando non peten. par.* vbi concludit, quod si dominus renouauit emphyteusim, & feudum duobus fratribus, huiusmodi renouatio non dicitur noua inuestitura, prout etiam non potuit alterari, sed dicitur antiqua reportata, & tamen additum fuit Pro hæredibus, & quibus dederint, id quod nedum non conuenit primæ confirmatæ, sed penitus repugnat eis notoriè.

Quarta superest perplexitas, quæ oritur ex illa clausula, Et quibus dederit, vt suprà dixi, quæ repugnat naturæ feudi, vt concludit Grat. *consilio 9. numero 133. & plur. seqq. volum. 1.*

Quinta perplexitas surgit ex varia contractus nominatione: quandoque enim dicitur feudum, quando census, quando emphyteusis, ponderando dictam clausulam, Et si aliquo tempore dictus emphyteuta ius suum alienare voluerit, teneatur prius dominum requirere, &c. & clausula sequens, ibi, Posteà vendant, cui velint, præterquam exceptuatis, & saluo iure domini, quæ quidem solùm emphyteusi conueniunt, & feudo repugnant, ad differentiam, quando denominatio vni speciei contractui contrauenit, & pacta alteri, vt in casu Brun. *d. consilio 41.*

Circa igitur secundum principale dubium suprà propositum, vt veritas magis elucescat, prima facie videtur dicendum, Do. Petrum Franc. exclusum esse multiplici ex capite. Et in primis ex eo, quod fortè ob non solutionem dicti annui census auus, vel pater dicti D. Petri Francisci ceciderunt à beneficio d. inuestituræ, *l. 2. C. de iure emphyt.* quod quidem nocere habet d. Do. Petro Franc. qui fuit, & est hæres patris, & aui mediante persona patris. Constat autem, quod licèt regulariter ob non solutionem census, etiam mille annis, res, pro qua soluitur, non cadat, *text. cum gl. in c. constitutus. & ibi * omnes notant, de relig. domibus* & est * communis opinio, de qua per Craue. *cons. 204. numer. 29. in fin. & seq. volum. 2.* nisi consuetudo sit in contrarium, vt per Caballi. *in suis Milleloq. cap. 814. & de * communi etiam Hippo. singul. 95. contractus censualis.* Nec etiam per alienationem, vt respondit Socin. *consilio. 208. numero 5. volum. 2.* quicquid Aret. quandoque contradixerit, sed malè, Redoanus *de reb. eccles. non alien. quæstio. 17. numer. 71.*

Nihilominus ea conclusio procedit, vbi census soluitur in signum subiectionis, & recognitionis rei propriæ; secus, si census præstetur ei, qui habet dominium directum rei, pro qua soluitur: tunc enim nisi in tempore præstituto, & conuento soluatur, vtique res cadit in commissum, ità declarat Bald. *in cap. 1. §. pactiones. numer. 4. de pace Constan.* Sed sic est census, de quo in proposito solui debebat domino directo dictarum decimarum, scilicèt D. Episcopo, penes quem tam ratione feudi dominium directum remansit, & solùm vtile translatum est in inuestitum, Brun. *d. consil. 41. numer. 13. & Clar. in §. feudum. quæst. 28. in fin.* tamen iuris decimandi. vt patet in toto titulo de decimis, ergò, &c. & Bald. refert, & sequitur Socin. *consil. 167. num. 6. vol. 2.* & de ista secunda specie contractus loquitur Bouius *in tract. de censibus, artic. 9.*

Secundo, ob non acceptam inuestituram, & fidelitatem præstitam intra annum, & idem post obitum Episcoporum pro tempore, & mortem vasalli, scilicèt dicti aui respectu patris dicti Dom. Petri Francisci, & mortem patris respectu eiusdem Dom. Petri Francisci, prout de iure accipi debuit, *cap. 1. in princ. qua fuit prima causa benefic. amitten. & in cap. 1. quo tempore miles. & ibi * communiter Doctor.* Et non solùm tenetur, vt * dixi, petere inuestituram, seu confirmationem, sed etiam tenetur offerre fidelitatem, Afflict. *in cap. 1. in princip. in §. præterea si quis. numer. 5 de prohib. feud alien. per Feder.* Et facit, quia hæc præscriptio annalis currit aduersus quemcunque tam natum, quàm nasciturum, vt per Alci. *consilio. 168. in fi.*

Tertiò, quia à morte aui prædicti pater d. D. Petri Francisci, & post mortem etiam eius patris, ipsi passi sunt per triginta annos, & longè vltrà d. D. Bartholinum solum, & post eum eius descendentes à dicto anno 1510. & citrà vsque ad annum præsentem 1578. quo casu satis, superque tam d. D. Ioannes pater d. D. Petri Francisci, quàm ipse videntur exclusi ab omni iure suo, tam ex præscriptione annali feudorum, quam legali iuris communis, & etiam municipali, vt de primo tex. *in c. 1. §. tales filios masculos. si de feudo fuerit controuer. inter dom. & agnat. Vbi est tex. apertus*, quod agnatus proximior sciens alienationem factam in alium remotiorem, & tacens per annum, remanet exclusus à iure suo. Si autem alienatio sit facta in extraneum solum spatio triginta annorum excluditur, *secundum glossam ibi, & ** communiter Doctor. & ideo Bald. *in dicto capitulo Titius*, inquit, oportere agnatum proximiorem esse multum aduisatum, quando remotiori fit alienatio, vt intrà annum reuocet alienationem, aliàs erit perpetuò exclusus; secus, si alienatio facta sit in extraneum, quia tunc requiritur lapsus triginta annorum, & & sic quando alienatio facta est cum consensu domini, & abundè ibi per Afflict. *nu. 6. & pluribus sequen. & præsertim ibi nu. 7. vers.* sed pone, quòd proximior agnatus non reuocat alienationem, nec etiam sequens, &c. vt hic factum videtur in casu isto. & pulchrè etiam Gramma. vsu suprà, *num. 206.* vbi commendat illud dictum Bald. Idemque probat Alba. *d. cons. 76. nu. 6.* concludens, quòd in feudo ex

do ex pacto, & prouidentia si patet alienat feudum in remotiorem vasallum etiam de consensu domini, filius prior admitti debet ad reuocationem, & si ipse negligit reuocare, admittuntur proximiores agnati, & ideo ante omnia facienda est interpellatio, & præfigendus terminus ipsi filio ad reuocandum, nisi sit hæres patris. Et est * communis opinio circa hanc annalem præscriptionem, quod vasallus proximior, vel prior in gradu excludatur à iure suo, si per annum patitur conuasallum, & consortem totum possidere, Gram. *decis. 103. numer. 205. in fin. & seq. & Cepha. distinguit plur. casus consil. 27. & Alba. d. consil. 76.*

Sed sic est, quod d. Bartholinus ab anno 1510. & citrà, & eius successores inuestiti de tota decima sup. dicta fuerunt, & totam possederunt, ergo, &c. & sic nedum hic habemus præscriptionem annalem, sed tricesimam, & adhuc longiorem, quæ etiam excedat communem legalem præscriptionem, *l. sicut. & toto titulo. C. de præscriptio. triginta, vel quadraginta annorum. & concordan. per Afflict. in cap. 1. §. si quis per triginta. numer. 4. si de feudo defuncti fuer. conten. &c.* & latius Balb. *de præscrip. in 4. par. quartæ partis princ. in 1. q. & plur. seqq.* & pro præscribente contra laicum decimam *in 5 parte prin. q. 7. in fi. post Card. & Cuma. per eum citatos.*

Et de decretali, siue municipali pro præscribēte decimā extat Decretum *c. 5.* quo cauetur, quod si quis per annos quadraginta, vel quasi continuato tempore per se, vel eius authorem procederit, vel quasi decimam, quod ea præsumatur sua; at hic, vt dixi, maius tempus decursum est, ergo, &c.

Nec hic videtur disputandum de mala fide dictorum Bartholini, & eius successorum, stante titulo, & etiam lapsu tanti temporis; quia bona fides præsumitur ex sola possessione triginta annorum, vt etiam ex minore tempore cum titulo, Castrens. *consilio 169 numero quarto, in prima parte. Socin. consilio 181. numero tertio, volumine secunda.* Constat enim, quòd omnis malæ fidei præscriptio purgatur per lapsum quadraginta, & triginta annorum etiam absque titulo. Socin. *in consilio 115. numero trigesimo, & sequenti. volumine secunda & in terminis Roland dicto consilio tertio, numero 93. volumine primo.* Et quod per lapsum triginta tam in personalibus, quàm in realibus actionibus præsumatur bona fides, ita vt non possit ex aduerso amplius mala fides allegari, nisi contrarium expresŝe probetur, Alba. *consilio vigesimooctauo, qui concordan. citat.* & ibi addit, quod bona fides causatur etiam ex iniustis, & temerarijs causis.

Et facit etiam, quia licuit d. D. Bartholino, si non petebat partem suam, *l. 1. C. quando non peten. partes, &c.*

Neque etiam videtur quærendum, an is, contra quem præscribitur, fuerit ignorans, nec ne, cum lapsus tanti temporis sit inductum in odium negligentium, *l. fin. ad fin. Codic. de longi temp. præscript. gloss. antepen. in l. fin. Cod. edic. diui Adria. tollen.* quam in terminis istis ponderat Alcia. *in d. cap. 1. §. porro. numer. 4. qualiter olim feud alien poter. & concordan. per Curt. sen. consilio 82. numero 2.* quos etiam repetit in terminis Balb. *vbi suprà dicta 4. par. quartæ partis, in 3. & 7. quæst. numer. 19.* vbi inter cætera citat dictum consilium Curt qui abundè tuetur eum, qui fuerit inuestitus de certo feudo per alienationem vasalli in eum factam, & possederat per triginta annos, quod huiusmodi tituli cum possessione tanti temporis tuetur inuestitum etiam contra agnatos dicti alienantis, etiam quòd fuerint ignorantes dictæ alienationis, & possessionis, quæ etiam non est verisimilis.

Addit idem Curt. sen. *d. consil. 82. vol. 3. circa med. vers.* & si opponatur, amice, ista præscriptio non potest nocere istis nepotibus nondum natis, &c. quod dicta prescriptio nocet etiam nascituris per superius allegata, & ita eum refert, & sequitur Alcia. *cons. 178. in fi.*

Verumtamen istis non obstan. contrarium puto concludendum, quod immo d. D. Petrus Fran. sit in tuto, vt possit reuocare à d. D. Hectore dictam decimam, & quod habeat intentionem suam fundatam ex resolutione præcedentis dubij, ita quod restat solum supra dictis obiectionibus respondere.

Non igitur obstat primum: quia dictus census præsuponitur semper solutus annuatim, nec de hoc potest esse controuersia, & sufficit solutionem factam per quemcunque, etiam tertium, etiam proprio nomine, Dec. *qui concordan. citat, consilio 650. numero 16. & Ias. in l. 2. numero 68. & sequen. Cod. de iur. emphyt.* & omni in casu, cum non fuerit aliqua declarata caducitas, non potest hæc excep. allegari ex aduerso, Bar. & Soc. *in l. 2. ff. de excep. rei. iud.* Quod si etiam simus in contractu feudi, vel census, tunc cessat hæc difficultas, *vt suprà dixi.*

Secundo, pro tempore quo d. Io. pater d. D. Petri Fran. & ipse etiam D. Petrus Fran. non possederunt, cessat hæc allegatio non solutionis census, Castren. *cons. 105. in fi. in 2. part. Cagn. in l. qui actionem habet ad rem nu. 11. ff. de reg. iu. Pari. cons. 108. nu. 42. vol. 1.*

Tertio respondetur, quod licèt multi tenuerint locum esse caducitati feudi, si census non soluatur biennio, vel triennio, prout & emphyteusi, tamen magis ** communis opinio est in contrarium, vt suprà dixi. **

Et hoc etiam non reperitur iure decisum in caducitatibus feudi, vt de magis ** communi testatur Ias. *in prælud. feud. num. 57. & plur. seqq.* licèt primam rationem damnet, & de * communi Clar. *in §. feudum, q. 51.* & quamuis quæstio in se sit valde ardua, & disputabilis, vt testatur Ias. vbi sup. tamen quando non præstatur simpliciter propter feudum, sed fidelitas etiam promittitur, tunc dicta opinio communis videtur de plano procedere, quia pensio, & seu census emphyteusim sapit, non feudum, maximè quando solutio est quid modicum, vt ibi latè per eum, & suprà etiam dixi, & ità etiam concludit Ceph. *d. cons. 131. nu. 12. & plur. seq. vol. 2. post Alex. cons 9. vol. 5.* dicens; quod vbi fidelitas, & pensio fuit promissa pro feudo, vasallus

lus non priuatur ob non solutionem pensionis. & abundè hanc quæstionem tractandu firmat Brun. *d. consil 41.*

Non obstat secunda obiectio, quia remouetur pluribus mndis. Et primo, quod pro tempore, quo pater dicti D. Petri Francisci post mortem patris sui non possedit, non tenebatur petere inuestituram, pariter nec d. D. Petrus Franciscus, Cagnol. *vbi supra.* Verum est, quod debuerunt esse diligentes in reuocando possessionem à possessore, Afflic. *in cap. 1. §. 1. numer. 10. & seq. quo tempore miles, &c.*

Secundo, quia in facto præsupponitur, quod d. Ioannes pater d. D. Petri Francisci obijt de anno 1505. relicto dicto Ioanne eius filio in pupillari ætate, & qui Ignoraulit ius suum in dicta decima, & dictam inuestituram, prout in dubio præsumitur, *l. qui in alterius. ff. de reg. iur.* & ideo remanet excusatus tam ipse, quàm dictus Do. Petrus Franciscus, qui pariter fuit ignarus vsque adhuc dictorum iurium: quoniam ad excusandum aliquem à culpa ob non acceptam inuestituram, sufficit qualibet causa etiam iniusta, cum in dicta culpa dolus requiratur, ità respondit post Bald. per eum citatum, Riminal. *consilio 380. in fi. numer. 22. volum. 2. & abundè Cur. iun. in d. tract. feud. in quarta parte, quæst. 23. numer. 65. & plur. seqq.* vbi cumulat plures limitationes ad dictam regulam allegatam in contrarium, concludendo, quod quælibet causa vix etiam iusta excusat à dicta præscriptione anni, & diei, & maximè ratione ætatis; quia scilicèt vasallus tempore mortis præcedentis vasalli erat minor annis quatuordecim.

Addit Dec. *dicto consilio 144. numer. 6.* alias duas solutiones ad dictam annalem præscriptionem, de qua in *d. cap. 1. quo tempore miles.* quod scilicèt non procedit, quando alius reperitur feudum possidere; tunc enim vasallus, ad quem feudum pertinet, non tenetur petere inuestituram intra illud tempus, & insuper quod priuatio feudi ob dictam causam non fit ipso iure, sed Domino volente, & requiritur etiam sententia declaratoria, de quibus hic nihil apparet.

Præterea etiam posset dici, quod iura, & Doct. suprà citati in contrarium, loquuntur in alienatione expressa, non autem in tacita per negligentiam causatam ex scientia, & taciturnitate.

Aliud enim est alienare, aliud alienationi consentire, *l. aliud est vendere. ff. de regul. iur. Castrens. in l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. 3.* Et satis patet, quia Docto. in hac quæstione volunt duo concurrere, & alienationem factam per vasallum, & licentiam, seu consensum præstitum per Dominum in ea; & faciunt, quæ ponit post Isern. Afflic. *in cap. 1. §. hoc quoque. numer. 19. & num. 20. & sequen. de successio. feud.* concludentes, quod consensus tacitus vasalli per eius præsentiam, & taciturnitatem in alienatione feudi non operatur eundem effectum, quem expressus: quia aliud est contrahere, aliud còtrahenti consentire, per Bald. in pluribus locis per eum citatis, & ità intelligi debent, quæ ipse ponit in *d. §. Titius numera vigesimatertia, plurib. sequentib.* quod qui consentit perdit ius suum, & fortificat alienum, & quod consentire, alienare est: debet enim intelligi de expresso consensu: at hic nulla reperitur facta expresse alienatio per aliquem ex prædecessoribus d. Dom. Petri Francisci, ergo, &c.

Insuper dico considerandum esse, quod præscriptio suprà dicta feudalis loquitur in vasallo alienante in remotiorem agnatum tacente proximiore agnato per annum, non autem in filio alienantis, quia is potest expectare mortem patris, qui alienauit, antequam reuocet alienatum, vt concludunt Doctor. *in dicto capitulo primo. §. hoc quoque. vbi Afflict. numer. 55. de successio.* dicentes, quod alienatio feudi per patrem legitimè, id est, de consensu domini facta filio non nocet, quin eo mortuo filius possit alienationem reuocare, ergo in filio cessat præscriptio annalis suprà dicta.

Rursus allegata suprà in contrarium intelligi debent volente proximiore agnato reuocare alienatum in remotiorem; secus, si nolit, & ità sentit Bald. *in cap primo in princip. numerò octauo de prohib. feud. alien. per Feder.* vbi contra Iac. de Beluis concludit; alienationem factam remotiori valere, donec viuit alienans, sed quod post eius mortem proximiores poterunt reuocare. idem probat *in c. 1. nu. 11. de alien feud. & sequitur Ceph. cons. 3. nu. 104. & seq.*

Hoc tamen vltimum scio dubitabile esse per *dictum §. Titius. & Doct. supra citatos, & Rum. consilio octaua, numero tertio & 6. volumin. 1. latius Ceph. cons. 27.*

Addit etiam Afflict. *in d. c. 1. §. Titius nu. 22. si de feudo defuncti fuer. conte. &c.* Vbi expressè còcludit, quod alienatio feudi paterni facta domino consentiente, non valet in præiudicium proximioris agnati, sed quod valet tantum viuente alienatore. Et facit pro hac sententia, quia si hæc præscriptio annalis sufficeret ad excludendum agnatum proximiorem ab huiusmodi reuocatione, vtique frustrà disputarent Doct. de præscriptione communi legali, quod non noceat agnatis, vt infrà dicam.

Postremo cessat hic omnis amaritudo, quia allegata in contrarium de dicta præscriptione annali procedunt in agnato consentiente ex certa scientia, & non per errorè, vt post alios Afflict. *in dicto §. hoc quoque. numera decimonono*, ergo excluditur persona ignorans ius sibi competere, vt expressè etiam concludit Gram. *dicta decis. 103. numero 213* dicens post citatos per eum, oportere ex aduerso scientiam istam probari, vbi abundè discutit dispositionem dicti *§. Titius. idemque Alciat. per illum text. in dicto cap. 1. §. porro. numer. 3. qualiter alium feudum, &c. probat Curt. sen. consil. 82. colum. prima, numero secunda, in princi. Balb in dicta quarta part. quarta partis quæstione septima, ad fin. & Ias. consil. 159. colum. tertia, volumine secundo, vbi latè.* & latius probat Curt. iun. *in dicto tractat feud. in quarta parte, quæst 23. in 8. limita. numero 54. Cepha. dicto consilio 27. numero 12.* Sed sic est, quòd & pater, & ipse Do. Petrus Franciscus factum huiusmodi inuestituræ, & iuris

& iuris decimarum ignorarunt, vt suprà diximus, ergo &c.

Ad idem facit Curt.iun.*d.consf.181.num.4 & seq.* concludens, quod exceptio præscriptionis, etiam in hac materia ad explicandum aliquem actum, non obstat non volenti agere, & dictum actum explicare non volenti. Aret.*in l.nec ii.§.1.num.4.ff. de acquir.hæred.* quod ignorans non dicitur renunciare iuri, quod ignorat, vel etiam dubitat se habere, aut sibi competere. Et latius pro filio, & agnato recuperante feudum alienatum per patrem, vel agnatum in alium remotiorem, quod ei non obstet exceptio præscriptionis annalis, nisi probetur scientia, & prçsertim ipsius certa, & indubitata dictæ alienationis, & eius terminis cum omnibus suis qualitatibus, fuit conclusum per Sena. Pedemon.*decis 276.per totam*, ità vt nunquam prçsumatur ex lapsu temporis consensus huiusmodi, quia est de substantia actus, vt ibi per eum in fi. Et quod contra eum, qui ignorat ius sibi competere, non currat præscriptio, secundum vnam opinionem, vel si secundum communem, currit propter cessationem, datur restitutio in integrum, quia is non dicitur negligens, latè probat Fely.*in ca.vigilanti. col 3 in s. limi. de præscript & facit Bal.in l.id, quod pauperibus sub nu.13.C.de episc. & cler.* vbi concludit, quod ignorans non dicitur negligens, sed impeditus, & ei non currit tempus, quando agitur de eius præiudicio.

Quo vero ad præscriptionem legalem communem, res ipsa non minus clara est ad fauorem d. D.Petri Francisci. Et allegata in contrarium procedunt in dubio, vbi non constat de mala fide præscribentis. Sed sic est, quod d.D.Bartholinus auus d. D. Hectoris rei conueniendi dubio procul erat in mala fide tempore dictæ inuestituræ per eum insolidum acceptæ de anno 1510. sciens ex forma inuestiturarum acceptarum per prius, & feudum esse antiquum, & sic ex pacto, & prouidentia, fauens omnibus descendentibus d. D. Io. Nicolai senioris primi acquirentis, & ex alijs duabus inuestituris per ipsum, & fratres acceptis, sciens eius fratres partem habere in dicta decima, ergo cessat huiusmodi exceptio præscriptionis, *c.si. de præscrip. & cap. possessor malæfidei .de reg.iur.in 6.* & non mirum, quod præscriptio triginta annorum non currat cum mala fide, Ruin.*consf.69.colum. fin. volum.1.* cum nulla, etiam mille annorum, temporis currat præscriptio cum mala fide, *d. cap. possessor. & concordan.per Balb.de præscript.in 2.parte, tertia partis princ.q.4.num.8.* Et hæc mala fides d.Bartholini fuit impeditiua etiam præscriptionis eius successorum, etiam si voluisset ex persona propria * præscriptionis inchoare, ex* communi sententia, de qua per Balb.*vbi suprà. q. 11. 12. & sequen.* tenetur enim hæres exonerare conscientiam defuncti, *cap.fin.de sepultu Didac.Couarru.in d. cap possessor. in 2.par. §. nono.* vbi testatur de* communi. * Et licèt multi contradicant, tamen hæc opinio de ** æquitate canonica est magis** communis, saltem in terris Ecclesiæ, Lamberteng. *super statu. Mediola. de contractibus mulie. gloss. 1. numer. 284.* * *& sequen. vbi infinitos concordan.* de* communi attestantes citat. Et dictus Dom. Hector, quando acceptat inuestituram vltimam, de qua supra, Ipse dicit se venire ex persona eius patris in dicta decima, peruenit ex persona eius aui, & in auum ex persona dicti primi acquirentis, & sic etiam necesse est dictum D. Hectorem vti accessione dicti eius patris, & aui, quia aliàs ex persona sua non potuit per tantum tempus prætendere, maximè contra d.D.Petrum Franciscum, & minus etiam contra eius patrem, qui ignorauerunt se ius habere, vt sæpè fuit dictum. Et in terminis, & in hac materia, quod mala fides defuncti impediat præscriptionem hæredis volentis eam de nouo inchoare ex persona sua, de magis ** communi opinione per rationem suprà dictam ** testatur Curt.iun.*d.consil.181.colum.fi.* vbi loquitur contra omnes successores primi, qui fuit in mala fide.

Et mala fides impedit præscriptionem etiam immemorabilem, nedum 30. vel 40. annorum, vt de* communi testatur Did. *in d. cap. possessor malæ fidei.in 2.par.§.8.numer.4.& sequen.de reg. iur. in 6.* * Et hæc conclusio, quod præscriptio iuris, vel actionis alicui competentis non procedat cum mala fide, habet etiam locum in terris Imperij, quia concernit materiam peccati, & fauorem animarum ex* communi sententia, de qua etiam per * Menoch.*consf.143. num.11. vol.2.* & ibi etiam addit, quod est præsidium iniquissimum, & de eo est text.*in Authen.vt Ecclesia Roman &c.quem ad hoc etiam citat Curt.iun.consil. 60. in fine.* tamen vltimum in controuersia est, vt ibi per Menoch. *vbi suprà numer.43.& in terminis latius idem firmat Dec.d.consil.144.numer.3.& sequen.* vbi concludit, quòd ad hoc, vt sit locus dictæ præscriptioni, quatuor requiruntur.

Primum, quod aduersarius habuerit possessionem per triginta annos continuos, secundû, quòd præstita fuerint seruitia de re huiusmodi tâquam feudali; tertium, quòd fuerit vniformis, quartum quòd cesset malæ fides, aliàs enim si titulus inuestituræ fuit iustus, quia dolo, vel mala fide acquisitus, tunc cessat huiusmodi præscriptio, & iste est casus noster, vt dixi.

Secundò remouetur dicta obiectio per *reg. l. si. in fi. C. de annal. præscript.* quæ habet, quod non valenti agere, non currit præscriptio, sed sic est, quod viuente patre, vbi etiam is sciens fuisset, prout tamen non fuit, non poterat agere d. D. Petrus Franciscus, vbi etiam is quoque factum huiusmodi sciuisset propter existentiam in medio, & contra eum posteà non cucurrit propter ignorantiam iuris, & facti, ergo, &c. Et primum probat Dec.*d.consil.445.numer.45. versic.3.principaliter* in contrarium allegata exceptio præscriptionis decursæ, &c. *& plur. seqq.* vbi concludit post concordan. per eum citatos, quod in feudo ex pacto, & prouidentia præscriptio decursa contra vnum ex agnatis, non præiudicat sequentibus successiuè; tum quia est species alienationis, tum quia vasallus viuente alio vasallo, qui de præsenti ius habet, non potest reuocare feudum. Et in filijs alienantis hoc habet pro expedito Roland. *d. consil. 3.numer.22.volum.1.* quamuis *ibidem nume.91.* dicat

dicat contra agnatos, quod hoc vltimum non suffragatur, quia potuit vasallus posterior facere praefigere terminum priori in gradu ad reuocandum. nam aliud, quod possit, aliud, quod teneatur, insuper loquitur in praescriptione 200. annorum.

Nō obstat, quod praescriptio triginta annorum currit etiam contra ignorātes ipso iure, quia praeter id, quod pupilli, & minores reperiuntur exceptuati, Afflict. *post Bald. in d. c. 1. nu. 73. & seq. qualiter olim feud. aliena. poterat.* dico in puncto iuris, dictam conclusionem non esse veram duplici ratione. Prima est, quia constat, quod, vt etiam suprà dixi, durante pupillari aetate praescriptio aliqua non currit contra pupillum, sed eo tempore dormit, *vt est tex. in d. l. sicut. C. de praescriptio. triginta annorū.* quoniam illa aetas, quicquid videt, ignorat. ergo idem, & fortassis dicendum in ignorante ius sibi competere.

Secunda est ratio, quod scilicet *l. fin. C. de praescriptio. longi temp.* debet intelligi de eo, qui scit ius sibi competere in tali re, sed ignorat per quem detineatur, vt ibi per Bald. Et ità etiam loquitur Curt. sen. *d. consil. 82. colu. 2.* in eo enim benè potest conuenire negligentia. sed vbi sumus in eo, qui nedum factum, sed etiam ius ignorat, vt in casu isto, tunc non potest in eo considerari negligentia aliquā, vt gloss. quam tenet Ioann. Andr. & alij ibi *in cap. quam sit. §. electus. de electio. in 6.* qui volunt, quod lapsus temporeus non praeiudicat ignoranti, nisi à disscientiae, & quamplur. concordant. quos citat Bouius in tractat. de statutaria vrbis praescriptio. *gloss. 19 numer. 2. & sequen. & ibi nume. 5.* sic conciliat istas opiniones, vt opinio fauens praescriptioni, quae * communis vbique dicitur, procedat, vbi is, contra quem praescribitur, ignorat solum factum, sed non ius, & contraria opinio, quae tuetur ignorantem, ex quo non potest dici negligens, procedat in penitus ignorante, vel nisi ignorantia sit supina, vt ibi per eum *num. 6. & plur. sequen.*

Tertiò remouetur dicta obiectio praescriptionis, quia certum est, quòd non cucurrit contra dictum Do. Petrum Frāc. praescriptio aliqua ex modico lapsu temporis, nec sufficit, quod cucurrisset contra patrem, vel auum eius, per ea, quae ponit Menoch. *consil. 88. nu. 4. & plur. seqq.* in re data in dotem inaestimata, quam factum mariti, putà, nō solutionis canonis emphyteutici, vel non factū, scilicèt praescriptio decursa contra eum non praeiudicat vxori, quo minus soluto matrimonio possit rem dotalem vendicare, & idem in sententia lata contra maritum.

Et ex his tollitur etiam obiectio dictae municipalis, siue decretalis praescriptionis, ea enim praescriptio sapit naturam praescriptionis iuris communis, vt respondit Socin. iun. *consil. 86. numer. 5. volum. 3. & plur. concordan per Bouium vbi suprà, dicto gloss. 19. numer 10. & numer. 80.* Hinc etiam dicunt Doctor. quod statutaria praescriptio intelligi debet, nisi adsit mala fides, quia aliàs statutum non valeret, ità respondit Abb. *consil. 76.* in fine. in prima part. & est * communis opinio Doctor. quam refert, & sequitur Balb. *de praescriptio. in 3. par. princip. in 2. membro, quaest. 14. numer. 5. in fine.* Sed retenta dicta contraria opinione, quae * communis est, cessat obiectio dictae praescriptionis, quia omni in casu locus est restitutioni in integrum, vt per Afflict. *vbi suprà numero 71. Roland. vbi suprà.*

Nō obstat, quod praescriptio huiusmodi currat etiam nascituris: quia quicquid dicant Curt. sen. & Alcia. allegati in contrarium, qui probant id, quod dicunt, contrarium est verius.

Primo, per illas duas rationes, quas dixi suprà de pupillo, & ignorante, quae à fortiori concludunt in nondum nato, nec concepto. quis enim dubitat, eum non posse dici negligentem, necdum est in rerum natura; super qua negligentia solùm fundata est vis tota praescriptionis.

Secundo dico, & Doctor. * communiter *in d. c. 1. qualiter feudum alie. pote. vbi Afflict. numer. 71.* & etiam est doctrina Bart. *in l. 1. §. siquis autem propter. ff. de itin. actuque priua.* vbi per illum text. vult, eam comprehendere etiam praescriptionem 40. annorum, & * communiter tenetur, Balb. *in d. 4. parte quartae partis princip. quaest. 29. per totam.* ideoque malè sensit Curt. sen *dicto consil. 82. colum. 2.* qui aduersus d. praescriptionem 30. annorum restitutionem in integrum denegat in hac materia, & in praescriptione etiam statutaria, quod sit locus restitutioni in integrum, probat Bouius vbi supra.

Tertiò dico, quòd cōtra illam decisionem stat alia * communis conclusio pugnans ex diametro: quae habet, quod praescriptio etiam longissimi temporis, non potest opponi agenti ad aliquem fideicommissi is nondum natus, vel conceptus erat tempore coeptae dictae praescript. nisi tantundem tempus contra eum volentem agere lapsum sit, etiam si res fideicommissaria per plures manus ambulauerit, vt de * communi post plur. concord. per eum citatos testatur nouissimè Caballi in suis multiloquijs *c. 458.* & in hac materia feudali, Dec. *consil. 445. & Afflict. post alios in c. 1. §. hoc quoque. numer. 80. & sequen.* cui decisioni Doctorum, quam mouet Curt. sen. *d. consil. 82.* ipse non respondet.

Postremò addi potest, quod saltē debet esse locus restitutioni in integrum ex capite ignorantiae probabilis aduersus lapsum dictae praescriptionis, vt ex * communi sententia, de qua per Alcia. *consil. 167. nu. 5. & consil 203 ad fi.* vbi concludit, dari etiam aduersus praescriptionem maiorem 40. annorum; secundum communem.

Circa tertium dubium breuiter omissa disputatione, dico, considerandum esse, quod contra regulam communem, quae habet, quod liber homo non potest validè alteri stipulari, *§. alteri. Institut. de inutil stip.* speciali quodam iure introductum est; quod frater pro fratre absente, & consors pro consorte feudum stipulari, & acquirere pro se, & fratre, vel consorte absente possit, vt per Doctor. *in c. 1. si vasal. feud. priue & Bald. & Sal. in l. fi. C. si res inter alios acta. & in specie Curt. sen. consil. 48. num. 4 & consil. seq. nu. 60. 61. & plur. seqq. & num. 66. Alex. consil. 92. num. 11. volum. 6.* Et licèt aliqui dissentiant, ista tamen est * communis opinio, vt idē

Alex. testatur *cons. 11. vol. 3.* dicens, aliud esse inter agnatos, declarando tamen hoc vltimum, vt per Ruin. post alios per eum citatos, *cons. 5. sub nu. 4. ad fi. vol. 1.* à qua communi non est recedendum, Curt. iun. *cons. 55. col. 1.* & de * cõmuni etiam per Curt. sen. *vbi sup. d. cons. 49.* ad differentiam emphyteusis, Curt. iun. vbi suprà, est enim feudum gratia, quæ absenti etiam quæritur, vt ipsi dicunt.

Hæc tamen conclusio sic sanè accipitur, dummodo tamen fratris absentis posteà subsequatur ratificatio, & quidem re integra, Bart. *in l. si quis vsumfructum. nu. 3 ff. de vsufruct. lega.* in emphyteusi loquens, & in feudo, pro eo concord. per Ruin. *vbi supr. numer. 5. dicto consilio 5. & est* * *communis opinio, Curt iun dicto consil. 55. numer. 9.* Immò ratificatio est necessaria intra annum, Bald. consil. 6. thema huiusmodi. *col. 6. vers. ideò dicit Oldr. in prima parte.*

Secundo est aduertendum, quòd fratre absente, pro quo etiam fuit facta acquisitio, non ratificante dictam acquisitionem, tunc totum acquiritur fratri præsenti pro absente etiam recipiente, Bart. *in l. fundum mihi cum venderes. ff. de actio empt. & concordan. per Ruin. d. consil. 5. sub numer. 5. Ripa in l. re coniuncti. colum fin. num. 230. ff. de lega. tertio. Dec. in l. 1. nu. 37 C. qui admitti. qui concordan. citat Alex. consil. 22. num. 2 volum 5. & d. consil. 92. nu. 12. volum. 6. Iac. de Sancto Georg. in suo tractat. feudo. in verbo nobilis. numer. 2.* Et quod concessio facta pro se, & Sempronio, quod illo ratum non habente, totum acquiratur acceptanti, Bero. *cons. 108. nu. 9 vol. 1.*

Quamuis aliàs quando intentio concedentis est non dare recipienti totum, vel pariter intentio recipientis pro absente non est sibi acquirere, vt videmus in notario, qui stipulatur pro absente, tunc acquisitio non fit stipulanti, sed remanet apud dantem, vt concludit Bart. *in l. nec ei. ius si ff. de adoptio.* quia quod non cadit in recipiente, remanet penes dantem, vt per Bal. *in l. cum verum. nu. 21. C. de fideicom.*

Quibus sic stantibus, dico, quòd si dd. Antonius, & Bernardus fratres, pro quibus absentibus etiam stipulati sunt, & acquirere voluerunt dd. D. Ioan. auus Dicti Do. Petri Francisci, & Bartholinus auus d. Dom. Hectoris rei contieniendi ratam non habuerunt dictam inuestituram, & feudalem acquisitionem, totum fuit acquisitum dictis DD. Ioanni, & Bartholino, prout de dicta ratificatione forsan constare non poterit. Et hoc stante, dimidia dictæ decimæ peti poterit per d. D. Petrum Franciscum per ius non decrescendi, *ex sup. allegatis.* Si autem ratificatio facta fuisset, tunc nisi d. Dominus Petrus Franciscus sit mediatè, vel immediatè hæres eorum, vel illi alij de vocatis in inuestitura dederunt, prout potuerunt, Ruin. *cons. 8. in prin. vol. 1.* vel etiam extraneo ex vi dictę clausulę, Et quibus dederint, vt supra diximus, vtiq; nõ poterit isto. casu petere, nisi quartam partem, quę pertinebat d. eius auo, & patri successiuè. & hoc, stante forma dictæ secundæ inuestituræ. Si autem essemus, vt supra dixi, in feudo antiquo, & sic ex pacto, & prouidentia, vtique adhuc dimidia spectaret d. D. Petro Francisco ex iure accrescendi, quod quidem in feudo antiquo locum habet, Bal. *in dicto l. 1. numero Codic. quando non peten. par. Ruin. dicto consilio nono, numero secundo, Ripa. in dicto l. re coniuncti numero 161.* Ius enim accrescendi accrescit non personæ, sed portioni, vt ibi per eum *numero nono.* Et ius accrescendi habet locum etiam post portionem quæsitam in feudo huiusmodi, vt per Doctor. *in cap. primo de duobus fratr. à capita. inuesti.* vbi in specie Afflict. *numero secundo. & ante eum Dec. dicto consilio 144. sub numero sexto, vers.* prætereà cum portio fratris mortui ad agnatos superstites declaratur ex iure accrescendi, non requiritur in portione quæ accrescit, noua inuestitura, &c.

Stantibus igitur supradictis conclusionibus, patet vtile dominium acquisitum omnibus descendentibus dictorum acquisitorum respectiuè, & ideò dictus D. Petrus Franciscus pro parte suo, vel vendicare potest illud, vel saltem, & melius publiciana actione partem suam recuperare à D. Hectore totum occupante, non obstante, quod ipse titulo possideat, cum titulum habeat ab Ecclesia authore communi dictorum dominorum, vt respondit in terminis Dec. *cons. prædicto 144. in fi.* & tanto magis cum dicta inuestitura, & titulus partis aduersæ sit datus ad feudum cum clausula, Sine prę iudicio tertij.

Consulo tamen, quod in primis adeatur Episcopus, & interpelletur pro habenda dicta inuestitura, seu renouatione, narratis dictis duabus inuestituris, & quod nouissimè ad eius notitiam deuenerunt, & quod offerat separatum iurare fidelitatem, & ad alia facere, ad quæ tenetur, iuxta formam dictarum inuestiturarum protestando per se non stetisse, nec stare, & de appellando, &c.

Et successiuè etiam de anno 1398. tertio Caled. Maij Bonifacius IX. ad preces DD. Lazari, Bernardi primi, & Antonij primi narrantes, quod hactenus pro de Fulignano, & certo territorio, quod (vt dicebant) tenent, & possident in villa Saffignani quatuor staria, & 12. stupellos tritici pro decimis, quas à Mensa Episcopali tenent ad affictum annuatim nomine census soluunt. Et quod si huiusmodi decima illis, & hæredibus ipsorum in feudum perpetuum concedatur pro de Fulignano, & territorio prædictis quinque staria annuatim soluere volunt pro censu dictæ Ecclesiæ illis, & dictis hæredibus, per hæc verba; Vobis, & hæredibus vestris decimas huiusmodi in feudum perpetuum concessit pro solutione dictorum stariorum quinque annuatim dictæ Mensæ, constitut. Apostolicis, & alijs in contrarium facien. non obstantibus quibuscunque.

Mouit litem D. Com. Theodosius, in quem dicit translata tota decima, stante dotali instrumento dictæ Victoriæ, & successionibus respectiuè factis contra dictos Cupellatas, & narrata dicta concessione, geneologia, & successione hæreditaria prædictorum pro tempore, & inuicem, prout oportet, vt inquit Cardin. *consilio 146.* posito, quod petentes ius habeant in decimis, de quibus agitur

ratione feudi, vel quia sunt hæredes illorum, qui antiquitus fuerunt instituti, vt ex instrumentis, quorum copiæ transmissæ fuit, &c. Et quod dicti Cuppellatæ habent prædia in loco Saffignani territorij Fulignani, & in territorio Fulignani. Et quod ipse fuit, & est in possessione exigendi decimam in dicto loco Fulignani, & sic etiam retinuit quasi possessionem respectu totius decimæ. Et quod ipsi interpellati pluries ad præstandum patientiam pro dicta decimatione, id facere recusauerunt, & recusant indies. Propterea petit primò declarari locum Saffignani totum esse comprehensum in dicta inuestitura feudali, & obnoxium dictæ decimæ ex eo, quod semper fuit, & est de pertinentijs Fulignani, & sub nomine, & centro Fulignani, nec sit locus separationis ab eo, vt expressius ponit in capitulis desuper porrectis.

Secundò, ipsum esse verum D. vtilem, & possessorem dictæ decimæ.

Tertiò, mediantibus temporibus dictorum eius authorum fuisse, & esse in quasi possessione tenendum, & manutenendum, & non posse turbari ab aliquo possidente bona aliqua in loco Saffignani territorij, vt supra percipiendi, & colligendi decimam.

Exceptiones vltra generalia.

Primò, quod dicta concessio est subreptitia, & obreptitia, & non valet.

Secundò, quod non cõprehendit dictos Cupp. qui semper fuerunt exempti, & immunes à dicta asserta decimatione, & sunt in quasi possessione prædicta per tempus immemorabile, & sic præscriptio opponitur.

In Capitulis Anguissolarum, &c. in 8. dicitur, vt supra etiam dixi, quod locus Saffignani semper fuit, & est de pertinentijs Fulignani, & sub nomine, & in centro Fulignani, nec est locus separatus à Fulignano, nec ab eo habet limites separatos, &c.

Hic igitur videndum super singulis petitionibus, de quibus suprà, an d. Comes Theodosius possit obtinere. Et quoniam possessorium semper in primis est spectandum. *l. is, qui destinauit. qua est 25. ff. de rei vendicat.* propterea percutienda est primo loco tertia pars dictæ petitionis. Vnde quod attinet ad tertiam partem petitionis, omninò videntur absoluendi Domi. Cupp. ab hoc iudicio retinendæ possessionis intentato: quia quo ad eos non potest dici actor esse in quasi possessione, tum quia ab eis nihil exigit tum quia stante recusatione soluendi sæpius facta, quàm fatetur aduersarius in libello suo, ex tunc dicitur potius spoliatus, & non competit ei possessorium retinendæ, ita docet Innocen. *in cap cum venissent. colum. 2 in princip. de restit. in integr. & cap. querelam. numer. 3. de elect. Angel. consil. 337. colum. 3. ad fi.* vbi quod sola negatio in incorporalibus priuat possessorem, Natta *consil. 283. numer. 3.* & insuper in interdicto retinendę actor succumbit, nisi probet, se possidere tempore contestationis litis, *l. 1. cum toto titulo. ff. vbi possid.* id quod impossibile est in casu isto respectu dictorum reorum conuentorum, cum illi nunquam fuerint ab actoribus exacti, & multo minus ante litem contestatam.

Non obstat, si dicatur, quod forsan exegit actor ab aliquibus in dicto loco Saffignani, ergo retinuit etiam quasi possessionem exigendi à cæteris omnibus, *l. vna est via ff de serui. rusti. prædio. Bart. in l. licitatio. §. earum. in fi. ff. de publica.* vbi concludit, quod in iure exigendi ab omnibus in futurum sibi non præiudicat, qui non exegit ab aliquibus, & ab aliquibus sic, quia vnum est ius exigendi ab omnibus, non diuersa à singulis, & Bart.* *communiter approbatur, Roland. à Valle consil. 5. in fin. volum. 1.*

Quia respondetur primò, quod vbi probatur dicta exactio ab aliquibus, tamen *d. l. vna est via. & Bar.* loquuntur in eo, qui habet titulum, & ius exigendi ab omnibus, & ità loquitur tex. *in c. cum in tua. de deci.* vbi Ecclesia decimando frumentum in vna parte parochiæ acquirit, & retinet quasi possessionem decimandi iuris vniuersalis, & sic ab omnibus. sed sic est, quod in casu isto negatur aliquem extare titulum ad hoc sufficientem, vt infrà dicemus, ergo, &c.

Et insuper etiam ex lectura dictæ concessionis constat, quod non in toto loco Saffignani concessum fuit ius decimandi; sed solùm de certo territorio, quod tenebant in villa Saffignani illi primi inuestiti, quod non apparet esse penes dictos Cuppellatas, & debet id probari per dictum agentem, Alexandr. *consil. 24. sub numer. 4. volum. 3.* ergo, &c. nã illa verba Pro certo territorio, quod tenetis, & possidetis in villa Saffignani, ex vi illius relatiui important conditionem, & demonstrationem, id est, si tenetis, & possidetis, vt concludit Bart. *in l. si sic. § j. in fi. ff. de lega. 1.* loquens in concessione facta per aliquem Ecclesiæ de omni eo, & toto, quod ipse habet in tali loco, quod nisi appareat, quod ipse ibi haberet, nihil censetur concessum. Et inuestitura limitata non est ad alia bona trahenda, quam ad ea, quæ continentur in ea, Paris. *consil. 101. numer. 41. in fin. & seq. volum. 1.* Et illud verbum: Territorium, quod quidem aliàs sumitur pro vniuersitate agrorum, *l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. signific.* & probat Soc. *consil. 15. numer. 5. & seq. volum. 3.* concludens, quod aliud est habere territorium, aliud iurisdictionem, aliud ius pascendi in aliquo loco, & ideo castra habent territorium sine iurisdictione, id est, habent vniuersitatem agrorum, sumitur in hoc loco non pro vniuersitate omnium agrorum in illa villa Saffignani, sed pro certa parte, vel certis prædijs ibi sitis, & ità etiam habetur in decis. Afflict. *decis. 156. & clarius decis. 167. Grammat. deci. 79. in princi. & in fi.*

Et ad hoc faciunt, quæ post Lucam de Penna tradit abundè Affli. quem refert etiam, & sequitur Roland. *consil. 3. numer. 22. volum. 2.* quod qui potest facere statutum pœnale, potest etiam ordinare, quod nullus cum animale intret in territorium alterius. Et reuera illud verbum non aliter potest accipi, ponderando etiam verbum Tenetis, & Possidetis, quod quidem non conuenit iurisdictioni, quæ est incorporalis, & quæ non tenetur, nec etiam possidetur, sed quasi, sicut & cætera

* incorporalia, Doct.* omnes in *c. cum Ecclesia Sutrina. de causa poss. & proprie.* nec etiam vniuersitati agrorum, id est, pro omnibus prædijs in dicta villa sitis. Et hoc verius est in casu isto, in quo propter vim copulatiuæ requiritur concursus tenutæ, & possessionis, *l. si hæredi plures ff de condit. instit.* Et ponderando verbũ illud, In villa Saffignani, quia villa non habet iurisdictionem, nec territorium, sumendo pro iure terrendi, vt concludit Bart. *in l. 1. ff. de damno infect.*

Nec dicatur, quod locus Saffignani sit de territorio Fulignani; quia dicta concessio habet dicta loca vt diuersa, & separata, neque enim iure dictum fuisset, Et de certo territorio, quod tenent, & possident in villa Saffignani, si locus ille fuisset comprehensus in loco Fulignani expresso, & cum sint diuersa nomina, constat quod vnum non est aliud, etiam si incipiamus à Fulignano, vt in d. cõcessione, *l. si idem. C. de codicillis.* & natura copulæ hic positę est, vt cadat inter diuersa, vt est *gl. in rub. ff. de inst. & iur. Dec. consil. 227. numer. 4. & consil. 502. num. 4.*

Præterea vbi etiam locus Saffignani fuisse pars Fulignani, tamen Papa dando eis ius decimandi, seu decimã certæ partis dicti loci Saffignani, quã ipsi tenebant, & possidebant, vtique noluit decimam totius loci prædicti Saffignani concedere, *l. cum prator. in prin ff. de iud.* & consequenter noluit tutius Fulignani decimam concedere, vbi etiam locus Saffignani fuisset pars Fulignani, seu sub eius territorio.

Vnde frustrà arguitur de territorio Fulignani, quia Papa non habuit respectum ad territorium, maximè sumendo pro iurisdictione, sed ad agrorum vniuersitatem, & corpora materialia, quæ decimantur, vt scilicèt totius loci Fulignani decimam, & partis Saffignani, quàm ipsi acceptantes tenebant, concesserit, & nihil vltrà.

Immo si rectè intueamur dictam cõcessionem, ea videtur solum amplecti passiuam decimam agrorum, quos ipsi acceptantes tenebant, & possidebant, vt scilicèt illi fiant immunes à iure decimandi, quod habebat Ecclesia Placen. mediante solutione dicti annui census stariorum quinque tritici, non autem quod voluerit Papa concedere ius decimandi actiuè, quò ad alios habentes prædia in dictis locis. Et hoc satis demonstratur ex specificatione facta terreni, quod ipsi acceptantes possidebant in loco Saffignani, vt idem sit dicendum de loco Fulignani; quoniam vna pars dispositionis declarat aliam, abundè Ias. *cons. 137. nu. 12. vol. 4.*

Et cum illa verba, Et de Fulignano, sint posita in eadem oratione, verba illa Tenetis, & possidetis, illum quoque locum referri debent, qui tenebatur, &c. id est, ad illa prædia dicti loci, quæ, id est, si ipsi tenebant, & possidebant, clausula enim, & qualitas in fine apposita referri debet ad omnia præcedentia, Alexan. *consil. 226. volum. 6. Decius consil 539. numer. 4. & iterum consil. 92.* loquens in legato de omnibus rebus pannimentis laneis, & lineis, & massaritijs domus, quod illa qualitas domus qualificat omnia præcedentia, Bello. *consil. 6. nu. 14. in fin. & seq. & est tex. cum gloss. vltima in l fin. §. dulcia. ff. de triti. vino, & oleo lega.* sequentia minuunt significatum, & generalitatem præcedentium, si, salua ratione recti sermonis, id fieri possit. Bart. *in lib. 4. §. eritq. differentia. ff. vi bono. rap. Alex. consil. 48. volum. 1.* Confirmatur hæc sententia per vulgatam regulam, quæ habet, quod vna determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea æqualiter determinare. & iterum per aliã regulam, qua cauetur, quòd natura copulæ facit, quod qualitas vnius ex copulatis trahitur ad aliud, *l. Seio. §. Caio. ff. de fund. instruc. lega. cum concordan. per Soc. iun. consilio 16. nume. 8. & seq. volum. 4.* vbi per illas duas vulgatas conclusiones respondit in casu, quo auus legauerat nepotibus ex filio suo spurio natis, & nascituris, quod legatum huiusmodi non tenet, tanquam factum contemplatione spurij, non autem intuitu meritorum nepotum: quia sicut in nascituris non possent considerari merita, nec demerita, ità nec in natis. Sicut ergò decima passiua censetur concessa pro illis bonis, quæ tenebant in Fulignano, nec vna, & eadem dispositio diuerso iure sit iudicanda, contra *l. eum, qui ædes. ff. de vsucap.* Et omni in casu negari non potest, quin res sit dubia, an actiua quoque decima concessa dicatur contra alios, & in dubio debet fieri interpretatio contra dictum agentem, qui nititur dicta concessione ambigua, *l. veteribus. ff. de pac.* maximè, quia priuilegium super decimis semper strictè est interpretandum, Ruin. *d. cons. 142. nu. 10. vol. 5.*

Secundò respondetur, quod *dicta l. vna est via dicto cap. cum in tua. & Bart. in d. §. earum. cum simili,* non loquuntur in possessorio, sed in petitorio.

Tertiò non procedunt, datâ præscriptione immunitatis, quæ hic extat pro parte dictorum reorum conuentorum, vt infrà dicam, ergò, &c.

Circa autem primam partem dictæ petitionis, quod locus Saffignani sit de territorio, & pertinẽtijs, & parte Fulignani, iudicio meo, nihil facit ad propositum, vbi etiam id verum esset, per ea, quæ sup. diximus.

Et insuper si rectè memini, immò per instrumenta etiam antiquissima dicta loca vt separata semper fuerunt iudicata. Quòd si aliqui desuper forsan ex aduerso recipiendi contradicerent, dubio procul standum erit instrumentis. *glo. ordina. in cap. tertio loco. de probat. & est* * *communis opinio, Socin. consil. 166. numer 2. volum. 2.* Et satis hoc idem demonstrat dicta concessio feudalis, vt dixi.

Quo verò ad secundam; in qua stat tota difficultas, quod decima actiua concessa dicatur dictis accipientibus, & ius alios decimandi prędia in toto Fulignano, & Saffignano, existimo breuiter cõcludendum negatiuè, tum quia concessio, vt dixi, loquitur detentis, & possessis per ipsos accipientès, & inuestitos, & sic de decima passiua, quo ad eos, non autem de actiua, quo ad alios, tum etiam quia est restricta ad certum terrenum Saffignani, quod non apparet tentum per dictos reos conuẽtos, vt dixi.

Tertio,

Tertio, quia omni in casu immunitas præscripta est per dictos reos conuentos. Constat enim, quod à laico contra laicum habentem ius decimandi præscribi potest immunitas, vt respondit Card. *consil. 146.* loquens in quota, & modo decimandi, quem refert, & sequitur Feli. *in ca. causam. colu. 2. in 2. limita. de præscrip.* vbi addit, se alibi hoc non legisse. sed & idem respondit Cuma. *consil. 83. quia causa decimalis. Rui. consil. 142. volum. 5. Rebuff. in tracta. deci. q. 13. nume. 55. in fin. & comprobat Balb. de præscrip. car. 50. col. 1. q. 7. in fin. & Paris. consil. 15. colu. fin. & consil. 101. num. 107. vol. 1. & cons. 25. volum. 4. & Cuma. vbi sup. refert, & sequitur Ripa in tit. de deci. responso 2. sub num. 6.*

Præscribitur enim contra inuestitum de decima sibi infeudata in locum illius, & eo excluso, ipse efficitur vasallus, Paris. *d. consil. 15. numer. 15.* & ab hac opinione nemo, quem viderim, hactenus dissentit. Sed stat difficultas in tribus.

Primo, an sufficiat in casu isto, vt formata dicatur præscrip. solus lapsus temporis, & negligentia non exigentis.

Secundo, quantum temporis necessarium fuerit.

Tertio, an negatiua solutionis sit abundè probanda, quàm ex sola negatione.

Circa primum contra dictos Cuppellatas pungit doctrina Bar. *in dicto §. earum.* dum concludit, quod per exactionem factam ab aliis non censetur factum præiudicium in futurum, quo minus possit exigi non exacta, in materia vectigalis priuato pertinentis, & magis etiam videtur secundò stringere Alex. *consil 136. volum. 2.* loquens in materia præscriptionis immunitatis à collectarum solutione, & plura desiderat ad hanc præscriptionem causandam. Primum, scilicet requisitio solutionis, secundum recusatio, tertium bona fides recusantis, quartum scientia, & patientia Domini, ad quem spectat ius exigendi, & eum sequitur etiam Balb. *in d. tract. car. 56. in alia 7 q. colum. 2.* Et licet multi moder. dissentiant ab Alex. in illa materia collectarum, an pro eis solum detur actio personalis, cui præscribitur ex solo lapsu temporis, & cessatione solutionis, quia in his non requiratur possessio, vel quasi; cum eo tamen conueniunt, vbi sumus in iure exigendi, quod competit alicui ratione dominij, vel possessionis penes præscribentem existentis: ita declarat Ruin *cons. 217. num. 13. volum. 1. Sylua. consil. 61. nume. 14. Natta cons. 406. num. 19. & seq. Rolan. à Valle consil. 5. nume. 61. vol. primo.* Et iste videtur casus noster: quia pro decimis datur rei vendicatio, & competit ius exigendi contra possessorem prædij ratione possessionis rei, Ripa dicto responso secundo, sub *numer. 20. & per plura iura clara concludit Soci. consil. 297. num. 4. volum. 2.* quòd decima est onus reale.

Tertiò, non leuiter etiam videtur vrgere pro hac parte ratio, quam in terminis istis ponit Cuma. vbi suprà, scilicèt, quòd præscriptio non procedit sine possessione, vel quasi, & quod ex eo solo, quod non soluit decimam possidens fundum, quia decima est quid à fundo separatum, & cohæret fundo.

Veruntamen his non obstan. contrarium puto verius esse in casu isto, quod immò ex solo lapsu temporis, & non solutione dicatur causata præscriptio immunitatis à decima, de qua quæritur, vbi ius istud decimandi, quò ad prædia, de quibus agitur, fuisset dictis inuestitis concessum, prout tamen, vt infrà etiam dicemus, respondit expressè Cuma. *d. cons. 73. circa medium, vers. posset tamen fortassis attentari, quod per non vsum 10. vel 20. annorum, &c.* sic enim seruitus rustica præscribitur, *l. sicut. C. de serui & aqua. & l. si in fin. C. de præscrip. longi tempo per tex. in l. 1 ff. de nund vt ibi per eū, & apertius Balb. primo loco citatus, & idem sentiunt cum Cuma. pertranseuntes*; & ità etiam ex non vsu, & lapsu temporis respondit Ruin. *consil. 142. in fin. volum. 5.* loquens in fortiori casu, scilicet non obstante, quod possessor prædij de certa specie fructuum soluisset, & tamen non soluerat de aliis speciebus laico inuestito de decima, quod censeatur propterea de speciebus non solutis præscripta immunitas, idem tenet Pari. *cons. 25. in fi. volum. 4.* neque enim, vt ille ait, verisimile est, quod is, ad quem pertinebat decima, tandiù tolerasset non exigere, si non interuenisset aliquis titulus.

Quo stante, non obstant in contrarium allegatà. quia ad doctrinam Bar. respondet Ruin. *dicto consilio 217. num. 14 versic. & si dicatur, quod communitas exigendo ab aliis, &c. volum. primo*, quod non procedit, quando ille, qui non soluit, habeat titulum, prout in casu suo non soluens habebat à dicta communitate, & hic Domini Cuppellatæ habebant, & habent à Mense Episcopali vsque de anno 1585. & sequitur Rolan. à Valle *dicto consilio 5. nume. 62. vol. 1. vbi & nume. 57. concludit*, sufficere allegare titulum libertatis cum probatione cursus 40. anno. & loquuntur isti omnes, & relati per eos in præscriptione immunitatis ab oneribus realibus, & collectis.

Secundo Bar. intelligi debet ante finitam præscriptionem immunitatis eius, qui non soluit: ità declarat Natta *consil. 331. nume. 24.* Et ità soluitur obiectio Alex. suprà secundo loco citata per eosdem, quæ in effectu pendet à doctrina Barto. in loco præ citato, & ab aliis, quibus sigillatim respondent Doct. supra citati, Ruin. Natta, Sylua. & Rolan.

Ad rationem autem Cuma. pariter patet responsio ex prædictis.

Circa secundam difficultatem, Doc. videntur multum varij. Aliqui enim dixerunt, sufficere tempus 10. inter præsentes, vel inter absentes 20. annorum contra priuatum, vt in materia vectigalium arguit Bar. *in d. §. eorum. Sylua. d. consilio 61. & plur. concord. citat Rebuff. d. q. 13. nume. 100. & Balb. dicta quæst. 7. primo loco citata.* Et istud est, quod voluit Barba. *inter consilia Alex.* quem refert, & sequitur Ruin. *dicto consilio 217. sub numer. 7. volu. primo.* dum concludunt, quod si quis vnquam exemptus per 20. annos non soluit collectas, & alia onera, præsumitur immunis legitimè, & solemniter, etiam si non appareat de titulo. Aliqui tamen voluerūt, necessarium esse tempus 30. & 40. anno. vt in hac materia Paris. *dicto consilio 45. nume. 12 & 18. vol. primo. Craue. consil. 111. numer. 12. post Cur. iun. per eum citat. Cepha. consil. 129. nume. 5.* loquentes in

vectigalibus, & collectis. Et in præscrip. immunitatis aduersus solutionem census perpetui, post Bal. & concor. respondit Natta *dicto consilio 406. numer. 12.*

Aliqui autem desiderant tempus immemorabile, nec aliud, quod ausus est firmare Cuma. *dicto consi. 83. in fin & apertè in dicto §. earum in fi. & Cardi. vbi suprà.*

Vtilitas est maxima in duabus, Prima est, quia si immemorabile tempus requiritur, illud est difficillimum, probat Paris. *101. num. 104. volu. 1.* & patet ex requisitis, de quibus per Ripam, vbi sup. *numer. 7. & per Rebuff. in dicto tract. de deci. q. 13. nume. 94. & plur. seqq. & per Balb. vbi suprà primo loco citatos.*

Secunda est, quia probato titulo excluditur immemorabilitas: quia nō dicitur immemorabile, de quo extat memoria, nam memoriam extare probatur per instrumentum, Rebuff. *vbi suprà nu. 67.* vnde tunc non sufficerent ostendere inuestituram aliquam ab Episcopo, nisi etiam tempus possessionis immemorabilis, vt pulchrè per Bald. *primo loco citatum numer. 20.*

Ad tertium dubium, quamuis materia probationis negatiuæ sit satis intricata, & variè loquantur Doc. tamen quod attinet ad casum nostrum, puto indubitanter concludendum, sufficere allegare nunquam solutum fuisse per dictos Cuppellatas dictis Anguissolis decimam, vt in præscriptione immunitatis aduersus perpetuum censum respondit Bal. *consilio 315. in 3 par. Cor. consil. 142. volum. 3. & consil. 262. volum. 4.* aliàs enim vt ille ait rarò, vel nunquam procederet præscriptio propter impossibilitatem probationis aliundè dictæ negatiuæ. sequitur Natta vbi sup. & Sylua. *consil. 59. num. 17.*

Quarto etiam destruitur intentio agentis ex eo, quod ante dictam inuestituram isti Domini Cuppellatæ, seu eorum authores iam fuerunt inuestiti à Mensa Episcopali de decima passiua terrarum Saffignani de anno 1385. & sic successiuè semper tanquam inuestiti à dicta Mensa perseuerauerunt; ergo non est super dicta inuestitura faciendum fundamentum, quia in ea non fuit narratum lus dictorum Cuppellatorum, & semper priuilegia, & concessiones intelliguntur sine præiudicio tertij, *l. 2. §. si quis à Principe. & § merito ff. ne quid in loco publico. Parif. in hac materia d. consil. 101. numer. 57. volum. 1.* Et in inuestitura Barto. *in l. dotalem. ff. de testa mili. Parif. consil. 15. numer. 11. volum. 1.*

Dubium tamen erit, si dicatur, quòd Episcopus non potuit solus sic inuestire absque consensu Papæ post dictum Concilium Lateranen *cap prohibemus. de deci.* Et minus Rizoli potuerunt alienare d. decimam, vbi etiam iure fuissent inuestiti. Sed hoc vltimum non releuat, quia decima non fuit alienata actiua, sed passiua, vt respondit Ruin. *d. consilio 142. volum. 5.*

Circa secundam verò partem petitionis, dum petitur declarari dictum agentem esse verum Dominum vtilem, & possessorem dictæ decimæ, ex quo dicta concessio feudalis facta fuit ipsis Dominis Lazaro, Bernardo, & Antonio, & etiam eorum hæredibus in perpetuum.

Quoniam hæc materia satis intricata est, & in ea nihil pacificum reperitur, propterea plura sunt consideranda.

Primum est, an feudum istud dicatur hæreditarium, an verò familiare, seu familiæ concessum, sicut nostri dicunt, ex pacto, & prouidentia.

Secundum, an omnes species hæredum amplectatur.

Tertium, vtrum sufficiat Com. Theodosium esse hæredem priorum inuestitorum mediante persona antecessorum suorum, an vero oporteat etiam esse hæredem vltimi demortui vasalli.

Quarto, nunquid in feudo hæreditario antiquo vasallus possit successoribus præiudicare.

Quo ad primum breuiter * communis est opinio, quod species hæc feudi hæreditaria sit, ita enim tenuit Iser. *in cap. 1. §. hac quoque. de successio. feud. Rub. consilio 84. numer. primo, & seq. Cur. iun. qui concordan. citat, consilio 3. columna secunda, & consilio 134. numero 14. & quamplur. alios Arius in l. prima, in tertia parte, columna 544. Cod. de bon. mater.* quamuis non desint contradicentes, vt ille ait. & licèt authoritates Doc. sufficiant ad decidendum, tamen ratio vrgens vincit pugnam, vt inquit Ioann. Ant. *in rub. de reg. iur. in 6.* nam si feudum huiusmodi non fieret hæreditarium frustrà adiectum fuisset verbum Hæredibus, quod si hæredibus concessum est, quomodo non erit hæreditarium? & hoc satis puto expeditum.

Ad secundum dico, quod licèt hæredis appellatione in materia indifferente veniant omnes hæredes, tam extranei, quàm sui, & tam fœminæ, quàm masculi, vt concludit Alex. *consilio 36. numero 7. volum. secundo.* secus tamen in materia differente, id est, in qua non est eadem, & vniformis ratio comprætendendi, omnes hæredes, putà, quia resultaret impossibilitas aliqua, vel iniquitas, vel absurditas, vel materia rei repugnaret, vt ille ait, exemplificando in feudo, quod non veniunt tunc fœminæ, nec extranei hæredes, natura feudi repugnante, in tantum, vt id verum sit, etiam si de quibuscunque hæredibus dictum sit in inuestitura, Alex. *consilio 30. numer. 11. volum. primo.* quamuis Sylua. contrà *dicto consilio 30. numer. 35.* post concordan. per eum citatos, & in hoc vltimo adhuc ignotum sit, quæ sit receptior opinio, vt habetur *in addi. ad eum.* Quantum autem ad rem nostram; omnes conueniunt, vt verbum illud Hæredibus intelligatur pro descendentibus, & agnatis primi accipientis, qui tamen hæredes sint, latè per Rube. *consil. 18. Arius vbi suprà col. 548. & de hæredibus sanguinis cap primo. §. & si clientulus. de successio feud Curt. iun. consilio 138. numero 14. in fin.* & eisdem etiam masculis, vt concludit post plur. concordan. Rube. *dicto consilio 18. & consilio 84. numero quarto & latius Sylua. consilio 30. numero 19.* & sic in effectu feudum huiusmodi non est simpliciter hæreditarium, quia ad omnes hæredes non est transiturum, sed secundum quid, id est, vt succedens in eo debeat hæres esse, & æri alieno accipientis satisfacere,

facere, Curt. iun. *dicto consilio 138. numero 22. eumq; repræsentando. Sylua. vbi supra.* Quo fit, vt dicta D. Victoria vxor dicti Com. Theodosij omnino fuerit incapax dicti feudi, & sic ex persona ipsius dictus D. Com. Theodosius nullum ius habere potest in dicto feudo, sed benè ex eo, quod feudum emanauit à principe, in quo est locus iuri accrescendi, Alex. *consilio 3. numer. 8. & numero 18. volum. 1 per textus in l. prima. C. si socius libera. Impe. lib. 10.*

Circa tertium dubium, Curt. *in dicto consil. 138. colum. fi. in princ.* concludit,* communem opinionem esse, quod is, qui vult succedere in feudo huiusmodi, debet esse hæres vltimi demortui vasalli, sed alij receptiori calculo tenent, eum, qui vult ad successionem feudi venire, sufficere, & oportere hæredem esse primi accipientis mediatè, vel immediatè, & de * communi contra Curtium testatur Sylua. *dicto consilio 30. numer. 19. in fi. & seq. & Arius vbi suprà colum. 553.* Igitur hæc qualitas, quod sit hæres Com. Theodosius illorum primo loco inuestitorum, concurrere in eo debet, & probari, Sylua. *vbi suprà numero 14. & pluribus sequentibus.*

Quò verò ad quartam dubitationem, Alex. *consil. 18. & consi. 26.* tenuit alienationem factam de feudo per aliquem ex descendentibus priorum acquirentium præiudicare eius hæredibus, etiam si sint de descendentibus ipsorum, Iser. *in dicto §. hoc quoque. Afflic. decis. 193. Capic. decis. 64. numero secundo.* & hanc sententiam * communem esse testatur Arius *vbi suprà colum. 558.*

Et hæc conclusio non habet contradicentem, vbi vasallus succedens, vt hæres inuentarium non confecit hæreditatis eius, cui successit, qui feudum alienauit, vt concludit Rubeus *dicto consi. 84. sub numer. 7. vers.* veruntamen videtur, quod in casu, dummodo isti nepotes confecerint inuentarium, &c. præter Arium solum vbi suprà *numer. 95. colum. 560. in fi.* qui in hoc hæreticus est, vt latè videre est ex traditis per Sylua. *dicto consilio 30. nu. 33. versic.* circa secundum nam cum feudum sit hæreditarium, & succedens hæres sit alienantis, ergo eius facto contrauenire non potest, *l. cum à matre. C de rei vendica.* & per alia, de quibus per eum. id quod soluit omnes obiectiones Arij.

Quod si hæres sit cum beneficio inuentarij, & illud confecit, vtique aliud dicendum est, vt post Bal. *in l. qui se patris. C. vnde libe. Alex. & Dec. per eum citatos*, respondit apertè in feudo hæreditario Rubeus vbi suprà.

Sed & hoc quoque casu, vbi etiam hæres inuentarium confecerit, in feudo hæreditario non poterit alienationem feudi factam per eius authorem, cuius hæres est, reuocare, vt de * communi post plur. relatos per eum authores, testatur Arius *vbi suprà nu. 93.* qui tamen multos citat nullam de inuentario mentionem facientes. idem probat *colum. 564. in fin. & prius colum. 524.* vbi ex multorum authoritatibus notat errorem multorum, qui existimarunt, inuentarium esse tanquam herbam beronicam. neque enim ad aliud quic, quam valet, & sic introductum beneficium inuentarij, nisi vt hæres vltra vires hæreditarias conueniri possit, & vrgeri à creditoribus hæreditarijs, non autem ad eximendum hæredem ab obligatione reg. *dict. l. eum à matre. C. de rei vendicatione.* vt ei liceat alienata, factaque defuncti reuocare: & Baldus *in dicta l qui se patris.* non loquitur in feudo hæreditario. Et si multi incautè etiam, meo iudicio, dictæ considerationi contradicunt, post eum nouissimi Natta *consilio 214. Port. consilio quadragesimo, in fine. Gabriel. in suis conclusio. libro sexto, titulo de regulis iuris, conclusio. vndecima.* maximè quia vasallus talis feudi hæreditarij delinquendo possit agnato præiudicare, ità & contrahendo, vt arguit Curtius iunior *dicto consilio 138. numer. 23.* Sed hæc disputatio in proposito nostro necessaria non videtur, postquam, vt video ex processu, & articulis, Comes Theodosius dicit descendentes ex primis acquirentibus sibi hæredes inuicem fuisse, & se ipsum quoque. Quo fit, vt conuentio inter eos inita, & dictos Cuppellatas de anno 1388. & per Episcopum approbata impugnari non possit modo, stante dicta qualitate, hæreditaria.

Tres tamen spinæ pungere videntur.

Prima est, quod si laudem inspiciamus, in eo disponitur etiam de decima ordinaria, & sic destruitur ratio vna, quam prædixi, quod inuestituræ aduersæ partis, non loquantur de actiua, sed de passiua decima.

Secunda est, quia forsan obijcietur dictam conuentionem, & laudum non valere absque Pontificis Maximi consensu, cum sit alienatio ex parte Anguissolarum, vbi tota decima fuisset comprehensa in dicta inuestitura, vt sup. diximus.

Et probat in terminis feudi hæreditarij Curtius iunior *dicto consilio 138. numero vigesimo secundo. & seq.* vbi concludit, quod in feudo antiquo hæreditario potest vasallus ità demùm præiudicare agnato, si Domini consensus accesserit in alienatione facta in extraneum, aliàs secus. si fuisset facta in alium de agnatione remotiorem, vt ibi per eum *numer. 26.* Et per Sylua. *latè consilio 15. per totum:* vnde sicut ipse alienans potuisset contrauenire ex defectu consensus Domini, ità & eius hæres, Rubeus *dicto consilio 84. numero 7. in fine.* & pro nullitate alienationis factæ per vasallum in non descendentem masculum respondit Alexander *consilio trigesimo. numero vndecimo. in principio, volumine primo. & Curt. sen. & Dec. & alij relati per Sylua. d. consil. 30. numer. 35. Arius vbi sup. numer. 97. in princ.* Verùm hæc secunda obiectio citò soluitur viua ratione, quicquid contradicant prædicti patres, quia si dictus Comes Theodosius mediante persona suorum authorum, qui fuerunt hæredes dictorum compromittentium, vt ipse fatetur in libello, & capitulis, & contra quos fuit latum laudum præfatum, *l. fi. C. de hæred. insti.* vtique oportet eum quoque acquiescere d. laudo, & alienationi, *l. cum à matre. C. de rei vendicat. l. ex qua persona. ff. de reg. iur.* maximè nullo confecto inuentario, vt respondit Ruin. *consil. 25. num. 11. & seq volum. 2. post concordan. per eum citatos*, loquens in feudo hæreditario alienato. & ibi *num. 14.* inquit, quod dare de defectu consensus, & licentiæ Domini, est

dare

dare de iure tertij, quod non licet, nisi ipso volente. & pro hoc faciunt, quę dixi suprà *in 4. dubita. & id, quod respondit Crot. consil. 30 num. 11.* dicens, quod vbi nullitas actus respicit factum superioris, non potest allegari ad irritationem actus. Et ob id Fulgo. *in lib. 2. colum. 2. Cod de iur. emph.* refert, quod cum aliàs casus contigisset, in quo quidam acquisiuerat feudum ab ecclesia non seruatis solemnitatibus, & ipse ageret contra tertium possessorem, qui opponebat de nullitate contractus, fuit iudicatum cõtra illum tertium possessorem, & licèt ipse dicat malè fuisse iudicatum, id tamen dixit ingenij subtilitate: quia more suo, vt plurimum amplexus est opiniones communiter reprobatas. Et quod fuerit benè iudicatum ratione supradicta, respondit post alios per eum citatos idem Crot. *cons. 119. col. 2.* sic agens agit ex iure suo, ità & excipiens fundare debet ius suum in persona sua Et secundum hanc declarationem intelligi debent Doct. suprà in contrarium citati, vt loquantur Domino contradicente, vel eorum opinio, etiam si communis esset tanquam malè fundata cedere debet viuæ rationi, vt post Ioan. And. Abb. & alios inquit ad aliud propositum Crot. *cons. 127. nu. 11. & seq.* & vbi est varietas inter Doct. ratio vincit pugnã, vt inquit Io. And. *in rub. de reg. iur. in 6 sequitur Cur. iun consil. 138. nu. 21. in fi. & seq.*

Et omni in casu præsumi deberet consensus, & licentia Papæ ex lapsu tanti temporis, vt etiam suprà diximus.

Nisi hoc dicamus ex diuturnitate temporis satis præsumi talem consensum, Decius *conf. 36. colu. pen. Cra. consil. 249. num. 11. vol. 2. & in tracta. de antiqui. tempo. car 100. numer. 29.* licèt multi velint probandam esse scientiam Papæ Cur. iun. *cons. 56 vol. 2.* Ità vt nihil omninò reperiatur in iure nostro, quod in continua non sit controuersia, quo nihil infelicius.

Tertia est, quia dicti Cuppellatæ forsan plura prædia acquisiuerint posteà, quæ propterea subiecta essent dictæ decimæ feudali, maximè pacti de communicando appositi in dicto laudo.

Et hæc pro nunc sufficiant.

Probandæ igitur erunt inuestituræ dictorum Cuppellatarum à prima ad vltimam.

Item dictum laudum, & confirmatio.

Tertiò instrumenta antiqua mentionem facientia de territorio Saffignani distincto à territorio Fulignani suis loco, & tempore, deinde consilium capiemus in arena.

SVMMARIVM.

1 *Laicus si à laico decimas post Lateranense Concilium habuit, non videtur valere.*
2 *Laicus si renunciat decimas in manibus Prælati, poterit Prælatus alteri infeudare.*
3 *Laicus in laicum decimas transferre non potest.*
4 *Honestius est, quòd alia ecclesia possideat decimas, quàm quod stent in manibus laicorum.*
5 *Decimæ alteri laico cum consensu Episcopi infeudari non possunt.*
6 *Cautela, vt laicus alteri laico decimas renunciare possit.*
7 *Prohibitio respiciens personam fortior est, quàm respiciens rem.*
8 *Compromittere laici in laicum non possunt super decimis concessis ante Concilium Lateranense.*
9 *Compromitti super decimarum commoditate potest, sicuti de vsufructu.*
10 *Laici non possunt, nec potuerunt alteri laico infeudare decimas post Lateranense Concilium.*
11 *Decretali Honorij Papæ cauetur, ne laici alteri ecclesiæ decimas relinquant, quàm ei, cui debentur.*
12 *Alex. III. fuit ante Concilium Lateranense.*
13 *Decima concessa Titio, & suis potest in præiudicium suorum à Titio, & remitti ecclesiæ.*
14 *Dictio Aliquomodo quid importet.*
15 *Ecclesia, quæ dedit decimas, eo ipso, quod bona temporalia non habet, probatur, quòd non fuit compensata.*
16 *Laicorum non est exigere decimas.*
17 *Agens restitutorio contra eum, qui iure communi iuuatur, debet docere de titulo.*
18 *Præscriptio non est, vbi non datur possessio.*
19 *Possessio tanti temporis, cuius memoria non est in contrarium, laicum in possessione tuetur.*
20 *Detentio per tempus immemorabile non habet vim tituli in laicis.*
21 *Fama si concurrat cum possessione immemorabilis temporis, facit præsumptionem pro priuilegio.*
22 *Ecclesia pro decimis sitis in districtu suæ parochiæ habet intentionem in iure fundatam.*
23 *Allegatio tituli ante Concilium cum possessione immemorabili circa ius decimandi sufficit laico.*
24 *In dubio iudicandum est id, quod pro anima est tutius.*
25 *Multos in inferno cruciari, qui decimas restituere noluerunt.*
26 *Decimæ sunt Dei.*
27 *Laici retinentes decimas sunt excommunicati. Quod etiam per Concilium Turonense statutum fuit, vt numer. 28.*
29 *Religiosus sine consensu Episcopi decimas de manu laicorum recipere non potest.*
30 *Prælatus, si laico decimam concedit, à statu suo succidatur.*

DE CONCESSIONE DECIMARVM facta per laicum laico.

QVAESTIO LXIV.

SI verò simus in casu, quando laicus alteri laico concessionem, & infeudationem decimarum fecit, & tunc, si laicus † habuit decimas 1
post Concilium Lateranense, & non videtur dubium, quod non potest, per *cap. quamuis. de deci.* & alia iura superius allegata, per quæ apparet expresè prohibitum laicis habere decimas.

Si verò laicus habuit decimas ab antiquo ante Concilium, & tunc glo. *in cap. prohibemus. in verb. laicos. de decim.* expresè dicit, quod transferre potest in alium laicum, si habuit in feudum illas ab antiquo saltem de consensu Episcopi, immò quod nec etiam clericis potest infeudare sine dicti

dicti Episcopi consensu. subdens glo. quod si non
habet laicus illas in feudum, sed de facto possi-
det, nullo modo potest transferre, nec in laicum,
nec in clericum, nec etiam de Episcopi consensu
hanc opin. glo. sequitur Card. Floren. *in cap. 2. de*
2 *feud.* vbi dicit, quod licèt † laicus non possit alte-
ri laico decimas, quas obtinet etiam ante Con-
cilium, infeudare, tamen si cedat decimas in ma-
nibus Prælati simpliciter, & purè, & deinde Præ-
latus infeudat alteri, valet, & tenet infeudatio,
& ità, inquit ille, obseruatur. tenet Pau. de Cast.
in consil. 138. dubium facit. vbi dicit, quod si Ti-
tius decimam renunciauit, vt alius inuestiretur
iure feudi, & fuit factum, quod non potest dici
alienatio noua, sed continuatio antiqua, & alie-
nare non dicitur, qui concedit rem concedi soli-
tam, & consuetam. sequitur hanc opinionem Ia-
son, qui refert dicta Card. *in cap. 1. col. 3. num. 13. qui*
feud. dar. possunt.
3 In contrarium † videtur esse tex. *in dicto cap.*
prohibemus. vbi expresse cauetur, quod laicus in
alterum laicum decimas non transferat, etiam si
laicus dictam decimam cum titulo possideat, ità
summat Abb. *tex.* & expresse videtur innuere
text. in c. quamuis, ibi, Quidam Prælatorum de-
cimas eis disponere indulgent. & Abbas *in dicto*
cap prohibemus. numero 3. propter verbum t Ali-
quo modo, dicit esse notandum, quod omnis
modus translationis est inhibitus laicis, vnde, in-
quit, non possunt dare, nec vendere, nec permu-
tare, nec infeudare, nec similes contractus deci-
marum translationis facere. Et ibi numero quar-
to reprobat glossam dicentem, quòd laicus habẽs
decimas ab antiquo in feudum potest illas dare
alteri laico cum authoritate Episcopi, dicẽs, quod
contrarium sentiunt omnes Doctores ibidem. &
quidem, inquit, verius. primò, per text. illum, qui
hanc translationem prohibet indistinctè. & facit,
inquit, text. in *cap. quamuis sup. eod. & in c. fin. infrà*
è. . & apertè hoc probatur *in c. cum Apostolica. suprà*
de his, quæ fi. à Præla. vbi ponitur speciale, vt laicus
de authoritate Episcopi possit concedere alteri
ecclesiæ, quia non multum refert, quę ecclesia ha-
beat dummodo extirpetur de manu laici: quæ ra-
tio omninò cessat, quando vult concedere alteri
laico, quia si posset concedere laico, hoc tenderet
in magnum præiudicium ecclesię, cui debetur de-
cima. Nam per mortem ipsius sine filijs deuolue-
retur ad ecclesiam, sed per concessionem alteri
laico factam, qui habet, & potest habere filios, im-
pediretur deuolutio ad ecclesiam. Facit idẽ Abb.
in d. cap. cum Apostolica. colum. 3. sub num. 10. vbi dicit;
quod est speciale in spiritualibus, quòd vt citius
redeant ad ecclesiam, fuit statutum, vt nõ possint
laici vasalli decimas in alios transferre maximè
laicos. Nam in eo text. fuit, inquit, admissum fa-
uore ecclesiæ vniuersalis, vt ille laicus posset in a-
liam ecclesiam transferre decimas, & nõ in eccle-
siam, cui debebantur, vt facilius ista spiritualia e-
4 riperentur è manibus laicorum. Nam † melius est,
& honestius, quòd alia ecclesia possideat, quàm
quod stent in manibus laicorum, præsertim cum
omnes ecclesiæ sint in vna ecclesia, & membra ec-
clesiæ vniuersalis, *24. quæstione prima. loquitur. & c.*
pudenda. & 7. quæstione prima. Nouatianus. *Facit Fe-*
lynus in cap. quæ in ecclesiarum. de constitut. columna
23. versic. quinta declaratio. vbi dicit quòd laicus
habens decimas in feudum ante Concilium La-
teranense non potest eas alteri infeudare, per text.
in dicto capitulo prohibemus. & ibi Doctor. *de*
decim. nisi quando concedit eas ecclesiæ, vel lo-
co religioso cum consensu Episcopi, per tex. *dicto*
cap. cum Apostolica. de his, quæ fiunt à Præla. an au-
tem possit † cum consensu Episcopi alteri laico 5
infeudare, inquit * communiter tenetur, quod *
non, per Ioan. Andr. *cap. 2. de feud. per tex. dicto*
cap. cum Apostolica. à speciali, & ibi etiam per Doct.
& per D. Abb. dicto cap. prohibemus. & per eundem
in sua disput. 5. quæ incipit, Augerio. columna 5. sub
numero 5. versic. secundò principaliter. ex quo se-
quitur, quòd decedente tali feudatario, sine suc-
cessione, ecclesia, ad quam decimæ reuertuntur,
non potest eas alteri laico infeudare. Sed, inquit,
D. Car. Florentinus *in dicto ca. 2. in 10. quæst.* tenet
contrarium in vtroque dicto, dans cautelam,
quod † si talis vult dare decimam alteri laico, re- 6
nunciet eam in manibus Episcopi, qui potest po-
steà alium inuenire. & idem *glos. 2. d. cap. prohibe-*
mus. & hæc opinio, inquit, præualet de consuetu-
dine, secundum Imol. *d. cap. 2.* licèt communis o-
pinio sit in contrarium, vt per Felyn. *ibidem.* Te-
net hanc opinionem Claud. Seysell. in Specul.
feud. titulo quæ res in feud. dar. 2. causa, versic.
nihilominus, vbi dicit, quod opinio Ioan. And. &
Hostien. cum sequacibus est * communis, & ve- *
rior: quia, inquit, si posset laicus tale feudum con-
cedere alteri laico cum consensu Episcopi, cui es-
set dubium, quod posset etiam, & multò magis al-
teri ecclesiæ? & tamen text. *d. c. cum Apostolica.* hoc
ponit pro dubitabili. Nec obstat, inquit, quod di-
xi suprà, quod licèt concurrat duplex prohibitio
alienationis: legis videlicèt, & hominis, tamen res
solita infeudari potest iterùm concedi in feudũ, si
sit ad ecclesiam reuersa: quia illud procedit, quan-
do causa prohibitionis respicit solùm rem; secus,
si personam, † quia tunc fortior est prohibitio, ex 7
quo accipiens est incapax, per ea, quæ not. *in l. si ità*
quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. ità, inquit, respondet
formaliter D. Card. Alexan. *in §. feudum. de feud.*
cognit. Facit consilium Calder. consil. primo, de de-
cim. numero 383. ibi, Cum in *cap. cum Apostolica.*
permittatur, quod illæ antiquæ decimæ possint
transferri clericis, sic notabiliter voluit exclu-
dere laicos: & cum dicta permissio infeudatio-
nis sit odiosa, ideò est restringenda, vt ibi per
Calder. & Felyn. *in cap. causam. de præscript.* qui
dicit; quod laicus potest præscribere decimas cõ-
tra alium laicum de dictis decimis ante Conciliũ
inuestitum. quia cum ille inuestitus possit de il-
lis pacisci, potest etiam ius earum communi præ-
scriptione amittere, per Cardinalẽ, qui ità sentit;
in consilio 147. incip. notum sit vniuersis. & dicit, quod
dictum Cardinalem alibi non legit, & videtur
mirum, quod capacitas inducta in vno sit in aliũ
transmissibilis, contra text. *cap. petijsti. 7. q. 1. & c. sa-*
nè. de priuileg. nisi, inquit, forsan dicas, quod spiri-
tualitas annexa rei erat ante Cõcilium apta cade-
re in laicum ex concessione Episcopi. vbi tenen-
do opi-

do opinionem Ioan. And. quæ secundum Imolam
est verior, & tutior, quod ius decimale benè pos-
sit concedi per laicum cum consensu Episcopi al-
teri Ecclesiæ, & secus sit, si alteri laico; dicit, quod
dictum Cardinalem posset procedere, quando de-
cimæ essent concessæ simpliciter laico ante Con-
cilium pro se, & successoribus, per rationem per
D. Cardinalem adductam. Sed si esset concessum
feudum decimarum laico, & descendentibus ex
eo vsque ad certum tempus, Cardinalis dictum
noo procederet, com cesset ratio, ex quo ille non
potest tale feudum alienare: ergò nec præscribe-
re, quia præscribere est alienare: & militat ratio,
quàm in simili ponit Abb. *d. c. prohibemus*. quod ec-
clesiæ efficerentur deterioris conditioois propter
acquisitionem noui feudatarij, fortè diutius dura-
turi. Sed ex quo iden. Cardinalem *in consilio. 94. no-*
8 *biles viri*. dicit, quod super decimis † concessis lai-
cis ante Concilium non potest per laicos compro-
mitti in alterum laicum, per text *in c. contingit. de
arbitr. & quia Rot. decis. 2 de iud. in non. & de decim. 2.
in antiqu* vult, quod minor in causa decimarum
potest esse sine consensu patris in iudicio, id quod
est propter dependentiam, quam retinent decimæ
à spiritualitate: vnde Cardinalis, & Rota, inquit,
sentiunt, quod durat laicorum incapacitas in de-
cimis etiam acre Concilium concessis, & laici to-
lerantur in decimis eatenus, quatenus à iure com-
muni, vel speciali ad hoc sunt habilitati, dicit,
quòd valdè dubitat de eo, quod dicit, quod laicus
illas possit contra alium laicum præscribere, stan-
te, quod incapacitas in laico, quò ad decimas, est
inducta post Concilium, vt per eum.

Facit secundum Rebuff *in tracta de decim. q. 10.
numer. 9. quod Bald consil. 247. non reuocan. 5. volum.
consuluit*, quod dum est quæstio inter detinentem
decimas, & feudatarium de tali quæstione, potest
fieri compromissum, & transactio inter eos, & in
eorum præiudicium, *capit. vno de controuers. inter
vasallum & ali. de benefici.* quia oon intelligitur
compromissum factum de iure spirituali decima-
rum, super quo non valet compromissum, *cap con-
tingit. de arbitr.* sed de commoditate, de qua com-
9 promitti potest, sicut † si vsufructuarius compro-
mitteret de vsufructu, non enim intelligitur
compromittere de ipso iure inseparabilia perso-
na, sed de ipsa commoditate, per not. *in l. 1. C. si pig.
pigno. da. sit.* quia de fructibus decimarum potest
fieri compositio ratione temporis præteriti, glos.
*in cap vt super de reb. eccles. alien. vel non. Bald. in c. per
tuas. de arbitr.* & compromissum valet super fructi-
bus decimarum, per Lanfran. *in Clem. dispendiosam.
colum. 4. de iud. Pet. de Anch. in consilio 34. incip. in hac
causa. de præscript.*

Faciunt dicta Rebuff. *in d. suo tracta. de decim.
quæst. 10. numer. 11. vsque ad numer 31.* vbi dicit, & te-
10 net, † quod laici non possunt, nec potuerunt deci-
mas post Concilium Lateranense alteri laico in-
feudare, vel concedere, *c. prohibemus. de decim.* quia
quod fit post prohibitionem, nullum est, *l. 1 & 3.
ff quod vi, aut clàm.* ideò, inquit, decimæ ab illo
tempore in laicum translatæ nunc retineri non
possunt, & in hoc conuenit omnis turba Docto-
rum. Subdens, Et ego etiam teneo idem de deci-
mis, quæ ante dictum Concilium Lateranense le-
gitimè non fuerunt acceptæ; quia decimæ Dei
sunt, *Leuit. 17.* Omnes decimæ Dei sunt, & sunt san-
ctuariū Dei. *c. Ecclesias. 13 q. 1.* ideò laici eas obtine-
re non possunt, quia illarum sunt incapaces, quia
vsus decimarum, & oblationum diuini iuris est, &
ad sæculares peruenire non potest, *c. fin. 16 q 1.* nem-
pè Deus illas assignauit filijs Leui, & sic clericis,
ideò laici sunt facti illarum incapaces à Deo. Et
ea ratione, inquit, Concilium Lateranense prohi-
buit laicis transferre decimas in alios laicos: quia
laici vsurpauerant, & cum esset difficile ecclesiæ
ab eorum manibus eas recuperare, vt quantò pos-
set citius ad ecclesiam reuerterentur, statuit, quòd
in alios laicos transferri non possent, cogitans,
quod laici in morte eas relinquerent ecclesiæ, cū
in alios laicos transferre non possent. subdens
Rebuff. Et si eo tempore exequutores Concilij
diligentes fuissent, laicos illas ad restituendum
ecclesiæ in morte coegissent, sacramentis, & sepul-
tura denegatis eisdem, & si id vni potenti fecis-
sent; omnes resipuissent; & decimas restituis-
sent.

Et per † decretalem Honorij Papæ, quam Re- 11
buff. *ibidem recitat numer. 21. versi. immò Honorius.*
quæ non est in impressis, laicus oon poterat relin-
quere decimas alteri ecclesiæ, quàm ecclesiæ, cui
debebantur. Nec, inquit, Coocilium concedit lai-
cis, vt easdem decimas teneant, aut eius filij, aut
successores, quia ista prohibitio non inducit con-
cessionem, quia inducta ad priuationem non o-
perantur concessionem, *l legata inutiliter. ff de leg.
1.* vnde, inquit, & per verba d. decretal. & Cooci-
lium patet, quod etiam ante Concilium laici erant
incapaces decimarum, & peccabant detinendo de-
cimas, ideo licet eas ante Concilium habuissent,
transferre tamen in alios non poterant, quia nun-
quam in illis ius habere potuerunt, à Deo enim
decimæ filijs Leui, idest, clericis, & sacerdotibus
reseruatæ fuerunt, quicquid, inquit, dicant Doc.
ante, vel post Concilium. nam Alex. III. *c. ad hæc.*
prohibet decimas dari laicis, & quod, si eis sint da-
tæ; illas statim sub excommunicationis vinculo
resignent. ecce igitur, quod tam ante Concilium,
quàm post laici sunt prohibiti decimas habere ex
præcepto Dei: quia Alexand. III. fuit † ante Con- 12
cilium Lateranense, immo illud congregauit in
fine sui Pontificatus, ergo per illam decretalem id
ante Concilium statuerat. Immo vsque de tempo-
re Vrbani II. in Concilio Turonensi fuit statu-
tum, quod decimæ, & aliæ res ecclesiæ in feudum
laicis concedi non possent, *in Rubrica Episcop vel
Abb. in vsib. feud.* & illud Concilium fuit celebra-
tum Turonis de anno 1096. per Archid. *c. si. §. illas.
eo. tit. in 6. Henric. Boic. in c. quamuis. de decimis.* ergo
laici erant incapaces, & prohibiti ante Concilium
Lateranense. Subdens, declarando verba text. *d. c.
prohibemus.* quod prohibitio est, ne transferantur
in laicos cuiuscunque status, aut conditionis exi-
stant, ideò nec etiam in filios successores. *c. in cano-
nibus. 16. q. 1.* nempè Concilium Lateranense eos
excepisset, si excipi voluisset, *c. ad audientiam eo. tit.*
immo prohibuit successionem, *c. ad hæc. eo.*

† Et si decima sit concessa Titio, & suis, potest 13
illam

illam Titius etiam in præiudicium suorum successorum remittere ecclesiæ, & tenet remissio in præiudicium suorum, Bar. *in l. qui Roma. §. Flauius. ff. de verb. oblig.* quamuis hoc sit contra communem, vt per Iat. ibidem. Quia laicus decimam de iure tenens benè potest illam vendere ecclesiæ, & tenet venditio, nec habet locum retractus per proximiores, & ità, inquit, fuit pronunciatum pro Episcopo Constantiensi in Curia, quia decima eiis reuersa ad suam naturam, ideo non potest in laicum iterùm redire, *cap. prohibemus. l. si. vnu. §. pactus ff. de pact.*

Et idem Rebuff. declarando tex. d. c. prohibemus, dicit, quod per verbum Possint iuncta negatiua, Ne, importatur necessitas, & sic tollitur omnis facultas in contrarium faciendi, *gloss. in capit. de reg. iur. in 6.* adeo quod est remota laicis omnis potestas transferendi decimas in quoscunque alios etiam si eas ante dictum Concilium haberêt, quia de illis tantum, quas ante Concilium habebant, loquitur Concilium Lateranense, dum dicit, N on transferant, non enim potuit præsagire de decimis, quas obtinerent deinceps, sed de his,

14 quas detinebant. Et † propter verbum, Aliquo modo, dicit, quod est interdictus omnis modus translationis feudi, venditionis, donationis, permutationis, & his similes, & sic nullo titulo, specie, vel casu: subdit, ostenditur etiam in fine tex. prohibitionem Concilij Lateranensis etiam extendendam tam ad detinentes ante Concilium, quàm post, cum dantes, & recipientes astringat, nempè, si laicus donauerit decimas laico, vel instituit etiam suum filium laicum, ille non poterit decimas recipere, immò si receperit tanquam raptor bonorum Iesu Christi Christiana carebit sepultura. subdens, Et est iste verus intellectus *cap. prohibemus.*

Et prosequendo materiam dicit, quod si decimæ sint infeudatæ ante Concilium à domino sæculari alicui laico, non potest ille laicus etiam nunc retinere, *capitulo dudum. de decim.* nisi dominus se iure illas habere probet, vel ecclesiam cópensauerit de re maiori, de quo constare debet, *capitulo ea enim. §. sed & permutare. 10. q. 2. c. 1. de rerum permut. Doct. in cap. 1. de reb. eccles. alien. Dec.*

15 *consi. 341. visa puncto.* & † sic cum ecclesiæ, quarum decimas laici retinent, habent aliqua bona temporalia, eo ipso probatur, quod non fuerunt pro decimis compensatæ, ergò illæ decimæ de iure retineri non possunt, etiam per mille annos possessæ. Nec est quærendum, an infeudatio fuerit facta, vel ne, quia cum sit facti, non præsumitur, sed benè quærendum est, à quo facta fuerit, & an is, qui fecit, facere potuerit, *l. si quæramus. ff. de testa.* subdit, Immò à solitis præsumemus eas vsurpatas à laicis, *c. si de rosi. spol. in 6 ibi*, Quia eas iniustè occupasse verisimiliter præsumuntur, *c. quamuis. de deci. vt ibi per eundem Rebuff.*

Quia si concessio decimarum sit facta à laico alteri laico, & sic ab eo, qui potestatem concedendi non habuit, nullius est momenti; quia quicunque decimas, primitias, & oblationes per potestatem sæcularem obtinet, proculdubio contra Deū, & Sanctorum Patrum nititur sanctiones, quinimò, & qui accepit, & qui tradit, raptor, & sacrilegus iudicatur, *c. causa. inst. de verb. sig.* ideò si per his non potest aliqua si occurrenire præscriptio, vt per Rebuff *ibid num 10. vers. igitur.* vbi si. bdit, Ideo dicerem has omnes decimas à laicis infeudatas à curatis contra detinentes iure peti posse, & ecclesias his spoliatas restituendas.

Sed quid si non apparet de concessionibus ante, vel post Concilium propter temporis longinquitatem, & reperiuntur decimæ in manibus laicorum ab illis exactæ, & ab illis possessæ, poterút ne per Prælatum, vel ecclesiam de manibus eorū dictæ decimæ auferri, an vero stante illorum possessione, erit præsumendum de bono iure laicorū? Et videtur, quod decimæ debent vendicari ab ecclesia de manibus laicorum, quia † est ecclesia, quæ 16 exigit à laicis decimas, & laicorum non est exigere, & ecclesia habet suam intentionem fundatam de iure communi, *tata tit ext. de decim.* & nisi per laicos prohibeatur contrarium. debet ecclesia obtinere, *cap. ad decimas. de restit. spol in 6. vbi gloss. in verba præsumitur.* dicit, quod laicus spoliatus decimis, & perceptione decimarum, si intentat restitui contra ecclesiam, vel Prælatum spoliantem, non auditur in possessorio, per *tex in c. causam. de præscrip. vbi est tex.* quod laicus non potest possidere decimas? vnde cum sit præsumptio contra eū, non debet audiri, nisi probet, se legitimè decimas fuisse assequutum, vbi dicit Ioan. Andr. secundum Ioan. Monac. ibi, Agens restitutorio † iudicio có 17 tra eum, qui iure communi iuuatur, debet docere de titulo, aliàs succumbit. hanc opinionem tenent Ioan. Andr. in Specul. *rub. de restitu. spoli. Anta. & Abb. in c. si diligenti. de præscrip. col. penul Felyn in c. ad petitionem de accusa numero 17. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. 7. fallen ff de acqui poss* contrarium tenent Barto. Brixien. *in gloss. 13 q. 1. capitulo primo*, quod laicus spoliatus decimis in primis debet restitui, cuius opinio in practica seruatur in Gallia, vt testatur Guid. Pap. *q. 288. teste Didac Couarn. varia resolutio. libra primo. c. 17. de decimis, &c. numer. 6. vers. ex quibus deduci.*

Nec est aliquid, si laicus allegat se tanto tempore possedisse, quod legitimè præscripsit: non potest enim laicus præscripsisse decimas, qui illas non potest possedisse, qu a spirituales, vnde nec præscripsisse, *dicto cap causam. de præscript.* quia præscriptio non est, † vbi non datur possessio, *cap fine* 18 *possessiane. de reg iur. in 6 tenent Hostien. Ioan. Monac. in c. cum Apostolica. de bu, quasi. à Prela. Arcbid. in cap. 2 de deci. lib. 6 & dicit Abb in d. c. causam. nu. 2* quod nulla temporis præscriptio in decimis, & huiusmodi spiritualibus tuuat laicum, vbi allegat Ioan. Andr. & Ioan. Monac. *in c. 2. de praben. lib 6.* quod laici non possunt præscribere spiritualia, etiam per tantum tèmpus, cuius Initij memoria non extistat, id quod etiam dicit Abb. *ibi. num. 4.* procedere in spiritualibus annexis, quæ non possunt possideri, nisi de priuilegio, *c. de iure. ext. de iur. patra. Paris. cons. 25. vidi consilium. 4. vol. Cuman. consil. 83.*

Verùm his non obstantibus, ex quo laici per priuilegium Papæ, & Sedis Apostolicæ possunt

cum titulo, & legitimè possidere decimas, & esse capaces iuris decimandi per priuilegium, prout fuerunt effecti habiles, & capaces ante Lateranense Concilium, D. Anto. de Butr. Ioan. And. & alij in *d. cap. cum Apostolica. de his, quae fiunt à Prela.* videntur tenere, quòd possit iure praescriptionis decima per laicum acquiri. Ibi enim ponūt quaestionem, quod laicus erat in possessione feudi decimalis, & ecclesia, quae volebat illas vendicare, dicebat, quod laicus illas obtinuerat, & possidebat post Lateranense Concilium, laicus verò dicebat, quod obtinuerat ante Concilium, & ibi cō-
19 cludunt Doctores, quod si laicus † potest probare possessionem tanti temporis, cuius non sit memoria in contrarium, per talem probationem apparebit concessionem fuisse factam ante Concilium Lateranense, vnde ecclesia non vendicabit, sed laicus obtinebit non molestari: refert, & sequitur Alex. *in consi. 6. incip. viso themate, & dubijs. numer. 5. versicul. pro quo adduco. volum. 1. est decis. Capel Tholosan. numer. 439. vbi gloss. Sed Abb. in d. cap. cum Apostolica. numer. 12. vers. sed pulcherrimum dubium. secundum Ioan. Andr. ibidem dicit*; quod id procedit duobus concurrentibus, si videlicèt laicus possederit decimas tanquam vasallus tanto tempore, & quod sit fama, quòd illas habuit ante Concilium: & cum ista opinione, inquit, transeunt hic vt plurimum Docto. quae videtur opinio satis aequa, quia aliàs propter difficultatem probādi veniret laicus suo bono iure priuatus. Detē-
20 tio tamē etiam † per tēpus immemorabile nō habet vim tituli in laicis, sequitur Bal. *consi. 418. praesupposito. vol. Pau. de Cast. consilio. 138. dubium facit.*

Sequitur *Fely. d. cap. causam. de praescrip. 2. colum.* vbi dicit; quod licèt spatium tanti temporis, cuius initij memoria non exstat in contrarium, idem operetur, quod priuilegium, *cap. super quibusdam. de verb. sign.* tamen hoc non procedit, & fallit, quando praescribens est incapax, per Abb. *ibi, & in capi. quanto. de consuet. & per alios ibi per eum*
21 *cumulatè citatos.* Sed † limita hoc, nisi cum possessione tanti temporis concurrat fama priuilegij decimarum obtenti, quia propter difficultatem probandi rem adeo antiquam, ne pereat ius partis, praesumitur pro priuilegio. Subdens, Et non dicas, quod solum tempus hoc inducat, sed praesumptio priuilegij probata diuturnitate famae, Imola, Bal. & Card. *in dicto cap. cum Apostolica. vt ibi per eundem Felyn. versiculo limita dupliciter. Sed Imo. d. c cum Apostolica. dicit in versi. vlterius.* quod si laicus est in possessione feudi decimarum alicuius parochiae, si ecclesia velit illas vendicare, dicens, quòd concessio est facta post Concilium, & laicus è contrà dicat factam ante, quod secundum Host. laicus probare debet, vel quod ante Concilium habuit, vel quod authoritate Apostolica
22 tenet, quia † ecclesia agens pro decimis sitis in districtu suae parochiae habet suam intentionem fundatam de iure communi, c. ad decimas. subdens, Et Io. And. & D. Ant. tenent, quod si laicus probat, quod in feudum eas possedit per tempus, cuius initij non existit memoria in contrarium, & quòd communis opinio, vel fama est sic, ad *gloss. ad fi. in cap. 1. de praescr. in 6.* quod laicus obtinebit. subdens, Et quò ad communem opinionem, & famam probandam potest intelligi, quod communis est opinio, & fama, quòd illas semper tenuerit in feudum, vel potest intelligi, quòd est communis opinio, quòd habuit ante Concilium, & quia D. Flor. dicit, quòd fortè ista non probabit de facili, ideo D. Ant. dicit, quod sufficit, quod alleget praescriptionem tanti temporis quod non habeat initium, quod videlicet titulus sibi concessus fuit ante Concil. nam tunc praesumetur propter possessionem tanti temporis, *est decisio Capellae Tholos. num. 439 vbi gloss.* quae multa ad hoc allegat. Sed est cautela, quod ecclesia vendicet decimam tanquam ad se spectantem, cum sit in sua parochia, nec dicat illam concessam laico post Concilium, ne videatur se astringere ad hoc probandum, nam cōstituo, quod decima sit in sua parochia, laicus succumbit, nisi probet illam sibi concessam ante Concilium, vel authoritate Papae, vel nisi probet praescriptionem tanti temporis, cuius initij non existat memoria, & alleget concessam fuisse ante Concilium. Subdit; Nec obstat, quod laicus non praescribit decimas etiam per tēpus immemorabile, quia est illarum incapax, quia hoc casu laicus non tenebit decimas ex praescriptione, sed ex vi praesumptionis, quia praesumetur illas adeptus tempore permisso, id est, ante Concilium Lateranense, ex quo tanto tempore possedit, per *Soc. consi. 115. incip. dirigat. versi. nec obstat particulariter colum. 5. num. 37.* vbi recitat hanc opinionem tenentes, pro quo facit quia non est verisimile, quod tanto tempore fuisset permissus in possessione, si non habuisset ius: vnde inquit, dictum Hostien. procederet. vbi possessio esset recens, non antiqua, vel si antiqua, non tamen tātùm, quod non extaret initij memoria; secus, vbi extaret memoria. Concludunt ergò Imo. & Ant. de But. ibi, quod sufficit, quod probet laicus de possessione immemorabili, & alleget, quòd habeat titulum ante Concilium Lateranense, nec erit necesse probare de aliqua fama priuilegij, vel quod laicus possedit decimas tanquam vasallus ecclesiae, quia volunt Episcopi, quod sufficiat tēpus immemorabile possessionis cum allegatione tituli ante Concilium; hoc idem tenet Alber. in *dictio. decima. versic. 16.* si nescitur, an decima, quam possidet laicus, sit de antiquis datis ante Concilium, vel post, quod si possedit ab immemorabili tempore recognoscendo ecclesiam, vt decet, praesumitur de antiquis. Et quod laicus possidens per tempus immemorabile decimas praesumatur de illis inuestitus ante Concilium, tenet Raph. Cuma. *consi. 83. quia decimalis. Alex. d. conf. 6. numer. 5. volum. 1.* & in fauorem laici in hoc articulo consuluit Barbat. *consi. 35 sapienter. vol. 2.* vbi dicit; per
* communem Doctorum opinionem *in d. c. cum* *
Apostolica, quod † allegatio tituli ante Cōciliū cū 23
possessione immemorabili circa ius decimādi sufficit laico, & praesumitur nedū titulus, & cōcessio, sed & praescriptio ante Cōciliū, & sic tēpore habili. In hac opinione residet Frāc. *Balb. in trac. de praescrip. in 1. par. 5. par. princ. q 7. sub nu. 21. versi & sic concludūt But. & Imo. sequitur Iac. de S. Geor. in trac. feu. in ver. cum mero, & mixto in fi. Alcia. x. respons. Et Balb.*

d. loco

d.loco.num.22.limitat præfatam conclusionem, vt procedat respectu ecclesiæ, in cuius præiudicium laicus decimas non præscribit, sed non respectu priuati. vnde si sint, inquit, tales decimæ, quas laicus iustè possidet, vt quia de ipsis laicus fuit inuestitus ante Concilium, vel, addo ego, si per Papam post Concilium, alius laicus benè potest eas præscribere contra ipsum laicum tempore communi, quia de illis potest pacifici, per Card. consi. 146. notum sit per Fely. in d. cap. causam. de præscript. Cuma. d. consi. 83. Et quod sola temporis immemorabilis possessio, siue fama de titulo ante Concilium sufficiat, tenet Couar. varia. resol. d. lib. 1. c. 17. sub numero 5. vers. sed si dubitetur. & vltra alios citat Auth. & Car. in d. c. causam. Rip in c. 2. colum. fi. de iud quicquid, inquit, dicat Abb. in c. cum Apostolica. & etiam Fely. d. c. causam & in c. cum contingat. num. 4. de foro comp. quod est necessaria probatio famæ, quod laici decimas titulo habeant ante Concilium. Subdens, Illud tamen fortè requiritur, quod saltem ex fama constet laicos titulo feudi decimas possedisse, per Rip. d. c. 2.

Sed vide, quod Rebuff. in materia dicit, quod non est quærendum, an infeudatio decimarum fuerit facta, necne, quia cum infeudatio sit facti, non præsumitur, sed benè quærendum est, à quo facta fuerit, & an, qui fecerit, facere potuerit, l. si quaramus. ff. de testa. Immò à solitis præsumemus eas vsurpatas à laicis, c. fi. de rest. spol. in 6. ibi. Quia eas occupasse iniustè verisimiliter præsumuntur. c. quamuis. de deci. Subdens Rebuff. d. tract. de deci. num 48. vers. &
24 in dubio. quod in dubio † iudicare debemus id, quod est animæ tutius, & securius, c iuuenis. de sponsa. sed securius est animæ iudicare decimarum vsurpationem, vt satisfaciamus, & eas restituamus, quas prædecessores nostri iniustè detinuerunt, ergò,
25 &c. subdens, Et ob hoc † credo multos in inferno cruciari, qui noluerunt decimas restituere, prout idem Rebuff. vbi num 7. vers. aduerte. refert de Carolo Martello, qui obtinens victoriam contra Saracenos, qui ab Hispania venientes bona, & templa Galliæ deuastauerant, ac qua transierant, destruxerant, volens de laboribus suis nobiles, & Regni proceres recompensare, non dissentientibus Episcopis decimas eisdem nobilibus, & regni proceribus dedit, iurans se omnia ecclesijs, & maiora, si diu viueret, repensurum. Quod non fecit, sed eius sacrilegij causa non multo post mortuus est, ad inferos delatus, vt se eum vidisse Beatus asseri: Eucherius Episcopus Arelaten. magnæ sanctimoniæ tunc temporis vir, & fuit eius cadauer sepultum in æde S. Dionisij, in cuius sepulchro post aliquot annos ingens serpens, fortè diabolus in specie serpentis inuentus est, ex suo autem cadauere, & ossibus nihil omninò inuentum est, adeo quod multi coniectabant eum cum corpore, & anima in inferno ob tale decimarum egregium, & scelestum facinus sepultum. subdens Rebuff. Ecce magnum contra decimarum detinétes exemplū, &c.

Subdens idem numer. 16 versi. quod decimæ.
26 † quia cum decimæ sint Dei, Leui. 27. ibi, Omnes decimæ, Dei sunt, & sunt sanctuarium Dei, ideò laici eas obtinere non possunt, quia sunt illarum incapaces, & vsus decimarum, & oblationum, quia quod diuini iuris est, ad sæculares omnino peruenire non potest, cap. fin. 16. q. 1. nempè Deus assignauit eas filijs Leui, & sic clericis, igitur laici à Deo Optimo Maximo illarum fuerunt facti incapaces vsque de tempore veteris Testamenti, & sic ante Concilium Lateranense, quod ex post superueniens non statuit de nouo, sed declarauit mentem Dei, quia semel Deo dicatum, ad humanos vsus transferri non potest, c. semel de reg. iur. & ea ratione statuit Concilium, quod laici decimas in alium non transferant, quia laici eas vsurpauerant, quas cum non facilè ecclesia posset ab eis recuperare, vt citius, quàm posset, ad ecclesias decimæ reuerterentur ex illorum manibus, adhibendo quod potuit remedium, statuit, quod in alios transferre non possint, cogitans, quod laici saltem in morte decimas suis ecclesijs relinquerent, cum in alios laicos transferre non possent. Facit, quia laici † re- 27
tinentes decimas sunt excommunicati, cap. 2. de reb. eccle. alienan. vel non. & ante etiam decreta Concil. Lateran. fuerat statutum, quod laici essent incapaces decimarum, & detinendo decimas peccarent, habetur in decreta. ad hæc. de decim. vbi statuitur per Alex. III. quod decimæ laicis in feudum non dentur, & datæ per eosdem statim ecclesiæ restituantur sub excommunicationis vinculo, & illa decretal. emanauit ante d. Concilium Lateranense, immo Alex. III. fuit, qui Concilium illud conuocauit Romę paulò ante mortem suam. Immo etiam vsque tempore Vrbani In Concilio Turonensi † id statutum fuit, vt in rub. Epis. vel 28
Abb. in vsib. feud. quod Concilium fuit celebratum de anno 1090. Henric. Boich. in c. quamuis. de deci. Archid. cap. fi. §. illas. de decim. in 6. Vnde siue spectes tempus ante Concilium, siue post, laici semper habiti sunt incapaces iuris decimarum, concludit Rebuff. ibidem numer. 23. vers. itaque. & in versic. seq. Nota, inquit, quod text. in cap. prohibemus. dicit laicos detinentes, quia laici verè dicuntur detinentes, non possidentes, quia non possunt possidere, quod est verbum iuris, l. possessio. ff. de acquir. pos. quia cum sint incapaces, non possunt possidere, sed cum non possideant, detinent, quod est facti, d. l. possessio. & l. stipulatio. §. hac quoque. de verb. oblig. subdens, Et in text. dicitur, quod in alios laicos non transferant; pondera, si in alios, ergò prohibitum erat transferri in laicos cuiuscunque generis, quia indefinita æquipollet vniuersali, l. si pluribus ff. de lega. 2. vnde nec etiam in eorum successores, etiam filios potest laicus decimas transferre, quia id non dicit Concilium Lateranense, & si id voluisset, dixisset. Immò prohibuit, ne in eis succedatur, cap. ad hac eo. Et aduerte, quod in text. d. cap. prohibemus. sunt verba, Non potest, & negatiua præcedens importat necessitatem, & tollit omninò facultatem faciendi in contrarium, gloss. in c. de regu. iur. vnde est remota laicis omnis potestas transferendi decimas in quoscunque laicos, etiam si ante Concilium haberent, quia Concilium loquitur de illis, qui habebant ante Concilium, dum dicit, non transferant, quia non poterant præsagire de decimis, quas obtinerent deinceps. & propter verbum Aliquo modo il-

le text. excludit omnimodam translationem, puta feudi venditionem, donationem, permutationem, emphyteusim, conditionem, vt *c. nulli. de rebus eccl. alie. vel non.* & cum prohibitio Concilij astringat tam dantes, quàm recipientes, extenditur tam ad detinentes ante Concilium, quam post, nempè si laicus donauerit decimas laico, vel in illis suum etiam filium instituerit, quia ille non poterit decimas recipere, immo si receperit, tanquam raptor bonorum Dei Christiana carebit sepultura, secundum Rebuff. *d. loco. versi. ostenditur. num. 30.* vbi dicit, quod iste est verus intellectus, c. prohibemus,
29 qui tam diù latuit. subdens, † In Lateranensi est inhibitum Concilio, ne aliqua persona religiosa decimas de manu laicorum sine consensu Episcoporũ recipiat, *c. cum Apostolica de his, quæ fi. à Prælat. c. cum & plantare. de priuileg.* si religiosi non possunt recipere à laicis, multò fortius non poterunt laici recipere decimas à laicis, & cum decimæ sint à Deo assignatę sacerdotibus solis, qui quotidiè Deo seruiunt, quibus licet has decimas, & oblationes comedere, quia in veteri Testamento prohibuit dominus filijs Israel panes sanctos comedere, nisi tantummodo Aaron, & filijs eius: ergò est dicendum, quod nullo modo laici decimas detinere
30 debent, & si quis † Prælatus, vel sacerdos laico decimam concesserit, à statu suo, sicut arbor, quæ inutiliter terram occupat succidatur, capitulo quamuis, de decimis, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Quinque requisita ad hoc, vt res dicatur solita infeudari.*
2 *Quantum tempus requiratur, vt res dicatur solita infeudari.*
3 *Consuetudo, quòd res dicatur solita infeudari, minoris spatio anno xl. non valet.*
4 *Actus quot requirantur ad hoc, vt res dicatur solita infeudari.*
5 *Res consueta infeudari dicitur, quando sunt elapsi xl. anni, & quando ita bis fuit concessa.*
6 *Consensus capituli an requiratur ad validitatem consuetudinis.*
7 *Consentire quis debeat in alienationibus Ecclesiæ cathedralis, & Ecclesiarum inferiorum.*
8 *Consuetudo debet esse rationabilis, non autem grauosa Ecclesiæ.*
9 *Bona fides præscribentium est quoque necessaria.*
10 *Solitum infeudari quomodo intelligatur.*
11 *Res solita infeudari non dicitur, nisi prima concessio sit valida.*
12 *Res possessa vt feudalis, in dubio præsumitur solita infeudari.*

QVAE REQVIRANTVR, VT DICATUR RES SOLITA INFEUDARI.

QVAESTIO LXV.

SED quoniam Prælatus solita tantum infeudari, solita emphyteuticari, & solita alienari, infeudare, & alienare posse videtur, non solita verò, non nisi cum causa, & solemnitate, & vt suprà proximè, est necesse pro rei, & veritatis cognitione, & intelligentia scire, quare, & quomodo in hac materia intelligatur solitum, & quid requiratur ad hoc, vt quid dicatur solitum infeudari, emphyteuticari, & alienari. Et Doctor. † videntur 1
in hoc facere quinque requisita, videlicèt, tempus, actus, consensus, consuetudo, bona fides: ista dicunt requiri, vt res dicatur solita infeudari, vt per Doct. maximè Iac. de Belui. Lauden. & Card. *in c. 1. qui feud. dar. poss.* & sine istis non possit dici de iure solitum. Et circa tempus, † vt ad primum re- 2
quisitum deueniatur, quantum habeat esse, videntur esse variæ opiniones. nam *gl. in d. c. 1. in verb. antiquitus.* refert duas opiniones, vnam videlicet, vt non sit memoria hominum in contrarium, rem aliter processisse: aliam, quod suffic. ant 30. anni, *l. 1. in fi. cum l. seq. de aqua plu. arcen. Azo. & Nicol. de Neapo.* quod sufficiat tempus 30. anno. *l. competit. & l. omnes, C. de præscrip. 30. vel 40. anno. Iac. de Bel. d. c. 1. requirit* spatium 40. anno. quia cum infeudatio sit alienatio, *l. cum non solum. §. filijs. C. de bonis, quæ lib. c. nulli. de reb. eccl. alie. vel non.* extrà ad inducendum talem consuetudinem tantum tempus videtur sufficere quia tantum sufficit ad alienationem rerum ecclesiasticarũ, *Auth. quas actiones. C. de sac. san. eccl.* sequuntur istam opinionem Itern. Laud. Card. *in d. c. 1. qui feud. dar. poss. Imo. in c. 2. de feud. Bal. in l. de quibus. 14. colum. de leg. Sed Bald. in d. c. 1.* distinguit, aut talis infeudatio est manifestè vtilis ecclesiæ, & præscribitur 30. annis, aut manifestè damnosa, & præiudicialis, & requiritur tempus immemorabile, vel sumus in dubio, & tempus, 40. annorum requiritur, hanc distinctionem sequitur Aluaro. *d. c. j. in fi. cum seq.* Ista opinio Bal. non placet Martin. Laud. nam quod valeat consuetudo damnosa ecclesiæ per tempus immemorabile, est contra text. *in c. 1. de consue. lib 6.* qui text. limitat iura loquentia de præscriptione tanti temporis, vbi non sit minus ecclesiæ onerosa, & quod Bald. dicit de 30. ann. dicit, quod indistinctè ad præscribendum rem ecclesiæ requiritur, & sufficit tempus 40. ann. Bertran. Capri. *d. c. 1.* concludit, quod ad talem cõsuetudinem inducendam sufficit tantum tempus, per quod populi consensus deprehendatur, & deprehendi possit, *d. l. de quibus de leg.* & cum id non reperiatur in iure expressum, residet in arbitrio iudicis, *l. j. § fin. ff. de iure deliber.* Vnde cum istæ sint opiniones Doctorum in materia consuetudinis traditæ per Doctores *in l. 1 & 2. C. quæ sit long. consuetu. & d. l. de quibus, & c. fi. de consue.* & nil noui, & nihil specialiter reperiatur in nostra materia, ex quo ista consuetudo infeudandi est in præiudicium Ecclesiæ in rebus, quæ sunt de mensa, & non infeudari solitis, concludendum videtur, quod secundum communem opinionem Doctorum in allegatis locis non valeat † ista consuetudo, nisi 3
per spatium xl. ann. quæ opinio est * communis Doctorum in nostra materia, vt per Doct. in antedictis locis.

Circa † verò actum, vel actus, qui requiruntur 4
esse facti in tali materia, quod est secundum requisitum, videtur, quod requirantur saltem duo facti, idest, quod saltem bis per vnum Prælatum, vel per diuersos res fue it infeudata, per Iacob. Ardiz in *Summa in rub. qui poss. dar. feud. Belui. in d. cap. 1. qui feud. dar. poss. vbi Alua. Laud. Card. Imo. cap. 1. de feud. 14. colum. Alex. consi. 9. numer. 6. volum 3 & consi. 5.*

consil. 5. numer. 11. volumin. 5. D. *And. de Iser. d. cap. 1. qui feud. dar. poss.* tenet, quod vnicus actus sufficit cum cursu 30. ann. Bertran. Capri. *in d. cap. 1.* quod sit arbitrarium iudici, an vnicus actus sit talis, quod deprehendatur tacitus consensus capituli. Tamen ego concluderem, secundum
* quod concludunt Doctores * communiter in materia consuetudinis, quod non sufficiat vnicus actus, sed duo requirantur, ex quo iura requirunt frequentiam actus, etiam si actus sint notorij, vt per Bartol. & alios, *in dicta l. de quibus, vt per Ias. ibidem colum. 11. numer. 51. volum 5 in 2. par gloss. latè per Abb. in cap. fi. sub numer. 17. versic. dubitatur tamen. de consue.* vbi tenet, quod vnicus actus sufficit, si habet tractum successiuum ad ann. 40. per Afflict. *decis. 305. numer. 10 Ias. consil. 155. colum. 2. vers. quartò facit. & cons. 156. colum. 2. versic. vnde succedit. volum. 1. &*
5 *consil. 155.* dicit; † quod res consueta infeudari dicitur tunc, quando sunt elapsi 40. anni, & bis ità fuit concessa, ità per Iac. de Belui. quem referunt, & sequuntur Canonistæ *in cap. ex parte. de feud. Alex vbi sup. Bal in d. l. de quibus. de leg. 18. colum. versic. quæro ergo, quantum tempus requiratur. Raph. Cuma consi. 129. incip. quadam possessio erat solita dari in feudum. And. de Iser d. cap. j. de his, qui feud. dar. poss.* quod ista consuetudo non est præscripta, nisi spatio 40. ann. secundum Cano. secundum ius ciuile 30. quibus fures, & latrones sunt tuti, & sic oportet, quod 40. anni sint lapsi, quod quis tenuit in feudum rem, etiam si semel tantum hoc tempore data fuerit in feudum, aliàs non esset consuetudo, *cap. cum Ecclesia. de causa. poss.*

Quo ad consensum autem, quod videtur
6 tertium requisitum, videtur omnino, † quod ad validitatem consuetudinis requiratur consensus capituli expressus, aut saltem tacitus, vt est de mente præfatorum Doctorum, & præsertim Lauden. Aluaro. Card. *in d. cap. 1. qui feud. dar. poss. per Alex. d. consi 9. sub numer. 6. & seq. volum. 3.* Si tamen Prælatus non habet capitulum, putà, quia propter guerram ecclesia est destructa, tunc recurritur ad Abbatem, & alios *in cap. 1. de his, quasi. à Prela.* in illa q. cuius consensus requiratur in alienatione rei Ecclesiæ inferioris collegiatæ, vt illius requiratur scientia, & consensus præsumptus, cuius authoritas requirebatur ad alienationem, quia loco canonicorum adhibebit consensum aliorum honestorum clericorum, *arg. 65. dist. si fortè. 17. quæst. 4 cap. nullus. vt per Abb. in d. cap. 1. vbi suprà.* quo in lo-
7 co etiam ponit, quis † habeat consentire in alienationibus ecclesiæ cathedralis, vt ecclesiarum inferiorum, quod videlicèt in cathedralis consentiat capitulum, in inferiorum autem est Episcopus, qui alienat, & tunc collegium, si sit collegiata ecclesia, consentiat, vel rector, si sit non collegiata; si vero non sit ipse Episcopus, qui alienat, sed sit collegium, facit de authoritate Episcopi; si vero non sit collegiata, rector alienat cum authoritate Episcopi.

Quarto requiritur consuetudo, quæ consuetudo debet esse rationabilis, non damnosa, aut
8 grauosa ecclesiæ † nimis, per text. *in cap. fi. de consuetu.* tenent *Iac. de Belui. Lauden. Cardin. in d. cap. 1. qui feud. dar. poss. Alex. in d. consil. 9 sub eo. numer. 6. volum. 3.* & damnosa intelligitur diuersimodè.

† Quintum requisitum est bona fides præscri- 9
bentium, per text. *in d. cap fi. de consue. cap. 1. eo. titu. in 6 & gloss. in c. pen. eo tit. & ibi. Abb. in c. cum Ecclesia Sutrina. de causa poss. & propri. 12. colum per Iac. de Belui. Martin. Laud. & Card. in d. c. 1. qui feud. dare possunt.*

† Istam materiam rei solitæ infeudari intelli- 10
ge, & declara, vt per Card. *d. cap. 1. & Paul. de Cast. in consilio. 134. incip. viso.* quod cum dicimus solitam infeudari, aut nitimur ex aliquo statuto superioris, & tunc solum, & vnicum statutum sufficit, si statutum sit conditum ab potestatem ad id habente, per Bal. *in Authent. si quas ruinas. Codic. de sac. eccle.* Aut nitimur ex sola, & simplici consuetudine, & tunc omnia supra dicta quinque requisita sunt necessaria. Aut constat, quod semel res fuit licitè, & solemniter infeudata, & quod infeudatio est facta legitimè, putà cum interuentu Papæ authoritatis, & interuenerunt alia requisita in alienatione ecclesiastica, & tunc non requiritur aliqua consuetudo, nec quicquam aliud, probatur in *d. cap 2. de feud. cap. 1. Episco. vel Abb. Imo. in l. 1. vbi Bar. Codic. de impo. lucra. descrip. lib. 10. idem Bar. in l. pater. §. quindecim. de legatis tertio.*

Vnde procedit, quod dicitur de re solita, aut quando vna præcessit legitima infeudatio, aut præcesserunt ad minus duæ illegitimæ cum bona fide eorum, qui acceperunt, concurrente spa-
tio 40. ann. Et intellige, † quod dicit Alexand. *in* 11
dicto consilio 9. quod ad hoc, vt dicatur res solita infeudari, oportet, quod prima concessio sit valida, quia intelligitur, vbi vna tantum præcessit, vel non concurrit tempus quadraginta annorum.

Et præfata intelliguntur, vbi constat de ini-
tio concessionis, & de progressu, sed cum † su- 12
mus in dubio, si est, & fuit res possessa vt feudalis, præsumitur solita infeudari, per ea, quæ habentur *in capitulo cum Apostolica. de his, qua fi. à Prælat. & in l. qui in aliena. ff. de acqui. her. tangunt Laud. & Card. in d. cap. 1 Epis. vel Abbas.* Quinimmo per solum vnicum actum Prælatus dicetur esse in possessione infeudandi, *d cap. cum Ecclesia Sutrina. de causa poss. & propr. Iser. in d. cap. 1. qui feud. dar.* vbi dicit, quod ius æquius, & vtilius statuit pro ecclesijs, vt tunc Prælati, & rectores earum infeudent, quando consueuerunt; vnde si præcessores consueuerunt in feudum dare, ità quod consuetudo dandi erat inducta, & si vnus prædecessor non dedisset, posset successor dare, arg. quam no. in c. cum de consuet. nisi à prædecessore fuisset illud feudum retentum in dominio per 30. ann. quia eo casu erit inducta consuetudo non dandi per tantum tempus, quia immutatur rei conditio, quia & personæ; si tanto tempore quis Curiæ seruiuisset, & tanto tempore acquiritur ius vasallagij: item secus, quando prædecessorem quidam concessissent rem in feudum, quidam nõ,

arg ff de alim & ciba.l.Mela.§.sed si. nam inspicitur, quid vltimus prædecessor fecerit per triginta annorum, & si bis, aut ter data esset res in feudum, duæ vices facere videntur consuetudinem. *l 3. C. de episc. audien.* & per hoc probatur quasi possessio, scilicet, quod sit in quasi possessione concedendi rem illam in feudum. & idem Iser. ibidem paulo ante dicit, quod si Prælatus tempore sui introitus ad Ecclesiam inuenit feudum apertum in vero dominio, quia nondum erat à prædecessore concessum alteri, dummodo aliàs sit datum in feudum, dabit & ipse in feudum, nam sufficit Prælato inuenire, quod fuit data res in feudum, & quod feudum est apertum, nam dabit, & ipse.

ADDITIO.

Vide, quæ posui *suprà q.54.* Quæ requirantur, vt dicatur legitimè concessa, Bero. in c. quæ in Ecclesiarum, numero 40. de constitut. Sed requiritur spatium quadraginta annorum, intra quos bis saltem res fuerit concessa, secundum Iaco. de But. Bald. & Imo. quos refert, & sequitur Alexandr. *consil.5. numer.11. volum.5. Imo. in c. ex parte. num 37. de feud. Dec. in Auth en. qui rem. C. de sacros. eccles.*

Sed immo per vnicum actum res dicitur solita concedi, vt per Bero. *consil.154 num.30. & seq. vol.2.* Item consuetudo inducitur per vnicum actũ continuatum per 40. annos, Fely. *in c ex nostra. nu. 42. & seq. de rescri.* Sed contrà, quod consuetus non dicatur per duas, vel tres vices, Alexandr. *cons.72. nu. 8. vol.1.*

Et quod res dicatur solita per vnam vicem, Loazes in consilio super oppido Mulç. *car.102. nu.24. & plur seq.*

SVMMARIVM.

1 *Quinquagesima pars pretij, vel æstimationis rei in emphyteusim concessa domino soluitur.*

2 *Exempti à muneribus propter filiorum numerum, an excusentur à quinquagesima.*

3 *Quinquagesima in aliquibus locis minuitur, & in aliquibus locis laudemium appellatur.*

4 *Laudemium semper debet solui domino directo, etiã si secundus emphyteuta alij vendat.*

5 *Emphyteuta si duobus soluit, cui debeatur laudemium.*

6 *Dominus prior semper est requirendus.*

Quid si non apparet, quis dominus sit prior, aut maior? vide nu.7.

8 *Contractus si resolutus fuerit, an domino duplex laudemium debeatur.*

9 *Redimens rem ex pacto de retrouendendo tenetur etiam ad laudemium solutum per emptorem.*

10 *Venditor pro retrouenditione, qua fit, an teneatur ad aliud laudemium, & nu.11.*

12 *Laudemium non debetur domino directo ad ratam pretij communis æstimationis fundi venditi cum pacto de retrouendendo.*

13 *Emphyteuta si vendat domino directo, non tenetur soluere laudemium.*

14 *Laudemium an debeatur domino proprietatis, vel domino vsusfructus.*

15 *Fructus est vtilitas ex re, vel propter rem proueniens.*

16 *Inuestitura ex inductione in possessionem noui emphyteuta non potest per substitutum adimpleri.*

17 *Clausula Pro se, & successoribus suis, & cui dederit, Quid operetur in hac materia.*

18 *Laudemium debetur etiam de ædificio ab emphyteuta superædificato.*

19 *Laudemium an debeatur ex contractu nullo.*

20 *Laudemium non debetur ex contractu conditionali ante euentum conditionis.*

21 *Laudemium non debetur ex distractu.*

22 *Laudemij exactio non requirit traditionem rei, nec pretij solutionem.*

23 *Emptor, non autem Venditor tenetur ad laudemij solutionem.*

24 *Acquirens tenetur ad gabellam vigore statuti soluendam.*

25 *Emphyteuta nouus dicitur, qui priori in inuestitura comprehensus non est.*

26 *Comprehensi in inuestitura non tenentur ad solutionem quinquagesimæ, nec inuestituram petere.*

27 *Feudatario mortuo tenentur filij, vel nepotes inuestituram petere.*

28 *Laudemium an debeatur ob permutationem rei emphyteuticæ.*

29 *Laudemium quare soluatur.*

30 *Laudemium an debeatur ob donationem rei emphyteusis.*

31 *Laudemia in aliquibus casibus non debentur.*

32 *Laudemium an debeatur ob alienationem rei feudalis*

33 *Dominus non cogitur inuestire rusticum de feudo.*

34 *Laudemium in re feudali diuersimodè soluitur secundum locorum consuetudines.*

35 *Ex contractu, in quo venditor constituit se nomine emptoris possidere, possessione nondum tradita, non debetur laudemium.*

36 *Clausula constituti, vel vsusfructus retentio non facit, vt res committatur.*

37 *Traditione vera facta, dominus contra emptorem agere potest ad commissum.*

38 *Res emphyteutica dari potest in dotem filiæ, aut filio in donationem propter nuptias.*

39 *Res emphyteutica si data sit in dotem, an soluatur laudemium. Æstimatio quando emptionem faciat, ibidem.*

40 *Laudemium an debeatur in alienatione facta in vltima voluntate.*

41 *Locatio ad 10. annos dicitur ad longum tempus.*

42 *Locatio ad longum tempus est alienatio.*

43 *Alienatione interdicta censetur prohibita alienatio ad decem annos.*

44 *Emphyteutæ non possunt locare ad decem annos.*

45 *Emphyteutæ si diuidant inter se rem emphyteuticam, non debetur laudemium domino.*

46 *Res litigiosa etsi alienari non possit, potest tamen inter socios diuidi.*

47 *Laudemium non soluitur de alienatione necessaria.*

48 De-

48 *Dominus ob negligentiam in recipiendo emphyteutam amittit laudemium.*
49 *Dominus potest moram purgare commissam in non recipiendo emphyteutam.*
50 *Laudemium in aliquibus casibus non debetur.*
51 *Laudemium an debeatur, quando res in solutum datur.*
52 *Laudemium an debeatur ex transactione.*
53 *Laudemium debetur ex diuisione.*
54 *Laudemium an ex venditione annui reditus, vel vectigalium debeatur.*
55 *Laudemium debet solui attenta quantitate pretij, & vlterius attenta quantitate donata.*
56 *Laudemium an debeatur ex venditione rei subiecta retractui.*
57 *Euictionis potestas tollit intellectum acquisitionis.*
58 *Res subiecta restitutioni sub cōditione possunt pendente conditione alienari.*
59 *Laudemium an debeatur ex contractu ipsius retractus.*
60 *Contractus retractus, quia fit ex necessitate, non obligat ad laudemium.*

DE LAVDEMIIS PRO ALIEnationibus, & Inuestituris soluendis.

QVAESTIO LXVI.

SI verò per emphyteutam fiat aut venditio, aut permutatio, vel cessio, vel iuris sui emphyteutici, vel suorum melioramentorum, quæ Græco vocabulo emponemata, aliàs emphyteomata tex. appellat. *in l. 2. Cod. de iur. emphy.* alicui alteri, Domino directo, pro consensu, quem præstare debet pro inuestitura nouo emphyteutæ facienda, pro accipiendo eundem in emphyteutam suum, & suum debitorem, pro subscriptione sua, & pro immissione illius in possessionem, pro noua inuestitura nouæ personæ facienda, & quia inuitus cogitur nouum debitorem recipere formam Iuris, in qua receptione, ne fortè afficiatur damno, solui debet quinquagesima pars pretij, vel æstimationis rei in emphyteusim concessæ, & sic ad rationem duorum pro centenario; per Fulgo. *consi. 6. Aret. consi. 41. Alex. consi. 5. & 123. l. 5. Brun.*
2 *consil. 44.* vbi declarant † etiam, an ab ista quinquagesima excusentur illi, qui propter numerum filiorum à muneribus realibus excusantur, per Cagnol. *in l. 2. C. de pact. inter empt. q. 82. vlt. versic. per text. in l. fin. §. & ne auaritia. C. de iure emphyt. per glo. ibi, in verb. pretij. & in verb. æstimationis. qua inquit, hoc dari pro renouatione.* quæ quinquagesima hodie, secundum consuetudinem, est reducta ad trigesimam per Hostien. *in Summa de loca. §. quid sit de natura huius contractus. numer. 12. versi. & Dominus emphyteutam nouum.* vbi dicit; quod non licet Domino occasione ista exigere vltra quinquagesimam partem pretij, vel æstimationis loci, qui ad aliam personam transfertur, loco cuius quinquagesimæ quasi generalis consuetudo trecenum induxit, tantum enim in compluribus locis accipitur pro laudismo, &c. Sed Ioan. de Imol. *in cap. potuit. extra loca. colum. 7. versi. item quando sit donatio. secundum Cyn. quem ibi adducit in l. fi. Codic. de iure emphyteut.* ait, quod illud, 3
† quod dicitur de quinquagesima † soluenda, quando confertur emphyteusis in alium, de consuetudine in aliquibus locis non seruatur, & in aliquibus locis minus soluitur, quàm quinquagesima, quæ in aliquibus partibus appellatur laudemium; quia fortè datur pro laudatione, & approbatione, quam facit Dominus recipiendo nouum emphyteutam: in aliquibus verò locis nihil soluitur, vt ibi per eundem. in aliquibus locis, vel ecclesijs vidi solui quinque pro centenario valoris rei, in aliquibus plus, in aliquibus minus, & variè secundum locorum varietatem.

Et quod ex venditione, quam facit emphyteuta, vel de iure emphyteutico suo, vel de melioramentis suis quinquagesimam, siue laudemium solui debeat Domino directo, vltra text. *in dicta l. cum dubitabatur. quæ est fin. Cod. de iure emphyteut. in verb. pretij.* dicit etiam glo. ibi, quæ exponit pretij, id est, quando venditur. & ibi Doctor. habetur quoque per Specola. *de loca. §. nunc aliqua. versicu. centesimo quæritur.* vbi dicit, quod si emphyteuta volens vendere, vel ius suum vel suas meliorationes, denunciat ecclesiæ, quæ si ei det licentiam vendendi, & dicat ei, Vende in nomine Domini, quia volo quinquagesimam, tunc liberè, nihil vlterius expectato, potest vendere. Et per eundem *in versic. 104. quæritur.* si ecclesia concedat prædium alicui, vt reddat ecclesiæ quartam partem fructuum, si vendit ius suum, non tenetur requirere consensum Domini, nec Dominus habebit pro subscriptione, aut confirmatione contractus laudemium, secundum, inquit sententiam rusticorũ, qui dicere solent, quod tasca, seu quarta pars Dominium non importat, nec pro ea laudemium debetur, sed id non procedit, si concessio prædij fuerit, inquit, emphyteutica, & contractus emphyteusis. † Vnde Domino directo semper de- 4
bet solui laudemium, etiam si secundus emphyteuta vendat alteri emphyteusim, quia Domini directi ille tertius emptor debet habere consensum, per Spec. *in d. §. nunc aliqua. versi. 126. Iasi. in d. l. fi. colum. 12. versi. octauò quæro. num. 48. Subdens ibidem d. versi. 104. Spec.* quod si emphyteuta, qui mihi † soluit annuatim duodecim denarios cen- 5
suales, & tibi certam partem fructuum, velit ius suum alteri vendere, quod in solutione laudemij, & cui debeat solui laudemium, mihi ne, an verò tibi, inspici debet, quis nostrum sit primus, id est, quis nostrum primus emphyteusim concessit; quia, inquit, potest benè esse, quod ego dedi alicui in emphyteusim pro certa pensione, & ille pòst de consensu meo concesserit alteri, retenta sibi redituum certa parte, quo casu à me est consensus requirendus, & laudemium mihi solui debet. Et è contra est possibile, quod tu dederis mihi rem in emphyteusim, retinendo tibi loco cōsensus quartam partem, & ego post de tua voluntate alteri concesserim, mihi annuam pensionem retinēdo, quo casu in euentum, quod sequatur emphyteusis alienatio, tu ad cōsensum præstandum requiri debes, & tu habere debes laudemium, quia semper

6 † maior, siue prior dominus requirendus est. Sequitur Ias. *in d l. fi. col. 11. num 46. vers. sexto quaro.* vbi addit vlterius aliũ casum, quia potest esse, quod ego cóceßi tibi rem in emphyteusim, vt mihi solueres duodecim denarios annuos, & Titio quartã partem fructuum, & isto casu ego deberem habere laudemiũ. subdens, quod decisio Spec. est, quando sumus in casu, in quo apparet, quis nostrũ concessit in emphyteusim, quia concessor habet ipse habere laudemium. Sed quid in dubio, quando non apparet, quis nostrum concessit? & secundum
7 Ioan. Fab. & † Specula. tenet, quod in dubio vtriq; est soluendum, & ab vtroque consensus requirendus.

Et si emphyteuta vẽdidit emphyteusim, & post sit resolutus contractus, putà consensus ipsarum partium, an pro renouatione domino competit duplex quinquagesima, aut duplex laudemium,
8 tanquàm † pro duabus venditionibus, an vero pro vna; vel melius sit dicẽdum, quod dominus teneatur reddere laudemium, quod primo recepit, tanquam quod cesset causa, ob quam recepit? Remittit se Ias. *in d. l. vltima, col. 13. nu 51. q. 11. ad dicta Guliel. de Cun & Albe. in l. ab emptione ff. de pact. vbi Castr.* quod si dominus rei emphyteuticæ concedat licentiam vendendi saluo iure laudemij sui, quia debet aliquid recipere pro laudatione, & emphyteuta vendat, posteà resoluatur, an, inquit, debebit habere semel, vel bis, aut nihil? Et, inquit, si quidem sit facta resolutio vt ex tunc, quia fingitur nõ facta, & tunc nihil debebit habere, si vero exnunc, tunc si est simplex resolutio, debebit semel habere, & si est noua venditio, debebit habere bis: & hæc, inquit, colliguntur ex dictis Guliel. hic, vbi Barto. & Ias. quod si resolutio fiat ipso iure, non soluitur, & ideò si contractus deficiat, quia conditio adiecta non venit, ex quo nullus est contractus, nulla gabella, nullum laudemium soluitur. Si vero res ematur cum pacto de retrouendendo, tunc quia resolutio non fit ipso iure, videtur esse soluendum laudemium, Parpur. ad Ias. *in d. l. fi. ead. q 11. numer. 51. littera B. Et Cagn. in l. 2. C. de pact. inter emp. q. 82.* posita quæstione, quod quidam emit rẽ emphyteuticam cum pacto de retrouendendo infra x. annos, & persoluit laudemium, venditor volens redimere deponit pretium, quærit, an vltra
9 pretium † teneatur & laudemium soluere emptori? vbi post multa in contrarium adducta, tenet, quod laudemium soluũ emptori restitui debet, quia alias in damno, & iactura remaneret, tenet Tiraq. *de retract. conuentio. §. 6. gl. 2. vers. sed quid de*
10 *laudemijs. nu. 3. & vers. antecedenti, nu. 2.* Subdens † Cagn. quod pro retrouenditione, quæ fit, tenetur iterum venditor soluere laudemium, secundum Iac. de S. Georgio. Sed secundum theoricam Alb. Ang. Pau. Castr. cum sit simplex resolutio, non noua venditio, semel tantùm laudemium debetur.
11 vnde, inquit, in terminis illius legis, † cum sit restitutio, non autem noua venditio non nouã emptio, semel tantum soluitur laudemium. vbi ad euitandam geminatam solutionem laudemij, dat cautelam, vt non fiat pactum de retrouendendo fundum restituto pretio, vt ibi per Cagn.

† Subdens idem *d. l. 2. q. 89.* quod si sit facta venditio fundi cum pacto de retrouendendo, laudemium non debet solui ad ratam pretij communis æstimationis fundi, & ad ratam centum, si centum fundus communiter æstimabitur, quia debet habere respectum ad pactum de retrouendendo, & ad onus dicti pacti, quod facit fundum minus valere ratione oneris annexi, & pretium, quod reperietur, communiter inspecto, & considerato illo onere taxandum erit, & de pretio illo taxato erit soluẽdum laudemium, quia laudemium soluitur de pretio rei emptæ, *dicta l. fina. C. de iure emphyt.* & consequenter minus erit pretium, minus laudemium. Sed an in casu venditionis factę cum pacto de retrouendendo, pendente tempore facultatis redimendi debeatur, & peti poßit laudemium? Tiraquel. *d. loco* tenet, quod non, quia ex venditione facta cum pacto legis commissoriæ, vel addictionis in diẽ non debentur laudemia, donec venditio pura, aut irresolubilis sit facta, per Pet. Iac. *quem allegat. in tit. de act. in rem, pro re emphyt. Gui. Pap. deci. 48.* Est etiam aduertendum, quod tale pactum verbis directis in contractu venditionis appositum, ipso iure contractum resoluit, & facit illum haberi pro infecto, glo. & Docto. *in d. l. ab emptione. ff. de pact.* & ex contractu huiusmodi non soluitur laudemium, vt dicemus infrà, *vers. Sed quid si res emphyteutica.* 12

Si verò per emphyteutam ipso Domino directo venditur ius emphyteuticum, vel venduntur meliorationes, tunc quidem non soluitur † laudemium, nec per eum in pretio quinquagesima retinetur, quia quinquagesima debetur propter consensum præstitum emphyteutæ in tertium alienanti, *dicta l. secunda, Cod. de iure emphyteu. versic. & ne auaritia, vbi Alb.* Item ex eo, quia dicit tex. quod cum Dominus velit emere, tantum soluere debet, quantum emphyteuta ab alio inuenit, *in d. tex. versi. & ne hac occasione.* quod non esset, si Dominus quinquagesimam retineret, Albe. *in l. quod si vno. ff. de in di. addic. & per alios, quos refert Ias. in d. l. fi.* tenentes, quod cum quinquagesima soluatur Domino pro noua inuestitura, & pro receptione noui emphyteutę, in qua receptione fortè Dominus afficeretur damno propter mutationem personæ, & quia in hoc grauatur, quia nouum debitorem inuitus recipit, quod est contra ius commune, *l. si mandato. in prin. ff. manda.* quod non soluitur in casu, quando Dominus emit, in quo omnia cessant. 13

† Sed multi tenent, quod laudemium, quod soluitur propter renouationem debitoris, emphyteuta vendente, vel cedente, non videtur deberi Domino proprietatis, sed Domino vsufructuario, per Io. Andr. *in Spe. §. nunc aliqua. versi. 93. quaritur. de loca. verb. qui tabernas.* vbi dicit, quod si sit legatus vsusfructus omnium bonorum sitorum vltra flumẽ, inter quæ bona adsit emphyteusis, quod vsufructuarius debet habere pretiũ renouationũ, *l. vsufructu legato. §. 1. & 2. & l. item si fundi. ff. de vsufr. leg.* quia, inquit, constat istas obuẽtiones contineri appellatione bonorũ, *l. bonorum. ff. de verb. sig.* & fructus est vtilitas ex re, vel propter † rem prouenięns, *l. fructus. ff. de reg. iur.* & licèt tempo- 14 15

tempore legati facti non debeantur actualiter, tamen spe debentur, *l. spem. C. de don. l. multum interest. ff. de haere. aut act. vend.* etiam quia vsufructuario debetur omnis vtilitas etiam ex incorporalibus proueniens, etiam si de quinquennio in quinquennium proueniret, & vbi debetur omne proueniens ex obligatione conuentionali, sic & omne, quod prouenit ex obligatione legali, deberi debet, quia non est minoris efficaciae; & quod debetur ex renouatione inuestiturae, videtur nouum incrementum legato implicitum, quo detectum legatario cedit, *l. fi. de vsufruct.* tenet *Oldra. consil. 24.* quod D. Huber. de Cun. loquens de patre vsufructuario rerum aduentitiarum filiorum, *l. fin. § filijs autem. C de bon. qua lib. Alber. in l. vsufruct. leg. colum. 2. versicu. item quaero. ff. de vsufruct. & in rub. C. eod. titu. Castr. qui tamen non firmat, in l. 2. C. eod. titu. Alexandr. in l. diuortio. §. si fundum. colum. penul sol. matrimo. Tiraquel. de retract. §. fin. titu. versic. ex quo nostrates. numer. 106.* vbi id firmat per multas authoritates, & iura, quae cumulat. est de
* hoc * communis opinio, vt per Socin. *consil. 70 numer. 31. lib. 3. refert Iul. Clar. §. emphyteusis. lib. 4. quae. 23. versic. fin. per Guid. Pap. decis. 477.* vtrum proprietarius. vbi habetur, quod si sit proprietarius, & vsufructuarius, proprietarius est, qui debet laudare, & inuestire, sed laudes pertinebunt ad vsufructuarium, contra Ias. *in d. l. fina. colum. 2. numer. 48. versic. octauò quaero C. de iure emphyt. vbi allegat gloss. & Spec.* Sed pro hac opinione faciunt ea, quae deduco in sequen. quia cum laudemium soluatur pro eo, quod dominus directus recipit nouum in emphyteutam debitorem, illum inuestit, inuestiturae consentit, pro subscriptione, pro labore inuestiturae, pro ponendo in possessione, Guid. Pap. *decisio. 101. si quis rem.* qui labores, & qui actus debent explicari per ipsum dominum, nec possunt per substitutam personam, vel procuratorem adim-
16 pleri, † notabiliter *gloss. in l. 1. ff. de procurato. in verb. vel nolunt. in fi. Ias. in d. l. fi. C. de iure emphyteu. in princip.* vbi dicit, quod dominus tenetur nouum emphyteutam inuestire, non per procuratorem, sed per seipsum, vel per litteras, aut per aliam scripturam testes habentem, &c. vnde domino directo, non vtili laus deberi videtur.

Sed quid si emphyteuta vendat, aut alienet emphyteusim, vel melioramenta de voluntate domini, puta, quia sic conuenit, aut sic pactum fuit inter eos per clausulam in instrumento, Pro se, & suis haeredibus, & cui dederit, apponi solitam, an isto casu, quia secundus emit à primo de consensu domini, requiratur alia renouatio, alia inuestitura, & an requiratur solutio laudemij? Et videtur, quòd non: id expresse tenet Ioan. de Anan. *consil. 90 quia dubium Anchar. consil. 63. motiua iudicis. sequitur Ias. in d. l. fin colum. 10. numer. 40. versic. sed antequam. C. de iure emphyt.* Contrarium videtur verius, per Salyc. *in d. l. fin. colum. 1. versic. sed iuxta primum. Socin. iun. consil. 70. numer. 11. & post numer. 27. lib. 3.* dicit esse * communem opinionem.
Et est ratio; quia solutio laudemij fit propter nouã inuestiturã, vnde nihil refert, an prim' emphyteuta potuerit vẽdere dominio irrequisito, aut nõ, sed solummodo an nouus acquisitor opus habeat noua inuestitura, vel recognitione à Domino directo: sequitur Iul. Clar. *d. §. emphyteusis. q. 23 vers. sed quid si.* habetur per Bal. *in d. l. fi versi. sed iuxta.* vbi dicit, quod licèt per illa verba, Pro se, & successoribus suis, & cui dederit, emphyteuta possit alienare sine consensu Domini, quia verba debẽt aliquid operari, tamen, inquit, fateor, † quod per 17
illa verba non intelligitur facta remissio quinquagesimae: quia licèt alienetur sine nouo consensu, tamen soluitur, & solui habet quinquagesima. & secundum istam doctr. Bal. ego obseruo iudicare. Et nedum soluitur quinquagesima, siue laudemium de valore areae, siue loci primo in emphyteusim concessi, † sed etiam soluitur de valo- 18
re, siue de aestimatione aedificiorum super aedificatorum. Nam si dedi alicui in emphyteusim aream parui valentem, super qua sunt aedificata aedificia magni valoris, purà, palatia, turris, aut similia, quia aedificium cedit solo, *l. 1. § quod ait. ff. de superfic.* & quia superficies est pars loci, debet solui quinquagesima, vel laudemium valoris, & aestimationis, nedum areae, sed & superficiei, & superaedificatorum omnium, tenet Ias. *d. l. fi. colum. 11. nu. 44. vers. quarto quaero.* quod dicit verum, saluo nisi inter Dominum directum, & emphyteutam pactum in instrumento inuestiturae fuisset appositum, vt apponi solet, quod superficies, & illud, quod per emphyteutam fuisset super dicta area aedificatum, esset, & esse deberet proprium dicti emphyteutae, & illud emphyteuta iure proprio teneret, & tenere haberet, quia eo casu quinquagesima tantum valoris, & aestimationis nudae areae, & loci, deducta superficie, solui debet: istud enim pactum, & ista conuentio est contractus licitus.

† Sed quid si res emphyteutica sit nulliter vẽ- 19
dita, nulliter concessa, & alienata, an ex tali nulliter facta concessione debeatur Domino laudemium? Et videtur, quod non: quia ex contractu nullo, nulla debet solui gabella, quae à statuto de omni contractu solui iubetur, dicunt Bar. Bal. & Pau. de Cast. *l. vlti. § fin. autem. C. commun. de lega. vbi etiam Corne. & Iaso colum. 2. per Bal. in l. non dubium 2. no. & ibi Fulgos. colum. 10. & Ias. colum. 2. C. de leg* & quod ex contractu nullo non debeantur laudemia, dicit per verba expressa Io. Fab. *d. l. vlti. col. 2. verb. in irritum. & in l. 1. C. quan. lic. ab empt. disced. refert Tiraq. de retra. §. 1 gl. 2. §. sed alia. numer. 7. vbi multa cumulat.*

† Nec minus videtur deberi laudemium, si 20
venditio, vel alienatio, aut concessio sit conditionalis ante euentum conditionis, per Guido. Pap. *consil. 126. de anno Domini. 2. dub.* refert, & sequitur Tiraq. *de retrac. §. 1 glo. 2. versic. ea quibus fit. num. 22.* quia de huiusmodi contractu non debetur gabella, nec etiam de legatis conditionalibus, statuto iubenter gabellam solui de contractu, & legato, Bar. *in l. cum Titio. ff. ad legem falcid. Bald. in l. annalib. C de leg. Soc.* sequitur, & refert. *in l. 1. 2. col. vers. ex quibus. ff. de vulg. & pupil.*

† Nec minus, videtur soluendum laudemium 21
ex distractu, siue quando partes spontè discedunt à contractu, restituta vicissim inter se re, & pretio, de secundo discessu, siue distractu nõ debetur laude-

laudemiũ, nec altera gabella, etiam statuto iubẽte, Guliel. de Cũ. Abb. Ang. Pau. de Cas. *in l. ab emptione ff. de pac. Tiraq. de retrac. §. 1. gl 2. vers. nã quod ad hoc nu. 39.*

22 † Nec secũdum aliquos exactio laudemiorum requirit rem esse traditam, & rei traditionem ex venditione sequutam, vel pretium esse, vel nõ esse solutum. quia ad perfectionandam venditionem, quæ solo consensu perficitur, nõ videtur necessarius actus traditionis, Fran. Areti. *in l. si fideiussor §. meminisse col. 2. vers. super secundo. ff. de leg. 1. dicit Tiraquel. vbi sup. vers. ego verò scio. num. 48.* quod dominus potest petere laudemium ex venditione ante traditionem, etiam si lis sit inter emptorem, & venditorem super traditione rei, quia sufficit rem esse venditam, *l. 1. & 2. Cod. de rescind. vend. per Bertr. cons. 199. viso casu. lib. 1.* qui tenet, quod debetur laudemium, etiam si contrahentes ante traditionem discesserint à contractu, & id ratione dictum videtur, quia emptor licèt non sit dominus ante rei traditionem, tamen habet actionem ad rẽ sibi tradendam, & ad dominium sibi transferendũ, *l. ex empto. in princip. ff. de act. emp. & l. in conuentionalibus. in fi ff. de verb. oblig.*

23 Et ad † solutionem laudemij, aut quinquagesimæ tenetur non emphyteuta, qui vendit, aut alienat, sed qui emit, & recipit ab eo, & sic secundus emphyteuta est, *gloss. quæ dicit in d. l. fi. C. de iur. emphyt. in verb. & ne auaritia. in verb. recipere.* quæ dicit, à nouo emphyteuta. & sic vult, quod nouus emphyteuta, & acceptor est, qui tenetur soluere laudemium domino, sequitur Ias. *in d. l. fi. colum. 10.*

24 *num. 41 versic. primò quæro.* vbi dicit, † quod ità obseruatur, subdens, Adde, bene facere, quod in simili vult Bald. *in l. si is, qui pretium 2. colum. C. de adil. act.* quod quando in statuto non sit mentio, quis teneatur contractus soluere gabellam, regulariter intelligitur teneri acquirens, & sic emens, non vendens, per text. *in l. debet. circa finem ff. de adil. act.*

25 *Bal. in rub. Cod. de reb. cred.* Et † nouus emphyteuta, secundum Sal. *ibidem 7. colum.* ille dicitur, qui in priori inuestitura non est comprehensus, nec nominatus. idem tenet Bal. *ibi 3. colum. versic. item quinquagesima.* vbi dicit, quinquagesimam deberi domino à nouo emphyteuta, & dicitur nouus, qui sub priori inuestitura non est comprehensus. idem habetur per Goz. *consil. 65. per tot. & maximè in princip. & Ias. vbi supra. versic. secundo quæro.* sub-

26 dit, quod si quis habeat † emphyteusim pro se, & filijs, ac nepotibus, isti filij, & nepotes non tenentur ad solu. alicuius quinquagesimæ, siue ad soluendum laudemium domino, immo nec tenentur nouam inuestituram petere, per *gloss. in Authen. si quas ruinas, in gloss. 2. super verb. debetur. C. de sacro-*

27 *sanct. eccles.* † licèt sit secus in feudo, quia mortuo patre, filij vel nepotes tenentur petere inuestituram, & facere se inuestire infrà annum, & diem à die mortis, alias feudo priuarentur, *cap. 1. quo tempo. mil. inuestit. pete. debe. in vsi. feud. Idem tenet Bal. allegato loco,* quod si quis recepit pro se, & filijs, & nepotibus, nec filij, nec nepotes tenebuntur ad istam quinquagesimam, nec minus isti tenentur nouam inuestituram recipere, licèt sit secus in re feudali, quia feudo finito per mortem prioris, sequentes tenentur infra annum, & diem petere inuestituram, refert, & sequitur Gozad. *in cons. 65. numer. 1. & nume. 13. per Iul. Clar. in d. §. emphyteusis. eod. lib. 4. senten. quæst. 23. vers. vlterius quæro.* & in Regno Neapolis per mortem prioris filij, vel nepotes infra dictum tempus petunt inuestituram, & soluunt medietatem fructuum vnius anni.

Ista autem quinquagesima soluitur, vt est dictum, quando fit alienatio emphyteusis per venditionem, quid cum sit permutatio, donatio, infeudatio, constitutio precarij, aut alia alienatio? Et † pro permutatione rei emphyteuticæ de iure 28
nulla debent solui laudemia, quia in permutatione non interuenit pecunia, de consuetudine tamen Franciæ in patria Delphinatus ex permutatione media laudemia debentur, Guido. Pap. *deci. 92. incip. de consuetudine.* vbi ponitur casus, quando in permutatione emphyteusis ab alia parte interuenit res immobilis cum aliqua parte pecuniæ, quia res in excambium data non æst æqualis, & tunc dicit, quòd iuxta d. consuetudinem medium laudemium deberi potest, Alcia. *de verb sign. fol. 8. versic. quapropter. idem in l. 2. in princ. nu. 19. ff. de verb. obli. Tiraq. de retract. §. 30. in fin.* Sed contrarium, quòd immò solui debet laudemium, videtur tenere Iul. Cla. *in d. §. emphyteusis. lib. 4. sen. quæst. 23. ver. sed quæro.* & videtur esse eadem ratio in permutatione, quæ est in alijs contractibus, quia soluitur laudemium Domino propter receptionẽ, quã Dominus facit de nouo emphyteuta, & propter nouam inuestituram, quam cum teneatur facere ei, cui fit permutatio, etiam inuitus, & inuitus recipere, & admittere nouum debitorem, meritò debetur. Nec bona ratio videtur illa, quæ in d. decis. exprimitur, quia scilicet non interuenit in permutatione pecunia, cum nec etiam interueniat pecunia in donatione, & tamen per verbum æstimationis in text. *d. l. fi.* videtur intelligi etiam contractus donationis, & quilibet alius cõtractus per quem res emphyteusis alienetur. nam glo. in ver. pretij. dicit intelligi, quando venditur emphyteusis, pòst in verb. æstimationis. subdit, videlicèt, quando alio titulo transfertur, intellige, quàm venditionis. super quo puto cogitandum, quia ratio solutionis laudemij ob nouam inuestituram faciendam, ob nouum emphyteutam recipiendum, ob nouam subscriptionem, & consensum, ob de nouo tradendam eidem possessionem militat, & militare † videtur etiam in permutatione, licèt contrarium tenere videatur Cin. *Bald. & Ang. in l. quæritur ff. de stat. ho.* vbi dicunt; quod si emphyteuta permutat rem valẽtem centum cum re valores sexaginta, & quòd reliquum recipit in pecunia, laudemium debentur ex illa pecunia, non ex re. 29

† Pro donatione autem rei emphyteuticæ, quod solui debeat laudemium, videtur clarum, per verbum æstimationis *in tex. d. l. fi.* quod verbum benè adaptatur ad causam donationis, & ad donationem, secundum Doct. *ibidem, vbi Bald. col. 3. versic. item nota,* quod alternatiuè dicit pretij, vel æstimationis: ideò dicunt Doctores, quòd hæc pars secunda locum habet in donante, vt tunc res 30

debeat

debeat æstimari. idem Bal. *ibi paulò antè versic. an emphyteuta.in fi. vbi dicit*; quod opinio glos. potest tolerari, quod si emphyteuta donet Domino irrequisito,non propterea incidit in pœnam,dummodò vadat ad notificandum Domino, & quinquagesimam offerat, & donatarius petat sibi inuestituram fieri, & hoc faciat sine mora. Ias. *ibidem colum.19.versi.sequitur postea quartum. nume.68.* vbi dicit, quod verba text. propriè adaptantur ad donationem propriè,& stant,inquit Iaso.propriè sine vlla violentia. vnde, inquit, laudemium etiam pro donatione emphyteusis debet præstari,quia etiam vltra verba tex. militat eadem ratio soluendi laudemium in contractu donationis, quæ militat in alijs contractibus, per Bertran. *consil.123.numer.1.lib. 4. Iul. Clar.d.§.emphyteusis.d. q.23 versi.sed quæro:habetur per Ioan. de Imo.c.potuit. colu.7.versic. item quando sit donatio. extra loc Guid. Pap. decis. 46.incip. an emphyteuta*, vbi habetur, quod licèt emphyteuta possit donare Domino irrequisito,tamen donatarius debet recipere rem donatam de manu Domini directi, & illi soluere quinquagesimam per laudemia, aliàs cadit in commissum.Subdit, Et ista est veritas, quia sic subuenitur Domino directo circa præseruationem iuris sui emphyteuticarij,quia donatarius recipiendo inuestituram ab ipso Domino directo, & sibi soluendo laudemia obligatur in futurum Domino ad solutionem canonis,& aliorum iurium emphyteuticorum, per Doctores; & authoritates in d.decis. adductas. idem habetur *decis. 41. incip. est*
31 *etiam*.vbi in fi.enumerantur aliqui casus,in † quibus non debentur laudemia.Sal.*l.si suprà alleg.colu. 2.ver non obstat.* vbi tenet, quod emphyteuta potest donare etiam irrequisito Domino, nec propterea incidit in pœnam.modò vadat,& notificet Domino, & quinquagesimam offerat, & donatarius petat sibi inuestituram fieri, & id faciat absq; mora,licèt contrarium tenere videatur Speculat. *§.nunc aliqua.de locat.versicul.107.*

Si verò feudum,aut res feudalis.vendatur,non videtur, quod aliqua debeatur quinquagesima, quia id non reperitur aliqua lege cautum, quod pro tali venditione soluatur laudemium.

32 † Sed in hoc non videtur seruari debere illud, quod est de consuetudine locorum, quia in aliquibus Curijs, & prouincijs seruatur, quod pro inuestitura rerum feudalium ad instar rerum emphyteuticarum exiguntur, & soluũtur laudemia, vt in prouincia Delphinatus,& Sabaudiæ, vbi ab emptore soluuntur laudemia, Guid.Pap.*deci.415.* ego emi, vbi habetur, quod Dominus directus non potest recusare recipere emptorem rei feudalis offerentem præstare fidelitatem Domino cũ recognitione homagij, & si recusat, quod Curia solet ratione, & iure superioritatis mandare per litteras Domino,ꝙ retineat ipsũ, quod si recuset facere,ipsa Curia solet tales emptores retinere,& inuestire,& mãdari eos conferuari in possessione,
33 etiã si sit ille emptor rusticus,† quo casu Dominus non tenetur inuestiturã facere, quia non cogitur inuestire rusticum, Spec. *in tit.de feud.versi.30.quæritur*,Curia mandat inuestire,& eo recusante,Curia inuestit, & pro ignobilitate, & rusticitate duplex laudemium domino per inuestitum solui mandat, vt *d. decis.* in Regno Neapolis audio, quod pro feudorum, aut feudalium alienatione non soluitur laudemium, sed benè soluitur Curiæ pro regio assensu nescio quid paruum. Et in Curia Sabaudiæ ex consuetudine illius patriæ pro re feudali,quę de dominio Illustrissimi illius Principis mouetur,laudemium soluitur,& est sexta pars pretij venditionis rei, & sic pro quolibet floreno Sabaudiæ pretij alienationis rei duo grossi Sabaudiæ exiguntur,& fit gratia de quarta parte, & sic de quatuor florenis pro laudemio debitis vnus remittitur, & aliquando à Principe pars,
† vel totum donatur contemplatione personę debentis illud soluere, aut propter benemerita, per Hiero.Cagnol.*in l.2.C.de pact.inter empto.q.12.versic.fin.* 34

Si quis † verò rem emphyteuticatiam vendat sine consensu domini directi, & venditor in instrumento constituat se tenere precario nomine emptoris, quousque emptor realem fuerit adeptus possessionem, aut sibi retineat vsumfructum, ex quibus constituto, & retentione vsusfructus transit possessio in emptorem, *l. quisquis. C. de donat.*res non videtur cedere in commissum, nec ex illa alienatione, aut translatione potest dominus directus petere sibi solui laudemium, aut quinquagesimam, quia contractus à reali traditione nudus non facit rem committi, per Bald. *in tit. qu.b.mod.feud.amit.§.sin faciunt not.per eum.§.deniq*ue.quæ sit causa benefic.amitten.Salyc. *in d.leg.2. C.de iur.emphyt.* Quia quod dicitur, vt per clausulam constituti,vel retentionem vsusfructus transeat possessio in emptorem, non procedit, nec est verum,vt res committatur,cum iuris fictione illud procedat. quia vt dicit Bal. *in l.ab emptione. ff. de pact.*licèt interueniat constitutum, aut quid simile,tamen adhuc est obligatus venditor ad realiter tradendũ rem venditam; nam ante traditionem realem non dicitur omni perfectione perfecta venditio,per *glo.in l.si quis tem. ff de actio.empt. & in l perfecta.C.de rescind.vend*. vnde res emphyteutica donata,vel vendita ex simplici constitutione precarij, aut alia ficta traditione non cadit in commissum,nisi sequatur realis apprehensio possessionis sine consensu domini directi. † Nec minus ex simplici constitutione precarij, aut alia ficta traditione dominus directus potest petere ab emptore laudemium, antequam emptor accipiat realem possessionem; &est iuri consonum,& ratio ni.nam cum laudemia de iure debeantur domino directo pro labore inuestituræ, & ponendo eum in possessionem realem rei venditæ,*l.fi.Cod.de iure emph.*cum in constituto precarij, aut alia ficta traditione iste labor domini directi nõ interueniat; sequitur, quod non debetur laudemiũ, quia cessante causa,cessare debet effectus, *c.cum cessante.in princ.extrà de appella.*& sic dominus directus ex tali ficta traditione non poterit agere ad cõmissum, nec laudemium petere,sed semper habebit actionem personalẽ ad canonem contra primũ emphyteutã,donec emptor rei emphyteuticarię accipiat realem possessionem, & casu † quo accipiat sine laude domini directi, poterit dominus directus 35 36 37

agere

agere contra emptorem ad commissum: habetur latè *in decis. Guid. Papa decis. 101. incip. si quis. in fin. decisionis.*

Et si res emphyteutica data sit per patrem in dotem filiæ, aut filio in donationẽ propter nuptias, † quod fieri potest, *Auth. de non alien. aut permutan. reb. eccl. §. emphyteusim.* ità tamen quod res sit eo iure, quo erat apud patrem dantem, *c. nuper. extrà de dona. inter vir. & vxor.* si quidem data sit res æstimata, & appretiata tali æstimatione, quę faciat venditionem: pone, dos est in centum, res emphyteutica est data, & assignata pro quinquaginta, & tunc laudemium domino solui debet, & eius consensus requiri, *arg. l. quoties. C. de iure dot.* quia tunc vendita esse intelligitur, *ff. de iure dot. l. plerunque. §. fin. autem.*

38

Si verò sit data inæstimata, & tunc nec soluitur laudemium, nec consensus domini requiritur, *d. §. emphyteusim. arg. l. dos ff so. ma. per Spe. de loc §. nunc aliqua ver. 109. & 110.* vbi distinguit, quod si sit data ab extraneo in dotem alicui mulieri, tunc sit simplex donatio respectu mulieris, & ista non requirantur. Idem si à patre, qui det in dotem filiæ non existenti in eius potestate. Idem tenet Hostien. *in Summa de loca. §. quid sit de natura. versicu. nunquid ergo. Salyc. in dicta l. fina. Cod. de iure emphyteu.* licèt Ias. *ibidem, colum. 12. numero 49. versicu. nonò quæro.* teneat, quod si res emphyteutica data sit in dotem, siue sit æstimata, siue non, indistinctè quod non soluatur laudemium, quia ista videtur alienatio necessaria, non voluntaria, pro qua non soluitur laudemium, secundum adducta per eum ibidem *in q. 7. & per Tiraq de retractu §. 1. glo. 14. vers. ex his. nu. 108.*

Et pro materiæ declaratione videtur in dubio, quod regulariter æstimatio facit emptionem, *l. 1. vbi gloss & dicta l. quoties. & l. si inter. Cod. de iure dot. not. in l. æstimatio. ff. soluto matrimo. Alexandr. in l. si ex conuentione. numero 2. Cod. de pact. & in consilio 79. numero 11. libro quinto.* Quod tamen non procedit, si apparet, quod æstimatio est facta solùm ad finem cognoscendi valorem rei, vt possit probari, si posteà fundus per maritum damnificetur, quia tunc æstimatio non facit emptionem. & pari modo non procedit, si æstimatio fiat posteà, quia tunc non facit emptionem. Item procedit, si maritus est soluendo, aliàs æstimatio rei dotalis non facit emptionem, Ias. *in dicta l. ex conuentione. Neuizan. in Sylua nuptiali libro 2. numero 69. & numero 71.* vbi facit regulam, quãdo æstimatio faciat emptionem cũ ampliationibus, & limitationibus suis.

40 † Si autem res emphyteutica sit concessa alicui, vel per viam legati, aut per viam hæredis institutionis instituendo extraneum, potest dominus directus à legatario, aut hærede instituto pro confirmatione dictæ emphyteusis, & præstatione consensus ad nouam inuestituram petere, & exigere licitè laudemium, per gloss. quæ dicit in *d. l. fin. Cod. de iure emphyteut. in verb. æstimationis. dum gloss. in verb. pretij.* dicit, intelligi debere, quantum ad venditionem, & in verb. æstimationis. scilicèt, quando alio titulo lucratiuo, ita intelligit, & tenet Ias. *d. l. fi. versicul. decimò quarto. colum. 13. num. 50. sequitur Salyce. ibidem. & ibi Bald.* vbi Salyc. quod legatarius debet inuestituram petere, & quinquagesimam soluere, prout legatarius, vt per eum in fi. *col. 2. & Bald. etiam in c. litera penul. col. de dila. tenet Ioan. de Plat. l. 1. in fi de fund. pa lib. 11. Alber. in l. ex hoc edicto. §. alienare. de alien. iud mutan. tenet Hugo allegatus per Specul. in d. §. nunc aliqua. vers. 114. de loca. quamuis Spec. non resideat. facit decis. Guid. Pap. decis. 48.*

Sed quid si per emphyteutam res emphyteutica sit locata vltra decem annos, & sic ad longum tempus, an ex tali locatione, aut concessione debeat, aut possit peti, exigi, vel solui laudemium? Et videtur dicendum, quòd sic; quia locatio ad 10. annos, vel vltra 10. annos † est, & dicitur locatio 41
ad longum tempus, ita communiter tenetur per Doctores, dicit Bart. *in l. j. §. quod autem. ff. de superfi.* & ita de consuetudine seruatur, vt dicit in *L. iubemus. l. 2. colum. 3 Cod de sacrosan. ecclesi. Anton. de Butr. in cap. fin. ne Prælat. vic. su. Card. in Clem. 1. §. fina. 4. q. de rebus ecclesi. Paul. de Castr. consilio quarto, circa primum dubium. 1. colum. versicu. ad secundum. volum. 1. vbi concludit;* quod locatio facta ad nouem annos non dicitur facta ad longum tempus, sed benè, quando fit ad decem annos, vel vltrà, dicitur facta ad longum tempus, & dicit ità * communiter per Doctores teneri. idem Bal. *consil. 362. locatio rerum ecclesiæ. volum.* † Et locatio ad longum 42
tempus est alienatio, & de tali locatione, idem iudicatur, quod de alienatione, quia de natura talis locationis est, quod transferatur possessio, *not. in l. si quis ante. ff. de acquir. poss. & in l. si vt certo. §. si duobus. ff. commod.* & etiam transfertur vtile Dominium, *l. j. in fi. cum l seq. ff. si ager vectigal. latè per Alex. consil. 219. lib. 3. ad fin. consilij & libri per Ioan. de Imola in cap. potuit. de loca. colum. 10. versic. item potest quæri.* † Et prohibita alienatione talis locatio in- 43
terdicta esse censetur, Felyn. *in c. quæ in ecclesiarũ. versi vbi autem. de constit. Anchara. in Clemen. monasteriorum. de rebus ecclesiæ non alienandis.* vnde si est alienatio, vt de vẽditione, & de donatione, ac alijs contractibus alienationis soluitur laudemium, ita de huiusmodi locatione ad longum tempus solui debet, per Alex *cons 165. incip. visis duobus. colum. 1. sub num. 3. versi sed ità volum. 2.* & ità in proposito, † 44
quod prędicti emphyteutæ habentes vtile Dominium non possunt, nec de iure communi locare ad longum tempus, nisi consentiente Domino, & soluta quadragesima, *iuxta text. in d. l. fin. C. de iure emphyt. per Dec. cons. 204. diuino implorato. in causa Reuerendiss. part. 1. quod est consilium vltimum.* vbi prohibita alienatione, vel venditione, locatio ad longum tempus est quoque prohibita. & ideò, inquit, sicut de venditione facta per emphyteutam solui debet laudemium, *l. fin Cod. de iure emphyteut.* ità pariter de locatione facta ad longum tempus laudemium debetur, *vt per Alexan. cons. allegato 165. subdit Dec.* Et eodem modo inferri videtur, & cõcludendum est in locatione facta ad vitam alicuius, vt ibi per Dec.

† Si verò plures habentes inter se vel feudum, 45
vel emphyteusim communem inter se diuidunt, pro huiusmodi rei feudalis, vel emphyteuticæ diuisione non videtur deberi laudemium Domino, per di-

per dicta Guliel. de Cun. & Bar. *in l. & ideo. in prin. ff. de cond. furt.* vbi licèt Bart. referat, quosdam dicere per illum tex. quòd laudemium debet solui Domino, & quòd debet præstari à prouocante ad diuisionem, non à prouocato; tamen finaliter determinat, quod isto casu Dominus nullum habebit laudemium, quia talis diuisio semper videtur esse necessaria, non voluptaria alienatio, per tex. *l. fin. §. exceptis. in verb. aut diuisionis. C. de litig. & in §.*
46 *1.* † *Authen. de litig.* vbi habetur, quod alienatio rei litigiosæ aliàs prohibita, est permissa, quando hæredes, vel socij inter se diuidunt, quia censetur alienatio necessaria. refert Ias. *in d. l. fin. colum. 12. num. 47. versic. septimò quæro. C. de iure emphyteuta.* subdens,
47 quod ista decisio est † limitatio ad *d. leg. fin.* quæ vult, quod quinquagesima soluatur Domino de alienatione, quæ fit, vt intelligatur scilicèt de alienatione voluntaria, non de necessaria. habetur per Guido Pap. *in decis. 411. incip. Dominus directum. versiculo sed an ex.*

Et si Dominus directus elapsis primò duobus mensibus datis sibi ad deliberandum, & responsum dandum, ad denunciationem sibi factam per emphyteutam vendẽtem, vel vendere volentem, an velit emere ius emphyteuticum, vel melioramenta, & deinde facta alienatione in alium, infra alios duos menses ad id à iure assignatos neglexerit illum, cui est facta alienatio vel venditio: recipere in emphyteutam, & inuestire, illumque
48 in possessionem inducere; videtur, † quod Dominus amittat laudemium, & quod per negligentiam suam non possit laudemium, vel quinquagesimam aliquo modo petere, maximè si nõ habuit iustam causam contradicendi, per Salyce. *in d. l. fi. col. pen.* vbi dicit; quod Dominus ob talem negligentiam patiatur pœnam amissionis laudemij. id quod est verum. nam cum istud laudemium soluatur propter receptionẽ in nouum emphyteutã, & propter nouam inuestituram, quam facit nouo emphyteutæ, dicta causa cessante, cessare debet laudemium, refert & sequitur Ias. *in d. l. fi. colu. 13. numer. 52. versic. sextodecimo not. principaliter*: vbi
49 subdit, quod † secundum Salycetum ibidem, Dominus potest moram istam post lapsum duorum mensium purgare, & sic non perdet laudemium, per text. *in l. manicipiorum. ff. de optio. legat.* Sed hoc intelligit Ias. *ibidem num. 53. versic. nunquid autem. re integra*, id est, si fundus emphyteuticus nondum alienatus, vel secundus emphyteuta nõdum est inuestitus, & inductus in possessionem emphyteusis per primum, quod fieri potest, vt ibi per eum, *pro quo Bald. in leg. acceptam. in 21. q. C. de vsurpat.*

50 † Pro qua materia vide Hier. Cagnol. *in l. 2. C. de pact. inter empto. & vendit. q. 82. versi. fi.* vbi enumerat casus aliquos, in quibus cessat solutio laudemij, vbi dicit, quod non debetur de bonis hæreditarijs, legatis, vel fideicommissis relictis, neque de diuisione rerum, vt per Albertum Brunum *consil 44. colum. fi. & per Syluestrum in Summa in verb. Emphyteusis. numer. 28. versic. 21. quæritur.* vbi enumerat quinque casus, in quibus laudemium non exigitur. habetur *in deci. Guid. Pap. decis. 48. incip. est etiam.*

† Sed quid si res emphyteutica sit data in solutum, an ex tali datione debeatur laudemium? Et 51
cum dare in solutum sit vendere, & datio in solutum sit vt venditio, per Ci. Bar. Bal. Sal. & Ang. *in l. liber. C. de sen. Old. cons. 37. ad primam quæst. Albe. in l. 1. C. comm. vtr. iudi.* dicit ob hoc Guid. Pap. quod laudemium debetur Domino ex datione in solutum, sicut ex venditione, vt per eum *consil. 46. in facto præsupponitur col. 2. versi. plus posset. Tiraquel. de retract. §. 1. glo. 14. §. similia quoque verba versi. & vbique nostri. nume. 4. & versic. nec ex ea, num. 10.* quod pariter ex datione in solutum necessario soluatur laudemium, vt putà, quando res per iudicem datur in solutum, & adiudicatur, nam æquè debetur laudemium, ac si pars vendat, per eundem Tiraq. *ibi num 14. versi. ex quo Bal.*

† Ex transactione quoque debetur laudemiũ, 52
maximè si res; quæ interuenit in transactione datur, non quando relinquitur penès possidentem, per Stepha. Bertran. *consil. 321. viso casu. in princip. libro 1. refert, & sequitur Tiraquel. in retract. vbi suprà, versic. ex quo etiam. numer. 63.*

† Debetur quoq; laudemium ex diuisione, po- 53
ne, quãdo ex diuisionibus, quibus tota res emphyteutica vni tribuitur, debentur laudemia pro partibus cohęredum; latè per Corse. *in decis. Tholos. 75. item fuit quæsitum. vbi Aufre. qui multa allegat. per Bertran. consil. 112. puto. in fi. lib. 1 & consi. 78. ex casu. dub. 2. lib. 4. Ias. in d. l. vlt. colum. 12. nume. 47. versic. 7. quare. C. de iure emphyt. Tiraq. vbi suprà, versic: sed & tu vide num. 77. & per eundem Tiraquel. d. titu. de retract. §. 6 glo. 1. num. 1. 2. 3. vbi per eum*, an annui † re- 54
ditus ex venditione vectigalium solui debeant laudemia, vbi vide.

† Et laudemium non solum debet solui attenta 55
quantitate pretij exbursati per emptorem, sed etiam attenta quantitate vltra pretium donata per eundem venditori, putà, quod accedit, quando eodemmet instrumento emptor vltra pretium donat venditori summam pecuniæ, dicens donationem propter merita: quia cum ea donatio sit facta in eodemmet contractu, vel statim pòst, videtur esse facta contemplatione, & causa ipsius venditionis, & esse veluti accessio pretij eiusdem venditionis, vt quæ etiam insit; *l. iurisgentium. § quinimmò. ff. de pact.* & ideo ex vtraque summa solui debere laudemium, eamq; appellationem donationis fuisse appositam in fraudem Domini, nisi probetur ea merita interuenisse, quę huiusmodi donationem mereatur, *l. qui testamento. ff. de proba. tradit Tiraquel. d. tract. de retract. §. 1. versic. quare secundò. numer. 19. glos. 18.* in quo subdit; quod inspiciẽda est rei venditæ vera æstimatio, & an illi conueniat primum pretium sine additamẽto alterius, *ad gloss. & ibi Barto l. j. §. primo. ff. de superficie.*

† Sed quid in venditione facta, quæ est subie- 56
cta retractui, pro consanguineis, aut affinibus, quę vel vigore statuti, vel alicuius consuetudinis potest auocari per consanguineos, aut affines à quocunque emptore, vel ratione, & seu iure prothomiseos, per vicinos habentes domos, vel loca contigua rei venditæ, nonne de tali venditione debet solui laudemium? Et licèt videatur, quod nõ, per

not.in l.fi.§.sed quia.Cod. comm.de leg. vbi habetur, quod certo die relicta, & restitui alijs disposita, aut substitutioni supposita alienari prohibentur, vbi Bald.colum.1.si contractus rescinditur tãquam inualidus, quod ex illo non debentur
57 laudemia, vel alia gabella, quia † potestas euictionis tollit intellectum acquisitionis, l.postulante, ff. ad Trebell. sed ei fit quædam transfusio, vt cap.constitutus. de in integr. restitut. vt est propriè in casu proposito, tunc debent solui, not. Guliel. de Cun.l. ab emptione ff. de pact. sequitur Barto. in l. si id, quod. colum. penult. ff. de verbo. obligat. contrarium sentit Stephan. Bertran. consilio 211.punctus quæstionis lib. 4.colum.1.versic.prætereà. tamen quia Bar.secundum Dyn. Petr. & Cyn. in d. l. fi. §. sin autem.tenet,
58 quod res † subiectæ restitutioni sub conditione possunt interim ante conditionem alienari, gloss.in l.cum pater. §.libertis.ff.de leg.2. per adducta per Corne.consi.234.videtur in præsenti. ad fi. lib.3. & iterùm consi.294.videtur prima facie. colu.4.lib.4.certè si alienentur, quamuis postea reuocetur alienatio, tamen debetur gabella, quæ à statuto solui iubetur ex alienatione, per Paul.de Castr.qui sequitur ibidem, & Iason ibidem in d. l.fi. d. §.sed quia nostra maiestas.vbi optimè declarat, maximè numer.9. per Tiraquell.de retract. §. 29.gl.ff. 2. §. potuisset tamen. numer.2.

59 † Ex contractu vero ipsius retractus ipsius auocationis, vel redemptionis an debeat solui laudemium, subdit ibidem Tiraquel, vbi suprà in versicul. ad hæc quidem. quod secundum quidem consuetudines locorum Franciæ, ibi per eundem adductorum, non videtur deberi ex tali retractu laudemium: id quod de iure procedit, per doctrinam Bald. in l cum dotem versicul. modo extrà. C. de iure dot. quod ex vno contractu in alium transfusio, prout est contractus retractus, & huiusmodi, non debetur, nisi vna gabella ex statuto disponẽte, quod ex quolibet contractu debetur gabella, sequitur Bertach. de Firmo in tracta. de gabell. par. 5.princip.q.5.num 8.versic.de contractu verò, facit pro hoc: quia contractus retractus fit ex necessitate
60 primi contractus, & inuito emptore, ideò ex † eo non debetur laudemium. per Guliel. de Cuneo, Bart.Bal.Fulgo.Paul.de Castr. in l. & ideò. ff. de cond. fur.per Guiliel.& Alber.in l.ex hoc.§.1.ff.de alien.iud. mut.causa fact.

ADDITIO.

Laudemium an debeat solui de locatione ad longum tempus, Aymo. super consuet. Aluer. titul. 16. & per totum illum titulum ponit casus, in quibus debet solui laudemium, & quantum sit laudemium. Item de contractu nullo non debetur laudemium, ibi articulo 1.num. 4. & seq. Item de donatione, ibi articulo 3. Item de transactione, art.4.vbi hoc declarat. Item de alienatione inter ipsos inuestitos, latè art.6. Item quid de diuisione, ibidem. Item quid de quietatione facta per sororem, vel fratrem fratri, ibidem. Item quid de in solutum datione, ibi num.5.& de iudiciali, ibidem. Item quid de declaratione in solutum voluntaria, vel necessaria, vide Aymo. vbi supra art.8. Idem habetur in consuet. Turo.car.72.colum.1. Non debetur pro renouatione in filios, Alex. consi.5 numer. 3.volum.5. Debetur autem pro locatione ad longum tempus, vel ad vitam alicuius facta, Dec. consi.204. Et de laudemio quid sit, cui debeatur, & alia multa, per Chassane.super consuet. Burgun. rub. vndecima.§ 1. Item de donatione, & huiusmodi cum etiam teneatur emphyteuta denunciare prius donatario, quod intendit donationem facere, Barb.consi. 43. colum. antepen. volum. primo. Item renouatio, quæ fit in personam filiorum, ex quo non est noua requisitio, sed dominij continuatio, non patitur solui laudemium, Alexan. consil. 5. numer. 3. volum. 1. Item laudemium non debetur, vbi alienatio est necessaria, putà in causam dotis vel huiusmodi, dummodò alia bona non subsint. Item vbi translatio fit in eum, qui de iure debeat succedere, latè Craue.consi.215. volum. 2. vel vbi fit alienatio in eum, qui erat in inuestitura comprehensus. ibidem. Item de diuisione non soluitur laudemium, Neuiz consilio 15. numero 15. Item de donatione, legato, & huiusmodi alienationibus, in quibus interuenit factum alienantis, in alijs autem non, pulchrè Socin. iun.consilio 70. numero 28. & in prin. & per totum. volum. 3. vbi declarat Ias. hic numer. 41. quem omnino vide. Item solui debet laudemium per eum, in quem fit alienatio, ibidem numer. 8. Item illa clausula Reseruato iure dominij, intelligitur etiam respectu laudemij, ibi numer.19. Item laudemium debetur vsufructuario, non autem proprietario, Tiraquel. de retract. colum. 279. numer. 107. & ibi in reperto. pro qua alienatione debeatur, latissimè ibi. Item de permutatione debetur laudemium, Cæpol. in l. sciendum.§.deinde.numer.5.de ædilit. edic.car. 83. colum.4. Item vbi quis vendit pro certo pretio minori, quam esset inter partes conuentum, sicut cũ clausula, quòd donat id, quod plus valet, & tunc debetur laudemium pro toto vero valore probata fraude, per Aymo.super consuet. Aluer. tit. 16. art. 5.in principio. Item laudemium debetur vsufructuario, secundum vnam opin. Tiraquel.de retract. car.270.numer.167. & latius per Guliel. Benedicti in cap.Raynutius in prima parte, car.232.num.33.de testib. Item vbi plures sunt comprehensi in inuestitura nepotes eorum tenentur inuestituram petere, & laudemium soluere de alienatione inter eos, pulchrè vide Brunus consilio 44.in fine. Item nouus emphyteuta, & successor non dicitur, qui succedit vigore inuestituræ acceptæ pro se, & suis successoribus, Crau.d.consi.215.ad fi. Itẽ inuestitus pro se, & successoribus, siue hæredibus quibuscunque, vel pro se, & quibus dederit, censetur etiam inuestitus pro extraneis. Item potest in extraneum alienare sine consensu domini, pulchrè Rip. in l. quæsitum. §.si quis cum tutor. num. 2.& plur.seqq.ff. de priuileg.credi. Item dominus potest per clausulam generalem citare omnes emphyteutas, vt vadant ad accipiendum inuestituram, vide Ruin. consil.159.nume.14.volum.1. Item laudemium non debetur de renouatione in filiũ inuestiti, Alexan. consi.5.volum.5. Item quod per illa verba. Et quibus dederit, non censeatur remissum laudemium, Saly.hic nu.2.& Ias.in l.1.C.de iure emphy.numer.63. Item pro d. clausula, Et quibus dederit, cum simil.

mil. quòd non dicatur remissum laudemium, Alcia. *consil. 750.* Et quod per dictam clausulam nõ censeatur remissum laudemium, concludit Curt. iun. *in tract. feud. in 4. parte, q. 6. nume. 141. Item Soci. iun. consil. 70.* Item de institutione hæredis, quod non debeatur laudemium, Alber. *in l. 1. §. aliena ff. de alie. iud. mutand. causa facta.* licèt ipse intelligatur in emphyteusi sæculari. Item laudemium an debeatur primo, an verò secundo domino, Socin. *iun. consi. 70. colum. 2. volum. 3.* Item filij, & alij descẽdentes non tenentur soluere laudemium, Soci. *in d. consil. 70. num. 27.* Item de permutatione non soluitur laudemium, Boe. *decis. 263. in princ.* Item laudemium an debeatur vsufructuario, an proprietario, vide Guid Pap. *decis. 477.* Item quòd de renouatione in personam filij non debeatur laudemium vide Alex. *cons. 51. num. 3. vol. 5.* Item laudemium debetur pro re alienata cum pacto redimendi, & quantum minus debeatur, vide Rolan. à Val. *consi 46 numer. 49. & seq. volu. 2.* Item laudemium debetur proprietario: non vsufructuario, quia eum tenetur inuestire, vt per Bello. *consil. 6. numer. 16. & seq.* Item in alienatione, in qua consensus domini non requiritur, non soluitur laudemium. Item secundum * communem opinionem clausula. Et quibus dederit, non remouet solutionem laudemij, Soci. *iun. consi. 70. num. 11. & seq. volum. 3.* Item laudemium de diuisione solui debet per eum, qui prouocat ad diuisionem, Rubeus *in l. non solùm. § . morte. numer. 133. ff. de ope. no. nun.* Item laudemium de re data in dotem per non habentem alia bona, & sic ex causa necessitatis. Item de alienatione facta in comprehensum in inuestitura non soluitur. Craue. *cons. 215.* Item laudemium non debetur, quando fit alienatio, siue noua inuestitura in persona in antiqua vocata, Ceph. *cons. 27.* Item per receptionem canonis nõ censetur remissum laudemium vltimæ alienationis, nec etiam præcedentium, sed omnia debentur laudemia, Moderni Parisien, *super consuet. Paris. 2. par. §. 52. numer. 150. & seq.* Item quid si sunt plures domini in solidum, quomodo debeat solui laudemium, *ibi numer. 165.* & latissimè materiam laudemij vide *in § 53. 54. 55.* & de denũciatione alienationis qualis esse debeat. *ibid* Item de quibus rebus, & contractibus solui debeat, *ibidem.* Item laudemium debet solui de alienatione, quæ resoluitur, secundum vnam opinionem, sed * communis est in contrarium, Rolan. à Val. *consi. 51. numer. 20. & seq. vol. 2.* Item laudemium debetur domino immediatè, non autem primo, Soc. *iun. cons. 71. nu. 32. volum 3 sed contrà,* quia immò sufficit consensus prioris domini, latè per Ias. *cons. 176. colum. 1. & seq. vol. 2.* Item de transactione an debeatur laudemium, Parlam. Delph. *decis. 52. in 2. par.* Item quid de termino prorogato, *decis. 647.* Item laudemium non debetur, postquam renouatio fuit facta, vel emphyteuta admissus simpliciter, Ana. *cons. 90.* Item de retrouenditione solui debet, Aymo. *super consuet. Aluer tit. 16. artic. 12.* Item quid de alienatione, quæ fit per subhastationem, *ibi art. 16.* Item quando de retrouenditione debeatur, vel non laudemium, vide etiam per Cagno. *in l. 2. numer. 234. & seq. Codic. de pac. inter empt. & vend.*

Et quando debeat restitui laudemium primo emptori, qui fecit pactum redimendi, vide ibi Modern. *Paris. dicto. §. 52.* Item qualiter sit soluendum laudemium de re emphyteutica simul cum alijs rebus vendita, Boe. *decis. 229.* Item latè de laudemio in venditione cum pacto de retrouendendo, & de retrouẽditione, vide omninò Cagnol. *in l. 2. numer. 235 & plur. seqq.* vbi ponit optimam cautelam. *Cod. de pac. int. vend & empt.* Item laudemium est soluendum primo domino, non autem primo emphyteutæ. *Ias. in l. 3. § ex contrario. numer. 27. ff. de acquir. poss.* Item laudemij quantitas consideratur habita ratione ad pretium, quod soluitur venditori, Moderni Parisien. *super consue. Pari. §. 53. num. 34.* immo habita ratione ad valorem, & æstimationem non solùm reditum rei, sed etiam melioramentorum factorum in ea, Boe. *decis. 19.* & etiam valoris fructuum pendentium, per eundem *dec. 219.* Item quid si vendatur res emphyteutica cum pluribus alijs rebus qualiter sit soluendum laudemium, vide omnino per Boe. *decis.* Item proprietario, non antem vsufructuario debetur laudemium, quia illi, non isti spectat ius inuestiendi Bello. *consi. 6. numer. 16. & sequen.* Item laudemia pertinent ad vniuersalem conductorem, Alcia *consil. 688* Item laudemium solui debet per emptorem etiam cum pacto redimendi, nec illud recuperat facta redemptione, Neuiz. *consi. 88. numer. 18.* Item latissimè quare, quando, & quibus debeatur laudemium, Socin. *iun. consil. 70. volum. 3.* vbi etiam quando dictum est, Et quibus dederit. Item an debeatur proprietario, an vero vsufructuario, *ibi.* Item quid si res in commissum cadat, cui debeatur, Guid. Pap. *decis. 477.* Item non debetur de venditione cum pacto redimendi, Boe. *consil. 3. numer. 27.* Item non soluitur de alienatione, quæ potest fieri sine consensu domini, *Soc. iun. consi. 70. numer. 5. volum. 3.* sed contra vide ibi *numero 10.* Item laudemium non soluitur de renouatione, quæ fit in eum, qui est de vocatis in inuestitura, & hoc si petatur solum pro sua contingenti portione; secus, si plus ei obuenisset, quam denunciatum; quia tunc est mora acquisita, & si noua dicitur inuestitura, ideo solui debet laudemium, Zuccar. *in l. fin. numer. 23. in fin. & sequen. Codic. de edicto diui Adria. tollen.* Item solui debet, vbi quis habet alium titulum, vel causam, quàm antiquæ inuestituræ, putà, si pater filio donat in vita, ibidem. Item quis tenetur ad laudemium, vel petendum consensum, venditor, an autem emptor, latè Bursat. *consil. 56.* Item debet etiam solui de melioramentis in re factis, quia pars fundi sunt, Boer. *decis. 19. numero -.* Item pro pacto redimendi, & in redemptione soluitur duplex laudemium, Paset. *consi. 2. & seq.* Item latè de quibus alienationibus solui debeat laudemium, *vide sup. quæst. 66.* Item laudemium an pertineat ad particularem conductorem, an vero ad vniuersalem, Alcia. *consi. 688.* Item de pacto de retrouendendo, vel eius prorogatione an debeatur laudemium, Bertran. *consi. 133. num. volum 8.* Item si emptor dixit pro minori pretio emisse, vt minus laudemium soluat, priuatur re propter mendacium,

Gozad. consilia 47. Item ius inuestiendi competit proprietario, sed laudemiũ debetur vsufructuario. Item si res cadit in cõmissum, acquiritur Dominium proprietario, sed vsus est vsufructuarij, Bello. d consi. 6. nu. 16. & quòd laudemiũ pertineat vsufructuario, est * communis opinio, Clar. in §. emphytensis. q 23. insi Item actio ad laudemium est personalis contra emptorem, Gui. Pap. consi. 126. nume. 3. vel debet agi ad caducitatem, vt ibi. Item de diuisione non debetur laudemium, Cepha. consi 195. num. 19. & plur. seqq. volu. 2. Item de datione io solutum, per eundem cons. 255. col. 1. volu. eod. Item quando de diuisione soluitur laudemium, Riminal. cons. 704. volu. 4. Item quod laudemium debeatur de permutatione, Capo. in l. sciendum. §. deinde. nu. 5 ff de adilit. edict. c at. 83. colu. 4. Item de donatione quando solui debet laudemium, Purpura. cons. 64. Item nec de repudiatione facta per fratrem ad fauores fratris, consil. 114. Item de donatione facta hęredi an soluatur laudemium. Purpurat. consi. 125. Item de emente cum pacto redimendi, Cagnol. in l. 2. nume. 107. & seq. de pact. inter emp & vend.

SVMMARIVM.

1 Alienatio si non rectè facta sit, incrementum contingens est ipsius ecclesiæ.
2 Accipiens rem ecclesiæ non seruata forma, amittit meliramenta.
3 Ecclesia reposcit res malè alienatas cum fructibus.
4 Augmentum contingens rei cum solemnitate alienata videtur cedere lucro venditoris.
5 Comitatu aucto, an sit augendum gabella pretium, vel potius lucro conductoris cedat.
6 Gabellarum emptores futurum emunt euentum.
7 Mensura videtur considerari, quando constituitur pretium pro numero mensuræ.
8 Verisimile inter contrahentes attendi debet.
9 Augmentum facta emptoris proueniens eius lucro cedit.
10 Augmentum, & accessio, sicut incommodum, & periculum ad emptorem pertinet.
11 Dotalis rei æstimatæ commodum, & incommodum ad maritum pertinet.
12 Fructus, & functionis grauamen ad emptorem pertinent post perfectum contractum.
13 Argumentum valet ab oppositis.
14 Accessorium sequitur naturam principalis.
15 Augmentum ad emptorem pertinere communiter approbant scribentes.
16 Augmentum perfecta venditione ad emptorem pertinet etiam re non tradita.
17 Augmentum apparens cedit proprietario.
18 Augmentum in contractu conditionali pertinet ad venditorem.
19 Venditio quando dicatur perfecta in rebus, quæ consistunt pondere, numero, vel mensura.
20 Venditio gregis quando perfecta sit.
21 Regula est, re solemniter alienata, incrementum ad receptorem pertinere.

DE AVGMENTO REI ALIENATÆ, & cui cedat.

QVAESTIO LXVII.

QVia sæpè dubitari contingit, vel cum reuocatio rei ecclesiasticæ alienatæ intentatur, vel cum fit rei restitutio, ad quem pertineat medij temporis augmentum, & incrementum, ad ecclesiam ne, alium ve reuocantem, an verò ad illum, à quo reuocatur, & ad illum, qui restituit; ideò quæ de incremento huiusmodi per Doctores dicta inueni, & collegi, in medium adducere propono, vt de concernentibus materiam hanc particularius, quàm fieri per me possit, sit tactum.

Et pro declaratione materiæ præsuppono, quod aut rectè, & validè est facta rei ecclesiæ alienatio, aut non rectè, & iuridicè facta. Et † si quidèm fuit non rectè facta, putà, quia non interuenerit in ea causa, & solemnitas, vt supra suis locis fuit dictum; tunc quia non est translatum nec Dominium, nec possessio, quia lex inhibet fieri alienationem contra formã traditam. ff. & C de fund. dotal per totum, c. nō enim. §. hoc ius 10 q. 2. c. sine exceptione. 12. q. 2. non possumus dicere, quòd incrementum, & illud, quod accessit rei, sit alterius, quàm ipsius rei, l. si ego. §. si nuda ff. de publicia. glos. in l. item si fundi. §. sed si metalla. in verb. pertinere ff. de vsufru glo. 1. in l. de quibus ff. de leg cum augmentum imitetur naturam illius, cui accrescit, per Socin. consil. 153. & consil. 254. & per consequens sit ecclesiæ, ad quam res pertinet, nulla existente alienatione, & nullo existente contractu, est tex. apertus in l. iubemus. l. 2. Cod. de sacrosan. eccles. §. sanè. vbi prædia ecclesiæ præter formam, & modum alienandi traditum alienata, vendicantur ab ecclesia vnà cum fructibus, pensionibus, & accessionibus totius medij temporis, vt tanquam à nullo penitus empta, aut vendita teneantur, quia ea, quæ contra leges fiunt, pro infectis haberi debent; conducens autem † accipiens rem ecclesiæ non 2
seruata forma, quæ seruari debet, & non seruatis seruandis, amittit melioramenta, quæ ibi fecit, quia debentur ecclesiæ propter eius malam fidẽ, dicunt Imola, & Barb. in cap qui res. in si de reb. eccles. aliena Ang. Bero in c. si quis presbyterorum. eod tit. Felyn. in cap cum causa. numer. 28 & 29. de re iud. Idem Barba. consil. 63. numer. 8. lib. 1. & res malè
† alienatas ecclesia reposcit cum fructibus, cap. 3
Apostolicos. c. monemus c. si quis. c. Vulterana c. statuimus. 12. q. 2. deduco latè infrà in q. 76. de pœn. malè factæ alie. & in q. seq. 77. an contrac. malè fact. alie, &c.

† Si verò alienatio est facta causa, & solemnita 4
te interueniente, aut cum authoritate Sedis Apostolicæ, vel aliàs validè, quo casu potest dici alienatio facta titulo translatiuo Dominij; & tunc multi argumentantur, quòd augmentum, aut incrementum, quod contigit, cedat commodo, & beneficio, ac lucro alienatoris, aut venditoris; primò per text. in Authen. vt de cæte. commuta. eccle. rer. §. sed quoniam. & per text. in cap. cum M. Ferrarien. de constit. vbi habetur, quòd in statuto

de cer-

de certo, & determinato numero personarum semper intelligitur, quòd insit conditio, nisi reditus crescat, & augmentatus sit, quia auctis facultatibus, numerus vltra determinatum numerum augeri debet, per Abb. Fely. *& alios d.*
5 *cap. cum M. & per* † *Ang. in d. Authen. in finalibus verbis, vbi dicit*; quod ille tex. facit ad q. Titio vendita est gabella totius comitatus pro tanto pretio, propter exercitum factum per Commune Perusij contra ciuitatem Cortonij comitatus Perusij multùm augmentatus est propter vnionem alterius comitatus, quæritur, inquit, an sicut augmentatus est dictus comitatus, ità augmentari debeat pretium gabellæ, &, inquit, & iste tex. videtur dicere, quod sic: subdens, sed de hoc vide per Guliel. de Cun. *& in l. item si fundi. ff. de vsufru.* Dec. tamen *in d. c. cum M. versic. 4. not.* dicit, quod Moderni hoc non affirmant, sed ex quo in dicto casu augmentum fuit apparens, non latens, videtur hoc affirmabile, & declarando materiam videtur facere differentiam etiam, an augmentum sit in fructibus, an in alia re, quia si in alia re, videtur, quod spectet ad venditorem, *l. Rutilia Polla. & l. in lege. ff. de contrahen. empti.* vbi vendito lacu augmentum decem pedum, quod excreuit, accrescit venditori, augmentum vero fructuum, & periculum spectat ad emptorem gabellarum, per Bald. *in l. cum fundus. Cod. de solu.* dicentem, quod si emptores lacus Perusij multum lucrantur, illis inuidere non debemus, sicut si essent in damno, eis non esset succurrendum,
6 quia † emptores gabellarum emunt futurum euentum, & qualiscunque sequatur euentus ad eos spectat, qui etiam vsufructuario æquiparantur, ad quem omnium fructuum euentus, qui sequatur, pertinet, per latè adducta per Dec. *in d. c. cum M. secunda colum.*

Et pro opinione tenentium, quod augmentum spectet ad venditorem, ponderatur tex. *in l. Iulianus. §. si Titius. ff. de actio. empt.* vbi accessio, & incrementum rei venditæ, mensuratæ, vel datæ ad mensuram ante traditionem sequutam accrescit venditori, non autem emptori, vbi
7 Bar. declarat, inquiens, Intelligo autem † ad mensuram fieri, quando constituitur pretium pro numero mensuræ; secus, si vendo tale prædium pro mille, & dico, quòd sunt centum iugera, quia tunc non venditur ad mensuram sequuntur Bald. Saly. *& alij in l. 1. Cod. de peric. & comm. rei vend.*
8 † Facit etiam, quia inter contrahentes inspici, & attendi debet illud, quod est verisimile, & vt actus agentium non operentur vltra illorum intentionem, & mentem, *l. si quis. l. non omnis. cum ibi not. ff. si cer. pet.* quia stante regula, quod nemo præsumitur iactare suum, est verisimile, quòd venditor noluerit augmentum, & incrementum contingens dare emptori, ne contra regulam iactare suum videatur, vendendo rem vili, quæ pro tempore futura esset pretiosa, & valdè vti-
9 lis. Et si augmentum † contingat opera, & labore venditoris, tunc sine dubio non cedit emptori, sed venditori potius, tenent Iac. de Aren. Cuman. Nico. de Neapo. Alex. *in l. si ex toto. numer. 6. de leg.*

† Sed veritas esse videtur in contrarium, quod 10
immo augmentum, & accessio contingens spectet, & pertineat ad emptorem, prout periculum, & incommodum ad illud pertinet, dicit text. *apertus in §. cum autem. §. sed si post emptionem. Instit. de empt. & vendit. l. id, quod. ff. de pericul. & commod. rei vendit. quia d. §. sed si. habet tex.* quòd si post emptionem aliquid per alluuionem fundo accessit, id omne ad emptionis commodum pertinet, quia eius esse debet commodum, cuius & incommodum, *idem in tex. d. l. id, quod. & in d. lib. 1. Codic. de pericul. & commod. rei vend.* † Et 11
rei æstimatæ datæ in dotem commodum, & incommodum pertinet ad maritum, *l. cum in dotem. in fin. Codic. de iure iur. & in l. fructus. Codi. de actio. emp.* vbi fructus † post perfectum in iure contra- 12
ctum spectant ad emptorem, ad quem & functionis grauamen pertinet. & *in d. l. Iulianus. §. si fructibus. de actio. empti. & in l penult. Codic. de actio. empti.* vbi post venditionem pecudum, fœtus pecoris emptori debentur, ipso refundente venditori expensas, quas circa pecus fecerit. & *in d. l. Iulianus. d. §. si fructibus.* si damnum sit illatum in re vendita, puta ex causa damni infecti, aut aquæ pluuiæ arcendæ, legis Aquiliæ, interd. quod vi, aut clam, actio emptori præstatur, & si quid ex operis seruorum, vecturis iumentorum, aut nauium sit quæsitum, emptori præstatur. & in *d. l. Iulianus. §. idem Celsus. versic. quid si tibi.* si pars fundi communis pro indiuiso possessi sit vendita, & ante traditionem moto iudicio communi diuidundo, in quo totus fundus eidem venditori sit adiudicatus, totus fundus, & sic alia dimidia, vel alia pars non vendita emptori præstari debet. *& in d. l. §. si quid seruo.* si seruo vendito aliquid ante traditionem sit donatum, & hæreditates, aut legata seruo relicta, & quicquid ex operis etiam venditori præstitis seruus acquirit, id omne emptori serui præstari debet. *& in lib. 2. §. sicut. ff. de hered. vel actio. vendi.* lucrum omne, & damnum contingens emptorem respicit.

† Et facit, quia valet arg. ab oppositis, vt eadem sit contrariorum disciplina, per Doctor. & 13
maximè Alex. *ibi numer. 2. in l. si ea toto. de lega. j. & rubr. de acquir. poss.* quia vt perfecta emptione omne periculum, ità omne commodum ad emptorem pertinet, *l. secundum naturam. ff. de reg. iuris, & cap. qui sentit. eod. titu. in 6.* & bonum est argumentum de augmento ad diminutionem, *l. in ratione. lib. 2. ff. ad l. Bal. l. pen. vbi Bal. Codic. de solut. Rebuff. in l. 1. numer. 106. Cod. de sen. quæ pro eo, quod interest.*

Facit in casu nostro, † quod de accessorio idem 14
iudicatur, quod de principali, *l. si ex toto. allega. de leg. 1. cum ibi adductis per Alexand. cap. accessorium. de reg. iur. in 6. cap. quoniam. §. si autem. de concess. preben. in 6.* vbi dicit Gemin. quod qui habet priuilegium, vt possit transire per territoriũ alicuius sine solutione pedagij, aut gabellæ, transibit etiam sine solutione per territorium eidem additum. & Alex. *in d. l. si ex toto.* infert, quod augmen-

augmentato Regno, pars augmentata subijcitur dispositioni constitutionum, & legum totius Regni, & Regi debet sub gubernio totius Regni, vbi Apostilla multa accumulat *in addit. incip. augmentata.*

Facit, quod habetur per Ang *in Authen. de aqua lit. dot.* quod si Princeps concedat alicui merum, & mixtum imperium in comitatu, eadem concessio etiam intelligitur facta in augmento ex post ad dictum comitatum sequuto. Facit, quod potest adduci de emphyteuta, ad quem Doctores *in l. 1. C. de iure emphy.* videtur velle, quod omne augmẽtum rei emphyteuticæ contingens spectare habeat, ad quem etiam spectat commodum diminutionis. Hanc opinionem videntur approbare* omnes scribentes indistinctè, Dyn. *in d. ca. qui sentit.* inquiens, quod post venditionem perfectam, omne commodum accedens rei venditæ ad emptorem pertinet, ità pari modo, & omne incommodum, Bart. *d. §. si Titius d. l. Iulianus. de actio. empti,* quod venditione purè, & simpliciter facta; cõmodum superueniens, etiam ante traditionẽ, emptori acquiritur, vbi Pau. de Cast. *n. 1.* quod vẽditione perfecta, sicut omne periculum peremptionis, vel deteriorationis post cõtingens spectat ad emptorem, ità & lucrum ex post superueniens eidem acquiri debet. Idem tenet Christop. Porc. & Aret. *d. §. cum autem. versic. sed si post. Instit. de empt. & vendit. Fel in d. c. cum M. Ferrariensis. num. 5. de const. Philip. Dec. consil. 4. per totum,* verbis claris, quod natura contractus emptionis est, quod sicut damnum, ità commodum rei venditæ emptori debetur. latè Rip. *in d. l. si ex toto. num. 4. de leg. 1.* & tunc venditio perfecta esse dicitur, & perfectus emptionis, & venditionis contractus, simulatque de pretio inter partes fuit conuentum, per text. *d. §. cum autem. Instit. de emptio. & vendit.*

15

16 † Et hæc conclusio, quod augmentum cedat emptori, videtur procedere, nedum perfecta emptione, & sequuta traditione rei, sed etiam non sequuta aliter traditione, qua non sequuta, videtur, quod venditor remaneat aliqualiter etiam Dominus, *l. ancillam. vbi Saly. C. de actio. empt. d. §. cum autem. in fi. Instit. de empt. ibi*; Quia sanè qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipse Dominus est. quia etiam non tradita re venditione perfecta, commodum, & periculum spectat ad emptorem. extendit, & ampliat ità Aret. *in d. §. cum autem. num. 6. & Doctores in d. l. Iulianus. §. si Titius. de actio. empt.*

17 † Et hæc conclusio limitatur, vt procedat in augmento intrinseco, veluti est in maiori æstimatione rei, & etiam in augmento extrinseco, sed latenti, & non apparenti, *vt d. l. id, quod. ff. de peric. & commu. rei vend.* in augmento alluuionis, quod dicitur incrementum latens, *§. præterea quod per alluuionem. Instit. de rer. diuisio. per doctrinam Dec. allegatam in d. c. cum M. Ferrariensis. & in suo consilio 4 numer. 3. versi. 4. in casu. vbi adducit text. in l. item si fundi. §. huic vicinus. ff. de vsufruct.* vbi incrementum alluuionis, quod est incrementum latens, accrescit vsufructuario, apparens verò incrementum, putà insula in flumine nata iuxta fundum non pertinet ad vsufructuarium, sed proprietati, & proprietario accedit, & hoc, si quidem separatus sit vsufructus à proprietate, vt putà per locationem, emphyteusim, feudum, censum, aut alium modum, vt ad vnum vtile, ad alium directum pertineat dominium, quia vbi latet incrementum, vsusfructus augetur, vbi autem apparet separatum, fructuario non accedit.

† Secundo loco limitat, vt procedat ista conclusio, si alienatio, & venditio sit pura, & simplex, nõ, si conditionalis; quia si sit conditionalis, omne cõtingens incrementum ante impletam conditionẽ ad venditorem pertinet, etiam si conditio esset tacita, putà vendo tibi fundum, quem dico esse centum iugerum ad rationem vnius auri pro singulo iugere; quia venditio non dicitur perfecta, nisi facta, & sequuta mensuratione; augmentum ante mensurationem superueniens est lucro venditoris, nisi venditor fuerit circa hoc dolosè versatus, quia tunc in odium eius doli lucrum peruenit ad emptorem, *d. l. Iulianus. §. Titius. ff. de actio. empti. l. quòd sæpè. §. in his. ff. de contrahenda emptio.* vbi declaratur, quando in illis, † quæ consistunt numero, pondere, & mensura sit, aut intelligatur perfecta venditio, & ad id intelligendum videtur, quod vis stet in modo prolationis, vel conceptionis verborum venditionis, quia inquit tex. Si omne vinum, oleum, frumentum, vel argentum quantumcunque existat, venierit vno pretio, puta pro centum, simul atque conuenerit de pretio, perfecta est venditio; si vero venierit, non vt omne, sed vt vinum, & oleum in singulas metretas, argentum in singulas libras, do exemplum, vendo tibi argentum hoc totum librarum 50. pro centum aureis ad rationem duorum aureorum pro singula libra, gregem hunc centum capitum pecudum pro ducentum aureis ad rationem duorum aureorum pro capite; tunc quia pro numero metretarum librarum, & numero corporum pretium statutum videtur, dico, quòd venditio non est perfecta, simul atq; est conuentum de pretio, sed tunc, cum ad numeratum, appensum, & ad mensum fuerit, quia venditio quasi sub hac conditione facta intelligitur, vt in singulas metretas, singulos modios, quos, quasve fuerit admensus, singulas libras, quas appenderis, singula corpora, quę adnumeraueris, subdit text. Ergo, & si grex † venierit, si quidem vniuersaliter vnico pretio, statim conuento pretio est perfecta venditio; si vero in singula corpora certo pretio, tunc secus, quia statim, quòd sequuta fuerit adnumeratio, intelligetur perfecta emptio, non antè, per Bart. *d. §. Titius, Bal in d. l. 1. 4. opp. C. de peri. & comm. rei vendit. Bart. in consil. 121. incip. in quæstione Domini Cioli de Actiano. lib. 1 Alexand. in consil. 33. incip. viso processu inter Aromaninum agentem. colum. 2. numer. 5. versic. sed prædictis probationibus non obstantibus. volum. 6 aliàs est consil. 90 numer. 5. Paul. de Castr. cons. 377. in causa, quæ vertitur. Saly. d. l. 1. numer. 3. C. de peric. & comm.* & quando possit dici venditionem factam ad mẽsuram, habetur per Bar. *d. §. Titius. Fely. in ca. significauit, num. 7. de rescrip. per Soc. in l. demonstratio falsa. 3. colum. numer. 10. versic. ex quo videtur inferri. vbi optimè declarat.*

18

19

20

† Vnde

21 † Vnde re quidem benè, & solemniter alienata per ecclesiam in aliquem emptorem, aut receptorem, potest firmari regula, quòd incrementum spectat, & pertinet ad emptorem, aut receptorem: quia siquidem diceres ad ecclesiam vendentem, aut alienantem, esset contra ius dicere, quia per venditionem, & iuridicam alienationem nullum sibi in re remanet ius, nulla actio: suo enim consensu Ecclesia, & suo facto à se omne ius, quod in eadem re habebat, abdicauit, *l. id quod nostrum. de reg. iu.* Et ecclesiam velle, quòd incrementum rei, quæ ad aliam personam spectat, ad se pertineat, videtur pari modo contra ius, & contra conscientiam, quod non fert ecclesia, quæ non vult locupletari cum alterius iactura.

Et pro eo, quod propter varietatem contractuum alienationum, aliquid posset in vno contractuum esse diuersum ab alio, & aliud in vno, aliud in altero, pro maiori dilucidatione materiæ, & pinguiori declaratione subnectam, quod reperij de augmento aliquorum contractuum alienationum ecclesiasticarum.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum extrinsecum est, quod accedit rei per alluuionem vel aliter.*
2 *Agri limitati incrementum non recipiunt.*
3 *Dominus propter sterilitatem tenetur pro rata remissionem mercedis conductori facere.*
4 *Contrahentes non præsumuntur de futuris cogitasse.*
5 *Fructuarius habet fortius ius, quàm colonus conductor.*
6 *Colonus sibi nullo modo, sed domino possidet.*
7 *Colonus ad longum tempus dicitur naturaliter possidere.*
8 *Augmentum intrinsecum cedit conductori.*
9 *Molendini pensio an sit augenda, si conductor multum lucratur propter aliorum molendinorum destructionem.*
10 *Contrariorum eadem debet esse dispositio.*
11 *Augmentum insolitum verisimiliter à contrahentibus non fuit cogitatum.*
12 *Mercedis remissio ob sterilitatem fit colono ex natura locationis.*
13 *Pensio est augenda, si casu fortuito vbertas eueniat ex insueta arborum, aut satorum excrescentia.*
14 *Pensio non augetur, si fructus valent vltra solitum.*
15 *Sterilitas vnius anni compensatur cum vbertate posteà contingente.*

CVI CEDAT AVGMENTVM rei locatæ

QVAESTIO LXVIII.

QVamuis per locationem rei ecclesiæ non possit dici alienationem factam, nisi sit locatio facta ad longum, vel longissimum tempus, vt dico *suprà de signifi. verbi Alienatio, q. 2. c. 13. & 14.* tamen quia locatio rei ecclesiæ est materia frequens, pro dubio, quod circa rei locatæ contractum posset contingere, recensebimus ea, quæ per Doct. dicta de augmento locatæ rei reperimus.

Et in hac materia, meo iudicio, dupliciter potest considerari augmentum: augmentum videlicèt, quod accedit rei: & augmentum, quod accedit fructibus, vel alio modo, augmentum extrinsecum, vel augmentum intrinsecum, † Extrinsecum 1
est, quod rei accedit, pone, quando rei locatæ venit incrementum, putà, quando per alluuionem, alterve res locata augetur per accessionem alterius fundi terræ, & glebæ illi factæ vi fluminis, aut alias, & tale augmentum videtur, quod accedat, & accedere debeat locatori, & in beneficium locatoris contingere. Primo, quia id videtur actum inter partes, quia locando locator intra fines locationis expressos, rem, quam locat, limitare, & restringere videtur, & quod agitur attendi debet, & verba debent referri ad tempus contractus, & debet considerari res in contractu specificata, & prout in contractu limitata, designata, & mensurata, *l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. emptio.* quia † agri restricti ad suos fines, & suas cohærentias incrementum non recipiunt, per tex. *in l. in agris. ff. de acqui. rer. dom.* vbi dicitur, quòd in limitatis agris ius alluuionis locum non habet. facit 2
tex. in l. cancellauerat. de his, quæ in testa. delen. & in l. age cum Geminiano. C. de transac. cum similib. vbi sumitur regula, quod limitata causa limitatum producit effectum.

Et si incrementum, aut accessio cederet beneficio conductoris, esset contra ius, & iustitiam: quia damnum, quod in re locata contingit, ad locatorem pertinet, & locatorem respicit, qui propter † sterilitatem tenetur damnum resarcire cō- 3
ductori, & pro rata conductori mercedis remissionem facere, per text. *in l. ex conducto. §. si vis tempestatis. versi. sed si ager. ff. loca per Bar. in l. si vno. §. vbicunque, numer. primo, in fi. & in l. si merces. §. vis maior. num. 6. ibi, quandoque colonus allegat fundi calmositatem. ff. loca. latè per Imolam in c. propter extra locat.* vbi magistraliter materiam pertractat, & concludit, quod locator semper tenetur ad resarciendum colono, & ei remittendum mercedem, quoties passus fuerit damnum vltra dimidiam iusti pretij. Vnde si locatori damnum contingens ascribi debet, meritò nimirum si illi quoque & lucrum, incrementum, & augmentum superueniens ascribi debet, cum sit secundum naturam, quòd ad illum pertineat commodum, ad quem & damnum pertinere dignoscitur, *l. secundum naturam. ff. de regul. iur. facit,* quia augmentum superueniens post rem locatam, & post locationem, est quid de futuro, de quo nō potuit esse cogitatum, quia † de 4
futuris non præsumitur in contractu cogitatum, per *not. in l. fi. C. quæ res pig. oblig. poss. l. quicquid astringenda. de verb. oblig.* ità videtur concludere Bald. *in suo consil. 370. incip. magnifica, & Illustr. domina. lib. 1.* vbi si locatis possessionibus per modum territorij pro certa annua pensione, si post intra eosmet confines rerum, locatarum locator aliquid obtinuerit, aut assequutus fuerit, pone per sententiam, illud de nouo obtentum, acquisitum, vel assequutum ad locatorem pertinet, non ad conductorem.

Nec obstat huic conclusioni text. *in l. item si fundi. §. huic vicinus ff. de vsufru. & quemadmodum*

quis vta. vbi quicquid venit per latens augmentũ, putà per alluuionem fructuario, non Domino ac-
5 quiritur: quia responderi potest, quod aliud † est in fructuario, aliud in colono, vel conductore; quia in fructuario est fortius ius, fructuarius enim habet vtile dominium, & naturaliter sibi possidet, per Doctores * *communiter in l. naturaliter. vbi Ias. specialiter asserit esse * communem opinionem. ff. de acqui. poss. Alex. & alij in l. sciendum. §. possessor. ff. qui satisd. cog. & in l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. mat. vbi Alex. nu. 2.* vbi æquiparatur emphyteuta, & fructuarius in eo, quod ambo habẽt vtile rei dominium.

6 † In colono vero est secus, quia colonus nullo modo sibi possidet, sed possidet Domino, per text. *in l. 3. §. quod si seruus. & l. quamuis. §. primo. de acquir. poss.* vnde non benè arguitur de fructuario ad colonum, quia esset arguere de maiore ad minus affirmatiuè, quod argumentum in iure non procedit, per *gloss. in capitulo cum in cunctis. extrà de electio.* Et responsio hæc procedit in colono ad modicum tempus, & conductore; sed si es-
7 set † colonus ad longum tempus, secus esset, quia talis colonus dicitur naturaliter possidere, sicut fructuarius, *gl. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commod.* immo habet dominium in re conducta, sicut emphyteuta. *l. 1. §. quod autem. ff. de superfi. l. 1. in fi. cum l. sequen. ff. si ager vectigal. per Ias. d. l. 3. §. ex contrario. colum. 13. versic. item in quantum. ff. de acquir. poss.* vnde id posset limitari, vt procederet in colono ad modicum tempus, non in colono ad longum tempus, cui vti emphyteutæ, & vti fructuario superueniens augmentum latens acquiritur. Deduco latè *in quæstio. 73. de remiss. merced. vbi potest videri, infrà.*

8 † Si vero augmentum sit in fructibus, aut contingat augmentum intrinsecum propter vbertatem, vel valorem pretij fructuum, & tunc an tale augmentum cedat conductori, an locatori, videlicèt, propter tale augmentum debeat augeri pensio; videtur dicendum, quod si vbertas contingat casu fortuito, benè tunc augmentum cedat locatori, & augeatur pensio sibi solui consueta; secus, si contingat augmentum casu consueto, aut coloni ingenio, industria, vel diligentia. quia tale augmentum cedit colono, & conductori, & pensio non augetur, videtur dicere *gloss. in d. l. si merces. §. vis maior. in verb. cui alias ff. loca. quam glo. auream appellat Bald. in addit. ad Spec. titu. de loca. versic. emphyteuta. colum. 4. refert Ias. in l. 1. colum. 17. numer. 79. versic. istam licèt communem. C. de iure emphyt. sequi-*
9 *tur Bart. in d. §. vis maior.* vbi ponit; † quod si locaui tibi molendina pro certa pensione, ex post alia molendina, vi, & impetu aquæ sint destructa, ità quod propter aliorum molendinorum destructionem, vel amotionem, multum lucrareris, pensio tibi venit augenda. sequi videtur Abb. *in cap. propter. numer. 20. versic. sed quæro. extrà locat.* vbi posito, & facto quæsito, an propter vbertatem debeat augeri pensio, sicut propter sterilitatem per locatorem colono fit remissio, concludit per *d. gloss.* quod aut contingit vbertas, quia fructus multum valent vltra solitum, & non debet fieri augmentatio, aut diminutio propter vtilitatem pretij, quia contractus recipit substantiam suam, & conditio tacita est purificata collectis fructibus. Aut vbertas contingit propter industriam coloni, & non debet augmentari pensio, ne sua diligentia sibi sit damnosa, & suus labor sibi luctum afferat, arg. *l. si. C. de alluuio.* Aut vbertas contingit propter bonitatem rei, & tunc pari modo non fit augmentatio, quia Dominus locauit bonitatem rei meliori pretio, quo potuit. Vel contingit vbertas, aut augmentatio casu fortuito, putà, locaui tibi molendinum, ex quo tu conductor solebas percipere quinquaginta, nunc quia alia molendina sunt ruinata, aut quid simile soles percipere centum, isto casu est facienda augmentatio, & pensio augeri debet per colonum locatori pro rata: nam sicut propter casum fortuitum contingentem fit remissio pro rata ad sterilitatem excedentem vltra dimidiam solitæ pensionis, ità etiam in casu contingentis vbertatis casu fortuito debet fieri pensionis augmentatio, & auctio, quia † contrariorum eadem debet esse dis- 10
positio, *32. distinct. hospitiolium. l. 1. ff. de his, qui sunt sui.* de qua augmentatione deduco *in dicta quæst. 73. cap. 2. & habetur per Abb. in cap. prohibemus. in fi. extrà de censib.* Et ratio ad supradicta esse potest, quia primò de augmẽto † insolito verisimiliter à con- 11
trahentibus non fuit cogitatum, per Bald. *in additio. ad Specul. loco præallegato, Ias. d. loco numer. 79.* quia de futuris contingentibus in contractibus non præsumitur fuisse cogitatum, & solum in contractu veniunt illa, de quibus verisimiliter potuit esse cogitatum à partibus contrahentibus, *not. in l. fi. C. quæ res pig. oblig.* Item alia ratio, sicut propter sterilitatem, & alios casus similes fit colono mercedis remissio, quod † est de na- 12
tura contractus locationis, *l. ex conducto. §. 1. l. merces. §. vis maior. ff. loca. Saly. in l. licèt. Cod. eod. Alexandr. consil. 107. numer. 6. libr. 3. consil. 3. numer. 11. lib. 1. Ias. & alij in Authen. qui rem. C. de sacrosanct. eccles.* ità pari modo venit dicendum, quod propter magnam, & insolitam vbertatem sit augenda pensio, vt contrariorum eadem sit dispositio. facit † dictum Andreæ de Isernia *in §. si quis de manso.* 13
colum. 3. versic. dic ergo in colono. de controuers. inuestit. vbi quod si casu fortuito euenit vbertas ex insueta excrescentia arborum, aut satorum, augenda erit pensio, si diligentia coloni, aut consueto casu, non quia si eueniet sterilitas ex debilitate rei, vel consueto casu, non fieret remissio; secus, si eueniret sterilitas in consueta, & in cogitata, *vt ibi per eum.*

† Limitat prædicta Bart. vt procedant, quan- 14
do colonus multum lucraretur propter fructuum abundantiam, quia tunc augetur pensio, secus, si fructus multum valent vltra solitum, quia tunc pensio non augetur, sicut non fit remissio, si propter vitium fructuum conductor sentiret damnum, *l. ex contrario. §. 1. versic. si quantum. ff. locat. vt per Bart. d. §. vis maior. numero 8.*

† Item & alio modo limitat, vt non fiat augmẽ- 15
tum pensionis, si vnus annus præcesserit sterilis, quia sterilitas illius anni habet compensari cum ferti-

fertilitate, & vbertate ex post contingente, *l. si vno ff loca. Paul. de Cast. d. §. vis maior. numer. 5*, & licèt Paul. de Castren. ibi tenere videatur contrarium, quod nullo modo augeri debeat pensio, sed lucrū omne sit conductoris, qualecunque, & quantumcunque sit magnum; tamen ego puto non esse recedendum ab opinione Bart. quæ videtur * communiter approbata, per Imolam, *& alios in d. c. propter. extrà loca. Imola ibi, vers. vlterius potest.* vbi hoc latissimè prosequitur.

SVMMARIVM.

1 *Censuarius contractus quomodo fiat.*
2 *Censuarius habet ius firmius, quàm emphyteuta.*
3 *Censum soluimus de re nostra.*
4 *Differentia inter censuarium, & emphyteutam maxima.*
5 *Augmentum quodcunque proueniens rei censuatæ ad censuarium pertinet.*
6 *Census soluitur superiori in signum subiectionis.*
7 *Subiectio denotatur per quamcunque solutionem magnam, vel paruam.*
8 *Census si soluitur priuato, non est propriè census.*
9 *Pensio soluitur ratione fructuum.*
10 *Pensio imposita ratione fructuum, debet augeri auctis facultatibus.*

CVI CEDAT AVGMENTVM rei censuatæ.

QVAESTIO LXIX.

NEc est absonum, vt videamus, cui cedat, vel cedere debeat augmentum, incrementum, vel additio, quæ accedit ad rem, vel rei censuatæ, & pro qua soluitur annu⁹ census alicui, & an propter tale incrementum census, vel census solutio augeri debeat. Et licèt propter verba text. *in c. prohibemus. extrà. de censi.* census nouus non possit imponi, nec vetus augeri: quia cum contractus
1 censuarius vno modo fiat, † cum vendo rem alicui transferendo in emptorem omne, quod habeo, tam directum, quàm vtile dominium cum onere, quod emens rem teneatur certum conuentum annuum censum, vel reditum soluere, *c. constitutus. de relig. dom. Imo. in c. ad audientiam. lib. 2. de rescrip.* & contractus censualis sit similis illi, quo agri vectigales constituuntur, *l. 1. §. 1. ff. si ager vectigal.* & censuarius possit cessare per mille annos in census solutione, & non cadat à iure, *gl. in c. constitutus. vbi Abb. Imo. & Ias. in d. l 2. Abb. cap. 1. de in integ.*
2 *restit.* † *Soci. cons 167. lib. 2. Bero q. 14.* vnde cum censuarius habeat ius firmius, quàm emphyteuta, & res concessa per talem contractum alicui tali censu reseruato concedenti translato vtili, & directo dominio in concessionarium, donatarium, vel emptorem sit plenariè effecta illius, cui conceditur,
3 vnde de re nostra censum soluimus, merito per † qualecunque proueniens augmentum rei censuatæ non debet, nec imponi de nouo, nec vetus census impositus augeri illi, cui census soluitur, quia augmentum tale spectat omne ad censuarium, ad quem spectat tam directum, quàm vtile dominiū rei censuatæ in seipsum pleno iure träslatæ, & dif-
4 fert † à contractu emphyteutico, in quo non träsfertur, nisi vtile dominium, & emphyteuta priuati cessans per triennium, Ecclesiæ verò per biennium cadit à iure suo, *l 2. C. de iure emph. c. fin extrà loca.* quod est secus in censuario, qui potest cessare per mille annos sine periculo caducitatis; tamen *gl. in d. c. prohibemus. de censi in verb. nec veteres.* tenet, quod auctis facultatibus Ecclesiæ censuatæ potest census augeri. sed Abb. *ibidem sub nu. 3. vers. in gl.* dicit; quod gl. sequens; sed vult dicere, † quod gl. antecedens *in verb census.* hoc limitat, vt procedat respectu præsentationis, aut procurationis, non autem respectu census. sed quia inquit, illa glo. non reddit rationem, nec Doctores id explicant, propterea dic, quod census ideo non augetur, † quia, 6
inquit, aut soluitur superiori, & talis solutio fit in signum subiectionis, vel in recognitionem superioritatis, & tunc non augetur, quia nihil refert, quòd soluatur multum, an parum. nam† per quācunque solutionem, vel magnam, vel paruam denotatur subiectio, *c. omnis anima. extrà de censi. facit d. c. constitutus. de relig. dom.* Aut census † propriè 8
soluitur priuato, & non est propriè census, nec debet augeri auctis facultatibus. & ratio est, quia in contractu cēnsuali transit dominium ex toto in recipientem. *gl. in d. c. constitutus. Bar. in l. 1. ff. de publican.* vnde augentur facultates ipsius, non illius, cui census soluitur. Secus est in † pensione, quam 9
quis soluit ratione fructuum, quos quis percepit de alieno, nam propriè conductor soluit pensionem. subdens Abbas *ibidem sub nu. 4.* quod si Ecclesia † sit donata monasterio ad vsus proprios, mo- 10
nasterium reseruata sibi pensione concess[er]it eam alteri, debet auctis facultatibus augeri pēs[i]o, quia talis pēsio fuit imposita ratione fructuum, quemadmodum diminueretur diminutis facultatibus, *vt ibi per eum.*

De censu vero alterius generis, pone, quando annuus reditus super aliquo fundo, prędio, vinea, palatio, vel domo emitur, quia in eo cōtractu nō transfertur nec directum, nec vtile dominium, & emptor tantùm habet reditum emptum, & fundū hypothecatum, nihil attinet dicere, quia non est præsentis materię, quia in emptorem talis reditus non est translatum, nec dominium, nec possessio, de quo diximus *in q. 17. de constitutione annui census in rebus Ecclesiæ illiusque venditione, vna cum quæst. sequen. 18.* vbi Bullas Sanctissimorum Pontificum talis emptionis, vel venditionis facultatem concedentium inseruimus, *vt in dd. qq. est videre.* -

SVMMARIVM.

1 *Augmentum rei feudalis accrescit domino, non autē vasallo si limitatè sit feudum concessum.*
2 *Seruitium commensuratum præstatur per vasallum, si feudum sit limitatè cōncessum.*
Quid si feudum non limitatè, sed simpliciter sit concessum? vide nu. 4.
3 *Initium contractus est inspiciendum.*
5 *Reseruatio alicuius iuris ostendit, quòd non totaliter est facta concessio.*
6 *Distinctio in materia, cui cedat augmentum rei infeudatæ, non fit inter augmentum latens, & apparens.*
7 *Feudatarius habet ius firmius, quàm fructuarius.*

8 Aug-

8 *Augmentum proueniens industria vasalli, acquiritur vasallo.*
9 *Augmentum contingens intra rem vasallo acquiritur.*
10 *Seruitutes acquisitæ per vasallum rem emphyteuticam sequuntur.*
11 *Iurisdictio acquisita per vasallum acquiritur ipsi, nõ domino, vel castro.*
12 *Iurisdictio est quid separatum à castro.*
13 *Melioramenta facta industria vasalli ad eum spectant.*
14 *Dominus directus, si auget rem infeudatam, & sibi nihil reseruat, remittere, & donare vasallo videtur.*
15 *Pensio an sit augenda ob incrementum, quod superuenit.*
16 *Petere quis non debet, cuius contrarium non esset petiturus.*
17 *Furtum committitur etiam in vna gallina.*
18 *Modicum consideratur, vbi quis dat operam rei illicitæ.*
19 *Incrementum magnum dicitur respectu rei, cui accedit.*

CVI CEDAT AVGMENTVM rei infeudatæ.

QVAESTIO LXX.

EST pari modo videndum, cui accrescat augmentum, & accessio facta rei infeudatæ. Et in hac materia videtur dicendum, quod feudum vel fuit concessum limitatè, siue ad mensuram, veluti, Do tali in feudum viginti iugera talis territorij: aut, non limitatè, sed simpliciter, pone,
1 Concedo tibi id in feudum. Et primo casu † augmentum, & accessio accrescit domino, non autem vasallo, *exemplo tex. in l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. emptio.* vbi venditio lacu cum decem pedibus circa lacum, si vltra contingat aliquod augmentum superueniens, illud non accrescit, nec acquiritur emptori, vel illi, cui fuit concessum feudum, quia venditio est facta limitatè, & ad mensuram, vnde non plus datum, quàm concessum intelligi debet, ità intelligit illum tex. Ripa *in l. si ex toto. num. 7. de leg 1. Facit id, quod habetur in tex. l. in lege. ff. de contrahen. emptio.* vbi conuentio, quod venditor sibi reseruat lapidicinas existentes in fundo, comprehendit tantùm lapidicinas, quæ apparebant tempore conuentionis, vel venditionis, non illas, quæ ex post apparuerunt, vel ex post fuerunt inuentæ, vnde videtur, quod si dominus concedit in feudum hoc modo, videlicèt, Concedo vasallo territorium meum, quod est in tali loco, in feudum, intelligi debet tantum tempore concessionis feudalis, non de ex pòst superueniẽte. Item facit *tex. in l. in agris. ff. de acquir. rerum domi.* quod in agris limitatis ius alluuionis locum non habet. cõcordat *tex. in l. 1. §. insula ff. de flumin.* vbi insula in flumine non fit illius, cui agri limitatè sunt concessi, vnde limitati agri incremẽtũ non recipiunt. Itẽ facit, quia dominus cõcedẽdo sub assignatis spatijs, cohærẽtijs, mẽsuris, & terminis, videtur in eis feudũ taxare, & vasall⁹ feudũ sic taxatũ, & limitatum recipere, *l. cum certus. ff. de tritic. vin. & oleo lega.* vbi cum certus numerus amphorarum vini legatus sit ex eo vino, quod in fundo Semproniano natum erit, si minus natum sit, quàm fuerit numerus legatus, non plus, quàm natum sit, debetur; quia verbum illud, Quod natum erit, vicem taxationis obtinet. 2

† Facit, quia si feudum est limitatè concessum versa vice per vasallum præstatur Domino commensuratum seruitium, & cum non augeatur in seruitio, non videtur quoque, quòd augeri debeat in feudo, ex natura proportionabiliũ, seu correlatiuorũ, & ex natura causæ, & effectus, quia causa commensurat semper suum causatũ, ità per Bal. *in c. 1. §. si quis de manso. col 2. vers. & est ratio. de controuersi. inuest.* Facit vltimò, quia natura demõstrationis est, demõstrare ea, quæ sunt, nõ alia, & ideò inspicitur, † & inspici debet tempus, quo fit actus, & 3
initium, quo celebratur cõtractus, *l. si quis vinũ. §. si acetum. iunct a glo. in verb. demonstratum. ff. de tritic. vin. per Bald. d. §. si quis de manso. colum. 2. circa fi.*

† Si vero feudum concedatur non limitatè, nõ 4
cohærentiatè, sed simpliciter, per Bald. *d loco* subdistinguitur, quia vel Dominus concedens aliquid infeudatione, vel concessione reseruauit; & tunc omne augmentum, & accessio cedit Domino concedenti, nisi vasallus probet sibi etiam de incremento inuestituram factam fuisse. Aut Dominus infeudans simpliciter concessit, nihil prorsus sibi retento, vel reseruato, & eo in casu omne incrementum contingens vasallo cedit, *ca. 1. §. si quis de manso. de contro. inuestit. per Bal. ibidem*, vbi figurando casum secundum Iac. de Bel. dicit, quòd si inter Dominum, & vasallum sit contentio de incremento feudi, si Dominus aliquid sibi reseruauit, tunc probatio est vasalli, si nihil sibi retinuit, & vasallus possidet, tunc statur iuramento vasalli; aut non possidet vasallus, & tunc incrementum amittit, nisi probet legitimè, & alias, *vt ibidem.*

Et ratio isti⁹ subdistinctionis esse videtur, quia reseruatio † alicuius iuris, vel partis ostẽdit, quod 5
non totaliter, nec in totum est facta concessio, nec totaliter totum est infeudatum, vnde per reseruationem venit declarata intentio cõcedentis, quod voluit feudum limitare, quæ ratio cessat, si nihil reseruato est facta de toto, vel simpliciter infeudatio: hãc distinctionẽ faciunt, & sequuntur And. de Iser. *in d. §. si quis de manso. & Bal. ibidem, & habetur per Bar in l. de quibus. in 2. lect. nu. 2. vbi Ias. col. 2. vers. aggredior. ff. de legib.*

† Et id procedit, quod omne augmentum esse 6
debet vel Domini, vel vasalli, vel sit augmentum latens, vt alluuionis, vel sit augmentum apparens, veluti est insula in flumine nata, primo per tex. *in d. §. si quis de manso. in illis verbis ibi, Omne incrementum*, quia nihil excludit, qui omne dicit, *l. Iulianus. de lega. primo, l. à procuratore. Cod manda.* & text. simpliciter loquitur non distinguendo vel de augmento discreto, vel de continuo, aut coniuncto, vnde nec nos distinguere debemus. *arg. l. 1. ff. de alea lusu.* item quia tex. *d. §. si quis de manso.* est noua lex, & cum non exprimat, vel de augmento discreto, vel continuo, & cum potuerit, & omisserit, habetur pro omisso, *arg. l. vnic. §. fin autem.*

autem. C. de caduc. tollen. ità sentit And. de Isernia in d. §. si quis de manso. versi. nec refert. Nec obstat, quod in vsufructuario sit distinctio inter latens, vel patens incrementum, l. si fundi. §. huic vicinus. ff. de vsufruct. vbi latens augmentum vsufructuario, patēs verò Domino acquiritur. Quia † feudatarius habet ius firmius, & magis forte, quàm habeat vsufructuarius, feudatarius enim transmittit post mortem suam ad hæredem, ius autem fructuarij morte finitur, vnde nihil erit mirum, si plus iuris erit in feudatario, vt habeat vtrunque incrementum latēs, & apparens, quàm in fructuario, qui nō habet, nisi incremētum latens, vt per dictū Andr. de Iserni. & Bald. d. §. si quis. & per Ias. d. l. de quibus. Glo. tamen in d. § si quis de manso. in verb. reseruauerit. videtur sentire contrarium, distinguendo videlicèt, quia si augmentum erit latens puta alluuionis augmētum, quod tunc tale augmentū pertineat ad vasallum de feudo inuestitum: si verò sit apparēs, pone, insula in flumine nata, tunc augmētum pertineat ad Dominum directum feudi, quæ glo. vt refert Ruin. consil. 7. nu. 12. lib. 1. est per Doctores * communiter approbata. Sed Iulius Clarus l. 4. senten. in § feudū. q. 88. versi. item quæro, an incrementum. dicit; quod d. glo. sibi nō placet, nec sibi satisfacit, quia cū proprietas feudi sit Domini directi, quod illi accedit, debet accrescere feudi Domino, nisi aliter ex tenore ipsius inuestituræ appareret, propterea, inquit, esset æquius dicere, quod omne incrementum accedens feudo absque industria vasalli respectu proprietatis, acquiratur Domino; respectu vero vtilis Dominij acquiratur vasallo. Sed quicquid dicat ipse Clarus, mihi placet opinio Iserniæ, & Bald. secundum, quod supra distinguitur, si sibi concedens aliquid reseruauit, vel non reseruauit, & si sibi aliquid reseruauit, omne incrementum, vel sit latens, vel sit apparens concedenti, vel Domino debitum sit, si simpliciter sit facta concessio, quod augmētum, cuiuscunque generis sit, debeatur vasallo.

8 † Limitat supradictam distinctionem Bal. d. §. si quis. vt non procedat, quoties augmentum prouenit industria, labore, vel opera vasalli, quia tūc illud tale augmentum acquiritur vasallo, vt per

9 Bal. ibi, versi. & nota. Secundo loco † etiam idem Bal. ibi limitat, quoties augmentum superueniens contingat intra rem, putà, si in fundo feudali vasallus ædificat Castrū, aliudve intrinsecum commodum, vel ædificium fabricet, quia sine dubio omne id vasallo spectabit, vt per Bal. d. loco.

10 † Si vero seruitus aliqua fuerit per vasallum pretio acquisita in beneficio feudi, vel rei feudalis, illa seruitus, & iura etiā inseparabilia, quæ per vasallum acquiruntur feudo accedunt, & rē feudalē sequuntur, & per consequens feudo finito, & infeudatione vna cum feudo ad Dominum directum perueniunt, non ad hæredes vasalli, ad quos feudum non transit, & hoc * commun ter sentiunt Doctor. vt per Bero. in q. 66. nu. 6. relatum per Iul. Clar. in d. §. feudum. versi. sed quid de seruitutibus. & per Aluarot. in d. §. si quis de manso.

11 † Sed si vasallus acquirat iurisdictionem Castro sibi infeudato, quam dicti Castri tempore infeudationis non habebat, & acquirat ab alio, non ab infeudante, illa iurisdictio non accrescit feudo, nec domino directo feudi, sed vasallo, & hæredibus illius, & finita infeudatione ad illum, vel eius hæredes perueniet, ità per Bal. eleganter c. j. §. è contrario. nu. 4. de inuestit. de re. alie. fact. & hanc opinionem sequuntur * communiter omnes, per Ruin. cons. 14. post prin. lib. 1. Et ratio potest esse, quia † iurisdictio non est ius inseparabile à castro, nec 12 annumeratur inter inseparabilia, immo q̄d separatum à Castro, quod de per se subsistere pōt, merito si feudo non accrescit, per Iul. Clar. d. loco, in fi. vbi in prin. posita quęstione, an de melioramentis factis per vasallum in feudo, finità infeudatione debeantur Domino directo, vel vasallo, aut illius hæredibus, dicit, quod si sint † melioramenta 13 facta industria vasalli, ad vasallum spectant, vt per Aluarot. d. §. si quis. de manso. sed est in electione domini, vel soluere æstimationem dictorum melioramentorum, vel pati, quod tollantur, c. 1. §. si vasallus. hic finitur lex Corradi: vbi idem Clarus ponit, quomodo fieri debeat æstimatio dictorū melioramentorum, vbi est videre.

Et pari modo si augmentū prouenit facto domini directi, putà, quia Domin' augeret feudum, totum augmentum cedit lucro ipsius vasalli, & nihilominus seruitium non augetur, quia quando homo † facit augmentum, & homo sibi non pro- 14 uidet, & sibi non retinet, remittere, & donare videtur, per Iser. d. §. si quis. de manso. vnde inspici solet, quæ sit, vel fuerit voluntas infeudantis, & an voluerit simpliciter, vel limitatè infeudare, quia in dubio cōcedēs quid in feudū simpliciter, nihil vlterius dicēdo, videtur totū dare, & totū infeudare, quia indefinita æquipollet vniuersali, l. si plures. de leg. 2. cū ibi not. And. de Iser. d. §. si q. s. versi. in dub.

† Sed si incrementū perpetuum, quod superue- 15 nit, accrēscit, & cedit vasallo, an ob tale augmentū perpetuū augeri debeat pēsio, siue seruitiū? Super hoc And. de Iser. qui ponit de hoc quæstionē in d. §. si quis de manso. concludit, quod vel augmentū est tanti valoris, vel pluris, quanti est totū feudū, cui accreuit, & tunc augetur seruitiū pro modo valoris ipsius incrementi: vel feudū fuit auctū, vel incrementatū in parte, & particulariter, & tunc non augetur seruitiū, siue pensio, quod secundum eum correspondet distinctioni de dāno, & detrimēto: quia si contingat damnū de toto, imputatur Domino directo feudi, si cōtingat de parte, & tūc imputatur feudatario, sicut est in emphyteuta, in l. 1. C. de iure emph. quia cōtrariorū est eadē disciplina, l. fi. §. si filius. ff. de leg. 3. Ias. & alij in rub. de acquir. poss. facit, quia non † debet quis petere illud, cuius cō- 16 trariū non est petiturus, l. fi. C. de solu. & modicū nō curatur, l. in rebus. §. possunt. ff commo. l. omninò. ff. de impens. in reb. dotal. fact. per Ias. in c. 1. nu. 22. qui feu. da. poss. & in causis, & casibus feudorū æquitas maximè seruatur, quæ in paribus causis paria iura desiderat, c. hac edictali. §. fin. de pace iur. fir. vnde sicut Dominus non agnoscit particulare damnum, ità quoq; particulari incremēto gaudere non debet.

Sed immò videtur contrà, etiā quod modicum incrementum habeatur in cōsideratione, quia etiam † in vna gallina furtum committitur, §. galli- 17 natum. Instit. de rerum diuisio. tradit gloss. in proœm. decret.

decret. & in ca. cum te. in verb. magna. de senten. & re iudic. Bal. in l. 1. §. de exercitorib. nau. caup. stab. & statutum puniens comburentem domum, habet locum in comburente domunculam. Sed † solutio
18 est, quòd in his, & similibus eadem ratio est in modico, quæ est in toto, cum in modico delinquens dat operam rei illicitæ, scilicèt furto, & incendio, per Doctores *in d. §. gallinarum. Iaf. in d. c. 1. num. 25. vers. contra tamen qui feu. da poss.* Sed in casu nostro in quo tractatur de augmento seruitij, magnitudo rei aliud exigit, nec ea ratio militat in parte, quæ & in toto: quam responsionem comprobat Isernia, per text. *in l. sed addes. §. si quis mulierem. ff. loca.* vbi in infante nato in naui non augetur pẽsio, siue naulum, quia vectura infantis magna nõ est, ergò à contrario sensu, secus, si magna esset, & per eundem Isern. magnum dicitur incrementum respectu rei, cui accedit, scilicet si sit supra vires, & supra † valo em eius, per tex. *in l. ex annuo. in prin. ff. de don. inter vir. & vxo.*
19

SVMMARIVM.

1 *Augmentum latens, quòd emphyteutæ, apparens autem. quòd domino directo acquiratur.*
2 *Feudatarius vtile dominium habet.*
3 *Argumentum à minori est necessarium, & nunquam fallit, secus in argumento à simili.*
4 *Tributarius habet dominium directum, & vtile.*
5 *Fructuarius non habet ius ità fortè sicut emphyteuta.*
6 *Augmentum insolitum, de quo verisimiliter partes non cogitarunt, non cedit emphyteutæ.*

CVI CEDAT AVGMENTVM rei emphyteuticæ.

QVAESTIO LXXI.

DE augmento quoque emphyteusis, vel rei in emphyteusim concessæ contingenti dicemus, & cui cedat tale augmentum. Videtur variæ opin. Doctor. nam vna opinio videtur,
1 vt † distinguatur inter augmentum latens, & augmentum apparens, vt quidem latens augmentum, veluti est augmentum, quod accrescit per alluuionem, quod dicitur augmentum, quod latenter accrescit, emphyteutæ acquiratur. Si verò patens sit augmentum, pone, quando insula est orta in flumine, tunc non emphyteutę, sed domino directo acquiritur, iuxta dispositionem tex. *in l item si fundi. § huic vicinus. ff. de vsufr.* vbi hoc statuitur in fructuario, & domino directo, simile habetur in *gl. in ca. 1. si quis de manso. si de inuestitu. contro fuerit.* de fructuario, & domino directo in glo. reseruauerit. & *gl in l. de quibus. ff. de legat. & in l. 1. in gl. fin. C. de iur. emphyt.* cum hac opinione transit simpliciter Iul. Clar. *in 4. lib. sen. §. emphyteusis q. 41. & in §. feudum. eodem lib. q. 88. vers. item quæro.* Et ratio istius opinionis potest esse, quia cum in casu isto non reperiatur, nec ius scriptum, nec consuetudo, ad quẽ spectet augmentum contingens emphyteusi, recurritur ad simile legis, quod est per legem expressum in fructuario, cui cedit augmentum, si fuerit augmentum latens: secus, si fuerit patens, per text. *d. §. huic vicinus.* vnde secundum hoc simile debet determinari, licèt etiam reperiatur simile consuetudinis aliter disponentis *in c. 1. §. si quis de manso. allegat.*

Alia opinio est, quæ fuit opinio Petri, & suorũ sequacium *in l. 1. C. de iure emphyt.* quod augmẽtum quemadmodum non cedit feudatario, ità nec cedere debet emphyteutæ, iuxta dispositionem. *d. §. siquis de manso. arguendo à simili.* feudatarius † habet 2
vtile dominium, *§ rei autem. de inuest. de re alien.* facta emphyteuta habet vtile dominium, vt no. *in d. l. 1.* ergò, vt augmentum non accrescit feudatario, ita nec emphyteutæ, sequitur hãc opinionem Iaco. de Rauen. Martin. & Bal. quos refert Ias. *in d. l. j. C. de iure emphy nu. 79.*

Sed ista opinio non videtur tenenda, tum quia in casu nostro habemus simile legis, quod magis attendi debet, quia casus noster est de eo, cuius materia est lege comprehensa, vt dictum est: tum etiam quia arguere de fructuario ad emphyteutam, est arguere de minori ad maius, quod argumentũ est maioris concludentiæ, quia est simile de feudatario, quia argumentum † à minori est necessariũ, 3
& nunquam fallit, sed argumentum à simili est benè fallax, *l. fi. §. penultimo ff. ad municip. l. comparationes. C. de fid. instr.* & quælibet probatio est fortior, quàm similitudo, & comparatio, *§. si vero nullus. Auth. de fide instru. per Saly. in d. l. 1. numer. 8. C. de iure emphyt.*

Alia, & tertia opinio est, quod omne augmentum contingẽs, vel sit latens, vel apparens semper sit emphyteutæ, & semper emphyteutæ acquiratur: pro quo adducitur primo tex. *in l. 2. C. de alluuio.* vbi emolumentum, & augmentum proueniẽs tributario, omne accrescit simpliciter nulla facta ibi distinctione de latenti, vel apparenti, nec de continuo vel discreto. Verum ad tex. illum potest responderi, quod loquitur in tributario, qui habet dominium directum, & vtile, per tex. *in l. & in prouinciali C. de seruit. & aqua.* vbi Bal. & non in emphyteuta, † qui habet solum dominium vtile, 4
per Ias. *in d. l. de quibus. vers. & licèt in tributario.*

Secundo loco facit arg. à contrarijs, vt illud iuris sit in augmẽto, quod iuris est in diminutione, *l. secundum naturam. ff. de reg. iuris,* quia sicut damnum omne particula e contingens rei emphyteusis non damnum totale est emphyteutæ, & per emphyteutam supportari habet simpliciter nulla facta distinctione, vel sit magnum, vel paruum, vel latens, vel apparens sit detrimentum, seu iactura; ità pari modo de augmento, vel emolumento contingenti censeri debet, quod vel sit latens, vel apparens, & aliàs cuiuslibet generis, vel quantitatis, id omne ad emphyteutam perueniat, & pertineat, *l. 1. in fin. C de iure emphy. tenet Iac. de Aren. Alb. Bar. & alij in l. 1. C. de iure emph. & Ias. ibidem nu. 79.* vbi dicit; quod quemadmodum omne damnum, vel sit apparens, vel latens, nisi sit damnum totale, & totius rei interitus semper pertinet ad emphyteutã, ita omne augmentum, omne emolumentum contingens emphyteutæ esset debet; nec propterea potest augeri pensio, vt contrariorum eadem sit disciplina. † Nec obstat illud, quod allegatur de 5
fructuario, qui non habet ius ità fortè sicut emphyteuta, quia ius fructuarij non est durabile

post

post mortem, immo morte finitur, *per tex. in §. finitur. Instit. de vsufr.* ius vero emphyteutæ est transmissibile ad hæredes, vnde non benè infertur de vno ad alium, quia esset arguere à minori ad mai°, per Doct. *in d. l. 1. C. de emphy vbi Ias. nu. 79.*

6 † Sed hoc, limitat multum signanter Bald. *in addit. ad Spec. de loc. col. 4. vers. emphyteuta.* vt videlicèt id procedat in augmento consueto, secus sit in augmento insolito, de quo verisimiliter partes non excogitarunt, per *gl quam allegat in l. si merces. §. vis maior. in fi. per Ias. in d. l. 1. C. de iure emphyteut. nu. 79. versiculo. istam licèt.*

SVMMARIVM.

1 *Meliorationes in domo facta dicuntur, per quas domus est facta melior, & ità efficaces sunt, vt pars domus efficiantur.*

2 *Domus cum instrumento si legata sit, non veniunt instrumenta patrisfamilias, sed domus.*

3 *Reparationes loci sunt, pr quas loci facies conseruatur.*

4 *Emphyteuta, qui sui culpa cecidit ab emphyteusi, perdit meliorationes.*

5 *Emens scienter rem subiectam restitutioni, amittit meliorationes.*

6 *Aedificium factum super solo Ecclesiæ spectat ad Ecclesiam.*

7 *Clericus testari non potest de meliorationibus per eum factis in rebus Ecclesia.*

8 *Impensæ parua facta per maritum in re dotali non repetuntur.*

9 *Meliorans scienter solum alienum videtur animo donandi facere.*

10 *Aedificans bona fide in fundo alieno recuperat expensas.*

11 *Expensas gratia fructuum factas potest possessor semper deducere.*

12 *Consuetudo dictat, quòd aut dominus patiatur adificium auferri, aut soluat pretium meliorationis.*

13 *Pater si adificium in solo aduentitio construxerit, poterunt alij fratres pro parte sumptuum sibi pertinenti retinere fundum.*

14 *Vasallus si adificium fecerit in feudo, an meliorationes deducere poterit.*

15 *Fundus datus in solutum si industria creditoris melior factus sit, non restituitur debitori etiam minori.*

16 *Expensarum aliæ sunt necessaria, aliæ vtiles, alia voluntaria, & nu. 22.*

17 *Expensa gratia fructuum tribus modis fiunt.*

18 *Naturalis ratio postulat, vt sumptus fructuum soluantur non modò bonæfidei possessori, sed & pradonibus.*

19 *Remittens ex simplicitate retentionem, quam habebat propter fructus, potest condicere possessionem.*

20 *Media via eligitur in eo, qui quando in bona, & quandoque in mala fide fuit.*

21 *Expensa in reficiendo facta an, & quando deducantur.*

23 *Sumptus facti in re alteri restituenda, an, & quomodo veniant repetendi.*

Quid de sumptibus factis in re aliena, vide nu. 24.

25 *Facit quis aliquando de suo in suo, aliquando de alieno in alieno, aliquando de alieno in suo, aliquando de suo in alieno.*

26 *Pacta & conuentiones circa sumptus, & melioramenta sunt seruanda.*

DE MELIORAMENTORVM in rebus eccl. factorum refectione, siue refusione.

QVAESTIO LXXII.

CAP. I.

IMpensæ quoque, & melioramenta, quæ fiunt in rebus ecclesiæ, vel per emptorem, cóductorem, emphyteutam, colonum, feudatarium, vasallum, aut alium, qui titulo, vel aliàs rem ab ecclesia obtinuit, quæ faciunt rem maioris valoris, vel pretij, quam fuit tempore concessionis, non debent esse sine aliqua consideratione, quippe quę vt plurimùm sunt facta magna cum impensa, industria, labore, & temporis iactura impendentis.

Et pro declaratione terminorũ præsentis materiæ, est bonum scire, quæ dicantur meliorationes, siue melioramenta, & quæ dicãtur reparationes. Et meliorationes † factæ in domo, aut loco illæ dicũtur, per quas domus est facta melior, dum 1
tamen sint ità affixæ, vt pars domus efficiantur; pone, si in domo sit facta vna camera, vnus furnus, aut cellarium, quia ista sunt pars domus, & causa domus fiunt, *ff. de impen. in reb. dot. fact. l. quod dicitur. §. fi. cum l. seq. l. Iulianus. §. fi. cum l. seq. ff. de act. empt.*

Si verò non sint ita affixæ, vt sint pars domus, aut loci, vt quia possunt pro libito amoueri, tunc non sunt propriè meliorationes, sed sunt instrumentum, & instrumenta, & si quidem gratia domus erant, videntur instrumenta domus, putà, quia apponuntur gratia tempestatis arcendæ, aut ventorum, vel incendij.

Si verò non sint facta gratia domus, sed gratia patrisfamiliàs, putà, quia sunt cassæ, lecticæ, perticæ ad tenendum pannos, armaria non affixa, sed leuabilia, ista dicuntur patrisfamilias, nó domus. Et † si quidem sit legata domus cum instrumentis, 2
talia instrumenta patrisfamilias non veniunt, sed instrumenta domus tantum; sed secus, si legetur domus, prout instructa est, quia tunc benè etiam ista veniunt. *l. quæsitum. §. si domus. ff. de fund. instru.*

† Reparationes verò sunt, per quas pristina 3
forma, vel facies domus, vel loci conseruatur absque dilatione, productione, vel depressione, putà, si sint refecti parietes, qui minabantur ruinam, aut tectum, idem enim sonat reparare, quod reficere, *l. 3. §. pen. ff. de itin. act. pri. & l. 1. ff. de via pub. §. si quis. & l. 1. §. si quis adificium ff. de ope. no. nunc. habetur per Pau. de Cast. in consil. 377. incip. quantum ad illa, qua. par. 1.*

Et aggrediendo materiam per aliquá contraria procedendò, quomodo magis veritas habetur, & elucescit, videtur, quod impensæ factæ in re huiusmodi non debeantur, nec per eum, qui impendit, repeti possint, sed rei, vt pars illius, accedant, & penes rem remaneant in multis casibus. primò, *per tex. in l. 2. C. de iure emphy.* vbi habetur, † quod

4 † quod emphyteuta, qui culpa sua cecidit ab emphyteusi, perdit meliorationes in re emphyteutica factas, & efficiuntur domini directi, quantũuis cum magna iactura, labore, & industria impendentis factæ, per Bal. *de feud. hic finitur lex. §. si vasallus.* & ità dicit seruari de consuetudine Bal. *in l. senatus in princ. de legat. 1.*

5 † Idem dicitur, si meliorationes sint factę in re subiecta restitutioni in euentum alicuius conditionis, quam scienter, qui impendit in melioramentis, emit, quia ex quo emit scienter, non repetuntur, sed emptor illa perdit propter malam fidem eius, secundum aliquos. Sed ego dico, quia ex quo sciuit, & impendit, videtur ea rei donasse, *per tex. vbi not.* * *omnes in l. fi. § fin. Cod. comm. de leg.* Sed hoc intellige, nisi melioramenta fuissent adeo necessaria, quod illis non factis res perijsset, tunc talia melioraméta perdit, sed repetit impendens, *l. domum. circa finem. Cod. de rei vendicat. vbi* * *omnes not. Ias. in d. §. fina. 2 notab.*

Facit, quod habetur per Alex. *consil. 44. visa facti narratione. colum 2. nu. 6. versi. fortificantur. libro 3.*
6 quod si † augmentum, vel ædificium fuit factum super solo ecclesiæ, spectat ad ecclesiam, quia solo cedit ædificium, *l. 2 ff. de rei vend. l. Labeo. §. ex diuerso. ff. de acqui. rerum domin.* subdit, facit, quia regulariter quando finitur ius emphyteutæ, melioramenta facta in emphyteusi redeunt ad dominum, *l. 2. C. de iure emphyt.* & si vasallus fecit additamentum aliquod rei infeudatæ, diuidi nõ potest à feudo, & acquiritur domino feudi, maximè si separari non potest à feudo, *vt ibi per eum.*

Facit, quod habetur per Abba. *in c. fin. de pecul.*
7 *cler. in princ.* quod clericus, siue † Prælatus de meliorationibus per eum factis, & impensis in rebus ecclesiæ non potest testari, nec testamento disponere, quia remanent acquisita ecclesiæ. & per eundem paulò post *in 2. not.* quod si Prælatus ex industria suæ personæ fecit rem ecclesiæ meliorem, non potest repetere, quod impendit ex sua industria, sed cedit ecclesiæ. subdens, Licet sit aliter, si impendit de suo patrimonio in meliorando res ecclesiæ, quia bene, id, quod impendit de suo, ipse, & eius hæres poterit repetere, per tex. *& ibi glo. 12. q 4. cap. 2.*

8 Facit, quia impensæ † paruæ factæ per maritum in re dotali non repetuntur per maritum, qui propter coniunctionem personarum videtur donasse, *l. omnino. ff. de impe. & l. virum. ff. de don. inter virum, & vxorem.*

Idem habetur per Salv. *in l. domum. C. de rei vendic. colum. 3. versic. oppono.* vbi si quis impendit, vel meliorauit circa solum alienum, non potest repe-
9 tere etiam sumptus necessarios. † quia sciens solũ alienũ, & illud melioranș, vel in illud impendẽs, videtur facere non animo repetendi, sed donandi potius, *Insti. de rer. diuis. §. ex diuerso. l. 1. ff. de acqui. rerum dom. l. adeo. not. glos. in l. si in area. ff. de condi. in deb. Et habetur in l. redẽptores. ff. de rei vend.* quod qui ex conducto ædificat in solo alieno, facit ædificiũ domini, vnde non potest meliorationes repetere, vbi Bar. quod tale ædificatum cedit solo, facit *l. 2. C. de ser. & aq.* vbi habetur, ꝙ dominiũ illius operis, quod fit in aliena possessione, pertinet ad eum, cuius est possessio. Et habetur *in Auth. qui rem C. de sacros. eccl.* vbi qui rem Ecclesiæ conducens illã deteriorat, & per biẽnium cessat soluere, repellitur, cogitur soluere pensionem p͛o præterito, resarcit damna illata, & meliorationes impensas non repetit, vbi *gl. fi.* quod id fit culpa illius, qui damnũ sentit, vnde sibi imputet.

Contrarium immo videtur, quod impensæ factæ, & melioramenta in re debentur, & per euincentem rem, aut fundum refunduntur, *per text. apertum in l. in fundo ff. de rei vend.* vbi qui in † fundo 10 alieno, quem imprudens emerat, ædificauit bona fide, credens, se id non emisse, recuperat expensas factas. Idem legitur *in l. sumptus. ff. eod. tit.* vbi sumptus facti per bonæ fidei possessorem in prędium, quod post apparuit alienum, exceptione doli mali recuperantur, nisi tamen ante litis cõtestationem tantundem de fructibus, quãtum sumptus important, percepit, quia tunc fit compensatio, vbi Bar. not. casũ, in quo bonæ fidei possessor ante litis cõtestationem non lucratur fructus, licèt eos sumat, quia eos compensat cum sumptibus. Et habetur *in l. Iulianus. ff. eo.* quod possessor, qui ab initio fuit bonæ fidei, ex post malæ fidei, quod ædificauit potest tollere, & auferre.

† Et si expensæ fiunt causa fructuum, possessor 11 potest semper illas deducere, *l. fundus, qui dotis. ff fa. hercis. per Bar. in d. l. in fundo. ff. de rei vend. quia inquit tex. d. l. fundus.* Nullus casus interuenire potest, qui id genus deductionis expensarum, quę fiunt pro fructibus, impedire potest, vbi gl. *in verb. hoc genus.* iura concordantia adducit.

Facit *tex. in d. l. si in area. in fi. ff. de cõd. indeb.* quod si quis, cum putaret se hæredem, insulam hæreditariam fulcisset, quod nullo alio modo, quam per retentionem rei impensas recuperare potest, vbi gl. fi. dicit secundum Azon. quod id est de stricto iure, sed de æquitate dabitur isti, qui impendit, vtilis actio negociorum gestorum ad impensas. vbi Pau. de Castr. dicit esse notãdum, quòd tex. loquitur in impẽsa de nouo facta, & in ędificio de nouo facto, pro qua impensa non competit, nisi retẽtio, quia nõ reputatur impensa necessaria, licèt vtilis, sed pro impensa facta in reficiendo datur actio, quia talis impensa reputatur necessaria, *l. domum. C de rei vend.* id quod dicit *ibidem* Pau. de Cast. habuisse in facto de quodam Florentino, qui emerat vnam possessionem à non Domino, in qua bona fide pulchra fecerat ędificia valentia duplum possessionis, quem conabatur adiuuare per actionem in factum, ex æquitate *l si, & me, & Titium. ff. si cer. pet. sequitur Ias. ibidem. in 2. not. facit tex. in l. 3. §. similiter. C de alluuio. & palu.* vbi agrorum possessores sumptus, quos fecerunt ad reducendum agros, & paludes ad frugalitatem, & fertilitatem non perdunt. Et tex. *in l. intra vtile. §. vendẽtibus. ff. de minori.* vbi minor intẽtaus restitutionẽ in integ. non ordinariè, vt debet, contra curatores, vel administratores suos, sed cõtra possessores pro prædio, vel possessione recuperanda, tenetur præstare omnes impensas in prædio, vel re restituenda per possessorẽ bona fide factas. Sequitur Bald. *in l. si duobus. §. emptor. versicu. vltimò oppono. Cod. commu. de leg.* vbi oppono, inquit, quod meliorationes non debent

bent perdi, *l. 3. q. 1. C. de alluuio. & d. §. vendentibus.* vbi soluendo obiectum, Dicta iura, inquit, loquuntur in bonę fidei possessor; secus, quando sumus in mala fide, subdēs paulò post, Quòd si iste emptor, de quo ibi, ædificauit ibi domum, & vult eam diruere, & lapides exportare, videtur, quod possit,
12 quia † consuetudo dictat, quod Dominus aut patiatur ædificium auferri, aut soluat pretium meliorationes: quod, inquit, etiam de consuetudine seruatur in emphyteusi Ecclesiarū, vt ti. hic finitur lex, deinde consue. Reg. incipi. *c. si vasallus in feudo.* si enim res incideret in commissum propter culpam non soluentis canonem, vel quia veniretur contra pactum, tunc meliorationes accrescerent ad vtilitatem Ecclesiæ, quia per se subsistere non possent, *l. 2. C. de iure emphyteut.*

Et dicit Bald. *in Authen. excipitur. C. de bon. quæ*
13 *lib. vers. quæro, pater.* quod si † pater construxit ædificia in fundo aduentitio, mortuo patre, alij fratres pro parte sumptuum sibi cuique pertinenti retinere possunt fundum, quia magna expensa nō pertinet ad vsufructuarium, & hoc suadet, inquit, æquitas, *d. l. in rra vtile & dicto §. vendentibus.*

Et per Bal. *in l. tit. hic finitur lex. §. si vasallus.* vbi si vasallus ædificium fecit in feudo, & ipsum sua pecunia meliorauerit, illo mortuo, Dominus feudi, aut patietur ædificium tolli, aut soluet hæredi pretium meliorationis idem, inquit, est, si vasallus sua pecunia feudo serui tutem acquisiuit. subdēs, quod
14 id est, † quando feudum reuertitur propter generationem finiram; secus est, quando reuertitur cul pa vasalli, quia tūc vasallus perdit meliorationes, quas fecit; nam cum perdit principale, perdit & accessorium, *l. 2. C. de iure emphyt.* nec habet locum retentio pro expensis, quia in feudo, & emphyteusi, id est in pœnam, quia in pęnam sui delicti cadit à iure suo.

Facit Bal. *in l. senatus. ff. de leg. 1.* vbi dicit, quod finito iure dotali maritus potest eleuare ædificium, & tollere quod fecit in fundo dotali, & potest hoc ius etiā alteri legare, & concedere: & est arg. quod idem in emphyteusi per generationem finitam; secus, si propter culpam, quia tunc meliorationes sunt Domini. *l. 2. C de iure emphyteu.* & consuetudo videtur hoc obseruare. Subdit, quòd hoc non habet locum in domibus intra ciuitatem, quia nō possunt dirui, dicit tamen, inquit, Pet. quòd potest res detineri, donec sibi satisfiat de materia, id est, quanti valerent illa detracta. & habetur *in l. pen ff locati.* quod colonus, qui eijcitur ob non solutam pensionē, recuperat impensas vtiles factas.

Facit idem Bald. *in l. cum pro pecunia. C. de sol.*
15 quod fundus † datus in solutum industria creditoris melior factus, nō restituitur creditori etiam minori, & est, inquit, ista lex vtilis emphyteutis, & feudatarijs, qui etiam solicitudine, & cultura vberiores fundos fecerunt, & cariores, vt per hoc nec fundus, nec emphyteusis eis auferri possint: quod enim contingit prosperitate fortunæ, aut industria ipsorum, ad eorum commodū debet cedere.

Et dicit Spec. *tit. de loca. §. nunc aliqua. vers. 131. quæritur.* quod augmentum, siue accessiones, siue meliorationes rei emphyteuticæ sunt emphyteutæ, *c. posuit. extrà eodem. & l fi. C. de iure emphyt.*

Licèt præmissa cum primo loco deductis non repugnent, quia ex inductione iurium suorum apparet, quod in diuersis terminis loquuntur, & sic, quod sunt diuersa, non aduersa, tamen pro maiori declaratione materiæ, vberiori, & pinguiori intelligentia adduco distinctiones, quæ per Doctores tam ciuilistas, quàm canonistas in hac re sunt traditæ.

Et primò *gl. in l. in fundo ff de rei vendi. in gl. fi.* distinguit, quod † impensarum aliæ sunt necessarię, 16
aliæ vtiles, aliæ voluptariæ & impensæ necessariæ sunt illæ, quæ si factæ non forent, res erat, aut peritura, aut deterior futura; vtiles, quæ rem meliorem faciunt, deteriorem esse non sinunt, & ex quibus reditus acquiruntur, veluti cum facti sunt arbusti, & pastinationes in re vltra quàm fit necesse, & his impensis aliquando adiectum fuit pristinum, & horreum factum.

Impensæ voluntariæ, alias voluptariæ sunt illæ, quæ speciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent, veluti sunt viridaria, aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ, & per tex. *in l. impensæ. de ver. sig vbi gl.* declarat, quòd pastinatio est plantatio arbusti, id est, arboris, neruat terra in futuris annis, vel dicitur pastinatio vineæ: & glo. in verb. in his, dicit, quod si horreum, & pristinū reficiatur, venit inter impensas necessarias, si verò de nouo fiat, venit inter impēsas vtiles, vel, inquit, dic secundum rerum qualitatem, quod impensa istorum aliquando dicitur necessaria, aliquando vtilis.

† Item aliæ impensæ fiunt pro fructibus, quod 17
euenit tribus modis, videlicèt, quia aliæ causa fructuum quærendorum, vt in arando, fodiendo; alię causa colligēdorum, vt in triturando, vindemiando; aliæ causa conseruandorum, vt in conducendis horreis, & similibus, per text. *& ibi glo. in l si à domino. §. si ff de pet. hær. vbi gl. fi.* dicit; quòd huiusmodi expensæ omnino deducuntur, & deduci debent de fructibus, cum nullus casus sit, qui talium sumptuum in fructibus factorum deductionem impedire possit, *l. fundus, qui in fi. ff. fam. hercis. & dicit text. d. §. fin.* quòd naturalis † ratio postulat, vt 18
isti sumptus non solùm debeant solui bonæ fidei possessori, sed immò & prædonibus. quia Bal. *in l. si quis sciens. C. de rei vend.* inquit, quod si quis mala fide possidet agrum meum, & proprijs manibus, & propria opera coluit, si ego ab eo repeto fundum, & ipse dicat, quod velit dimidiam fructuum tanquam laborator pro operibus suis, dicit, inquam Bal. quod non est admittendus iste vt colonus partiarius vt petit, sed benè, quod ex fructibus possit deducere, quantum sit pretium operarum: quia omnis malæ fidei possessor deducet impensam factam causa fructuum percipiendorum, *l. fundum. ff. fam. herc.* vbi subdit, quod ille, qui propter † fructus habebat retentionem, & sua sim- 19
plicitate retentionem omisit habet remedium, quod potest condicere possessionem propter retentionem, *l. quod si nulla ff. de leg. 1. glo. in l. qui exceptione ff. de cond. indeb quod inquit Bal. est verum.*

Aliæ impensæ fiunt gratia rerum, *l. 3. §. nos. ff. de impens. in re dota fact.* vbi tex. dicit; multum interesse, an impensa sit facta ad perpetuam rei vtilita-

 tem,

tem,an ad eam,quæ non ſpectet ad præſentis tem-
poris vtilitatem,an ad eam,quæ ad præſentis anni
fructum;quia ſi ad præſentis anni, cum fructibus
præſentis anni venit compenſanda;ſi vero non ad
præſentis anni,tunc eum neceſſarijs impenſis cō-
penſanda. Si vero ad perpetuam vtilitatem,& tūc,
aut fuit facta pro de nouo faciendo, vel de refici-
endo;ſi de nouo faciendo,& fuit bonæ fidei ſem-
per,ſecundum aliquos,habet except. non actionē,
ſecundum aliquos, & actionem, tamen iudex va-
riè ex perſonarum , cauſarumque qualitate con-
20 ſtituet. Si vero † non fuit ſemper in bona fide,ſed
cœpit eſſe in mala fide, tunc eligitur media via, *l. Iulianus ff. de rei vendi.* vbi qui ab initio fuit in bo-
na fide,& poſt malæ fidei fiat,poteſt tollere,quod
ædificauit,& expenſas non poteſt doli exceptione
retinere,vt per Bar. *ibi.*

b Si vero ſemper fuit malæ fidei, videtur impen-
ſas,quas in re fecit,donaſſe, *§. ex diuerſo. Inſtit. de re-
rum diui.* nullum enim ſibi obligare voluit impen-
dens, *l. in hoc iudicio. ff. commu. diuidun.*

21 † Si vero in reficiendo,& pro reficiendo, ſiqui-
dem per bonæ fidei poſſeſſorem,tunc,aut neceſſa-
rio,aut vtiliter,& habet tunc reficiens ad retinen-
das,& conſeruandas impenſas doli mali exceptio
nem in totum,aut refecit non neceſſario,vel vtili-
ter,ſed voluntariè,& eo caſu permittitur reficiēti
auferre,quod impendit ſine læſione prioris ſtatus
rei,ſed de eo,quod percepit de fructibus,& in fru
ctibus fit compenſatio cum impenſis,licèt aliàs bo
næ fidei poſſeſſor faciat fructus ſuos;ſed hic,ſi pe-
tat ſumptus, cogitur compenſare, *l. ſumptus. l. em-
ptor. ff. eo.* & ſi ſimus in impenſis voluntarijs,ſi Do-
minus eſt paratus tantum dare,quantum his rebus
ablatis eſt habiturus poſſeſſor , ei fiat poteſtas. Si
vero ſit malæ fidei poſſeſſor,impenſas neceſſarias
factas in reficiendo non per exceptionem doli,ſed
officio iudicis conſequitur , & non habet locum
officium iudicis,niſi ipſe,qui eſt malæ fidei , rem
poſſideat,& impenſas non vtiles auferre poteſt,ſi-
ne tamen læſione prioris ſtatus rei,voluntarias au
tem impenſas perdit,quod eſt verius, ſecundū gl.
quæ ponit in *d. l. in fundo. ff. de rei vend. in gl. fi.* Et in
hac materia vltra gloſſ. præallegatā reſtrictiuè di-
22 ſtinguit Salyc. *in l. domum. C. de rei vend. col. fi.* quod †
impenſarum aliæ ſunt neceſſariæ, aliæ vtiles,aliæ
voluntariæ. neceſſariæ ſunt,quibus non factis eſt
peritura res; vtiles,quibus factis,res eſt melior fu-
tura; voluntariæ, quibus factis , eſt delectabilior
ventura, *l. impenſa. ff. de verb. ſignific.*

Aliæ fiunt ad perpetuā rei vtilitatem,aliæ fiunt
gratia fructuū tantum. cum igitur quæritur, an,&
quo iure ſumpt⁹ facti in re alteri reſtituēda veniāt
23 repetēdi;dic, † aut ſunt facti in re propria ſpe ta-
mē aliena,ſeu ſpe alteri reſtituenda,vt in re dota-
li,cuius domin⁹ eſt maritus, ſed ſoluto matrimo-
nio eſt reſtituēda,& de hoc nil attinet dicere,quia
eſt factus titulus impenſ. in re. dot. In re tamē ſub
conditione legata,interim alienata,ſi medio tēpo-
re per emptorē in ipſius rei vtilitatē ſit facta im-
penſa *gl. in l. emptorem ff. de rei vend.* tenet,quod im
penſa poteſt deduci doli exceptione , nec fit ali-
qua fructuum compenſatio.

24 Vel † ſumptus ſunt facti in re aliena , & tunc
dic, quod aut impendens habuit animum donan-
di,aut animum repetendi, aut dubitatur : primo
caſu nullo iure petit, *l. adeo. §. ex diuerſo. ff. de ac-
quir. rerum domi.* ſecundo caſu , ſi impendit contra
voluntatem domini, & nō repetit, *l. fi. de nego. geſt.*
aut impendit de voluntate domini , & poteſt re-
petere iam excipiendo,quàm mandati agendo , ſi
voluntas fuit talis,quæ mandatum inducat , *l. qui
pupillæ. ff. de neg. geſt.* vel impendit præter Domini
voluntatem , & repetit; vel actione negociorum
geſtorum, vel alia actione ex aliquo præambulo
contractu reſultāte. Tertio vero caſu, quando vi-
delicèt dubitatur,quo animo impendit, tunc dic,
vel impendens habuit cauſam à Domino, & repe-
tit actione ex eo contractu. *l. in rebus §. poſſunt ff cō-
mod.* vel non habuit cauſam à domino,& tunc,vel
impendit in re aliena , quam ipſe impendens non
poſſidebat,& nō repetit,quia videtur donare, *In-
ſtit. de rerum diuiſio. §. ex diuerſo.* Vnde eſt conſiliū,
quod proteſtetur, vel quid tale faciat impendens
quod de animo repetendi appareat, *l. Neſennius ff.
de neg geſt.* Aut impendit in re à ſe poſſeſſa,& tunc,
ſi impendit cauſa fructuum, & repetit, ſiue bona,
ſiue mala fide fiunt, *l fundus. ff fam. hercisc.*

Aut impendit in perpetuam rei vtilitatem , &
tunc,vel impenſa eſt neceſſaria, aut vtilis, aut vo-
luptuaria. Si ſit neceſſaria,& tempore, quo impē-
dit impendens ſit bonæ fidei, ſeruat ſumptum, &
impenſum iure retentionis,ope exceptionis doli.
l. Paulus. ff. de except. ſi vero tempore quo impendit
eſt malæ fidei, tunc repetit , vel ſeruat impenſam
iure retentionis implorando officium iudicis, nō
per modum excipiendi. Si vero impenſa eſt vtilis
tantum,& tunc,aut bona fide impendit,& tunc,ſi-
ue reficiendo, ſiue de nouo faciendo ope doli ex-
ceptionis tuetur, *l. ſi in area ff. de acqui. rerum dom.
& l. 1. C. de infan. expoſi.* iudex tamen ex perſonis,&
rebus variè conſtituet. Aut mala fide impendit, c
& tunc tollit impenſam ſine læſione prioris ſtatus
rei;& hoc,ſi impenſa tolli poteſt, aliàs ſibi impen-
denti imputetur,& vbi tolli poſſunt, dominus,ne
tollantur, poteſt offerre tantum , quantum vale-
rent abraſæ, *d l. in fundo.*

Si autem impenſa ſit voluptuaria , malæ fidei
poſſeſſor illam perdit , bonæ vero fidei tollit im-
penſam, ſi poteſt,non aliàs, niſi ſint factæ impen-
ſæ in re venali, quia eo caſu vti vtiles impenſæ be-
nè repetuntur, *l. quod ſi. ff. de impenſ.* & tunc ille
tuetur exceptione doli mali, vel officio iudicis,&
ſi quid de fructibus percepit, pro rata percepto-
rum fit compenſatio hinc inde, ſiue habeat titulū
lucratiuum, *vt l. ſumptus. ff. de rei vend.* ſiue habeat
titulum oneroſum, *vt eod. tit. l. emptor.* & hoc,quā-
do tempore impenſæ factæ erat aliena , non im-
pendentis,per Salyc. *in d. l domū. C. de rei vend Clarè
per Aret. in d. §. ex diuerſo. d verſi certè illud. in fi. Inſtit.* d
de rer. diuiſio. vbi magiſtraliter diſtinguit. Faciunt
d. Cyn. relata per d. Aret. ibi,quod aliquādo † quis 25
facit de ſuo in ſuo, aliquando de alieno in alieno,
aliquando de alieno in ſuo,aliquando de ſuo in a-
lieno. vbi de ſuo in ſuo facit, totum ſuum eſt, vbi
de alieno in alieno , veluti ædificans in ſolo Titij
de materia Sempronij , iſto caſu, licèt ſolo cedat,
tamen agi poteſt ad exhibendū , & vendicabitur,
niſi

nisi ex depositione, siue destructione appareat deformitas ciuitatis, *l. in rem. §. item quicunque ff. de rei vendic.* vbi de alieno in suo facit, tunc cedit solo materia; tamen si tolli potest sine deformitate ciuitatis, potest agi rei vẽdicatione, *d. l. si rem. §. fin. & l. 1. de tig. iniuncto.* quarto casu, vbi de suo in alieno, refert, an bona fide semper, an mala fide semper, an vero à principio fuit bonæ fidei possessor, & ex postfacto malæ fidei, vt no. *in l. si in area. ff. de rei vend. & d. l. in fundo. vt per Aret. d. loco.*

Ista distinctione, & declaratione primo, & secundo loco suprà adducta sunt adinuicem conci-
26 liata. † Et si quidem sumptus, & melioramenta sunt facta ex pacto, & conuentione, vt fieri solet in instrumentis inuestiturarum, locationum, infeudationum, emphyteusis, & similium, in plantando, eleuando arbores, vites, fabricando, ædificando, reficiendo, vel aliàs, tunc pacta, & conuentione seruato, modo non sint pacta contra Iuris dispositionem, & sint conuentiones à iure regulatę, quia aliàs rata non habentur, *l. contra iuris. l. iuris gentium. §. si paciscar. §. prætor ait. ff. de pac. c. cum pridem. & c. fi. extrà de pactis. Bar. in d. l. 2. C. de iure emph.* & si non interfuerit pactum, vel conuentio meliorامentorum, & pro solutione, & seu refusione illorum, tunc impendens consequitur melioramenta, secundum Iura superius tam primo, quàm secundo loco adducta in casu suo iuxta pręnominatam distinctionem. Et pro maiori, vberiorique materiæ intelligentia deducemus de melioramẽtis refundendis, vel non ex diuersis contractibus.

ADDITIO.

a Clarus *in §. emphyteusis. q. 45.*

Latissimè materiam istam vide, & quæ melioramenta debeantur, vt per Rimin. iun. *consil. 411. & consil. 435. volum. 4.*

Item liquidatio melioramentorum non auditur facta de communi consensu inter rectorem ecclesiæ, & emphyteutam, Barba. *consilio 40. colu. 7. vol. 1. Afflic. decis. 168. Rui. consil. 86. numero 3. volum. 1. & consil 157. numero 70. & sequen. volum. eodem Corn. consi. 243. nume. 3. volum. 2.* & latè de hac materia, & contra liquidationem ex Prælati confessione, per Burgun. *decis. 44. numer. 58.*

Item materiam melioramẽtorum, & refectionis eorum satis abundè tractaui *in tracta meo de fideicommiss q. vltima.*

b Latè per Bero. *in c. si quis. num. 15. de reb. eccles. alie. vel non. & vide infra num. 24. & etiam infra ca. 9. & vult Bero.* quod impendens non repetat melioramenta.

c Non tamen repetit, vt *supra & num. 20.*

d *Et in §. præcedenti.*

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta facta per rebus feudalibus non indistinctè pertinent ad Dominum.*

2 *Melioramentum naturale quò ad directum dominium, Domino feudi, & successoribus pertinet.*

3 *Melioramenta industrialia, quibus natura cooperatur, quibus pertineant.*

4 *Dominium directum non acquiritur vasallo, sed vtile.*

5 *Vasallus repetere potest quicquid bona fide ratione sui vtilis Dominij impendit.*

6 *Melioramenta ciuilia sequuntur fundum.*

7 *Castrum quandoque vni infeudatur, & iurisdictio spectat ad alium.*

8 *Melioramenta, licèt quandoque ad Dominum spectent, impensa tamen facta per vasallum eidem per Dominum solui debent.*

CAP. II.

Primo igitur melioramenta, quæ sunt facta 1 super rebus feudalibus, non vtique indistinctè refundi debent aperto, vel reuerso feudo ad Dominum. Nam præsuppositis primò tribus generibus melioramentorum, quæ considerantur per Doc. videlicèt, primò melioramenta naturalia; industrialia, tertio loco ciuilia; & naturalia esse, in quibus sola natura operatur absque opere hominis, industrialia, in quibus plus hominis industria, quam natura; & ciuilia, in quibus solùm operatur industria, per Guido. Pap. *decis. 169.* sicut in simili dicimus de fructibus naturalibus, industrialibus, & ciuilibus, *l. fructus. ff. de vsufruct. Bar. & gl. in l. ex diuerso ff. de rei ven.*

Certi autem iuris est, quod melioramenta, quæ naturaliter fiunt, aut obueniunt cursu temporis feudo, aut rei feudali, & acquiruntur Domino directo feudi, & soli feudalis pars efficiuntur, veluti dicitur de melioramẽto, aut incremento, quod fit per alluuionem feudo, *l. item si fundi. §. huic vicinus. ff. de vsuf gl in l. de quibus. ff. de leg. §. præterea. Insti. de rer. diuis.* vbi quod vsufructuariæ rei accrescit, quò ad proprietatem, acquiritur Domino, & quò ad vsumfructum vsufructuario; ità pari modo † melioramentum naturale quò ad dire- 2 ctum Domino feudi, suisque hæredibus, & successoribus, & feudatario, suisque hæredibus quò ad vtile, quod vsufructus quidam esse censetur gloss. Præposi. And. de Iser. & alij *in §. si quis de mans. de contro. inuest. in text. ibi,* Fidelem posse retinere incrementum iure feudi, & sic solum respectu vtilis Dominij, vt per Præpos. & Iser. *ibi.* vbi etiam dicunt, quod incrementum naturale, quod feudo applicatur, est eiusdem naturæ, nec est alia res à feudo; vnde ratione dicti incrementi, nec vasallo seruitium augetur, nec pro eo alia inuestitura requiritur: vnde sicuti feudum nec alienari, nec in vsumfructum dari potest, & sicuti ad filios; & descendentes transit ex pacto, vel prouidentia, & natura feudi, per glo. & Doc. *c. in præsentia. extrà de probatio. c. 1 an agnati, vel filij, c. 1. de alien. feud. pat & c. 1. de success. feud.* ità pari modo melioramenta naturalia, super quibus finito feudo vasallus, & hæredes sui nullum ius habent rem retinendi, quia opera, industria, aut impensa eorum non prouenerunt, tex. glo. & Docto. *ibi in l pen. ff. loc. c. 1. extrà de in integ. restit.*

† In melioramentis verò industrialibus, quæ 3 fiunt, & proueniunt præsentialiter opera, impensa, & industria vasalli, cooperãte natura, vel facto naturali, veluti sunt ędificia in re feudali facta, arbores plantatæ, aggeres erecti, fossæ, & huiusmodi, vt habetur in *d. c. 1. §. si vasallus. & c. 1. §. ex contra-*

 rio. i. re-

rio.j.responso. de inuesti. de re alien. fact. distinguendum videtur, quod si melioramentum factum feudo potest à feudo separari, & est vt quid diuersū, & res alia à feudo, de per se subsistens, veluti cum vasallus emit prædium rusticum, vel vrbanum iuxta rem feudalem, vt illi accederet, & illi inseruiret causa maioris commodi, *l. prædijs. §. balneas. de leg. 3.* & eo casu melioramentum est acquisitum vasallo pleno iure, & eo defuncto ad hæredes, & successores suos etiam extraneos transit, *vt d. §. ex contrario. vbi gloss. in verb. subsistere.* id tenet, quia quoties res est diuisibilis, &c. & ibi Bald. vbi quærit, an additamentum, quod vasallus fecit feudo, accrescat feudo. Respon. quod si id, quod additum est, potest de per se subsistere, illud non accrescit feudo, vel non est de per se subsistens, & accrescit feudo.

Si vero melioramentum industriale per se stare non potest, nec est de per se subsistens, sed est vnitum rei feudali, quod quodammodo pars rei censetur, tale melioramentum durante feudo, quo ad vtile dominium, pertinet ad vasallum, & illius successores in feudo, per doctrinam Bald. *in d. §. si quis de manso. vers. secundo oppono. de controuer. inuesti.* quia, inquit, ibi, istud est intrinsecum augmentum, vnde apparet, quod durante feudo tale melioramentum industriale, quo ad dominum directum, ad dominum spectat, quia directum
4 non acquiritur † vasallo, sed solum vtile, secundum Bal. *d. loco.* tum etiam quia quicquid ædificatur, aut seritur solo cedit, *Instit. de rer. diui. §. ex diuerso. per Alex. consi. 44. incip. visa facti narratione. lib. 3. versi. corroborantur colum. 2. num. 8.*

Si vero feudum sit apertum, & finitum, si melioramentum est, in quo modica impensa vasalli interuenit, tunc tale melioramentum est propriū ipsius domini feudi absque aliqua refectione, aut refusione vasallo, vel eius hæredibus facienda, dicit glo. & Doct. *& maximè Præpo. in c. 1. §. si vasallus. hic finitur lex, &c.*

Si verò interuenit non modica, sed magna impensa, opera, vel industria vasalli si quidem culpa, vel dolo vasalli feudum reuertatur, tunc melioramentum reuertitur vnà cum feudo ad dominum, *arg. l. 2. Cod. de iu. emph. & etiam l. si latè Bald. in l. si duobus. §. emptor. C. comm. de leg. Doct. in allegato §. si vasallus. Bald. in d. §. si quis de manso. habetur latè declaratum per Guid. Pap. decisi. 169. incip. sed quid si vasallus meliorauerit feudum. & per eundem deci. 438. incip. emphyt.* quæ decis. loquitur in terminis emphyteutæ, non vasalli, sed de vno potest inferri in aliquibus ad aliud.

Si verò feudum sit reuersum sine culpa, & dolo vasalli, pone, quia est inuestitura, vel linea finita, tunc dominus feudi habet electionem, vt vel vasallo, siue eius hæredibus æstimata melioramenta soluat, æstimando rudera, & ædificia diruta, siue vt patiatur, quod melioramenta tollantur, seu abradantur, dicit, & tenet Iac. de Belui. *in d. §. si vasallus. per illum tex. & not. in l. sed & si quid in princ. ff. de vsufr.* & hoc videtur magis ** communiter teneri, quia cum † feudatarius, aut vasallus bona fide
5 ratione sui iuris, & sui vtilis dominij in feudo, aut re feudali ædificauerit, impensas repetere potest, & quousque æstimatio sibi soluatur, aut dominus patiatur ædificatum tolli, & remoueri, potest retentione vti, per Doct. communiter in *d. § si vasallus. per Saly. Bal. in l. 2. C. de rei vend. Bald. in Auth. qui rem. C. de sac. eccl. Bal. in l. pen. ff. loc. & ità seruatur de consuetudine. per Bald in d. l. 2. est decis. Guid. Pap. d. decis. 169 Pau. de Cast. in cons. 270. incip. viso puncto col. 3. versi. sed certè.*

† Si vero melioramenta facta per vasallum sint 6
melioramenta tertij generis, idest melioramenta ciuilia, quæ fiunt nihil in eis natura operante, sed sola hominis diligentia, opera, & industria parātur, ad instar fructuum ciuilium, in quibus sola industria interuenit, de quibus per Bart. *in l. ex diuerso ff. de rei. vendi. per Abb. qui multos citat, in c. grauis. col. 2. & 3. num. 3. de restitu. spol.* vbi latè de qualitate fructuum ciuilium, ad quorum similitudinem etiam ista appellantur melioramenta ciuilia, in quibus sola hominis industria interuenit, veluti sunt seruitutes reales, iurisdictiones, liberationes, immunitates, exemptiones, & alia id genus, paratæ, & acquisitæ sola acquirentis industria, arte, vel labore, de quibus *in c. 1. §. ex contrario. versic. si verò. de inuest. de re alie. fact.* & huiusmodi melioramenta, vel additamenta, quæ tanquam pars feudi, vel fundi censentur, feudo accedunt, & vt accessoria feudi feudum concomitantur, quia inseparabilia sunt à feudo, & sine feudo non sunt subsistentia, ideò vt inseparabilium inseparabile est iudicium ita de illis, quæ non sunt separata à feudo, nec separabilia à feudo, debet idem iudicari, quod de feudo, & non diuersum à feudo, *d. §. ex contrario. vbi Bald. & omnes.* Bald. ibi sentit diuersum in iurisdictione, quæ fuit acquisita per vasallum, vbi dicit, quod mœnia castri possunt spectare ad vnum, iurisdictio ad alium. Et pro Bald. facit, quod vidi in vsu seruari; quia castrum † so- 7
lum est infeudatum vni & ad alium spectat iurisdictio, & castrum est vnius, iurisdictio est alterius; tamen dominus Præposi. ibi tenet contrarium. Vnde dic ex * communi conclusione Doctorum, quod huiusmodi iura inseparabilia, & melioramenta ista ciuilia feudo accedunt, & rem feudalem sequuntur, & finito feudo vna cūm feudo ad dominum feudi reuertuntur.

† Sed licèt talia melioramenta sint feudi, ta- 8
men impensæ factæ per vasallum in illis acquirendis, vel parandis debent solui, aut refundi per dominum vasallo, vel vasalli hæredibus; vnde tā vasallus, quàm illius hæredes, etiam extranei, quousque sit sibi de impensis in talibus melioramentis, vel additamentis satisfactum, possunt vti retentione rei feudalis, per tex. *in d. §. si vasallus. iunctis ibi notatis. cum latè adductis per Guid. Pap. in d. sua decis. 169. per Aug. Ber. in qua. 96. incip. illud etiam, Bal. in Auth. excipitur. C. de bon. quæ lib. Ias. in l. in emphyteuticarijs. colum. 7. num. 28. vers. quid autem. C. de iur. emphyt.*

ADDITIO.

SI contractus non sit factus in vtilitatem ecclesiæ, & sic ista de causa perdatur, gloss. *in l. colonus. in princ. ff. loca.*

Item si sit pactum, quod nō soluatur, Rui. *consi. 157. volumine 1.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuticus contractus est, vbi res datur ad meliorandum.*
2 *Emphyteuta cessans in solutione perdit melioramenta.*
3 *Emphyteusi finita per generationem finitam, melioramenta non efficiuntur Domini.*
4 *In contractu emphyteusis cur ponatur clausula Ad meliorandum.*
5 *Pactum, quòd finita generatione res reuertatur ad Dominum cum melioratione, valet.*
6 *Melioramenta si per emphyteutam non perduntur, quid obseruetur.*
7 *Aestimatio melioramentorum qualiter fieri debeat.*
8 *Melioramenta an durante emphyteusi leuari possint.*
9 *Emphyteusi finita quid recuperare possit emphyteuta.*
10 *Emphyteuta adificans in solo emphyteutico non videtur facere animo donandi.*
11 *Donandi animus an præsumatur inscienter ædificante in solo alieno.*
12 *Melioramenta facta in villa restituenda sub conditione deduci, vel repeti possunt.*

CAP. III.

SI vero melioramenta sint facta per emphyteutam in emphyteusi, vel re emphyteutica, an reuertente emphyteusi ad Dominum directum, debeant, solui per eũ emphyteutæ, vel eius hæredibus? Et videtur primo, quod sic, per doctr. Bal. *in rub. de iu. emph. vers. contractus emphyteuticus. vbi dicit*; quod contractus emphyteuticus est, vbi dicitur ad emphyteusim, id est, ad meliorandum,
1 & emphyteuta † cadens ab emphyteusi non dimittit Domino meliorationes, est dictum Spe. *de loc. §. nunc aliqua. versi. 131. quæro.* quod augmẽtum siue accessiones, siue meliorationes sunt emphyteutæ *cap. potuit. extrà loc. l. 2. C. de iure emphy. est tex. notabilis in feudis, qui clarè dicit. in c. vnico. §. si vasallus in tit. hic fi. lex, dein. consuetudines Reg. incip. vbi.* si vasallus construxit domum, aut ædificium in vinea, vel terra, quæ cadat in commissum propter cessationem solutionis, vel aliàs, Dominus directus tenetur resarcire emphyteutæ, vel vasallo impensam factam domo ibi constructa. est decis. Guid. Pap. *quæst. 438. incip. emphyteuta. in prin. facit glo. in l. colonus. ff. loca.* quæ videtur velle, quod si emphyteuta ecclesiæ cesset in solutione, perdat melioramenta facta fauore ecclesiæ; secus sit, si sit priuati. Et quod melioramenta non debeant perdi, dicit Bal. *in l. si duobus. §. empt. vers. oppono, quod C. comm. de leg. per tex. in l. 2. §. 1. de alluuio. & l. intra vtile. §. vendentibus. ff. de min. faciunt contraria 2. loco deducta.*

2 Sed secus videtur, quod † immo emphyteuta, si cessat in solutione, melioramenta per eum facta perdit, & efficiuntur soli, & domini directi, quia dicit Specu. *in tit. de loc. §. nunc aliqua. versic. secundo quæritur.* quod contractus emphyteusis est contractus meliorationis *c. fi. extrà loc.* & melioratio est tam ex parte dantis, quàm ex parte accipientis; ex parte dantis, quia recipit annuam pensionem, & quia quicquid plantatur, seritur, ædificatur, finito contractu emphyteutico ad illum pertinet, cuius est solum, *l. 2. C. de iur. emph.* ad accipientem, quia ipse vtitur, fruitur, & suas meliorationes possidet. & dicit Bald. *in l. in emphyteuticarijs. C. de iur. emphy. 2. no.* quod in d. casu meliorationes cedunt Domino. idem Bal. *in l. senatus. de lega. 1.* quod † emphyteuta per finitam generationem non perdit ædificium factum in re emphyteutica; secus, si sit finita emphyteusis per culpam, quia tunc meliorationes sunt Domini, *d. l. 2. C. de iur. emph.* subdens & consuetudo videtur hoc obseruare. Bald. & Iac. Alua. *in c. 1. §. si vasallus. tit. hic finitur lex. & Bald. in d. l. fi. §. emptor. C. comm. de lega. vers. sed contra.* vbi dicit; quod de consuetudine obseruatur in emphyteusi Ecclesiarum, quod Dominus, aut patiatur ædificium auferri, aut quòd soluat pretium meliorationis: subdens, Si enim res incideret in commissum propter culpam, non soluentis canonem, vel quia veniretur contra pactum, tunc meliorationes accrescerent ad vtilitatem Ecclesiæ. Idem Bald. *in l. 1 ff loc. & in l. in rem actio. §. si ff. de rei vend. idem Bald. in l. 1. C. de iur. emph. 2. col. vers. 4. remouẽdo. ibi*; Nam emphyteuta cadens ab emphyteusi non potest remouere emponemata. nam olim concedebatur emphyteusis ad hunc finẽ, vt per emphyteutã melioraretur, & talis melioratio habebatur loco pretij. Et ꝑ Bar. *in l. colon. ff. loc.* vbi dicit; quod emphyteuta, vel sit emphyteuta Ecclesiæ, vel emphyteuta priuati, quando eijcitur ob nõ solutam pensionem, suas meliorationes non repetit. & ratio † est, vt ibidem; quia aliàs emphyteuta minorem pensionem, quam colonus soluit, & ideo cõsueuit apponi in instrumẽto, quod dat in emphyteusim ad meliorandum. vbi Paul. de Castro, *vers. quãtum.* refert Doctores ibi tenere, quod emphyteuta expulsus, siue sit emphyteuta Ecclesiæ, siue priuati, non potest meliorationes suas repetere. Sequitur Ias. *in d. l in emphyteuticarijs col. 7. vers. septimo principaliter. nu. 27.* quod emphyteuta cadens ab emphyteusi propter canonem non solutum, perdit omnia melioramenta, quæ fecit in fundo emphyteutico, nec illa potest à Domino petere, aut eorum æstimationem. vbi declarat, quomodo istud, quod emphyteuta perdat melioramenta, intelligatur, videlicèt quando emphyteuta cecidit ab emphyteusi propter culpam suam, scilicet propter cessationẽ solutionis. Addo ego etiam, quia deteriorauit, & quia alienauit, aut aliàs contrauenit pactis, & conuentionibus, quæ seruari debent, per Bal. *in d. l. fi § emptor. ver. sed contra. C. cõ de leg.*

Si vero sit finita per generationem, aut lineam finitam, aut propter finitum tempus insertum, tunc melioramenta non perduntur, Spec. *d. §. nunc aliqua tit de loc. versi. 131. & Bal in d. l. fi. §. emptor. C. com. de leg. per Cuman. cons 202. incip monasterium. est decis. Guid. Pap. decisio 438. incip. emphyteuta. & est* * *communis opin. per Dec. consil. 518. volum. 3. circa med. in communibus opin. Matthæi Iuriscon. verb. Emphyteusis. Subdens Ias. ibidem secundum Bart. in l. iubemus nulli. § sanè. C. de sac. eccle.* quòd licet non perdantur melioramenta per tempus, vel generationem finitam, tamen valet pactum

 factum

factum in contrarium. vbi Barto. dicit, se habuisse
5 quæstionem de facto, cum † quædam Ecclesia cócessisset aream in emphyteusim cum hoc, quod ibi fieri deberet ædificium, & quod finita generatione concessionis, area simul cum ædificio transiret ad Ecclesiam, quòd huiusmodi pactio valuit, & debet adimpleri, per tex *d. §. sanè.*

6 † Et in casu, quo emphyteuta melioramenta nó perdit, obseruatur, quòd vel Ecclesia, vel Dominus direct⁹ eligat alterum de duobus, & ità seruat consuetudò, quòd aut soluat valorem ruderum, aut ædificatum tolli patiatur, per Bald. qui ità tenet *in d. §. si vasallus. hic finitur lex. &c. & per eundem in §. si quis de manso. c. 1. de controuersia inuesti. vers. extra quæro.* vbi disputans, qualiter fieri debeat ista
7 æstimatio, & tenet, quòd † talis æstimatio debeat fieri non prout valet ædificium integrum, incorruptum, sed prout valet ruina ipsa, rudera ipsa ab ædificio separata, vt per eundem ibi, & in Authen. *excipitur. C de bon. quæ lib. & in l. in fundo. 3. not ab. ff. de rei vendicatio.*

8 Et an durante † emphyteusi, possit emphyteuta melioramenta leuare, videtur dicendum, quod possit, si Dominus non vult soluere æstimationẽ. quia dicit Bal. *in d. §. si quis de manso. vers. extra quæro, in feudo.* quod vasallus quandocunque velit, etiam durante feudo, potest alienare ædificium, dũ tamen legem non offendat, per *text. in l. cætera ff. de leg. 1. sequitur Ias. in d. l. in emphyteuticariis. colu. 7. numer. 30. per Bald. in l. in fundo. 3. not a. ff. de rei vendicatio.*

Et Ias. ibidem dicit, addendum esse, quod emphyteuta finita emphyteusi non per culpam, sed per generationem finitam, vel tempus insertum completum, recuperat nedum melioramenta, aut
9 eorum æstimationem, sed † etiã quoscunque sumptus necessario factos in re emphyteutica, dummodo tamen sint tales, qui de iure non pertineant ad emphyteutam. subdit Ias. Et hoc casu emphyteuta non compensat fructus perceptos, quia illos acquirit iure dominij, per Bald. *in l. emptor. ff. de rei vend. per gl. ibi singu. in ver. superfluum.* de qua Bal. fecit festum, quod non est alibi in iure, vt ab eodem audisse testatur Ang.

10 Nec emphyteuta † ædificans in solo emphyteutico videtur facere animo donandi, immo videtur facere pro se, & hæredibus suis, licèt sit regula, quod quicquid scienter ædificatur in solo alieno cedit solo, & cedit illi, cuius est, hæc est elegans doctrina Bald. *in l. si inferiorem. C. de rei vend. vers. quæro.* vbi posita quæstione, an præsumatur animus donandi in scienter ædificante in solo alieno, respondet, quòd aut ædificans habet à Domino causam, pone, quia sit colonus inquilinus, &
11 emphyteuta, † & tunc nunquam præsumitur animus donandi, aut non habet causam à Domino, & tunc quia scienter impendit in alieno, videtur habere animum donãdi, quia in hoc non potest cadere alia coniectura, & alias, vt ibi per eum. & per Bal. *in l. 3. C. communia vtriusque iudicij. Bald. & Imo. in l. senatus. suprà allegata. Aret. in § ex diuerso. in fi. instit. de rerum diuisio. sequitur Ias. in d. l. in emphyteuticariis. col. 8. nu. 33. vers. vltimò, circa. facit Bald. in l. cum pro pecunia. C. de solu.* vbi dicit; quod illa est vtilis lex pro emphyteutis, & feudatarijs, qui sollicitudine, & cultura fundos vberiores fecerunt, & cariores: quod enim contingit prosperitate fortunæ, aut industria ipsorum, ad eorum commodum debet cedere.

Et ad materiam emphyteusis, & feudi facere videtur illud, quod dicit Alex. *cons. 123. incip. discussis hesitationibus. col. fin. nu. 11. vers. quo aũt. vol. 1.* vbi
ille; † qui fecit melioramẽta in villa restituẽda sub 12
códitione, aliquas possessiones super territorio acquirẽdo, licèt talia melioramẽta sint facta soli, tñ ipse, & hæredes illius, qui fecit impensam dictorum melioramentorum, pro hæreditarijs portionibus ad impensam talem agere poterunt, nec fructus percepti per meliorantem, vel hæredes pendente conditione, sub qua fundus ex dispositione testatoris veniebat restituendus, computantur in impensis. Immò impensæ vltra fructus peti possunt, gloss. *in dicto l. emptor. ff. de rei vend. vbi Bald. & Ang. sequitur Bald. in l. domus. de leg. 1. vbi pulchrè.*

ADDITIO.

MATERIAM melioramentorum tam in bonæ fidei possessore, quàm in malæ fidei, & omnes species melioramentorum vide latissimè cumulata per Menoch. *15. remedio recuperan. nu. 499. cum infinitis seqq.*

Item in casibus, in quibus debentur melioramenta, an debeantur iure actionis, an verò iure retentionis, & exceptionis, & an per deductionem? *ibidem latè.*

Itẽ in hac materia in bonæ fidei possessore, videlicèt, quando contractus rei Ecclesiæ est validus, sed iniustus, quod debeantur melioramenta, licèt non debeantur fructus, Bero. *cons. 89. nu. 34. in fi. & seq. vol. 1.*

Item opponens de melioramentis probare debet, se, vel authorem suum, vel alium eius nomine fecisse, Bero. *consil. 37. numer. 6. vol. 2. Menoch. vbi supra.*

Item melioramenta facta per emphyteutam sunt cum ipsa re restituenda, finita generatione, quia ipso iure redeunt ad Ecclesiam, nec potest esse locus retentioni, ad differentiã melioramentorum factorum per conductorem, Bero. *consil. 102. numer. 62 volum. 2.* sed peti debent ab ipsa Ecclesia, vel Domino, & in hoc contradicit sibi ipsi *d. cons. 89.*

Item fructus percepti per iniustè acquirentem ab Ecclesia efficiuntur ipsius, sed reuocabiliter, & ideo compensantur cum melioramentis per eum factis, *cap pen. & ibi Abb. & alij. de reb. eccl. alien. vel non. & concor per Bero. cons. 79. nu. 62. vol. 2. & per istũ infrà cap. 7.*

Item cessat hæc compensatio in percipiente fructus ex re subiecta restitutioni pendente conditione, Bero. *vbi supra.*

Item malæ fidei possessor tenetur de fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt regulariter, non tamen tenetur de fructibus, qui percipi potuerunt ex melioramentis, sed solùm de perceptis, Capi. *decis. 93. num. 10.*

Item fructus percepti per bonæ fidei possessorem

rem compensantur cum melioramentis, loquendo de fructibus perceptis ex ipsa re; sed fructus perceptos ex melioramentis facit suos, Capi. *vbi supra.numero.12.& in fine.*

Item hæc compensatio, quo ad fructus perceptos fit ipso iure, sed quo ad percipiendos, fit per viam replicationis, pulchrè per eum *ibidem.*

Item fructus perceptos, seu qui percipi potuerunt, quos quandoque Doct. percipiendos appellant, vt per Mazoll. statim citant. tenetur restituere malæ fidei possessor, id est qui possedit sine titulo, vel reprobato, vel non redacto ad titulum, nisi vitium sit reale, vt in reintegrandæ, Mazol. *consi.109.nnmer.29.& plu.seqq.*

Item qui errat in facto, vt quia credit solemnitatem interuenisse ex dicto alicuius probi viri, excusatur, Abb. *in c cura.num.6.de iurepatro.*

SVMMARIVM.

1 *Colonus est in prædio rustico, inquilinus in vrbano.*

2 *Colonus ex natura contractus non tenetur meliorare, sed emphyteuta sic.*

3 *Colonus repetit, quod necessariò, vel vtiliter in re conducta impendit.*

4 *Aedificans scienter in fundo alieno an præsumatur habere animum donandi.*

5 *Colonus non repetit impensas duraturas, durante sua conducta tantùm.*

6 *Impensa facta in disboscando, arando, & serendo non sunt reficiendæ.*

7 *Plantatio vitium, & arborum sponte facta non dicitur impensa necessaria.*

8 *Impensa parua facta in plantatione salicum, & similium non est soluenda.*

9 *Impensa si sit maior, quàm vtilitas, vel è contrà, semper repetitur quod est minus*

10 *Emphyteuta, si cadunt culpa sua, impensas, & melioramenta non repetunt.*

11 *Planta cohærent solo, & ideò non patiuntur abrasionem.*

12 *Possessor bonæ fidei compensat fructus cum impensis vtilibus.*

13 *Impensa facta in ædificio necessario indistinctè repetuntur.*

Quid in impensis voluptuarijs, & vtilibus? numer.14.

CAP. IV.

1 COlonus, & inquilinus quorum alter, videlicèt † colonus, est in prædio rustico, inquilinus vero est in prædio vrbano, gl. Salyc. *& alij in l. emptorem. Cod. loc.* & conductor prædij, vel loci, si faciunt in re conducta aliquas impensas, melioramenta, vel additamenta, videtur, quod de iure repetant, & repetere possint, per text. *in l. colonus. ff. loc. vbi Barto. in princip.* quòd colonus eiectus propter pensionem non solutam repetit expensas vtiliter factas: & in primo notabili, ibi, quod colonus potest facere expensas vtiles, & necessarias in re conducta, & paulò post in oppositionibus, Tu dic, inquit, indistinctè, quod simplex colonus meliorata recuperat, emphyteuta verò, qui propter non solutionem eijcitur, siue sit ecclesiæ, siue priuati suas meliorationes non repetit, *& ibidem Pau. de Cast. versic. quantum.* quod ille text. loquitur in simplici colono, qui benè potest repetere meliorationes factas, siue conduxerit ab ecclesia, siue ab alio, & d cit, † quod ratio diuersitatis est duplex, primo, quia simplex colonus nō tenetur rem meliorare ex natura contractus, sed emphyteuta sic, quando emphyteuta conducit, vt melioret, dicitur enim ab emponema, quod est melioratio; ex quo si meliorauit, fecit illud, ad quod tenebatur, vnde emphyteuta non repetit. Et emphyteuta, quia tenetur meliorare, restauratur in alio, quia modicam soluit pensionem, sed colonus soluit magnam; & ista, inquit, tene menti, quia quotidiana. Item est tex. *in l. dominus horreorum. §. in conducto. ff. loc.* vbi in conducto fundo si † conductor sua opera aliquid necessario, aut vtiliter auxerit, ædificauerit, instituerit, cum id non conuenisset ad recipiendum, quod impendit, cum domino ex conducto experiri poterit, vbi Bart. Castren. & alij, quod expensæ factæ per conductorem necessariò, aut vtiliter possunt repeti à conductore actione ex conducto, vel in pensionem imputari, si non sit soluta, aut etiam exportari, si fiat commodè, & velit conductor, vbi declarant, quod tunc dicuntur necessariæ, quando fecit conductor, vt res periret, aut deterior fieret, aut vt habitari posset, & istæ expensæ indistinctè repetuntur. 2 3

Vtiles verò non repetuntur indistinctè, sed ita demum, si sint factæ ex voluntate locatoris tacita, vel expressa, vel si non adest voluntas, repetuntur, si non sunt nimis graues locatori, dummodo propter easdem res fuerit effecta maioris pretij; & quia per colonum istæ impensæ sunt factæ in re aliena, & quia habuisse videtur impendens animum obligandi dominum, ideo ad has repetendum datur impendenti actio ex contractu, si præcessit contractus inter colonum, & dominum, vel actio negociorum gestorum, si non præcessit, vt ibi.

Facit Bald. *in l. 2. C. de rei vendi.* vbi quærit, an inscienter † ædificante in fundo alieno præsumatur animus donandi; vbi respondet, quod aut ædificans habet à domino causam, putà, quia est colonus, inquilinus, emphyteuta, & tunc non præsumitur facere animo donandi; aut non habet causam à domino, & tunc quia impendit scienter in alieno, videtur habere animum donandi, quia in hoc non potest cadere alia coniectura, vt ibi per eum. Facit dictum Bal. *in rub. de iure emphy. ver. contractus emphyteuticus*, quod superficiarius, & conductor ad longum tempus non perdunt, nec dimittunt domino melioramenta sua, sed illa reportant, si fint melioramenta, quæ possunt separari. Ias. *in l. in emphyteuticarijs colum. 7. versi. quid autem sit. numer. 21. C de iure emphy. idem in l. 1. eo col. 5. nu. 25. versi. inter cæteras.* vbi tenet, secundum Bal. quod emphyteuta tenetur ad magnas impensas, & nihil pro eis potest à domino petere; secus in colono, vel inquilino, qui non tenentur, immo si impensam fecerint, vel computant, in pensionem, vel repetunt à domino, *l. dominus. §. 1. l. colonus. in princ. & ibi gl. & Bar. l. sed addes. §. si inquilinus. l. 2. l. ex con-* 4

ex conducto.in princ.cum glo.in verb. reficitur. ff. loca. glo.in l.sed cum fructuarius.§.1.ff. de vsufr. Subdit tamen idem Ias. *in d.l 1.numer.27.Cod.de iure emph.*Si
5 colonus † fecit impensas non perpetuo, sed durãte sua conducta duraturas, quia videtur fecisse ad vtilitatem suã, nihil repetit à Domino, *l. diuortio. §.impẽdia.ff.sol.ma l.in rebus. §. possunt. ff.cõmoda.per Bar. in l. impensæ ff.de impẽs. & l.prædia.§.antepe ff.de fundo instruc.* vbi ponit, an colonus teneatur propria impensa purgari facere aggeres,& fossata,aut facere fieri de nouo ità vt nihil repetat à Domino:vbi terminat,quod pro tempore vsus sui tenetur:secus,si perpetuam vtilitatem habeat, *l.ædiles. in verb.quicunque autem.ff de via pub.l.j.ff.de loc.pub.* vbi Bart. quod conductor non tenetur propria impensa facere purgari viam publicam ante domum conductam, & si fecerit reficiuntur impensæ,vel ei cõputantur in pensione,vt ibi per Ias. *Idẽ Ias.in l quominus.colum.22.versi.primo casu.num.149. ff.de flum.* quod si conductor reficit molendinum, impensam recuperat à Domino, vbi multa adducit.Idem *in Authen.qui rem.C.de sac.eccle.col.3.nu.9. versicu.vltimò nota*,quòd emphyteuta ecclesiæ, vel colonus cessantes in solutione per biennium perdunt melioramenta. Idem est in emphyteuta priuati,contrarium, quod tenet in *l. in emphyteuticarijs.de iure emphy.*secus est in colono, vel inquilino priuati.Et in additio.ibidem,ex ratione assignata per Bart.& Pau.de Cast.*in d.l.colonus.* infert, quod colonus,aut conductor in perpetuum,vel ad longum tempus,si expellitur ob non solutionẽ,quòd non perdit melioramenta, vti euenit in emphyteuta, quia ratio, quæ est in emphyteuta cessat in conductore, *vt ibi.*

Faciunt dicta Pau. de Cast. *consil. 271. in Christi nomine, viso puncto.* quod consilium est factum in causa refusionis melioramẽtorum, vbi declarando materiam dicit, quòd † disboscatio terrarum,
6 & prædiorum,quę pertinent ad culturam, non est impensa reficienda , quemadmodum expensæ arandi, & serendi non debentur, quia factæ causa fructuum quærendorum, quæ veniunt cum fructibus compensandæ, *l. diuortio. §. impendia.ff.sol. ma.*item quia ex disboscatione percipitur vtilitas propter ligna,quæ recolliguntur,&quia terra dis
7 boscata , arata, seminata reddit in duplum. † Et plantatio vitium, & arborum licèt pertineant ad perpetuam rei vtilitatem, quia durant vltra tempus conductionis, si spontè sit facta, quia non sit necessaria,dicitur vel vtilis, vel voluptaria , & si sint arbores non fructiferæ, & nulla, vel modica resultat vtilitas , quæ pertinent duntaxat ad pulchritudinem,vel amœnitatem,& decorum fundi, quia sunt, & dicuntur tunc impensæ voluntariæ, non repetuntur, & sunt effectæ pars fundi , & lucro fundi cedunt, nec auelluntur à fundo; si vero ex eis percipitur vtilitas , vt si esset oliuetum ; aut arbores necessariæ ad vitium sustentationem, tũc benè expensæ debentur , & per viam actionis peti possunt, *l. dominus. §. 1.ff. loca.* nec in talibus habet locum abrasio,*l.si fundi.ff.de rei vendic.* vnde colonus,qui fecit tales impensas, & qui impendit in re aliena,habet actionem etiam ex conducto pro talibus vtilibus plantationibus, *d. l. dominus horreorum.§.1.* & etiam habet exceptionem, *l. colonus ff. loca.*Et hoc procedit , quando expensa plantationis esset magna,& oliuarum,aut vinearum.†Si ve 8
ro sit expensa parua , & quasi nulla , veluti est in plantatione salicum,& opiorum, in quorum plãtatione nullus est quasi labor,vel expensa , nec in sustentatione , si positi sunt ad sustentationem vitium, quoniam non fodiuntur de per se à vitibus, sed sufficit eis vitium sarritio , & licèt ex eis recipiatur magna vtilitas, attamẽ nihil refundendum videtur, *l.omninò.ff.de impens.l hactenus.ff.de vsufru. l.in fundo.ff.de rei vend.* vbi habetur,quod si maior sit vtilitas, quæ accessit fundo ex impensa, quàm sit impensa, non repetitur, nisi illud, quod impẽsum fuit,& è conuerso,si maior esset impensa,quã vtilitas,non repetitur, nisi æstimatio vtilitatis, vt sic † semper illud repetatur,quod est minus,vnde 9
si nulla fuit impensa,nil repetitur.

Et quia prædicta possunt procedere in colono,qui colit mediante mercede, qui potest repetere expensas vtiles,quæ respiciunt perpetuam vtilitatem fundi , & fortè tunc etiam si sint perpetuæ, *d.l.omnino.ff.de impen in fi.*& etiam in marito, qui sustinet onera matrimonij, quæ expensæ possunt excedere fructus dotis qui maritus non repetit paruas expensas propter coniunctionem personarum , sed immo videtur eas donasse, *l. virum.ff.de donat.inter vir. & vxor.*

Sed in†colonis illis,qui colunt pro paruissima 10
pensione,cuiusmodi sunt emphyteutæ, idem venit dicendum quod dicitur in emphyteutis, qui cum cadunt culpa , & facto suo à iure emphyteusis,impensas,& meliorata non repetunt ; vel parua sint,vel magna. Secus , si non culpa, sed pœne, per finitam generationem , vel finitum tempus: quia tunc meliorationes per emphyteutam non perduntur,vt dico suprà , licèt modicam pensionem soluat, & receperit ad meliorandum. Quod venit dicendum in istis conductoribus ad non modicum tempus conducentibus, cum eadem sit in illis in omnibus,& per omnia ratio, quę in emphyteuta.& licèt *in d. c. 1.§. si vasallus. tit. hic finitur lex.&c.&per Bald.ibidem* sit dictum,quod est in electione domini, aut soluere impensas meliorationis,aut permittere eas auferri , id non procedit in plantis, sed in ædificijs, quæ auferri possunt , quæ non vniuntur cum terra, sed dicuntur cohærere solo per abrasionem, quia † plantæ vniuntur , & 11
dicuntur cohærere solo , maximè postquam radices emiserunt,& in eis nõ cadit abrasio, *d.l.si fundi possessor.ff. de rei vend.* vnde non possunt cogi coloni ad illas exportandum, si nolunt, sicut nemo potest cogi ad patiendum eas exportari , vt æqualitatis ius seruetur , *l. penul. in fi. C. commun. diuid.* nec fructus, quos ex talibus perpetuis meliorationibus perceperunt,sibi in dictis meliorationibus computant,quia & maritus percipit,& si perpetuam rei vtilitatem respiciunt , pretium meliorationum recuperant, *l. diuortio.in fi.ff.sol.matr.* similiter in emphyteuta; satis enim est,quod differunt eas recuperare vsque ad solutum matrimonium, & finitam emphyteusim, vel conductionẽ, qui debent interim in recompẽsatione fructibus gaudere,& eosdem lucrari , non obstante † text. *l.* 12
sumptus.

sumptus ff. de rei vendic. qui loquitur in bonæ fidei poss. qui nullam causam habet à domino percipiendi fructus: vnde licèt eos propter suam bonam fidem lucretur; tamē cum impensis vtilibus compensa vsque ad concurrentem qualitatem: sed coloni, qui causam fructus percipiendi habent à domino, & eos lucrandi, qui fortiorem habent causam cum fructibus non compensant *l. colonus. l. dominus. §. 1. ff. loca. vt per Paul. de Castr. de consi. 270.* sub-
13 dens idem Castren. ibidem, quod si† ædificia sunt necessaria, putà pro laboratoribus, qui aliter non possent laborare tales impensæ sunt necessariæ, vnde indistinctè refundendæ, si factæ probentur ab eis à quibus causam habuerunt, *l. 1. ff. de impens.*
14 † Si vero impensæ sint voluntariæ, & vtiles, tunc locum habet dispositio *d. c. 1. §. si vasallus.* vt in feudatario, ità in emphyteuta; & pari modo in istis conductoribus, qui assimilantur emphyteutis, sicuti in simili contractus innominati iudicantur secundum naturam contractuum nominatorum, quibus assimilantur, *l. eum, qui. §. si rem. ff. commo. & aliàs, vt ibid.*

ADDITIO.

Melioramenta facta per colonum de consensu domini tacito, vel expresso, repetuntur, Ias. *in l. in emphyteuticarijs. nu. 280. & in l. 1. col. 5. num. 25. versi. inter cæteras. Cod. de iure emphyt. gloss in l. sed cum fructuarius. §. 1. ff. de vsufruct. & est text. in l. colonus. ff. locati. & in l. colonus ff. de vi, & vi armata. & hic suprà num. 1.*

Item melioramenta facta per clericum in re ecclesiæ dicuntur acquisita ecclesiæ, nisi ex patrimonio clerici facta sint, quia tunc repeti possunt, Doct. *in c. fina. de pecul. cle. vbi Abb. nu. 2. & de primis, Bursat. consi. 178. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Facere de nouo & reficere differunt.*
2 *Possessor bona fidei est, qui credit tradentem esse dominum.*
3 *Bona fidei possessor doli exceptione expensas recuperat.*
4 *Bona fidei possessor indistinctè lucratur fructus à melioratione causatos.*
5 *Impensa facta in reficiendo reputatur necessaria.*
6 *Impensa si facta sit in vna re, non potest alia retineri.*
7 *Maritus non recuperat impensas paruas.*
8 *Aedificans in fundo, quem imprudens emerat, officio iudicis impensas recuperat.*
9 *Impensa facta bona fide in serendo, vel plantando, officio iudicis repetuntur.*
Quid de impensis factis in reficiendo? vide num. 10.

CAP. V.

De emptore quoque, & possessore bonæ fidei, qui in re empta, aut bona fide possessa, vel de nouo ædificauit, aut refecit, vel quouis modo meliorationes fecit, videtur aliquid dicendum; secundum Doctores cum aliqua distinctione: quia aliud venit dicendum, si sint bona fide; aliud, si in mala fide, aliud, si à principio in bona, deinde superueniēte tempore in mala; & aliud, si impensæ sint factæ in reficiendo; aliud, si in de nouo faciendo; & aliud, si in fructibus, & causa fructuum; aliud, si gratia verum: & si sit impensum aut in perpetuam rei vtilitatem, aliud, si necessario impensum, aliud, si vtiliter, aliud, si voluntariè. Quia si emptor impendit in perpetuam rei vtilitatem gratia rerum, si quidem in faciendo de nouo; quia facere de nouo, † & reficere inter se differunt, *l. 3. §. pen. ff. de itin. actuque pri. vbi text. dicit*, quod facere longè aliud est, quàm reficere; siquidem, dico, de nouo fecit, vel ædificauit cum bona fide, credendo tradentem fuisse dominum, 2
quia possessor † bonæ fidei dicitur, qui credit tradentem esse dominum, per Bart. *in l. si existimans. ff. pro soluto.* & qui possidet domini cogitatione, quod semper præsumitur in eo, qui percipit fructus, & commoda, Bart. *in l. apud antiquos. 2. not. vbi Bald. vers. item nota. C. de fur.* tunc ad repetendum meliorationes, & impensam tali emptori datur, & competit contra euincentem doli exceptio, per text. *in l. si in area. in fi. ff. de cond. indeb.* & tali impēdenti subuenitur per rei retentionem, *vt ibi in tex. in fin. & in l. Paulus. ff. de itin. actuque priuat.* vbi qui in solo alieno ædificauit, non aliter sumptus consequitur, nisi possideat, & dominus soli euincat, & tunc opposita doli mali exceptione idem habetur *in l. in hoc iudicium ff. commu. diuid.* vbi habetur, quòd ille, qui impēdit in fundo, quod suum proprium existimabat, cum vindicatur fundus, impensæ vt pars fundi, per doli mali exceptionem per impendentem retineri possunt. facit tex. *in l. 2. C. de seruit. & aq. tex. apertus in §. ex diuerso. versic. certè Instit. de rerum diuisio.* vbi possessor in solo à se possesso ædificans bona fide, si dominus petat solum, nec soluit pretium materiæ, & mercedis fabrorum, exceptione doli mali repelli potest; vbi Aret. summando text. quod possidens alienum fundum, in quo bona fide ædificauit, potest expensas ædificij ope exceptionis retinere; & tu nota, quòd ædificans in solo alieno bona fide non tantum consequitur pretium materiæ, sed etiam mercedem fabrorum.

Idem habetur in tex. *in l. sumptus. ff. de rei vendic.* vbi sumptus facti in prædio per bonæ fidei possessorem doli exceptione officio iudicis retinentur, & facta compensatione illorum cum fructibus perceptis illud, in quo summam fructuum excedunt, à Domino prædium euincente impendenti persoluitur, vbi Bar. quod † bonæ fidei possessor 3
doli exceptione expensas recuperat; & Bald. ibi, quòd sumptus facti à possessore in re non sunt in actione, sed in exceptione. Bonæ tamen † fidei pos- 4
sessor, qui fecit melioramenta in re, indistinctè lucratur fructus respicientes ratam melioramentorum, id est, fructus à melioratione causatos: pone, prædium, quod prius sine melioramentis fructuabat decem, ex causa melioramentorum fructuat 15. ille, qui bona fide fecit melioramenta, lucrabitur illa quinque: ità tenet Paul. de Castr. *consi. 386. visis, & ponderatis. per text. in l. cæterùm. in fi. de rei vend. refert Anto. Negusan. de pig. 4. memb. 5. par. prin. num. 20. vers. decima conclusio.* Facit dictum Paul. de Castr. *in d. l. si in area. ff. de cond. indeb.* vbi qui emit fundum, & in eo fecit bona fide ædificia, ad ædificata

dificata habet retentionem, vbi dicit se habuisse de facto in quodam, qui emit prædium, & in eo ædificauit, à quo fuit per condemnationem prædium euictum, nulla opposita exceptione impensi, vel per ignorantiam, aut inaduertentiam procuratoris, vel aduocati; vnde putat, quod possit repetere, vel recuperare etiam post condemnationem, & exequutionem per actionem in factum ex æquitate *l. si & me, & Titium ff de cer. pet.* eò maximè, cum dominus sit locupletior ex re possessoris, & cum iactura illius. & hoc, quando impendit in de nouo faciendo, vt in ædificando; secus, quando in reficiendo; quia tunc non competit ex-
5 ceptio, sed datur actio, † quia eo casu impensa reputatur necessaria, per text. *in l. domum. Codic de rei vendic. vt per Castren. d. l. si in area. & per Alberi. ibidem. per Specul. de exceptio. versiculo sed pone.* vbi ponit, an qui sit condemnatus non facta mentione expensarum, si in exequutione sententiæ velit retinere rem, donec soluantur expensæ, possit. tenet Ias. *d. l. si in area. vbi summando text. dicit*; quod ei, qui bona fide ædificauit, pro impensa facta ius retinēdi cōpetit, vbi subdit secundum Alber. ità
6 ibi tenentem, quod si † habeam plures res alienas pro impensa facta in vna re, non possum retinere aliam; id quod intellige, si quidem sint res separatæ, non connexæ, non vnico contractu, & vnico pretio venditæ, vt dico in fi. præsentis quæstionis. Quod etiam procedit in marito, qui si impendit in res dotales, quod ob hoc non potest res detinere, *l. vnica. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxor. actio.*
7 *& l. quod dicitur ff. de impens. in re. dot fact.* Sed id † credo procedit, si quidem impensa sit non magna, vt per Ias. *ibidem in sequentibus*, vbi loquitur de marito impendente in exactione nominum debitoris vxoris, vbi secundum gloss. *in l. 1. ff. de impens.* dicit; quod maritus tales impensas factas non recuperat, vbi citat Doct. super veritate illius gl. discepantes, & tenentes, quod non procedit in magnis impensis, sed in paruis; & dixi ego etiam suprà in contrarijs. facit doctrina Bal. *l. fin § fi. versic. sed contra. Cod. communia de lega* Facit text *in l. in*
8 *fundo ff. de rei vendi.* vbi † qui impendit ædificando in fundo, quem imprudens emerat, officio iudicis, qui variæ ex personis, causisque constituet, impensam recuperat; vbi Bart. ibi, tertiò ponit casum in quo suggerit expensas deduci & Bal. *ibi*, quod petitor debet refundere impensas possessori factas in re, si ipse petitor eas erat facturus, vel si est rem destructurus; si verò sit re cariturus, tunc non refundit, sed permittitur possessori abrasio, nisi abrasi æstimatio offeratur, vt ibi per eum. facit tex. *in l. domos. ff. de leg. 1.* vbi expensæ factæ in reparatione rei sub conditione legatæ repetūtur, vbi Bart. & Bald. quòd expensæ factæ in tali reparatione repetuntur à legatario inspecto valore rei. facit *l. qua ratione. ff. de acquir. rer. dominio in fi. principij. optim. gloss. in d leg. in fundo. in verb deducto. ff. de rei vend facit text. in l. si quis sciens. C. de rei ven-*
9 *dic. §. sanè.* vbi qui bona fide † in agro seminauit, vel plantauit, iuris authoritate sumptus factus recuperat, doli mali opposita contra euincentem dominium exceptione. Habetur Institut. *de rer. diuisio. §. qua ratione.* vbi qui in alieno agro seminauit, licet sata cedant solo, in quo sunt sata; tamen per exceptionem doli mali potest sese tueri, vt sibi illud, quod in seminando impendit, reddatur, vbi Angel. sumat, & notat text. quod semināns bona fide potest se exceptione tueri, vt sibi expensæ reddantur. *Facit text. in l. qua ratione. ff. de acquir. rer. do.* vbi ad litteram habetur idem est consilium Paul. de Castr. factum in terminis *consil. 17. incip. in causa.* Et hæc in bonæ fidei possessore,
qui de nouo fecit, & ædificauit: sed erit † secus, si 10
in reficiendo, quia si quidem refectio fuit vtilis, aut necessaria, ad repetendum impensum, & melioramenta tunc habet doli mali exceptionem in totum, si verò refectio fuit voluntaria, tunc ei est permissum auferre refectum, sine tamen læsione prioris status rei: nisi tamen dominus paratus sit tantum dare, quantum habiturus est possessor his rebus ablatis: sed in impensę refectione compensat illud, quod habuit possessor de fructibus, per gloss. *qua iura adducit, in d. l. in fundo. in gloss. de ducto. ff. de rei vendic.* vbi materiam istam ponit, & declarat.

SVMMARIVM.

1 *Impensæ factæ à malæ fidei possessore an repeti possint.*
2 *Aedificium factum de aliena materia in fundo alieno non cedit solo.*
3 *Quæ actio detur domino alienæ materiæ.*
4 *Aedificium cedit solo, quamdiu durat in figura ædificij.*
5 *Alienare videtur imponens propriam materiam in solo alieno.*
6 *Aedificium factum in alieno fundo non semper animo donandi præsumitur factum.*
7 *Malæ fidei possessor non repetit impensas in re aliena factas, etiam si dominus factus sit locupletior.*
Fallit duobus casibus, vt num. 8.
9 *Impensæ repetuntur per actionem, per exceptionem, & per officium iudicis.*
10 *Malæ fidei possessor an possit auferre vtiles impensas.*
11 *Malæ fidei possessor impensas vtiles per separationem abradit, necessarias per officium iudicis recuperat.*
12 *Impensas necessarias non faciens tenetur ad interesse.*
13 *Picturæ non patiuntur commodam abrasionem.*
14 *Melioramenta in re restitutioni fideicommissariæ subiecta facta per emptorem malæ fidei perduntur.*
15 *Impensæ factæ ab illo, qui quandoque bonæ fidei, quandoque malæ fuit, an repeti possint; & numer. 16.*
17 *Superuenientia malæ fidei aliquid semper immutat.*
18 *Præsumptio malæ fidei non turbat præscriptionem.*
19 *Mala fides superueniens æquiparatur malæ fidei subsistenti à principio.*

CAP.

CAP. VI.

1 SIt † verò simus in mala fide, & in malæ fidei
possessore, tunc videtur esse secus dicendum,
quia si malæ fidei possessor in re sic per eum
possessa de nouo faciendo, aut ædificando impen-
dit, ex quo videtur, quòd nullum voluit taliter
impendendo obligare, & videtur donasse, nullam
habet de iure impensi repetitionem: videtur di-
cere text. *in l. in hoc iudicium. ff. comm. diuid. & per
tex. in §. ex diuerso. Instit. de rer. diuisio.* vbi tex. de
hoc etiam rationem reddit, quia scienti solum es-
se alienum potest obijci culpa, quòd ædificauit te-
merè in eo solo, quòd intelligebat esse alienum,
vbi text. habeo, quod qui de propria materia in
solo alieno domum ædificauit, domus est effecta
illius, cuius est solum, vnde si ædificium sit destru-
ctum, materiam etiam repetere non potest, quia
de voluntate illius videtur alienata, ex quo non
ignorabat, quòd in solo alieno ædificabat. & quod
dicit text. ibi, intellige, quando malæ fidei posses-
sor ædificauit, vel fabricauit de sua materia, quòd
illam amittit, si scienter fabricauit in solo non
2 suo; sed si non de sua † materia, sed de materia al-
terius ædificauit, est secus: quia tunc materia non
perditur, sed à pristino domino vendicatur, & re-
cuperatur vtili actio. neg. gest. *l. si pupilli. §. si quis
ità. ff. de neg gest. ibi, Si & tuum gessit sciens, &c. &
per tex. in l. 2 C. eo.* vbi pupillus tenetur neg. gest. si
ex negotijs gestis est factus locupletior, declarat
gloss. *l. in fundo. in verb. deducto. ff. de rei vend.* & hic
est casus, quando de alieno in alieno, per Aret. *d. §.
ex diuerso. de rerum diuisio.* per distinctionem, quam
ibi recitat, putà, quando quis ædificat in solo Ti-
tij de materia Sempronij; quia licèt solo cedat, ta-
men potest agi ad exhibendum, & vendicabitur,
nisi ex destructione resultet ciuitatis deformitas,
l. in rem. §. item quicunque. ff. de rei vend. maximè cũ
alteri per alterum iniqua conditio afferri non
debeat. *l. non deber. de reg. iur.* & hoc si ædificium
sit destructum, quia benè tunc materia potest vẽ-
dicari, & competit domino tunc materiæ actio ad
exhibendum, non autem si eadem causa manet,
& non sit dirutum ædificium, quia permanente
3 † ædificio licèt dominus materiæ remaneat do-
minus, licèt sit in solo alieno collocata, & ædifi-
cium sit factum alienum; tamen non agit ad mate-
riam, sed benè ad duplum actio de tig. iniunct.
quia lege 12. tab. fuit prouisum, quod ædificia non
rescindantur, ne resultet ciuitatis deformitas. *§.
cum in suo. Instit. de rerum diuisio. vbi Aret.* quod ædi-
ficium cedit solo, sed materia, ex qua fit ædifi-
cium, remanet antiqui domini, quam tamen repe-
tere non potest, quamdiu durat ædificium, & eo
durante, non datur rei vend. vbi not. esse casum,
in quo domino non datur rei vendicatio, & dicit
talem dominum esse dominum sine effectu, &
reddit rationem de hoc, quare nnn agitur ad ma-
teriam repetendam, ne ædificia destruantur, ne
sequatur ciuitatis deformitas, & est ratione pu-
blicæ vtilitatis, in tantùm, quod si vellet ipse
ædificans tignum iniunctum, & materiam ipsam
restituere domino, & ita ædificium destruere, ad
pœnam dupli euitandam, non posset propter
publicum aspectum, quia publica vtilitas præ-
fertur suæ vtilitati priuatæ, est doctrina Bald. *in l.
2. Cod. de rei vend.* vbi summat, quod soluto ædifi-
cio materia redit ad pristinum, non ad ædifican-
tem, vbi not. quod ædificium † cedit solo, quam- 4
diu durat in figura ædificij, sed dissoluto materia-
to materia reuertitur ad pristinam conditionem:
vbi subdit, quod quantum ad materiæ repetitio-
nem dissoluto ædificio etiam prædo potest recu-
perare, per verba text. siue in bonæ, siue in malæ
fidei possessore. Et per eundem ibidem quæritur,
si quis ingreditur rem alienam, & ibi ædificat,
quis possidet, dominus ne, an vero ingrediens? Et
dicit, quod ædificans, vt per eum, & per Aret. *in d.
§. ex diuerso. in princip. not.* quod eo ipso, quod † quis 5
suam materiam imponit in solo alieno, videtur
alianare materiam suam, & per consequens tali a-
lienatione videtur perdere dominium; & qui sci-
enter ædificat in solo alieno, videtur donare, ex
quo sequitur, quod etiam dirupto ædificio non
potest dominium cæmentorum vendicare, quod
videtur ex dicta tacita donatione, & alienatione,
perdidisse. & *in l. domum. Cod. de rei vendic.* habetur,
quod de eo, quod per malæ fidei possessorem in
re impenditur, nulla venit habenda ratio, & nul-
lam impendens habet repetitionem, quia non
fecit tanquam gerens negotium illius, cuius res e-
rat. sed ille text. vbi dicit gloss. & dicemus infra,
loquitur in reficiendo, non in de nouo faciendo,
sed hoc debet intelligi, vt distinguit Aret. *in d. §.
ex diuerso.* quòd si semper fuit malæ fidei, ideo nõ
repetit, quia donare videtur. Sed aliqui contrà,
quod immò repetit, nisi probetur, quod ani-
mo donandi. gloss. inquit Aret. tenet opinio-
nem primam, Cyn. tenet secundam: nam ali-
quis potest in alieno ædificare scienter, non ta-
men animo donandi, putà, quando † in fundo lo- 6
cato, & commodato mala fide feci; quia non do-
mini cogitatione, *l. cum apud. Codic de furt.* tamen
ædificio, vt pleniorem, & commodiorem vsum
habeam, eo casu impensum, & ædificatum re-
peto, *l. 2. C. de rei vendi. in fin.* Sed intellige, quod tũc
non repeto, cum sine causa possideo, quia tunc do-
nasse videor. & ideo, inquit, in hoc articulo, quan-
do quis ædificat mala fide, distingue, aut ędificans,
vel impendens habuit aliquam causam possiden-
di, aut non habuit; si non habuit; tunc non repetit,
vt per suprà adducta, *& dict. leg. 2. in fin.* si causam
habuit, & tunc dic, quod repetit, nisi appareat,
quod fecit animo donandi, *ff. de donat. l. si cum au-
rum. & per Bald. in dict. leg. 2. C. de rei vendic.* ex quo
est decisum, quod † si emphyteuta habens ius in 7
re, vel causam à Domino, vt est commodatarius,
inquilinus, colonus ædificat etiam scienter, repe-
tit, vt suprà suis locis fuit dictum, & per Doctores,
quos ibi citat Aretin. Sequitur Philip. Corn. *cons.
222. vol. 2. in prin. & cons. 243. eo.* vbi firmat, quod † 8
impensæ factæ à malæ fidei possessore in re aliena
repeti nequeunt, etiam quod Dominus per illas
factus sit locupletior, per Negusan *in tracta de pig.
4. membr. 5. par princ. numer. 9. versic. prima igitur erit
conclusio.*

Sed hoc fallit in duobus casibus, quando Do-
minus habębat venalem rem melioratam, & pro-

& post cœpit esse malæ fidei, eligitur quædam media via, d. l. Iulianus. Sequitur Bart. ibi, vbi summando text. dicit; qui à principio fuit bonæ fidei, ex post malæ, quod ædificium potest tollere, non expensas doli exceptione retinere. Nec mirum, si propter superuenientiam malæ fidei fiat ista alte-
17 ratio; † quia superueniencia malæ fidei aliquid semper immutat, quia mala fides superueniens impedit præscriptionem cœptam de iure canonico, c. veniens. & ibi Doctor. extrà. de præscrip. Bar in l. 1. C. de vsucap. transfor. vbi dicit secus de iure ciuili. per Fely. in c. vigilanti col. fi. extrà de præscrip. versi. & nota. vbi dicit; quod si probaretur etiam post præscriptionem, quod ea currente possidens fuit in mala fide, clarum est, quod præscriptio non
18 prodest. Sed hoc est verum, † vbi constat de mala fide verè; secus, vbi præsumptione tantùm: quia talis præsumptio malæ fidei, quæ præsumitur affuisse in cursu præscriptionis, non turbat eam completam. l. si in fi. C. vnde vi. vbi Bart. quamuis id
19 non firmat ibi Fely. † Et mala fides superueniens æquiparatur malæ fidei subsistenti à principio, quo ad fructus, l. sed si lege. §. de eo autem vbi Bar. ff. de pet. here.

SVMMARIVM.

1 *Emptori debentur expensa facta circa rem meliorandam.*

2 *Emptor perdit melioramenta, quando alienatio fuit illicita.*

3 *Emens rem ecclesiæ sine solemnitatibus, præsumitur in mala fide.*

4 *Bonæ fidei possessor fructus perceptos cum sumptibus, & laboribus compensabit.*

5 *Malæ fidei possessor perdit pretium cum expensis, laboribus, & fructibus.*

CAP. VII.

VErum quia res ecclesiæ non sunt simpliciter, & indistinctè contrectabiles, vti sunt res alterius generis, quia non venduntur, non donantur, non alienantur, nisi seruata forma à iure tradita, cum causa, & solemnitate, de qua supra in quæstionibus de causis, & solemnitatibus suis abundè diximus. idem Fely. in c. cum causa. col. 8. num. 28. versi. sumptus de feu. & re iud. dicit; quod sumptus, quos fecit emptor circa rem meliorandam, debentur sibi, l. in fundo. l. sumptus ff. de rei
1 vēd. non attento quanti † valeant tunc melioramenta, sed quantum fuit expensum pro eis faciendis: & si tantum de fructibus percepit, quod est sibi satisfactum de sumptibus, & laboribus, com-
2 pensabit. sed † hoc intellige, inquit, quod est satisfaciendum emptori de melioratione, quando res fuit alienata cum debita solemnitate, & fortè ecclesia ratione læsionis petit restitutionem in integrum: secus est, quando res fuit illicitè habita, quia sicut emptor perdit tunc pretium, ità fortius, & melioramenta. Spec. de emptio. & vend §. nunc dicendum. ad fin. Ioan. de Imol in c. 2. insi. de reb. eccle. alien. vel non. vbi quærit; quid si ille, à quo reperitur res ecclesiæ, illam meliorauit, an debeat sibi satisfieri de melioratione? Et secundum Vincen. in Specul. quem ibi citat, concludit, quod sic quod, inquit, videtur intelligendum, quando res fuit alienata cum debita solemnitate, secus videtur, quando illicitè fuit habita; nam emptor tunc perdit pretium, l. iubemus C. de sacrosan. eccle. sic multo magis videtur, quod non debeat satisfieri de melioratione: tamen subiungit idem Felyn. Ego dicerem, quòd si emptor fuisset bonæ fidei, el essent restituenda melioramenta, licèt contractus fuisset illicitus, sicuti de æquitate canonica restituitur ei pretium; secus, si malæ fidei, quia ad pretium etiam contra venditorem non agit, & vbicunque quis emit rem ecclesiæ † sine solemnita- 3
tibus iuris canonici, tunc præsumitur in mala fide, adeò vt nullum ei competat remedium ad repetendum, recuperandumve pretium Abb. in c. si diligenti. extrà de præscrip. apostil. ad Fely. d. c. cum causa. & iste talis in bona fide, quia cum habeat rem illicitè, nō dicitur habere rei dominium iustum, sed tenere rem iure possessionis tantum, † com- 4
pensat cum sumptibus, & laboribus fructus, quos percepit, per gloss. Bald. & Ang. in l. emptor ff. de rei vendic. quia si ratione non solius possessionis, sed dominij, etiam vtilis, non compensat, sed petit eosdem, adeò quod emphyteuta restituens rem finito tempore non compensat expensas cum fructibus, per Bald. ibi. cum ergò in casu nostro iste percepit iure dominij, licèt ex re subiectà restitutioni, non videretur teneri ad compensandum, nisi dicas, quòd gloss. d. l. emptor. intelligit de iure dominij iusti, vt ibi in emphyteuta, & hic domini vnerat iniustum, meritò dicitur compensisse fructus iure solius possessionis, meritò compensat. Et hæc videntur procedere in emptore bonæ fidei; quia si sit malæ fidei, † perdit expensas, labores; 5
fructus, & pretium, per Fely. d. loco col. fi.

ADDITIO.

IN hac materia, quatenus iste loquitur de bonæ fidei possessore, non potest saluari, nisi ex qualitate personæ acquirentis, purà, si sit rusticus, & huiusmodi, & vt infra q. 78. cap. 5. nu. 7. in fi. & seq. vel nisi sit successor singularis, vt respondit Alcia. in re minoris loquendo, consil. 247. alias primus acquisitor, etiam si habeat titulum probabilem, si tamē minus solemnem tenetur etiam ad fructus, latè Marius Anguiss. consil. 32. Item mala fides authoris nocet etiam quo ad fructus quibuscunque successoribus vniuersalibus mediatis, vel immediatis, Soc. iun. cons. 182 nu. 27. & plu. seqq. vol. 2. Item in eo, qui credidit alienationem validam, quod faciat fructus suos, infrà q. 78. c. 5. in fi. & Neniz. consil. 85. Itē quod dicitur hic nu. 5. de amissione pretij, vide Abb. in cap. cum causa. numer. 17. de re iud. & infrà quæst 77. cap. 6. & omnino vide per Neniz. consil. 85. numer. 17. & sequen. Item emens rem sine solemnitatibus à iure requisitis, quod faciat fructus suos, si saltē errauit in iure probabiliter; secus, si vitium sit reale, quia tunc non facit fructus suos, Bal. in l. 2. C. si quis igno. rem. min. Item quo ad fructus iuris ignorantia non nocet, Salyc. in d. l. 2. nisi vitium sit reale, quia res in se non sit præscriptibilis, nā tunc fructus etiam debētur. Item error iuris quādo sit probabilis, & qualiter probetur, Bald. vbi suprà. Itē regulariter possessor facit fructus suos, etiā si adsit

 error

error iuris putà, ob non solemnitates seruatas, vel si vitium sit personale; secus, si vitium sit reale, Bal. *in d. l. 2. C. si quis igno. rem mino.* sed talis error iuris non excusat acquirentem rem ecclesiæ, sine solemnitatibus, & istud est fauore ecclesiæ, Fely. *in d c. cum causa post Abbatem, & alios ibi, de re iud. & est* * *communis opinio. Firmano Suarez. in tract. communium opinionum num. 361. in verbo fructuum restitutionem: vbi etiam citat Gratian. decis. 79. & Cur. sen. consi. 72. & concordan. de quibus per eum.* Item quod præsumatur mala fides in contrahente sine solemnitatibus in re ecclesiæ, vel minoris, non habet locum in eo, qui rudis erat, & vtiliter contraxit cum pupillo, vel ecclesia, quia tunc hæc iuris ignorantia non nocet, etiam quo ad præscriptionem, *Crauet. de antiq. temp. par. 4 in §. materia. num. 9. & ibi in discursu* Sed malè loquitur, & contra communem, *vt sup. fuit dictum, & pro hac conclusione latè Gratian. de decis. 79.* vbi etiam loquitur, quãdo decretum commissariorum interuenerat. Et mala fides elicitur eo, ipso quod non fuerunt seruatæ solemnitates à iure requisitæ, gloss. *in l. 1. in verb. mala fide. C. de fide instrum. lib. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Bona fides præsumitur ex titulo.*
2 *Bona fides ex longa possessione causatur etiam sine titulo.*
3 *Præscribens bonam fidem debet allegare, & allegata præsumitur.*
4 *Bona fides regulariter præsumitur.*
5 *Bona fides in venditione exigitur duobus temporibus*
6 *Testium dicta etiam non in figura iudicij inducunt bonam fidem.*
7 *Fama sæpè à veritate discordat.*
8 *Bona fides in incorporalibus præsumitur.*
9 *Titulo probato præsumitur bona fides etiam contra antiquiorem possessorem.*
10 *Possessoris assertioni dicentis, se esse in bona fide, standum est.*

CAP. VIII.

ET pro faciliori materiæ intelligentia, & declaratione addemus, quæ de bonæ, & malæ fidei possessore collegimus ex d. Doctorũ: quia videtur, quod ille semper præsumitur esse in in bona fide, qui habet titulum præuium, quia bo-
1 na † fides semper præsumitur ex titulo, dicit Bal. *in l. fin. colum 8. versic potest autem. C. de edict. diui Adri. ibi,* Item quo ad bonam fidem, quæ ex titulo præsumitur, & titulus debet probari per scripturam, non per meros testes, Bald. *ibi*, & quod bona fides præsumatur ex titulo, ponderat tex. *in l. penul. C. de præscrip. long. temp. & l. apud antiquos. C. de fur. Bar. in l. 1. §. 2. 3 col. versi. venio ad secundum glo. de itin. actuque Arch. in c. 1. de præscri. in 6. Inn. in c. cum venissent. 4. col versi. item nota. de in integ restit.* Et eti-
2 am † causatur ex longa possessione etiam sine titulo, Bal. & Ang *in l. pen. Cod. quibus non obstat long. temp.* Et præsumitur ex possessione 30. ann. sine titulo, *l. fi. C. vnde vi per Inn. in d. c. cum venissent. vers. item not. circa fin.* Immo præsumitur ex qualibet possessione, modo aliud non appareat, per Abb. Si. cul. *in c. si diligenti. 9 colum. de precar.* Et † bona fides 3
in præscribente debet allegari, & allegata præsumitur, *l. si adulterium §. idem Pollioni. ad leg. Iul. de adulte. Alex. in l. rem alienam ff. de pig. actio. idem consi. 76. 2 par. Fely. in c. si col. 5. de præscrip.* Et bona fides, & titulus ad præscribendum causatur in hærede ex dicto vnius viri notabilis dicentis rem emptam fuisse à patre meo, per gl. *in l. Titio fundus. de cond. & demonstra. Bald. in l. iudicia. C. de rei vend. Bart. Ang & Alex. in l. 1 ff de eo. per quem f. a. Fely. c. de quarta. de præscrip. in fin. 7 colum.* Et bona † fides præsu- 4
mitur regulariter, & semper, optimè glo. *Instit. de vsucap. in prin. in verb. qui bona fide. ibi*; quod præsumitur, si à domino credat se emere, *l. qui à quolibet. ff. de contrahen. emp.* vel putat vendentem habere ius vendendi, *l. bona fides emptor ff. de verb. sig.* subdens, quæ bona fides præsumitur semper, *l. verius. ff de probat per gloss. Instit de actio. §. 1. Bar. in l. quemadmodum C. de ag. & censi. lib. 11. num. 3 per glo. alleg. Instit. de vsucap. in prin. vbi in additio.* habetur, quod
† in venditione bona fides exigitur duobus temporibus, videlicèt, tempore contractus, & tempore traditionis; in alijs verò contractibus sufficit tempore traditionis, nec nocet posterior scientia. 5

Et quomodo probetur bona fides in præscribente, dicit Bart. *in l. Celsus. 3. colum. nu. 17. versi. sed qualiter ff. de vsucap. & gl. in verb. probetur. per Capol. descr vrba. c. 20. paulo post princ. Spec. in tit de preca. 2. col. versi. item præscriptio.* videlicet, quia probatur bona fides, eò quia non probatur mala fides. glo. *16. quæst. 3. dilectio. in verb. offerre.* vbi dicit, quod ille, qui probauit præscriptionem, si non potest probare titulum, & bonam fidem permittitur ei iurare, quòd bona fidei possederit rem illam, & quod iusto titulo habuit eam: vbi dicit, quòd in probanda præscriptione si quis probauit cursum temporis, si allegat tittulum, præsumo ratione temporis habere titulum.

Et dicit Bal. *in c. 1. §. si duo 1. col. de pac. tenen.* quod † dicta testium etiam non in figura iudicij indu- 6
cunt bonam fidem & per eundem *in l. 1. Cod. vbi stat.* quod bona fides causari potest nedum ex iustis rationibus, sed ex iniustis, & temerarijs, per glo. ibi. Et concludit Bald. *in c. vigilanti. de præscrip.* quòd si emi ab eo, qui habet titulum, & possedi longissimo tempore inconcussè tamen est publica, & generalis fama, quod ista res est ecclesiæ, quod per hoc ego non dicor habere malam fidem, quia † fama sæpè à veritate discordat, & ma- 7
gis præsumitur pro titulo, quam pro ipsa. Nec teneor credere, nisi quod credit bonus vir, idest iudex, qui in facto alieno non debet credere, nisi probationibus, ideo nec ex vno teste debet habere conscientiam læsam. facit *glo. in l. si dictum. §. si cum posset ff. de euictio.* quod ex relatione tertij inducitur mala fides sed intellige, vbi non est titulus. Et dicit Bal. *in d. l. iudicia. col. fi. C. de rei vend.* quod per famam potest probari iustissima credulitas tituli, per quam inducitur bona fides. Et dicit Bar. *in l. si ff. pro soc.* quod dictum serui, vel procuratoris mei, vel eius, cui successi, tribuit iustam causam erroris, per text. *in d. l. Celsus ff de vsucap.* Vide pro hac materia But. *in cap peruenit. colum. 18. versicul. 2.* dicit

dicit gloss. de censi. Bald. in l. quoties. Cod. de rei vend. Fely. in c. vigilanti. & c. si diligenti. de praescrip. & c. fi. eo. Capol de ser vrban praed c. 20. & per alios, quos cumulatè adducit Felyn. d. c. si diligenti. colum. 3. versic. modo. in fi. & ibi concludit Abb. quod in incorporali-
8 bus † præsumitur bona fides, nisi appareat antiquior possessor; & eo casu si secunda possessio durat 30. ann. purgat præsumptionem malæ fidei. sequitur Inno. *in c. innotuit. de eo, qui furt. ord. suscept. Et Imol. in c. 2. post eundem Innoc. col. fi. de in integ. rest. dicit*; quod quasi possessio eligentium contra ius præsumitur malæ fidei limitatur tamen, nisi sit longa possessio. quia dicit But. *in c. cum ecclesia. col. 10. de caus. poss. & prop.* quod in possessione contra ius exigitur titulus, & longum tempus, vt præsumatur bona fides. *& per eundem in cap. peruenit. co-*
10 *lum. 16. de censi.* quod probato † titulo præsumitur bona fides, etiam contra antiquiorem possessorem. Alexan. *consi. 45. vol 3. Paul. Cast consi. 113. Bal.*
* *in l. fi. C. de edict. diui Adri. tollen. 15. opp.* Sed * communis opinio contra, quod etiam sine titulo præsumatur bona fides, vbi non est antiquior possessor, per Fely. *in d. c. si diligenti. de praescr. col. 2. versi. pro opinione communi. &c.*

Et quod dicitur, quod bona fides consistit in animo, & in conscientia, vnde est standum asser-
11 tioni † bonæ fidei possessoris, *glo. in §. alia. Instit. de actio. & in c. significasti. lib. 1. de homicid* Hoc fallit, vbi est præsumptio in contrarium, *l. siue possidetis. C. de probatio. Bart in l inter omnes §. rectè. ff. de furt latè per Fely. in d. c. si diligenti. de praescrip. col. 2. versi. sed dicas. vbi in fi. dicit*; quod in dubio semper bona fides præsumitur, maximè in successore, nisi publica vox, & fama præsumptionem elidat.

SVMMARIVM.

1 *Mala fides praesumitur in possidente titulo à lege reprobato.*
2 *Denunciatio facta alicui, ne emat, inducit praesumptionem malae fidei.*
3 *Mala fides praesumitur in eo, qui non curauit videre mandatum procuratoris.*
4 *Contrahens sine solemnitatibus requisitis à iure malae fidei praesumitur.*
5 *Mala fides authoris praesumitur continuata in successores in arduis.*
6 *Mala fides praesumitur ex occupatione, & fama publica.*
7 *Mala fides praesumitur in mittente falcem in messem alienam.*
Item ex nimijs cautelis adhibitis, vt num. 8.

CAP. IX.

1 MAla † verò fides præsumitur esse, quando quis contra iura mercatur, & possidet cum titulo reprobato à lege, quia si possidet cum tali titulo semper præsumitur malæ fidei, per verba. Bar. *in l. quemadmodum. Cod. de agri. & censi. versicul. nota ex hoc numer. 3.* & regula,
2 qui contra iura mercatur. † Et ex denunciatione sibi facta, ne emat, quis præsumitur esse in mala fide, per text in *l. si fundum Codic. de rei vend.* vbi denunciatio facta à domino, ne quis emat constituit emptorem malæ fidei possessorem, verba Bar. *in l. ait praetor. §. si quis ff. de his, quae in fraud. cred.* vbi, inquit, Et sic habes, quod denunciatio inducit malam fidem. & paulo post in resolutione cōtrarij per eum adducti, quod denunciatio. facta ab eo, qui habet ius denunciandi, inducit malam fidem in denunciato. idem Bar. *in l. non solum. §. morte ff. de no. ope. nunc. & per not. per eundem in l. Celsus. ff. de vsucap. Et dicit Ang. in l. eum, qui. §. publiciana ff. de public.* quod confessio probat malam fidem. Et ille † præsumitur esse mala fide, qui non 3
curauit videre mandatū procuratoris, nisi tamē à fide dignis fuisset ei assertū de mādato, per Bar. *in l. qui fundum. §. fi. ff. pro empto. & l fi. post glo. ibidem. eo. tit. Et habetur per Bald. in l. si solemnibus. Cod. de rei vend.* quod qui allegat priuilegium, & dixit se prescripsisse, præsumitur esse malæ fidei, *c. ad decimas. de restitu spol. in 6.* Et ex quo b quis non contrahit cum solemnitatibus requisitis à iure ciuili, vel mu b
nicipali, præsumitur malæ fidei, per Lud. Rom. *in* 4
l. fi. col pen. de vsucap gl. in l 1. in verb. mala fide. Cod. de fid. instr. lib. 10. Bart. in l. j. de praed. cur. lib. 10 Et habetur per Bal. in l. quoties. C. de rei vend. ad fi. quod qui procurauit habere titulum, præsumitur malæ fidei, quando vocatus in iudicium, aut timens vocari hoc procurauit, per dictum Oldradi, quod ibi Bal. extollit, & per *gl. in l. si dictum. §. si cum posset ff. de euictio.* quod ex sola relatione tertij inducitur mala fides. intellige tamē verum, vbi non est titulus. Et scientia rei alienæ etiam sine mala fide impedit præscriptionem, gloss. & Bal. *in l. nec creditores. C. de pig. actio. & Abb. in consi 19. volum. 2.* quod verisimilis notitia testamenti facit hæredem præsumi malæ fidei possessorem. Et habetur per Imol. *in c. fi. colum. 5 de praescrip.* quod eo ipso, quod apparet rem esse alienam, & eam à te possideri sine titulo, præsumeris esse in mala fide. per Abb. *in consi. 3. incip. nitar in praesenti. 13. colum. numer. 7. ad fin. versi. 16. quaestio. volum. 2. habetur*, quod in facto † arduo, sicuti est in occupatione vnius feudi dignitatis, 5
mala fides authoris præsumitur continuata in quoscunque successores. Bellamer. *decis 128. si vnum. vbi dicit*; quòd valet collatio beneficij patronalis facta per exequutorem datum ad collationem Episcopi, si Episcopus vltimo loco contulit beneficium vti non patronale.

† Item præsumitur esse mala fides in eo; qui occupauit vsque tamen ad 30 ann. tantùm, *l. fi. vbi* 6
Bar. C. vnde vi. Itē quis pręsumitur malę fidei ex fama publica, quod res erat aliena, per dicta Bar. *in d. l. Celsus ff. de vsucap.* Item præsumitur malæ fidei statim, quod incipit scire rem à se possessam esse alienam, *34 q. 1. & 2. si virgo.* Item præsumitur esse quis in mala fide, qui emit rem ab exequutore, nisi probet per famam, vel coniecturas, quod venditor erat exequutor, per Bald. *in l. 1. C. de reb. alien. non alien.* Item præsumitur † mala fides in 7
eo, qui mittit falcem in messem alienam, per Bald. *in l. fin. 15. oppos. Codic. de edict. diui Adri. tollen.*
Item præsumitur † mala fides ex nimijs 8
cautelis adhibitis, per Bald. *in l. non ex eo. C. de euictio.*

(***)

ADDITIO.

a Vide suprà hac quæst. c. 2. Et quando acquirēs dicatur esse in mala fide, vel bona, & quando excusetur quoad aliquos effectus, omninò vide per Bero. *in c. si quis, nu. 44 & seq. hoc tit. & ibi omnino multa vide.*

b Ioan. de Ana inter consilia Neuiza. *consil. 85. nu. 14. vbi de re pupilli. Bero. in c. si quis. num. 15. hoc tit.* vbi etiam d. melioramentis, & posui suprà hac quæst. *c. 1.* Item immo hoc esse bonę fidei, de quo per Bero, *vbi suprà num. 44.* & ibidem an aliquo modo sit acquirenti succursum saltem contra alienantem, vel etiam ad pretium contra Ecclesiam, in cuius vtilitatem versum est, ibidem in fi. Item ibidem de errante in iure, quando dicatur, vel non in mala fide.

Item bona fides præsumitur ex titulo valido tantùm, Bero. *in terminis cons. 89. nu. 35. vol. 1.* Item latè de errore iuris, vel facti, quando dicatur, & & quid operetur, vel non, vide Balb. *in l. Celsus. in 4. not. nu. 15 vsque ad nu. 24. de vsucap & latè etiam in decis. Pedemon. decis. 160. & ibi nu. 15.* stat pro singulari successore, qui probabiliter in iure, vel in facto errauit. & vide Aegid. *decis. 705.*

c Et rationem ponit Ioan. de Ana. inter consilia Neuiz. *cons. 85. nu 18. vide pulcrè Paris. cons. 101. nu. 18. vol. 1.* Item latè cōtra acquirentem sine debitis solemnitatibus, Soci. *cons. 29 nu. 22. vol. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius, & superficiarius meliorationes repetere possunt.*
2 *Creditor debet vel reficere, vel cauere de damno infecto.*
3 *Vsufructuarius magnas impensas in reficiendo factas repetit à Domino proprietatis, paruas non repetit.*
4 *Vsufructuarius videtur constitutus procurator in rem suam.*
5 *Modica impensa non videtur concernere perpetuam rei vtilitatem.*
6 *Maritus in re dotali comparatur vsufructuario.*
7 *Vsufructuarius potest ædificium, quod ædificauit, tollere.*
8 *Hæres vsufructuarij finito vsufructu impensas repetere potest.*
9 *Superficiarius contractus quomodo perficiatur.*
10 *Differentia inter emphyteutam, & superficiarium.*
11 *Vsuarius expensas in domo vsuaria factas non repetit.*

CAP. X.

Vsvfrvctvarivs verò, & superficiarius videntur pari modo posse repetere meliorationes, quas † fecerunt: quia cum teneantur meliorare rem, nec habeant ad meliorandum, & scienter in fundo, solo, aut re aliena impenderint, ex quo habent causam à Domino, videntur non animo donandi, & suum iactandi, sed animo potius obligaudi Dominum, & ab eo repetendi, impendisse; vnde nimirum, si possunt repetere, & impensam recuperare: videtur de fructuario dicere text. *apertus in l. a quibusnum. §. fructuarius. de vsufru. ff.* vbi habetur, quod fructuarius causam proprietatis non potest facere deteriorem, meliorem benè facere potest: & ibi glo. colligit, quod necessarias, & vtiles impensas fructuarius facere potest. quia declarādo tex. inquit, omnes istę species impensarum, vtilium, & necessariarum faciunt rem meliorem, *l. impensæ. de verb. sig.* nisi tamen faciens immutet statum rei, quod non videtur posse: videtur etiam posse facere voluntarias expensas, *vt eo. de vsufru. l. hactenus. §. Neratius.* sed, inquit, non potest cogi ad aliquas faciendas, nisi sint modicæ, *d. l. hactenus. §. modica. vbi gl in verb. pertinere.* dicit; quod aliàs repellitur ab vsufructu, *l. hoc amplius. §. fin. ff. de dam. infec.* id quod est etiam in † creditore, qui habet vel reficere, vel cauere de damno infecto, aliàs à suo iure priuatur, *l. quod de creditore. de dam. infec.* & quæ sit impensa modica dicit gl. ibi, quod erit in arbitrio iudicis, *l. 1. §. fin. ff. de iure delib. vbi gl. subdit,* quod si quid vltra illam modicam impēsam impēdit, vsufructuari⁹ repetit à proprietario, *l. eum. C. de vsufru. vbi gl. & Bal.* quod omnis † impēsa, vel parua, vel magna, quæ accidit in reficiendo, semper pertinet ad vsufructuarium, sed magnam repetit à domino proprietatis, paruam vero non, *l. damni. la 1. §. ei, cuius ff. de dam. infect.* Sed in quantum glo. dicit, quod vsufructuarius repetit magnam per viam actio. neg. gest. id non placet Barr. quia cum vsufructuarius impendat in reficiendo de necessitate nō potest petere per actionem neg. gest. vnde repetet per actionem in factū, *l. prætor. §. his verbis de bon. autho. iud. poss.* vel repetet per actionem vtilem mand. † quia vsufructuarius videtur constitutus procurator in rem suā à Domino circa curam rei, *l. 1. cum l. seq. de no. ope nun. & aliàs, vt per Bal. ibidem,* qui non attento hoc, tenet, quod cōpetit actio vtilis neg. gest. idem tenet Saly. *ibidem versicu. concludo.* vbi firmat regulam, quod vtiliter impendēs in re aliena animo illam sibi obligādi, habet actio. neg. gest. vbi in principio tenet, quod pro necessarijs, & pro vtilibus expēsis datur actio fructuario, ad instar mariti, qui habet ius vtendi, & fruendi, cui etiam pro voluntarijs impensis datur repetitio, vt ibi per Saly. vbi dicit, quod tota impensa modica spectat ad fructuarium, & quæ magna impensa spectat ad proprietarium, & quæ magna, & quæ parua dicatur, est in arbitrio iudicis *& in versicul. quinto quæro. idem Saly. dicit;* quod totam expensam non repetit fructuarius, quia pro ratā spectat ad ipsum fructuarium. & versic. quæro tertio. tenet, quod fructuarius potest cogere dominum proprietatis ad faciendum magnam impensam per iudicem, antequam ipse fructuarius impendat, & eo non faciente priuabitur sua proprietate, sicut è contra fructuarius deficiens priuatur suo vsufructu, *l. cum fructuarius ff. de vsufru. l. hoc amplius ff. de dam. infec. & Pau. de Cast.* ibi reddit rationē, quare impensa modica debeat fieri per vsumfructuariū, magna vero per proprietariū: quia impensa † modica non censetur concernere perpetuam vtilitatem rei, sed temporalem perceptionem fructuum, ideo pertinet ad fructuarium; impensa vero magna, quia censetur concernere vtilitatem perpetuam rei, pertinet ad proprietarium, cuius proprietas est perpetua:

† pro-

6 † prout simile dicimus in marito, qui licèt sit dominus rei dotalis, quia tamen habet restituere soluto matrimonio, comparatur vsufructuario, & ideo expensas factas ad perpetuam vtilitatem rei repetit ab vxore; secus, si concernebant temporalem vtilitatem rei, quia tunc censentur factæ pro sua fructuum perceptione, *l. diuortio. §. impendia. ff. sol. mat.* & per eundem ibidem, quod fructuarius licèt non teneatur facere magnam impensam de sua bursa, si tamen imminet necessitas, ne res deterioretur, debet denunciare proprietario, quod illam faciat, aliàs possit sibi culpa imputari, si proprietarius ignorabat.

7 † Et si fructuarius aliquid ædificauit in fundo, aut prædio vsufructuario, potest ædificium tollere, vel auferre; nisi res sit fixa, & sequuta dissolutione ædificij, aut ædificati potest vendicare, dicit clarè tex. *in l. sed & si quid. ff de vsufr. vbi gl. 1. in verb. refringere. dicit*, quod non potest vsufructuarius ædificium extirpare, sed benè potest agere ad æstimationem, vel si sit dissolutum potest vendicare, nisi donare voluerit, vel nisi æstimationem sit iã consequutus, vel nisi istam impensam ad fructuariũ spectabat facere, puta, quod fuisset impensa ꝓ fructuũ perceptione, quæ regulariter ad ipsũ spectat, vt dico supra. & secundũ Alber. nõ potest tollere, vel refringere, cũ sine læsione prioris status fieri nõ possit, quod est secus in inquilino, qui refringit, & tollit, *ff. loca sed addes. §. si inquilinus.*

8 † Et si vsufructuarius fecit impensas in re, an finito vsufructu eius hæres possit impensas repetere. Et quod sic, habetur in decis. Guid. Pap. *decis. 438. incip. emphyteuta. in fin. vbi apostilla in verb tenere. citat Specul. in §. nunc aliqua. titu. de loca. versic. secundo. & versicu. 160. licèt malè, quia Specul. loquitur ibi in emphyteuta.*

Idem quoque videtur dicendum de superficiario. Et pro intelligentia istius † contractus, superficiarius est, cum vendo tibi superficiem talis fundi, aut domus pro 10. & dabis mihi in recognitionem directi dominij singulo anno vnum nummum, per Bal. *in rubri. C. de iur. emphy.* & melius, si vendo tibi vtile dominium talis rei, ille est cõtractus superficiarius, per Bal. *in l. 1. eo. tit. C.* vnde melioramenta facta in re per superficiarium nõ perduntur, sed repetuntur, per Bal. *in allegata rubr. versicu. contractus emphyteuticus.* vbi dicit quod emphyteuta † cadens ab emphyteusi dimittit domino meliorationes, quia ad meliorandum accepit; secus, inquit, est in superficiario, & conductore ad lõgum tempus, si meliorationes possunt separari, *d. l. sed addes. §. si inquilinus ff loc. tenet Ias. in l. j. col. 9. vers. dicit etiam Bal. nu 45. C. de iur. emphy.* vbi reprehendit Bar. *in l. 1. ff. de superfi. contrarium tenentem*, quod melioramenta superficiarius non repetit. idem Ias. tenet *in l. 2 C. eo. tit. col. 7 versi. quid autem in melioramentis factis per superficiarium num. 28. & apostilla ad Bar. d. l. 1. citat Bal in d. l. 2. C. de iure emphyt. tenentem contra Bar.*

9

10

11 † Impensæ vero factæ per vsuarium in domo vsuaria sibi relicta in reficiendo, per eundem vel hæredes nõ videntur posse repeti, quia expẽsæ refectionis ad eum pertinere videntur videtur dicere text. cum glo. *in l. si domus ff. de vsu, & habita.*

ADDITIO.

IN hac autem materia plurima sunt consideranda, secundum quæ aliàs scripsi in vna Placentina, quælibet hic inserere.

Præsupponitur in facto, quod nunc quondam Illust. D. Comes Iulius Landus vsufructuari⁹ bonorũ loci Roncharoli diuersis tẽporibus incidit, seu incidi fecit plurimam arborum grãdium dulcium quãtitatem, ex quibus fieri fecit assides, seu tabulas, quas posteà vendidit ascendentes ad numerum quindecim mille brachiorum, & vltrà, & pariter plurimas arbores fortes, & grandes.

Præsupponitur etiam, quod super dictis bonis, quorum constitutus fuit vsufructuarius, aderat quædam domus destinata ad habitationem domini, & quod eam destrui fecit.

Præsupponitur etiam, quod in loco, vbi erat cõstructa dictam domus, ea funditus diruta, ædificauit aliam domum longè ampliorem, & commodiorem, & ex materia in d. loco factã & sumpta respectiuè, videlicèt ex lateribus coctis ibidẽ ex lignis dictorum prædiorum, & ex trabibus, & cæteris desumptis, & extirpatis ex dictis prædijs, ità quod dempto magisterio, seu impensa magistrorum, qui dictam domum fabricarunt, & ferramentis, cætera ex dictis prædijs sumpta fuere.

Præsupponitur etiam in facto, quòd durante dicto vsufructu, bona Comitis Claudij dictorum bonorum proprietarij fuerunt confiscata, tum propter homicidium per eum mandari patratum in personam Capitanei Camilli Anguissolæ, & ob crimen maiestatis in primo capite.

Præsupponitur etiam, quod successiuè mortuo dicto Illust. D. Com. Iulio, Camera Ducalis Placen. dictum locum Roncharoli cum omnibus iuribus, & actionibus, & c. & Illustrissimus, & Excellen. D. Dux vendiderũt in forma Multum Magn. Iur. Vtr. Doctor. D. Petro Antonio de Petra pretio scutorum quindecim mille.

Præsupponitur etiam, quòd dictus Comes Iulius quędam pauca prædia, & domunculas legauit certis personis, quæ tamẽ ad manus dicti Mag. D. Petri Anto. ex titulo dicti acquisti, & aliàs omni meliori modo peruenerunt.

Postremò præsupponitur, quod dictus Com. Iulius quoddam modicum æs alienum ex obligationibus personalibus reliquit.

Quibus sic stantibus, quæritur, an dictus Multum Mag. D. Petrus Antonius possit se tueri, quominus teneatur ad relaxationem dd. bonorum legatorum, & solutionem dictis æris alieni.

Qua in re breuiter, quò fieri poterit, puto concludendum negatiuè prima facie.

Et in primis, quia certum est, vsufructuarium posse meliorem rei conditionem facere, licèt non deteriorem. *l. æquissimum. §. 1. ibi proprietatis deteriorem causam facere non debet, meliorem facere potest, ff. de vsufruct. tit. generali. & habetur etiam in d. l. vers. & si fortè.* vbi habetur, quod vsufructuarius potest lapidicinas, vel similia facere in fundo, eum meliorem faciendo, deiectis, & incisis arboribus in eo existentibus, & notat etiam ibi Bal. *in fin. d. l.* dicens, Nota casum, in quo fructuario permit-

titur excidere arbores pomiferas, & fructiferas, vt ficus, nuces, & similia, sed sic est, quòd citra omnem dubitationem prædia, in quibus erant dictæ arbores, videntur facta meliora propter incisionem dictarum arborum, ergò, &c. & pariter constructio dictæ amplioris domus loco alterius, quę humilis erat, & modici valoris respectiuè. etenim in hoc non dicitur peccasse dictus Comes, *l. sed & si quid ædificauerit. in prin. vbi etiam glo. notat. ff. de vsufruct. tit. genera. & probant Doct. relati. per Arium in l. 1. in 2. par. sub numer. 72. versi. tandem ad dictam l. hactenus. pag. 268. Cod. de bon. mater.* concludentes, quod si vsufructuarius magnam faciat impensam in re ipsa poterit repetere à proprietario, non tamen si modicam, *per l. hactenus, ff. eod. tit. de vsufruct.* ergo ratione dictorum melioramentorum dictus Magn. D. Petrus Antonius tenebitur ad solutionē dicti æris alieni, quia vsufructario licet, nedum necessarias, sed etiam vtiles impensas facere, *gl. in d. l. æquissimum. in prin. in verb. facere potest.* dummodo tamen sit etiam necessaria, *vt infrà dicam in vers. nec ad effectum, &c.*

Nec licebit excipere de mala versatione in incisione dictarum arborum ex supradictis.

Præter id, quod non videtur, quod possit obijci de dicta mala versatione, & quod dictus Com. Iulius ceciderit à beneficio vsusfructus propter eam. Quoniam in primis dicta caducitas non fuit declarata per proprietarium, nec viuente vsufructuario.

Et insuper quia non concurrunt extrema necessaria ad dictum effectum. requiritur enim, quod damnum sit notabile, quod concernat perpetuam deteriorationem rei, quod sit datum dolo, lata, vel leui culpa, & quarto, quod sit facta discussio, & postremo, quod lata sit sententia de super, vt concludit Alex. *consi. 118. colum. 3. volum. 5. Picus in repetit. l. Titia cum testamento. §. Titia cum nuberet. numer. 121. ff. de leg. 2. Bero. consi. 120. col. penul. numer. 30. & seq. volum. 1.* adeo quod ante liquidatum negotium nō potest proprietarius aliquid prætendere, latè ipse consuluit *consil. 54. volu. 3. & probat Ruin. consilio. 57. in fi. volum. 4.* ad differentiam, quando res est liquida per instrumentum, vt ibi per eum. & ibi columna prima addit, quod iudicis declaratio requiritur, non ad esse pœnæ, & ad eius substantiam, quia illa priuatur ipso iure propter rei abusum, sed requiritur quantum ad executionem.

Rursus mala versatio in vna re ex pluribus fructuarijs non incurritur pœna in omnibus, vt latè probat Rui. *consilio 48. numero 12. volu. 2.* vbi etiam in emphyteuta loquitur, quod vltimum non habeo pro absoluto, Rol. *consi. 49. numero 14. & seq. vol. 2.* & hāc conclusionem in vsufructuario probat Caballi. *in 6. Milleloquio.*

Et respectu dd. bonorum legatorum, stantibus maximè præmissis, nullo iure videtur, quod possit esse locus retentioni eorum ob dd. deterioramēta, vbi aliqua deesset, quia de huiusmodi deterioratione adhuc nō liquet, & cōstat, quod de liquido ad non liquidū, nec de specie ad quantitatē fit compensatio, *l. si C. deposit. & facit Bal. in l. si nu. 1. in prin. C. cōmod.* quatenus concludit, quod quando vna res peruenit ad aliquem cum vitio, non potest pro alia, nec etiam pro se ipsa retineri.

His tamen non obst. contrariam sententiam de iure puto veriorem esse, quod immo d. Mag. D. Petr. Ant. possit vti d. retentione, & non teneatur ad solutionem d. æris alieni, & hoc propter d. insignem malam versationem d. Ill. D. Co. Iulij, propter quam ipse remansit priuatus beneficio dicti vsusfructus, & potuit propria authoritate per proprietarium expelli, Doct. *in l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. mat. & in Auth. qui rem. C. de sacros. eccl. & concor. per Ruin. cons. 48. in prin. vol. 2 & cons. 57 in prin. vol. 4.* vbi dicit non esse necessariam iudicis declarationem, nisi quo ad executionem caducitatis in cursus: *& est * communis opi. de qua per Bero. cons. 54. volum. 3. & hanc conclusionem probat Natta d. cons. vlt. vol. 2.* & in vasallo per incisionem arborum, quod cadat à iure suo, Rol. *consil. 40. volum. 4.* & in vsufructuario plures concord. citat Borg. *in tract. de vsufru. mul. relicto, num. 157.* nam incidendo arbores dicitur malè versari in re, vt ibi per eum. Et incisio arborum grandium æquiparatur demolitioni Domorum, Crot. *cons. 115. in prin.* & consequenter tenebatur, ad fructuum perceptorum restitutionē, vt infra dicam. & quidem ipso iure per malam versationem circa proprietatē consolidatur vsusfructus cum proprietate, & finitur vsusfructus ipso iure, *§ finitur. vbi gl. aperta in verb. per modum. in fi. Insti. de vsufru.*

Constat enim quod vsufructuarius non potest arbores grandes, nec syluam non cæduam, id est, renascentem cædere, *l. sed si grandes. quæ est 12. & l. ex sylua cædua. quæ est 11. ff. de vsufru. tit. gener.* & minus potest eas vendere, *l. 10 in fi. eo. tit.* Sed sic est, quod d. Ill. D. Co. Iulius infinitas propemodum arbores indiscretè, & cuiusuis generis succidit, venditque, ergo, &c. debet enim. vsufructuarius vti frui arbitrio boni viri, *l. 1. C. de vsufr.* & non dicitur vti eo modo, si etiam duas arbores fructiferas nō cæduas inciderit, vt probat Bero, *cons. 120. nu. 34. vol. 2. Rui. cons. 13. in fi. vol. 2.* Licèt contrarium dicat de incisione duarum arborum, quod non faciat emphyteutam cadere, Natta *cons. 481. nu. 7. & seq.* Sed an hoc sit verum, vide omninò Menoch. *de q. arbi. casu 78. nu. 8.*

Nec obst. *d. l. æquissimum. in §. & si fortè. & quod ibi not. Bald.* quia ille tex. habet varios sensus, vt ibi per gloss. & in sensu, qui ei magis placet, nihil prę iudicat præsenti speci, qui est, quod vsufructuarius fundum reducit ad lapidicinam incidendo arbores, quia institutor ità etiam disposuerat facere.

Et supradicta quidem conclusio, quod arbores grandes non cæduas cædere non possit, procedit etiam in arboribus non cæduis minimè fructiferis, sic enim indistinctè loquitur text. *in d. l. sed si grandes & est * communis resolutio, vt firmat Pic. in d. §. Titia cum nuberet. sub numero 119. versicu.* & ex his habes secundum communes conclusiones, quòd idem est in arboribus non cæduis non fructiferis, &c.

Fateor autem, quòd in multis alijs casibus licet vsufructuario, & similiter arbores grandes, & fructiferas incidere à pede, de quo infra dicemus. & ratio est in promptu: quia vsufructuarius

tenetur

tenetur rem integram reddere finito vsufructu, ex quo debet vti frui salua rerum substantia, *l. 1. ff. de vsufru. Ceph. consil. 182. num. 2. volum. 2.*

Secundò certum est, quòd vsufructuarius non potest inuito proprietario nouum ædificium facere, vt per bona iura probat Soc. *consil. 79. num. 3. in fi. volum. 3.* non etiam potuit domum antiquam diruere, & sic statutum, & qualitatem rei mutare, d. l. hactenus. & *d. l. æquissimum. §. si ædium. ff. de vsufru. tit. gen.* etiam si aliter frui non possit, *l. vsusfructus. l. 2. quæ est 68. ff. eo. & abundè per Arium in l. 1. in 2. par. numer. 52. & seq. Cod. de bon. mat.* Immo nec etiam altius potest tollere ædes vsufructuarius, cui vsusfructus ædium sit relictus propter vim ventorum, *d. l. æquissimum. §. inde Nerua.* Quin etiã nec nouum quicquam addere potuit antiquo, nec antiquum perficere, reficiendi enim ei duntaxat ius est, *tex. est cum gl. in l. vsufructuarius. quæ est 51. ff. eod. ibi*; Aliud est frui, quod accepit, aliud nouum facere. nam etsi possit proprietarij causam meliorem facere, non tamen id potest sine eius voluntate, vt ibi dicitur. & comprobat Bero. *consil. 118. num. 12. & seq. volum. 3.* concludens, quòd vsufructuarius non potest ædificium diruere, nec etiam formam, statum, & qualitatem rei mutare, etiam si in melius id faciat, quando id facit inscio, & inuito domino, per *d. l. hactenus. in fi. cum l. sequen. & concord per Nattam consi. 480. num. 6. & seq.* Nisi fortè areæ vsusfructus sit relictus, quia bene in ea potest vsufructuarius iure suo casam ædificare custodiæ causa earum rerum, quæ sunt in area, *l. si area. quæ est 80. ff. eo.* de quo tamen vltimo per Arium *vbi supra.*

Et quod suprà dictum fuit in oppositum, posse vsufructuarium ædificare in fundo, procedit, dummodo statum rei non immutet, *gloss. in dicta. l. æquissimum. in verb. fieri potest.* quæ loquitur etiam in melioramentis necessarijs, vel vtilibus, aut voluptuarijs, quod validè fieri non potest per vsufructuarium statum rei immutando, Bero. *consil. 118. numer. 10. vol. 3. latè Arius vbi suprà.*

Et ideo quod dicitur *in l. sed etsi quid. quæ est 19. in prin. ff. eo. cum glo.* ibi vsufructuarium posse vendicare impensas factas in ædificando, vel eas tollere, procedit, quando vellet tollere, & posset id facere sine læsione prioris status, vt ibi per glo. & procedit in impensa facta in eleuando ædificium, vt ibi per Bal. *in 1. lectu.* quatenus concludit vsufructuarium posse ædificium à se positum eleuare, nisi fuerit prius per proprietariũ prohibitus. Sed sic est, quod Com. Iulius mutauit statum rei destruendo dictam domum, ergò, &c. licèt aliam ampliorem fecerit, non fiet compensatio, vt in emphyteuta loquẽs post alios firmat Ias. *in d. Auth. qui rem. num. 8. Cod. de sacrosan. eccl. & respondit Bero. consil. 120. numer. 32. volu. 1.* Et quod vsufructuarius mutando statum rei in parte priuetur toto vsufructu, Cepha. *cons. 139. num. 29. in fin.* quod procedit, etiam si in meliorem statum rem reduxit inscio domino, per ea, quæ ponit, Nattá. *cons. 480. nu. 6. & seq.* Idem etiam firmat Are. *Instit. de vsufr. §. finitur. n. 7.* vbi cõcludit; quod vsufructuarius amittit vsumfructũ, si mutauerit formam rei, per illũ text. *& tex. in d. l. qui vsumfructum areæ. quæ est 43. in prin. ff. eod.* inferens, quod quilibet, qui habet vsumfructum, non potest vilam domunculam mutare, & facere domum amplam, ergò multo magis dicitur amittere impẽsam, vt vidimus in emphyteuta, quia si propter culpam suã cadit ab emphyteusi, perdit etiam melioramẽta, Clarus *in emphyteusis q. 45.*

Immo etiam ædificinm cœptum per proprietarium finire non potest, etiam si aliàs vsusfructus esset inutilis, *l. 68. ff. eo. & latius per Arium in l. 1. in 2. par. nu. 52. C. de bon. mater.*

Et eo ipso, quod quis vsufructuarius statum rei mutat, etiam si in melius id facit, tamen dicitur in dolo, nisi faciat de consensu Domini, vt in terminis respondit Bero. *d. cons. 118. nu. 9 in fi. & seq. & nu. 12. & seq. vol. 3.* sic etiam dolus apparet ex multitudine arborum incisarum, Bero. *d. cons. 120 nu. 31. & seq. vol. 1. & Alba. d. cons. 55. nu. 6. in fi. & latè etiam Bursa. cons. 53.* Præter id, quod sufficit lata culpa, vel leuis in casu isto, vt tenet Picus *in d. §. Titia. sub nu. 121. Bero d. cons. 120 nu. 31. vol. 1.*; etenim vsufructuari⁹ tenetur ad omnem diligentiam, & omnem custodiam, *l. 2. in fi. & l. seq. ff. vsufr. quemad. caue, &c. & post Bar. Arius in d. l. 1. in 2. par. pag. 269. C. de bon. mater. & & de emphyteuta Bero. vbi suprà. & Bursa. vbi suprà.* vbi addit; quòd tamen multitudo arborum non potuit incidi siue consensu, & culpa illius qui tenebatur ad custodiam, & loquitur in conductore & in quocunque alio, qui tenetur rationem reddere, quòd illi tenentur de custodia, & diligentia. Sed sic est quod fructuarius tenetur ad confectionem inuentarij, & ad reddendum rationem proprietariarum rerum, *l. 1. ff. vsufruct. quemad. caue. & habetur in l 1. C. de vsufru. & probat Ceph. cons. 37. num 33. ergo, &c* seu id, quod sufficit etiam lata, vel leuis culpa, vt dixi, & etiam infra dicam. Si ergo emphyteuta propter malam versationem, & vasallus amittit emphyteusim, ex feudum, vt * omnes dicunt in *d. Auth. qui rem. C. de sacros. eccl.* & omnia melioramenta, vt ibi habetur, & in *l. 2. C. de iure emphyt.* ergo & vsufructuarius, qui debilius ius habet, vt infra dicam, licet in melioramẽtis interrogatus aliter senserit Caball. *Milleloq. 176.* loquens in emphyteuta, & vasallo. & Doctores passim arguunt de vsufructuario ad emphyteutam, vasallum, & huiusmodi, & è cõuerso circa rei abusum, vt habetur *in l diuortio. § si fundum. ff. solu. matr. & in d. Authen. qui rem. C. de sacros. eccl Bal. in d. l. sed & si quid. in prin. in vtraque lect ff. de vsufruct. tit. generali.* Et quod vasallus æquiparetur vsufructuario maximè in materia deteriorationis, Rolan. *consil. 18. nu. 12. vol. 3. & probat. cons. 120. & consil. 124. col. 1. lib. 1. & d. consil. 118. colum. 1. & sequen. volum. 3. & de * communi testatur consil. 54. numer. 6. volum. eod.* vbi * tamen malè loquitur in eo, quod commutat ex capite suo, teneri ad pœnam, quam ipso iure incurrit emphyteuta, non extendi ad vsufructuarium: sed malè. & hanc æquiparationem probat etiam Ruinus *consil. 57. in fi. volum. 4. consil. 43. ad fi. volum. 2.* ad effectum, vt propter malam versationem vsufructuarij in re, in qua habet vsumfructum ipso iure, dicatur iure suo priuatus, vt ibi per eum, & Albam. *consil. 55. nu. 6.* & in conductore loquens ratione custodiæ, ad quam is tenetur, respondit

Bursa.

Bursa.*consil.53.volum.1.* Et in vasallo, fructuario, emphyteuta,& conductore, quod circa rei abusum,& deteriorationem à pari procedant, Rolan. *consil.40.vol.4. Natta consil.vlti.vol.2.* & in fructuario,& vasallo *consi.19.num.13.volum.3.* vbi de mala versatione vasalli, vel circa fructiferarum arborũ incisionem, vel malam subditorum tractationẽ, putà acriter, & seueriter eos castigando. de quo vltimo habetur per Alberi. *in l.sed & sicuti ff.de vsufr.tit.generalis.* Et de hac æquiparatione fructuarij emphyt. & vasalli ponit etiam Alb. *in l.si cuius rei fructuarius. ff. eo.* & hanc æquiparationem fructuarij,& emphyteutę probat Crot. *dicto consi.115. nume.4.* & quod feudum æquiparetur vsufructui, tenent * omnes Doct. quia est species seruitutis, Soc. *cons.67 sub nu.48.vol.1.* loquens in materia diuisionis,& est *tex.in c.1.§. in primis. ibi, Vsusfructus verò illius rei, &c. in quib.cau.feud.amit.lib.2.titu.23. quem etiam ad hoc not.ibi Bal. & contra eum Dyn.consilio 48.col.3.versi. praetereà ostenditur argumento, cui responderi non potest. & Bero.cons.118.colu.1.numer.12. volum. 3.* Non tamen valet argumentum de emphyteusi ad censum, nec è conuerso, Caball. *Milleloq.178.* Sic & in morte æquiparantur, quia vsusfructus reuertitur ad proprietatem,& vtile dominium vasalli, & dominium, & possessio non continuatur alicuius eorum, Tiraq. *in Saisito. in praefa. declar.quarta.*

Nihilominus in multis differunt respectiuè.nã emphyteuta potest rem absolutè meliorem facere, putà, si aream in ædificiũ reduxerit; non tamen sic est in vsufructuario, quia ille accepit ad meliorandum, hic autem tenetur rem in suo statu conseruare, quia ad vtendum tantum eam habuit, vt declarat Bero. *d.consil.124.col.1.vol.1.* & quia, vt infrà dicam, domo destructa desinit res ad pristinũ statum areæ reduci, vt infra dicam in quinto casu. Rursus è conuerso vsufructuarius potest renũciare alteri vsumfructum, non sic est in emphyteuta.& ratio est, quia ille habet tit.lucratiuo, & nihil præstat domino; iste autem titulo oneroso, & pensionem soluit, vt concludit Arius *in d. l.1. in par.2.pag.268.C.de bon.mater.* Et negari non potest, quin plus iuris habeat emphyteuta in re emphyteutica, quia est vtilis dominus, quam habeat vsufructuarius, vt inquit Ruin. *d.cons.43.in fi.volu.2.* & nihilominus ille ait, emphyteuta cadit incidendo arbores virides fructiferas,& non est dubiũ, quòd fructuarius debilius ius habet, quàm emphyteuta,& vasallus, Bal. *in c.1.§.siquis de manso.colum.2.de contro.inuest. Natta d.cons.vltimo, volum.7.* & dominium non habet, propriè loquendo, Bar. *in l.1.§. vsufructuarius.ff.de oper.no.nun. vbi Ias.num.2.* de quo vltimo videndus est Caballi. *in primo Milleloq.* Item in materia continuandæ possessionis differt hæres vasalli ab hærede vsufructuarij, Alcia. *consilio 216. numer. 6.* Sed contra cons. seq. quamuis vsufructuarius naturaliter possideat, tamẽ ea possessio morte illius extinguitur, Boe. *consil.13.* & contra hæredem vasalli, Tiraq. *in Saisit. in praefa.in 4.declarat.*

Nec ad effectum vitandi caducitatem iuuabit allegare, quod d.Com.Iulius aliqua fecit melioramenta, quia nõ fit compensatio earum cũm deteriorationibus, Doct. *in d. Auth.qui rem.Rol.cons.49. nu.16. vol.2.* vbi de * communi in emphyteuta loquitur, & sic soluitur obiectio supra facta de melioramentis factis per d.Com.Iulium. Et ex hoc patet malè sensisse Crot. *d.cons.115.* quatenus consuluit pro emphyteuta, qui inciderat quindecim arbores grãdes, videlicèt quindecim quercus sub eo prętextu, quod sint arbores renascentes,& quia eas imposuerat in domo per eum ædificata, & sic in melioramentis, quorum vbique falsum est, primum in facto, aliud in iure.

Si igitur fructuarius absque proprietarij licentia noua ædificia fecerit, aut melioramenta, aut opus iam cœptum finiuerit, illud,& impensam perdit, nec poterit pro eis retentionem habere, vt latè per Borgn. *in trac.de vsufru.mulier.relicto.nu.158.* dicens, hoc esse menti tenendum, post Corn.& Are. *per eum cit.* quia, vt sæpe fuit dictum, fructuari' non potest formam, & vsum immutare in melius sine Domini licentia, puta nemus, vel syluam cæduam ad culturam redigendo,& huiusmodi, vt ibi per eum.est verum, quod iura, & illæ authoritates Corn. & Aret. per eum citatæ non probant hanc conclusionem, vt infra dicam.

Ad refectionis autem impẽsam, si illa respiciat perpetuam vtilitatem, & non sit modica, tenetur proprietarius, vt etiam per Borg. *vbi suprà. nu.160.* loquentem de manutentione rei.& ante eum Fel. *in c.si perpetuas.num.8.de fide instru.* dicens, quod ad magnam impensam in reficiendo tenetur Dominus. Et tenetur vsufructuarius omnia onera ordinaria,& extraordinaria soluere, vt per d. Borgn. *vbi supra numer.162.de quo tamen latissimè per Arium Pinel.in d.l.1.pag.252.in fi.& plur.seqq. Codic. de bon. mater.*

Et ideo cauendum est ab Affl. *decis.252.sub nu.2.* quatenus inquit, Dominum teneri subire expẽsas per vsufructuarium factas ad perpetuam rei vtilitatem, neque enim dictum suum probat, quia authoritates per eũ citatæ non loquuntur de hoc puncto: nisi eum intelligamus in expensis necessarijs factis per eum, putà in reparando, seu vt manutenendo, prout sic eum intelligit Borg. *vbi suprà. d.numer.160.* quatenus eum ad id allegat. Sicque etiam accipi debet *gloss.fin.in l.eum, ad quem.Cod.de vsufruct.* quaten' dicit per illum textum, quod expensæ factæ ob perpetuam rei vtilitatem, debentur fructuario: quia intelligi debet de necessarijs, vt ad tex.ibi, qui loquitur in expensis necessarijs, per illa verba, Sunt tecta, quæ refectionem important,& sic necessariam impensam, *d.l.hactenus, quæ est 8.in prin.iuncta gloss.ibi.ff.de vsufructu. titulo generali,* Et sic etiam intelligi debet Castren. *in d.l.eum in prin.* qui idem dicit, quod gl.ibi.& quòd illa iura sic debeant accipi, scilicet in expensis refectionis, seu reparationis, expressè firmat Aret. *in §.finitur.nu.4.in fi.& seq.Insti. de vsufr. & apertè etiam Bero conf.146.nu 5.vol.1. concludens per d.l. hactenus.& concord.* quòd vsufructuarius tenetur ad omnia onera realia, personalia,& mixta,& etiã ad extraordinaria, quæ imponũtur pro reparatione viarum, aquæ ductus publici, & similium, vt ibi per eũ. Si ergò Com.Iulius aliquam fecit impensam in reparationibus aggerum pro bonorum defensione ab

iniuria

iniuria fluminis Padi, vel Nuriæ, fecit id, ad quod tenebatur, ergò ei non debet restitui per proprietarium, quia aliàs iam non ipse, sed proprietarius fuisset obligatus ad illud onus.

Sed in contrarium plus stringere videtur text. *in dicta l. hactenus. in fin. ff. de vsufructu.* ibi, Nec inutile detrahere posse, à contrario sensu, & in *l. aquissimum. qua est 17. §. & si fortè. in verb. deijcere. ff. eo. & glo. inquit in l. sed & si quid inadificauerit. qua est 19. in prin. ff. eo. tit. de vsufructu, titu generali.* vbi quatenus dicitur in illo tex. quod fructuarius non potest ædificatum tollere, nec extirpare, intelligit glo. duobus modis.

Primò hoc verũ, sed benè potest agere ad æstimationem; vel nisi ædificium sit dissolutum, quia tunc secundo modo dicit glo. quod potest tollere, & extirpare ædificatum, si potest fieri sine læsione prioris status rei, ad differentiam inquilini: & apertius id probat Albe. *in dict. l. sed & si quid. nu. 2.* concludens, quod proprietarius actione negotiorum gestorum cogitur vel præstare impensam, vel pati, quod ædificiũ tollatur, quia vsufructuarius nõ censetur impensas huiusmodi donasse, quas iure suo, id est, tanquam ratione vsusfructus ius habens in re eas fecit; & ità illum text. ad hoc, quod vsufructuarius non perdat expensas in re factas, expendit Affl. *in c. 1. §. si vasallus. num. 2. tit. hic finitur lex. Fed.* vbi fortius idem dicendum ait in vasallo finito feudo, quia is habet vtile dominium. Idemq; probat Corn. *d. conf 86. nu 7. in princ. volu. 4.* dicens, quod vsufructuarius habet facultatem repetendi expẽsas necessarias, vel vtiles. quinimmò addit ipse *nu. 8. ad fi.* quod etiam voluntarias potest deducere, si sine læsione possunt remoueri, vel si proprietarius nolit eas amoueri, tenetur soluere eas, per *l. pro voluntarijs. ff. de impens. in reb. dot. fac.* in tantùm, quod non audiretur proprietarius, si vellet soluere tantum, quãtum dicta melioramenta, & expensæ valerent eis remotis à solo, ad differentiam casus *in l. in fundo ff. de rei vend.* quia illa loquitur in bonæ fidei possessore, qui nõ habebat causam à domino. Et pro hac parte facit, quia vsufructuarius dicitur à lege cõstitutus procurator tanquã in rem suã, ita quod per hoc multi volunt, quod magnam impensam teneatur facere de suo, & possit illã repetere à proprietario: & licèt in hoc controuersia sit inter Doctor. vt per Cast. *in l. eum, ad quem. C. de vsufr.* & loquitur indistinctè, & absolutè in omnibus expensis, tamen quòd eas possit facere, & possit repetere, nemo dubitat.

Plura autem sunt in hac materia consideranda. Primũ est, quòd aliud est quærere, ad quas impensas teneatur proprietarius, & ad eorum curã, & ad quas teneatur vsufructuarius, vt diserunt Doct. *in d. l. eum, ad quem. C. de vsufruct.* quatenus contra Bar. tenent vsufructuarium nõ teneri impensas facere etiã necessarias, nisi modicam impẽsam, etiã quod is sit constitutus procurator in rem suam, vt ibi per Bal. & Cast. Ang. *in d. l. hactenus. ff. de vsufru. & per Corn. d. consil. 86. volum. pen. volum. 4.*

Secunda est consideratio, quod quæ dicatur modica impẽsa, ad quam tenetur vsufructuarius, illud est remissum iudicis arbitrio, *glo. in l. hactenus, qua est 8. in verbo pertinet. ff. de vsufru. sequitur Ang. ibidem numero 2.*

Tertio omni in casu negari non potest, quin d. Comes Iulius, & habentes causam ab eo teneantur soluere damnum illatum rebus, & interesse, *l. j. §. habet ff. de vsufruct quemad. caue. Cast. in d. Authen qui rem. Alba. consil. 54. numer. 11. & consil. 55. numer. 6. versi.* & præter hanc pœnam caducitatis, tenetur etiam vsufructuarius persoluere damnum, &c. Bero. *consi. 124. num 7 vol. 1. post Aret. in d. §. finitur. Insti. de vsufru.* Et Alba *vbi suprà in fi.* loquitur contra hæredem vsufructuarij. Et ad istud damnum, & interesse consequitur proprietarius actionem legis Aquiliæ, vel quandoque ex stipulatu, vt per Bero. *vbi sup.* idemque respondit Rolan. *consi. 49. num. 13. vol. 2.* Immo tenetur ad omne interesse, Alba *d. consil. 55. num. 7.*

Et hæc conclusio de plano procedit, etiam si damnum sit modicum, vt per Nattam *d. consil. vlti. numer. 9. volum. 2. post Cast. in d. Auth. qui rem. Codic. de sac. eccle. idem respondit Ruin. consi. 95. numer. 55. volum. 4.*

Et sufficit damnum fuisse datum dolo, lata, vel leui culpa ipsius, Ceph. *consi. 653. nu. 15. vol. 5.* quod probatur in notabili incisione, vt per Albam *d. consilio 55. numero. in fi.*

Et quoniam supra dixi dari multos casus, in quibus vsufructuarius, & similes possunt arbores non cæduas succidere impunè, nunc locus est suus eos explicandi, & alios, in quibus particulariter cautum est pro ampliatione *d. reg. 1.* prohibitiuæ, non licere arbores succidere, quia, vt inquit Picus *in d. l. Titia cum testamento. §. Titia cum nuberet. numer. 116. ff. de leg. 2. est malè per Doct. declarata.*

Primus itaque casus est à iure permissus, de quo in *d. l. aquissimum. §. & si fortè. ff. de vsufruct. titu. gener.* de quo supra tetigi, & in specie circa refectionem ædium casus est in *d. l. hactenus. qua est 8. in fin. & l. arboribus, qua est 13. ff. de vsufruct.*

Secundus casus est, vt arbores etiam cæduas, id est, renascentes non liceat à pede incidere, nisi debito tempore, excepto vsu vinearum, quia tunc syluam non cæduam, id est, arbores ex ea prælaturas licet incidere, *l. ex sylua. qua est 11. & ibi glo ff. de vsufruct. tit. gen Natta d. consilio vltimo, nu. 9. versi. hac procedunt, &c.*

Tertius casus est in arboribus grandibus non cæduis, vetustate, vel terræmotu euulsis, vel vi ventorum deiectis, neque enim vsufructuarius, & similes facient suas, sed benè possunt ex eis desumere, si aliundè non habeant, vsque ad vsum suum, & pro necessitate reparationis, seu refectionis villæ, vt est tex. *in l. arboribus. in princip. qua est 13 ff. eod. titu. de vsufruct. tit. gen.* de quo etiam habetur per Picum *in d. §. Titia cum nuberet. sub nu. 119. vers. vnum non omitto.* Et istud de arboribus vetustis, quod sint fructuarij, procedit, dummodo fructuarius alias substituat, Alba *d. consil. 55, numer. 7. Natta d. consil. vlti. num. 9. versic. excusaretur tamen vsufructuarius, si vetustas arbores incidisset, &c.* Prout etiam de animalibus mortuis, quod debeat fructuarius alia substituere, *inter consi. vltima volunt.*

ma volunt. consil. 79. numer. 27. Et ideo falsum est, quod dixit Crot. *d. cons. 115. numer. 8.* quod liceat emphyteutæ arbores frugiferas incidere, dummodo alias substituat; hoc enim à vero alienum est, & puerile est dicere, quod possit grandes, & frugiferas cædere, paruas, vel nullius ferè momēti plantare, dura enim nimis foret conditio proprietarij, & ita declarat post alios per eum citatos, Parlam. Delphi. *decis. 552. in 1. par. & non minus clarè Tiraq. de retrac. tit. 2. §. 3. glo. 1. numer. 25.* præterea quicquid sit in emphyteuta, qui fortius ius habet, quam fructuarius, secus est in fructuario, *vt ibidem per eum numero 23.*

Quartus casus est, quòd vsufructuario licet interdum ramos decidere ex arboribus grandibus, non tamen fructiferis, ad differentiam fructiferarum, vt inquit Pic. *in d. §. Titia cum nuberet. sub numer. 116. & num. 119 versi & ex his habes.* quod tamen ipse nullatenos probat lege, ratione, vel authoritate.

Quintus casus est in arboribus cæduis, quæ plantantur, vt vulgariter videtur in salicibus, & similibus: Nam istæ non dicuntur ceduæ, & proptereà succidi non possunt, sed solùm vsufructuarius, & similes possunt pro vsu vitium, & eorum necessitatibus deglabrare, seu, vt vulgo dicitur, scaluare, & ramos excidere, vt concludit Pic. *in d. §. Titia cum nuberet. numer. 116. & 119. versi.* sed profectò sum in ista sententia. per text. *in d l. ex sylua. quæ est 11. ff. de vsufruct. tit. gen.* vbi damnat Ang. ibi volentem, quod indistinctè possint succidere ramos. sed certè tex. *in d l. ex sylua.* loquitur in sylua cædua, & proptereà non tangit casum præsentem, nec ad eum facit. Vnde meritò Pic. ipse condescendit cum Ang. dum subdit opinionem Ang. procedere in gabbis. & certè si liceret tales arbores indistinctè incidere à pede, dubio procul fundus deterior redderetur, & forma rei mutaretur, quod interdictum est fructuario, vt suprà fuit dictum, & etiam emphyteutæ, vt post alios Ias. *in l. 1. num. 99. C. de iure emphy.* concludendo, non licere fructuario, vel emphyteutæ syluam extirpare, & fundum ad culturam redigere, quia forma rei mutatur, quod est à lege interdictum, licèt possit emphyteuta in area domum ædificare, quia de facili potest ad pristinum statum reduci, *vt ibi per eum. Et facit Alb. in l. si cuius rei. §. inde est quæsitum. num. 9. ff. de vsufr. tit. gen.* concludens. quòd circumscripto pacto, non licet emphyteutæ insciо, & inuito domino vineam ad pratum, vel campum reducere, vel è contrà. Et pro hac conclusione facit, quia fructuarius tenetur finito vsufructu restituere rem in eo statu, & gradu, in quo eam recepit, Ceph. *consi. 182. colum. 1. Volu. 2.*

Benè verum est, quod in hac specie arborum si contingat eas exsiccari, vel vetustate corrumpi taliter, quod sint admodum inutiles, tunc poterunt à pede succidi, dummodò aliæ substituantur, vt inquit Pic. *vbi suprà,* versi. teneo tamen, quòd pedamenta non possunt succidi.

Et pro isto casu, quod non liceat fructuario arbores virides fructiferas incidere, aliàs cadit ab vsufructu, & potest expelli, respondit Ruinus *consil. vlti. nu. 12. vol. 2.* dicitur enim res deterior fieri: & hoc latè etiam probat Natta *cons. vlti. nu. 7. vol. 2.* loquens etiam in feudatario emphyteu, vel similibus, qui tamen habent ius fortius, quàm fructuarius, *vt ibi per eum.*

Sextus casus est in alijs arboribus non cæduis, putà, populo, & simili arbore: nam in similibus arboribus idem quoque dicendum videtur, quod suprà fuit conclusum in præcedenti casu, nam si adhuc non creuerunt vsque ad sommum, nō possunt à pede cædi, quia fundus deterior fieret: si vero arbores huiusmodi adeo creuerūt, quod si dimitterentur, potius decrescerent in valore, & æstimatione, & isto casu Pic. *in d. §. Titia cū nuberet.* credidit, vsufructuariū posse illas succidere arbitrio suo, dūmodo aliàs substituat, per tex. *in l. agri. quæ est 22. ff. de vsufruct. tit. gener. & in l. in fraudem. §. conductor. ff. de iure fisci.*

Sed certè iudicio meo ille deceptus est in sensu dictorum iurium. Etenim tex. *in d l. agri.* clarè loquitur in arboribus demortuis, quod pertineant ad vsufructuarium, dummodo alias substituat. & ita etiam intelligit *gloss. 1. in l. arbores quæ est 66. ff. eodem titulo.* Sed sic est, quod nos loquimur in arboribus grandibus viuis, licèt fructuario infructuosis, nisi à pede succidantur, ergo, &c. *& text. in dicto. §. conductor.* loquitur in emphyteuta, & sic colono perpetuo, vt inquit Alberic. *in dict a l. si cuius. §. fructuarius ff eodem,* & insuper vbi etiam intelligeretur in colono ad tempus, est aduertendum, quod loquitur in cupresso, vel oliua demortua: & constat etiam conductorem longe minorem potestatem habere, & ius in re conducta, cum nec possideat, *l. colonus. & ibi gloss ff. de vi, & vi arma.* sed Dominus possidet per illum, *l. quod meo. in princip. ff. de acquiren possess. cum vulgar.* cæteri autem vt fructuarius possident naturaliter, & emphyteuta vtile habet dominium vltra naturalem possessionem, Ruin. *d. conf. 43 in fin. vol. 2.* & habet ius reale; colonus autem personale tantum, Alb. *in d. l. arbores. in prin. ff eo.* & proptereà existimo conclusionē Pici esse valde dubitabilem.

Septimus casus est in deterioratione, & damno dato circa vineas; nam & hoc quoq; casu, cum deterioratio rei perpetua dicatur, seu damnum perpetuum, fructuarius cadit à iure suo, vt per Ruin. *cons. 48. in princ. vol. 2.*

Octauus casus est, quando arbores nocebāt vitibus, & erant modicæ, Alba. *cons. 56. nu. 6.*

Et tandem generaliter, vbi aliqua subest causa etiam minima, quia illa sufficit ad euitandum pœnam, &c. Alba *cons. 56. nu. 6.*

Est autem summoperè aduertendum, quod pro parte habentium causam à d. Co. Iulio prætenditur nedum omnia melioramenta facta, de quibus suprà, deberi d. Comiti Iulio, seu habentibus causam ab eo, sed etiā omnes alienationes per eum factas etiam bonorum aliàs emphyteuticorū antiquitus Comitis August. Landi, & eius precessorum valere absque aliquo consensu dominorū directorum pro tempore; & hoc, attēto, quod dictus Co. Iulius fuit per dict. Co. Aug. post institutionem hæredis vniuersalis factā per eū de d. Co. Claudio, & fratre relict. vsufructuari. pleno iure bono-

bonorum Roncharoli: ponderãdo enim illa verba. In totum, sine diminutione, liberè, & expeditè, & pleno iure, æquipollent, Gozad. *consilio 30. num. 15. in princip.* & illa verba Pleno iure, quæ quidem important nedum vsumfructum, sed etiam proprietatem, *vt est text. in l si ità stipulatus fuero. §. 1. incipit, Titius ff. de verb. oblig. vbi Bald notat, & latius Ias. num. 5. per illum tex.* quo cauetur, quod si quis stipulatus sit fundum pleno iure, intelligitur de fundo cum vsufructu, & proprietate, ex vi illorum verborum: & est bonus text. *in Auth. hæc vsus præstatio. ibi, Res, vsusq; pleno iure perueniat in d. domum, &c. Cod de sacr. eccle. & melior in l. fina. §. similiq; modo. Cod. de bon. quæ lib. ibi, Patri danda licentia adire hæreditatem, & ad ipsum perueniat pleno iure, tam per vsumfructum, quàm per dominium, &c. & in l. mater. in verb. pleno iure. C. ad Tertull.* Sic & in diuisione facta inter aliquos, vt vnusquisque vsum sibi assignatum habeat pleno iure, liberè, intelligitur cum proprietate, & vsufructu, Rui. *consi. 59. colum. penul. in fi. volum. 4 & etiam Biret. consi. 69. col. 1. & 2.* loquens in vna Placentina pro Marchione Annibale Maluicino. Hinc primo infertur, quod institutus hæres pleno iure intelligitur in vsufructu, & proprietate institutus, Alexan. *consi. 56. num. 1. volum. 3. & pulchrè firmat Ferratius cau. 32. colu. 2.* vbi propterea tradit, optimam cautelam esse, quod vbi aliquis relictus est vsufructuarius alicuius prædij, vel partis bonorum testatoris, si alius sit institutus hæres vniuersalis pleno iure, sic illa verba Pleno iure important, quod ipse debeat concurrere in vsufructu cum d. legatario. & comprobat Dec. *consi. 98. numer. 11. in 3. casu. vbi contor. citat.* ad differentiam, quando non fuerunt adiecta illa verba, & vnus fuit institutus in omnibus bonis, & alijs fuit legatus vsusfructus cunctorum bonorum, *vt ibi numer. 12.* Nisi fortè dictum sit In alijs autem bonis meis, vt ibi per eum. quod vltimum quãdo fuit dictum In alijs autem, &c. pulchrè comprobat Dec. *consil. 653. numer. 5. Rui. consil. 40. colu. 2. in princi. vol. 2.* Ferra. itaque mouetur ex vi illorum verborum Pleno iure; & ad id citat iura suprà allegata. & Ferrat. vbi suprà refert, & sequitur Borg. *in tract. de vsufruct. pag. 202. in 8. limi. numer. 49.* Quamuis Doct. faciant differentiam inter legatum vniuersale, & particulare, Ruin. *vbi sup. colum. 1.*

Secundo infertur, quod illa verba Pleno iure, important totale ius in re, secundum Aret. *in d §. Titius. quem sequitur Ias. vbi suprà.*

Tertio infertur, quod illa verba important, & significant, id est, integrè, & sine vlla diminutione, vt post Bald. consulendo tenet Ias. *vbi suprà in d. §. Titius. & Alex. consil. 208. num. 2. & plu. seqq. vol 2. vbi latè multa vide.* & per illa verba Cum pleno, & integro vsufructu, tunc excluditur consuetudo Bulg. *circa alimenta, Menoch. consil. 259. nume. 47. & seq. volum. 3. & concord. per Deci. consilio 498. nume. 9. & in terminis Ceph consil 321 numer. 1. & seq. volu. 3.* concludens, quod in legato vsusfructus pleno, & plenissimo iure omnium bonorum suorum continetur etiam trebellianica, quæ aliàs venisset detrahẽda, qa illa verba importãt relictũ esse vsumfructũ sine vlla diminutione integri vsusfructus.

Quarto infertur, quod vbi fit mentio de plena proprietate, seu de dominio absoluto, intelligitur de proprietate, & vsufructu, & iure alienandi rem vt propriam, vt concludit Bal. *per illum tex. in l. fæminæ. §. his illud. in fi. in 1. lect. C. de secund. nup. refert,* & sequitur Ferrat. vbi suprà. & Dec. *consi. 498. nu. 9.* quem etiam refert, & sequitur Borg. *vbi suprà,* & latius comprobat Capi. *deci. 188.* dicens, quod si mater dat viro præsente puella res aliquas ad vsum puellæ, tamen intelligitur etiam data proprietas. Idem quãdo quis donat rem ad vsum, vel forsan ad alimenta, vel domum ad habitandum, vel fundum ad vsufructuandum; quia modus adiectus legato illud non restringit.

Item illa verba Pleno iure important rem liberam ab omni hypotheca Alex. *consi. 208. in princ. vol. 2.* & ista verba In totum, & sine vlla diminutione, liberè, & expeditè, vel pleno iure æquiparantur, Gozad. *consil. 30 num. 15.*

Sed illud quartum de facultate alienandi non tenetur * communiter: Ias. *in d § Titius. nu 7. versi. sed tu caue, quia etiam res, quam non possum alienare, dicitur tamen pleno iure esse mea, quia posse alienare non est de definitione dominij, &c.* licèt hoc dubium relinquat insolutum. Et Crot. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. numer. 74. & seq. ff. de verb. obli.* apertè idem firmat, damnando opinionem quorundam, qui dicebant per diuisionem bonorum fideicommisso subiectorum inter hæredes cum clausula Cessionis pleno iure, intelligi datam facultatem alienandi, & sic fideicommisso renunciatum; quia res subiecta restitutioni per hæredem sub conditione, interim tamen est hæredis pleno iure, per tex. *in l. generaliter. § si ff. qui, & à quibus.* sed ipse nullam facit mentionem de Bal. & Ias. *suprà citatis.* Benè tamen important illa verba Pleno iure, quod quis habeat dominium directum, & vsumfructum, vt ille ait per suprà citata iura, & Cro. *refert. & sequitur Borg. vbi suprà.*

Quinto infertur, quod illa verba posita in libello important, quod dicatur intentatum petitorium, & possessorium; Ias. *in d. l. si ita stipulatus fuero. §. Titius. num. 5. ff de verb. oblig. Rimi. consil. 98. in princ. volum. 1. quem sequitur Ceph. consi. 321. num. 1. volum. 3.*

Sexto infertur, quod vbi Papa subijcit aliquã ecclesiam alteri, vel donat, aut cõcedit cum dictà clausula Pleno iure, intelligitur in spiritualibus & temporalibus, Ias. *vbi sup. nu. 6.* & etiam ius Episcopale nihil reseruat Episcopo, vt ibi per eum, Rimin. *vbi suprà,* & in donatione castri cũ dicta clausula, quod importet proprietatem cũ vsufructu; Dec. *d. consi. 498. num. 6. in fi. & seq.*

Septimo infertur, quod operantur, vt res tradita intelligatur libera ab hypotheca, Ias. *vbi suprà, & Dec. d. consil. 498. num. 10. in princ.*

Octauo sequitur, quod illa verba substitutioni adiecta faciunt eam esse directam, Ias. *in d. §. Titius. numer. 6. in fi.* ita vt substitutus possit propria authoritate adire, Ferrat. *d. caut. 32. colum. 3. in princ.* & in terminis vsusfructus relicti cum clausula Liberè, vel Pleno iure, quod importet vsufructuariũ posse propria authoritate ingredi, firmat Goza. *consil. 21. numer. 17. in princip. quem refert, &*

fert, & sequitur Ancha.iun quaest.1.sub nu.37.in 2.par.

Nono, quod qui possidet pleno iure, intelligitur vt dominus possidere, Ias. vbi suprà, numer.9.in princ.

Decimo infertur ad propositum nostrum, quod quamuis secundum consuetudinem Bulgarinam vxor relicta per maritum dona, domina, & vsufructuaria extantibus filijs, intelligatur solùm alimentaria relicta; tamen si dictum sit Pleno iure, vel plenare, vel Cum plena, & libera administratione, vel Cum pleno vsufructu, tunc habebit totum, & integrum vsumfructum deducta legitima filiorum, vt respondit Pari, consi 94. num.37. & seq. volum.2. & comprobat Borgni in d. tract. de vsufru. pag.202. num.49. in 8. limit. quia, vt ille ait, illa verba important nedum vsumfructum; sed etiam proprietatem.

Vndecimo infertur, quod illa verba Pleno iure, important dominium, cui nihil desit, Ferrar. d. caut.32. colum.2 in fine.

Duodecimo infertur, quòd illa verba Pleno iure, comprehendunt omnia, quia non indigent adiectione, vt habetur in Parlam. Delphi. decisi. 387. nu.1. in 2. par. quem refert, & sequitur Borgnin vbi suprà.

Decimotertiò infertur quod ille, qui habet plenam potestatem nullum habet suprà se, Alex. consi. 62. nu.5. vol 6. Sequitur Borg. vbi suprà.

Decimoquarto, illa verba Pleno iure alterant generaliter dispositionem, Barb. consi.2. colum.4. in princ. num.4. volum.2. qui tamen nihil allegat, nisi generalem virtutem ipsorum.

Decimoquinto, si Papa facit aliquam commendatariam alicuius Abbatiæ ei committendo administrationem in spiritualibus, & temporalibus plenariè, censetur eum facere verum Prælatum, quia illa verba important & absolutam administrationem, inquit Barb d. consi.2. colum.4. nu. 4 vol.2. & liberam potestatem, vt ibi numer. 5. quia aliàs sine illis verbis talem potestatem non habuisset, ex quo solus Papa liberam, & plenam habet potestatem, & administrationem: alij autem inferiores hebent semiplenam, vt ibi per eum.

Decimosextò infertur, quòd vbicunque fit mentio de plenaria probatione, tunc non admittitur probatio de in contrarium, vt est gloss singularis reputata in Clem.1. in verb. plenaria. de probat. Barb. vbi suprà num 6.

Decimoseptimò, in casibus, in quibus testator potest trebellianicam prohibere, satis ea dicitur prohibita, si dixit, & mandauit hæredi suo, vt restituat Sempronio hæreditatem, & bona sua pleno iure, ità Bal. in l precibus numero.40. in princ. C. de * impub. & de * communi testatur Gui Pap decis.527 & * de * communi etiam Bello consilio 80. numer. 17. ad fin. vltra alios citatos per Gab. lib. 4. titul. ab Trebel conclusione 4. & Nonius consilio 44. sub numer 6 illa enim verba totum significant, Aicia. consilio 539 num.3.

Decimooctauo, in concessione castri cum pleno iure intelligitur translata possessio, Dec. consil. 341. nu.14. in princip.

Decimonono, verba illa Pleno iure important quod sit res libera ab omni obligatione, & hypotheca, Dec. consi.43. num.2.

Contrarium tamen voluit Oldra. consil.246. Castren. in Authen. sed cum testator. numer.2 ad fi. Cod. ad legem Falcid. quia illa verba possunt aliud importare, quàm integralitatem & prohibitionem detractionis Trebellianicæ, vel Falcidiæ, videlicet restitutionem bonorum proprietatis, & vsusfructus, vt ille ait. idem respondit ipse Castr. cons.29. col.3. in 2 par. Roma. cons. 75. & cons. 79. & cons. 239. num. 3. Neuiz. consi.2. nu.34. & num.37. & plu. concor. citat Rui. consi 59. num.4. & 10. vol.2 & de * communi * Socin. iun consi. 49. numer. 16. insi & seq. & consi.57. num 17. volum.4. & latius consilio 88. col.1. num. 4. volum.4.

Vigesimò, virtus tamen illius clausulæ Pleno iure non est apta ad habilitandum personam, cui res pleno iure competit, si aliàs sit inhabilis, putà filiusfamilias, vt possit testari de ea, Rub. consi. 46. num.2. in prin.

Vigesimoprimò, quod si dictum fuisset, Libere tunc illud verbum importat liberam voluntatem, non tamen importat integritatem, prout in legato facto alicui, quod possit liberè habitare in tali domo; nam non intelligitur exclusus hæres testatoris, Dec. consil.355. num. 4. & ibi num. 6. addit rationem: quia verba, quæ aliàs liberam voluntatem importãt, tamen restringuntur, vbi agitur de præiudicio tertij.

Vigesimosecundo, illa clausula Habeat integrum vsumfructum, importat prohibitionem totalis Trebellianicæ per Burg. in tract. de vsufructu. numero 227.

Vigesimotertiò, plures alios effectus importat, de quibus latè per Ias. consi.128. num.4. vol. 4. & signanter ipso iure: item iure directo, item quod sit intentatum petitorium cum possessorio, vt suprà, item in temporalibus, & spiritualibus, & multa similia, vt ibi per eum.

Vigesimoquartò, pleno iure fundus legatus censetur, vt lego fundum ad vsufructuandum, vel ad vtendum, & fruendum, nisi sit additum Toto tempore vitæ suæ, Marta. cons.71. col.2. & seq.

Vigesimoquintò, si sit data licentia vsufructuario alienandi, prout sibi placuerit, adhuc dicitur interdicta facultas disponendi in præiudicium proprietarij, nec quasi possessio vsusfructus transtulit in hæredem vsufructuarij, Boe. cons.13. nu.3. Ad differentiam, quando fuit dictum, quod non possit pignerare, vel alienare; quia tunc censetur relicta proprietas, secundum vnam opinionem, quæ tamen vera non est, latè per Borg. in tract. de vsufr. nu. 76. & plur. seqq. saltem quando ad vitam datus est vsusfructus, vt ibi.

Secundo pro ista parte facit, quia videmus quod verba, quæ addunt vim vsufructui, censentur apponi ad augendum vim, & maiorem importantiam, quam contineat natura simplicis vsusfructus; ergo debent illa verba Pleno iure addita ei addere proprietatem, prout vidimus in multis exẽplis traditis per maiores nostros; quorum illud primum est, quando relicta vsufructu, dictũ fuit, quod vsufructuarius non possit alienare, tunc cẽsetur etiã ei relicta proprietas, l. Proculus. & ibi * omnes not ff de vsufruct tit gen. Ro. cons. 206. quod etiam admittit Rimin. consil. 116. colum. pen. volum.1. est ve-

verũ, quod multi contradicunt, vt in specie Arius Pinel. *in repe. l. 1. in 3. par. pag. 352. & plu. seqq. Cod. de bo. mat. & per Borg in tract. de vsufr. pag. 226.*

Tertiò facit ꝓ ista parte, q̃a aliàs illa verba Pleno iure, essent superflua, cõtra *l. si quãdo. ff. de leg. 1.*

His tamen non obst. contrarium omnino est verum, quod propter illa verba Pleno iure, adiecta d. legato vsusfructus ad vitam ipsius Co. Iulij, nullatenus intelligatur relicta proprietas, & hoc in primis probatur: quia in materia relicti vsusfruc. nunquam intelligitur relicta proprietas vsufructuario, nisi in casibus à iure expressis, vt inquit Borg. *in d. tract. de vsufruct. d. pag. 226. in prin.* ꝓ quo facit Bello. *cons. 9. nu. 6.* dicens, quod expressio vsusfru. nulla penitus facta mẽtione proprietatis ostendit legatum solum esse vsusfructus, non autẽ proprietatis, per Bar. *in l. fundi ff. de vsufr. leg.* sicut è conuerso, vt ibi per eũ, & ad hoc facit Ceph. *cons. 181. nu. 21. vol. 2.* quatenus concludit, quod vsufructuarius nõ habet plenã administrationem pleno iure respectu rei, sed solum respectu vsusfructus, quod procedit, etiã si sit ei data facultas alienandi; nam nõ desinit esse vsufructuarius, licèt possit alienare proprietatem, Soci. *cons. 131. col. pen. ad fi. vol. 1. Gabri. cons. 143.* Non tamen interim est dominus propter dictam facultatẽ alienandi, vt illi dicunt, & sic ratione subiectæ materiæ illa verba aliũ habent sensum, vt cõsiderat pulchrè Ruin. *d. cons. 99. col. fi. in princ. vol. 4. & abundè Bireta d. consi. 69. nu. 2. & pulchrè ad eum consi. 137. nu. 8 volum. 2. & consil. sequen. num. 9. vbi idem repetit, & Goz. ad. consil. 30. num. 15.* loquens in legato prædij facto cum conditione, quod stet apud legatarium, & eius descendentes pleno iure; nã per illa verba non dicitur data potestas alienandi, sed ꝙ stet sine diminutione, & hoc, ratione subiectæ materiæ. Non obst. modo in contrarium allegata, quia quod attinet ad primum, illud soluit pluribus modis. & primo, quod iura, & authoritates incontrarium citatæ loquuntur in relicto rei fundi, vel prædij, cuius quidem nomine continetur etiam nedum vsusfructus, sed etiam proprietas, *l. si alij fundum, alij vsumfructum fundi. ff. de vsufr. leg.* diuersum est autem in legato vsusfructus: quia iure cautum nõ reperitur, quod vsusfr. proprietatem complectatur. & hoc etiam voluit Ias. *in d. l. si ita stipulatus fuero. §. Titius. nu. 7. in fi. versi sed aduerte pro intellectu istius text. ꝙ ista verba Pleno iure, videntur esse superflua, quia promittendo fundũ quis simpliciter, intelligitur promittere proprietatem, & vsumfr. &c. ff. de verb. obli. per d. l. si alij. & concor. de quibus per eum.* vbi propterea tũc concludit illa verba Pleno iure, adiecta censeri apposita ad fugandũ sophisticam malignantiũ cauillationem, & sic ad abolendum omnem dubitationem intelligendo de vsufructu causali, non autem de formali, id est, separato à proprietate, quia ille debilior est, quam causalis, ex quo facilius extinguitur, & multis modis, *vt ibi per eum nu. 4.* Et ideo cauendũ est à Borg. *suprà citato in 16.* illatione, quatenus loquẽdo de relicto vsusfr. cum d. clausula, cõcludit ideo vxorẽ relictam vsufructuariã eo modo debere habere integrum vsumfructũ, quia illa verba importãt proprietatẽ, & vsumfructũ. Nam si illa ratio esset vera absolutè, frustra ipse concluderet in d. limitatione eam consequi debere integrum vsumfructũ tantùm, & ante eũ Paris. *d. cons. 94.* qui solùm concludit de vsufructu, non etiã de proprietate; ergò patet eam rationem, quod attinet ad proprietatem, non conuenire d. decisioni, sed benè cõuenire tertiam illationem, id est integrè, & sine diminutione. & hoc etiã patet, quia iura, & authoritates per eum citatæ, loquuntur in fundo vel hæreditate, cuius appellatione, vt dixi, venit & proprietas, & vsusfr. & nemo dixit de vsufructu cum d. clausula, quod importet dominium, & vsumfructum; illa ergò ratio Borg. conuenit dispositioni fundi, vel hæreditatis, non autem dispositioni vsusfructus, de quo nec iura, nec Doct. loquuntur. & ratio manifesta est inter vtrumque casum quam suprà dixi. quia verba debent accipi secũdum materiam subiectam, *l. si vno. ff. loc.* & facit, quia si etiam vsufructuario data sit facultas disponendi de vsufructu, tamen intelligitur de fructibus & commoditate fructuum, non etiam de iure vsusfru. Ceph. *cons. 436. nu. 106. vol. 3.*

Non obst. secundum: quia verba adiecta dispositioni alicuius rei debent intelligi secundum naturam, & qualitatem, rei super qua emanauit dispositio, etiam si oporteat verba impropriari, vt concludit Dec. *cons. 278. num. 4. in fi. & seq. Rimi. etiam in proposito cons. 116. col. antepen. num. 26. volum. 1.* Sed sic est, quod illa verba Pleno iure cum sint adiecta vsufructui, debent intelligi secundum naturam vsusfruct. cui adiecta sunt, ergo. &c. Bello. *consil. 6. num. 10. in fi.*

Et hoc indubitatum est, quando verba, adiecta possunt importare aliud, quàm alterationem, & immutationem naturæ rei, cui adiecta sunt, vt per Doct. suprà citatos; secus autem, si repugnant naturæ rei, cui adijciuntur, Bello. *vbi suprà, num. 11. Rimi. d. consi. 116. numer. 26. & seq. volum. 1.* Et ad hoc tendit primum exemplum suprà positum, & cætera etiam sequentia.

Qua de re rectè consuluit Dec. vbi suprà in casu, in quo testator reliquerat vxorem dominam, & alium scilicet nepotẽ vniuersalẽ fecerat, quod propterea illud verbum Dominã necessariò non importet, quod illa dicatur hæres relicta, sed solũ vsufructuaria, nec propterea illud verbũ Dominã erit otiosum, per ea, quæ dicã in responsione ad 3. argu. Et amplius in fortiori casu consuluit Bello. vbi supra in casu, in quo testator legauit vsumfr. certi castri cuidã Domicellæ, hoc adiecto, vt possit d. castrum tenere, & possidere cum omni, & tota authoritate, ac iustitia, & præeminentia, prout ipse testator tenebat, nihil reseruando quo quomodo fieri posset, quod nihilominus illis verbis adiectis non obstantibus adhuc dicatur solùm relicta vsufructuaria d. Domicella, suprà dictis rationibus.

Non obstat tertium arg. quia illa regula sic accipi, & intelligi debet, vt verba aliquid operentur, tamen secundum naturam actus interpretanda sunt, etiam impropriando ea, vt tradunt Docto. *suprà citati, & signanter Dec. in d. consi. 278. num. 4. in fi. & seq.*

Non ideo tamen in proposito nostro illa verba Pleno iure otiosa dicentur, quamuis ad pro-

 prietatem

prietarem referri non possint; quia etsi vsufructuarius debeat regulariter accipere vsumfructū de manu hæredis, Ber. *consil. 141. vol. 2. Rol. consi. 74. nume. 20. & seq. volu 2. Borg. d. tract. de vsufr. pag. 88. numer. 26. in fi.* quando testator relinquit vsumfructum liberè, & pleno iure, potest propria authoritate vsufructuarius ingredi & sequitur Anch. iun. *in d. q. 1. sub num 37* nihilominus isto casu ex vi verborum prædictorum poterit propria authoritate vsumfructum capere, Dec. *vbi suprà, nu. 3. & aly Doc. suprà citati.* vt suprà etiam dixi in 2. obiectione in tertia illatione, & octaua. Operantur etiam hoc casu; & importabunt, quod integrè, & sine aliqua diminutione habeat totum vsumfructum d. Com. Iulius, *vt suprà dixi in 2. obiectione, in 3. illatione.*

Præterea poterunt importare, quod legatarius habeat totum, & integrum vsumfructum, non solùm alimenta, de quo aliàs est controuersum inter Doc. tam in vxore, quàm in extraneo relicta vsufructuaria omnium bonorum extātibus filijs, an debeat habere plenum, & integrum vsumfructum, an verò alimenta tantùm, de quo per Iaf. *in consil. 90 vol. 1.* & in extraneo, quod solùm debeat habere alimenta, secundum * communem firmat Mantica *in trac. de coniect. vlti. volun. cap. 217. colum. 3 numer 6.* dicimus, quòd tunc non intelligitur relictus plenus, & integer vsusfructus omnium bonorum, sed solùm alimenta; & alibi sæpe per Doc. suprà citatos, & ità suprà dixi in responsione *ad 2. obiectionem in decima illatione.*

Postremò, aut res est clara, quòd illa verba Pleno iure non possunt importare relictum proprietatis, per suprà dicta, aut est dubia: & in dubio idē quoque concludendum est in proposita specie. Quia in interpretanda dispositione dubia semper debet respici ad id, quod postea subsequutum est; vnde cum in proposito nostro diuersimodè consflet, quòd d. D. Co. Iulius sæpe vocauit, & declarauit se vsufructuarium tantùm, vt ex pluribus scripturis videre est res est expedita, vt signanter animaduertit in terminis Bello. *d. consil. 6. num. 6. versi. ad hac posito, & non concesso, quòd verba legati essent dubia, & possent sonare in vsumfructum, & proprietatem, ex actu tamen iudicialibus, quàm extraiudicialibus, &c.*

Ex his itaque patet, quod omnes alienationes factæ per dictum Com. Iulium bonorum Roncharoli, & signanter bonorum, emphyteuticorū sine consensu Domini directi, & aliæ factæ per alios emphyteutas cum consensu solius d. Com. Iulij non valent, & in commissum ciderunt; quia non ad vsufructuarium, ius inuestiendi, sed ad proprietarium pertinet, vt respondit Bello. *dicto consil. 6. numero 16. & Bertran consilio 119. colum. 2 in 2. quæsito. & colum. 3. in fin. versiculo non obstat, &c. volum. 3. in 2. par.* vbi tamen concedit ad vsufructuarium pertinere omnes reditus, etiam emolumenta de iocundo aduentu Domini. Et hæc conclusio procedit de plano, nisi essemus in successore singulari, vel vniuersali, qui alienauit ignorans rem emphyteuticam, Bello. *vbi suprà numero 20.*

SVMMARIVM.

1 *Conductores, & eorum hæredes, qui volunt detrahere melioramenta, probare debent illa per eos facta fuisse.*

2 *Possidens non præsumitur fecisse melioramenta, quæ potuerint ab alijs fieri.*

3 *In refundendis melioramentis attenditur semper quod minus est.*

4 *Emptor, vel conductor, si de fructibus est tantum lucratus, vt sibi sit de expensis satisfactum, nihil vlterius consequi debet.*

5 *Impensa duratura per tempus tantùm, quo percipiuntur fructus, cum fructibus compensatur.*

6 *Pali annales pro sustentatione vitium non repetuntur: secus, si sint duraturi.*

7 *Aestimatio expensarum factarum in edificijs ad quod tempus referatur.*

8 *Expensa non repetuntur, nisi sit impensum, & melioratum.*

CAP. XI.

Conductores verò, † illorum hæredes, & quicunque sint, qui volunt detrahere, vel sibi refundi melioramenta, necesse habent ostendere, aut sese dicta melioramenta causasse, aut per eos facta, aut causata fuisse, quibus ipsi successerunt, vel titulo vniuersali, pone, per viam hæredis institutionis, vel titulo particulari, putà per viam legati, aut donationis, cum cessione iurium illis competentium per ea quæ leguntur, & not. per glo. Cyn. Bar. *& alios in l. si vi. Codic. de his, qua vi, met. cau. vbi Bart. colum. 1. num. 7. & seq. versic. quaro, quid si pretium.* quod si non probent, in causa de facili succumbent: quia † non valet dicere, isti sunt in possessione, ergò melioramenta sunt eis refundenda, & restituenda, quia benè potuerunt esse facta ab alijs, à quibus ipsi possidentes nullum titulum, vel causam habuerunt vniuersalem, aut particularem, quo casu non transiuisset ad istos ius excipiendi, per Bald. *in d. l. si vi. sequitur hanc opinionem Paul. de Cast. consil. 270. viso puncto colum. 4. versic. ad vnum. par. 2.* quod consilium est totum in causa refusionis melioramentorum, tenet Bart. *in l. in fundo ff. de rei vendi. ibi, Requiritur, quòd expensa sit facta, & fundus factus locupletior.* Sed quod non sit necessaria cessio, & quod ius retentionis, quod competit possessori, transeat in successorem, dico *in fi. præsentis quæstionis.*

† Et in refundendis melioramentis non attenditur, neque refunditur quantum est expensum, vel quantum est melioratum simpliciter, sed attenditur semper, & refunditur semper, quod minus est; pone, sunt impensa 10. meliorario est in quindecim, solùm x. sunt debita, sola decē repeti possunt; sunt impensa decem melioratio est tantùm in quinque, quinque tantùm debentur, quinque repetuntur, per text. *in d. l. in fundo. ff. de rei vend. ibi Et si plus pretio fundo accessit. solùm quod impensum. vbi gl. declarat in verb. plus. tenet Pau. de Cast. in d. consil. 170. colum. 3. versi item quod dixi.* vbi ponderando dicta verba d. l. in fundo. Patet, inquit, quod si maior est vtilitas, quæ accessit fundo ex impensa,

quàm

quam sit ipsa impensa, non repetitur, nisi quòd
impensum est; & sic è conuerso, si maior esset im-
pensa, quam vtilitas, non reperitur, nisi æstimatio
vtilitatis, vt sic semper illud, quod minus est, re-
petatur: vnde, si nulla suit impensa, nil repetitur,
item si modica, vt in casu, de quo ibi per eum. est
de hoc text. *in c. 1. extrà de restitu. in integr.* vbi habe-
tur apertè, quod sumptus, non valor melioratio-
nis refunditur, quem ad hoc ponderat ibi Abbas
in colum. 1. versicu. sed circa. vbi dicit, quod si em-
ptor, vel conductor in melioratione expendit
ducentum, & meliorem fecit solum in centum,
quod tantùm centum repeti possunt, & si expen-
dit centum, & solum meliorem fecit in quinqua-
ginta, solùm quinquaginta debentur; & imputan-
dum est illi, qui imprudenter fecit sumptus, aliàs,
inquit, Ecclesia posset pati damnum, & nunquam
desisteret à petitione restitutionis. subdens in eo
4 casu, quòd si ille emptor, † vel conductor est tan-
tùm lucratus de fructibus, quod est sibi satisfa-
ctum de expensis, & labore, non debet consequi
aliud ab Ecclesia, & sic desistere à petendis expen-
sis in meliorationibus, vt ibi per eum. facit Bart.
in l. domos. ff. de lega. primo. vbi si hæres in reficien-
do ædificium expendit centum, & tantùm post su-
peruixit, quòd ædificium non potest verisimili-
ter durare, nisi ad alios quinque annos, fiet æsti-
matio non quantum tunc, cùm refecit, expēdit re-
ficiens, sed quantum nunc, & modò valet, vbi Bal.
si hæres in reficiendo domum impendit centum,
& fortè superuixit plures annos, ità quod vtilitas
expensæ non duraret, nisi fortè quinque annis,
certè æstimabitur quanti modò valet in isto tem-
pore, & quantum potest durare, non quantum
expendit hæres melius declarat ibi Paul. de Cast.
5 *vers. interdum* vbi dicit; quod † si impensa, quæ fit,
est duratura per tempus tantum, quo quis est per-
cepturus fructus, vt est custodia rei, & eo casu di-
cit, quod fructus compensat cum impensis, *l. 3. §.
nos. ff. de impens.* interdùm expensa est duratura vl-
tra illud tempus, non tamen perpetuò, & eo casu
fit æstimatio, & inspicitur quantum valet hodiè,
cum res repetitur; vnde si expendit centum, &
nunc cum res repetitur, illa impensa parùm est
duratura, in tantum quod non remanet vtilitas ex
ea vltra decem, decem possunt repeti. subdit, No-
6 ta pro illis, qui † recipiunt vineam ad certum
tempus, & ponunt ibi palus; nam si annales, non
repetunt impensas, & pali sunt duraturi per de-
cennium, locatio autem durat vsque ad quinquē-
nium, repetuntur pro dimidia, quia pro dimidia
temporis impensa seruiuit sibi, pro altera dimi-
dia seruit Domino, cui restituitur, ideò ab eo re-
petit. Subdit Cast. quod eo modo dicendum est è
conuerso, si tempore, quo impensa fuit facta, pro-
pter illam res non fuit facta melior, & maioris
pretij propter qualitatem temporis, quia pone
erat guerra, & tempore, quo restituitur, vel re-
petitur res reperitur maioris pretij, inspicitur,
inquit, & inspici debet tempus, quo repetitur, &
tempus præsens, vt ibi per eum. tenet Negusan.
*in tract. de pign. 4. membr. 5. part. princip. numer. 16.
versicul. sexta conclusio. habetur in allegato consilio e-
iusdem Pauli de Castr. 270.* in subscriptione D. An-
geli Ioannis de Periglis, in fi. ad dictum consilium
sese subscribentis, vbi dicit; † quòd æstimatio 7
ædificiorum, de quibus in d. consil. & æstimatio
expensarum factarum illis debet fieri habito re-
spectu non ad tempus, quo factæ sunt, sed ad tem-
pus præsens, per tex. *d. l. domos.* vbi si hæres in re-
ficiendo domum sibi legatam expendit centum,
posteà superuenit, quod ædificium verisimiliter
durare non potest, nisi quinque annos, æstimabi-
tur prout nunc valet, & non pro eo, quod hæres
expendit, cum interim hæres commoditatem d.
ædificij habuerit.

Vnde ad hoc, vt expensæ melioramentorum
debeantur non sufficit tantum esse impensum, nisi
res etiam sit tantum meliorata, vnde ista duo co-
pulatiuè † requiruntur, quod sit impensum, & 8
quòd sit melioratum, per tex. *in d. l. in fundo. vbi
gloss. & alij. Abb. d. c. 1. de in integ. rest. numer. 4. & in
cap. quod quibusdam. nume. 9. de fideiuss. & cap. ad no-
stram. 3. not. de reb. eccl. alien. vel non.* vnde sis cautus
in capitulando, & probando dictas expensas, vt
concludas tam circa quantitatem expensæ, quàm
circa meliorationem rei, deducendo, quòd in
tantum est pretiosior propter expensas, vt per
Negusan. *in trac. de pign. vbi suprà num. 11. versi. ista
ergò duo post 4. concl.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio melioramentorum potest fieri, & probari in exequutione sententiæ.*
2 *Exceptio melioramentorum non impugnat ipsam sententiam.*
3 *Sententia non mittitur exequutioni, nisi facta liquidatione melioramentorum.*
4 *Sententia in dando differt à sententia, quæ sonat in faciendo.*
5 *Vna res non potest retineri pro melioramentis factis in alia re.*
6 *Ius retentionis transit in singularem successorem.*
7 *Retentio non habet locum, quando quis possidet cum vitio, dolo, vel delicto.*

CAP. XII.

VNo e in hac materia concludas secundum
Doct. † quod etiam si possessor, qui fecit 1
melioramenta, esset condemnatus ad resti-
tutionem rei, nulla facta mentione expensarum,
& melioramentorum, tamen in ipsa exequutione
sententiæ poterit excipere de dictis melioramen-
tis, & illa probare, & interim rem retinere, do-
nec illa sibi soluantur, Pau. de Castr. *consi. 17. in cau-
sa, quæ vertitur. in fi. & in consil. 270. incip. viso puncto.
volum. 2. per Bart. & alios. in l. in fundo. ff. de rei
vend. Neguſ. in tract. de pign. 4. memb. 5. par. prin.
numer. 10. versic. 2. conclus. fit. tenet Tiraq. vbi mul-
tos citat in retract. conuentionali. §. 7. versic. nonò
declara.* Immo & tertius emptor de huiusmodi
melioramentis etiam factis non per se, sed per a-
lium authorem suum potest in exequutione sen-
tentiæ excipere, *l. in hoc iudicium. §. 1. versi. sed si qui.
ff. comm. per Tiraq. ibidem. versicu. x. declara.* Et ra-
tio esse videtur, quia exceptio † melioramento-
rum non impugnat ipsam sententiam, sed potius 2

respicit exequutionem sententiæ, vnde hic non militat dispositio, *l. peremptorias. Cod. senten. resc. non pos. vbi Bald. 1. colum. tenet Corne. consi. 147. quia causa. colum. si. volum. 2. vt latius per Neguſ. loco nuperrimè citato.*

Et si sit lata sententia, quod possessor restituat rem, solutis tamen prius sibi expensis melioramentorum, ante liquidationem † melioramentorum non debet procedi ad exequutionem sententiæ, sed exequutio debet suspendi vsque ad liquidationem factam, etiam si actor vellet præstare cautionem de soluendo, quando erit liquidatum, per Pau. de Cast. *d. consil. 270. 2. col.* vbi facit differẽtiã, an cõditio, sub qua est lata sentẽtia, sonet in faciendo, an sonet dando: quia si in faciẽdo, videtur, quod posſit per æquipollens adimpleri, & sic per cautionis præstationem; si in dando, sit secus; quia præcisè debet adimpleri, per iura, quæ eo. consi. adducuntur. tenet Tiraq. *d. §. 7. versic. 8. declara. per text. in l. cum seruus. in fi. ff. de cond. & demon. l. item liberatur. §. 1. ff quib. mod. pig.* quia, inquit generale est, vt res, in quibus expensas fecimus, quarum ratio habenda est, per retentionem seruare possimus, *per iura, quæ alleg* † Et pro melioramentis factis in vna re non potest quis vti retentione in alia, *l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. l. planè. versic. deducat. cum gloss. ibi. ff. de petit. hær. Pau. de Cast. alleg. consi. 270 per Tiraq. vbi multos citat d. §. 7. versic. 7. declara.* vbi tenet secundum Pau. de Cast. d. alleg. consi. 270. quod sententia iudicis, qui cõdemnauit bona restitui, solutis melioramẽtis, debet exequutioni mandari in reb. non melioratis, non refusis expensis meliorationum in alijs rebus factarum. Sed id intellige, inquit idem Tiraquel. *in versicul seq.* si res sint separatæ, non si annexæ, & vnico contractu, & pretio venditæ, quæ non dissolui, aut separari debent, quia tales res sic vnitæ, & vnico contractu, & pretio conuentæ benè possunt retineri vsque ad refectionem melioramentorum in alijs rebus eisdem connexis factorum: quia, inquit Tiraquel. Doctores, & nuncupatim Pau. de Cast. loquuntur de rebus prorsus separatis. Et per eundem Negusa. *in fi. dicti 4 memb. d. tract. de pign. numer. 23. versicul. duodecima conclusio.* inquiens, quod ius retentionis, † quod competit possessori, qui fecit melioramenta, transit etiam in singularem successorem illius sine alia cessione, per text. *in l. in hoc iudicium. §. impendia. versicul. sed si is qui a me emerit ff. de commu. diuidun. & not. per Alexand. in l. qui exceptionem. § si pars ff. de condi. indeb.* Sed † ius istius retentionis cessare videtur, quando res meliorata, de cuius retentione agitur, peruenisset ad posſidentem cum vitio, dolo, aut delicto, quia tunc omninò non habet locum aliqua retentio, *cap. fina. de ordin. cog. l. 1. §. rediguntur. ff. quorum leg. & ità not. per Salyc. in l. fin. C. commodat. ità per Negusan. d. loco.*

3 (margin, beside "mentorum, ante liquidationem")
4 (margin, beside "mus, per iura")
5 (margin, beside "inquiens")
6 (margin, beside "indeb. Sed")

SVMMARIVM.

1 *Remiſsio debetur conductori ob anni sterilitatem secundum vulgi opinionem.*
2 *Remiſsio debetur, quando deductis impensis, quod fuit collectum, non ascendit ad dimidiam pensionis.*
3 *Remiſsio debetur, quando conductor non percepisset dimidium illius, quod erat consuetum.*
4 *Remiſsio debetur, quando conductor esset vltra dimidiam iusti pretij deceptus.*
5 *Sterilitas iudicatur secundum vulgi opinionem.*
6 *Remiſsio non debetur pro quolibet damno.*
7 *Bona fides est, ne quis decipiatur vltra dimidiam iusti pretij.*
8 *Excessus vltra dimidiam dicitur, etiam si sit in vno nummo tantùm.*
9 *Lex si taxatiuè loquatur, nihil addi, vel superinduci potest.*
10 *Emphyteuta si deficiat in vno nummo tantùm, eius solutio nihil prodest.*
11 *Damnum intolerabile est, quando deceptio in mercede contingit vltra dimidiam.*
12 *Remiſsio mercedis debetur, modò ex quocunque casu eueniat, cui resisti non potest.*
13 *Remiſsio non fit, si casus eueniat in recollectis, & à solo separatis.*
14 *Carentiæ sunt habentium, sicut priuationes habituum.*
15 *Incursus latronum tribuit colono remiſsionem.*
16 *Fructus pendentes non sunt coloni.*

DE REMISSIONE MERCEDIS Conductori, vel emphyteutæ facienda.

QVAESTIO LXXIII. CAP. I.

Qvoniam in materia locationis, emphyteusis, aut alterius cuiuslibet concesſionis in rebus ecclesiæ est materia frequentisſima, quia vt plurimùm per Prælatos res ecclesiæ locantur, emphyteuticantur, censuantur, infeudantur, aut similibus titulis conceduntur, & propter sterilitatem, aut aliàs multipliciter in huiusmodi rebus sic concesſit damnum, & iactura contingit, propter quod conductori, vel emphyteutis, aut huiusmodi concesſionarijs venit facienda restauratio, & seu restaurum, aut resarcimentum, ideò puto, quòd non erit ab re aliquid dicere de remisſione mercedis, & quomodo, & quando, quibus, & à quibus sit facienda.

Per Bar. igitur, & alios *in l. si merces. §. vis maior. ff loc. eundem Barto & alios in l. licèt. Cod. eod. & Pau. de Cast. in l ex conducto. §. 1 ff. loc. Butr. & Imo. in c. propter sterilitatem. extrà eo.* multæ ponuntur opiniones de remisſione facienda per locatorem, vel concedentem; tamen ex istis multis opinionibus tres tantùm videntur * communiter approbari, vt videlicèt tunc † debeatur remisſio conductori, quando est in illo anno sterilitas secundum vulgi opinionem, quia vulgò tenetur, quod sit sterilitas, est glo. quæ dicit *in l. si vno. in prin. ff. loc glo. in d. l. licèt. C. loc. tenet Sal.* qui dicit hoc * cõmuniter teneri. Io. And. & alij *in d. c. propter. extrà loc. Alex. consi. 107. incip perspectis verbis. col. penul sub num. 18. versi. item & in alio casu volum. 3. Bar. in d. l. si vno. §. vbicunque.* 1

Secundo loco, quando id non potest constare iudici, tunc debetur remisſio, † quando dedu- 2

ctis impensis, quod fuit collectum, aut perceptum non ascendit ad dimidium pensionis, nec ad dimidium pretij promissi pro vnaquaque locatione, per Alex. *consil. 3. incip. viso instrumento concessionis. 3. colum. numer. 6. vers. tamen non prætermitto. volum. 1. in illis verbis*, Idem si attento pretio, quod soluitur, & deductis sumptibus occurrentibus circa perceptionem reditus, reperitur conductor deceptus vltra dimidiam iusti pretij, vt quia fructus, qui supersunt, non ascendunt ad dimidiam pretij promissi pro vnaquaque locatione, per Iacob. de Aret. & Bart. *in d. l. licet, & ibi Pau. Bart. in d. l. si vno. §. vbicunque. ff. loca. But. Imo. & Abb. in d. c. propter. extrà locati.*

Tertio loco debetur remissio, quando damnum esset tantum, quod conductor non percepisset dimidium illius, † quod erat solitum percipi,
3 quia tunc illa læsio est tanta, quæ sufficit ad inducendum, quod remissio concedi debeat, est de mente glo. *in l. si vno. alleg. in prin. per Azo in Summa. C. eo. tit. per Alex. alleg. consil. 3. eo. versic. & Alex. in d. consil. 107. numer. 18. versi. non omitto. volum. 3.* vbi pariter ait, quod tunc fit remissio, quando damnum est tantum, quod conductor non percipit
4 dimidiam eius, quod est solitum percipi, & † quãdo attenta pensione, quæ soluitur, vel quæ soluta est sumptibus concurrentibus in fructibus, conductor est vltra dimidiam iusti pretij deceptus: vt si fructus, qui supersunt, non ascendunt ad dimidiam pretij debiti, quia tunc inquit Alex. conductor dicitur affici magno incommodo. approbat Bald. *in d. l. licet. & ante eum Cy. & Bart. ibi. vbi Bald. dicit*; quod annus sterilis est, in quo non percipitur dimidia eius quod consueuit communiter percipi. & Abb. *in d. cap. propter. numer. 13. versic. 3. opinio.* vbi inquit Abb. cum contractus sit contractus bonæ fidei, bona fides non patitur conductorem debere sine sua culpa sustinere tantum dãnũ.

Post opiniones relatas, & reiectas per rationes per eum adductas, declarat clarè Ioan. de Imo. *in d. c. propter. 2. col. versi. in gl. ibi etiam seminis.* Inquit enim, potes in hac materia concludere, quòd vel apparet † sterilitas secundum vulgi opinionem, &
5 sufficit ad hoc, vt debeat fieri remissio: & si de vulgi opinione non apparet, & tunc, vel tantum fuit recollectum, quod sufficit ad bis seminandum, id est, vel est recollectum semen seminatũ, & tantundem, & multò fortius; si semen non sit recollectum, & tunc censetur sterilitas esse, & remissio facienda. Si vero est facta recollectio vltra semen & in plus, quàm fuerit semen, aut sumus in his, in quibus non interuenit semen, vt in pratis, vineis. & alijs huiusmodi, & eo casu distinguit, quia aut deductis primò sumptibus, nõ remanet tantũ recollectum, quod ascendit ad dimidiam partem pretij, vel dimidiã annuæ pẽsionis, quam soluit, & tunc videtur esse sterilitas, inquit, secundum Iac. de Aren. vel est recollectum tãtum, quod superat, & est vltra dimidiã, & eo casu etiam subdistinguit, quod aut est perceptum minus dimidia eius, quod consueuit percipi, aut vltrà dimidiam, & tunc nõ censetur sterilitas, per glo. *d. l. si vno. & Azo. ibidẽ*, & sic remissio non datur pro quolibet damno,
6 & pro qualibet exiguitate; † quia vt detur, damnum debet esse intollerabile, & exiguitas fructus debet esse tanta, vt colonus magno incommodo afficiatur, per Imo. *d. c. propter. Quia dicit Bald in d. licèt. C. eo. vers. sextò quæro.* quod propter exiguitatem fructuum, vel paucitatem non fit remissio, nisi si sit tanta exiguitas, quæ excedat sterilitatem, & ideò, inquit, non procedit libellus, in quo petitur remissio propter fructuũ exiguitatẽ, quia nõ concludit de iure. & Bart. *in l. ex conducto. §. si vis. ff. loc. & l. merces §. vis maior. summat. tex.* quod propter damnum contingens in fructibus, si sit damnum intolerabile, debetur remissio. Vnde non satis est pro verificatione sterilitatis causatiuæ remissionis, vt damnum sit in dimidia tantùm, sed immo est opus, quod sit in aliquo vltra dimidiam, per nota. *in l 2. C. de rescin. vendi. per Bart. in d. l. licèt. per eum ibi allegata.* vbi recitando opiniones, quando dicatur sterilitas, quia alij dicunt inspici vulgi opinionem, alij quando semen non recolligitur, tex. inquit, hic dicit iuxta bonam fidem haberi rectè, & c. † & est, inquit, bona fides, vt aliquis non 7
decipiatur vltra dimidiam iusti pretij, infra dimidiam bona fides hoc tolerat, *vt l. 2. & l. si voluntate. C. de rescin. vend.* Si ergo sunt recollecti ità modici fructus, quod soluendo pensionem, remanet deceptus vltrà dimidiam iusti pretij, tunc debet fieri computatio. Ità, inquit, credo, quod debet intelligi ista materia. Imo. *d. c. propter colum. 5. Pet. Philipp. Corn. consi. 128. 2. volum.* Et vltra dimidiam intelligitur excessus, † etiam si sit in vno nummo tãtum, 8
in vno solido tantum, nam & iste dicitur excessus, quia vnus nummus auget numerum, & remouet numerum taxatum à sua taxationne, vnde taxatione dimidię ratione vnius nummi positi in excessu exceditur à terminis suis, sicut in pondere vnus nummus appositus, & alijs æqualibus bilancijs facit præponderare: quia † vbi lex taxat, debemus 9
esse contenti terminis legis, nec possumus aliquid superaddere, vel superordinare, legitur, & not. *in l. si non fuerint. §. si ff. pro soc. per Bald. in d. l. 2. vers. sed nunquid. col. 6. C. de rescin. vendic.* Et si in solutione, † 10
quam promitto facere pro emphyteusi omni anno, deficit vnus denarius, solutio est imperfecta & defectiua, & perdo rem, & cado ab emphyteusi, & à iure emphyteutico, not. *in l res bona fide. vbi gloss. not. ff. de contrahen. emp per Bal. in rub. eo tit. de contrahen. emp. q. 10. idem Bald. in l. minoribus. Co. de his, quib. vt indig. per Angel. in l meminisse. & in l. qui hæredi. ff. de cond. & demon.* videtur dicere, & tenere gl. *in d. l. res bona ff. de contrahen. emp* & Paul. de Castren. *in d. ex conducto. §. si vis. vers. sed quæro.* dicit, quòd tunc in emptione damnum † est intolerabi 11
le, quando cum mercede contingit deceptio vltra dimidiam, vt cum pensio est xx. & non recolligit nisi 8. vel 9. vnde soluendo haberet damnum in 11. quod est vltra dimidiam: idem si in dimidia, vt si recolligeret x. quia damnum pateretur in dimidia, vnde sicut in emptione deceptio vltra dimidiam rescindit, ità hæc debet fieri remissio 10. vel 11. vt non soluat, nisi quod recollegit, & residuum remittatur, si autem recollegit vltra decem, vel vltra dimidiam, putà 12. tunc soluit totam pensionem, patitur damnum de 8. quæ non sunt dimidia, nec vltra dimidiam, vnde

dicitur potius exiguitas, quam sterilitas, & tale
damnum pertinet ad colonum, & nihil debet
diminui de mercede; sequitur Abb. *& alij in d.
cap. propter. Abb. 3. colum. versi. tertia opini. numero
13. loca.*

Et debetur remissio mercedis, quocunque ca-
12 su sequatur † sterilitas, mndo veniat per vim, cui
resisti non possit, per verba tex. *in d. l. ex conducto.
§. si vis ff. loca. ibi, Omnem vim, cui resisti non potest, do-
minum colono præstare, debere Seruius ait.* vnde om-
nis casus, cui non potest resisti vel veniat potentia
diuina, vel humana in remissione facienda de-
bebit à domino præstari colono, vt per Bart.
in d. §. si vis. qui dicit, quod hoc est contra dictum
gl. in l. damnum. C. locat. quæ dicit, quod locator
tenetur de diuina tantum vi, non autem de huma-
na; qund tamen est contra tex. *in d. §. si vis.* vbi text.
inter casus præstandos per dominum colono e-
numerat incursus hostiles, & sic vim humanam;
vnde Bar. ibidem intelligit text d. l. damnum. vt
loquatur in rebus coloni tantum, in quibus dam-
num cnntingens non præstatur à domino, nec ab
eo fit remissio, puta in fructibus non pendenti-
bus, qui spectant ad dominum, & pro quibus te-
13 netur ad mercedis præstationem; sed † in recolle-
ctis, & à solo separatis, qui sunt coloni, & pro qui-
bus dnminus nullum subire pntest periculum re-
missionis, idem Bar. in d. l. damnum. vbi Bal. sed
melius per Bald. *in d. l. licèt. versi. tertio. oppo. C. locat.*
vbi declarãdo *l. dãnũ.* dicit, quod ibi dãnũ accedit
in reb. coloni, merito si à domino pro dicto dãno
non fit remissio, quia fructus pendentes domini
sunt, *l. si apes. §. j. ff. de fur.* subdens, Et ideo si colo-
nus fructus percipisset, & eodem casu amisisset
eos, non fieret remissio, quia damnum contigisset
in rebus coloni, iam enim fructus sui facti sunt, *l.
si seruus. §. locaui. ff. de fur.* sed donec pendent in a-
gro, damnum contingens in eis contingit in re
domini, & ideo nocet domino, quia carentiæ sunt
14 † habentium, sicut priuationes habituum, *l. Titio
vsusfructus ff de cond. & demon per Bald. ibidem*; vbi
subdit in materia. Et adde, quod colonus non fa-
cit fructus suos, nisi sit soluta merces, aut habita
fides de mercede, gloss. *d. §. locaui clarè per Imol. d.
c. propter extrà locat. col. 5. versi. sed certè.* vbi dicit;
15 quod incursus latronum † annumeratur inter ca-
sus, qui præbent colono potestatem petenti re-
missionem. nec obstat, inquit, text. in *d l. damnum.*
quia potest intelligi, quando damnum datur in
fructibus iam recollectis, & sic à terra separatis,
quia tunc si corrumpuntur, aut vi hostium aufe-
runtur, postquam sunt recollecti, dominium ip-
sorum, erat coloni, *l. si illas. §. 1. ff. de fur.* &c. secus,
quando fructus non erant recollecti; sed penden-
16 tes, quia tunc † interim non sunt coloni, *l. fructus
pendentes. ff. de rei vend.* Ideo, subdit, si propter ca-
sum fortuitum contingentem afficitur colonus
magno incommodo, benè debet fieri remissio,
Bart. *in d. §. si vis. vbi summat* text. si propter casum
contingentem in fundo, vel fructibus, antequam
separentur à solo, fit remissio; si damnum sit into-
lerabile, secus sit, si contingit in fructibus iam col-
lectis. sequitur Paul. de Castr. *in dicto §. si vis.* vbi di-
cit, quod plura requiruntur, vt talis casus inducat
remissionem, puta, quod sit casus insolitus, quod
afferat magnum incommodum, quod contingat
ante separationem fructuum à solo subdens, Po-
test etiam dici idem, si erant separati à solo, non
tamen portari domum, vt segetes in paleis, si ignis
est immissus, & omnes abstulit, vt hic dicitur de
exercitu auferente.

SVMMARIVM.

1 *Remissio non debetur colono, si actum est per pa-
ctum, vt sterilitas ad colonum pertineat.*
2 *Remissio non debetur, si sterilitas contingat culpa co-
loni.*
3 *Remissio non debetur, si colonus dimisit agrum in-
cultum.*
4 *Remissio non debetur, quando fit compensatio cum
vbertate sequentis, vel præcedentis anni.*
5 *Lex in singulari loquens propter identitatem ratio-
nis resoluitur in pluralitatem.*
6 *Annus fertilis quomodo compensetur cum sterilitate
anni præcedentis.*
7 *Venditori decepto vltra dimidiam iusti pretij
quomodo iustum pretium suppleatur, item & colo-
no.*
8 *Colono tota remittitur pensio, si deductis sumptibus
nihil de fructibus percipit.*
9 *Colono partiario nulla debetur remissio.*
10 *Fundus pluribus modis locari potest.*
11 *Quod tempus sit attendendum in facienda remissi-
one mercedis.*
12 *Chasmositas est ruina versus abissum.*
13 *Remissio non debetur ob fructuum vtilitatem.*
14 *Remissio non debetur ob quamcunque fructuum
paucitatem.*
15 *Remissio non debetur propter defectum possessionis,
vt quia vinea est vetusta.*
16 *Tempestas grandinis in agro Placentino quotannis
est solita euenire.*
19 *Remissio mercedis debetur etiam ex contractu stri-
cti iuris.*
18 *Contractus innominatus iudicatur secundum na-
turam illius contractus, cui assimilatur.*

CAP. II.

SEd multi sunt casus, in quibus dominus non
tenetur remittere colono propter casum, &
vim, cui resisti non potest, quia pluries illa re-
gula limitatur. Primo namque fallit, † si inter lo- 1
catorem, & colonum sit conuentum, quod sterili-
tas spectet ad colonum, & quod propter sterilita-
tem non teneatur præstare aliquid dominus,
tunc dominus non remittit colono, est casus
*in l. licèt. Codic. locat. l. si quis fundum. in princ. ff. eod.
tit.*

† Secundus casus est, quando sterilitas contin- 2
git culpa, & defectu coloni, quia tunc nulla debe-
tur remissio. videtur casus *in cap. propter. extrà loca.
per verba text. ibi, Siue culpa coloni, &c. per tex. in l. si
merces. §. culpa autem. ff. eo.* est enim æquum dam-
num, quod culpa conductoris venit, id à locatore
non præstari.

† Tertius casus est, cum colonus dimisit agrum 3
incultum, & sine cultura, & illo anno contingit
sterilitas: nam potest dici sterilitatem intulisse,

cum

cum non fuerint percepti fructus, nec nasciturі, ex quo ager fuit incultus. *l. ex conducto. §. cum quidam ff. eo. locat.*

4 † Quartus casus est, quãdo fit compensatio cum vbertate sequentis, vel præcedentis anni, quando proximè præcedens, vel subsequens annus habuit vbertatem, per text. *in d. cap. propter extrà locati.* vbi casus in fine. hosmet casus enumerat Barto. *in d. l. si merces. §. vis maior nu. 6.* Idem videtur etiam dicendum, licèt annus sit alius, quàm proximè præcedens, quia cum illius vbertate sterilitas cõpensabitur, modo sit annus illiusmet locationis, per doctrinam Hostien. *in Summa §. qua ad actiones. eo. tit. per Io. de Imo. in d. c. propter. col 5. vers. quid autem.* dicens, quod licèt prima facie videatur dicendum, quod non, quia tex. d. c. propter. loquitur in singulari de vbertate anni præcedentis, vel. sequentis, tamen D. Hostien. *d. loco* id videtur tenuisse, quia est eadem ratio, & per consequens i-
5 dem ius debet statui. & tex. in † singulari loquens propter identitatẽ rationis debet resolui in pluralitatem, sicut è contrà plurale resoluitur in singulare quandoque ratione suadente, *l. 3. §. negotia. ff. de neg. gest.* Innoc. *in d. c propter.* tenet contrarium sed, inquit Imol. ratio Host. est ratio iustior, & nobilior. & Bal. *in d. l. licèt vers. 10. quaro.* vbi quærit, quis sit iste annus, qui supplet vicem alterius. & respondetur quod præcedens est suppletiuus, sequens est suspensiuus, donec venerit, & tunc cum venerit supplebit, & si Dominus supplet, & post sequatur annus fertilis, quod suppleuisse non nocet Domino, videtur tenere cum Innocẽtio, quãuis potest dici, quod Bal. non loquatur in isto casu: subdens Imola, Sed quod dicitur, quod sterilitas debet compensari cum vbertate præcedentis, vel subsequentis anni, habet locum, quando annus vbertatis, & annus sterilitatis continentur sub eademmet locatione, & sunt anni vniusmet locationis, vt per Bald. & Sal. *in d. l. licèt. Cod loc. idem dicit Bald. in d. l. licèt. d. loco in illis verbis,* Et hæc vera sunt in eadem conductione, & in eodem contractu, &c.

6 † Vbertas vero, & annus vber, aut fertilis suppletiuus damni propter sterilitatem, secundum Paul. de Castr. *in d. l. ex conducto §. si vis tempestatis. ff loc. in fi* esse videtur, quando aliquid percipitur vltra pensionem, putà, pensio est 20. percipitur vltra viginti, omne illud, quod vltra percipitur, compensatur, cum sterilitate anni præcedentis, vt per eundem Castr. *ibidem, Saly. in d. l. licèt. Cod. loc. versicu. quaro secundo.* quod vbertas, & annus vber tunc esse dicitur, qui sterilitatem supplet, quando aliquid percipitur vltra illud, quod omni anno solitum est percipi, & cum illud plus, quod percipitur, quantum esse debeat, non sit à lege determinatum, relinquitur iudicis arbitrio, & in vulgi opinione. Melius idem Saly. *in l. si vno. in prin versicu. nunc quaro. ff. loc.* vbi inquit, concludo vbertatem esse, quando vltra consuetum non modicum, sed multum percipitur, relinquendo tamen hoc in iudicis arbitrio, & vulgi opinione; vnde vbi videbitur iudici, quod non multum sit perceptum, illud erit lucro conductoris, & nõ dicetur vber annus, sed lucrosus, & sic non dicetur vbertas suppletiua sterilitatis.

Et secundum Bald. *in d. l. licèt.* tunc censetur vbertas damni suppletiua, quando coniunctis annis locationis neuter de dictis annis dicitur sterilis; vel secundum Nico. de Mata. quem alleg. tunc intelligitur, quando percipitur vltra communem modum tantum quod exinde possunt suppleri expensę factę in anno sterili, & solum pẽsio anni sterilis & postremo cõcludit, quod tunc demum intelligatur esse vbertas, quando confusis annorum reditibus factis calculis introitus, & exitus, apparet, quod colonus non remanet deceptus vltra dimidiam iusti pretij, quia si vniuersa locatione inspecta emergat damnum tolerabile, id est, quòd non sit vltra dimidiam, quod tunc nulla debeatur remissio; secus, si sit intolerabile, putà vltra dimidiam iustæ mercedis: dat exemplum, puta, quod in vno anno nihil in frumento collectum est, in oleo autem suppletum est, cum totius anni vnus fructus sit, *l. diuortio. §. quod in sementem. ff. sol. mat.* quia velamine vbertatis sterilitatis opitulatur, secundum gl. *in l. si vno. ff. loca. & l. licèt. C. eo.* vbertas debet esse excedens duplum illius, quod est consuetum percipi. Et per Ioann. Andr. *in d. cap. propter. extrà locat.* habetur, quòd tam circa vbertatem, quam sterilitatem statur communi opinione vulgi.

Sed vbertas tunc in effectu esse videtur, putà, quando est consuetum de fundo percipi triginta, & sunt percepta quadraginta, illa decem plus faciunt vbertatem, & compensantur illa decem cum sterilitate, ista videtur esse opinio Imol *d. cap. propter.* quæ secundum Aegid. *Boss. in tracta. de remis. mercedis conduct.* videtur magis approbanda, vt per eundem sub *numer. 25. versicu. hanc opinionem. cum seq.* quæ concordat cum opinione Salyceti, quæ opinio videtur * communiter per Doctores recepta, vt ibi per eum. Et secundum Franc. Lucan. *in tract. de fis. & eius priuileg. 4 par. sub numer 9.* vbertatem dicimus, quando vltra frequentem, & regulariter consuetum percipitur, & inquantum hoc vltra sese extendat, est arbitrio iudicis ad vulgare opinionem recurrendum, allegat Bald. Cyn. *& alios in d. l. licèt.* Sed Imola vbi suprà in versi. vnde iuxta prædicta. declarat benè, vt si sit consuetum percipi 30. corbes, & anno præcedenti sint percepti 40. in anno sequenti 10. illa decem percepta, in d. anno præcedenti, quando fuerint 40. percepta, contribuentur cum illis decem, quæ sunt percepta in d. anno sequenti, vnde remanebĩt sterilitas tantum in alijs 10. & sic in tertia parte illius, quod est consuetum percipi, ad quod consuetum semper fit remissio; vnde pro illa tertia parte fiet remissio. Subdens Imola ibi, quod sicuti si † vendi- 7
tor est deceptus vltra dimidiam iusti pretij, non sufficit, quod emptor tantùm suppleat, vt venditor non reperiatur deceptus vltra dimidiam, sed oportet, quod suppleat totum iustum pretiũ; ità, inquit, dicam in proposito; si reperitur colonus deceptus vltra dimidiam eius, quod cõsueuit percipere, debet fieri remissio in toto eo, quod reperitur deceptus vltrà, & non debet sufficere, quod restauretur taliter, quod non censeatur vltra dimidiam deceptus: sicut nec sufficit in contractu emptionis, & venditionis, cum eadem ratio sit vtrobique,

trobique,& eiusdem etiam regulæ regulantur, *l.1. & 2.ff.locat.* Et concludendo idem Imola declarat,
8 quomodo pro rata fieri debet remissio, quia † si deductis sumptibus factis colonus nihil de fructibus percepit, tunc venit remittenda tota pensio, quia ista est eo casu congrua rata remissionis, ex quo nihil fuit perceptum, arg. *l.illud.§. minus ff de tribut.* Si autem aliquid fuit perceptum per colonum,& illud perceptum sit tantum, quod ascendit ad dimidiam illius, quod percipi cõsueuit, tũc non censetur sterilitas, quia damnũ non transcendit dimidiam introitus consueti, ideo non est tractandum de remissione eius, cuius casus nõ venit, nisi cum contingit colonum damnificari in magno incommodo,& in damno intolerabili,& sic vltra dimidiam, secundum iura.

Si autem aliquid sit perceptum, & illud sit minus dimidia eius, quod consueuit percipi, tũc fiet remissio pro rata; puta, si sit cõsuetum percipi 30. & 10. solùm sunt percepta, quia tunc est sterilitas in duabus partibus de tribus,& in 20. de triginta fiet remissio pensionis pro rata,& sic pro duabus partibus pensionis,& per consequens solùm pro tertia parte soluetur pensio, id est, colonus soluet tãtùm illa 10. viginti remittuntur, si pensio sit 30.

Si vero consuetum est percipi 15.& sunt percepta sex, de quibus sex quinque faciũt tertiam partem 15. soluetur pensio pro tertia parte,& vna corbes vltra tertiam partem pro 5. par. vnius alterius tertiæ partis, & pro 4. partibus vnius tertiæ, in quibus est sterilitas,& sic pro alia tertia, in qua similiter est sterilitas, fieri debebit remissio mercedis,& sic in effectu solum tertiam partem mercedis soluet colonus, & vnam quintam partem vnius tertiæ partis in residuo, & idem in similibus. Subdit Imola, Et ex supradictis potest inferri, quod aliud est, quando agitur de vberate ad finem, vt augeatur pensio, quia eo casu nunquam est vbertas, nisi sit perceptum id, quod est consuetum, & etiam vltra hoc dimidia eius, quod consueuit percipi; secus, si solũ dimidia, vel minus vltra fuerit percepta. Et aliud est, quando agitur de vbertate vnius anni fertilis compensandi cum sterilitate alterius anni sterilis, quia tunc satisest, quod vltra solitum aliquid sit perceptum, etiam si nõ sit vltra dimidiã illius, quod percipi consueuit, sed solũ dimidia, vel minus vt per Imol. *d.loco.* Faciunt pro istis, quæ habentur per Ang. *cons.311. Alex.cons. 3.& cons.112.1.vol. & cons.107. vol 3. Bald.cons. 182. & 329.vol.1.& Capol.cautela.48.* in quibus locis habetur quando, qualiter,& pro quo damno, vel quasi debeatur remissio.

Et aduertas secundum Imo. *d. loco,* quod dicta de mercedis remissione intelliguntur habere locum in colono, qui habet prædium conductum pro certa annua mercede pecuniæ, qui dat mercedem respectu redituum, quos recipit, quia talis benè propter cladem in fructib⁹ datam, & sterili-
9 tatem põt petere remissioné, sed secus, † si colonus sit partiarius, scilicèt, qui habeat fructus ad partẽ, & qui recipit fundum colendum ad medietatem fructuum, quia tali nulla debetur remissio, sed tenetur præstare medietaté fructuum tempore sterilitatis, sicut tempore fertilitatis, *l. si merces. §. vis maior. ff locat.* tunc enim tam locans, quam conducẽs pro rata sua portabit onus, quia inter eos quodammodo in fructibus percipiendis est contracta quasi quædam societas, vt per Imo. versic. & aduerte, quia dicit Bart. *in l. si merces. §. vis maior. versic. 3. not.* quod inter colonum partiarium, & seu mediarium, & Dominum non est propriè locatio, sed societas, vnde, inquit, dic, si fundus locatur ad partem fructuũ, est societas, quia Dominus ponit terram, alius in quærendis fructibus operam: aut fundus † locatur certa mercede consi- 10
stente in pecunia,& est propriè locatio: aut cõceditur ad mercedem certam non in pecunia, sed in vino, frumento, oleo, tunc est contractus innominatus æquiparatus locationi. Idẽ habetur per Abb. *in c.propter.vers.in ea.gl.extrà loc.* vbi dicit, quod qui colit agrum conductum mercede constituta non in pecunia, sed in alia specie, putà pro modico frumenti, tunc illa non est locatio propriè nisi interueniat pecunia numerata, sed est quasi locatio, sed in casu nostro iudicatur quasi locatio propter vicinitatem,& similitudinem. & paulo post Bart. *d. loco,* quòd attento, quod inter Dominum,& colonum partiarium est contracta societas, quòd inter eos non agitur ex locato, vel conducto, sed est agẽdum actione pro socio, & talis contractus non trãsit ad hæredem coloni, sicut nec transit societas; si locatur ad pecuniam, tunc agitur ex locato, quia est verè locatio.

† Et in facienda remissione mercedis quale tẽ- 11
pus attendi debeat, tempus ne contractus, an verò tempus recollectionis fructuum, Bar. *in d.§. vis maior.* dicit; ex quo censentur à principio vẽditi fructus nasciturі, quod ob hoc debet attendi tempus contractus, sed cum in casu nostro sit attendenda bona fides, quæ non patitur, vt colonus magno afficiatur incommodo, & dimittatur damnificatus vltra dimidiam iusti pretij, videtur, quod opinio Bart. non procedat, quando attendendo tẽpus cõtractus resultaret illa dãnificatio, sed quod potius sit considerandũ secũdum bonam fidem, ideo nõ tempus contractus, sed tẽpus collectionis fructuũ, per Io. de Imo. *d.c.propter.3.col.vers. sed aduerte, & per Fulgos.d.§. vis maior. & per Aegid. Bos. in tract. de remis.merced.conduct.nu.9.vers.secundò quæro.*

Doctores pro illi⁹ declaratione in materia multimodè quærunt,& præsertim idem Imola *in d.c. propter col.6.vers. quandoque.* quid si colonus petat remissionem in casu casmositatis, quæ est † ruina 12
versus abissum, qua ruina, terræ motu, vel ruinositate fundus locat⁹ perijsset,& videtur quod debeat fieri remissio, per tex. qui dicit expresse *d.l ex conducto.§. sed si ager. ff. locat.* Si verò colonus † allegat 13
fructuum vtilitatem, vt quia parum valeant, licèt sint in magna copia percepti,& eo casu frustrà petit remissionem, quia tunc non potest dici fuisse sterilitatem, sed potius fertilitatem,& abũdantiã, idem erit, si petat sibi remitti allegãdo fructuum vitiositatem, vt quia non sunt ità boni, vti esse cõsueuerũt, vt quia fortè vinum est magis acerbum, quàm esse consueuerit, vel frumentum non est fortè ità benè vnitum, sicut esse cõsueuit, vel malè granitum,& tunc parimodo non potest peti remissio, *d.l. si vno.§. cum quid.& l. ex conducto. in §. j. &*

tatio

ratio est, vt per Bar. in d. §. vis maior. quia fructus sunt
14 collecti. Aliquando † colonus allegat fructuum paucitatem, & tunc si paucitas non est tanta, quæ inducat sterilitatem, quod qualiter fiat diximus sup. ne afficiatur colonus magno incommodo, non conceditur ei remissio, *d. §. cum quid. d. l. si v-*
15 *no.* nec† pari modo ei debetur remissio, quando illam petit propter defectum possessionis, puta vinea est vetusta, & propter vetustatem non fructificat, aut parum fructificat, *per tex. in §. 1. d l. ex conducto ff. eo. vt per Imolam ibidem.* Nec pariter datur remissio, si euenerit sterilitas consueta, de qua
16 pars verisimiliter sciuisse potiuit, vt † euenit in grandine in partibus Lombardię in agro Placent. quæ quia quotannis est solita, vt audio, ideo non requirit remissionem, *d. l. ex conducto. §. sed si ager. & §. seq.* sed secus, si veniret præter solitum, & cõsuetum, & taliter quod de eius qualitate verisimiliter inter contrahentes non possit dici cogitatũ, per Alb. *in d. l licèt.* qui dicit, quod in Lõbardia ꝓpter grãdines non fit remissio, quia, inquit, sæpè accidunt, per Aegid. Boss. *d. suo tracta. de remiss. merce. conduct. numer. 89. versi. tertia est fallen in Lombardia.* vbi etiam dicit, quòd si solis calor nimis feruens non assuetus accedat in aliquo anno in ciuitate Mediolani, quod res componitur, *vt ibi per eum.*

Nec minus ei debetur remissio, si colonus allegat fructuum vitiositatem, quia fructus percepti sunt corrupti, *d. l. ex conducto. §. si qua tamen vitia.* Et quod dictum est in casibus remissionis facien-
17 dæ, procedit, etiã † si non simus in contractu simplicis locationis, & sic in contractu mero bonæ fidei, sed immo etiam si simus in contractu locationis, qui transiuerit in stipulationem, & in contractu stricti iuris, quia illa stipulatio, quæ est subrogata loco contractus bonæ fidei, debet trahi ad materiam actionis bonæ fidei, *l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.* Immo etiam si contractus locationis transiuerit in contractum innominatum, do, vt facias, vel facio, vt des, quia contractus
18 innominatus † debet iudicari secundum naturam illius contractus nominati, cui assimilatur, *l. 1. §. si quis seruum. ff depos. l. naturaliter. ff. de præscrip. verb.* modo tamen translatio facta de locationis contractu in stipulatione, & transfusio vnius contractus in alterum non sit facta animo nouandi, quia tunc esset magnum dubium, per Imolam *d. c. propter. colum. 5.*

SVMMARIVM.

1. *Multi enumerantur casus, in quibus remissio mercedis fit.*
2. *Vis omnis, cui resisti non potest, parit casum remissionis.*
3. *Colonus tenetur de casu fortuito, si actum hoc sit.*
4. *Colonus, si suscepit casum, & casu eueniente substantia rei deficiat, non remanet obligatus.*
5. *Colonus non tenetur de casu fortuito, si casus locatoris culpa eueniat.*
6. *Periculi susceptio non intelligitur, si culpa locatoris procedat.*
7. *Remissio non fit, quãdo sterilitas præsumitur ob iram Dei euenisse.*
8. *Suscipiens in se periculum casuum nõ tenetur de casu insolito.*
9. *Casus quando dicatur casus insolitus, de quo non præsumitur cogitatum.*
10. *Suscipiens etiam non præuisum nõ tenetur de casu, de quo etiam prudentissimus non cogitasset.*
11. *Clausula generalis comprehendit similes expressis.*
12. *Suscipiens in se periculum, an videatur suscepisse etiam alterius casus periculum habentis maiorem rationem.*

CAP. III.

MVLTI autem casus, in quibus fit remissio habentur enumerati *in l. ex conducto. §. 1. ff. locat.* quando † tempestas calamitosè con- 1
tingit, casus fluminis, casus graculorum, & sturnorum, casus incursus hostium, casus quando tabes facta est, quæ est ruina, quæ cœli vitio prouenit, vt tempestatis, pruinæ, vermium ex aeris intemperie prouenientium, vt locustę edaces, & alij vermiculi, niues immoderatæ, vt in *l. licèt. C. eo. tit. locat. per gloss. ibi in verb. lue.* item vredo, id est, ventus fructus vrens, in riparia nostra Orientali Liguriæ vulgò appellatur il Garbino, qui vt quidam ignis vrit, per gloss. *allegat. §. 1. vbi Bald.* solis feruor non assuetus, *d. §. 1.* terræmotus, qui pro parte, pro qua contingit, parit conductori remedium remissionis, per Bart. *d. l. merces. §. vis maior.* item incendium *vt §. si l. ex conducto.* Verùm quia multi alij casus esse possunt, & possunt contingere, quos esset enumerare, & explicare impossibile, ideo ad dignoscendum eos, & pro declaratione illorum, vt antè etiam dixi, per Iurisconsultum tradita est regula generalis *ibidem.* per quam contingentia casuum huiusmodi nobis esse nota de facili poterit; Quod
† omnis vis, cui resisti non potest, parit casum re- 2
missionis faciendæ & remissionis petendæ colono. *d. §. 1.* vnde habes, quod si vis, sit cui possit resisti, puta vis, vel casus, per quem vitio rei cõductę, cui posset occurri, euenit sterilitas, non procedit causa remissionis. Sed secus est, si aliter inter par-
tes sit actum † quia benè colonus tenetur de casu 3
fortuito, si sit actum, Barto. *d. § vis maior.*

Vnde videtur, quod propter contingentiam casus fortuiti occursi diuina, vel humana fortuna, cui occurri non potuit, si sit sequuta sterilitas, quod remissionis beneficium colono debetur. Sed si conductor lege contractus suæ conductionis obligatus sit præstare casus fortuitos, in præiudicium petendæ remissionis non tenetur indistinctè præstare omnem casum, nec ad omnes casus præstandum est obligatus, quia si quis
† suscipiat in se casum fortuitum præstandum, & 4
casu eueniente rei substantia deficiat, ex tali obligatione non remanet conductor obligatus, per doctrinam Bald. *in d. l. licet Cod. locat.* vbi ponit de molendino conducto in flumine Tyberis, quod impetu fluminis fuit destructum, pro quo petitur per locatorem pensio, quia licet locator contra conductorem negantem se teneri, quia casmate perijt, & est destructum, replicet hoc nihil esse, quia

quia scire debuit fluminis Tyberis naturam, & vitium loci, quia in arena erat locus mobilis, aptus ruinæ, tamen quia casma est in substantia rei conductæ, dicit non teneri, quia pro re, quæ non est, non debetur pensio, vel merces aliqua, dicunt verba tex. *in d. l. ex conducto. §. 1.* ibi, Sed si ager terræmutu ità corruerit, vt nusquam sit, damno Domini esse. oportet enim præstari agrum conductori, vt frui possit, per Bar. *in l. si vno. §. vbicunque. & per eundem in l. si merces. §. vis maior ff loca.*

5 † Nec pari modo conductor ad præstationem casos fortuiti tenetur, si casus venit culpa Domini, vel locatoris, & culpa dicitur, siue facto iniusto aduersarij, siue iusto id obuenerit, pone, vel quando locator iustè infert bellum, vel iniustè eidem locatori infertur, latè per Rip. *in tractat. de peste, part. 2 de priuilegi. contract. caus. pest. nu 89. vers. secunda restrictio. Bart. in l. cotem ferro col. 2. ff. de publica. idem Bar. in d. l. si vno. §. item cum quidam.* vbi dicit; qood casus contingens ex parte locatoris, propter quem impeditur vsus conductoris, inducit repetitionem mercedis. per Corne. *cons. 12. col. 3. vol. 4. & cons. 38 quoniam. col penul. vol. 2.* est factum consilium Alex. *in cons. 84 in 6. vol. incip. ponderatis.* vbi latè; quod susceptio periculi non intelligitur, si
6 procedat facto, vel culpa locatoris. Vnde † etiam si locator nihil faciat, tamen cum interpellatus potuit resistere, & obuiare, & non restitit, tenetur, per Corneum *d. cons. 12.* Immo vt per eundem Rip. *d. tract. de peste, vbi sup. nu 34. & seq. vers. aduerte tamen.* ponitur alia limitatio ad remissionem mercedis non faciendæ, præcedente culpa conducto-
7 ris, puta, † quando conductor non solueret decimas, quia præsumitur sterilitatem obuenisse ob iram Dei, *c. reuertimini. 16 q. 1 gloss Perus. & Gemin in c. 1. decim in 6.* & ideo si inquilinus, in cuius domo tantum pestis irrepsit, est vir sceleratus, vsurarius, blasphemus, sodomita, aut aliàs notorie vitiosus, sibi esset deneganda remissio. sequitur Imola, qui idem dicit *in dicto c propter. col. 12.* vbi dicit; aliud esse, quando decimæ non soluerentur ex consuetudine.

8 † Et pari modo conductor suscipiens, in se periculum casuum non tenetor, quando casus euenit insolitus, per Doctor. *in §. quæsitum. l. sed & si quis. ff si quis caut. adductos per Rip d. tract. de pest nu. 97.* vbi dicit; quod est * cõmunis opinio Doctorũ *in d. §. quæsitum per text. in l fistulas. § frumenta. ff. de contrahen. empt.* non enim præsumitur cogitatum de
9 tali casu, vbi etiam per d. Rip. habetur, † quando dicatur casus insolitus, de quo non præsumitur cogitatum, pro quo videre est Dec. *cons. pen. col. 7. Alex cons. 107 3 vol. Corne. d. cons. 12. & cons. 182. in hac consultatione. Bald. cons. 145. 3. vol & cons. 147. Ange. cons. 176. Anan. cons. 76. Bal. cons. 119. 3. vol. cons 79. vol.*
10 *5.* † Id quod intantum procedit, quod non teneatur de casu fortuito insolito, etiam si conductor susceperit in se omnem casum fortoitum, tã præuisum, & cogitatum, quàm non præuisum, nec cogitatum, quando occurrit casus, de quo nullus etiam prodentissimus cogitasset, per Corne. *cons. 23. 2 vol.*

11 † Et si qois suscepit in se aliquem specificum casum fortuitum præstandum cum adiecta clausula generali. Et omne aliud periculum. Ripa *d. loco num 77.* dicit; * communem opinionem Doct. esse, vt omnis casus similis expresso compræhendatur, vbi Ripa declarat, quis casus dicatur similis, vel maior, vel minor, nimirum *num 78. & seq.*

Et an suscipiens in se vnius casus periculum,
videatur suscepisse in se etiam alterius casus peri- 12
culum habentis maiorem rationem, videri potest per Ancharan. *consilio 150.* Et quid sit, vel dicatur, casus fortuitus, & improuisus, videri potest per Cæpol. *consilio 33. col. 3.*

Et quando conductor suscepit in se periculum casus fortuiti, Ripa *in d. tract. de peste, vbi sup. num. 81. versi. ex ista ratione infertur* dicit; quod tenetur etiam si culpa aduersarij præcedat casum, & casus contingentiam, culpa tamen in non faciendo: quia satis est, vt aliquid operetur; tamen, inquit, minus debet operari, quàm fieri possit.

SVMMARIVM.

1 *Locatio ad non modicum tempus transfert vtile dominium.*
2 *Emphyteuta an debeatur remissio mercedis ob damnum, vel iacturam.*
3 *Remissio non fit in pensione emphyteutica, quæ soluitur respectu dominij tantùm.*
4 *Sterilitas quocunque fructuum non tribuit spem remissionis emphyteutæ.*
5 *Emphyteuta si propter guerram colere fundum non potuit, an teneatur soluere pensionem.*
6 *Remissio mercedis pedagij an ob guerram debeatur conductori.*
7 *Empta rei periculum quodcunque contingens pertinet ad emptorem.*
8 *Conductor videtur quodammodo emere rem, quam conducit.*
9 *Solutio pedagij, si non est distincta annuatim, arguit venditionem.*
Solutio verò annua arguit locationem, vt nu. 10.
11 *Venditio iure percipiendi fructus plurium annorum periculum spectat ad emptorem.*
12 *Quid si decem corbes frumenti nascituri ex certo fundo emantur?*
13 *Quid si vendantur fructus futuri ex certo fundo pluribus annis?*
14 *Si quis emit fructus vnius anni, attenduntur verba contractus.*
15 *Fructus pendentes si emantur, periculum est ipsius ementis.*

CAP. IV.

DICTA verò superius, quod debet fieri remissio mercedis ob sterilitatem in locatione, intellige, si locatio est facta ad modicum tempus, & sic pro minori tempore 10. annorum, quia si sit facta ad longum tempus, puta vltra 10. ann. tunc est
maius dubium an debeat fieri remissio, quia in ta- 1
li locatione transit vtile dominium. *l. 1. & 2. ff si ager vectig.* qood non est in locatione ad modicum tempus, *l. non solùm. ff. loca.* vnde idem videtur dicendum in conductione ad longum tempus, quod dicitur in emphyteuta, vt per Imol. *in c potuit. colum. 22. versicul. aduertendum tamen locat.*
Sed quid in emphyteusi, vel contractu 2
em-

emphyteutico, an potest, vel debet in casum iacturæ, vel damni remitti merces? Et videtur, quod per Doctor. maximè Canonistas *in doc. potuit, extra locat.* distinguatur, quod aut emphyteusis, vel pensio emphyteutica præstatur, vel soluitur habita consideratione ad fructus, & prouentus rei emphyteuticæ, & fructus, qui percipiuntur, & sic quando pensio est multa, vel magna habita consideratione ad quantitatem fructuum; & eo casu videtur, quod in damno, & magno incommodo, quod emphyteuta talis patitur, debeat habere locum remissio mercedis, de qua suprà videtur dicere verbis expressis Bart. *in l. j. oppe. 2. Codic. de iure emphyt. vbi Ias. colum. 4. numer. 17. & seq.* qui dicit etiam alios id tenere, excepto Saly. tenet Alex. *consi. 112. vol. 1. Barb. consi. 14. col pen. vol. 2. Aret. consi. 55. incip. in causa mihi proposita.* vnde etiam in locatione ad longum tempus idem videtur habere locum, licèt transferatur vtile dominium, quia pensio conuenta est correspectiuata ad fructus, qui ex re locatá percipiuntur, Aretin. *vbi suprà. & per Ias. d. l. 1. col. 5. num. 21. & per eundem in Auth. qui rem. C. de sacrosanct. eccl. colum. 2. sub numer. 3. versic. item ex prædictis.*

3 † Si vero præstatur pensio emphyteutica non respectu fructuum, sed recognitionis dominij tãtùm, & tunc, vel sit datum damnum in re, vel sit sterilitas in fructibus, nullo modo venit facienda remissio, quia propter damnum rei emphyteuticariæ non liberatur emphyteuta à pensione, nec à parte pensionis, nisi tota res perierit, *arg. l. 1. Cod. de iur emphyt. & dicit Abb. in d. c. potuit. col. fi. nu. 16. versi. ex ista gloss.* habes quod hæc opinio est * communior. Et est, inquit, ratio, quia emphyteuta soluit pensionem dominij directi remanentis penes dominium, ideò quandiù durat substantia, semper subest causa soluendi pensionem. Et Bart. *in d. l. 1.* dicit hoc verum, quando emphyteuta potuit colligere tantum, quantum sufficit ad pensionis solutionem. Sed dictum suum Bart. nullo iuris adminiculo fulcit: & Spec. *in §. nunc aliqua. de emphyteusi, vers. 135. tenet contrarium, ibi:* Alij dicunt, & meli', quod emphyteuta, licèt etiam perierit res emphyteutica casmate, vel clade vltra medietatem, totam pensionem soluere debet, ex quo non ipsa rei substantia penitus læditur, vt dicit tex. *in §. adeò. in fin. Instit. de locat. & conduct.*

4 † Et pari modo si contingat sterilitas in fructibus rei emphyteuticæ quamtumuis magna, soluit emphyteuta pensionem integram sine spe aliqua remissionis sibi faciendæ. quia dicit Abb. *d. loco, vers. 2 conclusio. num. 17.* quod propter sterilitatem contingentem in fructibus quantumcunque maximam non fit remissio emphyteutæ propter damnum, licèt aliud sit in colono; sed emphyteuta soluit in recognitionem dominij. Et ratio diuersitatis est coloni, & emphyteutæ, quia colonus videtur conduxisse sub tacita conditione fructuum futurorum, & ideo deficientibus fructibus fit remissio pro rata, & emphyteuta soluit in recognitionem dominij, & propter hoc emphyteuta solet minus soluere, quàm colonus. vnde ad vtranque conclusionem, dicit *Abb. vbi supr.* solent dari versus; Si res perit tota, liberabitur emphyteuta; Sed si pro parte, nulla liberabitur arte. Subiungit ibi Abbas, quod si fundus † concessus in emphyteusim non potest coli propter guerram, licèt aliqui dicant, quod emphyteuta talis fundi non tenetur soluere pensionem, quia talis fundus sic circumscriptus æquiparatur fundo inundato, qui nihil soluit, & est fundus deperditus; tamen quia ad hoc, vt emphyteuta nihil soluat, & sit liberatus à solutione, requiritur, vt substantia rei ipsius penitus lædatur; quod non est in casu, quando fundus ob timorem hostium non potest coli, quia & tunc ille fundus eo tempore reperiret emptorem, tamen debet emphyteuta soluere canonem, & hoc, inquit, est verum, nisi fundus esset totus captus ab hostibus, & nulla spes esset illum recuperandi. 5

§ Sed Imola ibidem tenet contrarium, qui declarando dicit, quod inundatum ab aquis censetur deperditum, donec duret inundatio, *l. si inundatione. §. 1. ff. de peric. & comm. rei vend.* ergo eodem modo, & eadem ratione debet dici deperditum id, quod non potest propter vim hostium possideri & facit, quod durante isto tempore, quo per guerram non potest coli, Dominus præstare non potest patientiam sicut non posset, quando res tota perijsset: ergo interim, inquit, non debet teneri emphyteuta ad pensionem soluendum, cui Dominus non præstat patientiam, ad quam tenetur, *tenet Bar. in l. 1. C. de peric. & comm. Ant. d. c potuit. Iac. de Are. & Cyn. in l. 1. C. de iur. emphyt. Bal. Salyc. Angel. & Ancha. d. c. potuit.*

Nec obstat, quod emphyteuta nunquam liberatur, nisi res tota perijt; quia in isto casu guerræ fictione iuris censetur interim tota perijsse, ex quo propter vim hostium patientia haberi non potest, sicut si fuisset ab aquis inundata. Nec minus obstat, quod ob sterilitatem emphyteutę non fit remissio; quia illud est, quia benè habetur patientia vtendi re emphyteutica, licèt propter sterilitatem fructus non percipiantur. Nec pariter obstat, quod emphyteuta præstat pensionem in recognitionem dominij; quia ex quo iuris interpretatione durante impedimento belli censetur tota res perijsse, quia non præstatur per Dominum patientia, nõ potest haberi recognitio, sicut nec quãdo verè res tota perijt. Vnde, inquit, concludo, quòd emphyteuta non tenetur ad pensionem, vel fictum præstandum pro illo anno, vel tẽpore, quo durante bello nihil percipere potuit; sed secus, si aliquos fructus percepisset, quia tunc pro illo anno non posset censeri res perempta, vnde non deberet fieri remissio; & est * communis, inquit, opinio, à qua non est recedendum in iudicando, & consulendo. quæ opinio mihi videtur vt magis ęqua, magis amplectenda. *

† Sed quid si aliquis emat, vel à Communitate, vel ab aliquo pedagium, vel fructus, & reditus, qui percipiuntur, & percipi possunt ex pedagio, & ex ædificijs, & ex molendinis ipsius Communitatis, vel locatoris ad decem annos pro mille floren. soluendo quolibet anno pro rata dictæ quantitatis, si contingat, quod nihil potuit percipi ex pedagio propter guerram in partibus, aut prope rẽ locatam, nec ex ædificijs, vel molendinis propter inundationem aquarum, an debeatur conductori remis- 6

remissio pro tempore, quo nihil percepit? Et licèt prima facie videatur dicendum, quod non, quia
7 cum ista sit emptio, omne † periculum, vel damnum in re empta contingens habet spectare ad emptorem, *l. 1. C. de peri. & comm. rei vend.* & contrà videatur esse locatio, ex quo annuatim aliquid debebat soloi, cum id sit propriè de natura locationis, *l. 1. C. de iur. emphyt.*

Pro declaratione istius dubietatis, & materiæ est inspicienda forma contractus, & verba contractus sub quali forma fiot prolata, consideranda: quia si sint prolata in forma, quod clarè apparet, quod fuit empto, vel quod fuit locatio, tunc secundum naturam emptionis, & locationis est dicendum: sed si sint prolata taliter, quod dubitatur de qualitate contractus, an sit venditio, aut locatio, Bart. *in q. sua. quæ incip. publicanus quidam quæ est 4. quæst. in ordine, quæ est facta in ista materia*, dicit, quod tunc ad dignoscendum qualis fuerit contractus celebratos, attenditur, & attendi debet quantitas pretij, & qualitas solutionis, id est, quando, & qualiter fiat, & fieri habeat solutio, *per not. in l. 1. §. 1. ff. de superficie. concludens Bart.* quòd si solutio fit annuatim, quia videtur contractus locationis, & conductionis, fieri debet remissio, non obstāte etiam, quod forsan in contractu; & in contrahendo verbo Emo, vel Vendo contrahentes fuissent vsi, cum latè sumpto vocabulo conductor etiā appelletur
8 emptor, cum † quodammodo conductor videatur emere rem, quam conducit, *l. si ij. qui iuncta glo. C. locat.* vnde non videtur absonum attenta qualitate dicti contractus, quod sumatur verbum Emi, pro Conduxi. Nec parimodo, quod forsan vsi fiot verbo Pretio, quod est verbum cōtractus emptionis; quia nihilominus tale verbum conuenit etiam, & conuenire potest contractui locationis; *l. qui insulam §. qui adem m. ff. loca. Az. o. in Summa C. locat. §. 1. sub nu. 2. ibi, non enim propriè.*

9 † Sed si simpliciter est factus contractus emptionis, non distinguendo, nec distribuendo aliter per annos, & annuatim solutionem pro rata annorum, sed solùm simpliciter emendo pro mille, quia attento, quod solutio non fit annuatim, est contractus emptionis, & esset emptio, non debetur aliqua remissio, quia censetur emisse potestatem percipiendi reditus ex padagio, & ex molendinis, & sic quodammodo quandam spē vt ille, qui emit iactum retis, ideo si nihil percipitur, nihil remittitur, *l. si iactum. ff. de actio. empt.* vnde id, di-
10 cit Bart. est, quia quando † solutio fit annuatim, in dubio ille contractus est censendus contractus locationis, per gl. *in l. 1. §. 1. ff. de superficie.* Sed Imola *in c. propter. col. pen. vers. nec obstat etiam prædictis, de loca.* dicit; quod id, quod dicit Bart. procederet in casu dubio, quando ex verbis contractus non resultaret clarè forma, & qualitas contractus, putà, ciuitas concessit publicano pedagium, & reditus, qui percipiuntur, & percipi possunt ex illo, & ex molendino per tempus 10. ann. pro mille annuatim soluendorum pro rata; nam tunc, cum sit facta simplex concessio, nec appareat, an sit facta vel venditio vel locatio, benè potest dici esse dubium, an sit facta vel venditio, vel locatio, & tunc procedit doctrina Bar. quod per solutionem fiendā annuatim præsumatur locatio. Idē posset dici, quando in contractu fuisset dictum, quod Communitas vendidit, & locauit pedagium, quia tunc non potest esse simul locatio, & venditio, & oportet, vel quod sit locatio, vel venditio, quod alterū dictorū verborum. Vendidit, & Locauit improprietur ex mente partiū, & ideo in dubio poterit impropriari verbum Vendidit, per rationem adductam per Bar. *per illud, quod habetur in l. Cæsar. ff. de publican.*

Sed quando simpliciter, & clarè venditur pedagium, & reditus ipsius pedagij, tunc quia ex verbis clarè apparet, quod est venditio, & contractus venditionis, & emptionis, non indigemus alia interpretatione *l. ille, aut ille, §. cū in verbis ff. de legi. & gl. in d. l. 1. §. 1. ff. de superficie.* Et debet intelligi, quando est dubium. de qualitate contractus; sed est secus, quando sumus in certis, vbi non est opus coniecturis, vulgata regula. Nec pari modo obstat illud, quod licèt sit emptio, & venditio, tamen debet iudicari secundum naturam locationis, cui assimilatur, *l. 1. §. si quis seruum ff. depositi.* quia tex. ibi loquitur, quando est contractus innominatus, qui benè debet iudicari secundum naturam contractus nominati, cui magis assimilatur: sed non est idem, quādo sumus in contractu expressè nominato venditionis per verba specifica, qui habet suam specialem naturam, secundum quam, & non aliam debet iudicari.

Subdit Imola dict. loco ex mente † Petri in ca- 11
su, quo sint venditi fructus plurium annorum pro vno pretio non distributa solutione per annos, sed simpliciter pro certo pretio, quod aut est venditum ius vsusfructus pro certo pretio; & eo casu, si aliquo tempore fructus non percipiuntur, non fit remissio, & periculum spectat ad emptorem, item si sit vendita fructuum perceptio, *l. nec emptio. ff. de contraben. emptio.* Si autem emuntur fructus ad certum † tempus pro certo pretio, & 12
tunc aut exprimitur certa quantitas fructuum, putà, si emantur 10 corbes fructus nasciturі ex fundo Serano, tunc si pauciores, quam sint venditi, nascantur, fit remissio pretij pro rata, *l. si debitores. §. 1. ff. de contraben. empt.* Aut † venduntur fru- 13
ctus futuri ex certo fundo pro pluribus annis pro certo pretio non determinata qualitate fructuū, & eo casu, si emens ex forma contractus propria eius authoritate poterat percipere fructus, & tunc, quia censetur venditus vsusfructus fundi, periculum spectabit ad emptorem sine spe alicuius remissionis; secus, si de manu vendentis, quia tunc non censetur venditus vsusfructus, ideo pro rata debetur remissio. Aut non apparet, an emptor posset sua authoritate, vel de manu venditoris percipere, & tunc, si sit dictum, Vendo tibi fruct⁹, si qui percipiantur, videtur vendita spes, vt in simili per illud, quod habetur in l. quod si in vēditione. ff. de hæred. & actio. Aut simpliciter venduntur fructus futuri, & tunc, si omnes fruct⁹ simpliciter venduntur, videtur actum, quod emptor sua authoritate percipiat, & sic videtur vsusfruct⁹ esse venditus; secus, si pars vsusfructus sit vendita, quia tunc agi videtur, quod de manu vendentis percipere debeat.

† Et si quis emit fructus vnius anni tantùm, 14
dic, in

dic, inquit, quod hoc casu debent attendi verba contractus, quia si dicitur, quod emit fructus talis anni, erit emptio, & venditio, cuius periculum à die initi contractus spectabit ad emptorem; si autem dicatur, quod conduxit fructus talis anni, erit conductio, *l. quisaxum ff. de donat.* & hoc,
15 quando venduntur fructus futuri; si autem † fructus pendentes emantur, est clarum, quod periculum est ipsius, habetur *in l. fistulas. §. fi. ff. de contrahen. emptio per Bart in l cotem ferro. §. fi. numer. 11. vers. quinto quaero ff. de public. per Imo. d. cap. propter. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuticus contractus est, cum conceditur res immobilis ad meliorandum cum annua pensione.*
2 *Canon competens quis dicatur.*
3 *Pensio iusta dicitur, quae cumulata in spatium viginti annorum ascendit ad veram aestimationem.*
4 *Feudum non datur principaliter propter pecuniam, sed propter amorem & honorem.*
5 *Emphyteuta pacta seruare debet.*
6 *Emphyteuta statuto tempore canonem soluere debet, etiam si non sit interpellatus.*
7 *Emphyteuta qua die teneatur soluere pensio mensi nihil dictum in pacto sit.*
8 *Pactum, quòd emphyteuta non possit expelli, si cessauerit in solutione, non est obseruandum.*
9 *Emphyteuta per quod tempus cessans soluere canonē expelli possit.*
10 *Emphyteuta si promisit poenam rato manente pacto, potest expelli etiam soluta poena.*
11 *Dominus propria authoritate expellere potest emphyteutam ob non solutionem pensionis, melius tamē hoc iudicis authoritate fit.*
12 *Emphyteuta lapso biennio, vel triennio iniustè possidet.*
13 *Pactum, quòd cessante emphyteuta in solutione, liceat Domino ingredi propria authoritate, quid operetur.*
14 *Iusta causa impedimenti excusat emphyteutam.*
15 *Emphyteuta ob canonem non solutum an cadat ipso iure.*
16 *Factum hominis saepè requiritur in eo, quòd fit ipso iure.*

DE SOLVTIONE CANONIS EMphyteutici.

QVAESTIO LXXIV.

CAP. I.

1 NEc est profectò inconueniens, aut à materia nostra aberrans, quod aliquid dicamus etiam de canonis solutione. Contractus † autem emphyteusis est, cum conceditur res immobilis ad meliorandum alicui; qui pro hoc dat certam quantitatem, & post se constituit daturum certam modicam annuam pensionem in recognitionem directi dominij in recompēsationem fructuum percipiendorum, gloss. in cap. potuit in verb. emphyteuta. extrà loca. Ias. *in l. 1. Cod. de iure emphyt. in princip.* vbi dicit, & tenet, quod verior opinio est, quod certa qnantitas non detur in emphyteusi, sed solùm constituatur certa modica annua pensio, Bart. *in l. si mihi. & Titio. ff. de ver. oblig. Specu. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versicu. 5.* & illa modica pensio annuatim soluenda constituta est, & appellatur canon emphyteusis, *d. gloss. d. cap potuit. Et dicit Speculat. in titu. de emphyteusi. §. nunc aliqua. versicul sexto quaeritur.* quod emphyteusis solet fieri pro certa pensione, quanti solet esse reditus minus sexta parte, nisi sit emphyteusis dom*, aut rei ruinosae, quia tunc plus minuitur pensio. Et Alexand. *in consilio. 79 incip. circa primum, de quo quaeritur. colum. 3. numer. 6. versicu. circa quintum volumin. 1.* quod in emphyteusi canon competens debet † iudicari ille, qui ascendit ad reditum, qui 2
percipitur ex re ipsâ facta diminutione 6. partis, scilicèt si fructus ascendunt ad duodecimam, competens canon erit in 10, vt *in authen. perpetua. Co. de sacrosanct. eccles.* vbi Bart. Spec. vbi suprà disputat, & distinguit circa qualitatem rei, quę datur in emphyteusim, quia, inquit, si sit inutilis res, quae datur in emphyteusim, quae nullos reditus habeat, tunc, inquit Spec. *in vers. si autem res Ecclesia, quae datur.* quod dabitur in emphyteusim qualitercunq; potest, & si sit res pretiosa, nullos tamen reditus, vel modicos reddens, re subtiliter aestimata, assignari debet iusta pensio, & iusta dicitur pensio, quae cumulata in spatium 20. ann. ascendit ad veram rei 3
aestimationem, & verum rei valorem, vt per Spec. *ibidem & per Corne. consilio 201. incip. visis. & consilio 285. viso 3. part & per eundem consilio 265 incip. circa. par. 1.* vbi ponit, quae sit iusta pensio in his, quae sunt modici valoris. Et pro feudo pari modo constituitur modica pensio, & modica pensio soluitur; quia feudum non datur † principaliter prop- 4
ter pecuniam, sed propter amorem, & honorem concedentis Domini, *cap. 1. de feu. dat. in vicem leg. commiss Alex. d. cons. 79. colum. 3. sub nume. 6 versic. hoc probo.*

† Et iste canon debet solui per emphyteutam 5
conuentis temporibus, quia pactiones, & conuenta debent per emphyteutam obseruari, *l. 2. vbi Ias. not. 1. C. de iure emphyt. vt per Spec. in d. §. nunc aliqua. de loca. vers 88.* vbi dicit; quod pensio de re emphyteutica est soluenda, prout conuenerit inter partes, aliàs inter tres vices poterit solui canon, dummodò ante Calen. Ianuarij, *l placuit. Cod. de collat. fund. patri. & emphy. lib. 11.*

† Vnde emphyteuta statuto tempore debet sol- 6
uere canonem promissum, etiam si non sit ei nunciatum, quod soluat, quia non est requirendus, quando statutum tempus illum admonet, *d. c. potuit. de loca. in fi. vbi gl. in verb. statuta. dicit*; quod eo casu creditor, siue Dominus directus non debet vrgeri ad petitionem, *l Creditor. Cod. de pig. l. quidā. C. de adminis. tut.* Si vero emphyteuta non soluit intra tempus à iure statutum, non videtur eo ipso, quod nō soluit, rescissa, aut resoluta emphyteusis, maximè si Dominus patitur emphyteutam perseuerare, *arg. c. 2. de precar.* quia si post recipit pensionem, videtur refirmare contractum, Spec. *eod. titu. de loca. d. §. nunc aliqua vers. 23. & 83* Quod maximè procedit in emphyteusi Ecclesiastica, in qua nūquam cadit emphyteuta, nisi velit Ecclesia, quia

 si velit

si velit Ecclesia,potest vel illum expellere,vel postea soluentem retinere, quia id est in electione ecclesiæ,etiam si ceciderit in commissum,Specul. *vbi suprà,versic. tertio quæritur.*

7 † Si vero non sit conuenta, vel statuta dies solutionis canonis,vel pensionis,tunc circa solutionem,& solutionis tempus est standum consuetudini regionis,quæ iam hoc casu debet attendi, & si consuetudo aliqua non apparet; tunc attende, quod minimum est,id est,in fine anni glo.& Bart. *in l.ede C.loca.vbi gloss in verb.versata es.versicul. sed quæro, quo tempore.* quærens,quo tempore sit soluenda pensio,resp.Quædam leges videntur velle, quod in principio,& si non soluit cessans expellatur,*dict.l.ede. quædam in medio sicut in salario, quod fiscus dat patrono suo,l per hanc.§ sexcenti. C.de adno. diner ind.* quædam volunt,quod in fine, sicut cum aliquid debetur in diem,*l.1 §.si pensio ff de migran. subdens glo.* Tu dic primò seruari, quod actum est, quod si non apparet, tunc serua morem regionis, *l.cum de lanionis.§ asinam ff de fun.instruct.& instru. lega.* quod si non apparet,tunc serua, quod minimum est,id est,in fine anni.*l.semper in obscuris.ff de reg iur.& l semper in stipulationibus.tenet Abb in cap propter.de loca.numer 13 versi sed quæritur. Bar.in l si seruum communis. § si. ff. de stip.ser.* vbi concludit; quod obligatio committitur in principio,sed exequutio non sit,nisi in fine. Subdens glo. *in d. l.ede.* quod licèt conductor non teneatur soluere, nisi in fine anni,tamen si non soluet, potest expelli, maximè post tempus soluendæ mercedis, ibi. &
8 taliter, quod si locator,vel † dominus promisit conductorem non expellere,etiam si cesset solueret,& si expelleret,promisit pœnam,potest nihilominus expellere, & non tenetur ad pœnam, *l. quæro §.inter. ff. loc. Sequitur Firman.in tract. de gabell par.2 q.15. num 30.versi. conductor etiam domus.* quod conductor domus, aut fundi non soluens pensionem potest expelli statim, & priuari commoditate fruendi re conducta,*d.l ade.l.vtique ff.de damn infect.Bar in l.2 C de iure emphyt.& in l. 3. 5. quæst princ.C de pig vbi dicit;* esse verum etiam propria authoritate.tenet Bald. *in l. certa. C. vt in poss. lega Albe.in Auth.qui rem.C.de sacros.eccles.versic. & ideo distingue:* quia si tractatur de expellendo colonum,& tunc,si est colonus ad non modicum tempus,& expectatur biennium,si ad modicum, & expellitur primo anno, nisi sit actum in contrarium.subdit Bertach.*vbi sup.num.31.* quod colonus expulsus tenetur nihilominus ad solutionem pēsionis,*l.colonus.in princip. vbi Bar ff. loca.* quod dicit verum,etiam ad integram pensionem,& pro toto tempore,quia facto,& culpa sui fuit expulsus,glo. Bar.*& alij in d.l ade.C loca.*

9 † Emphyteuta autem cessans per biennium in solutione canonis emphyteutici iustè de emphyteusi expelli potest, *d.c.potuit.loca. vbi glo. in verb.* per biennium. quod hoc est in emphyteusi ecclesiastica, in qua biennium sufficit, *vt 10 q.2.hoc ius.§.qui rem.* in emphyteusi vero priuata est secus, quia non biennium,sed triennium requiritur,*l.2.*
10 *C.de iur emphyt subdens glo.ibidem.* Quod si † conductor, aut emphyteuta promisit soluere pœnam,rato manente pacto si non soluat pēsionem, & dominus petat pœnam, & nihilominus velit eum expellere,potest,*arg.l.qui fidem.ff.de transac.l. pacto.l.cum proponas. C. de pact.Sequitur Ias. in d. l.2. colum.48.num.144.versi.in ea gloss.vbi tenet;* quod in vim clausulæ Rato manente, potest dominus ab emphyteuta pœnam exigere, & eum de emphyteusi deijcere.per Imol.*dict.cap.potuit de loca.versicul in ead.gloss in fin.Specul.in dict.§.nunc aliqua. versic.96 cum duob.versic.seqq.de loca.* vbi dicit, quod dominus,vel ecclesia,stante dicta clausula, potest agere ex contractu ad eijciendum emphyteutam, & agere ad pœnam ex stipulatu,& sic pœnam exigere,& illum expellere,per Bart.*in d.l 2. num. 14. versi.quæro.quando.& glo.in d.c.potuit. in verb. expel-*
*li.*dicit,† quod intantum est verum,quod emphy- 11
teuta cessans soluere per biennium potest emphyteusi expelli,quòd id etiam potest propria authoritate dominus,si canonem debito tempore non soluit,dicta *l.2.& d.10.q 2.hoc ius.§.qui rem* dicit enim lex:pertimescat crimen, cum sibi arbitrium vltionis suæ sciat concessum,*l.deuotum.C.de meta. & epideme.lib.12.* Sed melius facit dominus,vel ecclesia,si authoritate iudicis hoc fecerit,*l.3.Cod.de pig.c.pastoralis.extrà de priuileg sentit gloss in d.l. 2.in verb.repellere dicit id esse tutius Innocen.in d. c.potuit.* qui dicit; quod dominus potest propria authoritate emphyteutam expellere,sed melius, vt id fiat iudicis authoritate;vbi Abb.*num. 13.versic. in gloss in verb.potuisse.* sentit in contrarium, quod videlicèt id procedat in colono,qui potest propria authoritate expelli, qui colonus nullum habet ius in re,meritò potest propria authoritate expelli,si non soluit debito tempore; secus in emphyteuta, qui habet ius in re, qui non debet propria authoritate expelli, per simile *in l.creditores. C de pig.&* hæc opinio, inquit, tutior est maximè propter scandala vitāda,quæ sequi possent Alber. *in Auth. qui rem C.de sacrosf.eccle.versi.& ideo distingue.Specula.in d.§ nunc aliqua.versicul 48.ait;* quod hoc potest procedere, quando constat emphyteutam nō soluisse infra tempus debitum; secus, si negat se emphyteutam,vel dicat non esse elapsum tempus soluendi,vel dicat se soluisse, & in solutione canonis non fuisse cessatum, aut allegat aliquod ius in re emphyteutica sibi competere, de quo separatum offerat ecclesiæ de iure respondere; quia tunc per negationem res efficitur dubia, & ecclesia, vel dominus tunc non poterit expellendo ius dicere,præsertim si copiam iudicis habeat,*arg.l.3. ff.ad exhiben.§.ibidem. & C. vnde vi. l. non ab re ibi, Cum nulla sibimet cognita legibus,&c. Subdit gloss dicto cap.potuit. in dict. verb. expelli* quod si emphyteuta tradidit alij possessionem, talis possessor à domino propria authoritate non deijcietur de possessione, *arg l si colonus ff de vi.& vi arma Specul d.versi.48.* Illud autem certum est,quod si emphyteuta alij tradidit possessionem,vel ipse ab alio sit inde expulsus, tunc dominus authoritate propria non deijciet talem possessorem,*d.l.si colonus Abb c.potuit. alleg in glo.in verbo potuisse.extrà de loca.*

In hac materia expulsionis emphyteutæ non soluentis authoritate propria, aut authoritate iudicis, Bar. *in d. l. 2. Cod.de iure emphyt.numer. 5.*

versi.

versi. hoc præmisso. dicit;& tenet, quod aut dominus vult expellere emphyteutam de possessione contradicentem, resistentem, & exire nolentem, & authoritate sua non potest, *l. non est singulis ff. de reg. iur.* aut non vult expellere, sed ipse dominus vult ingredi, & turbare emphyteutam in possessione sua, non totaliter expellere, & tunc potest, quia cum dominus habeat ciuilem possessionem, *l. male. & ibi not. Cod. de præscr. 30. ann.* nam ratione suæ ciuilis possessionis potest ingredi possessionem, & emphyteutam turbare. Et facit quod dicit Bald. *sequendo Specu. in cap. 1. §. ad hac. de pace iura. firman.* quod emphyteuta non potest de facto vnquam expelli, nisi culpa eius esset liquida, & nihil in delictum allegaretur. Et per eundem Bald. *in d. l. 2. C. de iure emphy. versi. quaro, an.* quod dominus emphyteutam non soluentē propria authoritate expellit, si constat de emphyteusi, aliàs secus, quia possessor non debet ius suum indiscussum relinquere, & proprietarius suā ciuilem possessionem non negligere, & ideo proprietario est licitum insistere, & possessori resistere, & neuter dicitur vim facere, quia iustè facit proprietarius, non iniustè facit possessor, vnde vtrq; licet ad arma deuenire, & aduersariū viribus superare, *c. inter dilectos. de fide instru vbi Innocen. D. Ioan. de Imol. in d. c. potuit. extra loca. col. 16 versic. qua igitur opinio.* post multas varias recitatas Doct. opiniones pro intelligentia veritatis ad istum passum, & pro concordandis opinionibus, dicit, quod aut emphyteuta resistit de facto tanquam volens priuare dominum sua ciuili possessione, & tūc videtur, quod sit licitum pro sua defensione domino ipsum emphyteutam expellere, per ea, quæ habentur in *l. 3. § cum igitur. de pignor. & c. olim causam. de restit. spoliat.* aut emphyteuta, licèt resistat de facto, resistit, ne expellatur, protestans tamen, quod non intendit dominum priuare sua ciuili possessione, sed defendere suam naturalem; videtur enim, quod possit protestari, per id, quod habetur per glo. *& Doc. in l. vna. C. vti possidet.* & videtur, quod possit resistere, & contradicere, & sic procedat, quod dicit Bart. *in d. l. 2.* In dubio verò si de facto resistit, ne dominus intret possessionem; videtur facere violentiam respectu possessionis ciuilis, per illud, quod legitur, & not. *in l. clam possidere. §. si cum l. seq. ff. de acq poss.* subdit Imola, quod ex quo *in d. l. 2. C. de iure emphyt. & in d. cap. potuit.* videtur indistinctè, quod post lapsum biennij, aut triennij possit emphyteuta expelli, videtur dicendum, quod id possit propria authoritate, & licèt emphyteuta dicatur possidere naturaliter, & protestetur, quod non intendit, fouendo se in sua naturali, priuare dominum sua ciuili; tamen ex † quo lapsum est biennium, vel triennium, indebitè, & iniustè emphyteuta possidet, & sic possidendo in consequentiam iniustè videtur turbare, & violentiam inferre circa ciuilem possessionē domini, per id, quod habetur in *l. vim facit ff. de vi & vi arma.* & ideò ex eo, quia videtur facere violentiam domino in ipsa ciuili possessione, apparet, quod possit dominus propria authoritate emphyteutam expellere, ex quo aliter, nisi eo expulso, non potest benè desisti à violentia, & turbatione ciuili; sic igitur in proposito, quia non videtur posse desisti à violentia, & turbatione ciuili, si emphyteuta retineat naturalē, ex quo retinet indebitè, videtur, quod possit eundem Dominus expellere, vt per Imolam *ibidem,* vbi id cōprobat optimis medijs, confutatis contrarijs. Tenet hanc opinionem, & sequitur Ias. *in d. l. 2. C. de iure emphyt. col. 28. num. 100. vers. in ea gl. ibi, l. colonus.* vbi per quinque columnas hanc opinionem disputat, & defendit. subdens *col. 32. num. 109. vol. vers. prædicta omnia procedunt.* quod tanto magis ea opinio est amplectenda, & tenenda, quando † in con- 13
tractu emphyteutico adest pactum, quod quotidiè in instrumentis emphyteuticis apponi solet, quod si emphyteuta cessauerit in solutione canonis per biennium continuum, tunc sit licitum Domino ingredi propria authoritate, & corporalem sibi possessionem capere; quia vigore talis pacti, vel conuentionis licet Domino contra emphyteutam resistentem, & contradicentem in possessionem ingredi sua ipsius propria authoritate, secundum quod concludit Salyc. *ibi col. 5. quem ipsemet allegat, reiectis per eundem Ias. ibi in contrarium oppositis.*

† Sed si emphyteuta cessauerit in soluendo ca- 14
nonem, vel pensionem iusta aliqua causa, aut obstaculo impeditus non videtur, quòd debeat expelli, vel priuari iure suo, etiam si sit lapsum vel biennium, vel tempus statutum, aut conuentum, putà, quia emphyteuta esset detentus in carceribus, qui dicitur legitimè impeditus, tenet in terminis D. Anto. de Bur. *in cap. significante. 4. not. de pig per Ias. in dict. l. 2. C. de iure emphyt. col. 17. num. 62. versic. vigesimoprimo.* vbi subdit quod si emphyteuta in casu isto ipso iure caderet, deberet restitui virtute clausulæ generalis. habetur etiam de hac causa per Dec. *in consil. 138. colum. penul.* Pro quo facit, quia licèt † quidam teneant, quod emphyteu- 15
ta ob canonem non solutum post biennium non cadat ipso iure ab emphyteusi, sed per sententiam, per tex. *in dict. l. 2. Cod. eod. tit.* vbi habetur emphyteutam itâ demùm repellendum, si Dominus hoc voluerit; vnde videtur, quod petitio Domini, vel Ecclesiæ est porrigenda, vt per Roman. *in cons. 212. Alexan. consil. 8. volum. 3. tenetur,* quod requiri habeat sententia; & licèt etiā contraria opinio, quod immo ipso iure cadat, sit magis vera, per Specul. *in tit. de emphyteusi. §. nunc aliqua. versic quadragesimoseptimo. per Hostien. & Anto. de But. in d. c. potuit. extra loca. Salyce in d. l. 2.* quod emphyteuta Ecclesiæ, qui stetit per biennium, quod non soluit, sit ipso iure priuatus absque aliqua sententia declaratoria, secundum * communem opinionem, quam attestatur D. Anto. *d. loco. & per Dec. consil. 146 par. 1.* verū tamen licèt ius hoc faciat, tamen indiget ministerio volentis, & nolentis Ecclesiæ, secundum Spec. *d. loco,* quia licèt cessauerit per biennium in solutione, non cadit, nisi Ecclesia eum cecidisse velit, not. Bart. *in d. l. 2. numer. 2. per verba tex.* ibi, Volenti ei licere, &c. & ibi, Si Dominus voluerit, repellendo, &c. & per Doctor. ibi * communiter, & per Bal. *in Authen. qui rem. in fi. C. de sacrosan. eccl.* dicens, quod priuatio emphyteusis propter canonem nō solutum non est in facto esse, sed in potentia fieri, Domino volente, vt not. etiam de feudo, vt

per eundem Bal. *in l fi. in fi. de reuocan. dona.* vbi inquit; quod etiam si dictum fuerit, quod ipso iure feudum reuertatur, intelligitur tamen domino
16 volente: sæpe enim † in eo, quod ipso iure fit, facto hominis est necesse, vt in compensatione, quæ licèt ex legis dispositione fiat, & fieri habeat ipso iure, tamen obiectio hominis de ea opponentis, vel allegantis est necessaria, *Instit. de actio. ad fin. tit. & in præteritione,* per quam licèt ruptum sit testamentum, tamen obiectio est necessaria, *Cod. de lib. præte. l. maximum. §. scimus.* Et si emphyteuta non soluit infra tempus à iure statutum, tamen non est rescissa emphyteusis, maximè quandiu dominus patitur emphyteutam rem tenere; quia immo si recipit post pensionem, tacitè refirmatur contractus, Spec. *d. tit. locat. d. §. nunc aliqua. vers. 83.*

SVMMARIVM.

1 *Canon emphyteuticus totus, & integer solui debet.*
2 *Emphyteuta, qui minus soluit, legem contractus non seruat.*
3 *Censualis contractus recipit remissionem ex superuenienti casu.*
4 *Actum nihil videtur, cum aliquid superest agendum.*
5 *Emphyteuta, si pro parte soluit, pro parte non, propter paupertatem excusatur.*
6 *Emphyteutæ hæredes si plures sint, & vnus pro parte sua soluat, alij non, an omnes veniant expellendi.*
7 *Emphyteuta canonem per partes inuito domino soluere non potest.*
8 *Obligationis conditio non debet mutari ex facto hæredum.*
9 *Dominus si diuisioni consentit sibi præiudicat.*
10 *Hæres si cessat in solutione canonis, an cadat à iure emphyteutico.*
11 *Emphyteuta, si minus debito per errorem soluat, an possit expelli.*
12 *Obligatio dandi differt ab obligatione, quæ continet factum.*
13 *Emphyteuta domino consentiente potest soluere pro multis annis anticipata solutione.*
Quid si dominus directus, aut ecclesia nolit accipere huiusmodi anticipatam solutionem, an cogi possit? Vide num. 14. cum seq.
15 *Debitum præsumitur ex annua solutione decem annorum.*
16 *Vini, & bladi pretium cursu temporis variatur.*
17 *Emphyteuta pro tribus annis solutionem anticipare potest.*

CAP. II.

1 Canon autem emphyteuticus † debet solui totus, & integer, nec sufficit, quod in parte soluatur; quia si deficit vnus nummus, cadit à toto: pœna enim, quæ additur dationi, in totum committitur, etiam si in parte cessetur, *l. stipulationum aliæ. §. si sortem. ff. de verb. obliga l. hæredes. §.*
2 *idem iuris ff famil. ercis.* quia † emphyteuta, qui minus soluit, legem contractus non seruauit, *l. etiam si partis. ff de leg. 1. & l. si quis in graui. §. si quis tabulas. 2. respon. ff. ad Syllanian.* Et si pro parte tantùm perderet dominus ex partis cessatione, compelleretur dominus ad communionem cum emphyteuta inuitus, contra *tex. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. per Albe. in Authen qui rem. C. de sacrosan. eccl. vers. in ea. glo.* vbi dicit; esse secus in contractu † censuali, per *c. constitutionis. §. fin. de* 3
relig. dom. & c. propter. de locat. vbi fit remissio ex superuenienti casu fortuito, quæ debet commensurari ipsi casui, in emphyteuta verò in isto casu agitur ad pœnam contumaciæ, vt per Alber. *ibidem.*

Specul. *in tit. de loca. §. nunc aliqua. versic. 29.* de hoc quærit, & inquit, si partem pensionis soluit, & in parte per biennium, & vltra cessauit, videtur, quòd totam amittit, & quòd partis solutio non prodest ad vitandam pœnam, dicta *l. hæredit. §. in illa ff famil. ercifcun.* † quia nihil videtur actū, 4
cum aliquid superest ad agendum, nec videtur edere, qui in totum non edit, nec videtur defendere, qui in totum non defendit, *7 q. 1. nihil. l. pen. de eden. C. & l. si defensor. ff. de inter. actio.* vbi adductis etiam multis pro parte contraria, tandem concludit distinguēdo, quia si † emphyteuta ces- 5
sauit propter paupertatem, quod excusatur pro parte, quam soluit, nec cadit à toto, *arg. ff. de collat. bon. l. 1. §. si cum duobus. & c. olim. lib. 3. de rest spol.* subdens, Vel dic, quod propter paupertatem excusatur in totum, si soluere integrè paratus sit.

Si verò cum totum soluere potuerit, propter contumaciam partem tantùm soluit, tunc non prodest solutio partis, immò res sibi auferri potest. Facit, † quia si emphyteuta decessit pluribus 6
relictis hæredibus, ex quibus vnus soluit partem suam, alij verò non, quod omnes videntur expellendi, tenet Host. *in summa de loc. § fi. versi. quid si ex pluribus. per Alber. in l. 2 C. de iure emphy. col. 5. versi. si emphyteuta decessit.* vbi etiam dicit, quod existentibus duobus emphyteutis obligatis insolidū, cessatio vnius alteri nocet, & præiudicat. Habetur Clarius per eundem Spec. *de loc. versi. septimo quæritur.* quod si emphyteuta decedat duobus hæredibus relictis, quorum vnus soluit, alter nō, quod vterque expelli potest, *l. cum idem. ff. fami ercis.* nec proderit ei, qui soluit solutio sua, ne tributorum præstatio confundatur; dicit hoc gloss. magistralis, à qua omnes id accipiunt, *in l. communi. l. 2. ff. commu. diuid.* nam & si defunctus, dū viueret, partē tantùm solueret, expelli posset, *arg. de verb. obli. in exequutione. & arg. l. quandiu. C. de distra pig.* nec debet ius immutari ex persona successori, *lib. 2. ff de verb. obli. §. fi.* & licèt è contra possit dici quod si tota res committitur, propter partem non soluētis, vnus punitur propter peccatum alterius, & pœna vlterius extenditur, quàm reperiatur in excedente delictum, contra tex. *in c. quæsiuit. extrà quæ fiunt à maio. par. cap.* & alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet, *l. non debet. de regu. iur.* tamen, inquit Spec. quamuis soluens deijciatur, non tamen damnificatur propter alium non soluentem, quia agit contra eum, & ab eo suum interesse consequetur iudicio fam. ercisc. *l. hæredes. §. in illa.* Sed ista responsio, quam Spec. dat, mihi non placet, nec videtur generalis, quia posset dari

casus,

casus, quod propter paupertatem, aut propter alium contingentem casum ille, qui soluit, non poterit suum interesse consequi ab eo, qui soluere cessauit. Vnde melius quadrat distinctio, quam suprà fecit idem Specu. de paupertate, & contumacia, quia si per contumaciam omnes expellantur, si per paupertatem sit cessatum, sit secus.

7 † Facit, quia emphyteuta non potest soluere canonem inuito domino per partes, sed semel totum, & integrum tenetur soluere, Pau. de Castr. *in l. quidam æstimauerunt. ff. si cer. pet.* ergò nec hæredes debentes canonem possunt dicere, quod volunt soluere vnusquisque pro sua parte, quia obligatio ad canonem est realis, licèt ipsi hæredes diuidant inter se, tamen quilibet tenetur in solidum ad censum, *d. gloss. in d. l. communi. l. 2. ff commu. diui. in verb. confunderetur.* quæ habet, quod si hæredes emphyteutæ inter se diuiserunt rem emphyteuticam, vnus soluit pro parte sua canonem, alter non, tota res incidit in commissum, quam glo. sequuntur ibi * communiter Doct. sequitur Alex. *consi. 7. col. 2. vol. 5. Host. in Summa § fi. de loc. Spec. & Io. And. allegatis locis suprà, Dyn. Bar. & Lud. Roma. in l. fraudati. ff. de public.* quia ad euitationem pœnæ particularis solutio non sufficit, *d. l. in exequutio-*

8 *ne. § fi ff. de verb. ob.* & † ex facto hæredum non debet mutari conditio primæ obligationis, *l. 2. § ex his. ff. de verb obli. tenet Fed. de Senis consil. 228. incip. duo fratres. est decis. facta in terminis Matth. de Affl. decis. 153. incip. venditor.* vbi est casus, quod duo collaterales, vel vicini, qui iure congruo euicerunt ab emptore domum emphyteuticam ecclesiæ vtrique vicinam, aut proximam, & inter se illam pro rata diuiserunt, tenentur insolidum ad solutionẽ canonis, & vnusquisque potest à domino, vel ecclesia insolidum, & pro toto conueniri, non pro parte, maximè si ecclesia, vel dominus directus non consensit illorum diuisioni, quia si dominus

9 † consensit dictæ diuisioni, sibi præiudicauit, & stante consensu, si vnus soluit partem suam, alter cessauit per biennium soluere, pars non soluentis, tantum incidit in commissum, non pars soluentis, vt dicta decisione. Facit simile de consensu, quod ponit Ias *in d. leg. 2. C. de iure emphyt. colum. 50 num. 150. versi. in ea gloss. ibi*, sicque poterit vbi posita quæstione, quomodo, & per quam viam domino succurratur, si primus emphyteuta fecit secundum emphyteutam, circa secundum emphyteutam, vt dominus possit ab eodem secundo canonem habere, dicit, quod si secundus emphyteuta est factus de voluntate, & consensu domini, & per dominum, vel de eius voluntate inductus in possessionem, dominus benè ab eo consequetur canonem, vel pensionem, quia cum eo videtur quasi contraxisse, ratione cuius contractus sibi competit personalis actio ex *l. fi. versi. necessitatem. C. de iure emphy.*

10 † Hæres vero emphyteutæ ignorans rem emphyteuticam cessans soluere canonem, licèt secũdum quosdam, quia habet iustam causam ignorantiæ, videtur, quòd non debeat expelli, quia qui habet iustam causam ignorantiæ, non est improbus, *l. non videtur. ff. de reg. iur.* tamen de stricto iure cadit, quia cum hæres sit eadem persona cum defuncto, ea tenetur scire, quæ sciebat defunctus, *l. cum hæres ff. de diuer. & temp.* nec eius ignorantia domino debet esse nociua, sed benè, quia iustam habet causam ignorantiæ, restituitur in integrum ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa, &c. Spec. *in tit. de loc. §. nunc aliqua. versi. 18. quæritur.* Et id maximè procedit, vbi hæres ignorabat, cui soluere deberet, & pari modo cadet, si hæreditas, cui debet fieri solutio, iacet, sed tamen ex dicta clausula generali fiet illi restitutio in integrum, vt per Specul. *d. loco in duobus versic. seqq.*

† Sed quid si emphyteuta soluit minus debito per errorem, an debeat expelli de emphyteusi? Et videtur quod non, quia ille, qui facit quod scit, satis implet, licèt in aliquo erret, per Bald. *in l. 1. col. 3. versi. decimò ratione. C. de hære. actio. & vt dico suprà eo. versic.* sed hoc procedit, si scientia est, non ignorantia, quæ hominem obligat, *l. super seruis. qui milit. non poss.* Contrarium videtur per Spec. *in §. nunc aliqua. de loca. versicul. 29. quæritur.* vbi solutio partis non prodest ad pœnam vitandam, & nihil actum esse videtur, cum aliquid agendum superest, nec defendere videtur, qui in totum non defendit. Et per eundem Spe. *in tit. de arbi. §. fi. nume. 39 & seq. vers. quid si plura.* vbi dicit; quod † refert, 12
quòd sit in obligatione, vel dare, vel facere, quia si dare, prout est in emphyteusi, tunc si pro parte fiat, contra pœnam insolidum committitur, & exigitur, etiam si de marcha restat vnus denarius ad soluendum tantùm, l. stipulationum aliæ. *§. si sortem. ff. de verb. oblig. & l. in exequutione. §. pen. & Codic. de distra. pig. quamdiu.* subdit Specul. Et hæc vera sunt, quando aliquid dandum est ab vno; cæterùm si à pluribus, tunc pro parte committitur, & exigitur, *l. qui duobus. l. qui hæredi. l. Plautius. l. cui fundus ff. de cond. & demonstr.* nisi tamen illi plures loco vnius succederent, & loco vnius habeantur. exemplum do, quando pluribus concessa est emphyteusis, qui tenentur quilibet pro rata. item quando est concessa vni, qui post relinquat plures hæredes, qui loco vnius habentur addo; si vero sumus in casu hæredum, vel successorum, in quibus admittitur probabilis ignorantia, tunc si in parte talis hæres cesset soluere, cadit quidem, & committitur pœna quo ad totum, sed in integrum restituitur, vt diximus suprà.

† Et si emphyteuta timens casum caducitatis 13
ob cessationem solutionis sequendam, volens sibi, & suis hæredibus in futurum prospicere, & sic velit pro multis annis anticipatè canonem soluere, an possit? Et videtur, quod possit id facere accedente consensu Domini, vel Ecclesiæ, cui emphyteusis soluitur, nam quod certo die promissum est, statim dari potest. *ff. de sol. quod certo die. l. placuit. Cod. de colla. fun. patrimoni. Spec. in §. sequitur. versicu. fin de locat.* dat formam institutionis talis anticipatæ solutionis, & tenet *in §. nunc aliqua. versicu. 32.*

Sed si Dominus directus, aut Ecclesia nolit accipere huiusmodi anticipatam solutionem canonis, non potest cogi, quia † oblatio debet fieri 14
congruo tempore, *l. si soluturus. ff. de solut.* vt enim Ecclesia non potest emphyteutam ante tempus

 ad sol-

ad soluendum cogere, *l. licèt. C. de condi. indeb.* Ecclesia pari modo nō cogetur recipere, vt æqualitas seruetur, *arg. l. si cum dies. ff. de arbit. §. si arbiter. tenet Bald in l. eum, qui. ff. de ann leg. idem in l. statuliberos. §. quod si seruus. ff. de statulib Bal. Cyn. Ias. & alij in d. l. 2. C. de iure emphy Ias. versi. 22. quæro num. 63. Guliel. de Cun. & idem Bal. in l. plures. in fin de fid. instru.* quia generalis solutio tot annorum, posset afferre incommodum domino ad probationem recognitionis dominij, quia quamuis per solutionem annuā † decem annorum præsumatur debitum, *l. si certis annis. C. de pact.* tamen si vnica fieret solutio pro decem, vel pluribus annis, non esset idem, & sibi in hoc præiudicatur, per Cyn. & Bal. *in l. 2. de do. promissio Bar. in l. eum, qui alleg.* & inuitæ ecclesiæ etiam illud, quod melius est, præstari non potest, habet enim suspectum futurum præiudicium. *l. 2. 2. respons. ff. soluto matrimonio.*

Sed istam conclusionem limitat Bar. *in d. l. eum, qui.* nisi emphyteuta velit soluere pro pluribus annis, & facere cautum dominum, & ecclesiam pro omni anno, & interesse, quod ob hoc incurrere posset ob probandam recognitionem dominij, & de hoc eidem domino facere in amplissima forma instrumentum, quia tunc secundum Bar. cauto facto domino, & indemni conseruato, posset fieri anticipata solutio dictorum annorum. Sed ex eo quia damnum, & interesse posset contingere, & resultare, etiam ex alia causa ecclesiæ, & domino, quam ex causa difficultatis probationis circa recognitionem dominij, purà, quia emphyteuticus canon posset esse, & solui in frumento, in blado, in vino, & alijs huiusmodi, quæ multum interest, quod soluantur debitis temporibus, & multùm interest, quod potius soluantur vno tempore, quàm alio, vnò die, quàm alio, propter pretij, & valoris varietatem. Ideò Ias. non admittit d. limitationem, & tenet, quod non possit inuita parte fieri solutio canonis plurium annorum

16 semel, & vnico contextu, quia † vinum, & bladum, quod debes ad tempus, quod cursu temporis potest vel deteriorari, vel in pretio meliorari, non cogor ante tempus recipere, est doctrina Gu-

17 liel. de Cun. *in l. plures. de fid. instru.* † Emphyteuta tamen, licèt non possit anticipare solutionem pro x. vel pro multis annis, tamen potest pro tribus annis benè anticipare, per text. *in l. placuit. Cod. de colla. fund patri. lib. 11.* ità determinat Bar. *in d. l. statuliberos. §. si. ff. de statulibe.* nec alibi in specie se legisse dicit Ias. *in d. l. 2. nu. 65. versi secundo limitat. C. de iure emphy.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta cessans soluere canonem, si creditor est domini pro tanta summa, non cadit à iure.*
2 *Compensatio non fit ipso iure.*
3 *Canon emphyteuticus potest solui ei per penitus extraneum.*
4 *Solutio procuratoris, & negociorum gestoris prodest emphyteutæ: vt & tertij solutio, vt numer. 5.*
6 *Solutio censûs facta per tertium etiam eius nomine prodest habentibus.*
7 *Dominus non cogitur ab alio, quam ab emphyteuta acceptare canonem.*
8 *Emphyteuta citatus ad soluendum canonem, si non soluit per lapsum sex mensium cadit à iure suo.*
9 *Censum soluere denegans potest excommunicari.*
10 *Emphyteuta, si sit periurus in solutione canonis, potest feudo priuari.*
11 *Iuramentum regulatur secundum naturam actus, super quo interponitur.*
12 *Emphyteuta si rem amittit, perdit etiam fructus.*
13 *Emphyteuta expulsus tenetur ad solutionem canonis temporis præteriti.*
14 *Emphyteuta ob non præstationem pensionis per xl. annos videtur liberatus.*
15 *Perditum non est, quod retinetur in bonis.*
16 *Possessionis suam causam nemo sibi mutare potest.*
17 *Diuturna præstatio facit præsumptionem emphyteusis, & conductionis.*
18 *Diuturna præstatio non facit præsumere quem esse vasallum.*
19 *Detinens rem diu, & soluens per xl. annos præsumitur emphyteuta.*

CAP. III.

Sed emphyteuta creditor domini in tanta summa, vel maiori, quàm se extendat pensio, vel canon non solutus, si cesset per duos annos in solutione, etiam si ante lapsum biennij de compensatione non opponat, prout opponere debet, secundum aliquos, tamen non cadit à iure: quia odio pœnæ, & ad pœnam euitandam compēsatio fit ipso iure, secundum not. *per gloss. & Doct. in l. si constat. C. de compens. per gla. & Bal. in l. 1. eo. tit.* quia cum hic agatur de euitatione pœnæ, ne ipse emphyteuta cadat à iure suo emphyteutico, intelligitur ipso iure opposita compensatio, etiam si non fuerit opposita ante tempus biennij, tenet Imo. *in c. bona fides extrà depos. 9. col. per Ange. in l. semel mora. ff. sol mat. Io. Fab. & Io. de Platea in §. in bona fidei. Insti. de actio.* 1

Et dicit Spec. *in §. nunc aliqua. de loc. versi. 79. quæritur.* quod si † emphyteuta cessauit soluere pensionem vltra biennium, & ecclesia velit eum expellere, & ipse alleget, quod ecclesia sibi tenetur ex aliqua causa in maiori quantitate, quàm sit pensio, vel canon, & compensationem opponat, siue dicamus compensationem fieri ipso iure, ex hoc potest se defendere, ne expellatur, quia nec res incidit in commissum. *l. si ambo. §. cum autem alteri. ff. de compensat.* & pari modo sese tuebitur, siue dicamus, quod compensatio non fiat ipso iure, si tamen ante lapsum biennij sit obiecta compensatio. Et ego adderem, etiam post lapsum biennij statim ante voluntatem ecclesiæ declaratam, per ea, quæ adduco in fine de moræ purgatione. 2

† Et canon ipse emphyteuticus potest nedum solui per ipsum emphyteutam, sed etiam per aliam personam, etiam penitus extraneum, & solutio prodest ipsi emphyteutæ. nam creditor emphyteutæ potest benè soluere canonem pro fundo emphyteutico sibi obligato, & per solutionem ab eo factam durat emphyteusis in emphyteuta, per tex. qui dicit *in l. lex vectigali in verb. tam debitor, quam creditor. ff. de pigno. quem tex. ibi Bar. & Ange. ad* 3

gr. ad hoc notat, per quam solutionem conseruatur
& hypotheca creditoris, & ius emphyteuticum
sui debitoris.

4 † Itē si soluit quis vti procurator, vel vti nego-
ciorum gestor pro emphyteuta, & illius nomine,
prodest solutio sic facta pro emphyteuta, etiam
si emphyteuta cessauerit per biennium, per text.
in l. soluendo, & in l. *qua vtiliter. ff. de neg. gest.* quia
quando tractatur de conseroatiooe iuris realis, vt
est in casu emphyteutæ non soluentis, semper fa-
ctum negociorom gestoris prodest ad illius iuris
conseruationem, & retentionem, *per tex. in l. ar-
boribus. §. quid tamen. ff. de vsufru. tenet Ang in d. l. lex
vectigalis. Roma. cons 103. incip. viso. Ias. in l. 2. nu. 68. &
seq. versi. 25. quæro. C. de iure emphy.*

5 † Immò plus, si tertius, qui nullum ius habet
in re, qui etiam suo proprio nomine soluit cano-
nem, vel pensionem emphyteuticam, per talem
solutionem prodest emphyteutæ, qui cessauit
triennio soluere, ità quòd non potest expelli, li-
cèt, si non fuisset facta talis solutio; debuisset à
iure cadere, & expelli, & id per regulam suprà ad-
ductam, quando tractatur de conseruando iure
reali, quia tunc non refert, à quo soluatur, aut cu-
ius nomine, aut qunmodo, modo soluatur, vel so-
lutum sit, *d. l. arboribus §. quid tamen. & magis clarè
habetur in l. qui fundum ff quemadmo. ser. amit. vide-
tur text. in terminis in l. forma. §. si cum ego. ff. de cens.*
6 vbi habetur, quod solutio † census, aut canonis fa-
cta per ius oon habentem suo ipsius soluentis no-
mine, prodest habēti ius, qoo ad conseruationem
iuris sui censualis, vel in terminis nostri emphy-
teutici, tenent Spec. & Ioan. And. *in §. nunc aliqua.
de loc. vers. 82. quæritur. Bar* in *d. l. arboribus. §. quid ta-
men. Bal in l. solemnibus. Codic. de rei vend. idem in d. §.*
7 *quid tamen.* Sed hoc procedit volente, & canonem
acceptante domino directo, & si ipse velit, quia
tertius ipso domino inuito noo soluet, nec do-
minus cogi potest acceptare; quia cum emphy-
teuta, & feudatarius teneatur canonem soluere in
recognitionem dominij directi penes dominum
existentis, & id non possit fieri per tertium, me-
rito non soluet tertius inuito domino, nec domi-
nus cogitor, tenet Bald. *in l. acceptam. colum. vlti.
25. q ff. de vsufr. vbi Saly. in fi. vlti. q.* Nec pari modo
si nolit dominus accipere solutionem canonis à
tertio, si tertius vel offerat, vel consignet, aut de-
ponat, talis oblatio, consignatio, aut depositio
proderit emphyteutæ, quia cum in casu isto solu-
tio nō possit fieri à tertio inuito creditore ità nec
oblatio, vel depositio, Ias. *in d. l. 2 nume 71. versicul.
27. quæro.*

8 † Immo ad hoc, vt possit expelli emphyteuta,
non videtur, quod sit necessarium expectare cur-
sum biennij, quia immo multo antè potest expel-
li, vbi enim emphyteuta sit citatus ad soloendum
canonem, & cessat soluere per lapsum sex men-
sium, potest expelli, per doctrinam Angel. & Bar.
*in l. locorū. C. de omni agr. deser l. 11 vbi Bar. in additio-
ait*, quod requiritur in ecclesia cessatio biennij,
vt emphyteuta possit expelli, *d. l. 2. Cod. de iure em-
phy.* verum est, inquit, & procedit vbi ecclesia oon
citauit emphyteutam, vt veniret ad soluendum
canooem, sed vbi citauit, non erit necessarius
cursus biennij, sed sufficit lapsus sex mensium, per
hanc legem, quod, inquit, singulariter nota, quia
pulchra limitatio est. Vnde dicebat Innoc. *in c. si-
gnificauit. extrà de censi.* quod denegans † soluere 9
censum potest excommunicari.

Immo videtur, quod emphyteuta, † qui non 10
soluit tempore conuento in instrumento emphy-
teusis iurato, vt qui non seruauit pactum iuramē-
to firmatum, vt periurus amoueatur, & repelli vt
periurus debeat à fundo, videtur dicere Bal. quē
ibi sequitur Fely. *in c. querelam. extrà de iureiur. vbi
Bal. in fi. dicit*; quod conductor, qui non obseruat
pactum, potest expelli ab vsu illius anni, per quo
non soluit, quod iurauit, sed non à perpetuo vsu
aliorum annorum, pro quibus vult soluere pēsio-
nem: fallit, inquit, si est periurus; nam tunc potest
in totum remoueri, nisi tamen paupertas excuset.
subdēs Bald. Conclude, quod vbi est iuratum, nō
subintelligitur illa clausula, si per biennium. non
soluerit, per illū text. *& glo fi. ibi insi.* vbi habetur,
quod ille debet priuari ecclesia, eo quia per bien-
nium non soluit, tum quia fuit periurus volunta-
te, oon necessitate, pro quo Alexan. *consi. 131. quarto
vol. 1. col. & consil. 118 vlti. col. eo volu Abb. cons. 72 par.
1. Ias in d. l. 2. C. de iure emphy. num. 47. vers. nono quæ-
ro.* vbi licèt, inquit, in contrarium videatur regu-
la, quòd iuramentum † in aliquo actu interpositū 11
intelligatur, & reguletur secundum naturam, &
qualitatem illius actus, super quo interponitur, &
recipiat omnes qualitates, & conditiones, quas il-
le actus de sui natura habet, *l fi. C. de non nume pecu.*
vnde in casu isto ità demum intelligi debeat per-
iurus, si cessauit soluere per biennium; tamen, in-
quit Ias. ibidem, quod non inuenit, qui contradi-
cat dicto Bal. & addit Alex. *consil. 85. incip. non puto
id, de quo quæritur. lib. 1.* vbi ad hoc Alex. inducit be-
nè tex. *in l. si quis maior. C. de transact. & cum Baldo
transit.*

Addo vlterius ad prædicta; quod † emphyteu- 12
ta à tempore, quo potest dici ob cessationem solu-
tionis pensionis priuatus, perdere videtur omnes
fructus, quos post idem tempus in emphyteusi
perseuerans percepit, vnà cum ipsa re, à qua ceci-
dit, per Ang. *in Auth. de non alien. §. si verò. colum. 2.
Bal. in l. si pater C de vsufru. per no. in l. si defuncto ff.
eo. Bar Soc. consil. 267. non inutilis. versicu. postremò
prædicta. par. 2.* quod emphyteuta cadens à iure
suo propter non solutionem canonis tanto tem-
pore, quod non potest mora purgari, tamen pos-
sidens omninò tenetur restituere omnes fructus à
tempore, quo res incidit in commissum. sequitur
Bald. *in additio. ad Spec. loca vers pactum cum emphy-
teuta*, & quicunque sit, quanndo nescitur, quis sit,
vel emphyteuta, vel merus conductor, cadit, &
expellitur, si per biennium in solutione cesset,
per Bald. *in additio. ad Specula. in versic. si nescitur.
de locatio.*

† Et nihilomious emphyteuta expulsus non e- 13
uitat solutionē canonis temporis præteriti, Auth.
*qui rem C de sac eccl. Bar in l. 2. C de iure emphy vbi
etiam Saly. in 22. q. & ibi Bald colum 4. per Angel et-
iam in l sed si hac lege emi. § præstituta ff de in ius voc.
Bald. in addit. ad Specul. §. nunc aliqua. versic. emphy-
teuta ecclesiæ.* vbi emphyteuta ecclesiæ licèt
cadat

cadat à iure suo, tamen tenet ad solutionem pensionis; subdens, secus est, si sit emphyteuta priuati. licèt Lud. Pont. *in singu. in verb. donatio. versic. ego declaro.* dicat, quod non, sed quod dicit est, verum in emphyteuta priuati, non ecclesiæ, vt per Bald. *suprà.*

14 Additur suprascriptis, quod si emphyteuta non præstat pensionem domino per 40. annos, liberationem acquirere videtur: quia si dominus ad solutionem canonis contra eum agat ipse se tanti temporis præceptione tuetur, quia cursu, & lapsu tanti temporis munitus contra omne ius tutus esse videtur, & omne ius sublatum, *l. omnes. C. de praescrip. 30. ann.* & si longissimi temporis ex cursu negetur canonem soluendum esse, ius petentis, vel agentis vacillat: quia per negationem res efficitur dubia, & ex diuturnitate tanti temporis ecclesia, si quam habebat possessionem ciuilem, illam amisit, *l. licet. ff. de vsufructu.*

Sed videtur per Specul. *in contrarium in §. nunc aliqua versi. 44.* quia ex quo ecclesia semel concessit in emphyteusim, possidet ciuiliter, vnde contra ecclesiam non potest præscribi, & ecclesia quod possidet, habet in bonis, vnde contra eam

15 non potest præscribi, quia nemo potest † dicere deperditum, quod retinetur in bonis, *l. nec vtilem. ff ex quib. caus. maio. vt per eundem Specul. ibi, vbi per multa iura id probat, & signanter per casum legis in l. malè. C de praesc. 30. ann. & c. illud. extra de exces. Pral. & c. constitutus. de relig. do.* Quod, inquit, est verum, si emphyteuta rem vti emphyteuticam tanto tempore tenuit: secus, si vt suam possedit, quia secundum do. Roff. si emphyteuta per mille annos possideat, & non interuertat possessionē, id est, quod Dominum venientem non admittat, nunquam præscriberet, vt dicta l. malè. licèt enim pēsionem non soluat, & fingat in animo suo, quòd rem illam vt propriam possideat, ei hoc in nihilo prodest,

16 quia nemo † causam suæ possessionis mutare potest, *l. nemo C de acqui. poss. sequitur Ias. in d l. 2. col. 53. nume. 156. vers. primò, nunquid si emphyteuta cessauerit per 40. anno & paulò post vers. tertiò quaero. sub nu. 157.* vbi dicit; quod nemo sua solo voluntate potest causam suæ possessionis immutare, sed benè facto interueniente *l. cum fundum & l. colonus ff. de vi, & vi arm. pro quo Bal & Salyc. in l neque. post glossam. C. de vsufructu.*

17 Facit in hac materia, quia si quis † tanquam colonus, cēsuarius, vel emphyteuta soluit per spatiū decem annorum, vel amplius, per talem diutinam solutionem, & præstationem Dominus, vel Ecclesia recipiens contra illum soluentem præscribit, per ea, quæ dicit Bal. *in l litibus. C. de agr. & cens. lib 11. vbi etiam Bar.* per talem diutinam præstationem dicit, quod quis præsumitur emphyteuta, aut colonus, ità vt in futurum cogi possit ad soluēdum,

18 & in solutione perseuerandum; sed † non est idem in vasallo, quia cum in eo tractetur de mutatione status suæ personæ, quæ non mutatur ex diutina præstatione, & de facili, vt ibi per eum, ideo secus, per multa iura, & authoritates, quas ibi idem Ias. adducit *nu. 158. vers. quartò quaero.*

Et si quis rem tenuit tanquam emphyteuta ab aliquo, quem recognoscebat in Dominum, qui tamen non erat dominus, nec ille erat emphyteuta, cui tamen ille detinens longo tempore pensionem persoluit, per talem longam temporis solutionem, & præscriptionem est ius quæsitum recipienti; vnde si id processit per 30. annos, benè potest recipiens agere, casu quo contingat rei vendi. contra eum, Spec. *in §. nunc aliqua. versi. 53. sequitur Ias. in d. l. 2. colum. 53. versic. quinto quaero. numer. 159.*

Et ille, qui diu tenuit rem, † & emphyteusi soluit per annos 40. præsumitur esse emphyteuta, per nota. *in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. gloss. in d. l. 2. C. de iure emphy.* Et emphyteuta, qui per 40. ann. possedit, & canonem soluit, licèt non habeat instrumētum, præsumitur in inuestitura emphyteusis renouatus, per Spec. *in tit. de loca. §. nunc aliqua. versi. 64. quaeritur. & versi. antecedenti 63.* vbi habetur, quod si quis per 30. annos soluit pensionem alicui, credens se habere ab illo in emphyteusim, non apparente in effectu, quod aliquam rem teneat ab illo, præsumitur, & est ex hoc sufficiens probatio, quod tenet ab eo, nec potest ab eo expelli, *argu. l fin. de fund. patr. C. lib. 11. & l fina ff de aqua plu arcen. & l. cum de in rem verso ff de vsur.* Et si emphyteuta neget, se velle soluere censum domino, cui per multos annos soluit, dominus est manutenendus in sua possessione exigēdi, & emphyteuta cogetur soluere, non obstante illius renitentia, & negatione, *c. querelam. extrà de elect.* Si tamen pensione soluta, emphyteuta referat quęstionem, negando emphyteusim, & se emphyteusim tenere, veniet absoluendus, nisi dominus de suo bono iure docuerit. & hoc, si soluit per aliquod tempus, per quod non possit dici præscriptum: quia si sit facta solutio per tempus præscriptionis, erit tutus dominus præscriptione, & emphyteuta cogetur, non obstante eius obsistentia, *vt d. versic. 63.* 19

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta, qui cessauit soluere canonem, potest moram celeriter purgare.*
2 *Mora purgatio infra quantum tempus fieri possit.*
3 *Verbum Statim, & verbum Celeriter quomodo intelligatur.*
4 *Tempus impositum à lege non impedit purgationem mora.*
5 *Pactum, quod deseruit iuri communi, videtur esse ius commune.*
6 *Iuramentum mora purgationem impedit.*
7 *Declaratione domini facta, lex ipso iure exequutionem facit.*
8 *Exequutio si sit ipso iure, mora non potest purgari.*
9 *Voluntas domini impeditiua purgationis mora sufficit, quòd sit vel tacita, vel expressa.*
10 *Declaratio voluntatis domini constituit emphyteutam in duplici mora.*
11 *Dominus recipiendo canonem pro tempore decurso à causata caducitate sibi praeiudicat.*
12 *Receptio in casu ignorantia non nocet recipienti.*
13 *Protestatio ecclesia operatur, vt receptio pensionis sibi non praeiudicet.*
14 *Praelatus solus recipiens pensionem ecclesia collegiata non praeiudicat.*

15 Ec-

15 *Ecclesia, in qua non sit capitulum, praeiudicatur per receptionem rectoris.*

16 *Dominus si primò expulit, & post vult pensionem, an audiatur.*

Quid si dominus à receptione mercedis incepit, & post vult expellere? vide num. 17.

18 *Indultum à Papa obtentum, quòd per canonem non solutum non cadat emphyteuta, nullum est.*

19 *Emphyteuta, qui pro tribus annis vltimis soluit, praesumitur semper soluisse.*

20 *Emphyteuta si probet se soluisse pro anno praeterito, res ab eo auferri non poterit.*

21 *Vnica solutio facta pro tribus annis non operatur tantum, quantum tres solutiones distinctae.*

22 *L. quicunque. C. de apochis libro decimo, in quibus habeat locum.*

23 *Emphyteuta, qui per plures annos cessauit soluere, si pro duobus annis soluit, videtur pro primis duobus soluere.*

24 *Onus probandi solutionem canonis incumbit emphyteutae.*

25 *Solutio pensionis per emphyteutam fieri debet per instrumenta, aut partis confessionem, aut per quinque testes.*

26 *Emphyteuta ecclesiae tenetur pensionem apportare ad domum Praelati.*

27 *Debitum onere subiectionis ad domum creditoris est soluendum*

28 *Remedium, per quod consulitur emphyteuta quando dominus recusat canonem emphyteuticum recipere.*

DE MORAE PVRGATIONE OB cessatam solutionem canonis.

QVAESTIO LXXV.

EMphyteuta verò, si cessauerit in soluendo
canonem etiam per biennium, non statim
cadit à iure emphyteusis, nec statim expelli
1 debet, quia † etiam post tale tempus potest mo-
ram celeriter purgare, & celeri satisfactione sibi
consulere, per tex. *in cap potuit. & in c. propter. § fi.*
in fi. de locat. extrà. idem fere habetur *in cap. si quis*
presbyterorum. de reb. eccle. alien. vel non. ibi, Nisi
fortè alienator, & qui acceperit, celeri restitu-
tione sibi prospexerit. & ità, Inquit glo. *in dicto*
cap. potuit. in verb. celeri. patet, quod emphyteu-
ta potest moram purgare offerendo canonem
post biennium, sicut alienator, vt d. c. si quis. Sed
2 † est videndum, quantum tempus trahat secum
ista celeris satisfactio, & infra quantum tempus
mora purgari debet. Glo. *in d. verb. celeri. alleg. plu-*
res opiniones. vt videlicèt vsque ad sententiam, &
dummodò purgetur ante sententiam. Alia opi-
nio, vt purgari debeat ante litem contestatam.
Alia, vt infra modicum tempus, quod celeris sa-
tisfactio requirit, & quòd sit & intelligatur de-
cem dierum tantùm, vel quàm citius, vel quàm ci-
tò potuit, *vt. ff. ad Tertull. l. 2. § confestim.* & reprobat
gloss. opinionem illorum, qui dicebant, quòd
emphyteuta potest euitare pœnam vsque ad litē
contestatam: quia, inquit, hoc posset differri vsq;
ad duos annos, ad vnum, tres, vel plures post sta-
tutum biennij tempus, & sic non esset celeriter, &
qui faciet ante litem contestatam, & litis conte-
stationem expectans, videbitur facere potius ti-
more pœnae, quàm voluntate, & interpellabitur
coram iudice, & tamen tempus statutum interpel-
lat. subdit glos. Dabo modicum tempus post la-
psum biennij; & illud modicum, cum non sit à iu-
re determinatum, cōsiderabitur arbitrio iudicis,
quod appellatur arbitrium boni viri, per iura,
quae ibi allegat. glo. lo c. si quis. allegato, in verb.
celeri. intelligit celeriter satisfaciat, id est, satisfa-
ciat, antequam laedatur ecclesia. Abb. *in d. c. potuit.*
nu. 12. versi. in glo. in verb. celeri. secundum Inno. quòd
celeriter quis dicitur satisfacere, si exactus in iudi-
cio, vel extrà soluit sine termini praefixioni, &
multo celerius, si nullā expectat interpellationē,
sed spontè soluit. sequi videtur Specu. *in tit. de lo-*
ca. § nunc aliqua. versi. 84. quaeritur. & Host. in d. c. po-
tuit. dicit; quod non expectetur requisitio. & opi-
nio d. glo. de modico tempore arridet Abbati. nā,
inquit, est profectò intelligendum de modico tē-
pore, quia verba illa tex. ibi, Sibi cōsulere studuis-
set, denotant, & important, vt sine aliqua requisi-
tione ipsemet sibi celeriter consulat, ideo bonus
iudex arbitrabitur, quando poterit dici sibi cele-
riter prouidisse post bienniū, per Auth. *cons. 418.*
quidam ser. Antonius per totum illud consilium, quod est
factum in materia infra quantum tempus mora non
soluentis canonē possit purgari. facit tex. in l. si ità quis.
§. si sartura. ff. de verb. obli. vbi tex. habet verbum
† Statim, & ibi * communiter dicitur, quod id 3 *
statim, quomodo debet intelligi, relinquitur ar-
bitrio iudicis Io. de Imo. *in d. c. potuit. de loc. colum.*
12. vers. in ea. glo. ibi ipsum, &c. sequitur opinionem
glo. & verbum Celeriter quomodo intelligatur,
sit in arbitrio iudicis, qui iuxta qualitatem perso-
nae, & rei, & alias circunstantias aliter, & aliter, ar-
bitrabitur: nam in emphyteuta diuite, & valdè
pecunioso minus tempus poterit arbitrari, quàm
in non diuite, neque pecunioso. & si in dubium
fuerit reuocatum, quod iudex malè fuerit arbi-
tratus, poterit appellari, per illud, quod legitur,
Inquit, & no. per glo. *in c. super his. de accus. extrà. &*
in l. si qua pœna ff. de verb. oblig.

Et Bald. *in Margarita. in verb. emphyteuta.* dicit
quod emphyteuta potest purgare moram infra
modicum tempus post biennium, & quòd modi-
cum tempus est vnius mensis, vel duorum men-
sium tempus, *vt de iud. si debitori & de compensa, l. si.*
vel x. dierum *vt l. promissor Stichi. §. 1. ff de consti. pec.*
& hoc in biennio legati, quia tempus, † quod est 4
appositum à lege, non impedit purgationem mo-
rae, licèt in pœnam fiat translatio dominij, & re-
uertatur ad ecclesiam ipso facto, quod videtur mi-
rabile contra Dyn. *in l. si seruū § sequitur. ff. de verb.*
obl. vbi habetur contrarium, quod vbi in pœnam
fit translatio dominij, non habet locum purgatio
morae. Sed in hoc, inquit, est speciale de aequitate
canonica. Idem est, si istud biennium est conuen-
tionale, & inter partes conuentum, nam istud pa-
ctum, quòd † per omnia deseruit iuri cōmuni, vi- 5
detur potius esse ius commune, quàm pactum. *ff.*
de re iud. l. si se non obtulit. § si quis. ibi in gl. non vtrun-
que. vbi glo. dicit, quod quando tempus à iudice
statutum consonat cum tempore legali, est legale,
quando

quando excedit, est iudicialc: sic & hic dicam. nam homo exprimit, quod tacitè ineatur, *arg. ad idem, ff. de adopti. l. si arrogator.* Sed hoc verum, nisi sit
6 appositum iuramentum, quia vbi est † appositum iuramentum, mora purgari non potest, *l. si quis maior. Codic. de transac. vt per Bal. ibidem.* vbi etiam subdit, quòd emphyteuta, qui intra duos menses post biennium satisfacit, dicitur satisfacere celeriter, allegat Abb. *hoc dicentem in c. 2. de frig. & malefic.* credo text. Bald. deprauatum, quia id non dicit ibi Abb.

Sed in hac materia moræ purgationis videtur distinguendum, & distingui debere, quia aut quærimus, an emphyteuta, qui cessauit per biennium, vel triennium canonem soluere, possit moram purgare, antequam dominus, lapso biennio, declaret voluntatem suam, & declaret se velle emphyteutam cecidisse: & eo casu videtur dicendum esse, quòd sic, quia tunc nulla regula impediens moram purgari obstat. Vel quærimus, nunquid possit moram purgare, post quam dominus declarauit, se velle eum cecidisse; & est dicendum,
7 quod non potest purgare, quia facta, vel † sequuta declaratione domini directi, vel ecclesiæ lex ipso iure exequutionem facit, ergo nulla moræ purgatio admitti debet. Et Barth. Veronen. aliàs Cæpolla in cautelis, *cautela 135 inci. in fcin.* dat cautelam, vt emphyteuta nó possit moram purgare ob cessationem solutionis, iuxta tex. *in d. c. potuit.* videlicèt, quod dominus, aut ecclesia elapso biennio declaret, vel protestetur, etiã absente emphyteuta, quòd non vult, nec intendit velle, vel habere dictum emphyteutam pro emphyteuta, quia tunc non potest amplius moram purgare, quia aliàs nó facta dicta protestatione, & declaratione, credit, quod possit moram purgare. id quod videtur rectè dictũ; quia licèt emphyteuta cessauit per biennium in solutione canonis, tamen ipso iure lex non facit cõtra eum exequutionem, quia ipso iure non cadit, immo requiritur expressa voluntas domini expressè declarantis se velle, quod ceciderit, dicit tex. *in l. 2. C. de iure emphyteu. in verb. si dominus voluerit vbi Bar. & alij, & Ias. ibi num. 6. in s. no.* vnde declarata domini voluntate post cessationem biennalem, emphyteuta statim intelligitur priuatus ipso iure, nec alia sententia declaratoria requiritur, ergo nõ videtur locus purgatio-
8 ni moræ, quia vbi exequutio † fit à lege ipso iure, ibi non potest mora purgari, *l. traiectitia. §. de illo. ff. de act. & obl. l. ii, cui vbi Bar. ff. de leg. 2. & Bar. & Doc. in l. si insulam. ff. de verb. obl. vbi tractatur materia purgationis moræ abunde.*
9 † Et illa voluntas domini declarata, impeditiua purgationis moræ sufficit, quod vel sit tacita, vel expressa, vt per Abb *consi. 67. incip. in causa, quæ vertitur. 2. colum part. 2 per Alex. consi. 106. incip. viso themate. col. 3. vol. 4. Bar. & Alex. in d. l. si insulam. col. 10. in fi. num 33. versi. prætereà in c. potuit,* vbi dicit; ideo *in c. potuit de locat. extrà,* mora purgari potuit, quia ex quo non erat facta ipso iure nisi domino volente. Et idem est, si fiat declaratio voluntatis non per verba declaratoria, aut protestatiua, sed per actum facti, putà quando dominus fecisset actum, propter cuius gestionem veniret declaratum, quod ipse dominus nollet amplius, quod emphyteuta perseueraret in emphyteusi, exemplum ego darem pro nunc, putà, si lapso biennio dominus rem emphyteuticam, vel alteri locasset, vel alteri in emphyteusim concessisset, quia ille actus esset declaratiuus mentis, & voluntatis domini, quod non vult amplius habere illũ pro suo emphyteuta dando rem alteri; dicit & tenet Lud. Rom. *consi. 103. incip. viso proposita quæstionis themate. 2. col.* Et confirmatur ista opinio, qua sequuta declaratione voluntatis domini, emphyteuta est cõ- 10
stitutus in duplici mora, vna per lapsum temporis legalis, vel conuenti, alia per declarationem domini, quæ geminatio impedit omnino moræ purgationem, *l. traiectitia. §. de illo ff. de act. & oblig. Rom. consilio 252. incip. quæritur primo latè per Ias. in d l. 2. col. 22. numero 79. versicu. alia, & tertia fuit opinio. C. de iure emphyt.*

Et in materia, si † dominus, vel ecclesia ab em- 11
phyteuta, qui soluere cessauit per biennium pensionem, recipit canonem, non pro tempore præterito, sed pro tẽpore posteriore, id est, pro tempore decurso post lapsum biennij, & pro tempore decurso à causata caducitate, sibi ecclesia, vel dominus præiudicat, & videtur mora purgata, & emphyteusis refirmata, & reintegrata, vnde emphyteuta illo prætextu non poterit amoueri, aut expelli. *arg. l. 2. C. de iu. do. impe & l. si. §. fi. ff. de inoff. test.* videtur expressum *in tex. in c. constitutus de relig. do. prope. fi.* quia cum quis, vbi opus est, non vtitur iure, quod habet, et videtur renunciare, maximè cum illud ius sit odiosum, *arg ff. de iniust. rup. l. filium. & l. hereditatem. § filius ff. de castr pec.* immò recipiendo pensionem iuri suo, quò ad hoc, renunciare intelligitur, *l. post diem. ff. de leg. commi. c. ex ore. extrà de his, quæ fi. à maior. par. cap. Spec. de loc. versicu. 13. quæritur. §. nunc aliqua.* fuit opinio aliquorum dominorum de Rota *in nou. dec. 233. de loc. incip. expræmissis.* Sed hoc procedit, si dominus recipiens, quando recepit, sciebat rem fuisse deuolutam, & factam caducam, quia talis
† receptio in casu ignorantiæ non nocet recipien- 12
ti, nec prodest soluenti, *l. mater. ff. de inoff. testa. & Cod. eod titu. l. si quando. § fi. l. fi. Cod. de furt. & l. legitimam ff. de peti. heredit. & 3. quæstio 9. c. indicas.* sciẽtia enim, nó ignorantia hominem obligat, *l. super fernis C. qui nil. non poss. lib. 12. & l generali. C. de tabula. lib. 10. & l. si dictum. § pen. ff. de enic. l. pecunia. §. 1 ff. de vsu.* Et si ecclesia † recipiens pensionem pro- 13
testata sit, quòd recipit sine præiudicio suorum iurium, & saluo iure, non per hoc est sibi factum præiudicium, quominus soluẽtem expellere possit ab emphyteusi propter suam caducitatem: tunc enim receptio non nocet, & prodest protestatio, *arg 9 q. 3. saluo. & de elec c. Cumana. & l. si. ff. de eo, quod cer. loc. & l. 2. ff. si quis can.* quia si eum expellere vellet, potest, & nihilominus pensionem petet, *habetur in glos. in d. c. potuit. extrà loc. inglo. expelli Ias. in l. 2. in si prin ff si quis caut. Bal. in cap. 1. quo tempore miles. in vsib feud. Alex. consilio 14 lib. 2. Curt. sen. consilio 81. Spec. in d. §. nunc aliqua de loc. versic. 25. quæritur.*

Et in hac materia dicit d. gl. *in d cap. potuit. sub eod. verb. expelli.* quòd clarum est id in domino priua-

priuato, sed non idem videtur simpliciter, & in-
distinctè dicendum in Ecclesia: quia, inquit, in
priuato planum est; quia recipiendo pensionem
iuri suo renunciauit, *l. post diem. & l. præcedenti. § fi.*
14 *ff. de leg.* † *commis.* sed in Ecclesia, si solus Prælatus
absque capitulo recipit pensionem, non est Ec-
clesiæ præiudicium circa expulsionem, quia Ec-
clesia, non obstante tali receptione, vel solutione,
poterit nihilominus talem emphyteutam expel-
lere; secus, si receptio sit facta per Prælatum de cō-
sensu capituli, vel ex post ratificante capitulo, quia
cum Ecclesiæ sit liberum, aut emphyteutam ex-
pellere, vel pensionem petere, eligendo vnum, al-
teri videtur renunciare, quod tenet Spec. *vbi supra
vers. 26. quæritur.* vbi inquit, Quòd tamen intellige,
si scienter factum est; secus, si ignoranter, vel cum
protestatione. subdens, Si autem Prælatus solus re-
cepit, non præiudicat, quia Ecclesia non posset ex-
pellere, nisi tamen postmodum consensus ca-
pituli accesserit, *c. pastoralis. de his, quæ fi. à Prel.* si ve-
15 ro id fiat † per rectorem solum alicuius Ecclesiæ,
in qua Ecclesia non sit capitulum, omninò præiu-
dicatur Ecclesiæ recipiendo, quia post receptionē
non potest amplius illum expellere; exemplo de-
fensoris ciuitatis, qui recipiendo pari modo ciui-
tati in hoc præiudicat, *l. aduersus. C. de vsu.* idem, in-
quit, videtur in defensore Ecclesiæ, *l. iubemus nul-
lam. C. de sacrosanct. eccles.* Sequitur hoc Io. de Imo.
in d. c. potuit. in gl. expelli. vbi id dicit etiam tenendū
in Prælato collegiatæ, qui potest hoc facere in
præiudicium Ecclesiæ etiam sine capitulo, secun-
dum Do. Flor. dicentem, quod in hoc casu non est
aliter distinguendum, an Ecclesia habeat, vel non
habeat capitulum, seu collegium, quia etiam si ha-
beat, tamen secundum eum solus Prælatus sine
consensu capitulo poterit recipiendo pensionem
præiudicare Ecclesiæ in iure expellendi, & id ea
ratione: quia ius expellendi emphyteutam, qui
cessauit per biennium soluere, non est, nec esse di-
citur penes Ecclesiam; nisi cum Ecclesia voluerit,
quia emphyteuta non cadit ipso iure ex eo solùm,
quia cessauit, sed quia postquam cessauit, sic voluit
Dominus, aut Ecclesia, vnde sic videtur agi de iu-
re acquirendo, non autem de iure quæsito, in quo
iure acquirendo Pręlatus benè potest pręiudicare
Ecclesiæ negligendo acquirere, & recipiendo pē-
sionem negligere, expellere emphyteutā, vt per
Imolam *ibidem.*

Et in hoc articulo expulsionis emphyteutæ, &
receptionis canonis, Ias. *in d. l. 2. Cod. de iure emphyt.
colum. 42. numero 126. versicu. ego autem vltim. loco.*
post multa hincinde allegata, & disputato con-
cludit, faciendo tres casus principales, videlicèt,
16 quod aut † Dominus primò expulit, & post vult
pensionem, & eo casu, si emphyteuta sit Ecclesiæ,
benè potest etiam pensionem habere, *Authent. qui
rem. Cod. de sacrosanct. eccl.* Si vero sumus in emphy-
teuta priuati, & tunc non potest petere, nisi sit in
principio expulsionis protestat⁹ de sibi iure reser-
uato, quoad petitionem pensionis. In colono ve-
ro subdit Ias. est clarum, quòd si primò expellatur
potest adhuc pensio peti, *l. colonus. ibi per eum al-*
17 *leg.* Aut verò † incœpit à receptione pensionis, &
post vult expellere, & tunc distingue, inquit, Vel
recepit pensionem temporis præteriti, vel futu-
ri, & primo casu, quando recepit præteriti tem-
poris, & tunc, aut recipit cum protestatione reser-
uationis iuris expellendi, & tunc potest etiam ex-
pellere: aut recipit sine protestatione, & simplici-
ter, & si ignorans caducitatem recepit, potest ex-
pellere. Si vero recepit pro tempore futuro, id
est pro tempore decurso post caducitatem causa-
tam, & post biennium lapsum, & tunc, aut sit pro-
testatus, aut non, recipiendo sibi pręiudicauit, vn-
de non potest expellere, per Ias. *d. loco per text. in l.
2. § non malè. ff. de except. dol. & l. qui in futurum. ff. de
par.* Et si emphyteuta † habeat indultum à Papa, 18
per quod propter canonem non solutum nō pos-
sit cadere à iure emphyteutico, quod omnino ca-
dit, nec tale rescriptum illum iuuat, quia fuit nul-
lum, & nulliter obtentum, Bald. *in l. si à te. numero
1. Cod. de pac. inter emp.* Et si Prælatus petat rem Ec-
clesiæ, vt caducam ex eo, quia fuerit cessatum in
solutione, non videtur posse obtinere in hoc iu-
dicio. si emphyteuta, vel conductor affert tres an-
nales solutiones vltimas continuatas, quia per il-
las præsumitur in præteritum semper soluisse, *per
text. in l. quicunque. Cod. de apoch. publ. lib. 11. per Ioan.
Andr. cap. littera. de dilat. Ias. in l. si certis annis. volum.
2. sub numero 4. versicu. adde similiter. Cod. de pac. arg.
l. Procula. ff. de prob.* ex præsentibus enim præterita
metimur, *l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mo. pig. vel
hypo. sol. Bald. in d. c. littera. Spec. in d. §. nunc aliqua
versicu 27. quæritur. de loc. Craue. cons. 313. vbi hanc
materiam tractat. incip. debitor census gl. & Doctor. in
dicta l. 2. C. de iure emphyt. Cyn. in l. 2. C. de dot. prom. vbi
Bald.*

Et id non solum procedit in solutione tribu-
tarij, in quo casu loquitur *in dicta l. quicunque.* ve-
rum etiam in canone, & solutione canonis em-
phyteutici, Rot. *in nou. decis. 304. Specu. in d. versi-
cu. 27. & Ioann. Andr. in addit. ibi. Bart. in d. l. 2. co-
lum. fina. numer. 9. versicu. quæro, quis. vbi Bald. colum.
4. versicu. sed qualiter. vbi Alber. numer. 7. Cyn. numer.
6. Ias. numer. 135. Cod. de iur. emphyt. Bart. in d. l. qui-
cunque in princ. Paris. cons. 108, numer. 31. volum. 1.* Et
in emphyteusi Ecclesiæ sufficere solutionem duo-
rum annorum tenuit Hostiens. *in Summa. §. fi. sub
numer. 13. versicu. hoc autem. de loc.* licèt illum re-
probet Ioann. Andr. & contrarium teneat *in ad-
dit. ad Specul. d. versicu. 27. & Ias. d. l. 2. colum. 46. nu-
mer. 136. versicu. secundò limitauit. Cod. de iur. emphy.*
Idem procedit etiam in solutione decimarum,
per Boer. *decis. 236.* Et id verum, etiam si in libro,
in quo apparet de tribus vltimis solutionibus non
appareat descriptum aliquid de solut. temporis
anterioris, ità Bald. *in d. l. quicunque. versicu. item
quæro, exactor.* Idem procedit etiam in solutione
collectarum, vt adducens tres solutiones annales
vltimas continuatas censeatur semper in præteri-
tum soluisse, Ias. *d. l. 2. col. 46. num. 137. vers. nunquid
autem, de iur. emphyt. Trigon. sing. 125. Bald. in d. cap.
littera. in fin.* Idem etiam procedit in colono, siue
censuario, Bal. *in d. cap. littera. ibidem. Ang. in §. scire
autem in fi. Auth. de non alien. Anch. in d. c. ea potuit. col.
pe. de loc. Ias. in d. l. 2. col. 46. eo. nu. 137. & d. versic. nun-
quid. Soc. cons. 118. nu. 3. vol. 4. Calcan. cons. 45. volum.
fi. deci. Thol. 225. Cremen. sing. 78. incip. tu scis. & Tri-*

gon. sing. 125. hoc idem voluerunt Domini Rot. *decisi. 304. incip. lex quicunque in nou.* vbi dixerunt, quod *dicta l. quicunque.* locum habet non solum in censuario, sed etiam in quocunque alio. Idem similiter dici debet de obligato ad solutionem pēsionis, qui si probet se tribus annis vltimis continuatis soluisse, semper in perpetuum soluisse præsumitur, Gigas de pēsio. *q. 81.* Id quod procedit, et si solutio esset distributa per quinquennia, quando cōstaret de solutione simili modo trium quinquenniorum, Bal. *in d l quicunque. versi. item quæro.* vbi etiam subdit procedere, etiam si postquam docuit de tribus solutionibus, cessauerit in soluendo, quia nihilominus est præsumptio, quod in præteritum soluerit. Id quod etiam procedit in oblatione facta de tribus annis continuis vltimis, Dec. *consi. 650 col. fi.* Et id pariter procedit, etiam si debitum foret iuratum, per Gratum *consi. 121. col. 2. num. 9. 2. vol.* Sed requiritur ad hoc, vt talis intret præsumptio, quod dictæ solutiones, quietationes, aut confessiones sint factæ omnes diuersis temporibus, & singulæ singulis annis, non autem vnico contextu, *Bal in d l. quicunque. 1. q. idem in d. l. 2. C de dot. promis. Bal. Anch. Io. And. in d. c littera. Ias. in d. l. 2. colum. 45. sub eo. num. 135. versic. limitate. Chass. super consue. Burg Rub. 11. § 5 num. 1. Alex. ad Bar in d. l. quicunque Aposti. ad d. decis. Thol 225. Cremen. d. sing. 78. Trigon. d. singu. 125.* Et solutiones debent esse annales, non semestrales, aut trimestrales, Alex. *consilio 105. incip. magnifice prætor. colum. 2. numero 3. versiculo contra istud. volum. 3.* Contrarium tenet Bald. *in d l quicunque. 4. quæst. Ias. in l. diuortio. §. quod in anno numero 5. versicul. tertiò infert, no. Bald. ff. sol. mat. facit Alex. consilio 107. incipit: perspectis verbis instrumenti. colum. 2. sub numero 10. versic. & ad hoc non obstat. volum. 3.* affirmans eandem rationem versari in solutione semestrali, & trimestrali, quæ in annali. Et dicta procedunt in solutione debiti prouenientis occasione rei; quia est secus in debito ex obligatione personali proueniente, Bal. *in d. l. quicunque. versi. item quæro. per Cremen. singu. 79. incip. item quæro. ponit Gabr. in suis commu. Conclus. conclu. 11. per ampliationes, & limitationes. lib. 1.*

23 Et si † emphyteuta cessauit soluere per sex, vel quatuor annos, & soluit pro duobus, in dubio videtur soluisse pro primis duobus annis, *l. cum pluribus ff. de solut.* & licèt videatur, quod parum intersit, pro quibus videatur soluisse, siue pro primis, siue pro vltimis, quia cum restet solutio facienda pro duobus annis, semper res est commissa, tamen interest aliquid, secundum ea, quæ suprà proximè diximus.

24 † Et onus probandi solutionem canonis, vel pensionis emphyteusis est de incumbentibus emphyteutæ, non autem domino, tenet gloss. *in d. l. 2. C. de iure emphy. in gloss. verb. repellere. versi. item quis probabit. arg l. 1. de probat. sequitur Ias. ibidem colum. 44. num. 132 versi. in ea. gloss. ibi, vt arg. sup.* quod emphyteuta tenetur probare affirmatiuam se soluisse, non autem tenetur dominus volens illum expellere hanc negatiuam probare, sibi non fuisse biennio solutum, quamuis istud sit fundamentū intentionis suæ; subdens, quod * omnes nemine dissentiente ibi cum hoc transeunt scribentes cōmuniter, & per Bald. *ibidem in 1 lect. num. 16. & in 2. lec. num. 15. vbi etiam in vers. sed in casu. num. 18 secundum gloss. dicit*, quod emphyteuta probabit se soluisse per † instrumenta, aut per partis confessionem, & per testes. & testes debent esse non minus quinque, & rogati, *l. testium. C. de testi. & Authen. rogati. C. eod.* subdit Bald. quod ratio est, quia contractus iste, & quod ex eo debetur, in scriptis est celebratus, & per scripturam ipsam, ergo, inquit, non minus sufficiunt. 25

Et solutio canonis emphyteutici ecclesiæ esse videtur fauorabilis, quia emphyteuta tenetur illum soluere † in domo ecclesiæ, vel creditoris, & 26
ad domum Prælati illum apportare; videtur dicere, & tenere Bal. *in l. acceptam. 12. quæstione. versicul sed nunquid. C. de vsuris.* ibi in casu propositæ quæstionis, vbi Perusinus emphyteuta, qui est obligatus soluere ecclesiæ decem Florentiæ, tenetur ire Florentiam ad soluendum: motus Bald. quia debitor est ecclesiæ, & debitum paruum, pro quo si ecclesia haberet accedere, aut mittere Perusium, plus haberet incommodi, quàm vtilitatis ex dicta emphyteusi. tenet Innocen. *in c. significante. extrà de pign.* tenet idem Bald. *in l. cum quidam. C. de condi. infer. num. 8. versi. modò quæro.* quòd si debitum † est 27
causa alicuius obsequij, vel reuerentiæ, vel cum subiectionis onere, vt sunt censuales, & victuales, qui sunt quodammodo subditi, pro soluendo debito tenentur ire ad domum creditoris, & ibi soluere. si verò Prælatus, † qui habet recipere censum 28
vel emphyteusim latitat, vel non compareat, quia fortè nolit emphyteuticum canonem recipere, emphyteuta remedium habet, quòd protestetur, quod attulit censum, & est ipse paratus, & quod illud alicui personæ idoneæ consignet, & deponat vbi etiam Bald. subdit, quod si emphyteuta portet canonem ad domum Domini, si in itinere derobetur, aut ei per vim canon auferatur, liberatur.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Ecclesiæ malè facta nulla est.*
2 *Oeconomus an ob malè factam alienationem sit officio ipso iure priuatus.*
3 *Lex si imponit pœnam amissionis, ipso iure statur eius dicto.*
4 *Verbum præteriti temporis importat ipso iure, & quid in verbo futuri temporis.*
5 *Tabellio qui contractum malæ alienationis celebrat, exilio mulctatur.*
6 *Casus, in quo ecclesia potest locupletari cum aliena iactura.*
7 *Donatam rem ecclesia recipiens datum cum tantundem de suo restituit.*
8 *Creditor accipiens in pignore rem immobilem Ecclesiæ, quod dedit, amittit.*
9 *Emptor monasterij punitur, quia nulla est emptio, & pretium solutum cedit in vtilitatem ecclesiæ.*
10 *Ius Canonicum exigit, quòd res ecclesiarum alienentur cum certis solemnitatibus.*
11 *Alienatio etiam facta in casu licito contra formam traditam à iure Canonico nulla est.*
12 *Res ecclesiæ sunt bona Christi.*
13 *Auferens quid patri & matri, asserens hoc non esse peccatum, reus est homicidij.*

14 Ra-

DE POENIS MALAE FACTAE alienationis.

QVAESTIO LXXVI.

CAP. I.

QVia eueniente casu malè alienationis factæ de rebus ecclesiæ, est prouidendum de remedio ecclesiæ pro illius conseruanda indemnitate, & pro recuperanda re malè alienata, vt sciamus, quid agendum tunc, & quo iure esset experiendum, volui ponere de pœnis male factæ alienationis rerum ecclesiæ. Et si alienatio sit facta male, & non secundum formam, & modum à
1 iure traditum, videtur primò, quod sit nulla, † irrita, & pro non facta alienatio, siue contractus, & quod taliter contrectantes in multas inciderint pœnas.

Primo, incipiendo à iure antiquissimo per text. qui dicit ad literam, *in l. iubemus. l. secunda. §. sanè si hac. versicul. prædia autem. C. de sacrosanct. eccles.* vbi prædia ecclesiarum alienata præter modum, & formam ibi traditam vendicantur cum fructibus, pensionibus, & accessionibus totius medij ecclesiæ, vt tanquam penitus temporis nullo empta, vel vendita teneantur, quia ea, quæ contra leges fiunt, pro infectis habenda sunt, vbi emptori imponitur pœna, videlicèt, quia amittit omne commodum, & omnem fructum emptionis, ac pretium exbursatum, & ea, quæ causa talis emptionis, & acquisitionis donauit, quæ omnia cedunt lucro, & commodo ecclesiæ. Et œconomus, qui vendit, priuatur, & priuari habet officio œconomatus; &, si quod damnum propterea venit ecclesiæ de venditis bonis, resarcitur, remanente Ecclesiæ, vel ecclesiasticis personis etiam pro huiusmodi actione contra hæredes, *vt in dict. l. iubemus. §. œconomus autem. vbi vide per Bart. & Bald.* an talis † œconomus sit, vel intelligatur ob talem 2
malè factam alienationem priuatus officio, vel administratione ipso iure, an vero priuandus veniat per sententiam, super quo sunt notanda eorum dicta, quia seruiunt ad cognoscendum cognoscenda pariter hodiè de Prælato malè alienante. Nam dicunt, quod est aduertendum, quomodo, & per quæ verba lex, vel canon loquatur. dicit enim Bart. *ibidem in d. §. sanè si hac nume. 11. versicul. quæro vlterius gloss.* dicit; quod iste œconomus non est ipso iure priuatus, sed venit priuandus per sententiam; dicit enim text. priuetur, non priuatus sit; Et vide inquit gloss. suam, & nota, & signa eam. subiungens præterea Bart. numer. 12. Quando † lex imponit pœnam amissionis, vel rei, 3
vel actionis, si exprimatur in ea ipso iure, vel per sententiam, tunc certè stamus dicto, *vt l. commissa. ff. de publi.* Vel distingue; aut vtitur verbis præteriti, † vel præsentis temporis, vt priuatus sit, 4
& tunc intelligitur ipso iure. Aut vtitur verb. futuri temporis, & intelligitur per sententiam, vt hic, nisi addatur dictio Mox, vel dictio Statim, quia tunc Intelligitur ipso iure, aliàs secus; cum non sit statim, *vt in Authen. de incest. nup. §. 1. colla. 2. & dixi, inquit, in l. Imperator de iure fisc. vt per Bart. ibi*, vbi in marginè multa dicuntur. super quo vide latius per Bald. & copiosius distinguit ibidem versiculo quintò quærit gloss. per Pet. de Anch. *in cap 1. de rescrip. & c. cum secundum leges. de hæret. in 6.* Et tabellio, qui † contractum malæ alienationis 5
celebrauerit, exilio mulctatur; iudex vero qui contractum talem celebrari mandauerit, dignitate, & bonis omnibus priuatur, vt in *dict. l. iubemus. §. ijs tabellionibus cum § seq. C. de sacrosanct. eccles.* quæ applicari habent ecclesiæ, quam lædere voluit; vt per gloss. ibi in verb. bonorum. vbi paulò antè gloss. dicit *in verb. acquirantur.* quod in isto casu † in o 6
dium emptoris, & fauore ecclesiæ ecclesia locupletari potest cum aliena iactura. *Idem habetur in tex. in Authen. de non alien. aut permu. reb. eccles. § sicut autem damnosas.* vbi Imperator interdicit fieri per aliquem donationem, vel venditionem prædiorum sterilium, vel minus idoneorum, & mandat, quod contractus habeatur pro non facto. & paulò ante *ibidem in §. quia vero Leonis.* pœnas, quas Leo Imperator solum decreuit in venditione bonorum ecclesiæ, de quibus *in dict. l. iubemus.* prorogat Imperator, & extendit etiam ad donationes, permutationes, perpetuas emphyteuses, & pignerationes, in rebus immobilibus. subdens, quod si quis præsumat emere rem ecclesiasticam, vel parochiam, cadat à pretio, & res empta cum fructibus medij temporis exigatur pro ecclesia, & nulla sibi competat actio contra ecclesiam, vel domum sacram, sed tantum contra œconomum venditorem in eius proprijs substantijs, vt metus suæ substantiæ cauere faciat à talibus, quem Dei timor cauere non fecit: qui vero rem ecclesiæ † sibi dono 7

datam accipere ausus est, restituat cum tantundem de suo Ecclesiæ. & qui permutationem cum Ecclesia fecit, subiaceat pœnæ, & datam sibi rem amittat, quę redeat ad Ecclesiam, & datum per eum Ecclesiæ remaneat, actione pari modo illi reseruata
8 contra eum, qui cum eo contraxit. & si † creditor in pignore corporali eligat accipere rē immobilē Ecclesiasticam, putà domum, agrum hortum, vel huiusmodi, aurum, vel illud aliud, quod dedit, amittat, & illud applicetur Ecclesiæ, remanente pariter sibi actione contra œconomum, aut alium, qui cum eo contractum talem celebrauit, *vt in dicta Auth de non aliena. aut permu. §. si autem creditor.*

Et si quis perpetuam, vel temporalem Ecclesiæ emphyteusim accipere præsumpserit, non seruata, inquit, nostræ legis forma, cadat ab emphyteusi, & quod per eum sit datum, Ecclesiæ applicetur. subdens, quod eædem pœnæ seruandæ sunt, & aduersus eos, qui sacrata vasa contra formam legis, aut pignori dant, aut vendunt, aut conflant, *vt in*
9 *dicta Authent. § si vero in perpetuam.* Et qui † pariter Ecclesias, aut monasterium ausus fuit emere, in hoc puniatur, quod emptio sit nulla, & pretium per eum solutum cedat in vtilitatem Ecclesię, hypotheca super ijs omni sublata, *vt in dicto Authentico §. quia vero cognouimus.* vnde gloss. *in dicto §. si autem creditor. in verb. habeat lucrum.* dicit; quod in istis casibus Ecclesia benè, & de iure potest locupletari cum aliena iactura culpa eius, qui aliqualiter accipit, vel accipere præsumit res Ecclesiæ.

Et idem Imperator *in Authen. de alien. & emphyteut.* easdem pœnas ponit. Ait enim *in §. fina. incipien. si vero præter hæc* quod si præter formam ibi traditam contractus fiat, vel super mobilibus, aut immobilibus rebus, quod res, super qua fuit contractus celebratus, reddi debet Ecclesiæ, vel religiosæ domui cum medij temporis fructibus, pœnes Ecclesiam pari modo remanente pretio antè dato, vel ea re, quæ pro permutatione, aut alia qualibet occasione fuit data. & si fiat emphyteusis præter, & contra formam dictæ legis, eadem res Ecclesiæ reddatur; & emphyteuta persoluat pactum, seu conuentum, & si donetur res Ecclesiastica, eadem cum fructibus medij temporis, & alia res tantundem valoris restituatur Ecclesiæ, & si fiat hypotheca contra hanc formam, creditor perdat illud, quod ei debetur, res venditionali loco reddatur, tabellionibus talia stipulantibus exilio mulctandis.

Et deueniendo ad ius Canonicum, habetur *in*
10 *gloss. in summa. 12. q. 2.* quod res † Ecclesiarum habent alienari cum certis solemnitatibus. & olim quidem, dicit gloss. duo de vicinis Episcopis interent, & de causa alienationis cognoscebant, & subscribebant, *10. qua. 2. casellas. in fin. & infrà eo. quicunque suffragio. & 18. q. 4. nullus.* sed hodie, inquit, sufficit consensus capituli, & Episcopi, *vt c. fine exceptione. 12. q. 2.* & si res sit modica, & necessitas magna, non est necessarius consensu capituli, *c. terrulas. ead.* In rebus monasteriorum alienandis requiritur consensus Abbatis, capituli, & Episcopi. *cap. Abbatibus. ead. 17. q. 4. in venditionibus.* Idem in Ecclesijs parochialibus; ibi enim consensus sacerdotis requiritur, *cap placuit. infrà ead. 10. qu. 2. si quis Episcopus.* Subdit gloss. quod si fiat, vel facta reperi-
tur alienatio † contra dictam formam, est nulla, 11
licèt sit facta in casu licito, capitulo, sine exceptione. eadem, sed facta cum dicta forma, etiam in casu non concesso, tenet ipso iure, *argu. extrà de his, quæ fi. à Prælat. siue consensu cap. cum nos.* Sed ista secunda pars gloss. quod alienatio cum solemnitate in casu non licito tenet, non videtur vera, quia illam reprobat Abb. *in cap. cum causa. in fin. extrà de senten. & re iudi. & idem in cap. nulli. colum. 2. numer. 7. versicu. & concludo, de reb. eccles. alienan. vel non.* vbi ità, inquit, Et concludo quod nisi alienatio fiat seruata illa forma, & in casu à iure concesso est nulla. de defectu formæ est clarum: nam illa semper inducit nullitatem actus; quia forma dat esse rei; probatur *in cap. tua. de his, quæ fi. à Prælat. & d. cap. sine exceptione.* de defectu casus liciti probatur hic. nam prohibetur alienatio rei Ecclesiæ à iure, ergo alienatio est nulla, si non sit in casu concesso, *l. non dubium. C. de leg. & in reg. ea, quæ contra ius. de reg. iur. libro. 6. & aliàs, vt ibi per eum.* & eandem gloss. dicit * communiter esse reprobatam Cardin. Alexandr. *in dicto cap. sine exceptione & ibi Lauren. de Rodul. in sua repetione. & dico suprà in quæstio. 24. de solemnita. quæ interue. in aliena. ecclesi. vbi de defectu casus liciti ad longum, quibus addas Anton. Corse. in sing. in verb. Alienatio. incip. si Prælatus interueniente. Et habetur in cap. 1. ea. 12. q. 2.*
quod pecunia † ecclesiæ, & res ecclesiæ sunt bona, 12
& res Christi; quia proprietas, & possessio rerum ecclesiæ est penes Christum latè per Abbatem *in repeti. cum esses, num. 30. extrà de testam.* vnde per illum text. qui aufert, fraudat, vel rapit res ecclesiæ, incurrit pœnam homicidij, & vti homicida damnatur. Idem habetur in *c. qui abstulerit. ea.* vbi
qui abstulit † aliquid patri, & matri, & dicat, quod 13
hoc facere non sit peccatum, reus est homicidij, & auferendo ecclesiæ aufert patri & matri, vt ibi in tex: quia pater noster sine dubio Deus est, qui nos creauit, mater vero nostra ecclesia est, quæ nos in baptismo regenerauit; ergo qui Christi pe-
cunias. & ecclesiæ † rapit, & fraudat, homicida est, 14
vbi subdit gloss. quod qui non pascit patrem, vel matrem homicida est. Et *in c. quicunque. ea. habetur*, quòd quæcunque persona prædia ecclesiæ inuaserit, vel à sæculari Principe suscipere ausus fuerit, incurrit pœnam excommunicationis, vbi gl. *in verb. à quocunque.* dicit; quod semper detentor
rerum ecclesiæ, est † conueniendus, licèt etiam ex- 15
hibeat authorem suæ venditionis. Sed est intelligendum, quando possidet nomine suo, non nomine alieno, quia si nomine suo, possessor est est semper conueniendus, nec tunc est necesse vocare illum, cuius authoritate possidet, *vt extrà de lit. non contesta.* quoniam. subdens gloss. scias, quod
licèt † conuentus rei vendicatione possit domi- 16
num nominare, non tamen potest, si sit conuentus iudicio possessorio, vt hic. vbi etiam glos. distinguit inter rem mobilem, & immobilem. Facit gl. *in c. monemus. ead. 12. q 2.* quæ dicit, quod qui a-
lienauit, potest conueniri, † item, & qui possidet; 17
& cum ecclesia habeat opinionem, quem volet, conueniendi, si primo cœpit vnū conuenire, & po-
steà

steà velit alium conuenire, non fiet ei præiudiciũ aliquod per electionem, *l. vlt. C. si tut. vel cura.* & si
18 Ecclesia suum cõsequuta est † à possessore, potest etiam agere contra alienantem ad pœnam, quia pœna vnius non liberat alium. & ecclesia, quæ suũ consequuta est à possessore, non potest cogi ad cedendum iura, & actionem, etiam contra alienan-
19 tem, quia bona fronte non potest † petere cessionem, qui ex sua contumacia fuit condemnatus, vt ibi per eandem gloss. & *glo. ibidem in d. c. quicunque. in verb. consensu.* dicit; quod quis non potest retinere rem Ecclesiæ, etiam si illam habeat ab Impera-
20 tore, quia illud, † quod dicitur iustè possidet, qui authore prætore possidet, *l. iustè ff. de acquir. poss.* habet locum in rebus priuatarum personarum.

Et habetur in text. *in cap. prædia. ea.* quod ille, qui vexare præsumit prædia diuinis vsibus tradita, & humanis illa vsibus applicare, & Deo cui sunt tradita subtrahere, pęnam sacrilegij incurrit, & vt sacrilegus iudicatur.

21 Et de sacrilegio † quid sit, & quæ pœna sit sacrilegij, vide per gloss. *in c sacrilegium. quod est 417. q. 4.* quæ dicit, quod sacrilegium magistraliter varijs modis describitur, vno modo, vt sit rei sacræ violatio, siue in se, siue in alio, & hic appellatur res, siue sit res ipsa sacra, siue ipsa persona ecclesiasti-
22 ca. Committitur † autem tribus modis sacrilegium, vel cum sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro aufertur, per
23 tex. *in c. quisquis. ead. 17. q. 4.* Imponitur autem † pro sacrilegio quandoque spiritualis pœna, vt si committatur in persona ecclesiastica, quia talis est excommunicatus ipso iure, *ea. 17. q. 4. si quis suadente diabalo.* sed si in re ecclesiæ fit sacrilegium, tunc post trinam munitionem est excommunicandus, *d. cap. quisquis. §. item si quis domum.* Item imponitur pro sacrilegio pœna pecuniaria, quandoque maior, quandoque minor, *d. cap. quisquis. & c. si quis cõ-*
24 *tumax.* Et pœna, quæ † imponitur pro sacrilegio, quandoque applicatur rei, quandoque applicatur, seu præstatur personæ, secundum quòd iniuria est illata: quia si iniuria est facta personæ pœna est præstanda personæ iniuriatæ, *cap. parochianos. extrà de sent. excomm.* si rei facta est iniuria, tunc ipsi rei est præstanda, *c. si quis in atrio. ead. 17. q. 4. & c. de hoc autem. extrà de immo.* Sed secundum leges sæculares de iure ciuili durior pœna imponitur
25 † pro sacrilegio, *l. sacrilegij ff. ad legem Iul. pec.* vbi habetur, quod pœnam sacrilegij habet proconsul pro qualitate personæ, pro rei conditione, temporis ætatis, & sexus, vel ſederius, vel clementius statuere. & scio, inquit. I. C. multos ad bestias dãnasse sacrilegos: nonnullos etiam viuos exussisse: alios vero in furcas suspendisse. Sed moderanda pœna est vsque ad bestiarum damnationem eorum, qui manufacta *templa effregerunt, & dona Dei* noctu tulerunt. Cæterum si quis interdiu modicum aliquid ex templo tulit, pœna metalli coer-
26 cendus est: aut, † si honestiore loco natus est, deportandus is in insulam est: & alias, vbi in tex. in *d. l. sacrilegij. Et habetur in cap. in antiquis. 12. quæst. 2.* ex lectione euangelica, quod si aliquid defraudaui, reddo quadruplum, vbi summatur text. quadruplum restituat, qui res ecclesiæ inuadit, vbi notat gloss. quod est arg. quod in ecclesia † po- 27
test infligi pœna pecuniaria. idem habetur *in c. seq. ibidem*, vbi fit summarium, quod inuasores rerum Ecclesiæ puniantur iuxta formam, & tenorem legũ sæculariũ: vbi habetur, quod ille, qui manu † armata vsque ad quatuor homines in vi- 28
cum alterius ad malefaciendum venerit, ille, qui prior est, pro illicita præsumptione componat solidos nongentos, sequaces vero eius, vnusquisque solidos 80. Si vero incendium fecerint, ibi nonies tantùm componant, si vero prædam, in quadruplum restituant. vbi gloss. *in verb. qui prior est not.* quod ideo est, quod omnes sese componunt, quia quot † sunt iniuriantes, tot sunt iniu- 29
riæ, *l. si plures. ff. de iniur.* & pœna vnius non liberat alium, *l. item Mela ff. ad leg. Aquil. §. sed si plures.* & habetur ibi in gloss. componat, quod pœna legalis, † & conuentionalis nedum potest excedere 30
quadruplum, prout habetur in tex. *in §. omnes Instit de act.* sed possunt extendi in infinitum secundum qualitatem negocij, vel delicti, sed si habetur respectus purè ad rem ipsam, tunc sufficit pœna quadrupli. & in gloss. si vero habetur, quod incendiarius † est ipso iure excommunicatus, nec 31
prius absoluitur, quàm satisfaciat, & iuret se id amodo non facturum, *23 q. 8. si quis membrorum.* & si fuerit excommunicatus, non potest absolui, nisi à Papa, *c tua. extra de senten. excommu.* & secundum leges capite punitur incendiarius, *l. capitalium. §. nonnunquam. ff. de pœ.* vbi habetur, quod si quis intra oppidum, vel propter inimicitias, vel ob prædam aliquid exusserit, igne crematur, sed si villam combussit, leuius punitur, *l. qui ædes. ff. de incen rui. nauf.* subdens, Non inuenio, quod incendiarius sit ipso iure excommunicatus, nisi incendiarius Ecclesiæ, extrà de appella. cap. in litteris. quæ sunt notanda pro damnis, quæ ex incendio inferri possunt Ecclesijs, & Ecclesiæ reb. Item legitur *in c. in legib. 12. q 2.* quod si quis Ecclesiasticas oblationes, & quod Deo cõsecratum est, rapuerit, vel rapi cõsenserit, sit sacrilegus, damnum in quadruplum restituat, & canonicè pœniteat: & suma- 32
tur etiam ille tex. quod rapiens res Ecclesiæ tenetur in decuplum; vbi gloss. fina. dicit, quod in illo quadruplo rei persequutio computatur, vt *Instit. vi bon rap. in princip.* sed in furto est rei persequutio, præter pœnam furti. *Instit de oblig quæ ex delict. in fi. 79 distinct. decenter.* Contrarium videtur *in c. fraternitas ea. 12. q. 2.* vbi habetur, quod Ecclesia ea, quæ fuerunt sibi oblata, habet recipere sine aliquo augmento. vbi gloss. fina. pro euitandis contrarijs multipliciter respondit, videlicet, intelligendo de augmento innaturali, illegitimo, quia aliàs est, si augmentum sit naturale, & legitimum, id est, interesse; quia tunc benè quidem potest recipere cum augmento. Nec est verum, inquit, glo. illud, quod dicunt quidam, quòd si fur, vel † præ- 33
do vult restituere rem, antequam conueniatur, seu in iudicium trahatur, pœnam euitet; quia immo non sufficit raptori restituere rem ad euitandum pœnam, *l. non prodest. ff. vi bon. rap.* Vel dic, inquit, alio modo, quòd non est Ecclesia, quæ parat pœnam, sed iudex ex officio suo eã infliget, & dabit Ecclesiæ, cui sanctitas ignoscendi gloriã dere-

 liquit,

liquit, *l. si quis. C. de episco. & cleri.* Vel dic, inquit, quod nõ potest petere interesse, quod est extra rẽ, vel si fortè occasione rei sublatę familia, vel pecorà mortua sunt, illud non potest petere, sicut nec emptor, *l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. empti. & vendit.* Et vltimò gloss. ad penitus euitandam omnem contrarietatem figurat casum text. hunc in modum. Quidam confessus fuit sacerdoti suo se fecisse furtũ, quæritur, an pœnitẽtia debeat ei iniungi, vt illam rem restituat cum pœna? Et respon. quod non, & sic, inquit, cõtraria non tangunt casum. & hanc gl. dicit esse singularẽ Alex. *in l. si pœna. ad fin. vers. extra gl. no. illud ff. de condi. indeb.*

SVMMARIVM.

1 *Cimelia, & vasa sacra, nisi pro causa captiuitatis vendi non possunt.*
2 *Pœna malè alienantis, & inuadentis, ac depredantis res Ecclesiæ, & nu. 3.*
2 *Nemo rem Ecclesiæ sua vsurpare debet.*
5 *Ecclesia in recuperanda re malè alienata habet optionem conueniendi possessorem, vel eum, qui alienauerit.*
6 *Prælati non debent aliquid de bonis Ecclesiæ transferre in manibus Principum.*
7 *Donator, accensator, venditor rerum Ecclesiæ honorem perdit.*
8 *Quilibet admittitur ad accusandum contra malè alienantem.*
9 *In interdicto vnde vi veniunt restituendi omnes fructus percepti à tempore deiectionis.*
10 *Possessor non bonæ fidei in rei vendicatione tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt.*
11 *Titulus qui habetur pro non titulo, non excusat.*
12 *Distrahentes res Ecclesiæ aliter, quàm per iura traditum est, anathemate feriuntur.*
13 *Excommunicari nemo debet, nisi trina præcedat admonitio.*
14 *Prædia alienata debent antiquæ culturæ reuocari.*
15 *Res Ecclesiæ absente Episcopo distracta reuocantur.*
16 *Alienans prædium Ecclesiæ mulctatur amissione sui honoris.*
17 *Pœna, quam incurrit, qui vexat prædia Ecclesiæ dedicata.*
18 *Ecclesia habet carcerem, & pœnam relegationis infligit.*
19 *Alienatio rei Ecclesiæ prohibetur largißimè sumpto vocabulo.*
20 *Alienatores rei Ecclesiæ excommunicantur, nisi rem restituant.*
21 *Locatio facta à canonico inconsultis alijs reuocari debet.*
22 *Alienatio rei Ecclesiæ vacantis facta sine causa, & non præcedente tractatu non valet.*
23 *Prælati prohibentur ne submittant bona immobilia & iura Ecclesiæ laicis personis.*
24 *Submißiones rerum Ecclesiæ requirunt specialem licentiam Papæ.*
25 *Prælatus, qui obligat Ecclesiã pro alienis debitis, est suspensus ipso facto ab administratione.*
26 *Satisdatio maleuolum tutoris animum non immutat*
27 *Religiosus, qui concedit ad vitam, est suspensus ab officio, nisi ex vtilitate, vel necessitate.*
28 *Alienatio rei Ecclesiæ sine solemnitatibus facta, est ipso iure nulla.*
29 *Annullatio actus dicitur esse pœna.*
30 *Alienans, & is, in quem alienatio fit, est excommunicatus; & ibi enumerantur plures aliæ pœnæ malè factæ alienationis.*
31 *Prælatus malè alienans rem Ecclesiæ, tenetur de suo patrimonio Ecclesiam indemnem conseruare.*
32 *Conducens, vel aliàs accipiens rem Ecclesiæ non seruatis seruandis amittit melioramenta.*
33 *Extrauagantis Ambitiosæ, quæ dicitur Paulina, tenor.*
34 *Constitutio Pauli IV. super rescißione alienationum bonorum Ecclesiasticorum.*
35 *Pius IV. motu proprio reduxit Bullam Pauli IV. ad terminos iuris.*
36 *Verbum irrita importat ipso iure.*
37 *Poßidens rem Ecclesiæ ex contractu nullo tenebitur etiam fructus restituere.*
38 *Qui Ecclesiæ bona vsurpat anathema est.*
39 *Alienatio de facto celebrata non facit incidere in pœnas.*
40 *Prælatus malè alienans, an si conseruet Ecclesiam indemnem, euitet pœnam delicti.*
41 *Clausula generalis refertur ad omnia præcedentia.*

CAP. II.

HABETVR pariter *in text. in cap. Apostolicos.*
12. quæst. 2. quod nemo Episcopus, vel † alius 1
vendat, aut alienet cimelia, & vasa sacrata, nisi pro
causa captiuitatis, & quod si quis aliquid cõtra au-
sus fuerit, pœna sit, quod deponatur vt præuari-
cator diuinarum rerum, & præceptorum: vbi gl.
in verb. deponatur. notat, quod depositio est pœ-
na malè alienantis res Ecclesiæ, vt infra, inquit,
ead. cap. quisquis. & cap. non liceat. & cap. statuimus.
Sed contra, inquit, extrà de rebus Ecclesiæ non a-
lienan cap. si quis. presbyterorum. *& cap. quod sic-*
ut. extrà de elect. insi. & l. ex hoc edicto. §. si quis alie-
nauerit. ff. de alien. iud. mutan. caus. fact. Ex quibus
omnibus habes, inquit, quod pœna non incurri-
tur, si statim prouideatur Indemnitati Ecclesiæ,
& Ecclesiam indemnem reddat, vel conseruet,
arg. contrà ff. vi bon. rap. l. non prodest, vbi habetur,
quod non sufficit prædoni ad euitandam pœnam
rem restituere. Sed gloss. inquit, in isto casu pœnæ
infligendæ alienanti malè res Ecclesiæ † stare in- 2
tendo illi decretali si quis presbyterorum. vbi ha-
betur, quod alienatio facta de rebus Ecclesiæ non
tenet, & alienantes excommunicantur, nisi rem
restituant, & quilibet clericus potest contradi-
cere alienanti, & rem alienatam cum fructibus pe-
tere.

Item quæ pœna, siue quæ pœnitentia sit impo-
nenda inuasoribus, & prædonibus, qui vasa sacra
Ecclesiarum, & reliqua diuino cultui dedicata pol
lutis manibus arripuerint, & quasi profana illa cõ
trectauerint, habetur *in cap. de viro. eadem 12. quæst.*
2. vbi dicit text. quod talia committentes, cum ad
pœnitentiam reuerti accelerauerint, debent hoc 3
modo puniri: vt stent vno anno extra Ecclesiam
Dei, cuius sacratissima vasa, extra ritum fidei
Christianę, diripiendo auferre non dubitauerunt.

Secun-

Secundo vero anno ante fores Ecclesiæ sine communione maneant: vbi *gloss. in verb. ante fores.* declarando dicit, quod primo anno stent extra cœmiterium, quod violauerint, & secundo anno iuxta fores Ecclesiæ. Tertio vero anno Ecclesiam Dei ingrediantur, & inter audientes adstent sine oblatione, non manducantes carnem, neque bibentes vinum, præterquam in diebus Natiuitatis, & Resurrectionis Dominicæ diebus. Quarto præterea anno (si his prioribus tribus annis eorum fructuosus fuerit pœnitentiæ labor) communioni fidelium restituantur, totaque mentis intentione tales sacrilegi spondeant talia se vlterius nunquam facturos, corpus, & sanguinem Domini suscipere mereantur, & vsque ad septimum annum tribus in hebdomada diebus esu carnium, & vini potatione maneant pœnitentes. Item habetur in text. *in cap. monemus. ead.* quòd nemo E-
4 piscopus, vel † sacerdos audeat rem suæ Ecclesiæ vsurpare, vel sanctis locis oblata causa amicitiæ, vel timoris auferre: quod si facere præsumpserit, subiacebit sine dubio pœnis canonicis, & compelletur ablatum Ecclesiæ restituere: vbi dicit gl. *in verb. reddere* quod pro huiusmodi recuperandis
5 potest conueniri † ille, qui alienauit, item & possessor. cum enim Ecclesia habeat optionem, siue electionem conueniendi quem velit, sibi non præiudicat, si primo cœpit vnum conuenire, & postea illo omisso conueniat alium, & si semel suum consequuta fuit ab vno, potest ad pœnam agere contra alium, quia pœna vnius non liberat alium; secus, si vellet agere ad interesse, quia consequuto semel ab vno, non agit contra alium. nec cogitur Ecclesia vni sibi soluenti facere iuris, & actionis cessionem contra alium: quia, qua fronte petit cessionem ille, qui ex sua contumacia condẽnatur?

Item habetur *in tex. in c. quisquis. ea.* quod si quis
6 Episcopus, aut Abbas † aliquid de salarijs Episcopi, vel monasterij in manus Principum, vel alteri⁹ personæ transferre ausus fuerit, irritum sit, quod datum esse constiterit: quia res Ecclesiasticæ habent dispensari tanquam Deo contemplante. & si Episcopus in hoc calliditate sit vsus in damnũ Ecclesiæ, non tradatur Principibus emptoribus ager, vel loc⁹, sed clericis, si calliditate vsus sit Princeps, putà, quod emerit, vel à colono agrum, vel à clero, sit irrita venditio, & res restituatur Episcopo, vel monasterio: & Episcopus, vel Abbas hoc faciẽs abijciatur, tanquam qui dispenset, quæ non collegit. vbi dicit gl. in verb. à colono. quod licèt colonus tradat alij possessionem, ideo Ecclesia non perdit pensionem, *C. de acq. poss. l. vlt.*

Item habetur in cap. non liceat Papæ. ea. quod non est licitum alienare prædium Ecclesiæ aliquo modo pro aliqua necessitate, nec rura in vsufructum dare, nisi domos, quæ in vrbibus non modica impensa sustentantur, & si secus fiat, sit pœna,
7 quod † donator, accensator, & venditor honorem perdat, &, nisi restituatur, sit anathema cum eo, qui dedit, vel qui recepit, sit etiam ista pœna, quod licèt quibuslibet personis Ecclesiasticis cõtradicere, & cũ fructibus alienata reposcere; quod in qualibet ecclesia est seruandum. & habetur *ibi in glo. quibuslibet.* quod quilibet admittitur ad accusandum, & accusationem contra malè † alienan- 8
tem. & ibi etiam in gloss. fi. habetur, quod etiam fructus rei alienatæ possunt peti. subdens, Et est sciendum, quod si agitur per interdictum aliquod ad petendam rem cum fructibus, tunc restituentur omnes fructus percepti à tempore eo, quo est propositum interdictum, nisi tamẽ interponatur interdictum vnde vi, quia in eo † veniunt resti- 9
tuendi omnes fructus percepti à tempore deiectionis, *vt ff. de interdictis. l. interdictis. & l. j. ff. de vi, & vi arma. §. ex die.* Si autem non agitur interdicto, sed rei vendicatione, si quidem possessor est bonę fidei, possessor non restituit, nisi fructus perceptos à tempore litis contestatę, vel qui culpa sua non sunt percepti, sed perceptos ante litem contestatam non tenetur restituere, sed tantùm exstantes, *vt l. certum est C. de rei vend. & §. post inchoatam. Instit. de offi. iud.* si sit possessor † non bonæ, sed ma- 10
lę fidei, restituet tam perceptos, quàm qui percipi potuerunt, *capitulo grauis extrà de restit. spoliat. & l. si nauis. § generaliter ff. de rei vend. & dict. l. certum est.* Si vero malæ fidei possessor titulum habuit, propter talem titulum excusatur à percipiendis, *l. si fundum. C. de rei vendic.* nisi titulus ille sit † talis, 11
qui habeatur pro non titulo, vt cum quis emit cõtra interdicta legis, *l. quemadmodum. Codic. de agricol. & censi. libro 11.* & alias casus habes, inquit gloss. prædicta, notatos. *ff. quod met. caus. l. sed & partus.*

Habetur etiam *in capitulo indignè. eadem.* quod vendentes, & ementes, & accipientes † res, & præ- 12
dia ecclesiæ per aliam viam, aut aliter, quàm per iura traditum est, anathemate feriantur, quo iratus Deus percutit animas, nisi statim se correxerint. & habetur *ibi in gloss. 1.* quòd oblatio talium non recipitur, & quod eis est inflicta pœna suspensionis à sacramentis, & ab ecclesia. & ibidem in gloss. *admonitio.* habetur, quod si contra eos agatur ad pœnam excommunicationis, habet præcedere monitio: quia nemo excommunicandus † est, nisi trina præcedat admonitio, 13
capitulo omnes decimæ. 16. quæst. 7. & 17. quæst. 4. presbyterorum. & c. sacro. de senten. excomm. subdens, quod etiam in illis criminibus præcedet admonitio, vbi ad brachium sæculare est recurrendum, *1. quæst. 7.* patet. item vbicunque non agitur ad depositionem. & generaliter vbicunque agitur ad denunciationem. sed vbi agitur ad depositionem, non præcedit admonitio, *capitulo qualiter. extrà de accusat.* ad quid enim admoneretur tunc, cum sufficit ad depositionem, quod homo semel deliquerit? *25. dist. primum. vt ibi per eam gl. Et habetur in c. statuimus. ead.* quod clerici nõ vendant, aut donent res ecclesiæ; quod si secus sit factum, & venditio facta non valebit, & de suis proprijs facultatibus, si quas habent, indemnem ecclesiam conseruent alienantes, & communione priuetur.

Et habetur *in c. Vulterana. ea.* quod prædia alienata † debent antiquæ culturæ reuocari, & mãcipia, & possessiones etiam pari modo reuocen- 14
tur alienata, reseruato iure emptoribus habendi recursum contra venditores. Item in text. *in capitulo*

pitulo quicquid. eadem habetur, quod quicquid distraxerit clericus de rebus ecclesiæ sit inane,& vacuum vendicatione emptoris, & actione vendentis. vbi dicit gl. quod in emptorem non transfertur dominium, vnde non potest rem vendicare, habet tamen contra venditorem actionem exempto.

Habetur etiam *in c.si qua de rebus.eadem*, quod
15 res ecclesiæ† absente Episcopo per clericos distractæ reuocantur ad ius ecclesiæ rescisso contractu. vbi dicit gloss. quod contractus factus per clericos mortuo Episcopo super alienatione rei ecclesiæ ipso iure tenet,sed restituitur ecclesia, si probet se læsam. *Et in c. sine exceptione. ea.* quod irrita sit ipsorum venditio, & commutatio rei ecclesiasticæ absque omnium conuenientia, & subscriptione clericorum.idem paulo ante *in c. alienationes. ea. 12 q.2.*

Traditur etiam *in c. quicunque quod est primum. 17. quæst. 4.* quod quicunque donauerit, vendide-
16 rit, aut alienauerit † prædium ecclesiæ, vel magnum, vel exiguum, honoris sui amissione mulctetur. Et *in c. sunt qui opes. c. sacrilegium. & in c. omnes. ibidem*, habetur,quod qui alienant res ecclesiæ,sunt,ac habentur vti sacrilegi. Et habetur *in c.*
17 *attendendum. ea. 17. q. 4.* quod qui † vexat prædia ecclesiæ dedicata,punitur pœna sacrilegij, perpetua infamia, & carceribus traditur, aut perpetuæ deportationis exilio vtitur. vbi glo. fi. not. quod
18 ecclesia habet carcerem,& infligit † pœnam relegationis: & quod pro eodem delicto diuersæ infliguntur pœnæ.

Et in *c. si fortè. ea.* habetur similis Iudæ Iscariotis, qui ornamenta surripuit ecclesiæ. Et *in c. pecunia. ea. 17. quæst. 4.* qui pecuniam furatur ecclesiasticam, illam reddat in quadruplum, & si aliquid de ministerio ecclesiæ sit furatus, septem annis pœniteat,tres in pane & aqua. Item habetur *in ca.*
19 *nulli extrà de reb. eccl. alien. vel non.* quod nulli est † licitum res ecclesiæ alienare,alienationis largissimè sumpto vocabulo, & si quis alienare præsumpserit, punietur pœnis lege Leonina talibus inflictis,id est, *l. iubemus. l. 2. C. de sacrosan. eccles. Item in cap. si quis eod. titu.* habetur, quod alienationes fa-
20 ctæ de rebus ecclesiæ † non tenent, & alienatores, nisi rem restituant,excommunicantur,& quilibet clericus potest contradicere, & rem cum fructibus repetere, & confectum super hoc documentum viribus (quamuis ab initio nullas habuerit) vacuetur.Habetur etiam in text. *in c. ad audientiā.*
21 *eod. tit.* quòd si canonicus † locet perpetuò prædiū ecclesiæ inconsultis alijs canonicis, talis locatio reuocari debet, vel si prædia aliter reuocari non potuerunt, reuocentur saltem restituta pecunia eisdem conductoribus per authores locationum, appellatione remota. Item *eodem in capitulo ad nostram.* statuitur, quod ecclesia restituatur contra alienationem, per quam sit enormiter læsa. Et *in cap. si. eo.* habetur, quod alienatio rei ecclesiæ, quæ sit facta sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu,non tenet.Item *in c. 1. in*
22 *6. eod. tit.* perpetua alienatio † facta de rebus ecclesiæ vacantis non præcedente tractatu, & sine iusta causa,non valet,Item *in c. 2. eod. tit. & lib.* prohibetur Prælatis,† quòd non submittat bona im- 23
mobilia, & iura suæ Ecclesiæ laicis personis sine consensu sui capituli,& sine licentia Papæ;& contractus super huiusmodi tam celebrati, quàm celebrandi sint nulli,& Prælati contrafacientes sint suspensi ipso facto ab officio,& administratione; & qui clerici scientes non denunciant superiori, sint pari modo suspensi per triennium à perceptione beneficiorum,quæ in Ecclesia obtinent;si laici,bona taliter sibi submissa in sua liberalitate dimittantur, & illi, qui compellent ad id in posterum Prælatos,sint excommunicati,& vigore talium contractuum factorum, & faciendorum laici nihil vsurpent;qui vero secus egerint, nisi moniti destiterint,pœnam incurrant excommunicationis, cum comminatione terram ipsorum supponendi interdicto. vbi gloss. *in verb. immobilia* dicit, quod ista constitutio de submisionibus non comprehendit mobilia,in quibus non consueuerunt tales submissiones fieri. & gloss. *in verb. spe-*
ciali. dicit; quod in submissionibus istis faciendis 24
est opus, quod adhibeatur licentiæ Papæ specialiter: quia in submissionibus maius est periculum, quam in alienatione, ideo in ea est cautius agendum.& gloss. *in verb. denunciare.* inquit, quod clericus videns Prælatum tales submissiones facere, & taliter delinquere,denunciare debet: quod si non fecerit,punitur,vt hic: qui etiam si iurasset non accusare,nihilominus denunciat, etiam non obstante iuramento,vel promissione obedientię, per iura,quæ ibi adducit.Et habetur in text.in ca.
a.extrà de solutio.quod Prælatus, † qui obligat, 25
vel obligari præsumit Ecclesiam pro alienis debitis,est suspensus ipso facto ab administratione spiritualium,& temporalium,vbi gloss.fi. subdit, quod insuper talis habet reddere indemnem Ecclesiam ipsam, si aliquo propterea sit grauata. & est,inquit,argumentum optimum, quod si aliquis dilapidauerit Ecclesiam, licèt velit eam reddere indemnem,nihilominus remouendus est: & sicut ipso iure suspensus est, ità ipso iure videtur restitutus, cum Ecclesiam reddiderit indemnem. Sed non credo,inquit, quod propter hoc sit resti-
tutus,quia iam suspectus est, & † satisdatio non 26
immutat maleuolum animum tutoris, *§. nouissimè. Institu. de susp. tut.* immò remouendus est de facto, si administrationem non dimisit, *l. suspectus. ff. de susp. tut.*

Item in Clemen. *1. eod. titu.* habetur, quòd religiosus, † qui concedit alicui ad vitam, vel ad
certum tempus iura sui monasterij, aut admini- 27
strationis,cui præest,est suspensus ab officio, nisi concurrat vtilitas,vel necessitas, quia non potest alienare fructus, aut reditus ad magnum tempus sui prioratus, vel suæ administrationis, quia si contra facit, incurrit pœnam suspensionis, etiam à celebratione,& si celebrat, incurrit irregularitatem.Et dicit Petr.Rebuff. *in expositione. d. cap. sine exceptione. 12. quæst. 2. aliàs in compendio alien. rerum Ecclesiæ, in verb. irrita enim.* quòd irrita est venditio Episcoporum,quorum interest, ipso iure.*iuxta gloss in Authen. ex causa. Codic. de lib. præter.* vnde † alienatio rei Ecclesiæ non adhibitis requi-
sitis solemnitatibus est ipso iure nulla,& emptor, 28
vel

vel alius, qui possederit rem ecclesiæ ex hoc con-
tractu nullo, tenetur fructus restituere, & rector
ecclesiæ subsequens non tenetur stare tali aliena-
tioni, vel contractui facto per prædecessorem. Et
sic prima pœna est malæ alienationis, quod nulla
29 est † alienatio, & annullatio actus dicitur pœna,
per gloss. *in c. cognoscentes. vbi Doctor. de constit. Et
dicit Fely. in cap. ad audientiam. de præscrip.* quòd
constitutio canonica irritans alienationes factas
de rebus ecclesiæ non solemniter factas, procedit
etiam in alienationibus factis per Papam per Ae-
gyd. *consil. 12. primo quæritur. si castra. 3. colum. vbi
colum. 10. versi. dubitatur.* firmat, quod successor
Papæ potest reuocare alienationes malè factas à
prædecessore, non obstante, quod prędecessor vo-
luerit derogare canoni: *Non liceat. 12. q. 2.*

30 Secunda pœna † est, vt ibi enumerat Rebuf.
quòd tam is, qui alienat, quàm ille, in quem fit a-
lienatio, est excommunicatus, per extrauagan.
Paul. II. *Ambitiosa. extrauag. comm. de reb. eccles. non
alien. per tex. in cap. si quis presbyterorum. de reb. eccl.
alie. vel non.*

Tertia pœna, est pœna sacrilegij, *c. omnes eccle-
siæ. 17. q. 4. vbi,* Omnes ecclesiæ raptores, atque sua-
rum facultatum alienatores à liminibus eiusdem
matris ecclesiæ anathematizamus authoritate A-
postolica, pellimus, damnamus, atque sacrilegos
esse iudicamus, & non solum eos, sed etiam con-
sentientes eis, *c. quid ergo 23. q. 4.*

Quarta pæna, deponi debet is, qui alienat rem
ecclesiæ, *c. diaconi. 12. q. 2. c. si quis. de reb. eccles. alie.
vel non. vbi Hostien.*

Quinta, Episcopo, siue Abbati alienanti inter-
dicitur ingressus ecclesiæ, *d. c. omnes. & d. extrauag.
Ambitiosa.*

Sexta, quod si per sex menses immediatè se-
quentes sub interdicto animo indurato perseue-
rauerit, lapsis dictis mensibus, à regimine suæ ec-
clesiæ, & administratione, vel sui monasterij, cui
præsidet, in spiritualibus, & temporalibus est eo
ipso suspensus.

Septima, *vt in Bulla prædicta parte secunda,* pœna
est, quòd inferiores Prælati, seu Priores, vel quicū-
que alij habētes beneficia curata, vel simplicia, seu
dignitates, administrationes, vel officia ecclesiasti-
ca regularia, vel sæcularia sunt priuati eo ipso suis
beneficijs, quorum res, & bona alienant, vel digni-
tatibus, illaq; vacare censentur absque alia decla-
ratione: quæ beneficia possunt conferri liberè per
ordinarios, ad quos spectat de iure collatio, *vt in
d. Bulla:* quod est notandum contra illos, qui sic a-
lienant, vt beneficia illorum possint impetrari,
vel conferri tanquam vacantia.

Octaua pœna est indignatio Romani Pontifi-
cis, vt inquit, hic patet in fin. Bullæ, & qui indi-
gnationem Papæ incurrit, meretur priuari bene-
ficijs ecclesiasticis, Bald. & Aluaro. *§. porrò. quæ fuit
prima caus. benefic. amittend.*

Nona pęna est, quia sunt periuri, quia iurant in
principio nō alienare, nec diminuere bona eccle-
siæ, *cap. prohibemus. de censi. dict. cap. si quis. de reb. ec-
cle. alien. vel non.*

Decima pœna est, quia committitur simonia,
per Archid. *in c. saluator. in fin. 1. q. 3. per illum text.
in versic. quisque. argu. cap. si forte 14. quæst. 4.* licèt alij
intelligant, quando venderet sacras res, vt est in-
telligendum, *vt ego dico latè in meo tractatu de Si-
monia in lucem edito, per totum.*

Vndecima, tanquam homicida est, *c. qui Christi.
12 q. 2.* vbi qui Christi pecunias, & ecclesiæ aufert,
fraudat, & rapit, vt homicida in conspectu iudicis
deputabitur, & magna iniquitas exercetur, quan-
do Prælatus, vel alius deputat ad alium vsum bona
ecclesiarum, Barba. *per illum tex. in c. conquestus. in
verb. iniquum. de foro compet.*

Duodecima pœna est, quia non obstante alie-
natione, res alienatæ reuertuntur ad ecclesias nul-
lo dato pretio, *c. 1. de scisma vbi Anchara. Florent. in
2. parte Summa titu. 24. 4. quæst.* vbi dicit; empto-
rem habere recursum contra venditorem ad pre-
tium, non poterit tamen vti retentione rei eccle-
siæ, vt no. *in capitulo fin. de reb. eccles. alien. vel non.*
Alias pœnas, inquit Rebuf. missas facio, ne in de-
sperationem inducam alienatores rerum ecclesia-
sticarum, &c. Sed vides suprà particulariter ad lō-
gum nominatas, tam ex dispositione iuris ciuilis,
quàm canonum, & modernarum ecclesiarum cō-
stitutionum. Adde, quod dicit Abb. *in c. quod sicut.
de elect. in vlt. not.* quod Prælatus malè alienans rē
ecclesię † tenetur de suo patrimonio ecclesiā con- 31
seruare indemnem, per illum tex. facit *c. de mul-
cta. de praben. & in margine ad Abb. ibidem allegatur
Aret. q. 114. & vide sup. q. 2. c. 7. incip. habere etiam rem
pro derelicta.* Item est alia pœna inflicta conducen-
ti, vel accipienti res ecclesiæ non seruatis † seruan- 32
dis, quia amittit melioramenta, si quas fecit, quia
debētur ecclesiæ propter eiusdem malam fidem,
per Imol. & Barba. *in c. qui res. in fin. de rebus eccles.
Abb & Bero. in d. c. si quis presbyterorum. alter num. 6.
alter num. 15. extrà eo Fely. in c cum causa. num. 28. &
29. de sent. & re iud Barb consi. 63. num. 8. volum. 1:*

Deueniendo autem ad iura moderna, *& nouis-
sima in extrauag. Paul. II. quæ incip. Ambitiosa. vulgò
detta la Paulina,* interdicit † Papa omnium bono- 33
rum ecclesiasticorum alienationem sub istis ver-
bis, videlicèt, immobilia, & pretiosa mobilia
Deo dicata; ex quibus ecclesiæ, monasteria, & pia
loca reguntur, illustranturque, & eorum ministri
sibi alimoniam vendicant, omnium rerum, &
bonorum ecclesiasticorum alienationem, om-
neque pactum, per quod ipsorum bonorum do-
minium transfertur, concessionem, hypothecam,
locationem, & cōductionem vltra triennium, nec
non infeudationem, aut contractum emphyteuti-
cum, præterquam in casibus à iure permissis, ac de
rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo cōce-
di solitis, & tunc ecclesiarū euidenti vtilitate, ac
de fructibus, & bonis, quæ seruando seruari non
possunt, pro instantis temporis exigētia, ac perpe-
tuò valitura cōstitutione præsenti fieri prohibe-
mus: prædecessorum nostrorum prohibitioni-
bus, & decretis aliàs super hoc editis, quæ te-
nore præsentium innouamus, in suo nihilominus
robore permansuris. Et additur pœna, quod si
quis contra hanc formam alienare præsumpserit,
alienatio, hypotheca, cōcessio, locatio, conductio,
& infeudatio huiusmodi, nullius omnino sint
roboris, vel momenti: & tam qui alienat, quàm
qui

qui res alienatas recipit, sententiam excommunicationis incurrat: qui contra hanc formam Romano Pontifice inconsulto aliquid alienare præsumit, sit ei ingressus ecclesiæ interdictus, cuiuscunque Pontificalis, vel Abbatialis dignitatis, & gradus existat, & si vltra sex menses ita interdictus perseuerauerit, sit suspensus à regimine, & administratione suæ ecclesiæ, cui præsidet, vel monasterij in temporalibus, & spiritualibus: Prælati vero inferiores cuiuscunque gradus vel curata, vel non curata alterius cuiusuis generis beneficia obtinentes, sint ipso facto priuati beneficijs, quorum bona ipsi alienant, ità quod talia beneficia vacare censeantur, & à quocunque ordinario conferri possint, nisi illa sint Papæ, aut Sedi Apostolicæ specialiter, vel generaliter reseruata: & nihilominus res istæ alienatæ redeant ad ecclesiam, vel monasterium, à quo sunt alienatæ, vt in prædicta constitutione continetur, cuius tenor est insertus *in extrauag. commun. sub isto titulo, incip.*

Paulus Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ambitiosæ cupiditati, illorum præcipuè, &c.

Ad hanc constitutionem Felicis recordationis Iulius III. respectum, & relationem habens, fecit Breue directum Iacobo S. Simeonis de Puteo nũcupato, & domino meo Io. Baptistæ Cicadæ titulo S. Clementis Presbyteris Cardinalibus super bonis ecclesiæ alienatis, quod Breue in libro Bullarum inscribitur, Transumptum litterarum Apostolicarum in forma Breuis super bonis eccles. alienatis contra formam constitutionis Pauli II. quo mandat Iulius, quòd Cardinales prædicti inquirant super occupationibus, & detentationibus rerum ecclesiarum, ac super alienationibus factis de dictis bonis contra formam dictæ constitutionis, & si reperierint dicta bona contra, & præter formam dictæ constitutionis, seu aliàs nulliter, vel illicitè, & inuidens ecclesiarum damnũ alienata, locata, occupata, & detenta, ad ius, & proprietatem ecclesiarum reuocent, & reducant, cogendo detentores ad satisfaciendum de indebitè perceptis, iuris remedijs opportunis: tenor vero dicti transumpti incipit, *Dilecti filij nostri salutem, &c.* & est in calce præsentis laboris descriptus.

34 Et Paulus IV. † *ad canon. Symmachi, qui incip. Non liceat Papæ. 12. quæst. 2* & ad dicti Pauli II. extrauagantem præfatam respectum, & relationem pariter habendo, edidit constitutionem super rescissione alienationum bonorum ecclesiasticorum in damnum ecclesiarum, aut non seruatis solemnitatibus factarum, in qua motu proprio omnes alienationes, & in emphyteusim, seu censum perpetuum, aut tertiam, vel aliam generationem, seu ad hominis vitam, aut aliud tempus vltra triennium locationes, concessiones, seu permutationes, hypothecas, & obligationes de quibusuis castris, terris, oppidis, ciuitatibus, & locis, aut alijs bonis immobilibus, seu rebus, & iuribus, tam spiritualibus, quàm temporalibus quarũcunque ecclesiarũ in damnũ ecclesiæ, seu non seruatis solemnitatibus à iure requisitis, aut aliàs nulliter factas, & omnes cõtractus superinde sub quibusuis formis, & verborum expressionibus habitos, & celebratos, & iuramento, & quantumuis longa præscriptione temporis vallatos, etiam concernẽtes commodum, & fauorem Romanæ Ecclesiæ, rescindit, cassat, & irritat, ac annullat, ac omnino viribus euacuat, ac pro rescissis, irritis, cassis, & nullis, & penitus infectis haberi vult, ipsos detentores condemnando ad Ecclesijs, & pijs locis terras, oppida, res, & loca occupata relaxandum, & de fructibus tam perceptis, quàm percipiendis integram, & realem satisfactionem faciendum, ad id eos sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, & pecuniarijs, omnibusque iuris, & facti remedijs compellendo, & aliàs, vt *in d. Bulla,* cuius initium est,

Paulus Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram, &c.

Pro cuius Bullæ, & in ea contentorum exequutione idem Paulus IV. signauit motum proprium directum Auditori Cameræ Apostolicę, quo mãdat illi exequutionem Bullæ cum potestate spirituali, quòd procedat pro fructibus perceptis non solùm contra detentores præsentes, sed etiam anteriores detentores, si qui forsan fuerint, & alios quoscunque in decretis, monitorijs, citationibus, & exequutionibus nominandis, & alias, vt ex forma dicti motus proprij apparet, cuius quidẽ motus proprij tenor in calce pręsentis laboris descriptus est.

Quam Bullam Pauli IV. & motum proprium Sanctissimus D. D. Pius diuina prouidentia Papa
IV. per suum, quem desuper † signauit, motũ pro- 35
prium, sub dat. Romæ apud Sanctum Marcum 3. Idus Septembris, sui Pontificatus anno primo, ad terminos iuris reduxit, cassauit, & annullauit, & iuribus euacuauit per illa verba in dicto suo motu proprio.

Nos arbitrantes indemnitati Ecclesiarum per anteriores canones esse abundè prouisum, ad quietem, & tranquillitatem singulorum Christi fidelium nostris potissimùm temporibus synceris exoptandam affectibus, ad tollendam omnem querelarum prædictarum occasionem litterarum, & motus proprij prædictorum veriores, nec non processuum desuper formatorum, & sententiarum latarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur: necnon quarumcunque litium desuper forsan motarum, & pendentium status, ac merita, ac nomina, & cognomina iudicum, & collitigantium pro expressis habentes, volentes consideratione etiam dilectorum filiorum Populi Romani, vbi propter litteras, & motum propriũ præfatum nonnullæ nouitates factæ esse dicũtur, litteras, & motum proprium huiusmodi, quo ad pendentes, & futuras causas, ac si nunquam emanassent, ad ius commune, & terminos, & viam iuris communis ex certa nostra scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine omnino reducimus, reuocamus, cassamus, & annullamus, ac viribus euacuamus. Quo vero ad eas causas, in quibus vigore litterarum, & motus proprij prędictorum ad sententiæ prolationem est processum, illos, cõtra quos est sententiatum, si sint propterea censuris Ecclesiasticis irretiti, à censuris huiusmodi absolui-

solnimus,cõcedimusque,& volumus,quod etiam
si ab eisdem sententijs nó appellauerint, aut inter-
positæ per eos appellationes desertę remanserint,
ac etiam ad earundem sententiarum exequutio-
nem processum fuerit,possint nihilominus firma
remanente exequutione iam facta,pro eorum, &
cuiusque eorum libito voluntatis super sentētia-
rum,exequutionumque huiusmodi, & quorum-
cunque inde sequntorum iniustitia, & nullitate
coram suis competentibus ordinarijs, siue specia-
liter delegandis iudicibus agere, & experiri, & a-
liàs,vt in dicto motu proprio, cuius tenor est in
calce pariter descriptus,& incipit,Motu proprio,
&c.Prouida Romani Pontificis circumspectio ea,
quæ.Quo motu proprio,& reformatione nō ob-
stante,idem Pius IV.per suam, quam post edidit,
constitutionem,super rescissione alienationis bo
norum Ecclesiasticorum in damnum Ecclesiæ,
Sedis,vel Cameræ Apostolicæ quomodolibet fa-
ctarum,editum anno 1565.xv.Calen. Iunij; Pon-
tifi.anno sexto,omnes alienationes non factas ne-
cessitate,aut cum euidenti vtilitate Sedis exigen-
te,aut saltem sint correspectiua recompensa,reuo
cat,rescindit,& cassat dictæ constitutione, quæ est
in fine præsentis laboris descripta, cuius Initium
est,Apostolicæ seruitutis officium.Et vlterius ha-
betur in terminis optimè per Rebuff. *in expositio-
ne d.c.fine exceptione.12.q.2.in compend.aliena.rerum*
36 *eccles.in verb.irrita.*quod irrita est † venditio Epis-
coporum ipso iure per hoc verbum Irrita,de quo
est text. *iunct a gl. Authen. ex causa.C. de lib. prater.*&
sic patet alienationem rei Ecclesiæ non adhibitis
solemnitatib⁹ esse nullam.Ex quo infertur, quod
37 emptor rei † Ecclesiasticæ,vel aliàs, qui possede-
rit rem Ecclesiæ,ex hoc contractu nullo tenebi-
tur etiam fructus restituere.Et habetur *in Concilio
Tridentin.sessione 22.c.11.de reforma.*quod qui bona
38 Ecclesiæ aliqua arte,vel † ingenio vsurpauerit , a-
nathema sit,quandiù illa non restituat,& à Roma
no Pontifice absolutionem obtinuerit, & si fuerit
patronus iure patronatus sit priuatus vltra prędi-
ctas pœnas,si clericus id fecerit, vel consenserit,
vltra dictas pœnas sit priuatus beneficijs,&ad quę
cunque alia beneficia sit inhabilis,& etiam suspē-
datur ab exequutione omnium suorum ordinū,
etiam post integram satisfactionem,& absolutio-
nem sui ordinarij arbitrio.

Hæc ego,candidissime lector , descripsi ex le-
ge Leonina, *vt l. iubemus. l. secunda. Codic. de sacro-
sanct.eccles.*ex dispositione iuris Authenticorum,
Constitutionum, Decreti, Decretalium, Cle-
ment. Extrauagantium, & denique ex disposi-
tione Bullarum nostri temporis, vt collectim
haberes,quæ pœna sit à lege inflicta malè res Ec-
clesiæ alienantibus,inuadentibus, occupantibus,
& seu furantibus,vel fraudentibus omnibus tem-
poribus,& omni iure;vt viso,quo res variaret,iu-
rium,temporum,& casuum qualitate pensata,dis-
crepantium,& varietatem pro contingentia facti,
& casus occurrentia,materia benè intellecta, re-
ducere ad concordiam, & reconciliationem faci-
lius posses.Et est,quòd parcas,si rem nimis serio-
sè, ac forsan etiam verbosè narratam iudicabis;
quia dispositio diuersorum iurium tam Impe-
rialium , quàm Pontificiorum diuersis tempo-
ribus in diuersis casibus diuersimodè tradito-
rum, non permisit rem breuioribus verbis, qui
meus erat animus, & compendio petractari bre-
uiori.

In qua quidem materia est aduertendum,quòd
si alienatio non fuit facta legitimè, vel solemni-
ter, defectu puta alicuius requisitæ solemnitatis,
& de facto celebrata , non inciditur in pœnas,
quia alienatio † de facto celebrata non facit inci- 39
dere in pœnas. *l.ea quidem.C.si mancipi. ità fu. alien.
l continuus.§ cum quis ff.de verb.oblig.not. Spec.in tit.
de loca.§.nunc aliqua.versi.95.Bar.in l.si.§.fin autem.
C.commu.de leg.2.Bal.in l.3 colum.1. Cod de Episc aud.
melius per eundem in dicta l.continuus.§. cum quis. per
Alexan. in consil. 99. incip. visis processibus causa. co-
lum. vlt. numer. 27. versic. item quod dicta alienatio.
volum.5.*

† Sed quid si Prælatus malè alienans res eccle- 40
siæ velit ecclesiam Indemnem conseruare, an eui-
tet pœnam delicti malæ alienationis?Ad hoc ob-
iectum respondet glo. fi. *c.quod sicut. §. super eo.de
electio.* quæ post multa ponit duas opiniones. Pri-
ma videlicèt, quod sic, quam opinionem refert
Abb. *ibidē* aliquos sequutos fuisse:alia verò,quòd
non, quam Hostien.Ioan. Andr. *ibidem, & quam
ipse Abb. sequitur.* pro quo vide Bellam. *in c.Abbati-
bus.12:q.2.colum.16.versic. primo opponitur.* vbi ponit
hanc quæstionem vtrum Prælatus malè alienans,
qui vult ecclesiam seruare indemnem,euadat pœ-
nam depositionis. vbi dicit , quod glo. Io. *in cap.
Apostolicos.* tenet, quod sic, *ea.12.q.2.* & hoc tenet,
vbi Prælatus hoc vult facere statim , *in ca.1.17.q.4.*
quem,inquit sequuntur Vinc. Phil.& Gof. *in cap.
quod sicut. de electio.*Et licèt aliqui,vt Hostiē. quos
ibi refert,teneant contrarium, tamē ipse adhæret
prædictæ opinioni, vt benigniori , & humaniori,
arg.de re iur.c.in pœnis.lib.6.& probatur ista opinio
*in c. non liceat Papæ.*quia licèt ibi proposuisset duas
pœnas,videlicèt perditionis honoris,id est,depo-
sitionis, & anathematis , tamen post apponit re-
medium generale,nisi restituatur, &c. quia clau-
sula † generalis refertur ad omnia præcedentia,*l.* 41
*talis scriptura.in si.ff de leg 1. & per alia , quæ ibi latè
adducit idem Bellamer.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus malè facta alienationis non videtur nul-
lus, sed annullandus.*
2 *Ecclesia, si in contractu enormiter sit læsa, restitui
debet.*
3 *Res ecclesiæ malè alienata debent recuperari.*
4 *Alienatio rei ecclesiæ sine causa, & debitis solemni-
tatibus facta est ipso iure nulla.*
5 *Quod sit lege prohibente, pro infecto haberi debet.*
6 *Alienatio etiam facta in casu licito sine debitis so-
lemnitatibus nulla est.*
7 *Contractus factus à clericis mortuo Episcopo de rebus
ecclesiæ non valet.*
8 *Contractus celebratus super submissionibus bonorum
ecclesiæ nullus est.*
9 *Alienatio facta contra formam traditam ab extra-
uaganti Ambitiosæ nullius est momenti.*
10 *Constitutio Pauli IV. annullat alienationes rerum
ecclesiæ.*

11 Alie-

11 *Alienatio rei ecclesiæ de iure Cod. Authen. & Canon. probibita est, & num. 13.*
12 *Pœna est actus annullatio.*
14 *Contractus contra iuris probibitionem celebratus est nullus.*
15 *Contractus, cui lex remouet potentiam, est ipso iure nullus.*
16 *Cõtractus malè facta alienationis declaratur nullus, etiam si incidenter id deductum sit.*
17 *Contractus quamuis nullus, de facto annullari potest.*
18 *Libellus saluatur, in quo petitur testamentum rescindi, & declarari nullum.*

AN CONTRACTVS MALE FActæ alienationis sit nullus ipso iure, vel annullandus; & de reuocatione malæ alienationis.

QVAESTIO LXXVII.

CAP. I.

NVNC autem conueniens est, quod videamus specialius, & particularius de vno in materia valdè necessario, an videlicèt re malè alienata, alienatio, siue contractus sit ipso iure nullus: an vero veniat per viam iuris rescindendus, & annullandus, & quomodo reuocentur res alienatæ.

1 Et licèt videatur primo, quod † alienatio, siue contractus taliter factus non sit nullus, sed veniat rescindendus, & annullandus per viam iuris, causæ cognitione præcedente, & iudicialiter, quia id habetur in glo. *in Authen. de alie. & emphyteu. in verb. sancimus. in princ.* quæ habet, hoc tenaciter in reb. ecclesiasticis obseruari secundum consuetudinem, vt fieri debeat earum alienatio consensu patroni, si qui ibi fuerint vel plebani, si capella plebanum habeat, alioquin cum authoritate Episcopi, & si non faciat, reuocatur, causa tamen cognita, scilicèt, an decepta in contractu ecclesia, item an pretium sit in eius vtilitatem conuersum. item per tex. *in terminis in c. si qua de rebus 12. q. 2.* vbi habetur, quod in euentum, quod sit malè facta alienatio de rebus ecclesiæ, vel non seruatis seruandis, debet rescindi contractus, primo antequam alienata ad ius ecclesiæ reuocentur, ibi in tex. Rescisso contractu ad ius ecclesiasticum reuocari. item videtur tex. *in c. Vulterana. ead. 12. q. 2. cum alijs similibus suprà in præcedenti quæst. adductis,* quod ecclesiæ res malè venditæ, donatæ, & alienatæ debent reuocari, & ecclesiæ restitui, vnde si habent reuocari, requiritur iudicium, & reuocatoria actio intentatur, de qua per Spec. *in titu. de reb. eccle. non alien colum. si vers. actor ergò sic ponit. & versi. est & quarta reuocatoria. Item habetur in cap. 1. extrà de in integ. resti. & in glo. in summa 12. q. 2. in fin. cum similibus,* quod ecclesia, † si ex contractu
2 venditionis, aut locationis sit enormiter læsa, in integrum restituitur, & debet constare, & cognosci manifestè de læsione, & de læsione enormi, quia in re modica non habet ecclesia de iure restitutionem, per tex. *in d. cap. 1. ibi;* Quod si ecclesia læsa est, & manifestè appareat detrimentum. & per glo. *ibidem in verb. detrimentum.* quia † debent res ecclesiæ malè alienatæ exigi, & recuperari. *cap. Augustino. in fi. 12. q. 2.* immo agitur ad illorum recuperationem rei vendicatione, *gl. in ca. Apostolicos. ead. 12. q. 2. in verb. construxisse.* Tamen nolo, quod in tali disputatione insistamus, quia esset inanis labor: veritas enim immò est in contrarium, si rectè inspiciamus iura omnia, tam ciuilia, quàm pontificia; quia contractus, † & seu a- 4
3
lienatio facta de rebus ecclesiæ sine causa legitima, & sine solemnitatibus à iure requisitis est omninò nulla ipso iure, & ipso facto: quia cum in casu isto sit lex, quæ inhibet alienationem, quoties sit facta alienatio, non tenet, nec valet, & est nulla, nec transfertur modo aliquo dominium, *ff. & C. de fund. dotal. per totum, tex. in c. sine exceptione. 12. q. 2. & 10. q. 2. hoc ius. in Authen. de alien. & emphy. §. sanctissimas. Authen. vt lic. mat. primo responso, per Innoc. in c. Raynaldus. de testa. in verb. pactum. dicit apertè tex. in l. iubemus. l. 2. §. prædia. Cod. de sacrosf. eccle.* vbi prædia ecclesiarum alienata præter formam, & modum *in d. l.* traditum vendicantur, & cum fructibus, pensionibus, & accensionibus totius medij temporis ecclesiæ, vt tanquam penitus à nullo empta, vel vendita teneantur, quia † ea, 5
quæ contra leges fiunt, haberi debẽt pro infectis. Idem habetur in *c. quisquis. 12 q. 2.* quòd si Episcopus, aut Abbas ausus fuerit aliquid in alium trãsferre de salarijs Episcopi, vel monasterij irritum sit, quod datum esse constiterit. & paulo post *ibidem,* si Princeps calliditate vsus sit, putà, quod emerit agrum à colono, aut à clero, sit irrita venditio. Item in tex. *in c. quicquid. ea.* habetur, quod quicquid distraxerit Episcopus, aut clericus de rebus ecclesiæ, sit inane, & vacuum vendicatione comparantis, & actione vendentis. Et habetur in tex. *d cap. sine exceptione. 12. quæst. 2.* quod irrita sit venditio Episcoporum non facta secundum formam ibi traditam, videlicèt causa existente, & cum tractatu, ac consensu clericorum, & superioris authoritate. Et dicit glo. *in summa eadem 12. q. 2.* quod alienatio facta de reb. eccle. si non sit facta ex forma *d. c. sine exceptione.* est nulla, licèt sit facta in casu licito. Et dicit glos. *in d. c. si qua de rebus. in verb. rescissio. ea.* quod contractus † aliena- 7
tionis factus per clericos mortuo Episcopo de rebus ecclesiæ ipso iure non tenet. Idem claris verbis dicit text. *in c. si quis presbyterorum. extra, de rebus eccle. alien. vel non.* Confectum exinde documentum viribus (quamuis ab initio nullas habuerit) vacuetur. vbi Abb. *sub num. 4. versi quintò nota, ibi, quamuis ab initio, quod alienatio rei ecclesiæ est ipso iure nulla, &c. vbi glo. in verb nullas.* dicit, ex hoc manifestè apparet, quod alienatio, quæ fit contra formam iuris, nulla est ipso iure, per multa iura, quæ ibi adducit. Idem habetur *in cap. 2. de reb. eccle non alien. in 6.* quod contractus † celebra- 8
ti, & celebrandi super submissionibus bonorum ecclesiæ sint nulli, & Prælati sint ipso iure suspensi, & id hodiè est specificatis, & formalibus verbis clarius per tex. *in extrauag.* † *Ambitiosæ. extrauag. comm.* vbi habetur, quod si contra formam ibi tra- 9
ditam alienare quis de rebus ecclesiæ præsumpserit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio,

ductio, & infeudatio huiusmodi, nullius omninò sit roboris, vel momenti, & tam alienans, quàm qui alienatum recipit, sit excommunicatus, &c.
10 Idem † habetur in constitutione Pauli IV. edita super rescissione alienationis bonorum ecclesiasticorum, &c. in illis verbis, Contractus huiusmodi authoritate Apostolica tenore præsentium rescindimus, Irritamus, cassamus, & annullamus, ac iuribus omnino euacuamus, ac pro rescissis, Irritis, cassis, nullis, ac penitus infectis hoberi volumus. Alexan. *in terminis, vbi multos citat in consi. 4. incip. viso processu inter Io. de Bigatys. colu 3. numer. 5. versi. quod autem. vol 3* vbi dicit; quod contractus taliter celebratus est ipso iure nullus.

Facit vlterius, quia si benè inspiciamus Iura, vi-
11 demus, quod prohibitio † de non alienandis rebus ecclesiæ, siue ex dispositione iuris Imperatoris, *in d. l. iubemus. C. de sacrosan. eccle.* quæ est, & appellatur Leonina constitutio, super hoc expresè edita, quæ fuit lex primo facta super prohibitione alienationis bonorum immobilium ecclesiarum, vt per Paul. de Cast. *ibi in princ siue ex dispositione text. in Authen. de non alien. aut permutan & in Authen. de ecclesiastic. rer. immob & in Authen. de aliē. emphy.* in quibus hæc materia tractatur, siue ex dispositione canonum, vt ex multitudine tex. & capitulorum, quę supra ad longum induximus; prohibitio, dico, est facta cum comminatione diuersarum pœnarum, & cum pœnis diuersis adiectis, & inflictis, tam alienantibus, quàm alienata recipientibus, notarijs, & iudicibus diuersimodè mulctatis; vnde talis pœnę adiectio annullat actū:
12 quia ex eo, quod † pœna imponitur, & videtur denegari, alienatio, & ne alienetur, actus annullari debet, hoc ideo, quia ipsa pœna est annullatio actus, per ea, quæ dicit Bar. *in l prætor ait. §. interdictum. nume. 3 versi. item not. ex hac gloss ff. de noui operis nunciatione.* vbi reprobando quandam regulam certorum Doctorum dicentium, quod quando lex prohibet de iure speciali, & procedit vltra pęnam imponendo, actus remanet validus: quod, inquit, non videtur verum: quia, inquit, de iure speciali prohibetur alienari res ecclesiastica, & pœna imponitur, & tamen annullatur actus, *l. iubemus. C. de sacrosan. ecclesijs pro quo videtur tex in l. 3 §. item. ff ad Syllan. not. Bald. in l nemo martyres. C. de sacro-*
13 *sanct. eccles.* Item alienare † res ecclesiæ, est contra prohibitionem iuris tam ciuilis, quàm canonici, *l. iubemus. & Authen præallegatis tota 12. q. 3 cap nulli liceat. extrà eo. & toto titulo de reb. eccle non alie. & extrauag Ambitiosæ.* Et alienare res ecclesiæ, est celebrare contractum contra prohibitionem, ergò
14 contractus esset nullus, quia semper † contractus est nullus, quādo est contra iuris prohibitionem, *l. libertus minorem. ff. de in. patr. & cap. 1. de reb. ecclesi. non alien. in 6.*

15 Item contractus † est nullus ipso iure semper, quando illi lex remouet potentiam, *l. à diuo. ff. de ritu nup. l. non dubium. Cod. de leg. per Bal in l. 1. 2. colu. versi. sed hic quæro. C plus valere rem. est doctrina Abba. in d. cap. si quis sub numer. 4. vers. quinto not. ibi. quod alienatio rei ecclesiæ est ipso iure nulla. & per eundem ibidem in prin. ibi,* alienatio facta de rebus ecclesiæ non tenet, & alienatores, si rem non restituant, excommunicantur. Facit, quod not. Philip. Fran. *in cap. 1. titu. de rebus ecclesi. in 6. in verb. decernimus.* vbi dicit; quod contractus alienationis rei ecclesiæ malè † factus declaratur nullus, licèt ad 16
id principaliter non sit actum, sed incidenter deductum. facit *c. conquerente. de rest. spol. Barto. in l. qua sub conditione. §. fin ff de condi. insti.* Per quæ puto, quod est clarum, quod alienatio, vel contractus alienationis de rebus ecclesiæ factus non ex forma iuris sit ipso iure nullus, & quod non sit ad illum necessaria rescissio. Sed nota vnum pulchrum, quod dicit Abb. *in d c. si quis. nume. 5. versic. sexto nota.* quod licet talis contractus sit nullus, potest benè † de nouo annullari, & refertur in ta- 17
li casu annullatio, seu cassatio ad factum, vt cassetur, quatenus de facto processit: & ità, inquit, potest saluari libellus à contrarietate, si Prælatus in libello dixit contractum nullum, & petijt illum cassari. facit *c. accedens. lib. 1. cum glos. vt lit non contest. Facit, quod habetur per Ang in cons 36.* quod † li- 18
bellus procedit, & saluatur, in quo quis dicit testamentum rescindendum, & petijt illud declarari nullum, vt legitur In margine ad Abb *præallegato cap. si quis.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia super nullitate contractus ferri debet.*
2 *Petitio rescissionis contractus, quatenus de facto processit, officio iudicis peti debet.*
3 *In facti contingentia sæpius procedi ad declarationem nullitatis contractus.*
4 *Vasallus quando ipso iure priuatur feudo, intelligitur priuatus, si dominus voluerit feudum ad se reuerti.*
5 *Pœna quando imponitur ipso iure, antequam possit attentari exequutio, debet fieri declaratoria.*
6 *Vasallus licèt sit ipso iure priuatus, tamen non potest dominus ante declaratoriam se intromittere de corporali possessione.*
7 *Semper requiritur sententia, quando factum reuocatur in dubium.*
8 *Tabellio ipso iure priuatus, non sequuta hominis sententia, si conficit instrumenta, valent.*
9 *Oeconomus propria authoritate pro ecclesia occupare rem permutatam potest.*
10 *Prælatus, qui alienauit, potest contrauenire, etiam si iurauit.*
11 *Constitutio licèt irroget pœnam ipso iure, tamen requiritur sententia declaratoria.*

CAP. II.

SED licèt alienatio, & contractus alienationis sit nullus, ipso iure non teneat, & sit pro non facto, quia tamen non vidi, quod ecclesia rem alienatā possit à se capere, & de facto recuperare, credo, quod sit necesse † ferri per iudicem senten- 1
tiam super nullitate cōtractus; vnde habet præcedere declaratoria nullitatis, quia cōtractus nullus debet declarari nullus, aliàs noceret nullitas, per Bald. *in l. ad probationem. in princ. in 4. not C. locat. & per Bart. in l. qua sub conditione. §. fin. numer. 1 ff. de condit. instit. per illa verba;* Ego dixi vobis pluries, & nun-

& nunquam declaraui, contractus, sententia, vel testamentum est nullum, verum possim petere declarari hoc à iudice nullum, & quo iure possim petere. Et quod non possit fieri, inquit, videtur casus hic. & secúdú hoc dices tu, qualiter poterit, cognoscere de nullitate, si non possum petere? Respondeo incidenter, agam petitione hæreditatis. & si excipies tu de testamento, ego d cam testamẽtum nullũ, *l. prima C. de ordin. iud.* Quid dicemus? Breuiter teneo, inquit, quod principaliter possit agi de nullitate, & hoc probát iura, quæ allegabo, quo iure possit peti. Nec obstat, inquit, iste text. quia fateor, quod non est necesse, sed possum, si volo. Sed quæro, subiungit idem Bar. *vbi suprà nu-*
2 *mero secundo*, quo iure possum † petere, quatenus de facto processit? Et videtur, quòd iudicis officio, per Innocen. *extrà de offic. iud. capitulo vlt. tangitur in gl. in l. si dolo. C. de resc. in. vend.* Ego dico, quandoque contractus est nullus partium conuentione, siue irritatur ipso iure, & tunc potest pronunciari nullus, & cassari, quatenus de facto processit, actione ex eodem contractu. Si verò cõtractus est nullus, non ex partiũ conuentione, sed ex alia causa, tunc si quidem dolo partis fuit nullus, petitur cassari actione de dolo. Si verò non fuit nullus ex dolo partium, sed ex alieno defectu, tunc petitur cassari officio iudicis, *l. si is. C. de præd. min. vt per eundem Bar. d. loco.* & vide eum etiam pro hac materia *in l. si expressim. col. fin. ad fin. ff. de appella.* Et licèt Claudius Seysell. *in specul. feud. tit. qui feud. dar. poss. vers. item nec aliquis.* dicat, quod iste est effectus intelligere, an alienatio teneat, licèt possit, & debeat rescindi, quia valet, donec sit rescissa, an vero non valeat, qua tunc res potest auferri absque reuoca-
3 tione; tamẽ ego vidi † in pluribus causis super rescissione alienationum rerum Ecclesiasticarũ motis in Romana Curia, maximè vigore Bullæ Pauli IV. semper procedi contra detentores, & occupatores ad declaratoriam nullitatis contractus. & ità vidi seruari in vna Dohanarum pascuorum cõtra D. Benedictum de Saulis conductorem, in qua D. Auditor Cameræ declarauit contractum locationis nullum, & restituendas esse Dohanas, cum fructibus liquidatis in notabilissima pecuniarum summa. *Est doctr. Alex. in cons. 103 inci. videtur prima consideratione col. pen. sub nu. 16. vers. præterea etiam. volum. 1.* vbi dicit; quod quando † etiam
4 vasallus priuatur ipso iure feudo, tamen non dicitur priuatus prius, quàm appareat Dominum feudi vel feudum ad se reuerti, vt inquit Bald. *in l. si C. de reuocan. donatio per not. in l. 2 ff. si ager vectig. vel emphyt. facit l. 2. & quod ibi not. C. de iur. emphyt.*
5 & † regulariter etiam quando imponitur pœna ipso iure, antequam possit attẽtari exequutio pœnæ, debet fieri declaratoria, *c. cum secundum. §. fi. & ibi not. Doctor. de hæret. in 6. cum suis concordant.* Vnde dicit Bald. *in c. quæ in Ecclesiarum. vers. secundo ve-*
6 *ro casu. 9. colum. de constitut.* quod etiam quando † vasallus ipso iure esset priuatus, tamen antequam feratur sententia declaratoria non potest Dominus feudi se intromittere de corporali possessione. *cap. licèt Episcopus. de præben. in 6. l. 1 & fi. Cod. si per vim, vel alio modo. facit, quod not. in l. cum duobus. §. idem respondit. libr. 2. in gloss. in verb. dominium. ff. pro soci. & in l. fi. Cod. de sacros. eccl.* Et puto, quod sit necessaria sententia declaratoria, quia dum tu dicis, ego nego, & sic quæstio potest esse super facto, & † dum factum reuocatur in dubiũ, 7
tunc semper requiritur sentẽtia declaratoria, per tex. *in l. eius, qui delatorem. de iure fisci. in c. pro humani. de homicid. lib. 6. facit, quod not. in Authen. de tabellio. §. pen. vbi dicit glo.* quod si tabellio † per sen- 8
tentiam legis est priuatus officio tabellionatus, hoc tamen non est declaratum per sententiã hominis, sed est occultum, & iste tabellio exercet officium, quia est in quasi possessione officij, quod valent instrumenta sua, id quod alibi non habes in iure ciuili, sunt verba Bal. *in l. iubemus. §. sanè. col. fi. vers. adde tamen, quod vbi non requiritur. C. de sacrosan. eccles. tenet in terminis Io. Bertachi. in tracta. de Episc. par. .q. 42. numer. 122.* in Prælato. secus † in 9
œconomo, qui potest sua propria authoritate pro ecclesia occupare rem permutatam, etiam cũ Principe. cuius Ioan. hæc verba sunt. Quæro, vtrum Prælatus, vel clericus alienans contra formam iuris res ecclesiæ suæ possit propria authoritate contraueniens apprehendere possessionem rei, quam alienauit? Dic, inquit, quod sic, *vt in Authent. vt de cætero comm. rer. eccle. §. de cætero. coll. 5. & tenet Lau. in rub. de reb. eccles. non alien. in 6. 15. q.* Quod verum est, inquit, in œconomo, qui potest pro ecclesia occupare propria authoritate rem permutatam etiam cum Principe, qui eam transtulerit in alium, vt in Spec. *de actore. versicu. item quod vult.* Potest autem Prælatus alienans contrauenire, *l. iubemus. §. sanè. & ibi glo. Bart. & Bal. & Doct. Cod. de sacrosanct. eccl. Paul. de Cast. consi. 134. & in c. si quis presbyterorum. de rebus eccle. non alien.* Quod est verum, † etiam si iurauit, *c. intellecto. de iureiuran.* nec mirum quia quis potest venire contra suum contractum, qui de iure non tenuit, *l. 1. & ibi Bar. Cod. de lib. caus. c. nosti. & ibi glo. de electio.* quod verum est pro interesse alterius, non pro interesse suo, *vt ibi, & l. si is, qui. §. fi. ff. de exequu. rei iud. vt ibi per eum.* Dicit, & declarat D. Petr. de Anchara. *in c. dudum. de reb. eccl. non alien. in 6. versi sexto not.* vbi dicit; quod Papa in eo tex. decernit contractum nullum per sententiam. subdens. Sed cũ ex tali cõtractu à iure reprobato nõ fuerit translatum dominium, nec possessio, *vt est tex. not. in l. iubemus. in fin. Cod. de sacrosan. eccles.* videtur, quod iste rector potuerit propria authoritate rem ingredi, vtpotè non priuatus quasi possessione; & licèt forsan dictam viam potuerit eligere, vrbanior tamen, & tutior fuit illa, vt in simili not. *in l. 3. C. de pignor.* posset etiam dici, quod antequam super dicta nullitate feratur sententia declaratoria, non est licitum propria authoritate rem occupare, vt ibi per eum, quia quantumcunque † constitutio 11
irroget pœnam ipso iure, tamen requiritur sentẽtia declaratoria super ea, antequam fiat exequutio super bonis: quia hæreticus ante sententiam declaratoriam potest bene agere cõtra debitores suos, quia retinet administrationẽ bonorum suorum, per eundem Pet. *in c. cum secundum leges. de hæret in 6. versic. secundo nota.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 Prælatus, qui malè alienauit, licitè recuperando venit contra factum proprium.
2 Contra factum proprium quis licitè venit, quando fit reuocatio ratione publica vtilitatis.
3 Oeconomus reuocando rem à se alienatam non venit nomine suo, sed ecclesiæ.
4 Quando ex contractu nullum ius quæritur, licitum est venire contra proprium factum.
5 Gesta ab existente in officio, qui deliquerit, valent, quamdiu superior non amoueat eum.
6 Administrator quilibet, qui alienauit contra prohibitionem legis, reuocare potest.
7 Venditor potest venire contra contractum simulatum.
8 Prohibitus alienare potest venire contra alienationem à se factam.
9 Maritus, qui alienauit fundum dotalem, potest contrauenire.
10 Minor contrauenïens alienationi non repellitur exceptione dominij.
11 Contra factum suum quis venire non potest, quando alteri fuit ius quæsitum.
12 Qui consensit alienationi, potest etiam venire contra eam.
13 Vxor, qua consensit viro obliganti rem suam, rem vendicare potest, pretio non restituto.
14 Iuramentum Prælati ecclesiæ non debet esse præiudiciale.
15 Qui malè alienauit rem ecclesiæ, ad excommunicationem euitandam repetere debet.
16 Obligans ecclesiam suspenditur ab administratione spiritualium, & temporalium.
17 Turpitudinem suam potest quis detegere, quando actus est nullus.
18 Qualibet persona admittitur ad repetendam rem ecclesiasticam.
19 Iuramentum tendens contra vtilitatem ecclesiasticam non ligat iurantem.
20 Episcopus potest cognoscere causas, quæ non respiciunt personam suam, sed ecclesiam.
21 Procurator datus ab Episcopo an coram ipso petere possit reuocationem suæ alienationis.
22 Episcopus potest inquirere contra detentores rerum ecclesiæ, licèt inquisitio sit in ciuilibus regulariter prohibita.
23 Papa potest inquirere in omni casu.
24 Prælatus ità demùm reuocare potest, si non sit remotus, vel depositus.
25 Rector ecclesiæ post dimissam ecclesiam, potest repetere fructus per prædonem subtractos.
26 Episcopus potest esse iudex in causa sua ecclesiæ.
27 Vicarius Episcopi si suspectus allegetur, debet adiri Episcopus, etiam si agatur causa sua ecclesiæ.
28 Episcopus in causa sua ecclesiæ potest esse arbiter, & arbitrator.
29 Iudex ordinarius licèt sit suspectus, non tamen ob hoc eius Vicarius erit suspectus.
30 Ordinarij, & Vicarij eius censetur vnum, & idem tribunal.

CAP. III.

ET re ità si habente, pro recuperatinne rerum Ecclesiæ taliter alienatarum, inuasarum, & occupatarum poterit instari, & moueri, vt declaretur contractus nullus, & quòd sententia declaratoria nullitatis feratur, & etiam agi ad rem vendicandam, etiam per illuminet œconomus, † vel Prælatum alienantem, qui in hoc 1 casu licitè venit contra factum suum, per Bart. *in l. iubemus. l. 2. §. fanè, si hac numero 9. versicul. tertiò quæro. Codic. de sacrosanct. eccles.* vbi quærit, nunquid idem œconomus, qui alienauit rem Ecclesiæ admittatur ad rem vendicandam, vbi dicit numero 10. Sed finaliter scias, quòd in hoc passu ista est veritas, quando illud, † quod fit, reuocatur 2 ratione publicæ vtilitatis, & tunc potest quis venire contra factum suum, *vt l. 1. de libr. caus. & l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact.* vnde in isto casu cum reuocatio fiat ratione publicæ vtilitatis, ipse idem œconomus facere poterit. Sequitur Bald. *ibidem, qui dicit secundum gloss.* quod licèt œconomus non videatur posse admitti ad vendicandum, quia nemo regulariter venit contra factum suum, quia talis est priuandus officio suo, tamen, inquit, tenet gloss. contrarium, quia † non venit 3 nomine suo, sed nomine Ecclesiæ, *arg. ff. de exceptio. rei iud. l. si is, qui hæres. §. fi. & quòd ibi not. per Dynum, & ff. de exceptio. l. Modestinus.* Item subdit Bald. Et hoc etiam potest alia ratione: quia quando † nullum ius quæritur ex contractu, licitum 4 est ei venire contra contractum à se factum, vt patet in contractibus innominatis, re existente integra, *l. si pecuniam. de cond. ob caus.* Nec obstat, inquit Bald. quod sit priuandus officio, quia quandiù non priuatur per sententiam, retinet officium, & exercitium officij, quod est notandum. Conclude † ex hoc, quod licèt quis deliquerit in 5 officio, tamen quandiù superior non amoueat eum, valent gesta per eum. Et per eundem Bald. *ibidem, versicul. quinto quæro. insi per gloss. in Autheu. de tabellion. §. pen.* quod sic bellio per sententiam legis est priuatus officio tabellionatus, hoc tamen non est declaratum per sententiam hominis, sed est occultum, & iste tabellio exercet officiũ, quia est in quasi possessione officij, & valent instrumẽta sua, quod alibi in iure ciuili non habes, *vt ibi per eum, Idem sequitur Paul. de Castr. ibidem, vbi dicit;* quod idem ille œconomus, qui vendidit, potest venditionem retractare, & sic venire contra factũ suum, postquam contractus est reprobatus, & non venit nomine suo, sed nomine Ecclesiæ: & idem, † 6 inquit, est dicendum in quocunque alio administratore, qui vendidisset, aut alienasset contra prohibitionem legis, *vt not. Bar. de iure fisci, lib. 10. l. si minori.* vbi etiam dicit, Nota istam legem cum similibus, etiam si œconomus vendidisset rem, quę nõ esset Ecclesiæ, sed Ecclesiæ obligatam, & eam vendidisset iure creditoris, eo casu, quo non potuisset, vt ipsemet possit retractare. Facit etiam, quia venditor† potest venire contra contractum simulatũ, 7 secundum Bar. *in l. emptor ff. de aqua plu. arc. & in l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. 11.* † Et prohibi- 8 tus alienare potest venire cõtra alienationem à se

 factam,

factam, *l. quoties. & ibi Bald. C. de fideicomm. Pau. de Cast. consi. 13.* vbi dicit verum esse in prohibito à lege, non à testatore. *idem in consilio 17. & quod nota. in*
9 *l. 1. C. de contra. iud. & in l fi. C. si maior factus.* † Item & maritus alienans fundum dotalem potest contrauenire. *glo. Insti quibus aliena. licet, vel non. in princip. in verb. interdicta. l. 1. §. & cum lex. & ibi Cy. C. de*
10 *rei vxo. act.* Idem † de minore, qui contraueniens non repellitur exceptione dominij, sicut nec Prælatus contraueniens, secundum Bart. *in l. si alienā. ff. sol. mat. Hac Io. Bertac. in tracta de Episc. 4. par. q. 42.*
11 *nu 123. & seq. vbi subdit nu. 125.* quod † si ius est alteri quæsitum, non potest quis venire contra factū suum, *l. si quis ius & ibi Bal. C. de reb. credit.* Nec potest, qui actum facit solemniter, allegare nullum,
12 secundum Dyn. *consi. 12.* † Item & qui consensit alienationi, potest etiam venire contra eam, Bart. *in l. cum pater. §. libertis. post glo. de leg. 2.* Quod est verum, nisi dolosè consenserit, quia tunc non admittitur ad reuocādum alienationem, cui dolosè consenserit, secundum Bal. *in l. quoties. Cod. de fidei-*
13 *commi.* † Et vxor, quæ cōsensit viro obliganti rem suam creditori, potest vendicare rem ab emptore etiam pretio non restituto, quod etiam potest hæres matris *l. si sciens. & ibi Bal. C. ad Velleia. vt per Io. Berta. d. loco num. 126. & seq.* Dicit hoc glos. in terminis *in c. si quis presbyterorum. vbi ad hoc est tex. in verb. alienator. de reb. eccles. alien. vel non.* quod qui alienat in præiudicium ecclesiæ, reuocare debet à se malè factam alienationem, etiam quod illam suo iuramento vallasset, & etiam si iurasset non
14 repetere rem, alienatam, quia tale † iuramentum ecclesiæ præiudiciale, cùm sit illicitum attendi, & obseruari non debet, *c. intellecto. extra de iureiur.* quia dicit text. *in d. cap. si quis presbyterorum.* quod si quis alienauerit, aut alienationi prædij ecclesiæ consenserit, anathemate feriatur, quo Deus iratus animas percutit, nisi & alienator, & qui alienata receperit, celeri restitutione sibi prospexerint, id est, celeriter, & absq; mora restituerint alienata ecclesiæ: vbi glos. *in verb. celeri. intelligit,* quod ista restitutio tūc dicatur, & facta intelligatur celeriter, si sit facta, antequam ecclesia damnum sentiat, & antequam lædatur ex tali alienatione. & in verb. prospexerint. declarat, quod tales possunt sibi prospicere per repetitionem; vnde,
15 qui † malè alienauit rem ecclesiæ, ad euitandam excommunicationem habet repetere rem alienatam per Ecclesiam. inquit enim gloss. *in eod. verb. prospexerint.* & ità qui malè alienauit rem Ecclesiæ, potest repetere, vt hic patet, *& 35. quæstio. 9. quod quis.* vnde euitat pœnam, si rem restituat, aut alias Ecclesiam seruet indemnem: pro quo vide, quæ dico in fin. præcedentis quæstionis de mente Bellameræ *in cap. Abbatibus. 12. quæst. 2. Sed, inquit ead. gloss.* est verum, si in administratione toleratur; secus, si sit remotus, *12. quæstio. 2. monemus. subdens gloss. in verb. remedium.* & ità est remedium ad hoc, vt dilapidator non remoueatur ab officio, quod Ecclesiam seruet indemnem; remittens se gloss. *ad ea, quæ dixit in cap. quòd sicut. de elect. in verb. præterire, circa fin.* vbi tenet, quod talis, qui Ecclesiam reddit indemnem, non euadit, nisi pœnam excommunicationis,

depositionis autem pœnam non euadit, quia nihilominus deponitur, *12. q. 2. monemus. & c. diaconi. & c statuimus. ea.* & hoc, inquit, probatur per tex. *in c. quorundam. de solut.* vbi dicitur, qui obligat † 16
Ecclesiam, suspensus est ab administratione spiritualium, & temporalium ipso iure. & ita intelligitur text. *in d. c. si quis presbyterorum:* quia per restitutionem solummodo euadit pœnam excommunicationis. Et dicit Imo. *in d. c. si quis. in notabilibus, num. 11.* quòd licitum est venire contra factū proprium, quando est de iure inualidum, de quo hic per Ioan. Calder. & tangitur suprà *de elect. ca. nosti. vbi in tex. & gl. habetur;* quod si quis donet, aut alienet de rebus Ecclesiæ, de iure facere nō potest, quod debet factum à se reuocare, licèt veniat cōtra factum suum. vbi Abb. *2. not. & Sebastianus Sap. ad Abb. ibi littera A. inquit, Vide etiam no. in c diuersis. de cleric. coniug. & not. per Modernos in l. transactione. Cod. de transact.* vbi dicunt, quod quis † potest de- 17
tegere turpitudinem suam, & venire contra factū suum, quando actus est nullus, Paul. de Castren. *in l. & heredi. §. filiafam. col. 2. ff. de pact. Idem Sapia ibi, in addit. incip. an, & quando quis. & per gloss. in verb. non per te. in d. c. diuersis. & ibidem Inn. de cler. coniuga & aliquid etiam dicitur per gl. in c. pœnitentes. 55. dist.* Et dicit Io. And. *in reg. qui tacet. in mercurialibus;* quod quando factum à iure improbatur, est licitum venire contra factum proprium, vt ibi per eum. & de materia etiam per Legistas in gl. *in l. post mortem ff. de adopt.*

Subdens Idem Imol. *vbi suprà sub num. 11.* Nota, quod † ad repetendum rem Ecclesiasticam malè 18
alienatam admittitur quælibet persona Ecclesiastica, idem dicit Abb. *in d. c. si quis. nu. 4. ibi,* Quarto nota, quod Prælatus malè alienans rem Ecclesiæ potest illam repetere, etiam non obstante iuramēto per eum præstito: quia, vt inquit *ibidem nu. 7.* iuramentum † tendens contra vtilitatem Ecclesiasti- 19
cam nullo modo ligat iurantem, quia potius est periurium, quàm iuramentum, etiam si per alium possit indemnitati Ecclesiam consuli: nā iuramentum non ligat iurantem ad iniquitatem, *c. quanto. de iureiur.* immò, quod plus est, non ligat administratorem Ecclesiæ, quo minus non possit petere restitutionem in integrum, de quo vide *gl. in c. 1. de in integ. rest. lib. 6. Facit pulchra doctrina Bal. in l. 1. C. ne quis in sua caus. iud.* vbi ponit quæstionem, Episcopus † Perusinus mouit mihi litem de quibusdam 20
rebus, dicens, quod illæ res sunt emphyteuticæ Episcopatus Perusij, & quod ad eū sunt reuersæ: ego nego, & dico, quod Episcopus Perusinus nō potest hoc cognoscere, sed debet agere contra me, coram Archiepiscopo: modo quæritur, vtrū iste Episcop. possit de hoc cognoscere, necne? Canonistæ omnes tenent, inquit, quòd sic, quia ista non est causa personæ, sed Ecclesiæ, & vtilitas principaliter respicit Ecclesiam, ideo Episcopus potest esse iudex, cognitor, & terminator huius litis. subdens idem, quod facit ad propositum nostrum. Item quæro, Episcopus † de facto alienauit res Ecclesiæ, modo 21
Episcopus facit quendā procuratorem suū ad petendā reuocationē suæ alienationis, quęritur, nūquid ille procurator possit coram ipso Episcopo, q alienauit, agere nomine Episcopi, & Episcopat.?

Et videtur,

Et videtur, inquit, secundum istam theoricam, quòd sic, quia videtur causa Ecclesiæ, non personæ. In contrarium videtur, inquit, quia absurdum videtur, quod procurator experiatur coram constituente, quia constituens fungeretur officio iudicis, & officio partis, quod videtur impossibile. Breuiter, inquit, credo, quod nomine personę iste procurator non admittatur, sed nomine Ecclesiæ credo, quod admittatur ex theorica prædicta. cōsultius tamen faciet Episcopus, vel eius Vicarius, si procedat inquirendo contra detentores, siue cōtra detentorem tāquam iniustè detinentem, quia de iuribus Ecclesiæ potest cognoscere, & inquirere, per iura ibi per eundem Bald. adducta *in d. l. 1.*
22 quia Episcopus benè † potest inquirere pro rebus Ecclesiæ contra detentores illarum, licèt in ciuilibus aliàs inquisitor non admittatur de iuribus singularium personarum, per Innocen. *in cap. ad nostram. lib. 2. de iureiuran. & Bart. in l. sancimus. Cod. de sacrosanct. eccles. & in l. in ciuile. Cod. de fur.* quod nota. quia regulariter inquisitio in ciuilibus est prohibita, *l. rescripto. §. si quis. ff. de mun & hon. Bart. in l. 2. §. si publico ff. de adul.* nisi in casibus notatis *in cap. 1. vt ecclesi. benefi. per gloss. & Bald. in l. iubemus. Cod. de probat. per Ang. in l. si vacantia. Cod. de bon. vac. libr. 10. & per Innocen in cap. ad nostram. allegato,* vbi dicit;
23 Papam posse inquirere omni casu. † idem & quando aliquid committitur circa res Ecclesiæ, secundum Innocen. *in cap. quoniam frequenter. §. sunt & alij vt lit. non contest Bald. in d l. sancimus. & in Margarita in verb. inquisitio. versicu. 3. idem & ratione publicæ vtilitatis, l. 1. §. ius publicum. ff. de iust. & iure, distinct. 1. ius publicum. Bart. in d. l. si vacantia. per Ioann. Bertach. in d. tractat. de Episcop. 4. part. numero 66. versicu. 29. quæro, nunquid Episcopus. Idem tenet Lauren. de Rodulph. in sua repet. cap. fine exceptione. 12. quæstio 2. quæstio. 65.* ibi, Poterit etiam agere ad reuocationem ipsemet alienans, vt not. *in d. cap. si quis.* poterit insuper hic agens, quicunque sit ille, constituere procuratorem ante litis contestationem, quia succedit in locum Ecclesiæ, vel vniuers. vide in Specu. *de procurato. §. 2. versicu. quid si canonicus.* vbi dicit, sic obtentum fuisse. idem dicit Archid *in ca. non liceat. 12. quæst. 2.* Et intellige hoc, quod dicitur
24 † de alienatore, scilicèt vbi non sit remotus, vel depositus, *vt d. cap. monemus. & ibi no. & d cap. nosti. & cap. si quis subdens Lauren. ibidem*, Nunquid au-
25 tem rector Ecclesiæ † post dimissam Ecclesiam possit repetere fructus per prædonem subtractos tempore sui regiminis vsque ad tempus receptionis secundi beneficij, vide per Spec. *de actore. 12. colum. versicu. rector quoque. & Vincen. dicto cap. dudum. libr. 2.* qui tenet, quod sic, benè facit, quia
26 Episcopus potest esse iudex in † causa suæ Ecclesiæ, per Bart. & Bald. *in d l. 1. Cod. ne quis in sua caus. iud. Bart. in l. est receptum. de iurisd. om. iud. Abb. Spec. & Bald. in cap. cum olim de præscrip Spec. de lega. §. superest. & in cap. si clericus laicum. de foro compe. Spec. de arbi §. sequitur. versicu. sed nunquid Abb. Host. in Summa de senten. & de re iud §. quis debet. versicu. sed nunquid potest Episcopus.* Sed secundum * communem opinionem gloss. & Doctor. *in c. cum super. de offic. delega. & c. cum venissent de iud. Io. And. Butr. Imo. Abb. in c. insinuante. de off. delega.* potest Episcopus recusari suspectus. sequitur Philip. Franc. *in c postremo. de appel. not. 2. q. 7. si quis ergo & cap. 1. de præben. in 6.*
Et si causa ecclesiæ suæ agatur coram Vicario suo, 27
qui suspectus allegetur, debet adiri Episcopus tam in dicta causa, quàm in alijs, qui de causa suspicionis cognoscit, nec tunc eliguntur arbitri, qui de causa suspicionis cognoscunt, *c. si contra insi de offic. deleg. in 6. per Ias. in l. apertissimi. 3. colum. Cod. de*
iudi. Et Episcopus in causa suæ ecclesiæ potest esse 28
arbiter, & arbitrator, per Butri. *& alios in c. cum olim. de præscriptio. per Abbatem, & Imolam in c. insuper. de testibus. quia dicit Ias. vbi suprà colum 3. sub numer. 9. versic.* aduerte tamen, quod licèt ordinarius
sit † suspectus, tamen per hoc Vicarius eius non 29
erit suspectus, *l vnica. versi penul. & fin. vbi Bald. not. C. si quacun. prædi. pot. sentit Bal. in Authen. clericus. C. de episco. & cleri. & dicit Angel. in l aduersus in fin. C. si aduers. rem iud.* quod non sequitur, Vicarius est suspectus, ergo & dominus. Sed aliter tenet Saly. *in d. l. vnica. & contrarium tenet Ioan. de Imo. in d. c. insi-*
nuante. de offic. deleg. Et facit, † quia idem censetur 30
tribunal vtriusque, *cap. Romana. in princ de appellat. in 6.* Sed, inquit idem Ias. bene verum est, quod si Vicarius, vel delegatus Episcopi recusatur vt suspectus, adiri debet eius Episcopus, qui de causa suspicionis cognoscat, non autem sunt eligendi arbitri iuris, &c.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus qualiter reuocabit malè alienata cum fructibus.*
2 *Verbum Legitimum exponitur, id est, prout lex iubet.*
3 *Episcopus habet interesse generale in rebus omnium ecclesiarum suæ diœcesis.*
4 *Ecclesia si non vacet, rector, qui habet spirituale interesse, præfertur Episcopo.*
5 *Episcopus agit etiam pro suo capitulo cum cautione de rato.*
6 *Episcopus debet agere per procuratorem, non per se.*
7 *Successori reuocanti bona ecclesiæ non obstat exceptio dominij.*
8 *Agenti actione in rem requiritur, vt probet se dominum.*
9 *Occupans rem ecclesiæ malè alienatam, videtur ecclesiam spoliare.*
10 *Rem malè alienatam non modò Prælatus, sed & quælibet alia persona repetere potest.*
11 *Quæ personæ possint prædia malè alienata reuocare.*
12 *Iudicium reuocatorium rei alienatæ est priuatum.*
13 *Parochianorum interest, ne ecclesia deducatur ad inopiam.*
14 *Emptor rei ecclesiæ malè alienatæ tenetur ad restitutionem rei, & fructuum.*
15 *Res ecclesiæ malè alienatas quis recuperat non suo, sed ecclesiæ nomine.*
16 *Agens iudicio publico etiam sine mandato audiri debet.*
17 *Leges super rebus ecclesiasticis non possint disponere.*
13 *Prælatus, vel quilibet de ecclesia repetere potest sine cautione de rato.*

CAP. IV.

Facit, quod dicit Gemin. *in c. 1. col. penul num. 18. versi. sed deinde quærunt. de reb eccl. non alien. in 6.* Sed deinde inquit Gem. quærunt, ad quem spectet intentare actiones pro ecclesia. Sol. dicunt, quod spectat ad Episcopum, & ad rectorem ecclesiæ agentes, & intentantes actiones, & defensiones. de rectore agente, dicit idem Gemin. patet hic. de defendente etiam Vicario, *sup. de fid. instru. G. perpetum de præscrip. ex transmissa.* & de Episcopo patet *de success. ab intest. c. fi.* Hucusque Geminianus, Facit in hac materia, quod habetur per eundem Laurent. de Rodul. *in d. sua repet. c. fine exceptione. 12 q 2 q 64.* vbi quærit, qualiter Prælatus re-
1 uocabit † male alienata cum fructibus: & respōdet, quod Arch. *in c. &, si illi. 12 q. 2.* dicit; quod reuocabit in forma iudicis: quod satis dicit colligi *in c. ad audientiam. ibi, Legitimè reuocare & in c fraternitatem. insi. de dona.* nisi tamen esset notorium, in quo casu sola admonitione præmissa excommunicabit Episcopus successor, *c. in canonibus. 16. q. 1.* Alij dicunt, quod reuocabit vti debet, & sicut debet, & quasi actor, non quasi iudex, cui est simile *c. nosti de elect.* vbi hæc tanguntur per Innoc. & est simile *suprà ea. q. cap. 2. in fi. secundum Archid. Ho-*
2 *stien.* † exponebat illud verbum Legitimum, idest, prout lex iubet, scilicet quod citatis citandis Ecclesia rem suam recuperet, nec de pretio teneatur. B. dicebat legitimè, quia Prælatus erit actor, conductores rei, & alius erit iudex, dicas, quod non est iudex in causa sua, sed ecclesiæ suæ, & istud seruaretur, quia dic de hoc, *vt no d. c. ad audientiam. per Inno. Compost. Ioan And. & Io. de Lign. in d. c. nosti. de elect. & quod no. in c. significauit. de censi. & de verb.*
3 *sign. c ex parte. vt per Lauren. d. sua q 64.* Facit, † quia Episcopus habet interesse generale in rebus ecclesiarum omnium suæ diœcesis, vnde potest agere pro omnibus rebus Ecclesiæ, sibi subiectæ, scilicet nomine Ecclesiæ, non suo, secundum Bar. & Bal. post *glo. in l. sancimus. l. 1. C. de sacros. eccl.* quia dicit Innoc. *in c. cum olim. de resti. spol.* quod Episcopus potest agere pro iniuria, & damno dato Ecclesiæ. & quod not. *in c. dilectus. de appe. & in c. ex parte. de rescrip.* quod verum est, si Ecclesia vacat, vt ibi not. & tenet Spec *tit. de actore. versi. item*
4 *Episcopus & quilibet. vlt. col.* & ideo si ecclesia, † vel altare non vacat, Episcopus non præfertur rectori eius habenti speciale interesse, per Bar. & Bal. vbi suprà. sed si Episcopus sit suspectus de dilapidatione, non admittitur ad agendum, nisi caueat, secundum Spec. *vbi supr. versic. in summa no.* Et agit
5 † etiam Episcopus pro suo capitulo cum cautione de rato, etiam si bona sint diuisa, Bal. *in Margar. in verb. Prelatus. vers. 6. post gloss. & Innoc. in c. edoceri de rescri.* Et aduerte, quod Episcopus rectores petit nomine suo, sed res Ecclesiæ nomine Ecclesiæ secundum Innocent. *in cap litteris. de resti. spol.* sed
6 Episcopus † debet agere per procuratorem, non per se, *cap. 1. 14. quæst. 1. cum gloss. 5. quæst. 3. cap fin.* Item tenet Doct. Aug. Bero. *in cap. Episcopi. de rebus eccles. alie. vel non. in princ.* vbi dicit; quod successor alienata per præcessorem reuocat, quamuis & alienatio piam causam, & quodam-
modo spiritualem contineret qualis esset datio libertatis, & manumissio, per gloss. *in cap. nullus. & cap. libertinus. de ser. non ordi.* Immo & ipsemet alienans recuperat, si ex causa non iusta alienauit, quia quamuis quis non veniat contra factum proprium, tamen id potest, quando à se factum est à iure reprobatum, & prohibitum. & hoc, quando veniens non facit ad suam vtilitatem, sed alterius personæ priuilegiatæ, qualis est fiscus, & Ecclesia. Et subdit ibi, quod
successori † reuocanti bona ecclesiæ male aliena- 7
ta non obstat exceptio dominij, hoc est, quod Ecclesia non sit domina, sed satis est, vt probet rem fuisse in bonis ecclesiæ, & ab Ecclesia possessam, per text. *d. cap. Episcopi. text. in c. &, si illi. 12. quæst. 2.* quod, inquit, est valdè vtile, & quotidianum in practica, quia difficilimum est probare dominium, *cap. sæpè. de resti. spol.*
† Sed quia est regula, quod agenti rei vendi- 8
catione, & actione in rem, vt quis obtineat, etiam si sit Ecclesia, vt ipse Bero. ibi dicit, requiritur, vt dominium, & se esse dominum probet, *l. in rem. in princ. ff. de rei vend.* nec sufficit probare rem fuisse in bonis suis, & illam possedisse, per Specul. *in titul. de loc. §. sexto. versicul. 59.* hoc dicit in ecclesia agenti rei vendicatione, ideo id, quod dicitur, quod non potest opponi exceptio dominij, intellige, quando reuocatio rerum alienatarum fieret, non rei vendicationis remedio, sed alio remedio possessorio, quo casu sufficit probare rem fuisse in bonis Ecclesiæ. ex quo enim
res Ecclesiæ fuit absque causa alienata, † occupans 9
illam videtur spoliare, & illam priuare absque suo facto sua possessione, & ideo ipsa ecclesia, vel successor potest possessorio remedio recuperare, vel interdicto vnde vi, vel condictione ex *l. si quis in tantam. Cod. vnde vi. per Bal. vbi Doct. in Authen. licentiam Cod de Episc. & cle.* vel remedio *cap. reintegranda. 3. quæst. 1.* quod datur præcipuè Ecclesiæ, quando absque facto, & culpa sua recedit à possessione rei suæ contra detinentem, & possidentem.

Vel inquit, intellige alio modo, quando ecclesia vellet agere aliqua actione personali descendente extra id, quod agitur, puta actione triticaria, vel ex lege aliqua ad condicendum possessionem, & ad consequendam rem ab eo, qui illam habuit absque iusta causa. Vel subiungit, intellige, quando ageretur pro reuocatione rerum ecclesiæ malè alienatarum contra violentum possessorem, & qui spoliasset, *l. si quis emptionis. §. idem de his versi. si quis. C. de præscri. 30. anno.* per quem text. ità voluit, & intellexit Bald. *in l si alienan ff. sol. mat. gl. in l. ità vt si fur. ff. commed.* vt est in casu, quando quis apertè titulo à iure reprobato rem ecclesiæ occupat, hoc est, absque iusta causa, qui dicitur raptor, & inuasor, *capitulo secundo, & ibi Abb. de reb. eccles. alien. vel non. & alias, vt ibi per eundem August.*

† Immo nedum Prælatus alienans potest re- 10
petere alienata in damnum Ecclesiæ, sed & quælibet alia persona ecclesiastica, *per tex. in d. c. si quis. de reb. eccle. alie. vel non. ibi in tex.* Sed etiam licèt quibuscunq; ecclesiasticis personis vocem cōtra-

dictionis

dictionis offerre, & vt cum fructibus possint alienata reposcere, & ecclesiastica authoritate fulciri. vbi glo. *in verb. personis.* exponit, id est omnibus clericis, item conuersis, item etiam patronis, ecclesia existente de iure patronatus, per text. *cap. filijs, vel nepotibus. 16. q. 7.* & parochianis etiam, quia
11 horum omnium interest. Immo † prædia ecclesię indebitè alienata reuocant primò œconomi, secundo loco post œconomos parochiani, & patroni, per Bal. de Capua in Commentarijs suis constitutio. Regni. *in titu. de reuoca. feud. in verb. diuæ memoriæ. per text. quem allegat, in l. iubemus nulli. C. de sacros. eccl.* sicut prædia decurionum indebitè alienata, quæ retrahuntur per quoslibet, *l. si quis. C. de præd. decurio. lib. 10. c. si quis presbyterorum. de reb. eccl. alien. vel non.* Sed personæ alterius ecclesiæ
12 non admittuntur, † quia tale iudicium non est publicum iudicium, sed iudicium priuatum, vt per dict. glo. *in d. cap. si quis. in eod. verb. personis.* Id quod videtur etiam contra gloss. *in d. l. iubemus. Codic. de sac. sanc. eccles. in verb. œconomis.* quæ dicit, quod res malè alienatæ primo loco vendicantur per œconomos, sed in subsidium cuilibet vendicare permittitur, quasi publicum factum, vt parochianis, vel patronis, vt in curiali, qui retrahitur per quoslibet, *vt infrà de decurio. l. si quis rem.* Et quod solummodo personæ ecclesiasticæ illius ecclesiæ admittantur ad agendum pro vendicatione, id videtur contra *dictum text. & tex. in cap. non liceat Papæ. 12. quæst. 2.* vbi videtur id permissum esse omnibus personis ecclesiasticis, & non solùm in Apostolica est seruandum ecclesia, sed & in omnibus alijs ecclesijs. Ità etiam videtur intelligere Abb. *in d. cap. si quis. colum. 2. num. 8. versicu. in glo. in verb. ecclesiasticis, ibi parochianus, no. glos. & intelligit Laur. & * communiter omnes seq.* vt procedat etiam in parochianis laicis; non enim dicuntur hoc casu accusare clericum seu Prælatum, sed repetunt malè alienata: & hoc satis mi-
13 hi placet. nam interest † parochianorum, ne ecclesia deducatur ad inopiam; nam tenentur parochiani in defectum ecclesiæ ad refectionem ipsius de proprio patrimonio, *vt not. in cap. 1. & c. de his. de eccl. ædifi. vel repar. & in fi glo. Philip. subiungit ibidem Abb. numero 9.* quem sequuntur* communiter Doctores, tenet quamlibet personam ecclesiasticam admittendam: nam text. iste loquitur generaliter. quod placet, vt patet ibi in text. quibuscunque ecclesiasticis personis. *vt in cap. non liceat. 12. quæst. 2.* non tamen agent isti extranei inuitis clericis ecclesiæ: quod intelligo, si ipsi volunt agere. nam eis negligentibus admittentur extranei: versatur enim in hac alienatione ius publicum; *1. dist. ius publicum. & vide no. per Innoc. in cap. cum olim. de testi.* vbi de hoc. Idem videtur sentire Imo. *ibidem, in dicto cap. si quis.* qui dicit *in notab. sub numero 11.* quòd ad repetendam rem ecclesiasticam malè alienatam admittatur quælibet persona ecclesiastica, *facit, quod habetur in cap. non liceat. 12. quæst. 2. Et no. etiam, subiungit Imo. vbi sup.* quod clerici debent cõtradicere Prælato volẽti illicitè alienare rem ecclesiæ, & interdum si non restituunt, incurrunt pęnam suspẽsionis. Et emptor, dicit idem Imol. *eodem in loco numero 12.* qui rem ita alienatam recipit, ex quo emit contra iuris prohibitionem, nedum tene- 14
tur ad restitutionem rei, sed etiam fructuum, dicit glossa in dicto cap. cum olim. quæ dicit, quod particulares de Ecclesia possunt agere pro iure Ecclesiæ sine mandato accusando, & denunciando facientem contra vtilitatem Ecclesiæ, immo punitur, qui non resistit, *cap. generali. de elect. in 6. Facit, quod habetur in gloss. in d. cap. non liceat Papæ,* quod ad hanc accusationem malæ alienationis quilibet admittatur, per iura, quæ ibi adducit. Sed si rei vendicatio cadit tantummodo in rebus, vbi est alicuius personæ dominium, & in rebus Ecclesiæ nulli personæ competit, aut competere potest dominium, quomodo potest pro recuperatione rei Ecclesiæ competere rei vendicatio? Sed dic, quod res † Ecclesiæ malè alienatas quis 15
non dicitur vendicare vt res suas, sed vti res Ecclesiæ, & nomine Ecclesiæ, per gloss. *in Authen. de alien. & emphyt. in verb. & quoniam. Paul. de Castren. in l. sancimus. l. picciola. C. de sacrosanct. eccles.* Item, inquit Imola *præallegato loco, d. numer. 12.* quod ad repetendum, & seu reuocandum rem Ecclesiæ malè alienatam, competit condictio ex hoc canone: nam introducere videtur nouam obligationem. vnde dicebat hic Innocen. quòd agens isto casu non satisdabit pro Ecclesia, quia hoc videtur esse populare iudicium, secundum Hostiens. Et ex hoc poteris notare, inquit Imo. *vbi suprà numer. 13. vltimò secundum Ioan. Cald.* † quòd agens iudicio 16
populari, siue publico debetur audiri etiam sine mandato. facit, quod habetur *in l. 2. & 3. & pen. ff. de pop. actio.* Subdens Imo. *ibidem sub numer. 21. in versicu. in gloss. pen. in fi.* quod dixit gloss. de patronis, & parochianis dicunt Doctores procedere, etiam si sint laici, quia isto casu non accusant, sed repetunt malè alienata, & ideo hoc facere possunt, licèt accusare clericum, seu rectorem non possint, *extra de testib. cap. ad cætero.* Item aduerte; quia Laur. & Philip. hic dicunt, quod etiam omnis persona Ecclesiastica admittitur, per istum text. qui indistinctè loquitur, quòd sic videtur, quod etiam omnis persona Ecclesiastica alterius Ecclesiæ debebit admitti. facit, quod habetur *in c. quia circa. de priuileg. & in cap. consuluisti. 2. q. 5.* & facit ad materiam, quod notauit gl. & Ioan. And. *in c. venerabili. de offi. delega. & quod no. per Inno. & Host. in ca. cum olim. de testib.* Et pro ista opinione facit, quod dixi, inquit idem *nu. 22. suprà in notabilibus:* quia videtur, quod istud iudicium sit populare, & ideo videtur, quod admitti debeat quælibet persona Ecclesiastica. Plus dicit Ioan. *in c. constitutum. 16. q. 1.* quod etiam quilibet de populo admitti debet. & pro ista etiam parte facit, quod habetur *in Auth. de non alien. circa fi. col. 2.*

Sed certè videtur dicendum, quod solùm personæ Ecclesiasticæ admittantur, per istum text. *& tex. in cap. non liceat. 12. q. 2.* Nec obstat, quod habetur *in d. Authen. de non alien.* quia leges super rebus † Ecclesiasticis non possunt disponere, *c. quæ in Ecclesiarum. de constit. 96. dist.* benè satis tamen vide- 17
tur posse dici, quod solũ admittantur personæ Ecclesiasticæ eiusdẽ ciuitatis: secus, si alterius, per id, quod not. *in simili in l. 2. ff. penul. §. ne quid in loco*

ub.in gloss. & hoc modo posset intelligi, & saluari gl. hic. licet Laur. & Philip. similiter dicant, quod omnis ecclesiastica persona admittatur; quod certè etiam non videtur absonum fauore ecclesiæ, *arg l. sunt personæ ff. de relig.* Idem Imo. *paulo. post. versic. in eadem gl. ibi, fine litteris.* dicit, quod in isto iudicio agens censetur habere mandatum, quia loquimur in populari actione, cum ista competẽs ex hoc canone censeatur popularis actio. Item dicit gloss. *fina. in fin in dicto c. si quis.* quod Præla-
18 tus, aut † quilibet de ecclesia in hoc casu poterit agere ad repetendum, siue reuocandum pro ecclesia sine litteris de raro :: idem dicit glo. *in c. 1. de procur. in glo. legaliter.* quæ dicit, quod in casu *c. non liceat Papa. & c. si quis presbyterorum.* clericus solus sine consensu capituli, & sine promissione de rato, potest conuenire. quia est in casibus dictorum capitulorum speciale, & illa capitula in casu speciali loquuntur, cum agitur de reuocatione rei ecclesiæ malè, & indebitè alienatæ, quia per hoc consulitur ecclesiæ, nec potest lædi, quod contingere posset in alijs casibus, vbi non agitur specialiter de reuocatione rei alienatæ indebitè. Et dicit Imo. *ibidem. sub num. 26. vers. in eadem glo. ibi, fine litteris.* quod si quis in hoc casu non satisdet in isto iudicio, est in hoc casu speciale, secundum Io. Cal. ne ecclesia damnum patiatur, vel secundum eum potest dici, quod in spiritualibus iudicijs nõ admittitur quis sine mandato. *capitulo 1. de procura.* sed hic loquitur in populari actione, cum ista actio competens ex hoc canone censeatur popularis, & ideo iste agens censetur habere mandatum ex isto canone, & ideo non tenetur satisdare, vt hic etiam voluit Innocen.

SVMMARIVM.

1 *Repenti malè alienata competit condictio ex canone c. si quis Presbyterorum. de rebus eccles. alien. vel non.*

2 *Ecclesia reposcere potest alienata cum fructibus, quando facta est alienatio contra formam, canone statutam.*

3 *Ecclesia agere potest contra alienatorem, & contra possessorem.*

4 *Ecclesia si obtinet contra vnum, alter liberatur.*

5 *Possessor conueniendus est, licèt exhibeat authorem sua venditionis.*

6 *Conuentus iudicio possessorio non potest dominum nominare.*

7 *Contra alienantem tunc agitur, quando ita dispersa sunt bona, quòd nesciatur, vbi sint.*

8 *Ecclesia si consequuta fuit suum à possessore, an adhuc alienantem conuenire possit.*

9 *Pœna vnius non liberat alium.*

10 *Agens an in sua persona, an nomine Ecclesia petitionem formare debeat.*

11 *Episcopus, qui de facto alienauit rem ecclesia, potest constituere procuratorem ad reuocandum alienata coram Episcopo.*

12 *Agens nomine ecclesia si succumbat, an alius nomine Ecclesia agere poterit.*

13 *Agere si nomine Ecclesia plures voluerint, iudex, idoneorum eligere debet.*

14 *Agens pro singulari interesse suo formabit petitionem nomine suo.*

15 *Ecclesia, quando suum ius est consequuta à possessore, an teneatur cedere actionem contra alienantem.*

16 *Ecclesia si fecerit cessionem, cessionarius poterit agere.*

17 *Cessio per ecclesiam fieri debet, si res bona fide ad tertium deuenerit.*

18 *Possessor conuentus ad rem si soluat æstimationem actori, an habeat actionem sine cessione.*

19 *Emptor an recuperet pretium exbursatum à Prælato malè alienante.*

20 *Emptor malæ fidei non agit ad pretium etiam contra Prælatum.*

21 *Administrator si non est soluendo, an eius consanguinei pro ipso teneantur.*

22 *Emens scienter rem dotalem non habet actionem etiam quoad pretium contra maritum vendentem.*

23 *Contrahentes illicitè puniuntur amissione pretij soluti.*

24 *Ecclesia de benignitate pretium emptori restituere debet, sed non de necessitate.*

25 *Emptor bonæ fidei potest petere cessionem actionis.*

26 *Res malè alienata reuertuntur ad ecclesiam nullo dato pretio.*

27 *Emptor bonæ fidei agit ad pretium, non autem emptor malæ fidei.*

28 *Emptor si est in mala fide, vendens non tenetur de euictione.*

CAP. V.

AD repetendum verò, seu reuocandum malè alienata per clericum, siue Prælatum, *vt diximus suprà, Imo. dicit in d. c. si quis num 12. hoc tit.* quod
competit † condictio ex canone, *c. si quis presbyte-* 1
rorum. de rebus eccles. alien. vel non. extrà. vbi gloss. in verb. alienata quæ est glo. si dicit, quod pro huiusmodi alienationibus reuocandis ecclesiæ competit actio personalis contra alienatorem, si est soluendo, vel habeat in rem actionem contra possessorẽ, per tex. *in c. Apostolicos. 12. q. 2. est text. expressus in l. 3. & vlt. C. si tutor, vel curator.* Est quæstio Laur. de Rodul. *in sua repe. c. fine exceptione. 12 q 2. q. 57.* vbi inquit, Quæro facta est alienatio contra formam à canone statutam, video, quod est nulla, sed quale remedium habebit ecclesia? Respondeo, reposcere poterit † alienata cum fructibus, *suprà eo cap.* 2
apostolicos. c. monemus. c. si quis. ca. Vulterana. c. statuimus & c. hoc ius 10. q. 2. versi. qui vero res. & de reb. ecclesiæ non alien. extra c. si quis. & secundum Goff. ibid. pretium rei venditæ, si ecclesiæ magis visum fuerit expedire, *alleg. cap. 1. ne sed vacan.* qui etiam dicebat ibidem, quod fructus medij temporis tenebuntur, & ager pro his † contra alienatorem, *d. c.* 3
monemus. & c. statuimus. item aduersus possessorẽ, *suprà eo. c. Augustino & c. quicunque. & ibi no & d cap. monemus & c. Apostolicos.* Et intelligas, quod contra alienatorem competit personalis, si est soluendo, sed contra possessorem competit in rem actio, & probatur iuribus prædictis, & clarè *in l. 3. & fina.*

C. si iu-

C. si tutor, vel curator. dicto cap. si quis. in glo. fi. & Goff. eod. titul. in Summa, §. in summa notandum. quia in
potestate est volentis reuocare, agere contra pos-
sessorem, aut alienantem, per text. *in l. 1. vbi gloss. &
Doct. Cod. de reuocand. his, quæ in fraud. cred. habetur
per Boer. decis. 182. colum. 10. numer. 37. vers. & in po-
testate.*

4 Et si eccclesia † obtinet contra vnum, alter li-
beratur, *l. 1. §. si plures. ff. de eo. per quem fact. er. &c.*
Et si ecclesia conueniat vnum, oon fit ei præiu-
dicium, quo minus alium conuenire non possit,
quia sola solutio imponit ecclesiæ in isto casu si-
lentium *l. vlt ff. depos. §. si apud. & d. l. vlt. C. si tut. vel
cura. Et dicit gloss. in d. c. quicunque. 12. q. 2.* quod sem-
5 per possessor. & † detentor rei ecclesiæ est conue-
niendus, licèt etiam exhibeat authorem suæ ven-
ditionis. sed est intelligendum, quando possidet,
scilicet nomine soo, nun nomine alieno: quia si
nomine suo, possessor est semper conueniendus,
nec tunc est necesse vocare illum, cuius authori-
tate posidet, *c. quoniam. extrà de lit. contes. subdens*
6 *eadem gloss.* quod licèt conuentus rei vend. † posit
dominum nominare, non tamen potest, si sit con-
uentus iudicio possessorio. *Et gloss. in cap. monemus.
ead. caus. & quæst.* ibi, Ipse ergo, qui alienauit, po-
test conueniri, vt hic, & infra, statuimus, & duobus
cap. sequen. item & possessor potest conueniri, vt
suprà eod. cap. Augustino, c. quicunque. cap. Apostolicos,
cum enim ecclesia habeat in optione, quem velit
conuenire, si primò cœpit vnum conuenire, & po-
stea, illo dimisso, velit alium conuenire, non fiet
ei præiudicium aliquod per electionem, *l. vltima.
C. si. tut. vel cur. interuen.* Et dicit ioan. And. *in Spec.
in rub. eod. tit. in verb. alienator.* quod tunc agitur
7 † contra alienantes, quando ità dispersa sunt bo-
na, quod sciri non potest, vbi sint, *l. vltima. §. fin. ff.
de his, quæ in fraud.* vbi etiam datur forma libelli,
vt ibi per eum. Subdens glo. d. c. monemus. Sed quid si
8 Ecclesia † est consequuta suum ius à possessore,
nunquid adhuc potest conuenire ipsum, qui alie-
nauit? Quod non videtur, quia est contra bonam
fidem, quæ non patitur, quod idem bis exigatur, *l.
bona fides. ff. de reg. iur.* Quod autem possit ipsum
adhuc conuenire, videtur, *argum. cap. Vulterana. c.
statuimus. & c. quicunque. & l. nec vllam. §. vlti ff. de
pet. hered.* Respondeo, inquit gloss. aut ecclesia agit
ad pœnam, aut ad interesse; si ad pœnam, potest a-
9 gere adhuc contra alienantem: quia pœna vnius
non liberat alium, *cap. cum deuotissimam. 12. quæst. 2.*
si agit Ecclesia ad interesse, non potest. Et idem
Imo. *in d. c. si quis presbyterorum. num. 27. in versi. sed*
10 *iuxta.* dicit, quod ibi Io. Cal. quærit, an iste † agens
habebit formare petitionem in sua persona, an
vero nomine ecclesiæ. Dicunt quidam, secundum
eum, quod aget suo nomine, sed ad commodum
Ecclesiæ; quia, vt dictum est, hæc actio est popula-
ris *ff. de popula. actio. per tot. & 16. quæst. 7. filiis. & cap.
illud. 23. dist.* sed Innocen. *in c. cum olim suprà de te-
stib.* videtur dicere, quod formabitur petitio no-
mine Ecclesiæ, & petet restitutionem fieri pro
Ecclesia, & pro ipsa iudicari; tamen non erit ne-
cesse, quod habeat mandatum nomine Ecclesiæ,
quia satis habet mandatum à iure, per istum text,
fatetur tamen, quod non est necesse, quod habeat
mandatum nomine ecclesiæ, vel quod exprimat
cuius nomine agat; & quod iudex cautè facit, si ip-
sum ad hoc non cogat. Sed pro hoc vide, quæ dicit
Bald. *in l. 1. C. ne quis in causa sua iudi. vbi dicit*; quod
si Episcopus † de facto alienauit rem ecclesiæ, si 11
cõstituit procuratorem ad reuocandum alienata,
ipse procurator potest agere corã Episcopo met,
qui constituit, si nomine ecclesiæ, & Episcopatus
compareat, quia illa videtur esse causa ecclesiæ, nõ
personæ. subdens, quod erit consultius, vt Episco-
pus procedat inquirendo contra detentorem, *vt
ibi per eum.*

† Sed nunquid vno agente nomine ecclesiæ suc- 12
cumbente, alius poterit agere? Inquit Imola *d. lo-
co,* quod non, etiam si sit procurator legitimè con-
stitutus, nisi ignorasset, quando alius agebat, vel ni
si doceat de collusione prioris, & habetur *in l. si cui
§. eisdem. ff. de accusat. & in l. eũ, qui. §. in popularibus.
ff. de iureiur.* † Quid autem si vellent plures agere 13
simul? dicit, quod iudex habet tunc eligere ido-
neorem, *l. 2. & 3. ff. de popul. action. facit, quod notatur
infra de collus. detegen. cap. 1.* Quid autem si agat ille, 14
cuius singulariter interest? Dicit Inno. quod tunc
formabit petitionem nomine suo, & sententia
contra eum lata non præiudicabit ecclesiæ, vel al-
teri, quia tunc alia est persona, & ad aliud agitur,
*l. cum quæritur. ff. de exceptio rei iud. & l. seq. & extrà
de re iud. c. cum super. & in Clem. constitutionẽ. de elect.*

† Et an ecclesia cum suum ius sit consequuta à 15
possessore, teneatur ei cedere suam actionem, quã
habet contra alienantem? Et Respondet gl. *in d. c.
monemus. in gl. fi. in fi. 12. q. 2.* quod non: quia, inquit,
qua fronte potest petere cesionem ille, qui ex
contumacia sua condemnatur? *l. si plures. ff. de ad-
mi. tut. & ff. de tuto. & ratio. distrahen. l. 1. § nunc tra-
ctemus. idem sentit gl. in d. c. si quis. de reb. eccl. non alie.
in gl. fi.* vbi dicit; quod ecclesia non tenetur cedere
suas actiones soluenti contra alium: quia cum cõ-
ueniatur ex delicto, seu ex maleficio suo, non po-
test petere cessionem actionum, *d. l. si plures tutelã.
ff. de administ. tut.* Et, vt refert Imola *ibidem in d. c. si
quis. num. 23. versi. in ead. glo. ibi si plures. hoc titu.* di-
cit in hoc Ioan. And. post Hostien. quod licèt † ec- 16
clesia non teneatur facere cesionem, tamen si fe-
cerit ille, cui fieret, poterit agere, dummodo ante
solutionem facta fuerit cessio, vt habetur in text.
in l. Modestinus ff. de solutio. Item dicit Io. And. glos-
sæ dictum procedere, nisi res † deuenisset ad ter- 17
tium bona fide, quia tunc deberet sibi fieri cesio:
quia cessat tunc ratio glo. Subdens Imola, Sed ad-
uerte, quod aut res deuenit ad tertium bona fi-
de titulo lucratiuo, & eo casu non videtur, quòd
ecclesia teneatur cedere actiones, ex quo res ha-
betur per illum ex causa tituli lucratiui, quia nil
videtur sibi deperire, licèt res tunc auocetur ab
eo tanquam res ecclesiastica.

Aut res deuenit ad eum titulo oneroso, &
tunc videtur, quod non teneatur Ecclesia,
si non vult, quia tunc habet regressum contra
suum aothorem, per id, quod habetur *in l. exce-
ptione. Codic. de euict.* & quasi per totum, & sic
non videtur procedere dictum Ioan. And. in-
quantum vult, quod si ad tertium deuenit res
Ecclesiæ bona fide, Ecclesia teneatur cedere

actio-

actionem: licèt Io. Card. hic sequatur dictum Ioan. Andr.

An autem si possessor conuentus ad rem soluat æstimationem rei ipsi actori competat sibi aliqua actio sine cessione, & an tunc sibi debeat cedi actio, recurrendum est, inquit, ad ea, quę habentur, *in l. 2. ff. de vsucap pro empto. cum ibi not. & per Bar. in l. in deposito. ff. de re iud. & in l. si culpa. ff. de rei venditatio*: & dicit Abbas *ibidem, nempè in d. c. si quis. col. 2. num. 2. num. 11. vers. in ea gloss ibi; cum conueniatur ex delicto. de rebus eccl. alien. vel non.* quod glo. ibi sentit à contrario sensu, quod si emptor, vel possessor rei ecclesiæ esset in bona fide, tunc posset petere cessionem actionis, quod expressius tenetur per Doctores hic, qui etiam dicunt, quod licèt Ecclesia non teneatur cedere, in terminis gl. tamē dicunt, si cesserit, valet cessio.

19 † Et an emptor recuperet pretium exbursatum à Prælato malè alienante. *gl. fin. d. cap si quis.* tenet, quòd sic, si habet, inquit, bona de suo patrimonio super quo dicit Abbas *ibi num. 13.* aduertendum. nam videtur glo. hic velle, quod emptor recuperat pretio à Prælato malè alienante, & in margine ibidem allegatur ad hoc Alex. *consil. 4. libro primo. & Francis. de Aretio cons. 114.* subdens Abbas, In hoc sunt variæ opiniones, *de quibus hic per Doctores. & in capitulo ad audientiam. eodem. & per Doctores Legistas in l. iubemus. C. de sacrosanctis Ecclesijs, & plenè in Authentica, qui res. & maxime per Cynum, & Baldum, & per Ioannem de Lignan. in Clementina prima. eodem titulo.* Satis placet, subiungit Abb. *vbi*

20 *sup.* † quod si emptor fuit in mala fide, non agat ad pretium etiam contra Prælatum, per tex. in *d. l. iubemus.* nam ibi in pœnam perdit pretium, & omnem vtilitatem, & applicatur ecclesiæ, nisi prospexerit sibi in contractu de euictione, quia tunc agit contra male alienantem, *l. si fundum. C. de euict. not. glo. in d. c. ad audientiam. & l. quemadmodum. C. de agri & censi. libr. 11. in simili quæstione.* Si vero fuit in bona fide, repetit pretium à male alienante, non autem ab ecclesia, nisi in defectum, putà, quia si Prælatus non est soluendo, agit contra ecclesiam, quantum est effecta locupletior ex illo pretio, *arg. c. 1. infrà de depos.* quod senserunt Bal. & Cy.

51 *in Auth. præalleg.* Pro quo vide Bart. *in d. Auth. qui res. nu. 2 C de sac. eccl.* vbi quærit, an, si Prælatus, qui malè alienauit, nihil habeat, & sit pauper, putà, quia sit vnus de monachis, an eo casu pro pretio, vel alijs datis emptor habeat regressum contra ecclesiam? Dicit, quod gl. tenet, quòd sic, si ecclesia est locupletior. & vide, inquit. *gl. valdè no. in c. ad audientiam. quam tenent omnes Canonistæ. de reb. eccle. alien. vel non.* Quòd intellige verum, inquit Bar. quando contrahens erat bonæ fidei in veritate, aliàs non haberet regressum contra ecclesiam, nec contra æconomum, & secundum hoc vidi fieri pluries, cum quædam res permutatę essent cū quadam ecclesia nō seruata forma iuris, & ecclesia posteà vēdicaret ea, quæ alienauit, dixi, quod debebat restituere, & ipsa ecclesia idē, quod accepit, si haberet rem. Ibidem etiā Bal. ibi; Quæ-

21 ritur hic, qd si ille administrator † nō est soluēdo, puta est Abbas, qui nō habet proprium, dicit glo. *in corpore istius Auth.* quod quidam dicunt, quòd teneantur consanguinei pro ipso, quod gloss. reprehendit. & merito, & non dat ibi sufficientem rationem, sed hoc gloss. dicit, quod administratore existente non soluendo, tenetur ecclesia, quantum ex delicto administratoris sit locupletior facta, per condictionem sine causa, vbi Bald. sequitur, & approbat dicta Bar. qui dicit, quod ecclesia, quæ repetit pretium, & in suam vtilitatem cōuertit, restituet pretiū, si vult recuperare rem, eo casu, quando administrator non est soluendo. Subdit Bal. Petr. & Cyn. dicunt hic, quod ista glos. est vera, vbi contrahens fuerit in bona fide, sed si fuerit in mala fide, dolus non debet remanere impunitus, & ideo nihil recuperat ab ecclesia, cum ecclesiæ sit licitum accipere, & retinere pœnam legalē, & ista est veritas, quia aliàs istius delictum remaneret impunitū, vt per Bal. *ibidem.* facit, quia emēs † scienter rem dotalem non habet euictionē, etiam quo ad pretium contra maritum vendentem, 22 *l. cum vir. ff. de vsucap. latè Aymo Crauet. de indemni. mulier. colum. 17. versic. neque obstat, quod maritus. numero 23.* Et vide per eundem Bald. *in l. iubemus. §. sanè. li. 1. Cod de sacros. ecclef.* vbi summat tex. quod emptor punitur amissione pretij, & titulus non excusat eum à percipiendis. puniendus est œconomus in priuatione officij, & resarcitione damni, ad quod etiam hæres eius tenetur. & *1. not.* notà illicitè † contrahentes puniri amissione pretij soluti, not. Iacob. But. Bal. & Saly. *in l. iubemus. §. sanè C. de sacrof. eccl. Bal. in l. prædium C. de prædi. mino. Doctor. in d. c. ad audientiam. & d. c. si quis presbyterorum. de rebus ecclesi. alienan. vel non. Alexan. consilio 4. volum. 3. Subdit Bal. in d. l. iubemus. l. 2. §. sanè. versicu. quærit glo. Codic. de sacrof. eccle.* Quærit glos. nunquid ecclesia de benignitate illud pretium † debeat restituere emptori. glo. dicit, quod sic, sed non de necessitate. Paulus de Eleazar. & Guliel. de Cun. dicunt *in Clemen. 1. de rebus ecclesi. non alien.* quod ecclesia tenetur restituere de necessitate, si emptor fuit bonæ fidei, erat ei permissum ignorare iura, & hoc de æquitate canonica, non obstāte rigore iuris ciuilis, allegat *c. Vulterana. 12. q. 2.* quod est notandum. Idem tenet ibidem Pet. de Ancha. *col. 3 vers. octauo not.* idem tenet *ibidem* Cardi. *vers. vigesimoquinto.* quod non debet reddi pretium, quia præsumitur malæ fidei possessor, qui contra iura mercatur, maximè si est persona, cui nō licet ignorare iura, *16 quæst. 3. §. potest. versicul. vniuersa.* vbi subdit, quod si sit casus, in quo pecunia redditur, dicit, quod debet redditum emolumento, & interesse propter laborem impensum, maximè si pecunia sit conuersa in vtilitatem ecclesiæ, per ea, quæ ibi adducit: vbi tenet, quod pecunia debet restitui emptori de æquitate, non de rigore, per gloss. *in d. l. iubemus. l 2. §. sanè. lib. 1. Cod. de sacrosan eccl.* ad latè adducta per Fely. *in c. cum causa. colum. 6. versicu. ad illud mirabile. de re iudic.* vbi multa cumulat.

23 (right margin, beside "illicitè † contrahentes"); 24 (right margin, beside "pretium † de-")

† Item si emptor, aut possessor ecclesiæ esset in bona fide, potest etiam petere cessionem actionis, quod expressè tenent Doctores *in dicto cap. si quis. de rebus eccle. alienan. vel non vt per Abb. ibidem numer. 11. versicu. in ea. glo ibi cum, &c.* & hanc opinionem Abbatis sensit Ioan. Andr. *in dicto cap. ad au-* 25

ad audientiam. vt distinguamus, inquit Abb. inter emptorem bonæ fidei, & malæ fidei, & gloss. *in d. c. Vulterana. 12. q. 2.* Et dicit D. Pet. Rebuff. *in compendio alien. rerum ecclesiæ in expositione, c. fine exceptione. 12. q. 2.* quando recenset pœnas, quas incurrit Prælatus ob malam alienationem, in pœna
26 duodecima, quod † res male alienatæ reuertuntur ad ecclesiam, nullo dato pretio, *cap. 1. de schismat. & ibi per Petr. de Anch. Floren. in 3. parte Summa, titulo 24. c. nono.* vbi dicit emptorem habere recursum contra venditorem ad pretium; non poterit tamẽ vti retentione rei ecclesiæ, *vt not. in c fide rebus eccles. non alienan.* Fusius in hac materia distinguit Imo. *in d. c. si quis. numer. 25. versi. in ea. ibi, Cod de rei vend. l. si mancipium. de reb. eccle. alien. vel non.* vbi dicit, Et nota benè, quia gloss. videtur simpliciter velle, quod ibi alienans rem Ecclesiæ non seruata debita solemnitate, si habet bona propria, vnde posset satisfacere emptori de pretio, tunc tenetur de euictione, & sic ad satisfaciendum emptori de pretio; nec distinguit gloss. an emptor fuerit bonæ, vel malæ fidei, & sic videtur velle indistinctè, etiam si emptor sit malæ fidei, quod habeat actionem ad presium contra alienantem, si habet vnde posit satisfacere, & idem videtur sensisse gloss. sup. Oppo. dum dicit, quod non videtur audiendus alienator, cum teneatur de euictone, nec distinguit inter emptorem bonæ fidei. Et hanc opinionem, quod etiam emptor malæ fidei habeat actionem ad pretium contra alienantem, & sit speciale in odium ipsius malè alienantis rem Ecclesiæ, & vt emptores sint segniores, & magis pigri ad intromittendum sese de rebus ecclesiæ, seu de emptione rei ecclesiæ, tenuit gloss. Io. x. *q. 2. hoc ius. versicu. qui verò res iam dictas. idem tenuit Hostien. in c. ad audientiam. de reb. eccles. alien. vel non. Glo. c. Vul-*
27 *terana. 12. q. 2.* distinguit inter emptorem bonæ fidei, & malæ fidei, vt primus posit agere ad pretium secundus non, & sic dicatur semper ille esse malæ fidei emptor, qui contra iura mercatur, vt habetur *in l. quemadmodum. alleg. in glo. & de reg. iur. qui contra.* & respondit *gl. in dicto c. Vulterana* quod illud est verum, quantum ad viucapionem, vt illam non posit facere, non autem est verum quantum ad hoc, quin posit habere regressum contra suum authorem, si sit bonæ fidei: nam si quis erret in iure, videtut esse in bona fide, *l. sed & si lege. §. scire. cum ibi not. de pet. her. & in l. si furem. § 1 ff. de vsucap.* & istam opinionem, vt distinguatur inter emptorem bonæ fidei, & malæ fidei, tenuit gloss. *in d. c. ad audientiam. de rebus eccle. alie. vel non Goff. & Laur. in d. c. Vulterana.* & in tali opinione videtur finaliter residere Inn. Sed inquit Imola, D. Pet. hic de hoc dubitauit, & dixit cogitandum esse, tamen in *d. c. ad audientiam.* tenuit primam opinionem, & idem ibi tenet. Do. Anto. Hic primò ponit opinionem, quod distinguatur, an emptor
28 † fuit sciens factum, & ius, & sic fuit in mala fide, & tunc non tenetur vendens de euictione, nisi expressè promisserit, vt habetur in *l si fundum sciens. C. de euic.* & dicit, quod tunc nõ obstabit exceptio contra alienantem, si repetit rem ipsam malè alienatam, quod est clarum, si non promisserit de euictione, ex quo etiam non tenetur, secundum prædictam opinionem. Idem tamen si promisit, quia etiam tunc non obstabit exceptio, per ea, quæ habentur *in l. quemadmodum & in l. vendicantem. ff. de euictio.* secus verò est, si emptor fuit ignorans factum, & ius, quia fortè ignorauit rem esse ecclesiæ, vel etiam ignorauit solum ius, quia credit alienantem posse alienare, & sic fuit in bona fide, facit, quod habetur *in d. l. sed & si §. scire.* quia etiam tenetur venditor de euictione, per id, quod habetur in dicta *l si fundum. à contrario sensu, & in toto titulo de euict. Codic. & ff. per totum.*

SVMMARIVM.

1 *Regula, Quem de euictione tenet actio rei, &c. habet locum, quando quis agit nomine proprio.*
2 *Prælatus si nomine Ecclesiæ rem vendicare velit, non ei obstat exceptio, Quem de euictione, &c.*
3 *Doli replicatio est licita, quando agens non incipit à dolo, sed excipiens.*
4 *Doli mentio videtur facta, quando causa est ita expressa, quòd dolum arguat.*
5 *Alienatores si plures sunt, omnes tenentur de euictione.*
6 *Alienans rem Ecclesiæ nunquid teneatur de euictione.*
7 *Emptor si induxit Prælatum ad rem vendendam, Prælatus potest excipere, nec replicatione doli repelletur.*
8 *Dolus repellit eum, à quo incipit.*
9 *Consentientes, & subscribentes, non tamen alienantes de euictione non tenentur, sed alijs subiacent pœnis.*
10 *Conductores rerum Ecclesiarum habent actionem contra locatores, si sunt bonæ fidei, aliàs secus.*
11 *Alienans rem Ecclesiæ tenetur ad restitutionem pretij, etiam emptori malæ fidei, non tamen ad aliud interesse, nec ecclesia tenetur.*

CAP. VI.

POterit tamen nihilominus, subiungit Imol. *in d. c. si quis. sub eod. numer. 25. de reb. eccle. alienan. vel non.* venditor repetere rem ipsam malè alienatam, quia non repetit illam ad propriam vtilitatem, sed ad vtilitatem Ecclesiæ: vnde sibi non obstabit regula, Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, *l. vendicantem. ff. de euict.* quia a dicta † reg. habet locum, 1
quando quis agit nomine proprio ad propriam 2
vtilitatem, & sic agit eodem respectu, in quo conuenitur de euictione; sed, inquit, in casu huius capituli agit nomine alieno ad vtilitatem alienam, & sic tanquam alius & per consequens diuerso respectu agit, quàm conueniatur, ideò tunc non habet locum dicta regula, per gloss. *d. l. si quis. in gl fi.* ibi; sed si repellatur, replicabitur, quod rem ecclesiæ repetit, quia contractus nullus est, & ideo non tenetur. & ibi Abb. *num. 12.* qui interpretando illã glo. dicit, quod Prælatus in repetitione agit nomine ecclesiæ; & subdit, quod ibi habetur casus, in quo

ADDITIO.

a De materia istius capitis, *vide suprà q. 72 & vide omnino Abb. in c. cum causa. num. 17. de re iudi.* vbi quod emptor nulliter acquirens non facit fructus suos, nec pretium recuperat, etiam si sit versum in vtilitatem Ecclesiæ. de quo tamen, quod attinet ad pretium, vide supra *dicta quæstione 72.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia an possit pretium malæ alienationis non exbursatum petere.*
2 *Contraria allegans non est audiendus.*
3 *Emptor malæ fidei an pretium soluere teneatur in foro conscientiæ.*

CAP. VII.

Item potest quæri de alio, videlicet, an ex quo pretium malæ alienationis applicatur Ecclesiæ, cuius res alienantur, si emptor pretium
1 non exbursat, an Ecclesia possit illud ab emptore petere? Et Imo. *in d. cap. ad audientiam. colum penul. numer. 9. versicu. quod si emptor. eod. titu. nostro. secundum Butri. in l. iubemus §. sanè. Codic. de sacrosanct. eccles.* tenet, quod sic, per text. *in Authen. qui res. & ibi etiam Bart. Cod. de sacrosanct. eccles.* Vbi dixit Bald. quod tale pretium non agitur actione ex contractu, cum ille contractus sit nullus, sed agitur condictione ex *d. Authen.* facit, quod habetur *in cap. sæpè. de restit. spolia. & in cap. querelam. de elect. Butrig. tamen in d. §. sanè.* videtur velle, quod etiam actione ex contractu peti posit; quia licet contractus sit nullus in præiudicium Ecclesiæ, tamen quò ad eius fauorem censetur esse validus, & ideo poterit agere ad pretium. Sed, inquit Imola, plus placet opinio Bald. quia agendo actione ex eo contractu videtur ratificare contractum, & sic non videtur posse res auocare ab emptore, quia tunc videre-
2 tur reprobari contractus, & † sic surgeret contrarietas, ideo non deberet audiri, *l. 1. de furt. vt ibi per eundem Imolam prope fin.* Et verba Bald. sunt, videlicet, Quid si pretium non est solutum, vtrum Ecclesia posit petere. Videtur, quod non, quia contractus est nullus? Breuiter de rigore iuris ciuilis dicendum est, quod petere potest non actione ex contractu, sed condictione ex hac leg. quia contractus iste est hinc inde ipso iure nullus, & ideo non oritur ius ex eo; sed in pœnam temeritatis petitur istud pretium, vt patet in ratione istius §. & adde, quod not. *ff. de ritu nup. l. à diuo.*
3 Subdens Bal. Sed † nunquid in foro conscientiæ malæ fidei emptor teneatur soluere istud, vel aliam meram pœnam legalem? Dic, quod nō, quia in foro pœnitentiali non imponitur alicui, nisi mera satisfactio, prout dicit text. *& gl. ordinaria in c. fraternitas. 12. q. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia nunquid auocet res malè alienatas cum decursis fructibus.*
2 *Fructus omnes percepti à die deiectionis veniunt in interdicto vnde vi.*
3 *In restitutione fructuum in iudicio rei vendicationis distinguitur bona fidei à mala fidei possessore.*
4 *Titulus habetur pro non titulo, quando quis emit contra legis interdictum.*
5 *Fructus dicuntur, qui supersunt deductis expensis.*
6 *Deductionem expensarum in fructibus quærendis factarum nihil impedire potest.*
7 *Bonæ fidei possessores, quos fructus restituere debeant, & quos malæ fidei possessores.*
8 *Bonæ fidei possessor facit suos fructus industriales, non autem naturales.*
9 *Error iuris excusat à restitutione fructuum.*
10 *Titulus quando habetur pro non titulo, contractus est simpliciter nullus.*
11 *Contractus non tenet, nisi superioris authoritas interueniat.*
12 *Possidens rem Ecclesiæ ex contractu nullo, tenetur etiam fructus restituere.*
13 *Intellectus l. cum fundus. ff. si cer. pet.*
14 *Successor in beneficio non tenetur stare contractui facto per prædecessorem.*
15 *Alienata si fuerunt non immobilia. sed fuerint fructus, prouentus, vel emolumenta, alienatio non reuocatur.*
16 *Episcopus pro fructibus in eius vita perceptis non potest venire contra factum suum.*

CAP. VIII.

Sed nunquid res † Ecclesiæ malè alienata auocetur cum decursis fructib⁹. Et videtur, quod 1
sic, per text. *in cap. non liceat. 12. quæst. 2. & cap. si quis presbyterorum. de rebus Ecclesiæ alien. vel non. cum alijs similibus.* Et habetur per gloss. *fi. in dicto cap. non liceat,* quæ dicit, & aduerte super ista fructuum restitutione. Sciendum est, quod si agitur per interdictum aliquod ad petēdum rem cum fructibus, tunc restituentur omnes fructus percepti ab eo tempore, quo est propositum interdictum, nisi interdicto vnde vi, † in quo veniunt fructus omnes 2
percepti à tempore deiectionis. *ff. de interdict. l. interdictis. ff. de vi, & vi arma. l. 1 §. ex die.* † Si autem a- 3
gitur rei vend. & tunc distinguit, an possessor fuerit bonæ, vel malæ fidei; si bonæ fidei, restituet tātum omnes fructus perceptos à tempore litis contestatæ, vel qui culpa sua nō sunt recepti, sed ante litem contestatam perceptos non tenetur restituere, sed tantùm extantes, *l. certum. Co. de rei vend. §. post incboatam. Instit. de offic. iud* Si fuerit malæ fidei possessor, tenetur restituere tam fructus perceptos, quàm quos percipere potuit, *c. grauis extrà de restit. spol. & l. si nauis. §. generaliter. ff. de rei vendi.* Si vero malæ fidei possessor titulum habuit, tunc excusatur à percipiendis propter titulum, *l. si fundum. C. de rei vendic.* nisi ità sit, quod ille titulus habeatur pro non titulo, † vt cum quis emit contra 4
legis interdicta, *l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. 11.* & alios casus habes notatos *in l. sed & partus. ff. quod metus caus.* Idem ferè dicit gloss. *fi. in d. cap. grauis. de restit. spol.* quæ habet, quod fructus † di- 5
cuntur, qui supersunt, deductis expensis, quæ fiunt gratia quærendorum, colligendorum, reponendorum, & conseruandorum fructuum,

quod locum habet tam in bonæ fidei possessoribus, quàm in malæ fidei etiam prædonibus, *l. si à domino. §. fructus. ff. de pet. hære. & l. planè, in fi. & l. 1. Codic. de fru. & lit. expen.* nam nullus casus
6 interuenire potest, qui hoc genus † deductionis impediat. *ff. fam. ercis. l. fundum, qui. 1. respon. in fi.* nisi in vno casu, de quo *in cap. tua. de deci.* fructus enim intelliguntur deductis necessarijs impensis, *l. fructus ff. de oper. ser.* Cum hac distinctione, subdit gl.
7 bonæ fidei possessor † tenetur restituere tantum exstantes ante litem contestatam vniuersos, *l. certum. Codic. de rei vend.* Malæ fidei autem possessor, non tamen violentus, tenetur reddere omnes, qui probantur ad eum peruenisse ante litem contestatam, & non consumptos, post litem contestatā vniuersos, *l. certum, C. de rei vendi. l. si fundum.* Si verò fuerit violentus, tunc tenetur restituere perceptos, & eos, qui percipi potuerunt per veteres possessores vbi etiam dicere gl. videtur, quod fru-
8 ctus industriales, putà frumentum, vinum, † & similia possessor facit suos; naturales vero fructus, putà poma, ficus, & similia, istos nō facit suos possessor etiam bonæ fidei. Et de restitutione istorū fructuum, & quomodo restituendi sint habes, inquit, *Insti. de offic. iud. in princ. ff. de rei vend.* ex diuerso. ibi nota. Et in verbo restitutionis, quo in nis vtilitas actoris continetur, *ff. de ver sig. cum prater. & 3. q. 1. per totum. & 2. q. 2 per totum.*

Adde ad hanc materiam illa, quę habentur per Lauren. de Rodul. *in repetitione cap. sine exceptione. 12 quæst. 2 in quæstione sua vltim.* vbi quærit, quomodo possint repeti fructus, cum emens habeat titulum emptionis, vel alienationis, quem putat iustum, & sic bona fide possedit, c. ex litteris. extrà de iure patrona. *l. bona fidei. ff. de verborum signific.* & bonæ fidei possessor non tenetur fructus restituere, *ff. de acquir. rer. dom. l. bona fidei. de vsur. l. qui scit §. bona fidei. cap. consultationibus. de iure patro. de causa poss. c. olim. de elec. cap. querelam. de rebus eccle. alienand. vel non. cap ad nostram.* Prætereà ad hoc,
9 vt quis non teneatur ad fructus, satis erit, † quòd errauerit in iure, *l. sed & si lege. §. scire. ff. de petitio. hæred. not. Dyn. & Ioan. Andr. post eum in cap. 2. in princip. de reg. iur. in 6. facit text. in l. de fructibus. ff. de donat. inter virum, & vxor.* vbi habetur, quod si vxor bona fide recepit fructus rei donatæ à viro, illos facit suos, & tamen contractus non tenuit, *vt cap. fin. de donat. inter virum, & vxorem. Io. Cald.* dabat duas solutiones. primam, quod tales fructus repeti possint, quando videlicèt emptor, vel qui rem malè alienatam recepit, non errauit in iure, & sciuit ius; secus, si ignorauit, quo casu procedunt casus contrarij suprà allegati, in quibus propter ignorantiam, vel bonam fidem emptor, vel receptor acquirit fructus rei, & eos facit suos. pro hac responsione, siue solutione facit tex. *in cap. sanè. 14. q. 5. & l quemadmodum Cod de agr. & censi. lib. 11 & quod ibi not. in glo. reddit. & in glo. vltima.* Sed contra hanc solutionem facit text. *in c. si quis de rebus ecclesi. alien. vel non. extra, & c. nō liceat. 12. q. 2.* quæ iura generaliter loquuntur, & indistinctè dicunt fructus rei malè alienatæ restituendos. Et ideo idem Calde. transit ad eam solutionē, quæ est, quod contraria nō habent locum, quando titulus habetur pro non ti-
10 tulo, † quia contractus est simpliciter nullus, *vt d. c. si quis. & c. non liceat. allegatis*; secus est, si potest ratificari, & siue ratus haberi, saltim in casibus, *vt in d. l. de fructibus.* nec putat ipse iuris ignorantiam excusare in acquirendo, *l. iuris ignorantia. & l. seq. de iur. & fact. ignor. Ad tex. in c. ad nostram.* respondet, quod ibi cōductor tenuit fructus pro mercede laboris, vt ibi dicitur, sed quia ibi contractus tenuit; ob læsionem datur restitutio, & dicit sibi placere, sed intellige, quod ibi interuenit superioris authoritas; † quia aliàs non tenuisset, vt *in c. Abb. & c. pla-* 11
cuit. ex 12. q. 2. & 17. q. 4. in venditionibus. vt per D. Lau. d. q. 69. d. loco.

Et pro hoc vide Rebuff. *in suo compendio, in expositione eiusdem cap. sine exceptione. 12. quæstione secunda, in verb. irrita.* vbi dicit; quòd alienatio rei Ecclesiæ non adhibitis solemnitatibus est nulla ipso iure. Ex quo infertur, † quòd emptor rei Ec- 12
clesię, vel alius, qui possederit rem Ecclesię, ex hoc contractu nullo tenebitur etiam fructus restituere, *c. ap. si quis presbyterorum. de reb. eccles. alienan. vel non. & cap granu. de restit. spolia. nec refragatur †* text. 13
in l. cum fundus. ff. si cert. pet. vbi bonę fidei possessor lucratur fructus in contractu bonę fidei vsque ad tempus petitionis in contractibus verò stricti iuris, vsque ad litis contestationem, per illum *text.* qui debet intelligi, quando contractus tenuit; secus, si fuerit nullus. Secundò infertur, quod rector † Ecclesiæ subsequens, & successor non te- 14
nebitur stare illi alienationi, nec contractui facto per prędecessorem, *d. cap. si quis Floren. in tertia parte Summa titul. 12. capit. 5. rubr. de alien. rerum Ecclesiæ.*

Sed si † ista alienata sint fructus, prouentus, vel 15
emolumenta, & reditus Ecclesiæ, non reuocatur alienatio facta à rectore per rectorem, circumscripta tamen læsione, etiā si locatio, & alienatio fuerit nulla, & inualida, & ex tali locatione fructus sint percepti, per ea, quæ habentur in Rotæ decisio. *per Mohed. tit. de reb. eccl. & de rescrip. decis. 251.* vbi Episcopus, qui transegerat super fructibus certarum camerarum perceptis per conductorē, supplicauerat Papæ pro confirmatione transactionis, & eam obtinuerat volens resilire à trāsactione, & confirmationem infringere ex capite, quod concessio fuerat nulliter facta: & quod super re clara, super qua non vertebat lis, non valeret facta trāsactio, & iudicatur nō audiendus, ex quo fructus spectarent ad Episcopum, licèt essent iniustè per conductorem percepti: quia Episcopus pro † fru- 16
ctibus in eius vita perceptis non potuit venire cōtra factum suum, Abb. & Innoc. *in ca. cum venissent. de instit.* & confessio facta à Prælato, eius vita durante, valet per Dom. *in c. Constantinopolitana. & per Fely in c. si. de præscript. Abb. in c. veniens. de transac. Roman. consi. 369.*

SVMMARIVM.

1 *Remedium restitutionis in integrum tunc datur, quā do nulla alia superest actio.*
2 *Alienatio, si facta sit in casu non licito, & non interuenientibus solemnitatibus nulla est ipso iure.*
3 *Restitutio non datur pro leui damno.*
4 *Capituli consensus cum credulitate vtiliter contrahendi*

trahendi validat contractum.
5 *Res Ecclesiæ si in subhastatione deliberatur minus offerenti, an valeat deliberatio.*
6 *Valet contractus, quando Prælatus, & capitulum credidissent, quòd res non valeret plus, sed restituitur Ecclesia læsa.*
7 *Ecclesia intra quadriennium petit restitutionem aduersus læsionem & nu. 9.*
8 *Maior effectus habet tempus quadriennij ad petēdum restitutionem.*
10 *Ecclesia est semper minor, & ideò semper restituitur.*
11 *Ecclesia contra quemcunque contractum petit restitutionem probata læsione.*
12 *Ad hoc, vt Ecclesia restituatur, duo requiruntur: primò, vt sit læsa: secundò, vt de læsione appareat.*
13 *Iuramento Prælati super læsione non statur.*
14 *Ecclesia restituitur, non modò quando agitur de dāno euitando, sed etiam quando agitur de lucro captando.*
15 *Ecclesia etiam vltra quadrienniū restituitur, quando adest aliqua iusta causa, vt restituatur.*
16 *Ecclesia vltra quadriennium restituitur, quando intra id tempus impedita est petere restitutionem.*

DE RESTITVTIONE IN INTEgrum, quæ ob læsionem competit Ecclesiæ.

QVAESTIO LXXVIII.

CAP. I.

SVBVENITVR autem Ecclesia & per aliam
viam, & per aliud remedium, quando est læsa;
quia tunc ei competit remedium restitutio-
1 nis in integrum, quod tunc datur, † cum alia actio
non superest, *l. in causa. in prin ff. de mino. & ca. 2. extrà de offi. iud. & per gloss. in c. 1. de in integ resti. in verb. reddere.* quæ dicit, quod tunc auxilium restitutio-
nis est necessarium, quando nulla superest alia a-
ctio: vnde nota, quod si alienatio rei Ecclesiæ est
facta in casu licito, & debitis solemnitatibus inter
uenientibus, sicut debet, & traditur *in c. sine exceptione. 12. q. 2. & capitulo hoc ius. decima quæstione secunda,* tunc benè valet contractus, & si læsa sit Ec-
clesia ex contractu illo, ei non subuenitur alio
modo, nisi per beneficium restitutionis, *cap. ad nostram.* vbi casus secundum vnam lecturam, *eod. tit.*
tenent hanc partem Ioan. Andr. Imola, & Panor. *d. c. 1. de in integr. restit.* tenet Imola *in Clem. 2. eod. tit.*
nisi forsan esset decepta vltra dimidiam iusti pre-
tij, quia tunc non recurrit ad beneficium restitu-
tionis in integrum, sed habet iuuamen ex disposi-
tione iuris communis, ex tex. *in l. 2. C. de rescinden. vend. & c. delectu. & ca. cum causa. extrà de emptio. & vend.*

2 † Sed si alienatio non sit facta in casu licito, &
cum iuris solemnitatibus opportunis, vt dico su-
pra, tunc nullus est contractus ipso iure, *d. cap. sine exceptione. & cap. Apostolicos. 12. quæst. 2.* & tunc agi-
tur iure communi contra possessorem, vt latè di-
ximus supra, arg. *l. iubemus. l. 2. Cod. de sacrosanct. eccles. & l. 2. Cod si aduersus vendit. Et per d gloss. d. cap. 1. de in integrum rest.* habetur per *Spec eo. tit. in §. 2. incip. quis autem. num. 37. vers & scias*, quod hoc bene-
ficium competit, cum res, aut personæ læsæ sunt
enormiter, nec habent aliud auxilium, per quod
eis valeat subueniri: nam pro modica læsione non
datur, nec vbi aliud superest remedium ordina-
riū, puta, quia cōtractus nō tenuit, vel si competat
actio aliqua, vel exceptio, per quā læsus sibi pro-
spicere possit, *l. et si. §. quæsitum ff de minor & ibidem ibi in margine ad Specu. habetur optima glo. in c. ad nostram. de rebus eccl. alien. vel non. in verb. enorme.* quæ
exponendo verbum Enorme, ideo enorme dicit,
quia pro leui damno † non datur restitutio, *ff. de* 3
rest. in integr. scio. & de rest. in integ. c. 1. Sed nunquid
in hoc casu, cum læditur enormiter, subuenitur
ei per beneficium restitutionis, vel ipso iure tuta
est? Dico, quod ex quo consensus capituli † affuit, 4
& credat vtiliter contrahere, tenuit contractus,
licèt læsa sit ecclesia, *c. cum dilecti. extra de emptio. & vendit. 12. quæst. 2 fine.* sed potest restitui, si læsa
sit enormiter, *sup. de rest. in integr. cap. 1.* sed si de-
cepta esset vltra dimidiā partem iusti pretij, sub-
uenitur ei iure communi, vt etiam cuilibet, *l. 2. C. de rescind. vend. & d. c. cum dilecti.* secundum hoc vs-
que ad legitimam præscriptionem potest agere,
licèt quidam dicant, quod in hoc casu agendum
sit officio iudicis. Facit, quod habetur per Laur.
de Rodul. *in d. c. sine exceptione. sua quæst. 46.* vbi
quærit, quid si exponatur res ecclesię venditioni,
& fit subhastatio, & venditur, seu † deliberatur 5
offerenti minus, nunquid isto casu valet vendi-
tio? Et dicunt quidam, quod sic, quia licitum est
contrahentibus sese inuicem fallere, vsque ad di-
midiam iusti pretij. *ff. de minor. l. in causa. & l. 2. C. de rescind. vend. cap. cum causam. extrà de emptio. & vend. c. cum dilecti. cum ibi not.* Alij dicunt contra-
rium, & quod illa regula de contrahentibus non
habet locum in rebus, & inter personas ecclesiæ.
faciunt ad hoc, quæ dicit Io. de Ligna. *in cap. si quis presbyterorū. de reb. ecclesi. alienan. vel non. c per tuas. in fi de donatio. & quæ not at glo. in Authen. hoc ius. in verb. plus offerenti. vbi optimè. 10. quæst. 2.* & isti benè
dicunt, inquit Lauren. quoniam tunc ex eo mani-
festè patet non fuisse procuratam ecclesiæ vtilita-
tem, immò damnum, cum minus offerenti vendi-
tur. non nego tamen, quin alienatio facta in casu
deceptionis ecclesiæ vsque ad dimidiam iusti pre-
tij, possit esse valida: pone, quod Prælatus, † & ca- 6
pitulum credidissent, quod res vendita non va-
luisset plus, sed seruassent debitam formam in vē-
dendo, alienatio vtique tenuisset, sed si læsio ap-
pareret enormis, esset locus restitutioni in inte-
grum, per Lauren. *d. q. 46. est decisio Guid. Pap. q. 159.*
† Et ad obtinendum beneficium restitutionis 7
est ecclesiæ tempus quadriennij præfixum, intra
quod potest petere tale remedium, quia intra qua-
driennij spatium petit ecclesia restitutionem ad-
uersus læsionem, per Bald. *in cons. 371. incip. in Christi nomine. volum. 2.* & in hoc æquiparatur minori
quia sicut minor, postquam excessit vigintiquin-
que annos, † petit restitui vsque ad quadriennium 8
de his, in quibus læsus fuit infra 25. annos, sic &

ecclesia tantùm vsque ad quadriennium petit restitui, vbicunque læditur à tempore lęsionis computandum. Et quod dicit tex. Semper debet illęsa seruari, illud verbum Semper, non notat tempus circa eundem contractum, vel circa eandem læsionem, vt de eodem cõtractu, vel eadem læsione semper in perpetuum possit ecclesia restitui; nam absurdum istud videtur, & est contra id, quod legitur C *de temp in integ resti l.vlt.* vbi dicitur, quod omnis restitutio debet infra quadriẽnium termi-
9 nari, sed sic debet intelligi † illud verbũ: Semper, id est, quotiescunque læditur ecclesia, debet petere restitutionem super illa læsione vsque ad quadrienniũ: & ità si millies lęderetur, millies potest restitui, & ità semper est minor, quia semper resti-
10 tuitur, † & restituetur, quandiù durabit in his, in quibus lædetur, & sic re vera fungitur iure mino-
* ris, & est ita* communis opi. Alij dixerunt, vt Ala. & G. Naso. cum eo, quod in infinitum ecclesia possit restitui super eo contractu, in quo læsa est, nec currit ei illud quadriennium, arg. infrà eo. *ca. cum ex litteris.* & Inhærent superficiei istius verbi Semper, sed malè intelligũt. Sed tu dic, & expone verbum Semper, id est, in omni contractu, siue vbicunque, & quandocunque læditur, vt per glo. *in d. c. 1. de in integr. rest. & in verb. iure minoris. d. c.* idem habetur in gl. *in verb. admittendam. c. 1. de rest. in integ. in 6.* vbi dicit; quod reprobata est opinio Guliel. Naso. & Goff. qui tenebant indistinctè, quòd ecclesia restituetur in Integ. etiam post quadriennium, & approbata est opinio Vincen. Bernar Io. Andr. Inno. & Hostien. & Abb. qui omnes dixerunt contra; & ita tenet Specul. *eod. titu. rubr. infra quod tempus resti. dand sit. §. 4. n 2. vers in restitutione*
11 *autem ecclesia.* Et dicit Abb. *in 1. no. in d. c. 1.* † quod ecclesia restituitur non solùm aduersus contractũ venditionis, sed etiam aduersus contractum locationis, si per talem contractum passa est lęsionem. sed dic generaliter, quod aduersus contractũ potest Ecclesia petere restitutionem, si potest probare læsionem, *cap. 1. eod. titu. lib. 6.* Subdens in secundo not. quod duo sunt requisita ad hoc, vt ecclesia consequatur restitutionem aduersus contractum. nam primo requiritur, quod fuerit læsa occasione illius contractus: secundo, quod manifestè appareat de læsione; nõ tamẽ intelligas, quod læsio debet esse notoria, sed requiritur, quod sit manifesta, hoc est, per testes, aut alia legitima documenta probetur de læsione, quia interesse proueniens ex contractu debet probari per testes, no. *in gl. in c. dilecti. de for. compet. facit tex. & quod ibi*
13 *not. Instit. de verb. oblig. in fi* Et non † statur iuramẽto Prælati super læsione; secus, si sibi interesse proueniret ex maleficio aduersarij, quia tunc benè statur iuramẽto damnum passi. Addit Abb. tertiũ requisitum, videlicèt, quod læsio sit enormis: quia non pro omni damno, vel pro modico damno datur beneficium restitutionis ecclesiæ, *c. pen. de reb. eccle. alie. vel non. & in l. scio. ff. de integr. rest.*

14 † Item ecclesia nedũ restituitur, quando enormiter est damnificata, sed etiam restituitur, quando amissit, vel perdidit lucrum, & etiã restituitur in lucro, nedum in damno, dicit optimè glo. *in cap. auditis. de in integr. rest. in vers. restituimus. ibi,* Item quicquid amisit nõ solùm in damno, sed etiam in lucro, *ff de minor. l. ait prator. §. vltimo. & l. nã omnia. & ibi Abb. nu. 15. vers. secundò not. ex gloss.* quod Ecclesia etiam restituitur in lucro, sicut minor, vt si ex contractu vel quasi cõtractu perdit lucrum. Addit & quartum requisitum ipsemet Abb. *in d. c. 1. sub nu 2. eod. de restit. in integr.* nam oportet, quòd Ecclesia, quæ vult restitutionem, sit infra tempus restitutionis petendæ, id est, infra tempus quadri-
ennij à tempore læsionis, *c. 1. eo. tit. lib. 6.* nisi subsit † 15
aliqua legitima causa, per quam debeat audiri etiã vltra quadriẽnium: puta, quia læsio fuit enormissima, vt est gl. singularis, quã tenebis semper mẽti, *in d. c. 1. in fi. in verb. causa:* vel si viuit Prælatus, qui malè alienauit, vt per eandem gl. quæ dicit, quod tunc non currit præscriptio, *c si sacerdotes. 16. q. 3. vt per Inn. in c. ex litteris. eo. tit. extra.* vel multas nouas mutationes habuit Ecclesia, vel eminentissimum fuit damnũ ipsius, quia tunc non currit istud quadriennium, vt per Abb. *praallegato loco. Et dicit gl. in*
c. Ecclesia eo. tit. in 6. in gl. 1. per text. quod cum † sub- 16
est iusta causa, quæ impediuit petere restitutionẽ infra quadriẽnium, quod potest peti post quadriennium. vnde nota, quod illud quadriennium nõ currit durante vita illius Prælati, qui malè administrauit, & fuit causa illius læsionis, sed ei⁹ successor poterit petere post mortem sui prædecessoris infra quatuor annos.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis causa debet inchoari, & finiri intra quadriennium à tempore læsionis.*
2 *Prælatus petere potest restitutionem nomine Ecclesiæ, etiam sine speciali mandato.*
3 *Quadriennium læso incipit currere à principio anni 26. ætatis suæ.*
4 *Quadriennium Ecclesiæ incipit currere à fine termini, non à die sententiæ.*
5 *Quadriennium hoc non est vtile, sed continuum.*
6 *Tempus vtile non currit diebus, quibus non est agendi copia.*
7 *Restitutio, si detur post quadriennium, an valeat.*
8 *Olim non dabatur quadriennium, sed annus vtilis.*
9 *Læsio si non respicit Ecclesiam, sed personas illius, non datur restitutio.*
10 *Tempus à principio vtile non currit ignoranti.*
11 *Quadriennium succedit loco anni vtilis.*
12 *Ignorantia est probabilis restitutionis causa etiam in maiori.*
13 *Ecclesiæ maius est priuilegium, quàm minoris.*
14 *Ecclesia cum post quadriennium non possit agere, vt restituatur, an possit excipere.*

CAP. II.

ET posset dubitari, quãdo causa restitutionis possit inchoari, & infra quod tempus possit finiri? Et habetur in tex. & id dicit glo. *in 2.*
not. in Clem. ab Ecclesia. de in integr. rest. quod causa † 1
restitutionis in integrum debet inchoari, & finiri infra quadriennium à tempore læsionis, & sic officium nobile iudicis, quod imploratur ad impetrandam restitutionẽ in integrum, non perpetua-

tus

tur per litis contestationem. Secus est de actione, *l.si.C.de præscriptio.30.vel 40.ann.* Subdit gloss.Item nota,quod ecclesia petit restitutionem infra quadriennium,licèt sit minus quadriennio.& sic cõfunditur opinio aliquorum Legistarum dicentium, quòd solùm quis debet restitui infra illud tempus,ad quod fuit læsus:vt si aliquis in præsentia mea cœperit vsucapere rem meam per biennium,& in primo anno fuit absens causa Reipub. durante illo anno vsucapit,volo restitui: dicunt isti,quod non possum restitui, nisi infra annum.

2 Et † hanc restitutionem petet Prælatus nomine ecclesiæ etiam sine simplici mandato, secundum Inn.qui hoc not. *in c.suscitata.extrà eo & in Spec.eo. tit.§.2 num.23.versi.Prælatus autem per glo.in d. Clemen.in verb.ab ecclesia. Et dicit gloss. ibidem in verb.à tempore.* quòd in hoc casu differt ecclesia à mino-
3 re,& à maiore: quia minori † istud quadrienniũ incipit currere à principio anni 26. ætatis suæ, id est,statim cum factus est maior, *Cod. de temp. in integ.rest.l.fi.gl in c.1.eo.in 6.in verb.quadriennium.*maior læso tempore absentiæ currit post reuersionẽ, *ff.ex quibus causis maior.l.ab hostibus.§. fin. in Ecclesia non sic,vt patet in d.Clem.1.& c.1.& 2. lib.6.eo.tit.* Et
4 dicit Innoc.*in cap.coram.eo.tit.extrà*,quòd † si Ecclesia non probabit in peremptorio, à fine termini incipit currere quadriennium petendæ restitutionis,& non à die sententiæ:quod patet,quia finito termino completa fuit læsio,ex qua daretur restitutio,etiam si nulla sequeretur sententia, *c.1.& 3.eod tit.in 6.vnde dicit*; quod cautè facit læsus in omissione probationum,&in sententia,si petit restitui contra sententiam, & probationes omissas. alij secundum eum, quòd quadriennium computatur à tempore sententiæ, satis est cõtra sententiam restitutionẽ petere, ad hoc.*ff de mino.l.1.§.1.* sed prius dictum magis placet. Inno.

5 † Item istud quadriennium non est vtile, sed continuum,dicit littera tex.*in prædicta Clem.1.vbi glo. in verb. continuum.* quod in iure habemus tempus continuum,& vtile;continuum est,quod continuè currit diebus feriatis,&non feriatis,in præsentia,& in absentia,siue sit copia iudicis, siue nõ,
6 *l.si C.de præscr.long. tempo.*tempus vero † vtile non currit diebus feriatis, diebus absentiæ,& diebus, quibus non est agendi copia. Et istud est multiplex; quia quoddam est continuè vtile,quoddam vtile,quò ad sui principium tantùm, quo ad progressum verò non:quandoq; est continuum vno respectu,vt veniant dies feriati, & non alio; quia non currit iustè impedito;sese remittens gloss. ad eã,quæ notauit *in c.2.& in c.quia diuersitatem.in fi. de concess.præben.* Et quærit glo. *in verb finiri.in d.*
7 *Clem.1.* an si post † finitum quadriennium detur restitutio,valeat? Et videtur, per iura, quæ in vtranque partem adducit, concludenter tenere, quòd non,*vt ibidem.Subdens gloss dicto loco,in verb.*
8 *quadriennium.* quòd olim non † dabatur quadriennium,sed dabetur annus vtilis,qui vario modo pro diuersitate locorum computabatur, quod hodiè est sublatum.& eius loco datur hodiè quadriennium,*l.fi.Cod de temp.in integ.rest.* Et dicit gl. *in d.Cle.1.in verb.Ecclesia.* quod si per lapsum tem-
9 poris non læditur ecclesia, sed solùm læduntur personæ ipsius ecclesiæ, putà, quia lapsum est tempus, quo debuit prouidere,vel canonici debuerunt eligere, quòd eo casu non competit restitutio,per ea,quæ dicit gloss.*in cap.fi. in 6. eod.titul.*Super quo vide,quæ dicit Abb.*in cap. 1. colum. fin.num.12.versi.sed occurrit.extrà de præscr.* vbi dicit; Occurrit pulchrum dubium, circa cursum istius quadriennij,quod datur ad petendum beneficium restitutionis. nam* communiter tenetur, *
quod aduersus istud quadriennium non datur restitutio,ne processus fiat infinitus. cum veniat ad firmandam præscriptionẽ, vt videtur probari in *c.1.& 2. de in integ.rest.lib.6.*quando incipiat currere istud quadriennium.Certè dicendum, quod à tempore læsionis,vt in dictis iuribus, & sic post completam præscriptionem,quia tunc ecclesia incipit lædi.Sed dico,inquit, vnum dictum notabile,videlicèt,quòd illud tempus est à principio vtile, vnde † non currit ignoranti, quod videtur 10
probari per text.*in d c.1.*vbi dicitur, quod si quis negligenter omiserit, &c. ignorans enim nõ negligit,vt probatur *in c.2.iuncto c.quia diuersitatem. de concess.præben. ad idem gloss.in cap. quam sit de electio. libr. 6. in verb. distulerit.& Instit.de actio.§.item mista.* & hanc opinionem tenuit Io. de Lign.post Zenze.*in d.Clem.vna in verb.continuum.*Pro hoc facit,quia quadriennium † illud succedit loco anni 11
vtilis,qui olim competebat,vt dicit text.*in l.fi. C. de temp.in integr.restit.* debet ergo esse vtile à principio, & sic sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur, arguit.*cap.Ecclesia.vt lit.penden.præterea in dicto capitu.1.dicit*;quadriennium Ecclesiam non est audiendam volentem petere restitutionem in integrum, nisi aliqua rationabilis causa subsit, quæ moueat superiorem ad hoc beneficium concedendum: sed profectò ignorantia † est probabilis causa, cum inducat re- 12
stitutionem etiam maiori, *vt ibi per eundem Abb. ad fin.*

Item currit istud quadriennium Ecclesiæ, nisi per iudicem, vel reum steterit,quia si causant ipsi impedimentum,non currit, videtur dicere gloss.*in c.1.prealleg. in 6. in verb.quadriennij & gloss. ibidem in verb. contractum.* dicit; quod † si Ecclesia 13
petat restitui contra contractum,maius est ecclesiæ priuilegium,quàm minoris, quia si minor iurat non contrauenire,non restituitur, *C.si aduers. vend. Authen. sacramenta puberum.* si autem Prælatus iurat non repetere, vel non contrauenire in contractu Ecclesiæ damnoso,deierauit, & ecclesia eodem petente, vel alio ex iudicis officio restituitur, *25.quæst.9.quod quis cap.si quis.de reb. eccle.non alien.*Sed ex quo ecclesia læsa ad contractum, vel quid simile post quadriennium lapsum non potest restitui,nec agere,vt restituatur in integrum,videtur dubitari posse, an † si non possit 14
agere, possit excipere? Ista est quæstio, quam mouet Cyn. *in l. superuacuam. Codic. de temp. in integr. restitut.* & ibi tenet, quod non: quia fuit in potestate ipsius Ecclesiæ intra quadriennium agere, ergò & excipere, *l. nec non. §. exceptio. ff. ex quib. caus. maior. ita fuit decisum Tholose in Capella. quæst. 23. incip. item fuit quæsitum. id tenet Salyc. & Pau. in d. l. superuacuam*

tuam. Sed glo. *in c. 1. de in integr. resti. in 6.* vult, quod etiam lapso quadriennio Ecclesia audiatur, si sit læsa enormissimè, quam gloss. sequitur Sicul. *in c. 1. eod. titu. Aret. §. rursus. Insti. de actio. 6. colum. versicu. sed in tempore.* sed si cesset enormissima læsio, & alijs causis, de quibus in gloss. *fi. d. cap. 1. lib. 6.* si petita fuit restitutio in integrum, restitutio lapso quadriennio concessa non valebit, per Bart. & Nicol. de Neapo. *in l. scire. §. consequenter. de excus. tuto. glo. ad d. q. 238.*

SVMMARIVM.

1 *Præscriptionis longa non currunt minori.*
Quod est verum, si sint clausæ in corpore iuris, secus in municipalibus, vt num. 2.
3 *Præscriptio temporalis contra ecclesiam currit.*
4 *Clemens IIII. pronunciauit Treuerensem electum post biennium exceptionem non numeratæ pecuniæ contra mercatores opponere non posse.*
5 *Exceptio non numeratæ pecuniæ est vtilior restitutione in integrum.*
6 *Restitutio datur Ecclesiæ, minori, & Reipub. aduersus præscriptionem.*
7 *Ecclesia sicut pupillus an sit contra præscriptionem restituenda.*
8 *Præscriptio currit minori, sed restituitur.*
9 *Contractus sunt de iure gentium.*
10 *Præscriptio est de iure ciuili.*
11 *Iudicium est fauorabile, vt teneat, & sit litium finis.*
12 *Delictum Prælati nocet ecclesiæ in iudicialibus, sed non in contractu.*
13 *Restituitur etiam maior aduersus præscriptionem propter ignorantiam.*

CAP. III.

De restitutione autem, quæ competit ecclesiæ contra contractum, contra sententiam, contra defensionem, contra, vel aduersus probationem omissam, vide in text. & glosis, & dictis Doctorum *c. 1. & 2. in 6. & Clemen. 1. de in integ. restitut.* contra vero præscriptionem dic, vt habetur *in c. auditis in glo. antepenult. ext. de in integ. restit. Et per Specul. in tit. de restit. in integ. §. 2. incip. quia autem. numer. 24. versi. hoc autem notandum.* habetur, quod etiam contra præscriptionem resti-
1 tuitur ecclesia. vbi habetur, † quod præscriptiones longæ non currunt minori, immo ipso iure seruatur illæsus, *C. in quibus caus. restit. in integr. non est*
2 *neces. l. sancimus.* † Quod verum est, si sint in corpore iuris clausæ; secus, si sit municipalis præscriptio, *cap. constitutus. extrà eod.* Ecclesia etiam restituitur contra præscriptionem, inquit Specul. *ibidem, numer. 25. secundum dominum meum.* sic potest intelligi *extrà, vt lit non contesta. c. accedens. de rebus ecclesiæ non alien. cap. ad nostram Goffre. tamen contra, de hoc extrà eo. c. 1.* Item & præscriptiones iudiciorum currunt, sed restituitur, *C. de iud. properandum. §. fin.* Vincen. dixit *in c. auditis. ad fin. extrà eod.* quod Ecclesia semper habet auxilium restitutionis, nisi vbi cautum in contrarium inuenitur, vt in præscriptione temporali, quæ hodiè non currit contra minorem, olim vero currebat, sed restituebatur, vt patet in exceptione non numeratæ pecuniæ. *l. fi. C. in quibus cauf. rest. in integr. non est necessa.* Sed † tamen præscriptio tem- 3
poralis, contra ecclesiam currit, vt patet in vsucapione, quæ contra eam currit, nec restituitur, *16. q. 2. placuit. & l. quas actiones. Cod. de hæret. Authen. idem extra de præscriptio. cap. 1.* † D. Clemens Papa 4
IV. pronunciauit Treuerensem electum; post biennium non posse contra mercatores opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel doli, quæ ad idem tendunt, & eos non debere cogi respondere positionibus electi causam tangentibus. Subdens ibidem Specul. *num 26.* Sed cum dixerim tempus, quod datur ad proponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ non currere minori, videtur, quòd hoc priuilegium nullum sit. nam post minorem ætatem exactam non currit biennium, & sic posteà non restituitur: sed si aliàs esset deceptus, haberet quadrienniũ, quod currit post 25. *ann. l. 1. & fi. C. de tẽp. in integr. rest.* Ad hoc dicunt quidã, quòd post 25. ann. habet bienniũ, & post habet quadrienniũ, & maius tẽpus. Vbert. vero dixit, & melius, quod hoc bienniũ † est vtilius 5
quadriennio. Nam in isto biennio non habet necesse probare sibi fore pecuniam numeratam, *vt C. de non numerata pec. si ex cautione.* sed quando habet quadriennium, habet probare se esse læsum, & se fuisse minorem tempore contractus, *l. 4. C. de in integr. rest. Abb. c. 1. col. pen. sub. numero 16. versic. quo ad vltimum. de restitu. in integ.* Quò ad vltimum, inquit, tene menti dictum Inno. quod aduersus præ-
scriptionem † competit ecclesiæ, minori, & Rei- 6
publicæ restitutio. & hunc casum plene examinaui *cap. 1. extrà de præscriptio. vt ibi per eum. col. penul. numero 9. versicul. vlterius quæro.* vbi ponit quæstionem, an contra præscriptionem detur Ecclesiæ infra quadriennium beneficium restitutionis in integrum. Hostien. primo, inquit, sentit hic, quòd sic: dicit enim, quod post triennium, de quo hic, non audietur Prælatus repetens iure communi, sed per beneficium restitutionis in integrum: forsan quòd sic, remittens ad not. *in cap. 1. de rest. in integr.* Sed statim ab hoc dicto recedit, dicens per istum text. reprobari opinionem
Nasonis, qui dixerat † Ecclesiam restituendam 7
contra præscriptionem, sicut pupillus. nam, vt dicit, si id verum esset, hæc temporalis præscriptio non curreret contra Ecclesiam, sicut nec contra adolescentem, *Codic. in quibus cauf. restit. in integr. non est necess. l. fi.* Sed ipsemet Hostien. tenuit contrarium *in Summa de in integr. restit. §. 3. prope fi. vbi dicit;* præscriptionem currere, sed sibi subuenitur per beneficium restitutionis, in integrum. Ego, inquit, aliàs in hac quæstione consului, & varias reperij opiniones: & profectò est elegans, & subtile dubium. Et primo gloss. Ber. multum variat *in c. auditis. de restit. in integrum.* nunc in vnam, nunc in aliam sententiam declinando. sed tandem adhæsit opinio. Ioan. & Vinc. qui tenuerunt restitutionem denegandam mori, quia iura voluerunt Ecclesijs per præscriptionem præiudicari, *cap. placuit. 16. quæst. 3. & c. volumus. ead. caus. quæst. 4.* Itẽ quia si cõsideretur restitutio, frustra emanassent iura de præscri-

præſcriptione loquẽtia aduerſus Eccleſiam. idem tenuit Goffred. *in Summ. de in integr. reſt. 2. col.* dicens, quòd nunquam inuenit Eccleſiam reſtitui in vſucapione, vel præſcriptione, licèt quædam tempora ſubducantur de medio, vt *c. auditu. eo tit.* ſed in contractu, & præſcriptionibus Eccleſia æquiparatur minori. hanc eandem opinionem ſentit *gl. in Clem. 1. de in integ. reſtit.* dicens illam *Clem.* loqui de reſtit. aduerſus lapſum temporis, & non aduerſus præſcriptionem, contra quam non datur reſtitutio, remittens ad not *in cap. auditis. nihil de nouo inducens.*

Sed in contrariam ſententiam, ſubdit. Abb. *vbi ſupr.* conueniunt numero plures, & ingenij elegantiores. Primo Accurſius gloſſ. iuris ciuilis *in d. Authen. quas actiones. & apertius in Authen. de eccle-*
* *ſiaſt. tit. pro temporalibus. vbi dicit hoc * communiter teneri.* Secundo tenuit *hic Ioann gloſſ. Decreti in cap. placuit libr. 2. 26. quæſt. 3.* idem tenuit Innocent. Papa Doctor ſubtiliſſimus *in cap. 1. de in integr. reſtit.* hanc opinionem ſequutus eſt Paul. de Eleaza. & Zenze. Ioan. de Lignan. *in d. Clemen. vna. de in integrum reſtitutio. Collect. in cap. auditu. & idem ibi omnes ferè moderni. Hoſtienſ. in dicto §. 3. Bart. & Bald. in d. Authent. quas actiones Codic. de ſacroſanct. eccleſ.* Pro hac opinione, inquit Abb. ego conſului in quæſtione facti in quodam legato facto Eccleſiæ Fratrum Minorum de Senis. & probatur hæc opi-
8 nio: nam minori currit † præſcriptio, & tamen reſtituitur, *l. ſi vna. Codic. ſi aduerſ. vſucap. & l. fin. Cod. in quibus cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ. not. gloſſ. in l. ſicut. Codic. de præſcript. 30. ann.* ergo idem dicendum in Eccleſia, quæ iungitur iure minoris in reſtitutionis materia, *vt in cap. j. & cap. auditu. de in integr. reſtit & cap. 1. & 2. eod. titu lib. 6. & in Clemen. vna. eod titu.* Nec valet, ſi dicatur dicta iura loqui in contractibus, & præſcriptionibus iudicialibus, quia non apparet ratio ſic reſtringendi. ſi enim aduerſus contractum per quem ſequuta traditione transfertur dominium, datur reſtitutio, ergo fortius eſt concedenda reſtitutio aduerſus præſcrip-
9 tionem, cum contractus † ſit de iure gentium, *l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur.* & interuenit vtriuſque partis conſenſus, *l. ſicut, C de actio. & obligatio.* & vtriuſque naſcitur obligatio, *l. Labeo. lib. 2. ff. de verb. ſig.*
10 præſcriptio † autem eſt de iure ciuili, & inuenta, & cauſata citra partium conſenſum. Si ergo per reſtitutionem fortius vinculum diſſoluitur, multò fortius minus forte, *Authen. multo magis. Cod. de Epiſcop. & cler & cap. cum in cunctu de electio.* Item a-
11 ctus † iudiciales ſunt multùm fauorabiles, vt teneant, & ſit litium finis, *vt in cap. ſi. de dol. & contum. & l. quidam exiſtimauerunt ff ſi cert. pet.* Hinc alibi, infert Abb. *in d. cap. 1. col fin. num. 10. de præſcrip.* dixit *gl.*
12 *not.* delictum † Prælati nocere Eccleſijs in iudicialibus, ſed non in contractu, *vt not. in reg. delictum perſona. de reg. iur. libr. 6.* ſed aduerſus actus iudiciales reſtituitur Eccleſia etiam aduerſus ſentẽtiam, *vt in c. 1. de reſt. in integr. lib. 6. & c. auditu.* ergo multo fortius aduerſus præſcriptionem extraiudicialem, Præterea *Clem. vna. de in integr. reſt.* loquitur indiſtinctè, vt aduerſus lapſum temporis reſtituatur Eccleſia, ergo aduerſus præſcriptionẽ, quę cauſatur ex temporis curſu. & pars illa profectò verior, eſt maximè vbi præſcriptio proceſſit contra ignorantem de iure ſuo, vt erat in illa quæſtione circa legatum eccleſiæ factum. Nam (vt ſingulariter voluit Bart. *in l. 1. §. ſi quis autem. ff de itin. actuque priua.*) etiam † maior eſt reſtituendus propter 13
ignorantiam aduerſus præſcriptionem, arg. illius legis. Ego adduco ad idem glo. nota. quæ hoc ſentit *l. 1 C. de pat. pote. & facit optimus text. in l. Pantonius ff. de acquir. here.* Non obſtant iura, quę voluerunt eccleſiæ præiudicari per præſcriptionẽ, quia idem reperitur in minori, & tamen conceditur reſtitutio. idem eſt etiam reperire in cõtractu, qui obligat; ſed tamen reſcinditur per reſtitutionis beneficium. nec ſequitur propter hoc, quòd iura ſint fruſtratoria, quia hoc eſt falſum, cum reſtitutio debeat peti infra quadriennium, quo elapſo, alia iuſta cauſa non apparente, manet præſcriptio, *vt in cap. 1. & 2. de reſt. in integr. in 6.* Non obſtat, quòd de hac reſtitutione iure non caueatur, quia ſatis eſt, quòd includatur ſub verbis generalibus. iura enim generaliter volunt eccleſię læſæ ſuccurri per reſtitutionis beneficium, *vt in iuribus allegatis.* Hæc deſcripſi ex dictis Abb. *in dicto cap. 1. de præſcript.* quia ad propoſitum mihi facere viſa ſunt.

SVMMARIVM.

1 ***Reſtitutio datur eccleſiæ, quando contractus fuit ſolemniter celebratus in caſu licito, & læſa eſt eccleſia.***
2 ***Contractus ſi apparenter, non tamen exiſtenter celebratur in caſu licito, datur reſtitutio.***
3 ***Reſtitutio non datur pro quolibet leui damno.***
4 ***Renunciatio petitionis reductionis ad arbitrium boni viri quid operetur.***
In prædicta renunciatione adeſt conditio, niſi immoderatè læderetur, vt num. 5.
Quid ſi dictum fuit, quòd poſſit accipere de iure vnius, & dare alteri? vt num. 6.
7 ***Magna, & parua quantitas. quæ dicatur ad hoc, vt quis dicatur enormiter læſus.***
8 ***Pactum de non petendo reductionem laudi debet intelligi ſicut bonus vir fuerit arbitratus.***
9 ***Magna quantitas, & parua dicitur reſpectu perſonarum & cauſæ.***
10 ***Iniquitas euidens quando dicatur, non poteſt dari certa doctrina.***
11 ***Emptor, & venditor, ſi conuenerint, vt contractus pretium definiretur ab aliquo, qui iniquè definiat, contractus tenet.***
12 ***Minor non reſtituitur aduerſum remvenditam iure creditoris, niſi ob enorme damnum.***
13 ***Damnum qui allegat, probare debet.***
14 ***Iuſtum pretium quod dicatur.***
15 ***Teſtis intelligitur idoneus ad arbitrium iudicis.***
16 ***Læſio enormis dicitur, quando laudum lædit, non cum mediocritate.***
17 ***Sententia in quibus cauſis ſine ſcriptis ferri poſſit.***
18 ***Cauſæ quæ ſint, quæ breuiores dicuntur.***
19 ***Reſtitutione in integrum præſtita, res reducitur in priſtinum.***
20 ***Reſtitutio in integrum quid ſit.***
21 ***Reſtitutione eccleſiæ conceſſa, debet laicus, qui ſecum contraxit, pariter reſtitui.***

22 *In restitutione debet haberi respectus ad laborem, quem sustinuit emptor in reddendo rem meliorem.*

23 *Qui contraxit cum ecclesia non tenetur reddere rem, nisi prius sit sibi de pretio satisfactum.*

24 *Scriptor potest retinere quinternos, donec sibi fuerit de mercede satisfactum.*

CAP. IV.

1 SEd in casu † malæ alienationis datur tantùm restitutio, quando contractus fuit solemniter celebratus in casu licito, & cum debitis solemnitatibus, & in eo fuit læsa ecclesia, quia in alijs casibus alia competunt remedia, vt per Abb. *in ca. ad nostram. extrà de reb. eccle. alienand. vel non. colum. fin. num. 7. versic. in glo. 2. ibi;* Melius diceret, ex quo solemnitates debitæ interuenerunt, & alienatio fuit facta in casu licito: nam istis duobus concurrentibus tenet contractus, licèt ecclesia sit læsa. & per glo. *ibidem in verb. enorme. & per glo. in c. 1. extrà de in integ. rest. in verb. redire. Archid & Gemi. in c. 1. & 2. eod. tit. lib. 6.*

Et in ista materia aduerte ad vnum notabile per glo. *12. quæst. 2. in summa*, quod etiam tenet gloss. *in cap. cum Apostolica. in verb. profuturum. de his, quæ fiunt à Prela. & in c. tua. in verb. non dubium.*
2 *& per D. Ant. in cap. 1. de in integr. resti.* quod † aut apparenter, licèt non existenter celebratur contractus alienationis in casu licito, & tunc datur restitutio in integrum, cum contractus omnino non dicatur nullus, ex quo celebratus in casu licito apparenter, aut contractus celebratur in casu non concesso seruata forma, nec apparenter, nec existenter, & eo casu contractus dicitur esse nullus; & ideo si quo ad opinionem suberit vtilitas, vel necessitas ecclesiæ, licèt reuera non subesset, tenet alienatio, sed tamen est locus restitutioni in integrum; secus, si apparenter non suberat causa quo ad opinionem, quia tunc contractus erit omnino nullus, nec erit opus omnino restitutione. & ideo D. Anto. *in d. c. ad nostram.* dicit, quod quo ad validitatem contractus alienationis rei ecclesiæ, sufficit contractus fieri ad vtilitatem ecclesiæ attento fine mouente contractum, vel causam, licèt in modo contrahendi non fuit vtilitas, & sic vult, quod sufficiat causa putatiua ipsius contractus, ad
3 hoc, vt teneat. Et non datur ista restitutio † pro quolibet paruo, & leui damno, vel pro qualibet etiam parua, vel leui læsione, per *tex in l. scio. ff. de in integ. rest. & c. 1. ext. eo. tit.* sed tantum si enormiter sit læsa ecclesia, & pro enormi lęsione tantum vt in dictis iuribus, & maximè gl. in præallegato verb. enorme; per Spec. *eo. tit. §. 2. incip. quis autem. vers porrò ecclesia.* vbi, Porrò ecclesia semper iure minoris debet illæsa seruari, *extrà. eod. ca. 1.* ideoque ipsa sicut minor restituitur in omnibus contractibus, negotijs, & iudicijs, & sententijs, in quibus enormiter læditur, *cap. auditis. & c. litteris. eod. titu. extrà.* quia si immoderatè læditur ecclesia, benè tunc restituitur; secus, si in parua quantitate, vel moderatè, per ea, quæ latè deducit Bar. *in l. societatem. §. arbitrorum ff. pro soc. num. 24. vers. quæro*
4 *vtrum.* vbi quęrit, † an in compromisso quis possit renũciare petitioni reductionis laudi ad arbitriũ boni viri, si renunciat, quid operetur talis renunciatio. Et decidit, quod si arbitrator fuit arbitratus cum dolo, talis renunciatio nihil operetur: si non cum dolo, & tunc distinguit; aut deceptio est in magna quantitate, aut parua: si in magna, potest peti reductio; si in parua, tunc secus, *arg. l. aut prætor. ff. de minor. §. quid tamen.* quia inest in hac renũciatione † tacita conditio de nõ petendo reductio 5
nem, nisi immoderatè læderetur, *arg. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. l. qui dicit cum filium. ff. de verb. oblig.* & ità debet intelligi *gl. in l. idem Pomponius scribit, Si de meis. §. recepisse. ff. de arbitris.* quę dicit, quod per arbitratorem potest auferri de iure vnius, & dari alteri, subaudi moderatè † accipiendo. Sed si 6
in renunciatione esset dictum; quod posset accipere de iure vnius, & dare alteri in parua, & magna quantitate moderatè, vel immoderatè, tunc secus; quia & si lædatur pars immoderatè, valet pactum, nisi esset nimis magnæ quantitatis: vnde apparet, quod si enormiter lædatur, non obstante renũciatione tacita, & expressa non tenetur stare laudo. † 7
Et pro intelligentia, quãdo quis possit dici enormiter læsus, vel immoderatè, vel in parua, aut magna quantitate, quæro, inquit Bart. *ibidem in d. l. societatem. §. arbitrorum. nu. 25. ff. pro socio,* quæ dicatur parua, aut magna quantitas? Et videtur, quod tunc sit quantitas magna, quando excessus est vltra dimidium iusti pretij. *l. 2. C de resc. ind. vend.* vel magna quantitas tunc dicitur, quando excessus solùm est in sexta parte quantitatis, vt in tex. *d. l. societatem §. arbitrorum.* intelligendo text. & casum, vt ibi per eundem Bart. Idem ferè habetur per Abb. *in c. quintavallis. de iureiur. col. 16. sub nu 32. post versic. & attende.* vbi disputat eandem quæstionem. & dicit, quod Dynus *in c. scienti. de reg. iur.* loquẽs in simplici renunciatione, seu pacto de non petendo reductionem laudi, tenet, quod hoc non obstante, pars læsa poterit ratione læsionis petere hanc reductionem, quia illud pactum debet intelligi, sic- 8
ut bonus vir fuerit arbitratus. & Ioann. Andr. *in d. reg. scienti.* dicit, istud procedere, etiam si interuenisset iuramentum, seu pœna, & illud pactum, seu illa renunciatio operatur respectu modicæ læsionis: & hæc, inquit Abb. videtur quasi * communis *
opinio. Subdens idem Abbas, quòd Bal. *in l. penul. C. de arbitr.* dicit, * communiter obseruari, quod *
non obstante quacunque verborum cautela, propter enormem læsionem potest peti reductio ad arbitrium boni viri. vbi concludit Abb. quod stante renunciatione prædicta, non petitur reductio respectu læsionis in magna quantitate, quia potuit benè pars sibi ex magno pacto præiudicare, seu respectu maximę, seu enormis lęsionis sic, ex quo de tali non fuit expressum. Et dicit Bal. *in d. l. pen. C. de arbitr.* quod magna † quantitas, vel paruũ dicitur 9
respectu personarum, & causæ, per iura, quæ ibi Abbas adducit. Nec placet Abbati *ibidem sub num. 33. vers. ego tantorum patrum reuerentia.* illud de sexta parte, quod adducit suprà Bar. per tex. *in l. vnde si Nerua. ff. pro socio.* quia, vt ipse dicit ibi, id non probat tex. sed benè in eo tex. inquit, probatur, quod ex euidenti iniquitate potest peti reductio.

Quando autem † dicatur euidens iniquitas, di- 10
cit Abb. *vbi supr. sub eod. numer. 13. colum. 19. versicu. quando autem.* non credo, quod dari possit certa

doctrina,

doctrina, sed ex varijs circumstantijs bonus vir, id est, iudex arbitrabitur. nam facilius debet arbitrator induci ad dandum de iure vnius alteri, quando non potest sequi bona pax aliter, quam cessante hac ratione pacis consequendæ. item aliter, quando ius partis est dubium, obscurum, & inuolutum, quàm quando est clarum. Item quando est diues, quam quando est pauper, & ità de cæteris circumstantijs, *arg. in l. 1. ff. de reb. dub. & in c. de causis de off. deleg. & quod not. gl. in c. fi. de re iud. lib. 6.* per quod videtur innuere Abbas, quod ista enormitas læsionis, ex quo non potest dari certa regula, vel doctrina, sit intelligẽdum arbitrio iudicis, habita consideratione, & respectu ad coniecturas, & ad circumstãtias qualitatis personarum, & causarum. Idem videtur dicere *glo. in §. pretium. Instit.*
11 *de emptio & vend in verb. definier.* quòd si ille, in quẽ emptor, & venditor conuenerunt, vt pretium cõtractus definiret, definierit etiam iniquè, tenet contractus emptionis, & venditionis. Et quærit gloss. *ibidem ad fi.* quando scire poterimus, quando definierit iniquè? Dicit forte, quando vltra dimidiam iusti pretij *l. si voluntate l. 2. Cod. de rescin. ven.* vel puto, inquit, quod hoc iudicis officio expeditur, id est, quod hoc erit arbitrio iudicis, qui de hoc altius iudicabit; idem expressè vult Bald. *in l.*
12 *1. in prin. C. si aduer. vend. pign.* vbi summat tex. si res minoris est vendita iure creditoris, minor non restituitur, nisi propter enorme damnum, in text. magna idest, enorml, quod arbitrio iudicis decernitur, vt ibi per eum. subdens. Et nota, quod qui
13 † damnum allegat, probare debet. & per eundem Bald. *in l. 2. C. de rescinden. vend in prin. ibi*; Quarto, & vltimo nota, quod tunc dicitur enormis læsio, quando est vltra dimidiam iusti pretij. Habetur in decisi. Guid. *Pap. dec. 170. incip. alia decisio.* vbi deciditur quando dicatur ecclesia enormiter læsa in alienatione rei ecclesiæ: vbi ponuntur multa considerand a, tempus alienationis, res alienata, & a-
14 lia, de quibus ibi. Iustum † autem pretium intellige, idest, æquum secundum æquitatem iudicis, attento eo, quod videtur communiter æquum secundum opinionem vulgi, vel secundum æstimationem discretarum personarum. Et idem habetur per Felyn. *in capit. cum illorum. de sent. excommun. 3. coln. versi. in ea glo.* vbi dicit, Nota, vltra Doctores, quod valdè singulare est, quia quando dubitatur, quando dicatur enormis læsio, statur arbitrio iudicis, vel leue, vel nefandum, & in margine ibi ad Fely. allegatur Alexan. de Imola. *in l. si quis arbitratu. colum vlt. de verb oblig.* Simile habetur in glo *in Authen. de hered & Fal. §. si verò absunt.*
15 *in verb. substantiam.* quod † testis intelligitur idoneus pro motu iudicis, & arbitrium iudicis erit, vt æstimet testem facultatibus idoneum, si habeat tantum quantum id sit, super quo est quæstio, vel si sit par iniuncto oneri. & vide ad hoc Rayn. *in repet. l. si libertus ità iurauerit. ff. de oper liber.* Sed vide Bald. *in l. 2. §. sed & si quis. C. commun. de legat.* vbi te-
16 net, quod † enormis læsio dicitur, quando laudum lædit non cum mediocritate quo casu dicitur, euidenter iniquum, & rescinditur in totum, non autem vsque ad mediocritatem. Et læsio patet ex eo, quando nulla probatio facta est, per Buт. In quo videtur primum non admittendum. Sed declarat benè casum Abb. *in r. 1. col 2. numero. 8. versi. sed quæro, qua dicatur de in integr. rest.* vbi posita quæst. quæ dicatur parua, vel magna, vel enormis læsio, & quæ dicatur parua. Credo, inquit, quod in hac materia debet inspici conditio ecclesiæ, & qualitas contractus. nam si ecclesia esset tenuis in redditibus, modicam læsionem sibi reputabo enormem, cuius contrarium esset dicendum in ecclesia multùm abundanti. Item, inquit Abb. finge, quod cõtractus fuit initus super mille florenis, deceptio fuit in decem, aut in viginti, certè non reputabo magnam læsione: secus, si contractus fuit factus super viginti, & ecclesia fuit decepta in decem, vel octo. Pro quo vide in simili, quæ habentur *in gloss. in cap. fin. in verb illustrium. de re iud in 6* quæ dicit, quod † ad cognoscendum, quomodo, & 17
quando sententia possit ferri sine scriptis, maximè in causis vilium personarum, & in causis breuibus (& breues causæ sunt, & possunt dici, quæ valorem duorum aureorum non excedunt) subdit glo. Inspicitur qualitas personarum, & relinquitur arbitrio iudicis, *l. 1. ff de iure deliberan. c. de causis. de offic. deleg.* & aliàs, *vt ibidem.* Et quærit Barto. † *in Authen. nisi breues. aliàs breuiores in princip. C. de sent. ex breuiore recitan.* quæ sint causæ, 18
quæ dicuntur breuiores. Et respon. quòd supra hoc gloss. ponit multas opiniones: sed illa est vera opinio, quod inspecta qualitate personarum, hoc committatur arbitrio iudicis. Pro quo Alexan. *consilio 47. libro 1. consilio 102. libro secundo, idem in l. stipulatio hoc modo. colum 5. de verbor. oblig l in cui. §. bonus ff. de fur Bald. in l. militis. ff. de milita. testamen. in fin.* Vnde per hæc pauca credo, quod sit clarum, quod enormitas læsionis, vel enormis læsio habet dijudicari arbitrio iudicis, habito respectu ad qualitatem personarum, & contractuum, & omnium aliarum circumstantiarum.

Et præstita † restitutione in integrum Ecclesiæ 19
res omnis ab vtraque parte reducitur in pristinum, & prout erat ante læsionem, dicit glo. *in c. 1. de restitu. in integr. in 6. in glo. per beneficium ibi*, Et scire debes, quod si præstetur restitutio, quilibet recuperat quod prius suum erat, *l. quod si minor §. restitutio ff de minor. & l. intra vtile. C. de repu. l. vna & Cod si aduersus vsucap l vna gloss in capitulo pen. extra de reb. eccle. alien. vel non. in verb. sufficere*, ibi; Nam cum aliquis restituitur, omnia debet restitui in pristinum statum, vt neutra pars sit in damno, vel in lucro. Quia restitutio † in integrum 20
est prioris status, vel iuris, vel audientiæ reintegratio, *2. quæst. 3. §. notandum. in fi. c. ex literis. extrà de in integr. restitur. l. 1. Codic. de senten. pass Specul. eod. titul. §. 1. incip. est autem. Super quo dicit Abb. in d cap. 1. colum. 1. numer. 3. versi. tertio not. de restit. in integr.* quòd per † restitutionem in integrum 21
Ecclesiæ concessam debet etiam laicus, qui secum contraxit, pariter consequi restitutionem: vnde sicut Ecclesia reducitur in statum pristinum in eo, quod sibi restituitur res distracta, vel locata, ità debet restitui secum contrahens, quia debet sibi reddi pretium, item pari modo debent sibi reddi sumptus, quos fecit circa istam rem ecclesiæ sibi distratam. item debet

† habe-

22 † haberi respectus ad laborem, quem personaliter sustinuit in reddendo istam rem meliorem. vt puta erat rusticus, qui personaliter colendo agrum reddidit illum pretiosiorem, putà in decem: debent enim ista decem sibi restitui. & dicit in hoc notabiliter Innocen. quod non tenetur iste, qui
23 † contraxit cum ecclesia, reddere rem, nisi primo sit etiam ei satisfactum de pretio, sumptibus, & labore: quasi sentiat, & benè, quod potest vti retentione rei etiam post concessam restitutionem pro pretio, sumptibus, & labore, allegatur in margine ad Abbatem ibidem Paulus *in consi. 334. in primo impressis*. Et, subdit Abb. pro hoc facit, quod legitur, & notatur in simili *in l. in fundo. & in l. sumptus*
24 *ff. de rei vend.* sicut in † simili dicimus in scriptore, qui potest retinere quinternos, donec fuit sibi satisfactum de mercede, vt not. *in l. si non sortem. §. si centum ff. de cond. indeb.*

25 Sed an emptor, † qui succumbit in causa restitutionis, habeat actionem nec ne contra Prælatum, qui sibi alienauit, ad repetitionem pretij exbursati, vel rei expositæ? Videri potest hoc per Inno. *in c. si quis. de rebus eccles. alien. vel non.* vbi format hanc quæstionem. vbi concludit, quod emptor in isto casu habet actionem ex contractu aduersus Prælatum vendentem ad pretium sibi restituendum, vbi Innoc. tradit modum, & formam petendi, & libellandi. Sed in isto casu ego credo, quod sit attendendum, an ipse emptor fuit in dolo, in bona, vel mala fide, in ignorantia, vel scientia, & secundum quod reperitur, iudicari debere; quia si scienter emit, vel causa, vel dolo, videtur, quod priuetur pretio, *vt c. 1. §. 1. de prohib. feud. alien. Guido Pap. decis. 305. & quæst. 24. cum similibus.*

26 Et si † ecclesia vel vendidit, vel in emphyteusim concessit aliquid cum solemnitatibus debitis, & facto alienationis contractu compareat, qui plus offerat, & meliorem conditionem ecclesiæ faciat, an ob tale lucrum cessans debeat ecclesia in integrum restitui; & tenetur, quod non, per Barth. Brixien. *in suis quæstionibus veneriali quæst. 60. incip. est o, quod Ecclesia dedit terram. sequitur Alber. in Authen. hoc ius. & Authen. qui rem. Codic. de sacrosan. eccle.*

SVMMARIVM.

1 *Emptor si expendit centum, & facit rem meliorem in ducentum, Ecclesia non tenetur restituere nisi centum.*
2 *Emptor si expendit centum, sed non fecit meliorem, nisi in quinquaginta, restituentur sibi tantum quinquaginta.*
3 *Ecclesia non tenetur de omni versione in vtilitatem, sed de illa, quæ est sibi vtilis.*
4 *Ecclesia nihil restituere tenetur, quando contrahens est tantum lucratus in fructibus, quòd sibi est de sumptibus satisfactum.*
5 *Restitutione data, non debet laicus, qui cum Ecclesia contraxit, sumptibus, & laboribus fraudari.*
6 *Quando laicus non exposuit labores, non fecit sumptus, omnes fructus sunt restituendi.*
7 *Laicus, si vult restituere fructus, potest petere mercedem laboris.*
8 *Error iuris non excusat, quando ius apertè resistit.*
9 *Error facti excusat in fructuum perceptione.*

CAP. V.

Sed quærit † Abb. *in d. cap. 1. col. 1. num. 4. vers. sed circa istos sumptus de rest. in integr.* circa istos sumptus, pone, quod emptor, seu conductor, expendit centum, & fecit rem meliorem in ducentum, vtrum teneatur etiam ecclesia restituere centum, an vero ducentum? Et dic, quod centum tantùm, per istum text. in eo, quod dicit, quod debet restituere sumptus, non autem valorem meliorationis. facit optimè text. *in prealleg. l. in fundo. & quod ibi not.* vbi idem disponitur in possessore bonæ fidei, qui fecit sumptus bona fide in re aliena. Sed, inquit Abb. dubium maius est, quid si expēdit † centum, sed non fecit rem meliorem, nisi in quinquaginta, nunquid ecclesia teneatur restituere centum, an quinquaginta solùm? Puto, quod quinquaginta tantùm, quia iste text. mandat restitui sumptus propter meliorationem ibi factam; si ergo melioratio non est facta, nisi in quinquaginta, tantùm quinquaginta duntaxat debent restui, & imputandum est illi, qui imprudenter fecit sumptus. Facit, quod dicit Abb. *in cap. quod quibusdam. col penul. num. 9. versi. item vltra alios. de fideiussor.* vbi dando limitationem ad illud, quod ibi dicitur, quod ecclesia tenetur probata versione, inquit, quod Ecclesia non † tenetur de omni versione in vtilitatem, sed tunc tantùm, & eo casu tātùm, quando est vtile ecclesiæ illam versionem esse factam, ità quod ecclesia verisimiliter fecisset de proprio, aliàs secus. Pone exemplum, inquit; particularis recepit mutuum, & fecit fieri nobile ædificium in loco non expedienti, ità quod graue esset, & damnosum ecclesiæ illum sumptum fecisse, vel illum approbare: nam hoc casu credo ecclesiam non teneri. nam non potest dici, quod pecunia sit versa in vtilitatem ecclesiæ, si non expediebat ecclesiæ in illum vsum conuertere. item puto, quod ecclesia tenetur solùm restituere tantum, quantum est meliorata, licèt plus fuit expensum, & si plus fuit meliorata, quam expēsum, solū tenetur ad expensum, & aliàs, vt ibi per Abb. Itē, inquit † Abb. *in d. c. 1. colum. 2. sub num. 4.* ego do aliam limitationem circa illos sumptus, & labore, vt videlicèt ad illorum restitutionem ei non teneatur, vel sit obligata ecclesia, quando iste contrahens est tantùm lucratus in fructibus perceptis, quod est sibi satisfactum de sumptibus, & labore, quod non debet consequi aliquid aliud ab Ecclesia: pro quo est optimus text. *in cap. penul. de reb. eccle. alie. vel non. & in d. l. sumptus. de rei vendic.* Sed ego credo, quod hoc probare incumbat ecclesiæ, & quousque non sit probatum, quod habeat ius retentionis, nec à re possit contrahens amoueri. Et vide † eundem Abb. *in cap. ad nostram. extrà de rebus eccles. alien. vel non. numer. 4. versicu. 3. nota,* quod data restitutione in integrum, non debet laicus, qui contraxit cum Ecclesia, fraudari de sumptibus, & laboribus, quos fecit in re, in qua conceditur restitutio, sed ratione sumptus, & laborum possunt dimitti fructus, quos alias tene-

6 tenetur restituere, *l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de immo.* & per illum textum dicendum esset, quòd si laicus non exposuit labores, putà in extirpando terras incultas, vel non fecisset sumptus pro fructibus colligendis, tunc debuisset omnes fructus cum re restituere: nam aliàs nnn esset restitutio in integrum, quia perderet fructus medio tempore perceptos. Sed melius idem paulò post ibidem, *vers. ingl. fin ibi*; Et in hac materia sic concluderem, aut contractus tenuit, aut non tenuit, primo casu rescisso contractu per restitutionem in integrum etiam fructus debent restitui, voluit Ancharan qui allegatur in margine ad Abb. *consi. 121.* sed satisfaciendum est contrahenti de sumptibus, & laboribus, quos pertulit. vnde credo, quod ecclesia potuisset hic petere omnes fructus, & satisfacere isti de sumptibus, & laboribus: sed Papa, vt quidam dicunt, facit istam prouisionem, de qua in text. ex officio suo, vt euitaret magnos circuitus. hoc etiam sentit gloss. *in seq. quæstione.* vbi
7 dicit; quod iste † laicus potuisset petere mercedem laboris, si voluisset restituere fructus. finge enim, inquit Abba. quod laicus iste expenderit mille, & non recipit ex fructibus, nisi centum, iniquum esset dicere, quod de fructibus debeat esse contentus, nam sicut ecclesia restituitur in statum pristinum, ità & secum contrahens restitui debet. Et nota, quod habetur respectus etiã ad laborẽ propriũ, putà, quia erat rusticus & extirpauit terras. Secundo casu, vbi contractus non te-
8 nuit, aut contrahens errãuit in iure, & tunc dico, quod tenetur restituere omnes fructus, † quia error iuris non excusat etiam in perceptione fructuum, quando ius apertè resistit. *l. iubemus l. 2. C. de sacros. eccles. l. quemadmodum Cod. de agric. & censi. lib. 11.* secus, vbi possideret iure non resistente, nec assistente, nam tunc error iuris excusat, quo ad restitutionem fructuum, *d. §. scire.* & hoc casu intellige Dyn. *in reg. possessor. de reg. iur. lib. 6* Si au-
9 tem † errabat in facto, quia credebat solemnitates interuenisse, tunc lucratur fructus ex bona fide, vt per Abb. *in d. c. ad nostram. adf.* Et quando fructus sint compensandi in meliorationibus factis per eum, qui rem habuit ab ecclesia, vide per Cagnol, *in l. 2. Cod. de pact. inter empto. & vend.* Et si ecclesia petat rem per viam restitutionis in integrum, & reus petat meliorationes, quæ sunt illiquidæ an ecclesia si offerat cautionem de soluendo meliorationes, cum fuerint liquidatæ, sit audienda, vide per Bero. *in cap. 1. eo. extrà. Capic. decis. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Probatio læsionis in petenda restitutione quando sit necessaria.*
2 *Læsio eo ipso probatur, cum Ecclesia omisit facere probationem necessariam.*
3 *Læsio in contractu, vel aliter extra iudicium probari debet.*
4 *Minor, & Ecclesia extra iudicium restituitur in omnibus eius negligentia omissis, etiam non probata læsione.*
5 *Minor, vel Ecclesia in restitutione petenda aduersus sententiam debent probare læsionem.*
6 *Minor, vel Ecclesia si omisit opponere dilatorias in termino, subuenitur ei læsione probata.*
7 *Læsio aduersus lapsum temporis non est probanda, secus aduersus sententiam, vel contractum.*
8 *Notoria non probantur.*
9 *Restitutio non datur aduersus tres sententias conformes, nisi prius constet de iniustitia.*
10 *Læsio an præsumatur in additione hæreditatis, vel in omissione inuentarij earum.*

CAP. VI.

SED est videndum, an, † & quando in petenda restitutione sit necessaria probatio. Et respondet Abb. *in cap. auditis. colum. 2. numero 7. versicu. octauo nota. de rest. in integr.* quod in petenda restitutione aduersus probationem omissam, non est necesse probare aliter læsionem, 1
† nam eo ipso apparet de læsione, quod ecclesia omisit probationes facere necessarias in termino, & in margine allegantur Anto. de But. *consil. 63. incip. videtur primo non admittenda. versi. nunc descendo ad secundum. per Alex. in l. si quis arbitratu. colum. vlt. numero 25. de verbo. oblig.* vbi dicunt, quod læsio patet ex eo, quod nulla probatio facta fuit. Vnde subdit Abb. satis est hoc allegare, quod tene menti. vnde non est necesse producere prius testes super hac læsione; secus, quãdo allegaretur læsio propter priuilegia omissa, nam debent prius ista exhiberi iudici, antequam concedatur restitutio, ne allegatio fiat in fraudem, vt probatur, inquit, *in cap. præcedenti, in verb. nos igitur.* sed † secus est, quando allegatur 2
læsio in contractu, vel aliter extra iudicium; nam tunc videtur, quod debet prius probari læsio, vt legitur, & notatur *in cap. tum ex litteris eod. titu. & in l in causa. §. causa cognita. ff. de mino. Spec. etiam in tit de restit. in integr. §. 2. incip. quia autem. nu. 35.* dicit; Illud quoque prætermittendum non est, quia tunc demum danda est restitutio, cum probata est læsio. & paulò post *in d. versic. illud quoque.* distinguit in hac materia: nam aut † ecclesia, vel minor 3
petit restitui extra iudicium aduersus peremptorias probandas, vel aduersus contractus, aut in iudicio, & tunc, aut in his, quæ præcedunt tunc, & breuiter in omnibus eius negligentia omissis sit restitutio non probata læsione: ipsi enim tractu temporis, vel propter ipsam negligẽtiam satis apparet læsio, vnde nõ est necessaria probatio, putà, quia omisit necessariam probationem proponere ante conclusionem, vt in præalleg. c. auditis. vel omisit monimenta causæ infra tempus à iudice statutum exhibere, vt in *c. coram. eo. tit.* Si autem 4
aduersus † sententiam, aut contractum restitutio petatur, vt videlicèt reuocetur, necesse habet probare, se læsam in sententiam, *vt in cap. cum venissent: ext. eo.* vel in contractu *vt in cap. 1. eo. tit. & c. constitutus.* quia vt per eundem paulo ante *nu. 27. versi. sed quare in contractibus.* est incertum, sit deceptus, vel non, vnde non debent restitui, nisi læsione probata, *C. eo. tit. l. minorem.* his. n. casibus non probat se læsam. quia censetur iure minoris, *vt i. c. 1. eo. tit. versi. sed quare in contractibus.* sicut nec minor, *vt ff. de iureiur. l. nam postea. §. si minor. subdens Spec.* Sed adhuc obstat tex. *in c. suscitata. eo. tit.* sed dic, quod ibi sit restitutio non contra sententiã, sed ad exceptionem peremptoriam, scilicèt ad præscriptionẽ 5
propo-

proponendam, adeo quod ibi non renouatur sententia, immo exequutioni interim mandatur, donec exceptio sit probata; vbi autem fit restitutio contra sententiam, totus processus reuocatur, vnde necesse sunt nouę defensiones, & sic ecclesia ibi fuerit læsa per negligentiam, vnde non probat læsionem, quia iam apparet ex negligentia, vel di-
6 missione. Sed si minor, aut † ecclesia omisit opponere declinatorias, seu dilatorias in termino ad hoc statuto, subuenitur ei læsione probata, *d. cap. constitutus.* quæ, vt dicunt quidam, probatur isto modo, videlicet, primo enim probabitur, vtrum exceptiones, quas omisit in termino, & nunc intendit opponere, sint legitimæ, *extrà de appella. ca. vt debitus.* quo inuento, læsio apparet eo ipso, quod ipsas, vel eas in termino non proposuit, *d. ca. cum venissent. ad fin. est facta in terminis decis. Tholosan.*
7 *389 incip. item* † *an ecclesia.* vbi concluditur, quòd si ecclesia, vel minor petit se restitui, oportet, quòd se probent læsum, vel læsam; si dicunt se læsos propter lapsum temporis, tunc non oportet probare aliam læsionem propter lapsum temporis, ita intelligitur text. *cap. auditis. & c. coràm. de in integr. restit.* si vero dicant se læsos aduersus sententiam, contractum, vel aliàs, tunc probare oportet læsionem, *d. l. nam posteà §. minor ff. de iureiuran. per Henric. Boic. d. cap coràm.* nisi tamen læsio esset
8 notoria, quia † notoria non probantur, per Collectan. *d. cap. auditis. & Specul. in tit. de restit. in integrum. §. 2. versic. illud quoque. & ibi vide glo. ad d. decis.* in qua habetur, quòd petens restitutionem aduersus confessionem, non tenetur probare falsitatem confessionis pro læsione, per glo. Ioan. de Fan. & Domi. *in c. 2. eo. tit. lib. 6.* Sed aduersus tres senten-
9 tias † conformes non est quis restituendus, nisi prius constet iudici de iniustitia earundem, tenet Rot. *decis. 2. Innocen. in d. cap auditis. & c. tum ex litteris. eo.* Nec similiter quis venit restituendus ad appellandum, nisi summariè doceat de suo interesse vltra probationem impedimentorum, Rot. *decis. 90. & additio. ad d. glo.* ponit remissiuè, an in
10 additione hæreditatis † præsumatur læsio in minore, vel in omissione inuentarij, & qualiter in minore probetur læsio. *pro qua materia vide in dictis decisio. quæst. 54.* quod latis tribus sententijs, petitur restitutio in integrum propter defensiones omissas, sed pendente causa restitutionis, exequutio fit sententiæ, vbi vide gloss. quæ multa accumulat.

SVMMARIVM.

1 *Probatio plena an requiratur in probandis huiusmodi læsionibus.*
2 *Fundans se super iusta impedimenti causa, debet illum plenè probare, nisi sit causa fauorabilis.*
3 *Ecclesia an restitui possit contra confessionem suam, non probato errore.*
4 *Restitutio contra errorem facti datur etiam maiori probato errore.*
5 *Læsio an, & quando sit probanda, remissiuè.*
6 *Aliqui casus, in quibus læsio non est probanda, remissiuè.*
7 *Ecclesia an sit indifferenter audienda aduersus probationem omissam.*
8 *Læsionis probatio in causa mutui non est necessaria.*

CAP. VII.

SED videndum est, † an improbandis huiusmodi læsionibus requiratur plena probatio, 1
an sufficiat semiplena. Et Abb. *in cap. tum ex litteris. colum. 5. numer. 16. versicu. sed dubium est. de restitut. in integr.* dicit; quòd in probandis huiusmodi habet fieri plena, non semiplena probatio. inquit enim, Sed dubium est circa probationem faciendam, vtrum requiratur plena probatio in hac causa restitutionis. Innocentius hic refert duas opiniones contrarias, nam quidam dixerunt, quòd vbi quis petit solùm restitutionẽ contra aliquod obstaculum, satis est, quòd probet semiplenè, seu coloratè læsionẽ; vbi vero vltra restitutionem intendit aliquid consequi, putà, vt retractetur sententia, & alia meliori forma feratur, tũc oportet plenè probare. Alij dicunt, ꝙ semper requiritur plena probatio. & videtur hæc opinio placere Inno. & hãc opinionẽ, inquit Abb. sequor. & primo adduco *tex. in c. 1. sup. eo* vbi dicitur, quòd de læsione debet manifestè constare. ad idem adduco *c. ex litteris. sup. eod.* vbi probatur, quod fundans † se super iusta impedimenti causa, debet 2
illam plenè probare, nisi causa sit fauorabilis: vnde per hæc duo capitula, inquit Abb. concludo, quòd siue petatur restitutio iure minorum, siue petatur iure maiorum, debet causa super qua fundatur restitutio, plenè probari, vt ibi per eundem Abb. Et per Spec. *eod. tit. §. 2. incip. quis autem num. 36. versi. sed nunquid.* vbi quærit, nunquid ecclesia † possit contra confessionẽ suam restitui 3
non probato errore. Et respondet, quòd non per ea, quæ suprà dixi in principio huius §. quia si detulit minor iuramentum, non ideo probatur læsus, quia potest esse, quòd is, cui detulit, verum iurauit, & sic minor non læditur, sic & ecclesia potuit confiteri veritatem, & ità non est læsa, & ità probare habet errorem, *vt prædicto §. si minor. & arg. ff. de confess. l. certum. §. pen.* & secundum hoc ecclesia, vel minor non est in hoc priuilegiata, quia etiam maior restituitur contra † confessionem, 4
probato errore facti, *vt suprà de confessis. §. postremo.* Sed dic, quod immo sic, quia maior non potest, nisi ante sententiam, minor vero hoc potest antè, & post. Sed vtrum, & qualiter ecclesia possit restitui contra sententiam, habes no. *ex. de rest. in integ c. tum ex litteris.* † Et in hac materia, an sit pro- 5
banda, & quando sit probanda læsio, vltra Spec. *in d. loco, vide Doct. in cap. auditis. de in integ. rest. Io. de Imo. in cap. 2 eo. titul. & in l. quod tempore. 3. quæst. Codic. de restit. milit. Bar. in l. 1. §. nunciatio. colum. penul. de ope. nou. nunc. & in l. nam posteà. §. minor. de iureiur. Bald. in l. fi. Codic. si aduers. lib. & in l. 1. de confess. Salyc. in l. 1. si aduers. rem iud.* aliquos casus, in † quibus læsio non sit probanda, vide per 6
Io. And. *in additio. ad Specul. in §. 1. de in integr. rest. in addit. secundum Cyn. in Authen. si omnes. Codic si vt ab hæred. se abstin. Bald. in l. 1. in fin. eod. titul. & in l. 1. Cod. de in integ. rest. Ioan. de Imola in l. necessarijs. ff. de acquir. hære.*

Et an † indifferenter debeat audiri ecclesia ad- 7
uersus

uersus probationem omissam per viam rest. integ. Abb. *in d. c. auditis. colum pen. num. 16. versi. extra glo. quæritur. extrà de integ. restit. secundũ Inn.* distinguit, quod aut vult probare id, super quo nullas probationes induxit, & debet audiri, vt hic: aut petit restitutionem ecclesia, vt possit probare super articulis antiquis, in quibus facta fuit publicatio attestationum, & tunc non debet audiri, quia timetur de subornatione testium, *vt ibi per eum.*

28 Sed † cum ecclesia petit restitutionem in causa mutui, & aduersus contractum mutuum, videtur, quòd non habeat necesse probare læsionem, sed sufficit, quod allegetur læsio, & ecclesiam esse læsam, veluti est, quando Prælatus consentiente capitulo accipit nomine ecclesiæ mutuum. quo casu de iure tenetur ecclesia, sed potest restitui, si non probetur versio per creditorem, vt per Ioan. de Imo. *in c. 1. de deposit. colum. 8. versic. quid ergo dicendum. ibi*; Cum speciale sit in mutuo, quod non tenetur minor probare læsionem & sic eo ipso præsumitur læsus, qui allegat læsionẽ, an si creditor probet esse versum in vtilitatem eius: idem eo modo videtur dicendum in ecclesia, videlicèt, quod licèt aliàs quando ecclesia petit restitutionem debeat probare læsionem, secundum ea, quæ habentur in *c. 1. de rest. in integ.* in isto casu, quando agitur ex mutuo contra eam, erit secus: quia sufficit allegare læsionem, vel Ecclesiam fore læsam, nisi probetur versio per ipsum creditorem. Et hoc videtur procedere, siue mutuum sit receptum in causam determinatam, vel non determinatam, vt ibi per eundem Imo¹. *Dico ego suprà suo loco in quæstioné 56. an, & quomodo ex mutuo oblig. ecclesi.*

ADDITIO.

Ecclesia an, & quando possit dici læsa, vel non, in hac materia latè Bero. *in consil. 84. & plu. seqq. volum. 1. Ias. consi. 54. vol. 1.* & in concessione in emphyteusim cum pacto francandi pro certo pretio, Bero. *cons. 86. in fi. vol. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Restitutio coram quo iudice ab Ecclesia peti debeat.*
2 *Restitutio regulariter coram iudice rei est petenda.*
3 *Ecclesia in qualibet restitutione in integrum super reb. Ecclesia potest habere recursum ad iudicem ecclesiasticum.*
4 *Episcopus & Prælatus ordinarius debet esse iudex in causis debitorum suæ Ecclesiæ.*
5 *Episcopus, si mouet litem de re ad Episcopatum pertinenti, est legitimus iudex.*
6 *Episcopus, qui de facto alienauit res Ecclesiæ, potest constituere procuratorem ad reuocandum, qui poterit agere coram Episcopo.*

CAP. VIII.

1 Item † quæri debet, coram quo iudice Ecclesia petet restitutionem, & faciet litem, & iudicium in hac causa? Et dicitur, quod coram iudice Ecclesiastico, per Abb. *in c. 1. colum. pen. numer. 18. versicul. coram quo iudice de rest. in integ. secundum Inn. & per Innoc. c. cum sit generale de for. compet.* vbi dicit; quod potest petere coram iudice Ecclesiastico pro quo facit gloss. *in cap pen. supra tit. 1. versic. nec metum.* & hoc est in fauorem ecclesiæ, quia est in hoc iure priuilegiata, alias autem † quis debet 2
petere restitutionem in integrum coram iudice rei, *vt in l. prima & quod ibi notatur. Codic. vbi, & apud quem Idem habetur per Abb. in c. ad nostram. numer. 2. versi. not. primo. extra de reb. eccles. alie. vel non.* vbi dicit; Nota primo lecturam, quam præmisi, quod ecclesia in petitione restitutionis in integrum super rebus Ecclesiasticis, potest habere recursum ad iudicem ecclesiasticum contra laicum, & sic est iste casus, in quo actor non sequitur forum rei, immo tradit reum ad forum suum. & vide Inn. *in c. cum sit generale. de for. compe.* vbi † singulariter 3
vult, quod in qualibet petitione restitutionis in integr. super rebus Ecclesiasticis potest ecclesia habere recursum ad iudicem ecclesiasticum. & idem dicit vbicunque ecclesia iuuatur aliquo priuilegio: & maxime hoc procedit ea attenta ratione: quia præsupponitur quædam deceptio saltem re ipsa; vnde largo modo potest dici quoddã sacrilegium, quod pertinet ad forum ecclesiæ, vt *d. c. cum sit generale. vt ibi per eum.* Facit, quia † Episcopus, & Prælatus ordinarius debet esse iudex in 4
causis debitorum suæ ecclesiæ, *gloss. in c. si quis erga. in verb. priuetur. 2. q. 7.* ibi, Nam Episcopus potest esse iudex in causa suæ ecclesiæ, sicut procurator fisci est iudex in causa fisci. Idem gl. *in c. si quis ab Episcopo. & per Abb. in c. cum venissent. extra de iud. col. 3. numer. 6. versic. oppono* contra consuluit *Lap. alleg. 39. Et per Bal. in l. 1. C. ne quis in sua causa iud.* vbi ponit quæstionem. † Episcopus Perusinus mouet 5
mihi litem de quibusdam rebus, dicẽs, quòd sunt res emphyteuticæ Episcopatus Perusij, & quod ad eum sunt reuersæ; ego dico, quod Episcopus Perusinus non potest hoc cognoscere, sed debet agere contra me coram Archiepiscopo; modo quæritur, vtrum iste Episcopus possit de hoc cognoscere, necne? Inno. *in c. ex parte. de offic. & pot. iudic. delega.* videtur dicere, quod non possit cognoscere. Canonistæ tenent * communiter contrarium, *
quia ista non est causa personæ, sed ecclesiæ, & vtilitas principaliter respicit ecclesiam, & ideo Episcopus potest esse iudex, cognitor, & terminator. subdẽs ibi d. Bald. quod si Episcopus de † facto alie 6
nauit res ecclesiæ, si cõstituitur procurator ad reuocandum alienata, procurator poterit agere coram Episcopo ipso, si nomine ecclesiæ, & Episcopatus compareat, quia illa videtur causa Ecclesiæ, non personæ. subdens, quod erit consultius, vt Episcopus procedat inquirendo contra detentores rerum ecclesiæ, & alias, *vt ibi per eum.*

SVMMARIVM.

1 *Libellus an sit in petenda restitutione necessarius.*
2 *Restitutio si petitur contra contractum, est iuris ordo seruandus: sed si contra actum iudicialem, summariè agetur.*
3 *Contestatio litis debet præsentibus partibus fieri appellationis.*
4 *Causa qualibet est plenaria, ex quo affert graue praiudicium.*
5 *In petenda restitutione videntur duo remedia posse intentari,*

intentari, officium iudicis, & prima actio.

6 *Restitutionem petens se fundare debet super enormi læsione.*

7 *Ecclesia restituitur non modò contra priuatum, sed etiam contra Ecclesiam.*

8 *In iudicio quasi contrahitur.*

9 *Ecclesia non restituitur, si sit in dolo.*

10 *Minor, & Ecclesia in materia restitutionis in integrum æquiparantur in omnibus.*

11 *Ecclesia non restituitur ob dolum, quando tota fuit in dolo.*

12 *Delictum Prælati in iudicijs nocet Ecclesiæ, sed restitui debet.*

13 *Tempus contractus inspicitur ad cognoscendum læsionem.*

CAP. IX.

1 SED est videndum, † an in isto iudicio restitutionis in integrum requiratur libellus, & ordo iudiciarius. Et per Specu. *in titu. eod. §. quis autem colum. penul. versicu. vltimo no.* distinguitur, quod restitutio in integrum quandoque petitur incidenter, & tunc non est libellus necessarius; quandoque vero præsentialiter, & tunc libellus est necessarius, & litis contestatio, & sententia, *cap. 2. de offic. iud. extrà, & suprà de offic. omni. iudi §. incidenter. versicul. sed quæritur. & infrà per eundem Spec. de lib. conceptio. §. nunc dicendum versicul. 8.* Et dicit Innocen. *in cap. tum ex litteris. extrà eod. titul. quem refert Abb. ibidem colum. 4. numer. 15. versicul. in ea.*
2 *gloss. in fin.* quod si petitur † restitutio contra contractum, est iuris ordo seruandus, vt detur libellus, & fiat contestatio litis; sed si petitur contra sententiam, & sic contra actum iudiciale, expedienda est causa summariè, quia hoc casu non consequitur restitutus aliquod lucrum, sed solùm paratur sibi via ad negocium principale: dicit tamē tutius tenendum, quod etiam in hoc casu fiat litis contestatio, & sic transeunt Doctores Sed tu vide Bart. *in l fi. ff. ex quibus caus. maiores.* vbi recitat hoc dictum Innocen. & respectu primi membri illud approbat, sed quò ad secundum dicit se putare, quod si petitur restitutio contra sententiam definitiuam, debet lis contestari, si partes sunt præsentes, quia hæc restitutio habet vim appellationis,
3 seu illi æquipollet; vnde sicut in causa † appellationis debet lis contestari præsentibus partibus, *vt in l. vnica. Codic. ne liceat in vna, eademque causa. in cap. tuas. de appel.* ita in hac causa restitutionis, sed si pars est absens contumaciter, tunc putat, quod potest procedi lite non contestata, per text. *in Authent. si omnes allegata in gloss.* subdit Abbas, Mihi placet primum dictum Bart. quia data præsentia partium debet lis contestari, ex quo petitur restitutio contra sententiam principaliter, vt videtur probari *in cap. 2. de offic. iud. & hic in fin.* nam hic petebatur restitutio contra sententiam, & Papa comminatur parti, quod si non comparuerit, procedet quantum de iure poterit, quasi ad sententiam non poterat procedi, ex quo lis non erat contestata. Et ex hoc dico, quod secundum dictum Bart. non procedit in eo, quod voluit, quod data absentia posset procedi lite non contestata. nam regula iuris est contra eum:
quia † omnis causa est plenaria, ex quo affert graue præiudicium, vt no. glo. *in l. iudices. C. de iudic. & ipsemet Bar. in extrauag. ad reprimen. in verb. summariè.* sed quod retractetur sententia, non potest dici, quod non inferatur graue prӕiudicium. Non obst. *Authen. si omnes. per eum alleg.* quia illa procedit non quando petitur restitutio contra certam personam, sed in genere cōtra omnes, qui possunt prætendere interesse, sicut petit minor, cum vult restitui aduersus aditam hæreditatem, vnde si nemo comparet, non est dare partem aduersam, quia nemo videtur velle prætendere interesse; secus, quando restitutio imploratur contra certam personam, vt hic, *& in d. c. 2. de offi. iud. vt ibidem per eundem Abb. Et per eundem Abba. ibidem paulo ante in versic. quarto nota. numero quarto,* vbi tradit formā libellandi in materia restitutio. in integrum, vbi dicit, quòd ex illo tex. videtur † innui, quod in hoc 5
iudicio possint intentari duo remedia, scilicèt officium iudicis respectu restitutionis, & primam actionem, inquantum in illo tex. petebatur alia sententia ferri, & sic, inquit, videtur quod officium rescindens, & actio rescissoria possunt simul in eodem iudicio accumulari, vt ibi per eum, qui se remittit ad ea, quæ inferius dicturus est. Et per eundem ibidem paulo ante *versi. Nota 1.* ibi dicitur 6
quod petens † restitutionem, debet se fundare super enormi læsione, quia pro modica læsione, non datur restitutio, vnde non sufficit, inquit Abb. libellanti agere simpliciter se esse læsum, quia posset verificari libellus super læsione modica, vnde talis libellus non est admittendus, quia non sufficit aliquid allegare in genere, quando quælibet species contenta sub genere non concludit intentionem allegantis, seu libellantis, & aliàs, vt ibi per eum.

† Et ecclesia restituitur, nedum contra priua- 7
tum, sed etiam contra ecclesiam aliam, *vt de c. 1. de in integ. rest. per Bal. in Authen. perpetua. C. de sac. eccl.* Ex quo videtur inferri, quod priuilegiatus potest vti priuilegio suo contra pariter priuilegiatum, quod est contra tex. *in Authen. de sanctiss. Episcop. §. sed & hoc præsenti. & contra glo. fi. in c. in præsentia. de proba.* Sed tu intellige istum articulum, vt no. Bar. *in Authen quas actiones. C de sac. eccl.* quod videlicèt ecclesia restituitur contra ecclesiam, quando concurrit solum videlicèt priuilegium vnius Ecclesiæ: restitutio enim datur ecclesiæ læsæ, vnde alia ecclesia, quæ non est læsa in illo articulo, non habet in eo priuilegium; secus autem quando priuilegium vnius concurrit super eodem, tunc enim conquassantur priuilegia, & ambæ ecclesiæ, siue personæ priuilegiatæ vtuntur iure communi. Et ex hoc infertur, quod si ecclesia contraxit cum ecclesia, & fuit in contractu læsa, potest petere restitutionem aduersus ecclesiam: nam in iudicio † 8
quasi contrahimus, *l. 3 § idem scribit. ff. de pecu. facit tex. in l. verum. in fi. ff. de min.* vbi minor restituitur contra minorem in contractu locationis, vt per Abb. *in cap. auditis. col. 2. num. 8. versi. 9. nota. extrà de in integr. restit.*

† Sed quod dicitur, quod datur Ecclesiæ in 9
integrum

integrum restitutio, intellige id verum, si ecclesia non sit in dolo, & dolosè non egerit, quia tunc vti minori dolosè agenti denegatur restitutio ita pa-
10 ri modo denegari debet † ecclesiæ, quia in materia restitutionis in integrum æquiparatur minor, & ecclesia in omnibus, vnde omnia iura loquentia de minoribus in materia restitutionis debent trahi ad ecclesiam, vt per Abbatem *in d. c. auditis col. 3. numero 13. & seq. versic. in glo. pen.* quod dicit menti tenendum. vbi dicit, & concludit, quod si ecclesia fuit condemnata vti contumax, restituitur, vti restituitur minor contumax, dummodo ista contumacia non fuerit dolosa. quia paulo post Abb. *ibidem versic. secundo no. ex glo.* subdit, Et ex hoc Ioan. And. post Doctores antiquos dicit, quod si Ecclesia non fuit via rescripto negligenter infra annum, potest petere restitutionem in integrum; secus, si vti postposuit dolosè, quia secundum Docto. etiam ecclesia non restituitur cōtra dolum, vel delictum, per Lap. *alleg. 54.* sicut dicimus in minore, vt in iuribus præallegatis. Hostien. tamen inquit, idem hoc intelligi, quando
11 † tota ecclesia fuit in dolo, *arg. l. iubemus nullam. C. de sac. eccle.* secus est, si solus Prælatus fuit in dolo, per *reg. delictum. de reg. iu. lib. 6. & 26 q. 6 si episcopum.*
12 Et nota bene hoc dictum, nam † in iudicijs delictum Prælati nocet ecclesiæ, vt no. *glo. in d. regu. delictum.* tamen debet restitui *vt no. voluit hic Host. vt per Abb. d. loco.*

13 † Et ad cognoscendum de læsione ecclesiæ, & an ecclesia sit læsa, inspicitur, & inspici habet tempus contractus ipsius alienationis factæ, non autem inspicitur, an post contractum res sit reducta ad magnam fertilitatem diligentia acquirentis multùm vtili, & fructifera, decidit gloss. *cum text. in materia c. ad aures de reb. eccl. alie. vel non vbi Innoc. glo. & tex. in c. cum dilecti. de emptio & vendi. glo. in c. dudum de elect. Inn. & Host in d. cap. cum dilecti. Host. in d. cap. ad aures.* vbi dicit; quod tempus contractus inspiciendum est, si ecclesia dicat se læsam propter alienationem, quam fecit, ità quòd si res sit multum meliorata, hoc non considerabitur, ne agricultores, & emptores suam diligentiam, & la-
* borem disperdant, & ista est * communis opinio Canonistarum in rebus ecclesiæ, & idem etiam in rebus profanis, per Doct. *in l. 2. D de rescin. vendi. gl. in c. cum causam. extrà de resti. Guid. Papa decis. 157. incip. notanter.*

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius, qui ad pensionem tenetur, cessans per biennium, aut triennium præstare, non cadit à feudo.*
2 *Feudum de sui natura est concessio gratiosa.*
3 *Feudum pro quo annuus census soluitur, accedit ad naturam emphyteusis.*
4 *Papa potest priuare Regem Regno, si biennio non soluat pensionem.*
5 *An feudatarius cessans in solutione cadat à feudo: conciliantur opiniones, & num. 6.*
7 *Feudi natura alienata in vno, non dicitur alterata in alijs.*
8 *Feudatarius quandoque soluit pensionem in signum honoris, veluti ensem, piper, accipitrem, brauium, aut banderiam.*
9 *Pensio notabilis quando pro feudo soluitur talis concessio adhæret natura emphyteusis.*
10 *Distinctio Ias. in materia persionis feudalis.*
11 *Authoris distinctio, an ob solutionis cessationem feudatarius cadat.*
12 *Causa forma actus deficiente, debet eius quoque esse deficere.*
13 *Vasallus non soluens præstituto die, feudum amittit.*
14 *Dies interpellat pro homine.*

DE CADVCITATIBVS FEVDAtarij, emphyteutæ, coloni, vel conductoris, & de caducitate ob non solutionem

QVAESTIO LXXIX.

CAP. I.

CAducitates, propter quas feudatarij, emphyteutæ, conductores, & inuestiti cadunt, expelluntur, & priuantur rebus inuestitis, vel cōcessis, multis modis causantur, & multis de causis obueniunt, de quibus in sequentibus singillatim pro maiori materiæ declaratione dicemus. Quia siquidem cessauerit inuestitus soluere canonem, pensionemve, vel illud, quod tenetur tempore legitimo, debito, aut conuento, inuestitus cadit, & licitè repellitur, licèt hoc secundum aliquos non sit verum in feudatario.

† Quia si feudatarius quis pro feudo teneatur 1
præstare certam pensionem, si cessauit per biennium, aut triennium præstare, & in præstatione non cadit à feudo, sicut emphyteuta ab emphyteusi, Spec. *de loca §. nunc aliqua versicul. 85.* vbi tenet; quod si quis de feudo conditionali annuatim teneatur aliquid soluere, putà, capones, piper, & similia, si cessat vltra triennium, non amittit ius feudi, *l. de quibus ff. de legi. per Alex. cons. 9. incip. viso themate suprascripto. numer 3. lib. 3. vbi attestatur de * communi. Marsil. sing. 446. incip. magna profecto. Alex. consi. 5 si vera sunt. colum 2. num. 5. lib. 5. per Chassad deci. 2 de iureiur. num. 6 ibi*; Nec etiam cadit ob non solutionem annuæ pensionis debitæ, &c. Dec. *consi 138. num. 5. Cur. iun. de feud. 4 part. 23. causa priuationis. limita. 4. Ias. in prælud. feud. nu. 57. idem Ias. in l. 2. colum. 11. num. 43 versi. quartò quæro, quid in feudo. C. de iure emphyt. per Dec. in Authen. qui rem. colum. 3. versicul quartò. C. de sacrosan eccle.* Nec immeritò si feudatarius ex causa cessatæ solutionis pensionis non cadit, quia inter pœnas, & causas priuationis id non reperitur iure sancitum, quia
† feudum est de sui natura concessio gratiosa, & 2
species beneficij, quod caducitatis regulis inuestitum non astringit, Cassad. *decis. allegata. sequitur Iulius Clar. lib. 4. sent. §. feud. q. 51. incip. quæro, aliquis. Sed Dec. d. Authen. qui rem. colum. 3. vers. quartò.* dicit; quòd ista conclusio, & adducta superius procedunt in feudo vero, & propriè feudo, pro quo seruitium personale principaliter præstatur.

Sed est secus, si simus in feudo, pro quo annuus census debet præstari, quia benè tunc, si cessat per triennium, vel biennium, cadit; quia tale

3 feudum magis † accedit ad naturam emphyteusis,quam feudi,per Bald.qui id dicit,*in l.liberti.colum.fi.de oper.libr.Codic.versicul.item nota*.vbi dicit; quod si dicit instrumentum concessam rem in feudum pro annua quantitate frumenti, istud non est propriè feudum, sed magis emphyteusis, vel contractus innominatus, &c. vnde talis, inquit, feudatarius non tenetur præstare iuramentum fidelitatis,nec censetur iure feudatarij, pro quo vide etiam Bald. *in rub. Codic. de iure emphyt. versi. contractus feudi.Bart. in l.1. eod. titul. Spec.d.§. nunc aliqua.versicul quarto. in fi. ibi*, Porro à naturæ feudi differt,quia feudum gratis, & liberè ob remunerationem conceditur. sequitur Innocen. *in cap ad Apostolicæ. de re iud. in 6*. vbi tenet, quod si feudatarius cesset per biennium, aut triennium, cadit à feudo,per verba text.*ibi.Posset etiam meri-*
4 *tò reprehendi*. vbi colligit, quod † Papa potest priuare Regem Regno, ex quo debitam pensionem biennio non soluit,*cap.fi.extra loc*.tamen non priuat illum,sed tantum reprehendit ex causa, quæ interesse tantùm Sedis Apostolicæ tangit,per quæ verba sentit Innocen. quod si vasallus cesset biennio soluere pensionem, potest priuari feudo. sequitur Bald.*ibidem*,dicés formaliter, quod si feudatarius non soluat pensionem per bienniū, feudo priuari potest. idem Bal.*in c. quæ in Ecclesiarum. de constitu.col.4 vers.& nota*,quod si feudum est fiscale,licèt feudatarius infra annum inuestituram petierit,fidelitatem fecerit,ac omnia solemnia seruauerit;tamen si per biennium in solutione canonis,vel partis cessauerit,totum feudum amittit,vt inquit not.Innoc.*in c.ad Apostolica.allegans tex.in c.1.§.sed non est alia.quæ fu.prima causa benefi.amit*. dicens pro hac opinione esse optimum tex.vbi nulla iustior est causa amittendi feudum,quàm id,propter quod est datum feudum,facere recusare. per Ioan.And.*in d.c.ad Apostolica.Fulg.in conf.vlt.Bal in l.ade.col.3 vers.sed nunquid.C.loca*.vbi ait;quod pro vno nummo vasallus,& emphyteuta cadunt,quia in eo honor Domini reputatur. sequitur Alexan. *cōs.11.li.5*. Per quæ latè deducta apparet res dubia: quia per primo loco dicta feudatarius licèt cesset per multum tempus in solutione, non priuatur, nec cadit;per secundo vero allegata si cessat biennio,aut triennio, quod non soluat canonem, vel pensionē,cadit,& expellitur.Pro concordandis i-
5 stis contrarijs multa † adducuntur. nam primo loco Card.Zabar.*in c.potuit extra loca*. distinguendo declarat,quod si feudum sit concessum pro fidelitate, & pensione, habet locum opinio Specu. quòd non cadat,& procedant,quæ sunt primo loco deducta;si vero sit concessum pro simplici pensione,cadit, si cesset soluere, & habent locum secundo loco dicta.Placet iste intellectus Aluaro.*in d.c.1.§ sed non est alia.quæ fuit prima cau.benefi.amit. sequitur Bar.Capol.in c.1.§.differen. de feu. cog. sequitur Firm.in verb.feudatarius.col.3. num.67. & in verb. emphyteusis dicitur.nu 17.vers.emphyteusis à feudo differt.ibi,Quinto, quia emphyteuta non soluens. &c. Io.*
6 *de Imo.in c.2.*† *extra de feu.vers.vnum dictum. col.16. distinguit alio modo*; quod si vasallus requisitus recusat præstare seruitium,& quod debet, ad quod tempore contractus feudi se obligauit,& sic facta per Dominum requisitione cesset, tunc perdat feudum ab eo cadat,& feudum reuertatur,*d.c.1.§. sed non est alia.faciunt gl.Imo.& alij in c.breui. de iureiuran.extrà*. vel non requisitus fuit negligens in præstando tempore debito, & tunc non cadit etiam si per triennium cesset, quia hoc non reperitur iure cautum.id quod est cum ratione dictum; quia si requisitus etiam vnica requisitione tātùm non præstat, feudo priuatur, *d.§.sed non est alia*.id quod non est in emphyteuta, qui si primo anno requisitus non soluat,non cadit à iure emphyteutico,*c.potuit.extrà loc*.vnde & succedit regula,quo qui in vno grauatur,in alio sit releuatus,*l.eum.qui. de iur.iurand*.Est dicendum,quod feudatarius non requisitus cessare potest in solutione census, aut seruitij præstandi quantocunque tempore sine amissione feudi;quia habetur *in c.licèt vasallus.si de feu.fue. contro*.quod per quantumcunque temporis spatium vasallus non monitus steterit sine præstatione seruitij,non cadit à beneficio feudi. facit † etiam,quod natura feudi alterata in vno,non di- 7
citur alterata in alijs.*c.j.de feud.non haben.propri.naturam proprietas*, & de natura recti feudi est, quod vasallus non monitus ad præstanda seruitia nō cadit,*d.c.licèt.vbi Doct.& c.1.§.ad hoc.vbi Aluarot. tit. hic fi.lex.in vsib.feud*.vnde si sit alterata natura feudi respectu annuæ pensionis, quia soluitur, quod est contra propriam feudi naturam,quia feudum est concessio gratiosa,& species beneficij,*c.1. in fin. de feud. dat. in vic.leg. comm. & c.j.§.fi. in quib. caus. feud. amitt*.tamen respectu, & ratione sui non dicitur alterata, *d.c.1*. Sed alij, *vt Martin. Laud.in d.c.1*.alio modo distinguunt, & alio modo concordant,videlicet, quod vel pensio promissa præstatur in signum honoris,vel præeminentiæ, & subiectionis,magis quàm commodi pecuniarij;pone, si præstetur † ensis,piper,accipiter, brauium, aut 8
banderia,quæ regulariter præstari solent in signū subiectionis,& in recognitionem superioritatis, per But.*in c.in litteris.de rest.spoliat.vbi dicit*;quod si aliqua castra dent ciuitati brauium,aut banderias, significatur subiectio castrorum ciuitati, & quidā honor;& hoc casu,quia tale feudum magis innititur gratiæ,quàm commodo pecuniario, licèt per mille annos cessaret etiam requisitus, non cadit. Aut † pensio promissa est notabilis,& maximi va- 9
loris,propter quam verisimile est, quod Domin⁹ principaliter feudum concesserit;pone,est cōcessum castrum annui reditus mille cū pacto, quod inuestitus de illo omni anno quingētos persoluat, & eo casu,quia talis concessio magis adhæret naturæ emphyteusis,quam feudi,si sunt taliter inuestitus cesset in solutione pensionis dictorum quingētorum per biennium, aut triennium, cadit à feudo per doctrinam Bald.allegatā *in l.liberti. C.de oper. lib*.vbi si sit concessum feudū pro annua pensione, non est propriè feudū,sed magis emphyteusis. ad notata per Bald.*in c.1.de pac.Constan.in verb.libellarij in fi*. hanc distinctionē approbat Alber. Brun. *cons.41.dub.2.las.in† pralud.feud.n.56.col.17.versic fu-* 10
prascriptu. vbi ponit, & examinat istā quæstionē vsq, ad totam colu. 21. & videtur constituere tria membra, pro concordatione ista.Primum, quando loquimur in recto,& proprio feudo, pro quō indeterminatè

minotè debentur seruitia personalia, & eo casu
non cadit vasallus à feudo, nisi fuerit requisitus,
etiam si per mille annos in persoluendo cessaue-
rit, *d. c. licèt vasallus & d. c. 1. §. ad hoc.* Aliud mem-
brum est, quando realis modica pensio est pro-
missa vltra seruitia personalia, vti est accipiter,
brauium, & banderia, & hoc casu idem venit iu-
dicandum, & dicendum, vt in proprio, & recto
feudo, quod vasallus non cadit nisi requisitus.
Tertium membrum ponit, quando vltra seruitia
personalia maxima pensio est promissa, & isto ca-
su si maior est pensio, quàm præstatio seruitio-
rum, quia talis contractus magis adhæret naturæ
emphyteusis, & innominato contractui, quàm
proprio feudo, dicit quod cadit.

11 † Ego puto in istis varietatibus pro veritate
tres casus considerari debere. Primus est, quod si
vasallus requisitus, & monitus ad soluendum pē-
sionem renuit, volente domino cadat à feudo, &
priuari possit, veluti quando requisitus ad perso-
nale præstandum seruitium reclamat. *d. cap. 1 §. sed
non est alia.* cum nulla diuersitatis ratio assignari
possit, *l. illud ff. ad l. Aquil.* quod tamē debet intelli-
gi, si sit monitus post aduentum solutionis, quia
antè non tenetur.

Secundus vero casus est, quando monitus, aut
requisitus non quidem renuit, sed per negligen-
tiam præstare, & soluere cessauit, & tunc cadit, &
priuari potest, *cap. 1. §. ad hoc. titulo hic fin. lex.* vbi si
vasallus monitus ad præstandum seruitium diù
præstare cessauerit, feudum amittit, Imol. *c. 2. col.
10. versiculo vnum restat. de feud. Iser. & Aluarot. d. §.
sed non est alia. Cuma. consilio 164. colum. 2. incip. Præ-
latus. Præposit. in prælud. feud. colum. 8. Alber. Brun con-
silio 41. 3. dub.*

In quanta autem mora esse debeat, vt cadat, vi-
detur id repositum in iudicis arbitrio, per Ro-
ma. *in l. 1. §. 1. ff. de publican.* qui id iudicat ex eo,
quia cum in hoc casu nullum certum, & de-
terminatum tempus lex, vel consuetudo præ-
fuerit, iudicis terminationi stari debet, *l. 1. in
fin. ff. de iure delib.* Pro quo facit, quod si in feudo
recto vasallus monitus non præstet seruitium, nō
amittit statim feudum, nisi post interpellationem
diù steterit, quod quidē iudicis arbitrio determi-
natur, vt est casus *in d. § ad hoc. vbi Doct.* quamuis in
feudo recto militet diuersa ratio: quia in eo inde-
terminata, & sine præstituto tempore debentur
seruitia, vnde nihil mirum esse debet, si statim fa-
cta interpellatione non cadat, cum debeat vasal-
lus habere aliquod tempus ad se accingendum, &
se præparandum ad talium seruitiorum præpara-
tionem, quod dici non potest euenire in hoc feu-
do pensionario, in quo sciens ad quid tenebatur,
potuit præuidere eueniente fine anni, Bal. Alua-
rot. *& alij in d. §. ad hoc. colum. 2.*

Tertius casus est, quando non monitus fuit ne-
gligens in præstatione annuæ pensionis, & debiti
certi seruitij: quia licèt Imol. sup. adductus, & alij
teneant, quòd non cadat, licèt cesset etiam per
mille annos, tamen videtur, quòd cadat, & cadere
possit, quia in omnibus contractibus, in quibus
annua pensio præstatur, & vtile dominium in ac-
cipientem transfertur, accipiens ob non solutio-
nem, & cessando per tempus debitum soluere, ca-
dit, vt videmus in emphyteuta, *l. 2. C. de iur. emph.*
in colono simplici, *l. quaero. §. inter locatorem. ff. lo-
cat.* in conductore ad longum tempus, *per Ias. in d.
l. 2. num. 39.* in conductore vectig. per Bal. *in d. l.
ede. C. locat. Bar. & Imo. in l. vectigalia. §. 1. ff. de publ.*
& sic in omnibus contractibus pensionarijs: vnde
idem hic quoque videtur dicendum. Facit, quia
tale feudum datur sub modo, vt annuam pensio-
nem præstet, *l. 1. & ibi gl. Codic. de his, quæ sub mod.*
si ergo modus studiosè non obseruatur, deficien-
te causa, & † forma, debet eius esse deficere, *dicto* 12
*l. quaero. §. inter locatorem. ità in terminis Bal. in l. fi.
Cod. de lib. causa.* Facit, quia eo modo, quo reuoca-
tur donatio, tali, & eodem reuocatur, amittitur-
que feudum, *c. 1. §. prædictis. vbi Doct. quæ fuit pri-
ma causa benef. amitten.* & cum ob inobseruantiam
pactorum reuocetur donatio, *l. fi. Cod. de reuoc. do-
na.* ità pari modo, & feudum. Facit, quia sicuti ex-
pressè monitus potest expelli, si diù stet sine præ-
statione petitorum seruitiorum, ità pari modo
quando die solutionis adueniente diù remora-
tur, cum dies ipsa pro homine interpellet. Facit
ad hoc tex. *d. §. ad hoc.* si littera sit intellecta, pro-
ut ibi intelligit Bald. *in verb. recusauerit.* quòd va-
sallus † obligatus ad certum seruitium præstituto 13
die præstandum, si non præstat, etiam non moni-
tus, feudum amittit, quia non soluens dicto tem-
pore recusare videtur solutionem, ità tenent Bal.
& Aluarot. *ibi colu. 2.* quod tempore præfixo præ-
stationi seruitij, si illud debito tēpore vasallus nō
præstat, etiam nō monitus, quòd cadit à feudo te-
net Iser. *in c. 2. an ille, qui interfec. fra. dō sui. Bal. cons.
491. incip. inter cætera. vol. 1.* & quod interpellatio
non sit in consideratione habēda, videtur facere
tex. *in d. c. licèt.* vbi vasallus sciēs domino periculū
imminere, tenetur vltra non monitus auxilium
præstare, aliàs feudum amittit, quamuis si nesciret
periculū imminere, satis foret, si domino, cū pe-
teret, paratus esset seruire. vnde in proposito, ex quo
vasallus scit obligationem fore ad diem præstitu-
tam ad soluendam annuam pensionem; non sol-
uendo non potest dici, etiam si non requisitus,
non negligēs, vnde feudo priuari debet, quia dies
† interpellat pro homine, glo. & Imol. *d. cap. breui.* 14
extrà de iure iuran.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta cessans soluere per tempus à lege statu-
tum cadit ab emphyteusi.*
2 *Emphyteuta non est de necessitate nunciandum, vt
soluat.*
3 *Ecclesia habens emphyteusim ab alia Ecclesia. si ces-
set soluere intra tempus statutum, cadit.*
4 *Ecclesia, & minores ob non solutionem cadunt, sed
restituuntur.*
5 *Ecclesia si successit priuato, qui dedit in emphyteu-
sim, quo modo tempus distinguatur.*
6 *Emphyteuta pro re summi valoris soluens denarium
tantùm, cessans in solutione cadit.*
7 *Emphyteuta cadit etiam ob non solutam integram
pensionem.*
8 *Nummus solus non solutus operatur, quòd pecunia
non dicatur soluta.*
Fallit, si per errorem minus soluitur: item si per

impotentiam, vt num. 9.

10 *Vno ex heredibus emphyteuta deficiente pro parte sua, res tota cadit.*

11 *Caducitas obest descendentibus, & agnatis vocatis ex prima inuestitura.*

12 *Vno ex heredibus cessante ob impotentiam, res non cadit in commissum.*

13 *Vno cessante, omnes cadunt de iure ciuili, non de æquitate canonica.*

14 *Emphyteuta propter cessationem solutionis cadit, etiam si in instrumento fuerit alia pœna apposita.*

CAP. II.

EMPHYTEVTA quoque non potest cessare
in solutione canonis, aut pensionis conuen-
1 tæ; quia si desistat † soluere per tẽpus à lege
statutum, cadit ab emphyteusi, & eijcitur, *l. 2. Cod.
de iure emphyteut.* vbi emphyteuta non potest dif-
ferre solutionem pensionis vltra triennium, vbi
gl. *in verb. triennium.* dicit tantum tempus dari em-
phyteutæ priuati; emphyteutæ vero ecclesiæ so-
lùm biennium fauore ecclesiæ, *Authen. qui rem. C.
de sac. eccl. vbi Castrèn. Bal. Ias. & alij. c. propter. §. ve-
rùm c. potuit. extrà loca.* vbi emphyteuta, qui in
solutione cessauit per biennium, iustè potest ex-
pelli, nisi sibi celeri satisfactione consulere stu-
2 deat, vbi subdit text. etiam si sibi † non sit nuncia-
tum, vt soluat, cũ in hoc casu dies statuta pro do-
mino interpellet: vbi glo. *in verb. biennium.* dicit,
quod si emphyteuta promissit soluere pœnam
rato manente pacto, si non soluat pensionem, po-
terit pœna exigi, & nihilominus de emphyteusi
repelli.

3 † Quæ conclusio militat etiam in ecclesia, quæ
habeat emphyteusim ab alia, quæ si cesset soluere
debitum canonem intra tempus à iure vel canone
præfixum, cadit, & repellitur per glo. quæ dicit,
*in Authen. qui rem. in verb. repelli in fi. C. de sac. eccl. per
Bal. in l. placet. eod. tit. glo. in c. potuit. loca. vbi Anto. de
But. tenet Spec. de loca. §. nunc aliqua. vers. 14. quæritur. vbi dicit*; quòd ecclesiæ, & minori cessantibus
in soluenda pensione currit hoc tempus, & inci-
4 dunt in commissum; tamen, inquit, † restituun-
tur, vbi administrator, aut tutor non sint soluen-
do, *l. si ex causa. §. pen. ff. de minor. extrà de in integr.
restit. constitutus.* quod est verum, si sine dolo sit
cessatum, secus etiam dolosè, pro quo Bal. *consil.
225. lib. 1. sequitur Ias. in d. l. 2. colum. 13. & 14. num.
48. cum seq. quæst. 10. 11. & 12. Cod. de iure emphy.* vbi
tenent, quòd ecclesia, & minor cadentes ob cessa-
tam solutionem ab emphyteusi habent restitutio-
nem in integrum, & restituuntur infra quadrien-
nium. & quòd ad hoc, vt cessantes priuentur, re-
quiritur triennium, non biennium. per Saly. *in d.
l. 2. in fi. & Ioan. And. in addi. Spec. versic.* 22. ne indu-
ctum in fauorem ecclesiæ, vt eius emphyteuta ces-
sans per biennium cadat, & priuetur, retorquea-
tur in damnum illius. tenet Bald. *in dicta Authen.
qui rem.* etiam in casu, quo vna ecclesia habet em-
phyteusim ab alia, & quòd sufficit biennium, vt
per eum. *versicu. quærit hic glo. & subdit Ias. vbi suprà
5 num. 51. versic. tertiodecimò quæro.* † quod si ecclesia
successit priuato, qui dederat fundum in emphy-
teusim, contra emphyteutam talem cessantem at-
tenditur tempus cessatum apud priuatum, & tem-
pus cessationis apud ecclesiam, quia tempus cessa-
tum apud priuatum computatur, & enumeratur
ad rationem triennij: tempus vero cessatum, quo
res est penes ecclesiam, connumeratur, & compu-
tatur ad rationem biennij, per iura, quæ ibi Iason
adducit.

Et in tantùm est vera dicta conclusio, quod si 6
emphyteuta pro re † summi valoris soluat vnum
denariũ, putà pro castro aut oppido, si cesset per
triennium, aut biennium in solutione, cadit, & ca-
strum amittit, tenet glo. *in d. Auth. qui rem. in verb.
repelli. Cod. de sacrosanct. eccles. vbi Pau. de Cast. versi. in
glo. magna. tenet Spec. in §. nunc aliqua. versi. 103. vbi in
additio. facit. gloss. in l. communi diuidundo. in princip.
ff. communi diuidun. & quod habetur in l. eadem. §. Ca-
to de verb. oblig.* vbi propter nummum non solu-
tum de sorte committitur tota pœna, Bart. Bal. &
& alij *d. Auth. qui rem. Alex. cons. 105. magnificè Prætor.
volum. 3.*

† Item cadit emphyteuta, qui non soluit inte- 7
grum canonem, sed cessauit per triennium in in-
tegrali solutione, pone, qui erat obligatus soluere
decem, cessauit in solutione quinque per bienniũ,
aut triennium, quia per talem cessationem cadit à
toto, tenet Oldrad. *consi. 29. per Bal. in rub. de contra-
hen. empt. 10. q. Alber. in d. Authen. qui rem. Imo. in c. po-
tuit. 39. col. tenet Sal. in Auth. perpetua. de sacros. eccles.
Pau. de Castr. in l. in exequutione. §. pro parte ff. de verb.
obli.* vbi tenet, quod si totum soluisset excepto v-
no nummo, ob talis nummi cessationem cadit in
totum. Ias. *in d. Authen. qui rem. num. 16. versi. capio gl.
in verb. repelli. facit gloss. in l. res bona. ff. de contrahen.
empt.* quæ habet, quod si res † vendita sub pa- 8
cto, quod nisi die statuto fuerit soluta pecu-
nia, quod res sit empta, res erit empta, si
vnus solus nummus desijt solui. Bal. *in rub. Codic.
de contrahenda emptio. idem in l. cum [illegible]as. C. de vsu-
ris.* vbi decidit, quòd propter defectum vnius
nummi cadit quis ab emphyteusi vnus castri va-
lentis mille. Barbat. *consilio 40. volumine primo co-
lum. 10. circa secundam dubitationem.* Quod qui-
dem duobus modis limitatur. Primo, si per erro-
rem minus soluatur, talis error non præiudicat, *l.
quamuis rationes ff. de conditio. & demonstr. not. Bal. in
l. pro hæreditarijs colum. 3. ff. de hære. & actio. vendi.* se-
cus, si de industria, sciensque, ac prudens omisse-
rit soluere illum denarium, in dict. *l. quamuis. ff.
de conditio. & demonstrat. vt per Baldum Imolam, &
Raphael. Cuman.* qui ibi ità intelligunt, & limitant,
quia tam paruus error nocere non debet; ità † li- 9
mitat in inquilino, & emphyteuta cessantibus in
vno nummo, Alexand. *consilio 106. colum. 6. versicul.
prætereà illud. libro 3. Barbat. in proœmio Clementin. in
vtraque lectura. Socin. in dicta l. quamuis. Ias. in d.
Authen. qui rem. colum. penult. sub d. numero 16. versic.
intellige tamen C. de sacrosan. eccles. & alij relati per
Tiraquell. de retracta. conuentional. §. 4. gloss. 6. versic.
sed id tamen. numero 29.* Secundo loco potest limi-
tari, si cessatum fuit in solutione propter impo-
tentiã, & paupertatem, per Specu. *in d. §. nunc ali-
qua versicu. vigesimonono.* quia in nihilo cadit, si sit
paratus, vt per Ioan. Andr. *ibi.*

† Et si

10 † Et si vnus ex pluribus hæredibus emphyteutæ defuncti cesset in solutione canonis pro parte sua res tota cadit, & in totum, non pro parte, per *gl. ordina. in l. communi diuidun. in princi. in gl. magna. verb. confunderetur. ff. commu. diuidun per Host. de loc. in Summa, § fin. vers. quid si vnus. Alberi. in l. 2. C. de iure emphyt. Specu. in d. §. nunc aliqua. vers. 70. vbi Io. Andr.* quia quoad pœnam euitandam non sufficit, particularis solutio, *d. l. in exequutione. §. fin. ff. de verb. oblig.* & res est clara per suprà firmata. quia si vnus emphyteuta soluit tantùm partem canonis, cadit.
* eandem conclusionem sequitur Afflict. *vbi dicit * communiter teneri, deci. 153. num. 4. Ripa in l. 4. §. Cato. num. 44. ff. de verb. oblig.* cum enim prima obligatio esset insolidum in persona emphyteutæ, non potest mutari facto hæredum, sed transit in omnes cum illa obligatione solidi. Alber. tamen in dicta
* l. communi diuidund. dicit, quod immo * cōmunis opinio est in contrarium. Sed potest esse, quod secundum sua tempora verum dixerit; sed hodiè
** opinio gl. proculdubio est magis ** communis, vt scilicet omnes cadant. & licèt videatur aliquātulum rigorosa, esset tamen seruāda in practica, quia aliàs de facili multæ emphyteuses ad nihilum reducerentur. Iulius Clar. *lib. 4. senten. §. emphyteusis. 8. q. vers. quæro. quid si emphyteuta.*

Et adeo verum est, vt res sit caduca facta per cessationem in solutione canonis per vnum ex
11 hæredibus, quòd talis cessatio, † & caducitas ex dicta causa incursa obest eius descendentibus, & agnatis vocatis ex tenore prædictæ inuestituræ, per Spe. *d. §. nunc aliqua. vers. 78. per Ias. in l. 2. nu. 58.*
* *& seq. de iure emphyt. vbi attestatur esse * communem. quem refert Apostil. ad Riminal. cons. 381. num. 4. Ruin. cons. 168. lib. 1 nu. 6. sequitur Iul. Clar. d. loco vers. sed hic*
* *quæro.* qui dicit * cōmuniter verum, licèt ipso iudicet rigorosum.

Istam conclusionem limitat Ias. *in dic. l. 2. q. 17. nu. 56. vers. limita tamen. tribus modis.* Sed meo iudicio primæ duæ non sunt limitationes, si benè inspiciantur; sed tertia limitatio est benè limitatio,
12 vt videlicèt fallat ista conclusio, † quod vno ex hæredibus cessante in solutione, non incidatur in commissum, quando cessatio in solutione prouenit ex impotentia, & paupertate, per quam non
13 cadit, per Spec. *d. §. nunc aliqua. vers. 29.* subdens, † quod conclusio ista, vt defectu vnius omnes cadant, procedit de iure ciuili, non autem de æquitate canonica, per Io. de Imo. *in c. potuit. 39. col. & seq. vt ibi per Ias.*

Item est etiam caduca res emphyteutica propter cessatam solutionem, etiam si in instrumento
14 fuerit alia pœna apposita propter † cessationem solutionis: quia non soluens poterit, non obstante talis pœnæ appositione, de emphyteusi expelli,
* tenet glo. *in verb. repellere. in l. 2. allegata, quam * omnes sequuntur. vbi Ias. nu. 139.* Quod tamen intellige, vt gl. *ibi*, videlicèt, vt non possit vtrumque, scilicet petere pœnam, & expellere, sed potest Dominus directus eligere ex istis duobus, vtrum malit: pro quo Bart *pulchrè in d. l. 2. num. 14. versicu. quæro, quando. C. de iure emphyt.*

SVMMARIVM.

1 *Pensio si soluitur singulo lustro, emphyteuta Ecclesiæ non cadit, nisi cessauerit per duo lustra, priuati verò per tria.*
2 *Fructus vnicus si percipitur vnico biennio, requiritur, quòd cessetur per duo biennia.*
3 *Tempus cessationis debet esse continuum.*
4 *Dictio Per tempori apposita temporis continuationem denotat.*
5 *Iuramentum operatur, vt emphyteuta cadat si cessauerit in primo anno tantùm.*
6 *Emphyteuta si sit interpellatus ad soluendum, cadit non expectato biennio.*
7 *Respublica, & Ecclesia æquiparantur.*
8 *Pensio quolibet mense si sit soluenda, an tunc cessans in solutione priuetur.*
9 *Cessans in solutione ob impotentiam, & paupertatē non cadit.*
10 *Emphyteuta non cadit ob cessationem solutionis, si non habuit possessionem emphyteusis.*
11 *Pactum de non expellendo emphyteutam ob non solutionem seruari debet.*
12 *Consuetudo valet, vt emphyteuta non soluendo non incurrat caducitatis pœnam.*
13 *Consuetudo fortior est, quàm pactum priuatorum.*
14 *Rescriptum impetratum, quòd emphyteuta non cadat propter non solutam pensionem, non valet, secus in priuilegio.*
15 *Emphyteuta Ecclesiæ potest celeri satisfactione sibi prouidere.*
16 *Celeriter quomodo dicatur sibi emphyteuta consulere.*
17 *Mora purgatio admittitur in emphyteusi Ecclesiastica, secus in priuati emphyteusi.*
18 *Mora purgationi locus non est post Domini declarationem.*
19 *Mora purgari non potest ob iuramenti interuentum.*
20 *Cessans non cadit, si post biennium Dominus recipit pensionem.*
Limitatur si Dominus sciens recipit, secus, si ignorabat, vt nu. 21.
22 *Emphyteuta cessans non cadit, si erat creditor Domini.*
23 *Compensatio non fit ipso iure, immo nisi opposita sit.*
24 *Emphyteuta, qui cessauit ob legitimum impedimentum (putà, quia carceratus) non cadit.*
25 *Emphyteusis conseruatur per solutionem factam à creditore emphyteutæ. Immo & per tertium, vt ibidem.*
26 *Emphyteuta liberatur præscrip. 40. annorum.*
27 *Obligatus soluere frumenti quantitatem ex certo fundo non cadit ob non solutionem.*
28 *Testator si legauit aliquid Ecclesiæ super tali fundo, an res videatur affecta, & nu. 29.*
30 *Summa est ratio, quæ pro religione facit.*
31 *Emphyteuta si soluit vni ex hæredibus Domini, aliis autem non soluit, non cadit.*
32 *Cessans non cadit, quando non constat esse magis emphyteuta, quàm censuarius.*
33 *Ignorantia excusat.*

34 *Oblatio sufficit ad euitandum pœnam caducitatis.*

35 *Oblatio debet fieri realiter, non autem verbo tantùm.*

36 *Verba instrumenti emphyteusis si in personam sint concepta, res non afficiatur; secus, si in rem, & impersonaliter.*

CAP. III.

SED quòd emphyteuta, aut conductor cadat
à iure, si cessat per biennium, vel triennium,
intelligi debet, quando solutio non est aliter
1 limitata per partes, vel declarata: quia si sit † a-
ctum inter partes, quod canon, vel pensio soluatur singulo lustro, emphyteuta Ecclesiæ non caderet, nisi cessasset per duo lustra, & sic per x. ann. emphyteuta priuati per tria lustra, & sic per ann. 15. ità intelligit, & declarat Bald. *in l. æde. colum. 2. versicul. & quæro. Codic. locati* vbi quærit, quomodo accipiatur biennium, & respondet per duos, aut tres terminos, per text. *in l. diuortio. §. ob donationes. versic. quod in anno. ff. sol. mat.* subdens, quod est verum adhuc, vt si quolibet lustro sit soluendum, duo lustra computentur pro biennio, & tria pro triennio, & si est solutum bis, vel ter in vno anno, tamen biennium, aut triennium est expectandum. latè per Roland. de Valle. *consil. 87. versicul.
2 quarto dicitur. numer. 29.* vbi; quòd quando † vnico
biennio percipitur vnicus fructus, ad hoc vt cessans soluere cadat à iure emphyteutico, requiritur, quod cesset per duo biennia. faciunt adducta per Bart. *in l. in legem. Cod. loca. & in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. eod.* ità limitat, & intelligit hanc conclusionem Ias. *in Authen. qui rem. colum. 4. in tertia addit. numer. 11. versicu. 2. limit. Codic. de sacrosanct. eccles. sequitur Alex. in d. l. diuortio. §. ob donationes. colum. 3. sub numer. 10. versic. in ea. ibi. ff. sol. mat.* vbi dicit secundum Bald. quod regula ista, quod cessans per biennium in solutione cadit, non intelligitur militare, quando in tali biennio, vel triennio, vnus solus fructus percipitur. quia si sit concessa emphyteusis, vt singulo anno soluatur canon in festo resurrectionis, si euenit, quod transiuit bis terminus resurrectionis, quòd non soluit emphyteuta, non tamen transiuit totum biennium, nō dicetur ob hoc emphyteuta à iure suo cecidisse, per Ioan. Andr. ad Spec. *de loc. §. nunc aliqua versi. 87.* quia requiritur lapsus biennij, non quòd labatur vnus terminus soluendi, per multa ibi per Alex. *adducta sequitur Ias. l. 2. col. 2. vers. 4 no. nu. 4. C. de iure emphy. vbi ad hoc addit tex. in l. si sic constituta sit aqua. ff. quemad. ser. amitt.*
3 † Et an istud triennij tempus debeat esse continuum, Ias. *ibi adducit Paul. de Leaz. a. in cap. potuit. de loc.* Sed quod debeat esse continuum declarat optime Bald. *in d. Authen. qui rem. colum. 1. versic. sed pone.* vbi inquit, Sed pone, quod soluit censum primo anno, secundo vero anno non, tertio sic, quarto non, an. poterit expelli? Respon. quod non; quia requiritur, quod cesset per biennium continuum,
4 quia quando dictio † Per, adiungitur tempori, de-
notat continuationem temporis, *l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verb. sign. dicit Dec. in Authen. qui rem. colu. 3. versic. 2. not. sequitur Salyc. in l. 2. colum. 1. in fi. versic. quæro, an hoc triennium. latè Soci. cons. 118. circa præsentem consultationem. volum. 2. dub. vlt.*

Nec habet locum ista conclusio priuationis, & caducitatis, si in conuentione, vel instrumento talis solutionis faciendæ interuenit iuramentum:
quia propter † virtutem iuramenti cessans in so- 5
lutione in primo anno cadit, & priuari potest, per doctrinam Bal. *in c. querelam. de iureiur. in fin. versic. vltimo conclude. Alexan. consil. 85. non puto. circa principium. lib. 1.* vbi dicit; quod postquam conductor in anno præsente non soluit affictum, prout iurauit, & promisit, quamuis in soluendo non cessauerit per biennium, aut triennium, cadit ipso iure à iure suæ conductionis propter periurium, *l. si quis maior. C. de transac. per tex. in d. c. querelam.* vbi propter periurium ille, qui iurauerat soluere pēsionem, incidit in commissum, & priuatur iure suo absque eo, quod expectetur cessatio biennalis, & propter verba generalia *in d. l. si quis maior.* videlicèt in pacto iurato, quod est verbum generale extendens se ad omnes contractus, vt ibi per Alexan. idem Alexan. *consil. 105. col. 4. lib. 3. Mars. singul. 226. Franc. Rip. in c. 2. colum. 5. de rescript. Dec. in d. Authen. qui rem. col. 4. versi. octauo, quod. Cod. de sacr. eccl. Ias. in d. l. 2. vers. nono quæro. colum. 13. nu. 47.* vbi post aliqua in contrarium deducta tenet, & sequitur opinionem Bal. Roland. à Valle *consil. 6. versi. vltimo potest responderi. nu. 42. idem cons. 8. vers. non obstat vltimum. num. 41. & cons. 77. versic. 2. non obstat. num. 18. vbi multa allegat.*

Item non videtur habere locum ista conclusio
in casu, quo emphyteuta sit † interpellatus, vel 6
citatus ad soluendum canonem: quia isto casu non expectatur spatium biennij, sed statim post sex menses priuatur, & cadit. tenet Ang. *in l. locorum domini. C. de omni agro deser. lib. vndecimo.* vbi si ecclesia fecerit citari suum emphyteutam, vt solueret, si non soluit, sufficit cursus sex mensium, vt possit expelli, per illum textum, vbi tributarius Reipublicæ citatus ad soluendum tributum cessans per sex menses potest priuari dominio, sic in
emphyteuta ecclesiæ, quia respublica, † & ecclesia 7
æquiparantur, *l. respublica. & ibi glos. ex quib. caus. maior.* quia quod dicitur de triennio, vel biennio procedit, quando emphyteuta nunquā fuit interpellatus, vt solueret, vel fuit interpellatus non iudicialiter. istud videtur mirabile, & ideo reprobatur per Ias. *in d. l. 2. col. 13. vers. octauo quæro. nu. 46. de iure emphyt.* vnde respondendo ad illum textum *l. locorū.* dicit, quòd ideo ibi deciditur, quia ibi concurrunt duo, videlicèt, quia tributarius erat deserēs agrum, & cessans in solutione tributi, id quod non videtur posse militare in emphyteuta solum cessante in solutione, vt per Iasonem *ibi. sequitur istud Alexan. in apostill. in dicta l. locorum. Barba. in capitulo quoniam frequenter. §. porro 18. colum. vt lit. non contesta. Corset. singul. 96. aliàs littera E. verb. emphyteuta. incip. si elapso anno. & in repeti. rubrica extrà de iureiurando. in 12. priuileg. iuramen. & Barbat. in cap. potuit. extrà locat.* idem tenet se corrigens.

† Nec pari modo habet locum conclusio, quan- 8
do est facta emphyteusis cum pacto, quòd in quolibet mense fiat solutio pensionis, quia tunc non ex-

non expectabitur triennium, sed tantùm tres mēses duplicati, & sic sex mensium spatium: ità tenet singulariter Specu. *in titu. de locat. §. nunc aliqua. versiculo 87 per text. in l si sic. ff. quemad. ser. amit.* Sed contrarium tenet *in addit. ibi* Ioan. Andr. quòd immo semper requiratur triennium. Nec obstant contraria: quia loquuntur in præscriptione libertatis, nos vero sumus in pœna proueniente ex cessatione solutionis, ita tenet Ias. *dicta l. 2. colu. 14. versic. 14. num. 52. de iure emph.*

9 † Item non habet locum ista conclusio, quod cessans in solutione priuatur, & cadat, quando emphyteuta non potest id soluere, ad quod tenetur, per not. per Anto. de Butr. *in cap. significante. de pign. 4. not. facit optimè text. in dicto cap. querelam. de iureiurand.* Bald. dicit, quod paupertas eum excusat, quia tunc non est periurus. *cap. breui. de iure iurand. Bart. in l. quod te. ff. si cert. pet. Bald. in cap. littera. de dilat. Ias. in d. l. secunda de iure emphyteu. Cod. colum. 13. versic. nono quaro. sub numer. 47. idem in d. l. si quis maior. colum. 3. de transact. Deci. cap. 2. 3. no. de rescrip. idem Ias. in dicta l. 2. colum. 15. sub numer. 53. versicul. 2. potestis. & colum. seq. sub numer. 57. versicu. 3. limita. & colum. 15. sub d. numer. 53. versicu. 16. quaro.* vbi dicit; quod emphyteuta cessans in solutione partis canonis expellitur à toto, nisi cessauerit propter paupertatem.

10 † Nec pari modo habet locum ista pœna caducitatis, & priuationis, si emphyteuta non habuit possessionem emphyteusis, per Guliel. *de Cun. & Bald. in l. solemnibus Codic. de rei vend. circa fi. per Abb. consil. 67. in causa, qua vertitur. colum. fi. sub numer. 4. versicu. nec obstat vltimo. part. 2. Paul. de Cast. in consilio 215. si non interest. in fi. per Ang. in consil. 311. in themate. dub. 5. Cardi. consil. 92. fauendo pupillis.*

11 † Et simili modo fallit illa regula, si sit expressè inter dominum, & emphyteutam conuentum, quod etiam si cessauerit, nullo modo possit expelli, quia tale pactum seruari debet, & non poterit expelli per gloss. *in l. 2. in verb. repellere. Codic. de iure emphyteut.* quæ licèt loquatur in emphyteuta priuati, tamen idem est in emphyteuta ecclesiæ, per Bart. *in l. fundi. Codic. de fund. patr. libr. 11. Paul. de Castr. consil. 137. primo videndum. tenet Specu. post multa adducta in contrarium in §. nunc aliqua. versicu 89. quaritur. de loc.* ex sententia Odof. dicentis valere tale pactum, siue fiat ad tempus, siue ne vnquam deijciatur, quia licitum est domino iuri suo renunciare, *l. si quis in conscribendo. Cod. de pact.* quia si valet, & debet valere pactum super deijciendo cessantem, debet etiam valere super non deijciendo, per iura, & alia, quæ ibi cumulatè Spec. adducit.

12 † Et si valet pactum, vt quis cessans non deijciatur, debet etiam valere consuetudo, si quæ existat, quod quis non soluendo non incurrat pœnā priuationis: quia si valet pactum, à fortiori valet consuetudo, ita dicit Abb. *in consil. 72. in negotio Guidonis colum. 2. sub num. 2. versi. sed his non obstantibus.* vbi dicit; quod valet pactum, vt emphyteuta non possit expelli ex cessatione solutionis; ergo, inquit, debet valere consuetudo, cum sit fortior, quàm pactum priuatorum, vt probatur *in cap. fi. de* 13 *consue. not. Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. tenet Io. de Ana. consilio 84. videndum est. colum. fi. versi postremo. tenet Iason, vbi multa adducit, in d. l. 2. C. de iu. emph. col. 36. num. 120. vers.* an autem valeat consuetudo, & pari ratione valeret statutum, per not. *in l. de quib. ff. de leg.* licèt sit secus in rescripto Apostolico obtento, quod emphyteuta cessans in solutione non possit expelli, quia taliter † impetratum 14 rescriptum non valet, per Bal. *in l. si à te. versi & not. C de pact. inter empto. & vendito.* cuius dictum vocat singulare Franc. Crem. *in sing. 106 incip. non valet scriptum.* quia cum rescriptum regulariter respiciat obseruationem iuris, *l. falsò. C. de diuers. rescript.* tale rescriptum censetur subreptitium, sed est secus in priuilegio; quia priuilegium ad euadendum istam pœnam obtentum valet: quia talis pœna est odiosa, & præsertim de iure canonico, *vt not. in cap. suam extrà de pœn. per Dec. in d. Authen qui rem 3. colum. versic. sexto fallit. Codic. de sacr. eccle.*

† Item non militat ista priuatio, vel caducitas, 15 si emphyteuta Ecclesiæ statim post biennium soluit, & celeri satisfactione sibi prouidit, *cap. propter sterilitatem. c. potuit. extrà loc. vbi gloss. in verb. celeri. inquit,* Et per hoc patet, quod emphyteuta potest purgare moram offerendo canonem post biennium, & quod, aut quantum tempus importet ista celeritas, & † quomodo dicatur celeriter soluere, 16 & satisfacere, post multa gl. concludit, & residet, quod id sit in arbitrio iudicis, ex quo non reperitur determinatum à iure, & Abbas *ibi in d. glo. num. 12. secundum Inno.* dicit, quod celeriter dicitur satisfacere, si exactus in iudicio, vel extrà soluit sine præfixione termini, & multò celerius, si nullam expectat interpellationem, sed spōtè soluit. Host. consuluit, quod non expectetur requisitio. & placet Abbati: quia illa verba tex. Sibi consulere studuisset, denotant, vt sine aliqua requisitione ipsamet sibi celeriter consulat. & ideo bonus iudex arbitrabitur, quando dicitur sibi celeriter prouidisse post biennium, quando enim modicum tempus dicatur, intelligitur arbitrio iudicis, Abb. *consil. 67. in causa. col. 2. lib. 2. Spec. in d. tit. de loc. §. nunc aliqua. versic. 84. quaritur dicit;* quod qui exactus debitum non soluit, non potest dici sibi celeriter prouidere, subdens, Et potest dici sibi celeriter prouidere, qui in iudicio, vel extra iudicium, neque exactus, statim, & sine termino, vel dilatione persoluit, &c. de quo aliqua deduxi in *q. 74. de solut. cano. emphy.* Quæ moræ purgatio † admittitur 17 tantùm in emphyteusi ecclesiastica, de qua loquitur tex. *in d. c. potuit. & c. propter. loca.* non autem in emphyteusi priuati, vt post multam disputationem concludere videtur Ias. *in d. l. 2. C. de iure emphy. col. 23. sub num. 79. versi. quod tenendum.*

† Sed ista moræ purgatio, aut satisfactio admit- 18 titur semper post biennium elapsum, quousque non sit declaratus animus, & voluntas domini: quia si dominus declarat velle, quod emphyteuta cadat, vel ceciderit, non est locus moræ purgationi, Cæpol. *cau. 135. tu scis, quod emphyteuta. & consil. 138. & 146. dico in allegata. q. 74. de solutione.*

Sed

19 † Sed ista moræ purgatio nõ admittitur, vbi interuenit iuramentum, per Bar. *in d l si quis maior. & in l. si insulam. 2. q. de verbo. obliga. Dec. in d. Authen. qui rem. 3. col. versic. secundo not.*

20 † Item fallit ista conclusio, quod cessans per biennium in solutione cadit, si per dominum post biennium sit factus aliquis actus, per quem sit declarata voluntas domini esse, quod nolit eum cadere à iure, putà si dominus recepit pensionem ab emphyteuta, aut conductore pro tempore futuro, quia recipiendo talem pensionem indistinctè, siue faciat eum protestatione, vel sine, præiudicat sibi in caducitate, & in iure expellendi, *l. 2. §. non malè. ff. de dol. except. & l. qui in futurum. ff. de pact.* quia quamuis emphyteuta cessauerit per trientium, non tamen est finita emphyteusis, nisi dominus velit emphyteutã cecidisse, per verba *text. in d. l. 2. ibi, Si dominus voluerit*; vnde dominus recipiendo talem pensionem videtur velle, quòd non cadat, per Ias. *in l 2. col 42 sub nu. 126 versi sed in terminis. C. de iure emphy.* Id quod intellige verum,
21 † quando recipiens canonem erat sciens de caducitate; secus, si ignorabat, per Ias. *ibidem, & Pau. de Cast. in d. Authen. qui rem. C. de sac. eccle. versic. in text. ibi. vbi Alber. col. 2. versi sed pone.* vbi ponit casum in terminis de Prælato, qui ignorans caducam rem esse, recepit pensionem.

22 † Item non habet locum ista conclusio, si emphyteuta, qui cessauit per tempus legitimum biẽnij, aut triennij, erat creditor domini in tantundem, vel maiori summa, quàm erat canon, vel pensio, quia tunc per cessationem biennalem, vel triennalem non cadit: dicit, & tenet Spec. *in d. §. nunc aliqua de loca. versi. 79. vbi dicit*; quòd siue compensatio fit ipso iure, *l. si ambo. & l. cum alter. ff. de compens.* siue non fit ipso iure, sed tamen compensatio sit obiecta ante lapsum biennij, aut triennij, est tutus emphyteuta à caducitate, *l. si constat. ff. de compensa. tenet Ioan. And. in addi. ad Spec. ibi Albe. in d. l. 2. C. de iure emph. 10. col. & in l. cum alter. ff. de compens. D. Ias. in d. l. 2. colum. 17 nu 59. decimonono quæro.*
23 *vers. vnde videretur.* vbi concludit, quod licet † cõpensatio ex communi Doctorum * opinione non fiat ipso iure, immo nisi opposita sit, & quod si emphyteuta non opposuerit ante tempus prædictũ, quod ceciderit à iure suo, nec postea sit audiendus volens obijcere compensationem; tamen pro euitanda pœna caducitatis, & ad euitandam pœnam, & ad euitandum, ac impediendum cursum vsurarum, fit ipso iure compensatio, etiam si non fuerit opposita ab emphyteuta ante tempus prędictum, glo. & Docto. *in l. si constat ff. de compen per gl. & Bal in l. 1 ff. eo. tit. ita tenet Imo in cap. bona fides. per Ias. ibi allegat.*

24 † Similiq; modo non militat d. conclusio, quãdo emphyteuta iustis, & legitimis causis, & impedimentis detentus canonem persoluere non potuit, pone, quia in carceribus detentus fuit, quia si sit lapsum biennium, vel triennium, quod per talem detentionẽ satisfacere non potuit, non cadit à iure, quia detẽtus in carceribus dicitur legitimè impeditus, ita quod per cessationem non debet expelli, tenet Ant. de But. *in d. c. significante. 4. not. extrà de pign. tenet Ias. in l. 2. col. 18. nu 62. versicu. 21. quæro.* vbi dicit, quod si caderet; deberet in integr. restitui ex clausula generali. Idem respondit Dec. *in cons 138. col. pen.*

† Item non est locus prædictæ conclusioni, si creditor emphyteutæ soluit canonem pro fundo emphyteutico sibi obligato: quia licèt emphyteuta cesset in solutione per biennium, aut triennium, tamen per solutionem factam ab ipso creditore conseruatur emphyteusis, & non cadit emphyteuta cessans, *l lex vectigali. versicu. tam debitor, quàm creditor. ff. de pig. quem text Bart & Ang ad hoc no tenet Ias d. l. 2. colum. 21. numer. 67. versic. 24. quæro.* Immo solutio facta per tertium nihil attinentem emphyteutæ, & nullum ius habentem in re, prodest emphyt. cessanti in solutione, & illum saluat à caducitate, etiam si soluat suo proprio nomine, non nomine emphyteutæ. quia cum tractatur de conseruatione iuris realis, velut est iuris emphyteutici, semper factum neg. gestoris prodest ad talis iuris conseruationem, per text. *in l arborib. § quid tamen ff de vsufr. tenent in terminis in emphyt. Ange. & alij in l. lex vectigali. alleg. & Lud Ro. cons 108. viso proposita q. themate.* quia cum sumus in conseruatione talis iuris realis, non refert à quo soluatur, aut quomodo, aut cuius nomine, modò solutum sit, *d. l arborib. §. quid tamen & clarius in l. qui fundum ff quemad ser amit. facit tex. l. forma. §. si cum ego ff de cens.* vbi solutio census, aut canonis facta per non habentem ius suo proprio nomine prodest habenti ius, quo ad conseruationem sui iuris censualis, Spec. *d §. nunc aliqua vers 82. Gul. de Cu. in d. l. arborib. §. quid tamen. Ias. in d. l. 2. colum. 19 numer. 68. versic. 25. quæro.* Idem potest facere procurator, maximè si sit ad hoc constitutus, per * communiter Doctor. vt per Corset *in reper. Abb verb. emphyteuta. in addit. incip. vtrum emphyteuta vadens vagando.* *

† Nec pari modo cadit à iure emphyteutico emphyteuta, qui cessauit soluere canonẽ per spatium 40. ann. & semper rem possedit, quia talis dicitur præscripsisse liberationem à pensione soluẽda, per Bald. *qui dicit in l. competit. de præscript. 30. vel 40. ann.* quia tanto temporis curriculo tollitur omnis actio, *l. sicut. & l. omnes. de præscript. 30. vel 40. ann. tenet Ias. in d l 2. col. 20. nu. 72. vers 28. sese remittens etiam alio.* 26

† Et similiter non militat ista conclusio, quando aliquis per instrumentum promisit omni anño soluere sextaria decem frumenti pro quodam fundo, quia talis ex cessatione solutionis non cadet à iure suo, nec incidet in pœnam *d l. 2. Codic. de iure emphyt.* quantocunque tempore cesset, quia non constat hunc esse emphyteutam. vel colonum, per Alber. *in d. l. 2. colum. 5. versicul. quid de quæstione.* idem est dicendum, si cessauit in solutione census perpetui, aut aliqua eleemosyna, vel legato, per Hostiens. *in Summ. de loc. §. fin. versicul. quid ergo. per Specu. de loc. §. nunc aliqua. versicul. 86.* vbi distinguit, quod si quidem debetur pensio Ecclesiæ ratione dominij, & de hoc constat, & tunc indubitanter res per cessationem incidit in commissum, *c pen. de loc & c. si item* si ratione eleemosynæ, & causa alimentorum relictum est, res esse affecta videtur, *l. 2 ff. de alim. & cib. leg.* 27

sed si

28 sed si † testator reliquit aliquid Ecclesiæ super tali fundo ad certum tempus, res non videtur affecta, vnde si solui cessatur, res non cadit, *arg. l. quidā testamēto. ff. de leg. 1.* Si vero legauit in perpetuum, tunc quilibet possessor tenebitur, & res affecta videtur. & si testator nō dixit, relinquo ad tempus, videtur in perpetuum reliquisse, *l. annua. ff. de ann.*
29 *lega.* & si non † constat, vtrum relictum sit, & ecclesia habet maius dominium ciuitatis, præsumēdum est deberi ratione dominij, *cap. omnis. de cens.* nisi probetur exemptio, *c. fi. de caus. prop. & poss.* sed si ecclesia non habet maius dominium, præsumitur intuitu ecclesiæ relictum: quia quod committatur, & incidat in commissum, est odiosum; & ta-
30 men † summa est ratio, quæ pro religione facit, *l. sunt personæ, ff. de relig. & sump. fune. c. cum & plantare. de priuileg. sequitur Ias. in d. l. 2. col. 11. vers. septimo quæro. num. 45.*

31 † Item non videtur militare conclusio, quādo ego habeo vnum fundum in emphyteusim à Seio, quo mortuo relictis pluribus hæredibus, cum vno ex illis facio ego, quod debeo, cum alio non, quia cessans cum illo, ego non cado, per Gul. de Cun. & Bal. *in l. communis libertus. ff. de in ius voc. secundum Ias. in d. l. 2. colum. 16. num. 58. versi. 18. quæro.* Quod videtur contra suprà in præcedenti *c. 2. nu. 10.* firmata de eo, qui cessauit soluere in parte canonem, nam si totum nō soluerit, intelligitur, prout diximus, per cessationem solutionis partis caderet: maximè si ego soluendo vni ex hæredibus non soluo totum canonem, sed partē tantùm sibi tangentem, per Ias. *etiā in l. fi. eod. tit. col. 35. q. 12. n. 124.*

32 † Item fallit ista conclusio, quando sumus in casu, quod nescimus, nec apparet, an ille, qui soluit sit emphyteuta nec ne, aut censuarius, an quomodo soluat, quia talis ex cessatione solutionis cuiusuis temporis non cadit à iure, per Alber. *in l. 2. C. de iur. emph. colu. 8. vers. quid de quæstione à me quæsita. vbi dicit;* se ità aliàs respondisse, ex quo non constat istum esse emphyteutam, aut colonum, vel quomodo: sequitur Ias. *in d. l. 2. col. 11. q. 3 nume. 43. versi. ad istam addite.* & apostillator ibi citat Dec. *in cons. 146. & Soc. in consi. 197.* idem tenentes. idem probat Ias. *in Authen. qui rem. col. 3 in 3. addit. sub nu. 10. vers. & not. diligenter C. de sac. eccl. ijdem Dec. cons. 38. col. 3. & Soc in cōs. 266. par. 2. itidē Mars. in sing. 95.*

33 Item † fallit ista conclusio, quando emphyteuta ignorans rem esse emphyteuticam cesset in solutione, quia tunc ignoranti non currit tempus, *l. semper. §. hoc interdicto ff quod vi, aut clàm.* & tanto magis, quia successit in factum alterius, in secundo datur præsumptio verisimilis ignorantiæ, & si cadit, datur & in integrum restitutio ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa videbitur, &c. *l. 1. in fi. ff. ex quib. caus. maior. per glo. quæ dicit in l. 2. Codic. de iur. emphyt. in verb. & secundum legem. ad fi. sequuntur Bart. Bald. Ang. Sal. qui dicit esse* * *communem ibi. Ias. versicu. in ea. glo. numer. 184. vbi per multa,* quæ cumulatiuè adducit, id confirmat. Dec. *consil. 58. in fi. Imo. in cap. potuit. numer. 56. de loc. vbi attestatur de* * *communi. Corn. consil. 165. in littera q. & r. lib. 2. Ias. in l. cum filiusfam. §. in hac stipulatione. numer. 7. ff de verb. oblig. Socin. iun. consilio 70. numer. 23. lib. primo. sequitur Iulius Clarus libr. quarto. §. emphyteusis. quæstio. 8. versicu. prosequendo. vbi dicit;* quod super hoc in practica nulla solet fieri difficultas, nisi dominus directi velit probare scientiam, quo casu cessaret causa restitutionis in integrum, & per consequens restitutio. in dubio autem hæres habet suam fundatam intentionem, quia scientia cum sit quid facti, non præsumitur, *vt ibi per eum.*

† Item non videtur habere locum conclusio, 34
quando emphyteuta non soluens accessit ad dominum, & fecit oblationem pensionis debitæ, quia talis oblatio sufficit ei ad euitandam pœnam caducitatis, & vt non expellatur, tenet glo. *in d. l. 2. in verb. secundum legem.* sequitur Saly. qui dicit ita * communiter teneri, *vt ibi per eum in fine. id pariter* * *attestatur Socin. in consilio 118. libro 4. in fin. sequitur Iason in dicta l. 2. versicu. in eadem gloss. numero 182. idem Clarus dicto loco, versicu. pone, quòd.* vbi subdit id esse intelligendum, modò oblatio fiat loco, & tempore congruis, & quòd talis oblatio sufficit ad euadendam caducitatem tantùm, non ad consequendam liberationem plenariam: quoniam ad eam obtinēdam requiritur oblatio, consignatio, & depositio, secundum Ias. & Clarum. Item intellige, quòd oblatio ista † fiat realiter, non au- 35
tem verbo tantùm; quia vbi opus est facto, verba non sufficiunt, vbi Ias. *num. 183. versic.* circa tamen. dat singulare remedium, vt verbalis oblatio excludatur, & nihil operetur, vt quando debitor dicit, Ego sum paratus soluere, creditor dicat, Ego sum paratus recipere; quia illo tunc actualiter non soluente, talis debitor offerens nihil operatur, & pro verbis verba reportat, *c. ecclesias. §. his itaque. 13. q. 1. ponit Bart. in l. fin. ff. de distra. pign. & alias vt ibi per Ias.*

Item fallit dicta conclusio in casu, de quo per Barb. *consi. 40. incip. præclarè. ad finem cōsilij. vol. 1.* vbi dicit; si † verba instrumenti emphyteusis, vel in- 36
uestituræ sint concepta non personaliter, sed in rem, & impersonaliter; & primo casu cum sit affecta persona, non afficitur res, vnde hæres ignorans non comprehenditur; si secundo casu, secus, quia multùm ista inter se differunt, per Bar. *in l. aut qui aliter. §. si ff. quod vi, aut clàm.* nam cum per verba sic impersonaliter, & in rem concepta comprehendatur posthumus, qui nondum natus, & non est homo, *l. cum inter veteris. C. de fideicom. liber.* ergò, inquit, multò magis comprehenditur hæres acceptoris, & per consequens posito, quod fuerit ignorans, tamen comprehenditur in tali pacto. & ideò, subdit, licèt scribentes dicant, quod hæres cessans soluere id, ad quod defunctus tenebatur, tanquam ignorans factum defuncti, restituatur in integrum, limitabitur, vt non habeat locum, quando verba in contractu sunt concepta in rem, vt ibi per Barbatiam. per quam limitationem venit exclusa dispositio *l. 2. & illius gloss. C. de iure emphyteutic.* Super quo considera.

SVMMARIVM.

1 *In censuario contractu nihil iuris remanet penes cōcedentem, nisi ius percipiendi censum.*
2 *Censuarius cessans in solutione etiam per longum tempus non cadit à iure suo.*

3 *Caute-*

3 Cautela, vt contractus scribatur emphyteuticus, ne censuarius censeatur.
4 Solutio facta per 40. annos arguit contractum emphyteuticum, non censualem.

CAP. IV.

SEd quid in censuario, an si cesset in solutione census per biennium, cadat à iure suo? Et videtur dicendum, quod non, etiam si cesset per mille annos in solutione. Et est ratio, quia censuarius habet in se translatum omne dominium, & quicquid iuris erat penes concedentem, quia fit iste contractus, quando quis habens dominium directum, vel vtile, illud vendit pro pretio centum cum pacto, quod sibi præstetur annuus census, puta decem, vnde penes vendentem † nihil aliud iuris remanet, nisi solum ius percipiendi illum censum, *c. constitutus. de relig. dom. l. 2. C. sine censu, vel reliqu. & c. per Archid. in c. quæsitum. 1. q. 3. dico supra in q. 2. c. 27. incip. contractus pariter censualis. & in q. 17. de constitu. annui census in reb. eccl. illiusque vendi.* Vnde cum ius, quod habet, non sit ius reuertibile ad aliam personam, nec sit ius in pendenti, sed ius penes ipsum omnimode translatum, & habeat rem solùm obligatam ad illa decem sine periculo caducitatis, aut amissionis, si cesset etiam per longum tempus, non † cadit à iure, nec re priuatur, *d. c. constitutus. vbi gl. & Innoc. per Imol. in c. ad audientiam. 2. col. ext. de reb. eccl. alien. vel non. Ias. in Auth. qui rem. C. de sacrosf. col. 3. in 3. addit sub nu. 10. vers. limita. sequitur Bal. in Auth. & qui. C. de bon. autho. iud. poss. col. 13. vers. quæro, pone.* vbi dicit, quod census est duplicis generis, alius est census, qui soluitur nomine liuelli, & si cessat debitor istius, incidit in commissum: alius, qui soluitur nomine propriæ rei, & quia proprietas est non soluentis, non incidit. idem Bal. *in l. 1. §. 1. ff. de publica. per Abb. in d. c. cõstitutus. col pen. sub nu. 21 sub vers. alia differentia.* vbi dicit esse notandum, quod cauti simus in † concessionibus, vt scribi faciamus ad emphyteusim, non ad censum, quia in dubio semper præsumitur contractus censuarius, non emphyteuticus. per Dec. *in d. Auth. qui rẽ col. 3. vers. tertiò regula. Ias. l. 2. col. 11. nu. 41. vers. tertiò quæro. C. de iure emphyteutic. per Cass. sio. decis. 2 de iureiuran.* vbi habetur, quòd contractus census non habet caducitatem ob non solutionem. Sed Ias. *contra in d. l. 2. col. 55. nu. 164. vers. octauò quæro* quod si in instrumento sit dictum: Concedo ad emphyteusim, vel ad censum, quod in dubio præsumitur contractus emphyteuticus, secundum Io Fabr. quem allegat. *per tex. in l. 1. & l. species ff. de auro. & argen. lega. vt per Ias in seq. q vers. nono quæro. vbi tenet;* quod si non apparet de aliquo contractu præcedente, & † apparet solutio facta per 40. ann. quod tunc per eundem Ioan. Fab. præsumitur præscriptus contractus emphyteuticus, non censualis. Quod tamen limitat, quando contractus emphyteuticus magis frequentaretur in regione, quàm contractus censuarius, aliàs esset contra. Ad quod vide Bald. *in consil. 21. volum. 1. & Socin. in consil. 266. colum. 4. cum seq. volum. 2.*

(margin numbers: 1 at "ta decem", 2 at "gum tempus", 3 at "esse notandum", 4 at "contractu præcedente")

* * *

SVMMARIVM.

1 Colonus qui cessat in solutione pensionis, an, & quomodo expelli possit.
2 Dominus non potest ingredi domum locatam absente colono, nisi transacto biennio.
3 Distinctio an, & quando dominus colonum expellere possit.
4 Pactum, quòd colonus non possit expelli, intelligitur, si colonus soluat.
5 Inquilinus ad modicum tempus non habet ius in re, nec possidet.
6 Colonus à præsenti vsu rei cum primùm cessat, expelli potest, sed à tota conductione potest tamen expelli, si cessauerit per biennium.
7 Distinctio Bart. inter emphyteutam, & colonum cessantes in solutione.
8 Domino dantur tria remedia ad petendam pensionem.
9 Distinctio Imolæ in conductore cessante.
10 Colonus, vel inquilinus non potest expelli pro vno nummo non soluto.
11 Aequitatem sequi debemus, vbi non habemus ius scriptum.
12 Colonus ex aliis causis, quàm ob non solutam pensionem, expelli potest.
13 Inquilinus quomodo dicatur peruersè versari in re locata.
14 Colonus an ipso iure cadat, vel authoritate propria, vel mediante officio iudicis.
15 Colonus partiarius quomodo constituatur, & quando cadat.
16 Colonus ad longum tempus, quia habet ius in re velut emphyteuta, non expellitur, nisi elapso triennio, vel biennio.
17 Conductor vectigalium, si debitis terminis cesset soluere pensionem, expellitur.
18 Emptor fructuum ad lustrum, si cessat debito tempore soluere pensionem, potest expelli.

CAP. V.

SEd colonus, † qui cessat in solutione pensionis suis debitis terminis, & temporibus, an, & quomodo cadat, & expelli possit, variæ sunt Doctorum opiniones. nam secundum aliquos si biennio cessat, expelli potest, tenet glo. *in Authen. qui rem. Codic. de sacrosanct. eccle. in verb. per biennium. per tex. in l. quæro. §. inter locatorem.* qui id dicit, *vbi glo. in verb. biennij. ff. locat glo. in §. adeò. in verb. vtimur. Instit. loca.* vbi dicit; quod emphyteuta ecclesiæ, & colonus cessans biennio in solutione cadit. glo. *in §. scire in verb. hominum. Authen. de non alien. & in l. vectigalia. §. 1. in gl. pen. ff. de public. vltra text. d. §. inter locatorem. est tex. in d. Authen. qui rem. text. in cap. propter. loca.* vbi inquilinus expellitur, qui cessauit in solutione canonis per biennium. vbi glo. *in verb. canonem.* intelligit de colono, aut inquilino, qui cõduxit ad decem ann. aut plus, aut minus, & ad sex, aut quinque, per Alber. *in l. 2. Cod. de iure emphyt. colum. 2.* per quæ iura adducta apparet, quod colonus ecclesiæ cessans soluere priuatur biennio. vnde si ecclesia, cui magis fauetur in breuitate temporis, quia emphyteuta ecclesiæ biennio, emphyteuta priuati trien-

triennio expelletur non potest expellere colonum intra triennium, multo minus priuatus non potest ante triennium. facit text. *in l. cum domini*
2 *horreorum ff. loca.* vbi non datur † licentia domino intrandi domum locatam, quando colonus est absens, nisi transacto biennio, vnde minus ante biennium illum expellere poterit.

3 † Alia opinio est, quod ità demùm non possit expelli intra biennium, & nisi elapso biennio, si quidem fuerit factum pactum inter locatorem, & colonum, vt non possit expelli: quia si fuit tale pactum, non potest expelli, nisi cesset biennio; si verò non sit tale pactum, posset expelli statim, quod cessat soluere, & quod sit in mora soluendi dicit glo. *in l. ade. in verb. soluisti. C. loca.* hanc opinionem sequuntur Bart. & Angel. *in l. secunda, Codic. de iure emphyteuta Barto. in dicta Authen. qui rem. idem in d. §. inter locatorem. Abb. in d. cap. propter. loc. colum 3. numer. 10. versicu. nota vltimò.* vbi dicit; quod aut locatio fuit facta ad longum, aut ad modicum tempus. si primo modo, & tunc, aut fuit constituta vna pensio pro toto tempore, & si non soluit in tempore conuento, expelli potest, & cadit, quia non seruanti legem contractus non est ei fides seruanda. Aut pensio est constituta singulis annis, & tunc non cadit, nisi biennio lapso, quod
4 habet † locum, etiam si fuit conuentum, quod non possit expelli. nam tale pactum, quòd non possit expelli, intelligi debet, si soluat. vnde, inquit Abb. ibi, in casu coloni non est differentia inter ius ciuile, & ius canonicum: quia secundum vtrunque ius requiritur biennium, secus in contractu emphyteutico. Si verò locatio est facta ad modicum tempus, quod modicum tempus intellige citra decem annos, non est necesse expectare biennium, sed si non soluit pensionem tempore, debito potest expelli, etiam propria authoritate domini. Et inter istum casum, quando ad modicum, & quando ad lon-
5 gum, ratio diuersitatis est: quia inquilinus † ad modicum non habet ius in re, nec possessionem, vnde si expellitur nõ habet aliquod interdictum, colonus autem ad longum tempus possidet, & habet ius pinguius, *l. 2. ff. si ager. vectigal.* ideò non potest sic repentè expelli, ideò expectatur biennium, vt per Abb. *dicto loco.*

6 † Alia est opinio, quod si dominus vult expellere colonum cessantem soluere à præsenti vsu rei tantùm, & tunc, cum primum cessat, potest expellere, aut vult expellere illum dominus à tota conductione, & tunc nõ potest, quia requiritur biennium, ita intelligunt Iac. But. & Bald. *d. Authen. qui rem. Bal. in d l ade. 2. colum. idem in l. 2. versiculo sed an emphyteuta C. de iure emphy. Sal. Fulgo. Pau. de Cast. in d. Auth. qui rem.*

7 Alia, & quarta opinione videtur esse Bart. *in d. l quaero. §. inter locatorem.* vbi magistraliter distinguit. Aut loqueris in emphyteuta cessante in solutione, aut in colono simplici. si primo casu, aut est emphyteuta priuati, & requiritur, quod cesset per trienniũ, aut est emphyteua ecclesiæ, & requiritur cessatio biennij. Aut loqueris in simplici colono, & tũc nõ potest expelli, nisi sit cessatũ per biennium. Aut promissio de non expellendo non est facta, & tunc si colonus, & inquilinus est præsens, & cessat soluere, & tunc statim expellitur, *d. l. ade. C. loca.* aut est absens, ità quod non reperitur, & tunc expectatur per biennium, *l. cum domini. ff. loca.* Hanc distinctionem, & doctrinam Bart. sequitur Ias. *in d. Authen. qui rem. in 3. addit. colum 3. numer. 12. versicul. tertia conclusio est. & in d. l. 2 colum. 9. & 10. numer. 27. versicul. tertia est conclusio. Codic. de iure emphyteut.* secundum quam, inquit, apparet solutio omnium contrariorum, & cõcordatio. quia aut pactum factum fuit cum colono de non expellendo eum, & requiritur lapsus biennij, vt pactum aliquid operetur, & sic loquitur *§. inter locatorem.* aut non fuit pactum, & tunc si colonus abest, ità quod non reperitur, & tunc pari modo biennium expectatur, & ita loquitur tex. *d. l. cum domini horreorum.* vel colonus est præsens, & tunc cum primùm cessat soluere, expelli potest hedum à præsenti vsu, sed & à tota conductione: addens Ias. ibi, quod speciale est in colono Ecclesiæ, vt non possit expelli, nisi transacto biennio, quia perdit melioramenta. item speciale est, vbi pactum de non expellẽdo cessante est appositum, *d. §. inter locatorem. qui est tex. singularis ad hoc, per Imolam, & Lud. Rom. in d. l. vectigalia §. 1. ff. de publican. & Imol in d. cap. propter. 24. & 26 colum. de loca.* item est speciale, vbi colonus est absens, *l. cum Domini horreorum allegata.* vnde si ista sunt specialia, est dicendum, quòd in contrarium sit dispositio iuris communis. vnde cessans in solutione colonus, & morosus statim potest expelli ex iuris dispositione. Et solùm obstat text. *d Authent. qui rem.* ad quẽ respondetur, quòd ideò colonus Ecclesiæ non eijcitur, nisi post biennium, quia tractatur de illius magno præiudicio, attento, quod perdit melioramenta, & est secus in colono priuati, qui melioramenta non perdit, *vt ibi per Ias.*

Mihi autem non displicet ista distinctio, quam sequi videtur Alber. *in d. Authen. qui rem. versicul.* & ideò distinguit, quod aut agitur de emphyteuta Ecclesiæ expellendo, & seruatur dispositio *d. Authen.* de biennio, *& d. cap. potuit.* aut de emphyteuta priuati, & requiritur triennium, *l. 2. allega.* aut agitur de colono ad non modicum tempus, & expectatur biennium; aut de colono ad modicum tempus, & tunc primo anno potest expelli, nisi sit actum in contrarium, subdens, Vel † dic contra 8
colonum tria esse remedia primo, quia petere potest Dominus pensionem ex locato: secundò potest illum expellere tanquam de re propria, & si excipiat de locatione, replicet Dominus, quod nõ soluit pensionem, quia non debet ei prodesse cõtractus, quem noluit adimplere pro parte sua. item potest eum expellere tanquam de re conducta, & tunc fortè expectatur biennium, per iura ibi per Alber. adducta. † Facit Imola *in d. cap. propter. de loca. colum. 13. versicul. in conductore.* quod aut 9
est conductor ad breuissimum tempus, & statim potest expelli eo ipso, quod non soluit pẽsionem, quia tunc non videtur implere contractum ex parte sua, prout facere debet, *l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp* idem dicas, quando locatio facta est ad biennium solùm, vel ad minus tempus; quod non est necesse expectare biennium, nec finem bi-

ennij,

ennij, quia tunc posset expelli propter finitã locationem. Si verò conductio est ad maius tempus biennio, & tunc, vel est pactum, quod non possit expelli, vel non: si est pactum, & tunc pactum est intelligendum, nisi differatur soluere biennium; si verò non est pactum, & simpliciter facta locatio, & tunc poterit locator in continenti eo ipso, quòd non soluit pensionem, etiam non expectato biennio, ipsum expellere. quod, inquit, Imola verum de iure communi quando non est conuentum, quo tempore debeat fieri solutio, nec apparet de consuetudine, aut de statuto, quo tempore sit facienda, quia ante illud tempus conuentum statutarium, vel consuetudinarium non debet expelli.

10 Nec potest † expelli inquilinus, seu colon⁹ pro vno nummo non soluto, quia id æquitas non dictat, *l. quamuis. ff. de cond. & demonstr.* nisi vbi in vno nummo reputaretur honor Domini, vt in feudo, & emphyteusi nostri temporis, nam quæ sunt paruæ quantitatis, quandoque sunt magnæ conside-

11 rationis, quia sunt magnæ qualitatis, & vbi † non habemus ius scriptum, debemus sequi æquitatem, per Bald. *in l. ade. versicul. sed pone, locaui versicul sed nunquid. Codic. loca. hanc opinionem sequitur Ias. in d. l. 2. colum. 15. numer. 54. versicu. quid autem. Cod. de iure emphyt.*

12 Item potest colonus, vel inquilinus inuitus è domo repelli ex alijs causis; pone, si velit Dominus domum reficere, si pro se habitare, & pro necessitate, quæ superueniat post locationem, id est, pro necessitate, quæ non erat tempore factæ locationis, & si peruersè agat, & peruersè conuersetur in re locata, & si per biennium cesset in solutione, vt habetur *in d. cap. propter. de loca. vbi Abb. colum. fin numero 16. versicul. in gloss. in verb. peruersè.* secundum Ioan. intelligit peruersè versari

13 † in damnum dando, veluti si tenet porcos in solario, aut aliter damnificet domum. item si peruersè se habet in domo sine damno, pone tenendo prostibulum, vel ludum, vel exercendo vsuram, vt ibi per Abb. per Bald. *in dicta l ade. versiculo quaero, qualiter. Codic. loca.* vbi dicit; quod ad hoc vt possit expelli, debet intelligi malè versatus multum, non modicè deteriorando, & hoc modicum, aut multum residet in arbitrio iudicis.

14 † Et an colonus ex † præfatis causis cadat ipso iure, vel expellatur, & an authoritate propria Domini, an vero mediante iudicis officio, habetur in gloss. *in verb repellere. & ibi Ias. ad longum in d. l. 2. Codic de iure emphyt. latè Bertachin de Firmo in tract. de gabel par. 2. quaestio. 15. numer. 30. versicul. conductor. vbi multa accumulat Paul de Castren. & alij in d. Authen. qui rem. 2. colum. versicul. in text.* ibi, vbi an sufficiat, quod Ecclesia declaret velle illum cecidisse, an requiratur sententia priuatoria. In practica tamen seruatur, quòd primo ipsa Ecclesia, vel Prælatus, aut rector declaret voluntatem suam, & facta ista declaratione, requiritur sententia declaratoria.

15 Colonus vero † partiarius, qui est, quando fundus locatur, non certa mercede consistente in pecunia, quia tunc verè est colonus, & vera locatio, sed quãdo locatur fundus ad certam partem fructuum, vt per Bar. *in l. si merces. §. vis maior. numero 3. versic. tertio not. & numer. 9. versicul. vlt. not. ff. loca. Abb. in d. cap. propter. colum. fin. num. 14. vers. in eaglo. de loca.* siquidem, dico, colonus partiarius cesset in solutione, potest expelli, quia non seruat conditionem societatis, quia eius contractus sic initus cum domino est contractus societatis; si autem est quasi colonus, quia præstat mercedem in alia re, quàm in pecunia, erit idem, quod in vera locatione nummis facta, per Bal. *qui ponit in d. l ade. C. loca. versi. item quaero.*

Colonus autem † ad longum tempus, siue con- 16
ductor ad longum tempus, quia in eo videtur militare eadem ratio, quæ militat in emphyteuta, qui habet ius in re. per Bald. *in dicta Authen.* qui rem. non expellitur, nisi lapso triennio, si sit priuati, & biennio, si sit ecclesiæ, per Angel. *in Authen. de non alien d. §. scire autem. tenet Abb. in d. cap. propter. vlt. nota. sub numer. 10. versicul. sed concl. de loca. vbi But. & Imol 25. colum. & seq. per Bald. in cap. littera de dilat. sequitur. & refert Ias. in d. l. 2. colum. 10. & sequen. numer. 39. vers. praedicta procedunt.*

Conductor quoque † vectigalium, si debitis 17
terminis, & temporibus cesset soluere pensionem, & debitum, expellitur, cadit, & reuocatur locatio sibi facta, dicit text. *in d. l. vectigalia. §. non solutis. ff. de publica.* ad literam, vbi Paulus de Cast. summa, quòd conductores gabellarum si deficiet soluere in aliquo termino, statim sibi potest auferri gabella: vbi Bar. *& alij. & Bart. in l. fundum vectigalem. C. admini. rer. publica. lib. 11. vbi probatur. & in l. quod semel. ff de decret. ab ord. facien. Imo in d. §. non solutis. Ludo Rom. in l commissa. ff de publican Ias. in d. l. 2. colum 11. sub num. 39. versi. quid autem. C. de iure emph.*

Emptor † quoque fructuum ad lustrum, qui 18
certis terminis, aut temporibus conuenit soluere pretium, si cesset termino, & tempore debito conuentam pensionem soluere, aut pretium, potest expelli, quia talis similis est conductori, Clem. *monasteriorum. de reb. eccle. non alie.* quia est eadem æquitatis ratio, quia non est inspiciendum nomẽ contractus, sed rerum substãtia, per Bald. qui ponit, & tenet *in d. l. ade. col. 2 vers. sed quid de eo.* vbi respondet ad tex. *in l. si quis ita ff. de vsufru* quod loquitur in gratuita dispositione, non quando soluitur annua, vel distributiua merces, aut collectiua sub conditione temporis distributiui fructuũ per singulos annos percipiendorum, vt per Bal. *d. loco. in dictis adductis per Bar. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publican. sequitur Ias. in d. l. 2 colum. 12. nume. 44. versic. quintò quaero. C. de iure emphyt.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta, vel colonus expelluntur ob rei deteriorationem.*

2 *Conductor duobus modis peruersè agit in re conducta.*

3 *Colonus quatuor de causis è re conducta expelli potest.*

4 *Colonus, si in vna ex duabus rebus locatis malè versetur, ab vtraque potest expelli.*

5 Dete-

5 *Deterior res fieri dicitur, quando à primo statu diminuitur.*
6 *Res deterior reddita non dicitur reddita.*
7 *Deterioratio debet esse magna, & notabilis quantitatis.*
8 *Deterioratio modica attenditur quò ad interesse.*
9 *Conductor, qui malè vtitur, ad hoc vt possit expelli, tria debent concurrere.*
10 *Coloni, qui vltimo anno malè versantur, vt plus percipiant, tenentur ad interesse.*
11 *Emphyteuta non potest arbores fructiferas amputare cum magna rei deterioratione.*
12 *Emphyteuta non tenetur de leuissima culpa.*
13 *Culpa leuissima in faciendo æquiparatur leui in non faciendo.*
14 *Res non dicitur deteriorata, si reperitur in eadem æstimatione.*
15 *Emphyteuta, si in vna ex pluribus rebus emphyteuticis malè sit versatus, an ab omnibus cadat.*
16 *Emphyteuta non excusatur, si rem deteriorauerit, licèt aliam rem meliorauerit.*
17 *Cessatio canonis, & deterioratio æquiparantur, quò ad expulsionem sed in multis differunt.*
18 *Argumentum non tenet de eo, quod fit in committendo, ad illud, quod fit in omittendo.*
19 *Expulsus ob non solutionem, sicuti tenetur ad canonem non solutum, ita expulsus ob deteriorationem tenetur damnum resarcire.*
20 *Promissio pœnæ non liberat ab expulsione ob cessatam solutionem.*
21 *Expulsus propter deteriorationem, perdit melioramenta in re emphyteutica facta.*
22 *Pactum, quòd emphyteuta non possit ob rei deteriorationem expelli, valet.*
23 *Sententia super deterioratione debet ferri ad hoc, vt emphyteuta expelli possit.*

CAP. VI.

ITEM deterioratione, & ob deteriorationem
in re commissam emphyteuta, inuestitus, aut
colonus cadit à iure, & expellitur, per text. *in*
Authen. qui rem. Codic. de sacrosanct. eccles. vbi qui
1 † rem huiusmodi conductam, vel in emphyteusim
acceptam deteriorem fecerit, vel canonem
emphyteuticum intra biennium non soluerit, hac
lege repelli poterit. habetur in tex. *in cap. propter.*
extrà locat. vbi annumeratis aliquibus casibus, in
quibus conductor è re conducta expelli potest,
Rationabiliter etiam, inquit text. amouetur, si
peruersè ibi fuerit conuersatus, vbi Abb. *colum.*
2 *fin. numer. 16.* dicit; quod duobus modis † peruersè
agit conductor. primo, quando peruersè agendo
damnum dat, vti si tenet porcos in solario, aut
aliter damnificet domum, & peruersè se habet sine
damno, pone, tenendo prostibulum, & ludum
in domo conducta, vel exercendo vsuram, tunc
potest expelli sine remissa sibi pensione pro rata
temporis, quia dominus non debet sentire hoc
damnum ex culpa inquilini, &c. Idem habetur in
text. *in l. 3. C. locat.* vbi text. habet, quod quatuor
3 de causis † potest inquilinus, vel colonus è re conducta
expelli, ob cessatam solutionem, si velit domum
suis vsibus dominus, si velit eàm reficere, si
malè sit in ea versatus. vbi Bald. *2 colum. versi. circa
quartam.* dicit, quod tunc malè versari dicitur,
quando rem deteriorauit de eo, quod erat tempore
cóductionis. id quod, inquit, verum, si multum
deteriorauit, putà arbores fructiferas excidendo,
arg. *l. diuortio. § si fundum. ff. solut. mat.* subdit,
† quod duabus rebus locatis si conductor sit 4
in vna malè versatus, quod nedum ab ea, in qua
malè versatus est, sed ab vtraq; potest expelli, quia
cum vnus fuerit contractus, malè versando in vna,
malè versatur circa totum; & delinquens
in parte, priuatur in totum, *vt ibi per eum. vbi subdit,*
quod conductor inhonesta faciens, & ibi tenés
meretrices, tunc expelleretur; si quidem ex hoc
generatur grauamen locatori, putà, quia domus
locata est in eodem claustro cum sua, in qua habitabat,
quia tunc videtur conductor malè versari,
si meretrices inducat, aut alia inhonesta faciat, aut
nullum est detrimétum quoad famam, aut aliud,
& tunc ex tali causá non potest expelli, *vt ibidem.*

Et tunc dicitur † rem fieri deteriorem, quan- 5
do ab eo statu, in quo prius erat, res diminuitur,
*l. 2. § deteriorem. ff. ne quid in loco publico. & in l. non
solùm. ff. de rei ven.* & deterioratio rei à peremptione
distinguitur, *l. necessario. § quod si pendente lib. 2.
in 6. de peri. & comm. rei vend. facit text. in l. deperditum.
ff. de pet hæred.* & quandoque etiam ius deterius
fieri dicitur mediante peremptione, *l. & si
post vbi glo. in verb. deterius ff. si quis cautio.* facit, quia
res † deterior reddita, non dicitur res reddita, *l.* 6
*3. §. si reddita. ff. commod. per Dec. in d. Authen. qui
rem. colum. 1. versicul. in text.* Et non sufficit ad
hanc caducitatem, aut expulsionem quælibet,
vel simplex deterioratio, sed requiritur qualificata
deterioratio, quia ista deterioratio † ad hoc, vt 7
expellatur non debet esse modica, aut leuis, sed
magnæ, & notabilis quantitatis, per Paulum de
Castro *in d. Authen. qui rem. in princip. ibi, deteriorem,*
subaudi magnæ quantitatis: quia de modica
non esset curandum, quantum vt possit expelli,
per Doctor. *in l. scio. ff. de restit. in integr.* sed benè
licèt † in modica non expellatur, tenetur dete- 8
rioratus interesse refundere, vt ibi per Castren.
Bal. *in d. l. ade Cod. loca. versicul. quaro, qualiter.* vbi
dicit, quod istud multum, & modicum quantum
sit, est arbitrio iudicantis.

Declarat melius Bal. *in d. Authen. qui rem. colum.
2. versic. secundo nota.* vbi dicit; quod ad hoc, vt qui
malè vtitur possit expelli, tria debent concurrere.
Primo, quod sit deterioratio notabilis quantita- 9
tis, nam pro modica non fiet rescissio contractus,
ff. de in integr. rest. l. scio. Secundo, quod sit ad perpetuam
deteriorationem, & sic in proprietate sit
deterioratio, non respectu fructuum tantùm, vnde
licèt non colat solicitè agrum: & ager efficitur
deterior respectu fructuum, non potest propterea
repelli. sed est secus in vinea, quæ ex hoc desicatur,
& in perpetuum deterioratur, per Iaso. *ibidē
in additio. 2. sub num. 7. per Bar. & Paul. de Cast. in l. &
hæc. § cum fundum ff. loca.* quod coloni, qui vltimo
anno nolunt † putare vineas, vel totum prædium 10
seminant contra naturam prædij, vt plus percipiant,
vnde dominus in anno sequenti damnifice-

tur, tenentur ad interesse. idem Ias. *l. 2. col. 27. num. 98. quaest. 42. C. de iure emphyt* Et ratio est, secundum Bald. ibidem; quia compendium fructuum praecisè pertinet ad emphyteutam, ideo non interest domini, sed deterioratio rei perpetuae bene respicit ad proprietarium, vnde non potest emphyteu-
11 ta amputare † fructiferas arbores cum magna deterioratione rei, *l. diuortio. §. si fundum ff. solut. mat.* Tertio loco requiritur, quod deterioratio sit cōmissa dolo, lata culpa, vel leui, nam de culpa leuissi-
12 sima non † tenetur emphyteuta, per gloss. *not. Authen. de non alien. §. scire. refert Ias. in d. Authen. qui rē. in 1. addit. nu. 7. versic. limita praedicta.* vbi multos citat, & alios citat, qui secundum istam doctrinam Bald. consuluerunt, prout & ipsemet dicit se pariter consuluisse. Sequitur Dec. *in d. Authen qui rem. col. 2.* vbi declarando dicit, quòd emphyteuta etiā tenetur de culpa leuissima: quia illa regula, quod emphyteuta non teneatur de leuissima, procedit; vbi agitur de culpa in nō faciendo, & sic de negligentia, quia eo casu non venit culpa leuissima in contractu, qui gratia vtriusque celebratur; secus videtur esse in culpa cōmissa in faciendo, de qua agitur, quando emphyteuta rem deteriorem facit, quia illa est culpa maior, per glo. *l. si mora. ff. solut.*
13 *matr.* vnde culpa † leuissima in faciendo aequiparatur leui in non faciendo, concludit Bar. *in l. quod Nerua. quaest. 7. versic. item quaero. ff. depos. l. si constante. §. si maritus. ff. solut. mat.* & itā dicendum est, quòd emphyteuta in casu deteriorationis etiam de leuissima culpa teneatur, vt per Dec. ibi. vbi addit, quod deterioratio in casu isto habet considerari in damno, non respectu lucri, *l. 2. §. portio. ff. ad legem Rhod. de iact.* declaro Decium, quod deterioratio, tunc intelligitur esse, vel fuisse, si rei damnum prouenit aliquod, non, si lucrum cessauit, vel si lucrum non prouenit.

14 Et res non dicitur deteriorata, † si reperitur in eadem aestimatione, id est, si hodiè tanti pretij aestimetur, quanti prius, & tempore concessionis aestimabatur, licèt in bonitate intrinseca facta sit deterior, per Bal. *in l. si inter virum. in fi. per glo. ibi. Cod. de iure dot.* vbi dicit; quòd si praedium datum in dotem restituatur deterioratum in substantiali qualitate, seu intrinseca bonitate, quae ipsi rei cohaeret, & ab ea separari non potest, pone, quia maritus non immisit foueas fundo, tamen in pretio tantum valet nunc, id est, tempore restitutionis, quātum valuit tempore dati in dotem, quòd talis intrinsecae deteriorationis ratio non erit habenda, quia solùm pretium cōuentum, & taxatum attenditur, nec vltrà quicquam potest peti, qualiscūque ergò sit res in bonitate intrinseca, si continet idem pretium, sufficit, per Bald. *d. loco in finalibus*
15 *verbis.* Sed quid si malè † versatus sit emphyteuta, aut colonus in vna de pluribus rebus sibi emphyteuticatis, vel locatis, an ab omnibus priuetur, & cadat? Et videtur, quod si sit vnicus contractus, & indiuisibilis, quod propter vnitatem, & indiuisibilitatem contractus praestationis canonis, totus reputatur vnus contractus, *ff. de adil. edic. l. si plura. per Bald. in Authen. si quas ruinas. colum. fi. versiculo nunc reuertor. Codic. de sacrosanct. eccles.* vnde si in vna malè versetur, quòd ab omnibus expellatur, & cadere debeat ab omnibus. per Bald. *in dicta l. ade. colum. vlt. Cod. loca. versiculo, sed quid si ex pluribus rebus. idem melius in l. cum eiusdem. in finalibus verbis. ff. de adil. edicto.* quod si emphyteuta in pluribus rebus in vna malè sit versatus, ab omnibus cadat. Sequitur Alex. *consilio 118. in casu, de quo quaeritur. numero 2. versiculo accedit. in fin. volum. 5.* loquens in terminis locationis, & conductionis, quòd si sub vnica pensione facta est locatio omnium rerum, videtur, quòd si conductor sit malè versatus in vna, ab omnibus repelli debeat, *vt ibidem. Sequitur Barb. ad Bald. in d. l. ade. colum. fin. Codic. loca.* vbi dicit; quod tunc consulebat in casu pro Cardinali Mantuano, qui locauerat plura nemora suae ecclesiae, de quibus fuerat deterioratus in vna.

† Nec excusatur à caducitate, vel expulsione 16
emphyteuta, qui rem deteriorauit, licet aliam rem meliorauerit, vel illam, quam deteriorauit, in parte meliorauerit, propter quam meliorationem veniret deterioratio recompensata, quia per tex. *in d. Authen qui rem.* etiam istis melioramentis priuatur, & dicta melioramenta perdit, per Ias. *in d. Authen. qui rem. in 2. addit. numer. 8. versiculo quid autem.* vbi dicit videndum esse tex. *in l. in fraudem. §. conductor. versicul. non substitutis alijs. ff. de iure fisc.* secundum intellectum, quem dant ad illum Pau. de Cast. & Alex *in dicta l. & hac. §. cum fundum. ff. loca & per Angel. in l. si colonus. ff. arbo. furt. caesa.* Contrarium tenet Bald. *in dicta l. ade. versiculo, sed quid si ex pluribus rebus male versetur in vna.* vbi dicit; quòd si eandem rem in vna parte meliorauit, in alia deteriorauit, fit compensatio, cessante dolo.

† Et licèt ad causandam caducitatem, & expul- 17
sionem aequiparentur cessatio in solutione canonis, & deterioratio; tamen in multis inter se ista differunt. quia in solutione canonis cessata requiritur tempus biennij, & seu triennij antequam emphyteuta possit expelli, in deterioratione nullum tempus expectatur, nulla datur dilatio, quia statim, & incontinenti deteriorans rem potest expelli. Et ratio diuersitatis videtur esse manifesta, quia cum culpa, quae consistit in deterioratione, sit culpa, quae consistit in faciendo, quae culpa regulariter reputatur grauior, per gloss. *in l. si mora. ff. sol matr.* culpa vero, quae committitur in cessando soluere, sit culpa, quae consistit in omittendo, quae est minor, non valet argumentum † de 18
eo, quod fit in committendo, ad illud, quod fit in omittendo, Bar. *in l. licet. § fi. ff. de pecul. facit text. l. argentarius. §. cum autem. vbi Bald. ff. de edem.* vnde culpa leuissima in faciēdo aequiparatur leui culpae in non faciendo, vt dixi supra, per Bart. *in l. quod Nerua. 7. q. ff. depos.* merito propter deteriorationem expelli statim potest, qui ob non solutionem non pōt, nisi transacto biennio. Late Dec. *vbi hanc conclusionem firmat, in d. Authen. qui rem. 3. colum. versiculo quarto nota. Codic. de sacrosanct. eccles.* Et
† vti emphyteuta, qui expellitur propter cano- 19
nem non solutum, tenetur soluere canonem praeteriti temporis, pari modo si expellatur propter deteriorationem, tenetur damnum resarcire, *d. Authen. qui rem.* pro quo facit, quod si promisit poenam,

20 nam, † si pensionem non soluat, non soluendo pœnam, incurrit, & nihilominus potest expelli, not. *per gloss. in l. 2. in verb. repellere. versicul. item quid si emphyteuta. Codic. de iure emphyteut. per Alexandr. in consilio 132. incip. in causa inter vniuersitatem Strazarolorum. colum. 1. sub numero 2. versicul. circa secundum dubium. volum. 4. vbi dicit d. gloss. esse* * *communiter approbatam.* firmat hanc eandem conclusionem Dec. *in dicto Authen. qui rem. colum. 4. versicul. quintò nota.*

21 † Et priuatus re propter deteriorationem perdit etiam melioramenta in re facta, quæ cum ipsa deterioratione compensantur, & si talia sint melioramenta, quæ cum deterioratione compensata faciant rem esse in eadem æstimatione, & in eodem pretio, compensatio admittitur, & quatenus melioramenta extendant deteriorationem, illa perduntur, per iura, quæ cumulate adducit Dec. *in dicta Authen. qui rem. colum. 4. versicul. sextò nota.*

22 † Fallit tamen ista conclusio, quòd ob deteriorationem rei expellitur emphyteuta, si sit factum pactum, quod etiam ob deteriorationem non possit expelli: & non cadat, quia tale pactum seruari debet, & valet, secundum Specul. *adductum per Ias. in d. l. 2. colum. 36. numero 119. versicul. similiter secundum eum.* vbi inquit, valet pactum, quod ob deteriorationem non expellatur emphyteuta: quod, inquit, nota ad limitationem dispositionis *Auth. qui rem.*

23 Et an in casu deteriorationis, & super † deterioratione requiratur sententia declaratoria ad hoc, vt emphyteuta possit expelli, Alber. *in d. Auth. qui rem. sequutus Innocen. in cap. potuit. de locat.* tenet, quod sic. *Ias in d. l. 2. col. 27. nu. 99. q. 43. C. de iur. emphyt.* videtur tenere contrarium, quod non requiratur sententia, cum non requiratur in casu cessatæ solutionis, cum ista duo parificentur, iuxta deducta per eum in 5. not. *in textualibus in d. l. 2. ad quæ se Ias. remittit.* Ego considerans, quod licèt cessatio solutionis, & deterioratio in aliquibus, non tamen in omnibus parificantur, vt supra aliquid dixi, & quod deterioratio cum sit facti, debet probari, aut saltim liquidari per illam allegantem, & sic per Ecclesiam, vel Dominum directum, id quod non euenit non cessata solutione, cuius probatio spectat ad emphyteutam, vt dico in rubrica de solutione canon. &c. & sic casus sunt diuersificati; item considerans, quod non per omnem deteriorationem expellitur emphyteuta, sed requiritur, quod deterioratio sit qualificata tribus qualitatibus, *de quibus, dico suprà eo. versiculo declarat melius Bald.* puto, quod in hoc, quòd sit tanti viri pace dictum, non benè sentiat Ias. & quotidiè in practica seruatur, quod allegantur, deducuntur, probantur deteriorationes, & iudicis sententia iudicialiter declarantur, & terminantur: hanc opinionē tenet Alex. *in d consil. 118. colum. 3. numer. 11. post versicul. secundò respondeo. volum. 5.* vbi dicitur, quod si sumus in casu, quod possit expelli, & priuari, in primis requiritur discussio, & sententia, *capitulo 1. de sen. sin. culp. &c. & alias, vt ibi per eum.*

* * *

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ecclesiæ, & priuati deteriorans expellitur, & cadit.*
2 *Deteriorare, & non soluere æquiparantur.*
3 *Emphyteuta incidendo arbores fructiferas potest expelli.*
4 *Emphyteuta an possit syluam extirpare, vineam plantare, domum ædificare.*
5 *Deterioratio modica non attenditur, sed debet esse notabilis.*
6 *Feudatarius propter deteriorationem expelli potest.*
7 *Vasallus malè tractans subditos est monendus, & posteà ei castrum auferri potest.*
8 *Argumentum de vasallo ad emphyteutam quò ad pœnam infligendam non tenet.*
9 *Vsufructuarius rem deteriorans an possit expelli.*
10 *Emphyteuta Ecclesiæ rem deteriorans potest expelli.*
Idem in emphyteuta, colono, vel conductore priuati, vt num. 11.
12 *Dispositio loquens in emphyteuta Ecclesiæ habet quoque locum in emphyteuta priuati, & è contra, in materia scilicet caducitatis.*
13 *Conductores possunt arbores fructiferas incidere, si loco incisarum substituant alias.*
14 *Colonus ad modicum tempus indistinctè incidere non potest.*
15 *Quæ renascuntur, dicuntur esse in fructu.*
16 *Maritus, emphyteuta, colonus, & alij possunt assumere ramos arborum sine læsione pro vsu vineæ.*
17 *Fructuarius sylua ex ramis arborum sumere potest.*
18 *Arborum incisiones, quæ in agro Placentino degrabbatioues, & agabbationes nuncupantur, per colonum fieri possunt.*
19 *Dictio Fortè in Alexan. dubitationem non includit.*
20 *Arbores in alieno solo plantatæ sunt plantantis.*
21 *Emphyteuta, & cæteri ex nemore cæduo possunt incidere ligna.*
22 *Emphyteuta potest arbores incidere pro reparanda domo emphyteutica.*
23 *Arbores cæduæ spectant ad eum, ad quem pertinet commodum fundi.*
24 *Emphyteuta incidens arbores fructiferas non cadit. si modicum resultat damnum.*
25 *Damnum notabile debet esse in tertia, vel dimidia parte rei locatæ.*
26 *Incisio non est prohibita, quando vmbra arborum esset noxia fundo locato.*

C A P. VII.

ET vt discurratur † per singulos contractus, 1 non est dubium, primo, quod emphyteuta deteriorans expellitur, & cadit, per text. *Authen. qui rem. C. de sacrosan. eccles.* qui loquitur in emphyteuta ecclesiæ: & idem est in emphyteuta priuati, qui pari modo propter deteriorationem expellitur, per Cyn. *in d. Authen. qui rem. 3. quæst.*

 Saly.

Salyc.Paul.de Cast.& Bald.ibidem.Bal.Lud. Ro.Alex. in l.diuortio.§.si fundum.ff.sol.mat. & est * communis opinio,secundum Ial.*d.Authen.qui rem.in 1.add. nu.6* Pro quo facit.nam si emphyteuta priuati negligens soluere canonem,vel vēdens rem emphyteuticam vni tertio non denuncians venditionem Domino,potest priuari iure emphyteutico,*l.2.& fi.C.de iur.emphy.*quanto magis debet posse priuari
2 deteriorando?tum quia non † soluere,& deteriorare æquiparantur,*d.Auth.qui rem.*tum quia si priuatur ob non solutionem,quod est delictum in omittēdo,quod est minus, multo magis debet posse priuari ob deteriorationem, quod est delictum in committēdo,quod est grauius,per gl. *in l.si mo-*
3 *ra.ff.solut.mat.* Quia emphyteuta † incidendo arbores fructiferas potest expelli, Bart. *in l. in fi.audem.§.conductor.per illum tex ff.de iure fisci* vbi dicit secundum Dyn.quod emphyteuta,vel feudatarius non potest de fundo arbores fructiferas cædere. *facit text.in l.æquissimum.§.1 ff.de vsufru. & Apostilla ad Alexand.in d.§.si fundum.littera A.in verb.deteriorem.vers. & adde.dicit*; quod emphyteuta deteriorans tenetur ad interesse, cōdemnatur in quadruplum,nec negant iura,quin afficiatur pœna amissionis sui iuris,per Imolam,*quem allegat, in c.prop-*
4 *ter.16.col.de loc.vbi abunde.*Et an possit † syluam extirpare, vineam plantare, domum ædificare, vide per Bal.*in l.1.col.fi.vers.sed pone. C.de iur. emphyt & ibi Alber.col fin.ad fi.vbi ait*, Sed nūquid emphyteuta,aut vasallus possit incidere arbores fructiferas? arg.quod non,*l.diuortio.§.si fundum.ff.sol.mat.*quia, inquit,facit fundum deteriorem. arbores tamen cæduas cædere potest,vt ibi per eum.tenet Bart.*in d.l.diuortio.§.si fundum.nu.3.cum quo transeunt * cōmuniter Doctor.vt per Ias.ibi nu 2.& dicit Angel.in l.si colonus.ff.arbo.furtim cæsa.* quod ab hac conclusione nemo discrepat.& ideò si incidat, cadit à iure, & potest expelli.vt per Bald.*in d.§.si fundum & est * communis opinio,vt per eum nu.4.*Quæ licèt videatur nimis rigorosa,tamen tenenda esset in practica , vt emphyteutæ metu caducitatis benè versari habeant in rebus sibi in emphyteusim concessis.
5 Quæ tamen † omnia intellige, quando esset notabilis deterioratio,non autem modica,per Iul.Clarum *in §.emphyteusis.senten.lib 4.q 26. Et dicit Alex. in d.§ si fundum.nu.2.vers.videtur tamen.* quod maritus, emphyteuta, & similes possunt incidere arbores non cæduas fundi dotalis pro reparatione eiusdem fundi,secundum Bald.*ibidem,per tex.in l. ex sylua.in fi.vers.ex non cædua.cum seq ff.de vsufru. & est de mente glo.in verb.tenebitur.in fi.vt per Alex.in d. §.si fundum. quam ad hoc reputat notabilem ibidem Alex.*

6 † Feudatarius quoque,vel vasallus propter deteriorationem per eum factam in rebus feudalibus expelli potest,& feudo priuari, *per text. in c.1. §.publici latrones. versicul. inordinatè tractauerit. de pac.tenen.vbi Bald.*quod qui malè vtitur feudo,deteriorando illud, perdit illud, vbi ad hoc & allegat *d.Authen.qui rem.est dictum Bart. in d.l. diuortio. §.si fundum.in fin.ff. sol.mat. idem Bald. in cap. fin. penul.colum.de iudic.Innocen.& Gemin.in c.ad Apostoli-*
7 *ca.de re iudic.in 6.& per Bal.in d.§.publici.*quod † vasallus malè tractans subditos, & burgenses castri dominus directus potest monere , quod eos tractet modo debito,& consueto , aliàs potest ei auferre castrum,quod dicit menti tenendum. idem dicit Lud.Rom.*in d.§.fundum.vbi Alex.sub nume.3. versi.Ro.hic putat.*Quod tamen intellige, præcedēte trina monitione,per *gl.c.1.de milit.vas.qui contra est.& in c.1.§ fin.de pac.iur.fir.& in Clem.1.de vita,& hones.cler.multa per Bald.in Authen.statuimus.vlt.not. versi.3.requisisti.C.de Epis.& cler. per Bal.in c.1.§.pen. & in §.si quis aduocatione. de pac. tenen.* vbi dicit; quod superior potest auferre castrum vasallo,qui malè tractat populos suos.qui tex. loquitur,& intelligitur,quando pręcessit monitio feudatarij,vt desisteret à deterioratione, secundum Aret. *in d l. diuortio.§.si fundum.sol.mat.Sed Bal.Alua. & alij moderni in d.§. pen.* requirunt monitionem, vbi est culpa in negligendo , non autem vbi est in committendo : refert apostillator Franciscb. Cur. *ad Alex.d.§.si fundum.littera.C.in verb.§.pen.*vbi etiam se remittit ad accumulatè per eum adducta *in l. si mora.sol.matr.* Facit Paul. de Cast. *in d. Authen. qui rem.*vbi dicit,quod si vasallus,vel feudatarius malè tractat subditos suos, vel feudum deteriorat, si habet castrum,potest expelli à iure feudi.sequitur Alex.*in d.l.diuortio.§.si fundum. vbi sup. & Ias. in d. Authen.qui rem.prima add.num.5.Iul.Clar.lib 4.senten.§.feudum.q.56.*dicit teneri per omnes, quod si vasallus notabiliter abutatur re feudali illam deteriorando,quod sit illa causa sufficiens, vt possit à feudo amoueri,& priuari, exemplo emphyteutæ,qui propter deteriorationē potest à re emphyteutica repelli. Quæ conclusio, vt ipse asserit, sibi nunquam placuit:quia † argumentum de emphy- 8
teuta ad vasallum ad infligendum pœnam priuationis non procedit, vt per Doc.*per eum citatos in d.§.feudum.q.51.*quia feudum est quasi donatio respectu vtilis dominij,vnde nisi vasallus dissiparet, vel dilapidaret maiorem, vel meliorem partem rei feudalis,tenet,quod non posset priuari, *vt ibi.*

† Item vsufructuarius rem deteriorās videtur, 9
quod non possit expelli , sed contra eum tantùm committatur stipulatio ad interesse, quia promisit vti frui arbitrio boni viri, *l.1.§. habet autem.vbi hoc probatur ff.vsufru.quemadmod caue.* Guliel. tamen de Cun. *relatus per Paul. de Cast. d. Authen. qui rem.Cod. de sacrosanct. eccles. in princ.* tenet contrarium,quod immo possit expelli,*per l. hoc amplius. §.fi ff de dam.infect.& l. cognouimus. C. de mancip. & colo.lib.11. & l.eos.de aqueduct. eodem lib.* Id quod, inquit Paul.de Cast.ibi verius puto; quia, inquit, ista sunt penitus diuersa:& fateor,quod committatur stipulatio ad interesse , quia etiam illud est refundendum , sed non propterea euitat pœnam repulsionis, vt ibi per Cast. sequitur Ias. *ibidem in 1.additio.nu 4.idem Ias.in l.2.col.27.q. 42.sub nu. 98. vers. quid autem sit in vsufructuario. Codic.de iure emphyteut.*

† Idem quoque videtur dicendum in colono, 10
& quolibet alio conductore, quod si damnificet, aut deterioret rem , quod possit expelli. qui si sit conductor ecclesiæ, non habet dubium , per *tex. qui dicit in dict. Authen.qui rem.* vbi,qui rem huiusmodi cōducta, aut in emphyteusim acceptam deteriorem fecerit, hac lege repelli potest. vbi Pau. de Castr,

de Castr. *& alij, & Ias. in princip. ibi, Emphyteuta, vel*
conductori rei Ecclesiasticæ deteriorantibus rem, vel pen-
sionem non soluentibus. & paulo post in illis verbis. In pri-
mis pondera text. ibi Conductam, vel in emphyteusim
concessam, cum de natura alternatiuæ Ve' sit, vt po-
natur inter diuersa. est glo. quæ dicit *in dicta Auth.*
qui rem. in glo. deteriorem. qua dicit, quod quilibet
conductor propter deteriorationem repelli po-
11 test, per tex. *in l. 3 C. loca.* Et nedum hoc † in colo-
no, & conductore ecclesiæ procedit, sed & in co-
lono priuati, qui nihilominus expelli potest, per
tex. *in l. quaero. §. inter locatorem ff. loca.* in illis ver-
bis, Et vt oporteret coluerit: vbi text. dicit, quòd li-
cèt non sit inter locatorem, & colonum expres-
sum, vt posset colonus expelli, tamen id inter eos
conuenisse, & esse actum videtur, vt non posset
expelli, si solueret, & vt oporteret, coleret, ità ad
hoc adducit illum tex. Ial. *in d. Authen. qui rem. pri-*
ma additio. num. 4. vers. secundo not. habetur in tex. in
l. ede. C. locat. vbi colnnus, vel inquilinus potest
durante tempore suæ locationis etiam inuitus ex-
pelli, si malè in re sit versatus, vbi Bald. *qui text.*
summas, quod inquilinus, qui pensionem soluit,
non potest per dominum durante locatione ex-
pelli, nisi propter necessitatem domini, vel prop-
ter necessariam refectionem, vel propter culpam
inquilini abutentis, & quamuis Bal. intelligat,
quod ille tex. d. l. æde non loquatur, nec intelliga-
tur loqui, nisi in inquilino, idest, conductore do-
mus, quia loquitur de æde, vt ibi *col. 3. vers. sed nun-*
quid. tamen gl. ibi in verb versatus intelligit illum et-
iam in colono; cuius dicto stari debere puto, quia
à nemine illam reprobari video. sed glo. intelle
ctum ex post ego vidi teneri per Alexan. *in dicta l.*
diuortio. § si fundum. colum si num. 3. in si versiculo. &
si quis. vbi dicit secundum *d. gloss.* quod dispositio *l.*
ede. habet locum etiam in colono, contra Bald. o-
pinionem: pro quo, inquit, facit, quòd hoc non est
concessum in priuilegium locatori ædium, sed
immo videtur vniuersalis, & generalis prouisio,
quia similiter vsufructuarius, qui malè versatur
in re vsufructuaria, potest ab vsufructu expelli, *l.*
hoc amplius. §. fin. ff. de damn. infect. subdens ibidem
num. 4. Item dominus, qui re propria malè vtitur,
priuatur, *l. 2. ff de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Instit.*
eod. titu. in fin. Et per has rationes, ac aliàs plures
Gulie. de Cun. & Guid. de Suza. *in d. Authen qui*
rem. in si. tenent, quod *dicta Authen.* habet locum
in emphyteuta priuati, vt ibi per Alexan. Facit
doctrina Ioan. Andr. post *gloss in cap potuit. de lo-*
12 *ca.. Specul. eo. titul. vers. 107* quod vbicunque † in
materia caducitatis vnum statuitur in emphyteu-
ta Ecclesiæ, vel priuati, illud censetur statu-
tum in alio, nisi contrarium expresè iure ca-
ueatur.

Et habetur per Paul. de Castr. *in d. §. si fundum.*
13 quòd conductores † possunt incidere arbores fru-
ctiferas, si loco incisarum substituant alias similes,
per text. *in l. in fraudem. §. conductor. ff. de iure fisci.*
ponderato illo à contrario sensu quod dicit verũ
in arboribus vetustis, quòd erat vtilius eas inci-
dere, & alias suo loco substituere. idem voluit
Ang. *in d. l. si colonus ff. arbo. fert. cas. sequitur Ra-*
phael. Cuman. in d. §. si fundum. refert, & sequitur
Alexan. ibidem colum. 1. sub num. 2. versic. nec obstat.
per Ias. ibi col. 2. numer. 4. in fin. versic secundo limita.
subdit Paulus Castren. ibidem. Colonus † autem, qui 14
colit ad modicum tempus, indistinctè non potest
incidere, sed debet conseruare fundum in eodem
statu, *l. si colonus. ff arbo. fur. cæsa.* Vnde Bal. Castren.
& *alij in d. §. si* fundum firmant regulam, quod ma-
ritus, emphyteuta, & colonus non possunt incide-
re arbores, nisi quando sunt arbnres cæduæ, & ger
minales, quia tales arbores sunt in fructu. vbi
Bald. dicit, † quod illud dicitur esse in fructu, 15
quod renascitur: vnde, inquit, maritus noo potest
incidere arbores, quæ non renascantur in breui
tempore, & secundum D. relatum ibi, feudatarius,
emphyteuta, & multò minus colonus non possunt
incidere arbores, nisi sint cæduæ, vel germinales,
& emphyteuta, inquit, Bal. potest expelli, si inci-
dat, quia facit rem deteriorem. subdit Bal. Et
idem in colono, qui conduxit ad lõgum tempus,
qui pari modo expellitur, si incidit arbores non
cæduas, nnn germinales, & quæ non sint in fructu.
possunt † benè maritus, emphyteuta, colonus, & 16
tales absumere ramos de dictis arborib. sine læsi-
one, & deterinratione in vsum vineæ pro palis, &
similibus, *l. ex sylua. cum l seq. ff. de vsufr. vt per Ca-*
stren. ibidem vbi Ang. not. quod fructuarius † syluæ 17
ex ramis arborum sumere potest, & ex ipsa sylua
capere etiam potest pedamenta. & idem Angel. *in*
l. fin. §. fructuarius. eo. tit. videtur extendere ad colo-
num, & inquilinum, dum vult colonum, & inqui-
linum colere debere rem condnctam, vt eam. in-
uenit, quẽadmodũ fructuarius rẽ fructuariã, vt eã
inuenit colere debet. subdens ibi, quod sicut fru
ctuarius potest permutare formam reditus, con-
stituendo reditum ampliorem, ità & affictuarius,
nisi talis permutatio desideret magnum sump-
tum. Et † inter fructus, qui à colono percipiuntur, 18
& percipi solent, veniunt, & venire solent illæ ra-
morum, vel frondium, vel arborum incisiones,
quæ fieri solent per colonns secundum artem, &
rationem agricolationis, & bnnæ culturæ, quas in
agro Placentino audio vocari degrabbationes, seu
agabbationes, *d. l. diuortio. § si fundum ff. sol. mat. ibi;*
Puto autem si arbores cadua fuerint, vel germinales, di-
ci oportere in fructum cedere vbi Doctor.

Si vero arbores sint plantatæ à colonn, & eius
industria auctæ, videntur esse coloni, & si à terra
euelluntur, videntur esse plantantis, Apostilla ad
Bar. *in d l. diuortio. §. si verb. conductor, ff. solut. matr.*
per iura ibi adducta. Et licèt Alexan. cuius est apo-
stilla, loquatur per verbum Fortè, tamen intelli-
gitur affirmatiuè † loqui, quia illa dictio in Do- 19
ctore præfato dubitationem non inducit, Ayn.
Crauet. *consi. 263 numer. 3. Cassad. de preben. decis. 2.*
num. 30. vbi inquit, quod Doctor taliter loquens
intelligitur quæstionem decidere quoad se Facit,
† quia licèt arbores sint in alieno solo plantatæ, 20
non idcirco sunt domini, sed plantantis,
nisi tamen præsumatur donatio; quod tunc
fit, quando non apparet, qua ex causa plan-
tauerit, nisi animo donandi: aliàs secus, vt
per Ruin. *consilio 135. numer. 16. volum. 3.* & quoties
ex causa locationis, & lucri, vt solent conducto-
res omnes, cessant, quod solo cedunt. Item de † ne- 21

more cæduo poteſt incidere ligna, ex quo vtitur
ad vſum deſtinatum, incidendo tamen arbitrio
boni viri, *d. l. ex ſylua. l. item hæredi. §. fi. l. ſi penden-
tes. §. 1. l. ſi cuius. § ſi ff. de vſufruct.* dummodo tamen
forma non muteiur. Bald. *l. 1. C. de iure emphyteut.
Franciſ Cur. ad Alexand d. §. ſi ſundum. littera C. in
verb. §. penultimo verſiculo & adde, quid in nemore.*
Et de iure licèt frondatoribus ramos decutere,
22 per Alciat. *in l. ſylua. ff. de verb. ſig.* Et ſi † do-
mus emphyteutica indiget reparatione, aut re-
fectione pro ea reaptanda, benè quidem poſ-
ſunt per emphyteutas arbores incidi, per text.
*in leg. arboribus. in princip. ff. de vſufruct. per
Bald. in dicto §. ſi fundum. l. diuortio. ff. ſolu. ma-
tri.*

23 † Et in materia dicit Alex. *conſil. 118. in caſu, de
quo quæritur. colum. 1. numer. 3. verſic ſed iſtis non ob-
ſtantibus. lib. 5.* quod arbores, quæ pro laborerio
naſcuntur, non producunt alium fructum, nec ex
eis fructus percipi poteſt, niſi incidendo, & alie-
nando, vel vtendo pro laborerijs, & ſi incidãtur,
renaſcuntur, quo caſu huiuſmodi arbores appel-
lantur arbores cæduæ, & ſpectant ad illum, ad
quem ſpectat commodum fructuum nemoris, vel
fundi, & dicuntur eſſe in fructu, vt probatur *in d.
§. ſi fundum. vbi not. & in l. item ſi fundi. §. fin & l. ſi
abſente. §. ſyluam ff. de vſufr. iuncta l. ſylua cædua ff. de
verb. ſigu.* quæ benè per conductorem poſſunt in-
cidi, & ſi incidat, non expellitur, vt per eundem
Alex. per totum conſilium præfatum, quod eſt fa-
* ctum in hac materia. Et iſtam * cõmunem opinio-
nem, quod ſi colonus, vel emphyteuta incidat ar-
bores, quæ ſunt fructiferæ, poſſit expelli, intelli-
ge, & limita, ſi ſit inciſio, ex qua ſequatur magnũ
24 damnum in fundo, vel re locata; ſecus, † ſi modi-
cum reſultet damnum, quia pro modico non pri-
uatur, *l. ſi io ff. de in integr reſtit per Bald. & Cu-
man. in d. §. ſi fundum. per Bald. in d. Authen. qui rem.
C. de ſacroſan. per Iaſ. in d. §. ſi fundum. col. ſi. num 4. ad
ſi verſi.* illam communem opinionem limita pri-
mo. vbi dicit eſſe ponderandum, quod Doctores
loquantur in numero plurali cum myſterio, quã-
do dicunt arbores fructiferas, ad denotandum,
quod de tali inciſione intelligitur, ſi plures inci-
derit. Sequitur Alex. *in d. conſi. 118. col. 3. num. 10. verſ-
ſic. ſecundo reſpondeo.* vbi dicit, quod damnum de-
bet eſſe concernens perpetuam deteriorationem
ſubſtantiæ, non fructuum, & quod ſit in notabili
quantitate, & quod interuenerit dolus, lata culpa,
vel leuis, vt ſingulariter, inquit, concludit Bald. *in
d. l. ade. C. locat per Iaſ. in d. Authen. qui rem. in 1. addit.
num. 7 verſi. limita prædicta. C. de ſacroſan. eccle. Rimi-
nal. conſil. 74. num 16. vol. 1.* vbi habetur, quod dete-
rioratio debet eſſe deterioratio, quæ rem afficiat,
25 non quæ fructus, aut arborem. † Et iſtud damnum
notabile cauſatiuum caducitatis, ſecundum quod
ego vidi ponderare per famoſum Doctorem in
terminis huius articuli ſcribentem, debet eſſe in
tertia, vel dimidia parte rei locatę, vel ſaltẽ remit-
titur arbitrio iudicis, argum. eorum, quæ tra-
dit Cæpola *in tract de ſimula. contract numer. 109.
cum ſeq & numer. 112. verſicul. verùm quia in iſto
noſtro libello.* Sed inciſio arborum non videtur
26 prohibita, † quando vmbra arborum eſſet noxia
fundo locato, quia tunc & à ſtipite poſſent ſucci-
di, per adducta per Tiraquell. *de vtroque retract. de
retract. conuentional. § 3. gl. 1. nu. 26.* vbi dicit; con-
ductorem non poſſe ſuccidere arbores virides, nẽ
ſi fundus fieret fructuoſior. quin etiam quãdo no-
cerent arbores fundo vicini, arbores eſſent de iure
ad quindecim pedes à terra coercendæ, *l. 1. § ſi ff de
arborib. caden.*

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius nullo modo feudum ſine Domini conſen-
ſu alienare poteſt.*
2 *Feudatarius non cadit, niſi facta traditione.*
3 *Traditio ficta ſufficit ad incurſum pœnæ.*
4 *Vaſallus alienans partem non cadit à toto.*
5 *Vaſallus etiam in caſu neceſſitatis ſine Domini con-
ſenſu non poteſt alienare.*
6 *Vaſallus ob recuperationem rei alienatæ non recupe-
rat feudum.*
7 *Vaſallus feudum non poteſt pignerare, aut hypothe-
care.*
8 *Feudum ad modicum tempus locari poteſt.*
9 *Vaſallus non poteſt tranſigere, ſi transferatur feudũ
in alium.*
10 *Vaſallus non poteſt compromittere maximè in arbi-
tratorem qui procedat de facto.*
11 *Feudum ſine Domini conſenſu in dotem dari non po-
teſt.*
12 *Mulier feudataria poteſt ſe ipſam de feudo do-
tare.*
13 *Conſuetudinem valere, quòd vaſallus ſine Domini
conſenſu alienet.*
14 *Præſentia Domini ſufficit pro conſenſu.*
15 *Clauſula Pro ſe, & cui dederit, operatur, vt
poſſit feudum alienari ſine periculo caducita-
tis.*
16 *Proteſtatio geminata ſaluat vaſallum alienan-
tem.*
17 *Proteſtatio ſimplex, ſequuta traditione, non releuat
alienantem.*
18 *Vaſallus poteſt alienare commoditates feudi.*

C A P. VIII.

OB alienationem quoque, & diſtractionem
factam de feudo, emphyteuſi, re locata, ſiue
conceſſa, feudatarius, emphyteuta, aut aliàs
inueſtitus expelli poteſt, & à iure ſuo cadit, ſi qui-
dem ſit facta diſtractio non requiſito Domino,
vel ſine illius conſenſu. † Quia incipiendo à feuda- 1
tario, vt digniori inueſtito, non poteſt ipſe feudũ
modo aliquo alienare ſine conſenſu Domini, per
text. *in c Imperialem. de probib feu. aliena.* & ſi alie-
net, non tenet alienatio, & alienans priuatur feu-
do, & à iure ſuo cadit, *vt ibidem. aliqua per Abb. in ca.
ſi col 2 nu 9. de feu. verſ. ingl ſi.*

Sed quod cadat, & priuari poſſit, eſt intelligen
dum, non ſi ſimpliciter alienet, vel inſtrumentum
alienationis faciat, ſed quod ſit ſequuta traditio:
aliàs enim † non facta traditione, non cadit à feu- 2
do, per Iſer. *in dicto cap. Imperialem. §. callidis. verſicu.
pœna in iſtis.* nam per actum alienationis, & tradi-
tionis eſt factum quicquid fieri poteſt, vt feudum
in alium ſit translatum, vnde pœnam meretur tã-

quam

quam de actu prorsus perfecto, absoluto, & con-
3 summato. Nec requiritur ad incursus † pœnæ priuationis, & caducitatis realis traditio, sed sufficit etiam ficta traditio, pone, per clausulam constituti, aut precarij, tenet Paul. de Castren. *in l. 1. §. si rem. ff. deposit. per Tiraquel. de constitu limit 26 numer. 5. & 6.* licèt enim constitutum sit fictus modus transferendi possessionem, tamen per ipsum cõstitutum
4 transfertur vera possessio: & si † vasallus non alienet totum, sed partem feudi; licèt secundũ Bal. *in cap. 1. in §. si vero. qualiter olim feu. alien. pot.* de toto priuetur, & à toto cadat; tamen gloss. *in d. cap. 1. §. callidis. in verb. amittant. de probib feu. alien.* dicit; quod solùm cadit à parte alienata. quam opinionem sequitur Corne. *consilio. 67. libr. 2.* vbi dicit, * quod ità tenent * omnes. & hanc attestatur esse * * communem Curt. iun. *de feud. in 4 part. prin. dub. 1.* posita post tres reg. amissionis propter alienationem. quod videtur satis rationi conueniens, & æquitati, vt pœna sit cum suo delicto commensurabilis, Bald. *in d. cap. 1. idem in cap. 1. §. aut si libellario. colum. 1. quib mod feud amitta in cap. 1. col. 2 de feud. aliena. & in d. cap. 1. §. si vero. qualiter olim. feud. Ias. qui mult a adducit, in l. fi. C. de iure emphyt. colum. 36. q. 13. numer. 125. versicul credo, quod. Tiraquel. de retract. liguagier. §. 23. versicul. tertio intellige. numer. 25. vbi*
5 *multa.* Et in tantùm † videtur esse verum, quòd vasallus non potest alienare feudum sine consensu Domini, quòd etiam si esset in extrema necessitate, etiam famis, constitutus, id non posset sine Domini consensu, per Bal. *in d. cap. 1. qualiter olim feu. pote. alien.* & dicit esse * communem opinionem * Curtius iun. *in d. tract. de feu ea. 4. par. prin. vlt. caus. amißio. feud. prima reg. quæst. 16.* Et in tantùm est verum, quod cadit vasallus à iure alienans feudum
6 sine Domini consensu, quod etiam si † alienatum feudum reparat, nihilominus non euitat pœnam caducitatis, & priuationis, per Alex. *in l. si à me. numer. 3. ff. ad l. Falcid. vbi dicit ità * communiter teneri. tenet Bart. in l. sequitur. §. item Labeo. in fi ff. de vsucap. dicit * communem Curt. iun. d. 4. part. prin. vlt caus. amiss feu. 1. reg. q. 16. idem attestatur Bertrand. consil. 2. num. 6. lib. 2.* * *
7 † Nec potest vasallus rem feudalem alteri sine domini consensu pignerare, aut hypothecare, *d. cap Imperialem. de probib. feud. alien. vbi gloss. in verb. commercium.* & licèt alias esset permissa rei feudalis pigneratio vsque ad dimidiam, *c. 1. de alien. feud. pater.* hodiè tamen indistinctè in totum est prohibita, vt per † communiter Doct. teneri dicit Aluarot. *d. cap. 1. num 2. de alien. feud.* Locari benè etiam *
8 † sine domini consensu potest feudum ad modicum quidem tempus, sed ad longum tempus non potest, per Bal. *d. c. 1. §. aut si libellario quib. mod. feud. omitta. sequitur Curt. iun. d. 4. par. vlt. caus. 1. reg. q. 3. vbi attestatur de * communi. Bertran. cousi. 2. lib. 2. par. 2.* Et ratio esse potest, quia locatio ad longum tempus est alienatio, vt latè deduxi *suprà q. 2. c. 14. incip. At non solùm locatio.* *
9 † Vnde pari modo vasallus non potest transigere de feudo sine domini consensu, maximè si vasallus transigendo transferet feudum in alium: si vero transigendo penes se retineat feudum, tunc bene potest transigere, tenet Bald. *in capitulo primo, numero 6. de controuersi. inter vasallum, & alium. Curt. iun. de feud. dicta 4. part. vltim. caus. amiss. feud. quæstione 7. vbi attestatur esse * communem. idem attestatur Paris. consilio 1. numero 134. lib. 1.* quia vasallus retinens penes se feudum non dicitur inferre domino aliquod præiudicium, prout deduco sup. *in quæst. 2. cap. 1. incip. istis paucis.* *

† Nec similiter potest vasallus de feudo compromittere, maximè in arbitratorem, maximè cum arbitrator procedat de facto, non aliquo iuris ordine seruato, quæ ratio non videtur militare in arbitro, qui tenetur sequi iura, & iuris ordinem seruare: vnde multi tenuerunt, quod in arbitros possit vasallus de feudo compromittere, *cap. 1. §. si inter. de leg. Corrad.* Sed *Curt. iun. d 4. par. prin quæst. 8. in fi.* dicit, quod ista decisio est multùm dubia: quia quod vasallus non possit etiam in arbitros facere compromissum de re feudali, videtur opinio tutior, per Socin. *consi. 72. num. 76. lib. 1.* quia de qua re tu non potes liberè disponere, non potest etiam compromittere. 10

† Nec etiam feudum potest dari in dotem sine consensu domini, per text. vbi id expressè prohibetur, *in cap. 1. §. donare. qualiter olim feu. alie. pot. & ità * communiter sentiunt Doct. vt attestatur Zasi. in tract. de feud. par. 9. numer. 6. versicul. quarto, quod vasallus. idem respondit Ioan. Iacob. de Leon. in consil. feudal. Brun. consil. 114. numer. 86.* quia si non est permissum vasallo alienare feudum, etiam in casu necessitatis famis, multo minus id licitum est etiam pro filia dotanda. 11 *

† Si vero mulier ipsa sit feudataria, vel vasalla, & sic domina vtilis feudi, & de tali feudo velit seipsam dotare, & quidem nõ est etiam prohibitum facere, per text. *in cap. 1. de inuestit.* quam Titius accepit, & est * communis opinio Doct. & conclusio. modo tamen duo concurrant. primum est, vt det feudum in dotem inæstimatam; secundum, quod non apponat pactum de lucrando, & est opinio * communis per Curt. iun *de feu. d. 4. part. princip. 1. reg. q. 4. latè per Ias.* vbi multas authoritates adducit, *in d. l. fin. col 31. vers. quid autem sit in feudo. nu. 109. C. de iur emphyt.* 12 * *

† Si autem sit consuetudo, quod vasalli alienẽt absque requisitione, vel consensu dominorum, talis valet consuetudo, per Ioan. Raynal. *in d. c. Imperialem. §. habito. colum. 24. de prohib feu. alie.* & hęc opinio videtur esse magis ** communis, secundum quod refert Curt. iun. *in consilio 158. numero 8.* vnde stans tali consuetudini vasallus distrahens, aut alienans feudum, non cadit, nec expellitur. 13 **

† Et pari modo non cadit, nec expellitur, si sine consensu Domini alienet, Domino tamen præsente, vel sciente, & tacente, cum hoc sufficiat pro consensu, tenet gloss. *in cap. 1. in verb. ipsorum permissu. de probib. alien. feud per Lotha. Aluarot. cap. 1. §. præterea. numero 4. quib. mod. feud. amitta. per Dec. consilio 144.* vbi dicit, quod illa gloss. est * communiter approbata. sequitur Cur. iun. *in d. tract de feud. d. 4. part. princip. vlt. caus prima. feud. & tenuit gloss. in d. §. præterea in verb. regressum. versicul. item. consentire.* 14 *

† Nec

15 † Nec pari modo cadit, aut expellitur alienans, si feudum sit acquisitum cum clausula Pro se, & cui dederit, quia berè virtute talis clausulæ alienat sine alicui* caducitatis periculo. per tex. in c. t. * in princip de feud non habente prop. natu. & id * communiter, vt refert idem Curt. dicto 4. par. 2. reg. quæstio 5. per Dec. consilio 193. versicul. non obstat fundamentum. quia mediante illa clausula, videtur Dominus præstitisse vsque à principio consensum suum cuicunque alienatto- ni.

16 Nec † etiam cadit, si alienans alienet cum protestatione, quod alienat saluo consensu Domini, & non aliter, nec alio modo, quia talis protestatio verbis sic geminatis concepta saluat vasallum alienantem, quod non admittit feudum, etiam si fuerit sequuta traditio, Bald. in cap. 1. §. fin. num. 5. versic. sed pone. quæ fue prima causa. Ripa libr. 3 ressp. cap. 1. numero 4. vbi dicit; quòd ità tenent * communiter Canonistæ in locis per eum ibi citatis.

Secus verò est, si alienet cum clausula ista, Saluo, & reseruato consensu Domini, vel saluo iure

17 directi dominij, quia talis † protestatio, si post sequuta sit traditio, alienantem non releuat, quin cadat, dicit Bald. in l. vnica. numero 56. Codic. de his, quæ pœn. no. Iaf. in l. non solùm. §. morte. ff. de nou. oper. nunci. numero 27. vbi attestatur de * communi. sequitur Dec. consilio 160. numero 4. quia in isto casu factum videtur contrarium protestationi.

18 Et pariter non † cadit vasallus, si commoditates tantùm feudi alienat sine Domini consensu, quia id potest sine periculo alicuius expulsionis, per Bald. in c 1. § ant si libellario, quibus mod. feud. amitta. Rum. consilio 176. vbi dicit esse * communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta alienans quid seruare debeat.*
Quid emphyteuta Ecclesiæ, vt nu 2.
3 *Emphyteuta alienans contra formam iuris cadit ipso iure.*
4 *Alienatio in quas personas sit prohibita.*
5 *Alienatio non potest fieri in potentiorem, & non sic idoneum facilitate conueniendi.*
6 *Emphyteuta alienans cadit sequuta traditione.*
7 *Traditio ficta an sufficiat, vt emphyteuta cadat.*
8 *Constitutum veram possessionem transfert.*
9 *Emphyteuta, si plures habet dominos, an omnium dominorum consensum habere debeat.*
10 *Emphyteuta si partem alienet, an in totum cadat.*
11 *Persona non potest pro parte offendi.*
12 *Alienans ex iuris canonici benignitate nunquam nisi à parte alienata cadit.*
13 *Mulier, rusticus, & miles alienantes Domino irrequisito non excusantur à caducitate.*
14 *Mulieri, rustico, & similibus non parcitur, nisi in casibus à iure expressis.*
15 *Emphyteuta à caducitate non excusatur ob celerē recuperationem.*
16 *Emphyteuta potest alienare Domino inscio virtute pacti, vel concessionis Pro se, & cui dederit.*
17 *Emphyteuta, qui Domino inscio potest alienare, non tamen potest in possessionem introducere.*
18 *Clausula Pro se, & quibus dederit, quid operetur in emphyteusi.*
19 *Diuisio facta inter fratres cum clausula Pro se, & suis hæredibus, & illis, quibus dederint, quid operetur.*
20 *Emphyteuta qui retento vtili dominio alienat suas meliorationes, non cadit.*
21 *Emphyteuta alienando suas commoditates præsumitur sibi reseruasse vtile dominium.*
22 *Diuisio potest fieri inter plures hæredes vnius emphyteutæ.*
23 *Hæredes plures vnius emphyteutæ inter se quocunque titulo alienare possunt.*
24 *Præsentia domini sufficit pro consensu.*
25 *Alienans iure donationis, vel testamenti non cadit à iure suo.*
26 *In donatione, & testamēto cessat ratio denunciandi domino.*
27 *In donatione rei emphyteuticæ quinque interuenire debent.*
28 *Emphyteusis legari potest.*
29 *Hæres an in emphyteusi Ecclesiastica institui possit.*
30 *Emphyteuta sine consensu Domini permutare potest.*
31 *Permutatio indistinctè potest fieri inter vocatos in inuestitura.*
32 *Emphyteuta pignerare, aut hypothecare sine Domini consensu potest.*
33 *Datio in solutum tenet sine Domini consensu.*
34 *Emphyteuta an possit locare ad longum tempus.*
35 *Emphyteutica res in dotem, & donationem propter nuptias dari potest.*
36 *Emphyteutica res in feudum dari extraneo potest, non Domino.*
37 *Emphyteuta compromittendo non cadit à iure suo.*
38 *Emphyteuta an super re emphyteutica transigere possit.*
39 *Emphyteuta potest ponere seruitutem in re emphyteutica quousque durat ius emphyteuticum.*
40 *Emphyteuta ignoranter alienans non cadit à iure emphyteutico.*
41 *Contractus si resolutus sit ex pacto legis commissoriæ: vel adiectionis in diem, alienans excusatur à pœna caducitatis.*
42 *Clausula Saluo, & reseruato consensu Domini, & non aliter, nec alio modo an excuset à pœna caducitatis.*
43 *Clausula Si, & inquantum de iure possum, excusat.*
44 *Protestatio Si Domino placuerit, excusat à caducitate.*
45 *Clausula Si Dominus non reuocauerit, aliàs sit inempta, excusat alienantem.*
46 *Contractus si ex defectu solemnitatis est nullus, emphyteuta non cadit.*
47 *Maritus non cadit alienans rem emphyteuticam, quando vxor est domina.*

48 De-

48 *Denunciatio emphyteutæ non releuat, si non sit verax.*

49 *Retinens rem alienatam ante declarationem mentis domini, euadit pœnam.*

50 *Alienans rem ecclesiæ non cadit, nisi ecclesia declaret se velle.*

CAP. IX.

EMphyteuta quoque non potest suum emphyteuticum, vel suas meliorationes in emphyteusi factas vendere, alienare, aut distrahere in aliquem sine consensu domini directi interue-
1 niente, & † si velit alienare, habet seruare requisita *in l. fi. Cod. de iure emphy quæ numerantur per Ias. ibi num. 13* vt primò requirat dominum, secundo ei nunciet pretium inuentum, tertio, quod pretium denunciatum sit verè pretium inuentum, non fictum, non simulatum; quarto, quod domino non respondente, expectet per duos menses à die denunciationis; quinto, quod vendat solem ius sibi competens, & sua melioramenta; sexto, quod non vendat personis à iure prohibitis; septimo, quod cum vendit, non ceciderit à iure suo. Et pa-
2 ri modo † habent seruari requisita in c. potuit. extra loc. vt ecclesia requiratur, vt ei nuncietur pretium ab alijs oblatum, & à denunciationis tempore spatium duorum mensium sit elapsum, & fiat venditio personis non prohibitis, & si aliter emphyteuta facit in alienatione, quàm vt dictum est, cadit à iure suo emphyteutico, vt per Ias. *ibidem.*
* & iustè poterit expelli, *vt per text. in d. cap. potuit. §. emphyteuta.* & ista est * communis regula, vt per
3 Soc. *iun. cons. 70. num. 14. lib. 3.* & alienans † contra formam dictorum iurium cadit ipso iure, nec aliqua sententia requiritur *glo. & in d. l. fi. in verb. cadat quam Anto de But. consi. 22.* dicit esse à nemine reprobatam, & quod non reperit illam per aliquem in dubium reuocatam. sequitur eum Ias. *in*
4 *d. l. fi. num. 103.* † Et personæ, in quas est prohibitum alienare, enumerantur per glo. *in verb. prohibentur. in d. c potuit.* vt sunt serui, ecclesia, capitanei, omnes personæ maiores, quæ non sunt idoneæ facilitate conueniendi, vnde posit dominus præiudicium pati. Salv. *in d. l. fi. colum. 3 versi. quaero modo. quem sequitur Ias. ibidem. num. 90. versi. in ead gloss. ad fi.* dicit, quod primo sunt personæ expressim in concessione prohibitæ, vel quæ sunt à lege prohibitæ, vt milites, curiales, & secundum Spec. quem ibi citat, quod nedum milites, sed etiam capitanei, ecclesiæ, & serui, & omnes personæ, quæ non sunt idoneæ facilitate conueniendi. si enim permitteretur in ecclesiam transferri, efficeretur satis deterior conditio domini; quia non posset posteà Ecclesia alienare, nec conditionem suam deteriorem facere, & sic non faciliter incideret in commissum, & sic non faciliter conuenire posset, & sic duriorem haberet aduer-
5 sarium. vnde inquit, stat † conclusio, quod in potentiorem, & non sic idoneum facilitate conueniendi, non potest alienare, nisi tamen ille, in quem alienat, sit consors eiusdem emphyteusis, qua eo casu bene in eum emphyteuta partem suam alienare potest sine domino requisito, sine periculo caducitatis, vel expulsionis, quia illius fides, & persona iam est per concedentem approbata. Et per Ias. *ibi nu. 9. versic. concludo ergo.* vera est conclusio, quod siue simus in emphyteusi ecclesiæ, siue in emphyteusi priuati, omnis illa persona, per quam fieret deterior conditio domini intelligitur prohibita ad talem emphyteusim, siue fiat deterior conditio, vt quia sit impotentior, quia valdè pauper, siue sit potentior, vt quia magis priuilegiata, vt clericus, capitaneus, miles, per Doctores, quos ibidem cumulatè citat. Alexand. *in l si finita. § si de vectigalibus colum 13 sub numer 36. versi. nec obstat ff de dam infect Grat. consi. 80: lib. 1.* Hanc conclusionem, quòd sine domini consensu emphyteuta ius emphyteuticum alienare non possit, & si alienet, amittat illud, & cadat, firmant Albe. Sal. Bal. Bar. *& omnes in d. l fi. C. de iure emph.* Et ad hoc, vt cadat ab emphyteusi emphyteuta alienans, non sufficit, quòd celebratus solū sit contractus alienationis, † sed est necesse, quod 6
etiam sit sequuta traditio ipsius rei emphyteuticę, dicit Spec. *d. loc §. nunc aliqua versi 95.* ità * communiter tenetur, per Imo. qui attestatur *in dicto c. potuit. nume 49. in fi. & de hac* * communi attestatur Alex *in l. si a me versic. secundo limita ff. ad legem Falcid. Cur. sen. consi. 8 num. 10 Mars. in singul. 412. plures sunt. Tiraq. de retract. municipa §. 1. in glo. 2. num. 43.* quod hanc opinionem tenet in vniuersa cohors scribentium Ias. *in l. fi num. 132.* quia ante traditionem non dicitur alienatio perfecta, nec consummata, ideo alienans non debet pœnam pati, quia non fecit totum, quod facere potuit. † Sed in con- 7
tractu alienationis apposita sit clausula constituti, vel precarij, ista ficta traditio possessionis, quæ fit per constitutum, aut precarium, sufficit, vt emphyteuta priuetur, & priuari possit iure suo, tenet Paul. de Castr. *in l. 1. §. si rem. num. 2. ff. depos & est* * *communis opinio, per Tiraq. de constituto, 26. limita.* *
quia per constitutum † vera possessio transfer- 8
tur, licèt modus transferendi sit fictus. & licèt ista opinio sit vera de rigore iuris, tamen de æquitate videtur, quod requiratur actualis traditio: quòd in iudicando esset tenendum, maximè vbi iudicatur sola facti veritate inspecta. quia ita dicit seruari in curia Delphina. Guido Pap. *decis. 101. refert Iul. Cla §. emphyteusis. libro 4. sent. quaest. 13. vers.* sed quid si non interuenerit. † Sed quid si sit vnicus emphyteuta v- 9
nicæ emphyteusis, domini vero plures, an emphyteutæ alienanti sit necesse requirere omnium dominorum consensum, & si omnibus præter vnum obtentis consensibus vendat, an cadat à tota re, an vero pro virili illius, cuius consensum non adhibuit? Et in hac q. Ioan. Andr. ad Specul. *in titul de loca. §. nunc aliqua. versicul. 72. tenet,* quod omnium requirendus est consensus, nec declarat, an in totum, aut in parte cadat, sed videtur, quod cadat tantùm in parte, in qua defecit consensus, per doctrinam Bald. Ang. & Gul. de Cun. *in l. communium libertas ff. de in ius voc.* vbi tenent, quod tantùm cad t pro parte illius socij, cuius consensus non fuit requisitus, non autem pro parte aliorum requisitorum, cum tantum debeat puniri in parte, circa quam deliquit, *l. rescriptum. ff. de his, quibus vt indig.*

Alb.

*Abb.de Rosa.in l.si duo patroni.in prin.Gul.de Cuneo,& Pet.etiam de Bellaper ff.de iureiur.*facit, quòd dicit in simili Bal.de vasallo *in cap. 1. in princip.de prohib. feud. alien.* quia pœna non debet excedere delictum, sed habet esse delicto commemorabilis.

10 † Et pari modo si alienat emphyteuta sine cōsensu domini non totam rem emphyteuticam,sed partem videtur, quod non cadat,nisi pro parte alienata,non autem in totum,per tex.*in c.1.de vasallo,qui contra consti.Lothar.in vsib.feud.ita videntur tenere Raph Cuma.in l.quidam in iure.§ donationem.ff. de dona Tiraquel.de retract lignagier.§.23.versic. tertio intellige.num.25.Bald in l si versi.nunquid C.de iure emphyt.vbi Ias.colum.35.num.124.versic.12. quæro.* vbi ponunt quæst.& distinguunt,quod si emphyteuta alienauit partem tanquam emphyteuta, & sub commemoratione emphyteusis, & vtilis dominij, & tunc non cadit, nisi pro parte alienata, pœna enim non habet excedere quantitatem dilecti.Si vero alienat tanquam proprietarius, & tanquam habens directum dominium, & eo casu etiam alienando pro parte cadit in totum, quia isto casu alienando,tanquam dominus directus,videtur côtênere personā domini,&sic ista pœna punitionis,quæ succedit,nō succedit ratione rei alienatæ,sed ratione contēptus personę domini,vnde cum habita ratione ad personam domini illam in totum offendat,cum talis contemptus non possit pro parte fieri, nimirùm si iste alienans pro parte cadit in totum,*dict.§.donationem.vbi Barto declarat,*
11 quod persona non potest † pro parte offendi, sed offenditur in totum,*l.vulgaris.ff.de fur.facit in simili Bal.in c 1.colum.4.in fin. de alie. feud.* & ista distinctio,& decisio colligitur *ex dictis Ioan.Andr. in c. 2. de feud.& Bald.in d.§.ant si libellario* Facit,quia emphyteuta,& colonus,qui vendunt rem vt proprietarij,possunt expelli à domino.Sed prædicta pro-
12 cedunt ex rigore iuris ciuilis, quia † de benignitate iuris canonici nunquam quis cadit, nisi à parte alienata,secundum Io.Andr.*d.c.2.in nouella. & Bald.in locis adductis.* quia secundum eos pœna nūquam debet excedere delictum,c.omnis extra de pœniten & latè secundum istam æquitatem iudicauit Consilium Neapoli. Gramma. *decis. 49. Iul. Clar.lib 4.senten §.emphyteusis. q.13 versicul. non omnitam per Ias.vbi suprà colum 36 numer. 125. versic.* decimotertio quæro. vbi se remittit ad quæstiones per eum tractatas,an qui soluit partem canonis, & pensionis, & in parte cessauit, an cadat à toto: & quando de pluribus hæredibus aliqui soluerunt, aliqui non, an per cessationem aliquorum, omnes cadant. faciunt, quæ deduco *suprà hac eadem quæst. 79. c. 6.num.15.versi Sed quid si malè.*

13 † Et intantùm videtur vera illa conclusio, quod emphyteuta alienans non requisito domino cadat à iure,quod nec mulier,nec rusticus, aut miles, qui aliàs propter iuris ignorantiam viderentur excusandi,*l cum de indebito.§ fin autem is.ff. de probat.* non videntur exempti, quia si alienant emphyteusim, vel feudum contra naturam contractus non requisito consensu domini,&non seruata forma *l.fi.Codic. de iure emphyt.* In emphyteuta priuati, & emphyteuta ecclesiæ forma *d.c. potuit, extrà loc.* incidunt nihilominus in pœnam amissionis, & priuationis iuris emphyteutici, per Bal.*in cap.1.q.pen.de contro.inter dom.& empto.* vbi tenet,quod tales personæ nullatenus excusantur,quia non licet eis ignorare iura contractus,*l.fi. Codic.de iur. & fac. igno.gloss.in l. 2.in gloss. magna. & in l. iuris. ff. de iur. & fac. igno. Bal. in d. cap. 1.§. prætereà.de prohib. feu.alie.*facit, quia mulieri, & † 14
rustico, & similibus personis non parcitur, nisi in casibus à iure expressis,*l. fi. Codic. de iur. & fact. igno. Anto. de But. in cap. 2. colum. 4.vbi Imo.vlt. colum.de constitut.Fulgo.& Roma.in d.l.iuris.*& in concernentibus formam actus,& in inductis ad iuris rigorem conseruandum forma tradita debet generaliter seruari, nec excusatur mulier,& rusticus,per Bal.*in l.iuris ignorantiam.ad fi.Codic.qui admitti vbi Paul.de Castr. Fulg. & Roma.Bal.in l fi.Cod. de iure delibe.3.quæst per Bar.in consil.154.incip.matris.num.2.& 4.lib.1.& in l.1.circa med.C.de iuris, & facti ignorantia.*

† Et est etiā intantū vera cōclusio;quòd emphy- 15
teuta,qui alienauit,nō requisito domino,emphyteusim,si illā statim recuperat,nihilominus cadit; &ob talem celerē,&subitaneam recuperationem non excusatur à pœna caducitatis,per gl. *in l. fi.C. de iure emphy.in gl.fi.in verb. cadat.* quæ vult,quod alienans sine consensu domini cadat ipso iure,vnde per alienationem est acquisitum ius caducitatis,tenet Albe. *ibi in pen.colum.post Dyn. & Bar.in l. sequitur.§.idem Labeo ff de vsucap.Bart.in l.1.§.si rem. ff.deposi.l si quis libellos ad fin.C. de appel.Anch. in d.c. potuit. vbi Imo. col. 41. dicit esse * communem opinionem. attestatur Ias.d.l.fi colum.antepen. num.135.versiculo vigesimo quæro. Tiraquel. de retract. conuentionali, §. 1. glos. 7. versicul. ideoque. numero 19.* sufficit enim dolum semel esse commissum, & ex tali pœnitentia quis non desinit esse nocens, *l. qui ea mente. ff. de fur.* sed aduerte, quod iste est rigor, quia multi Doctores tenent aliter de æquitate, vt deduco *in limitationibus infra ad finem.*

Sed ego puto, quod ista conclusio multas patiatur limitationes,& multas fallentias. Quia pri-
mo non videtur † procedere conclusio ista, vbi 16
inter dominum, & emphyteutam sit factum pactum, quod emphyteuta posset ius suum in quemcunque voluerit alienare, vel qñ fuit concessa emphyteusis pro se,& pro his,quibus sua iura concedere voluerit, prout quotidie apponitur in instrumentis, & inuestituris, quia virtute talis pacti,& vigore talis stipulationis videtur, quod emphyteuta etiam sine alio vlteriori requisito consensu possit alienare; & alienans non cadit à iure, per Saly. *in l fin.colum.1. C. de iure emph.* quia verba pacti debent aliquid operari, & non esse frustratoria.sequitur Imo *in d.c.potuit 49. col.* vbi
subdit, quod tamen emphyteuta vigore † talis 17
pacti licèt possit alienare:non tamen potest, nec debet emptorem in possessionem introducere, sed id debet relinquere domino. tenet Alex. *in consilio 171.incip.viso themate,& scripturis. de quibus in ea. colum. 2. iuxta. numero 6. versicul. quod autem. Gerard.volum.2.*quia cum videatur dominus ex illis ver.

lis verbis vsque à principio concedere, vt sine vlteriori requisitione posset emphyteusis ipsa in quemcunque alienari, potest sine periculo caducitatis, priuationis, & expulsionis emphyteuta alienare, per Bald. & Ang. in l. cum essent. §. 1. ff. de serui. rust. præd. vbi Bald. quòd ille tex. ad hoc est multû menti tenendus. tenet Bertach. de Firmo in tract. de gabel. prima par. 14. q. num. 40. versiculo & aduerte Iacobin in tract. feud. in verb. & quibuscunque. hæredibus. 2. col. fol. 19. Soci. consilio 252 pen. col. per Alber. in l. fi. C. de iure emph. colum. pen. per tex. quem allegat, in c. 1. de feu. non haben. prop. nat. nam licet vasallus nô possit alienare feudum sine consensu domini, & si alienat, cadit à feudo, c. 1. in princ. de prohib. feu. alien. tamen si illa
18 verba † apponantur in instrumento Pro se, & pro his, quibus ipse dederit, certè per ista verba poterit vasallus alienare feudum sine consensu domini. Facit, quod decidit Ang. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 5. per tex. in dicto capitulo 1. quod si fra-
19 tres fecerint † diuisionem de bonis inter eos cum illis verbis in instrumento diuisionis Pro se, & illis, quibus bona prædicta concedere voluerint, per illa verba censetur data potestas alienandi. & * est communis opinio, secundum Dec. in consilio 164. post nnmetum 3. ver. secundo respondetur. Ias. in d. l. fin. col. 2. & 3. num. 6. & seq. versi. 2. iuxta prædictum no. C. de iure emph. vbi pro hoc dat. duas limitationes ad dictam conclusionem. Iulius Clarus 4. lib. senten. §. emphyteusis. q. 13. versi. vlterius quæro. & est * communis opinio, secundum Torniel. in rub. de verb. obli. nu. 156. & licet Spec. §. nunc aliqua. versi. 84. tenuerit contrarium, tamê * eius opinio * communiter reprobatur, vt per Ias. in dict. l. fin. num. 6. C. de iure emphyteu. & Iulius Clar. d. lib. 4. senten. eod. §. emphy. quæst. 13. versi. sed pone.
20 † Et simili modo non videtur ista côclusio procedere, quando emphyteuta alienat suas meliorationes, & suas commoditates, retento, & reseruato sibi vtili dominio, quia alienans sic, & cum tali clausula, etiam si fiat sine consensu domini, non cadit, per tex. in l. necessario. §. fi. ff. de peric. & côme. rei vend. tenet hoc Bald. in c. quæ in ecclesiarum, col. fi. de consti. per Innoc. in c. ad nostram, de reb. eccl. alien. vel non. idem Bald. in l. cum pro pecunia. C. de solu. Ias. in d. l. fina. col. 3. sub nume. 8. versic. istud limitat. C. de iure emphy. qui licet ponat istam limitationem, illam tamen non tenet, quia, inquit, si esset vera esset inuenta fraus contra dominos, quia illis inuitis emphyteutę alienarent melioramenta, & beneficium demonstrationis faciendæ à lege introductum ad dominorum vtilitatem illis seruiret de vento. & Bald. tenet contrarium in cap. 1. columna 2. versi. quæro, nunquid vasallus possit côcedere. de prohib. feud. alien. per Fede. Purpura. ad Ias. ibidem. dicit; quòd id de consuetudine non seruatur in sua patria. & videtur ista limitatio esse contra text. in dicto c. potuit. vbi non possunt melioramenta distrahi, nisi præuia denunciatione facta ecclesiæ, & alijs, de quib. ibi Sed pro limitatione facit doctrina Barto. in l. muri leguli. nu. 2. C. de murileg. lib. 11. vbi dicit; quòd ille tex. facit in argumentum, quod feudum possit alienari inuito domino, quando emptor vult subire omne onus, quod sustinebat venditor, & primus feudatarius. Sed Fely. in dicto c. quæ in ecclesiarum. col. 29. versic. sexta conclusio. de constitu. dicit; quòd fraus ista cessat, ex quo agitur, quod non transeat vtile dominium, & sic non est alienatio, sed translatio solius commoditatis, reseruato omni dominio, vbi citat dict. necessariò. §. fi. & ibi not. & in l. cum manusata. §. fi. ff. de contrah. emptio. & no. Bald. in l. fin. oppo. 2. C. de iure emphy. vbi idem affirmat, per d. l. necessariò. quòd emphyteuta potest alienare commoda sua, retento sibi vtili dominio, sed si non retineat, & non reseruat sibi aliquid, non potest. idem Bald. in c. 1. §. quid ergò. de inuest. de re alien. fac. sequitur Barb. ad Bald. in d. l. fi. idem Bal. in l. 1. C. si pig. dat. sit. & idem in dicto c. quæ in ecclesiarum. & Ias. in d. l. fi. num. 9. versi. tenendo. dicit; quod in dubio † emphyteuta talia alienando præsumatur retinuisse 21 sibi vtile dominium: quia in dubio alienando suas commoditates intelligitur alienasse illas, quæ possunt alienari, & sic in dubio intelligitur alienasse meliorationes cum reseruatione iurium suorum, & sic vtilis dominij.

Et pari modo † non procedit dicta conclusio 22 quando plures hæredes vnius emphyteutæ inter se diuidunt rem emphyteuticam licêt diuidere sit alienare, per ea, quæ deduco supra in q. 2. c. 35. incip. venit quoque diuisio sub vocabulo alienationis, quia possunt inter se diuidere emphyteusim, etiam non requisito, vel habito consensu domini sine periculo alicuius caducitatis, aut expulsionis, per Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres, q. 10. nu. 24. ff. de verb. obliga. in l. & ideo. ff. de condi. fur. in l. cum ij. §. si vni. ff. de transac. vbi id firmat per text. in c. 2. §. prætereà ducatus de prohib. feud. alien. per Fed. vbi dicit; quòd feudatarij possunt inter se diuidere feudum sine consensu domini, per text. in l. voluntas. C. de fideicom. vbi si hæredes prohibiti sint alienare, tamen inter se possunt alienare, & diuidere, & cum ratio sit, quare non alienetur emphyteusis irrequisito domino, quia extraneus, & ille, in quem alienaretur, non recognoscit dominum, nec sibi tenetur actio ne personali, vnde tantum prouenirct domino, istud cessat, cum emphyteutæ inter se diuidant, cum vnusquisque dominum recognoscat, & ei tenetur & est * communis opinio, vt per Areti. in * d. §. duo fratres. colum. pen. versic. circa quartam. & ibi, Ias. numer. 75. & Crotus numer. 64. Rip. numer. 86. Bal. consil. 122. lib. 4. vbi dicit, quòd ita * communiter seruatur. refert Dec. cons. 263. * in fin. ità seruari attestatur Alex. in d. §. duo fratres. col. ante pen. nume. 60. versi. item inquantum Bar. in 10. q. Ias. in d. l. fi. colum. 32. num. 114. versi. sexto quæro. C. de iure emph. vbi dicit esse * communê. tenet Butr. cons. 38. viso pûcto. Alex. * consi. 7. incip. In consultatione præmissa. col. 1. sub nu. 5. versi. secundo probatur. vol. 5. & in consil. 25. attentis narratis in themate. col. pen. sub num. 22. versi. benè facit. eo. vol. 5. & in consi. 189. viso, & maturè discusso processu inter ser. Ludouicû. col. 2. nu. 3. versi. quia per talê diuisionê. vol. 2. Cuma. consi. 80. in hoc. n. nô agitur de aliquo præiudicio

Bald. consi. 358. quæritur. vol. 1. Are. consil. 35. Alex. consil. 120. super eo, quod quæritur. col. pen. numer. 5. vol. 1. vbi dicit; quod est * communis opinio. & in d. consil. 189. vol. 4. num. 15. vol. 2. per
29 Imolam in d.c. potuit. 13. col. Et quid in † emphyteusi Ecclesiastica, an illa possit hæres institui, Spec. vbi suprà, versi. 115. quòd sic, vbi dicit, quod emphyteusis Ecclesiæ, qui potest vendere non prohibitæ personæ, vnde, inquit, donare, legare, & hæredem instituere poterit, arg. l. filiusfamilias §. si quis alicui ff. de legat. 1. subdens, Et quod emphyteusis Ecclesiastica in extraneum transferri possit, colligitur, quia Ecclesia emphyteusim perpetuo dare potest, vt per Specu. ibidem, & per Ias. in d. l. fi. col. 23. numer. 77. licet Imo. in d.c. potuit. de loc. teneat, quod emphyteusis Ecclesiæ non potest donari, legari, nec in ea persona extranea hæres institui.

30 † Secundo fallit præfata conclusio, quando emphyteuta rem emphyteuticam permutat, quia id benè potest facere sine consensu domini, & nō cadit, nec iure priuatur emphyteutico, per Spe. de loc. d. §. nunc aliqua. versi. 121. vbi dicit; quòd si emphyteuta talem rem à permutante cum eo recipit, quam nullo modo recipere potest à domino, tunc benè licitè sine domini consensu permutat, licèt in alio casu Spec. ibi teneat, quod non, quia permutatio est vicina emptioni, l. fin. ff. ex quibus cau. in poss. & l. 2. ff. de rerum permu. & deduco suprà in q. 1. c. 4. incip. venit etiam permutatio. & in cap. 20. incip. appellatione alienationis venit etiam commutatio. Bal. in d. l. si domus. §. fi. ff. de legat. 1. tenet; quod emphyteuta possit permutare sine domini consensu. & mouetur, quia in permutatione militat ratio, quæ in donatione: quia quemadmodum emphyteuta secundum magis ** communem opinionem potest donare sine consensu domini, sic & permutare, quia vbi eadem ratio, ibi idem ius statuitur. sequitur Ias. in d. l. fi. colum. 29. numero 101. versi. pro c'ara. C. de iure emph. vbi concludit, quod in permutatione est concludendum in omnibus, & per omnia, vt in donatione in isto articulo. sequitur Iulius Clarus in d. §. emphyteusis. q. 17. vbi allegat Bald. in d. §. fi. & dicat ita * communiter teneri, vt per Ripam Indic. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 86. de verb. oblig. subdens, id procedere, dummodo talis permutatio fiat sine fraude, pone, quia emphyteuta sub paliamento permutationis venderet, per Bald. in d. l. si domus. §. 1. & esse * communem opinionem attestatur Ripa in l. 2. num. 28. ff. si certa. subdens idem Clarus ibidem, † quod inter
31 vocatos in inuestitura, vel concessione emphyteusis indistinctè potest fieri permutatio, quia si inter eos est permissa alienatio, vtique & permutatio.

32 † Tertio non procedit conclusio, quando emphyteuta pignerat, aut hypothecat rem emphyteuticam, quia id bene potest sine consensu absque periculo alicuius caducitatis, vel priuationis, tenet gloss. in d. l. fi. in verb. alijs vendere. Codic. de iure emphy. quam dicit Ias. ibidem versicul. in glo. num. 178. * communiter receptam. sequitur Hieron. Grat. consi. 55. nu. 14. libr. 1. attestatur esse *communem opinionem Ripa in l. filiusfamilias. * § diui. numer 90. de legatis primo. sequitur Clarus in d. §. emphyteusis. 18. quæst. quia, inquit Clarus ibi, pignoris obligatio non est alienatio. Ego tamen deduco suprà in dicta q. 2. capit. 6. Incip. item sub vocabulo alienationis venit pignus. nu. 3. quod immo pigneratio, & hypothecatio, quando est facta pro tanto, quanto res valet; vel pro tanto quod non est relicta spes luendi, nec est verisim le, quòd pignerans, vel hypothecans luat est alienatio. Sequitur hanc opinionem, quòd possit pignerari, & hypothecari Spec. de locat. dicto §. nunc aliqua. versiculo 122. vbi dicit posse per leges veteres, quæ non sunt immutatæ.

† Quartò fallit ista conclusio, quando emphyteusis esset data in solutum, quòd est alienatio, vt suprà probaui in d. q. 2. c. 17. incip. itidem datio. in solutum. quia eo casu licèt non sit requisitus domini consensus, tenet datio, & dans non cadit, tenet Bald. in c. 1. columna quarta. de prohib. feud. alien. intelligendo, quando ista datio in solutum fit authoritate iudicis, & iudice mandante; quia cum dicta alienatio sit necessaria, videtur, quod possit fieri per iudicem in iuribus ipsius emphyteutæ, saluo tamen semper canone domini; secus, si ipsa datio in solutum fieret voluntariè per ipsummet emphyteutam, sine iudice mandante, quia tunc secus, vt per Ias. qui ponit in dicta l. fi. col. 32. numero 113. versiculo quintò quæro. Cod. de iure emphyteut. 33

† Quinto fallit, quando emphyteuta locat emphyteusim etiam ad longum tempus, id quod est alienare, vt dico suprà in dicta quæstione secunda, c. 14. incip. & non solùm locatio. quia id potest facere etiam sine consensu domini absque eo, quòd incurrat aliquod periculum caducitatis, aut priuationis, per Io. de Imola in dicto capitulo potuit. columna 9. versicul. item potest. numero 22. vbi distinguit, an locatio sit facta ad longum tempus, an vero in perpetuum. vt in primo casu non sit necessarius consensus domini: secundo vero casu sic. sequitur Iulius Clarus in dicto § emphyteusis. q. 19. vbi allegat apostil. ad Alexand. in consilio 119. circa finem. libro tertio affirmantem, quod ita * communiter obseruatur vbi dicit Clarus, quod si de hoc fuerit consuetudo, est obseruanda, & excusaret emphyteutam à pœna priuationis Ias. dicta l. fina. Codic. de iure emph. col. 32. num. 112. versic. quarto quæro. mihi placet distinctio Imolæ maximè si emphyteusis esset non perpetua, & in tertiam, aut quartam, aut alias determinatam generationem, quia eo casu non posset fieri locatio in perpetuum sine euersione naturæ emphyteusis. facit Iul. Clar. in d. §. emphyteusis. q. 28. circa fi. 34

† Item nō videtur procedere cōclusio, quā res emphyteutica est data in dotē, id quod est alienare, dico suprà in d. q. 2. c. 10. incip. dare in dotem. quia benè sine cōsēsu domini emphyteuta emphyteusim dare pōt in dotē suæ filiæ sine periculo caducitatis, & seu priuationis, per Spe. de loc. d. §. nūc aliqua. versi. 129. vbi dicit; quod pōt dare in dotem, & in donationē propter nuptias, Auth. de nō alie. aut permut. reb. §. emphyteu. modo tū sit apud filiam, vel dona- 35

donatarium eo modo, quo erat apud patrē, quia, inquit, aliàs donatio interdicitur, tamen in dotem datio permittitur, per iura ibi per eum adducta. per Alex. in d. consi. 173. col. 1. num. 1. volum 2. sequitur Ias. in d. l. fi. col. 31. num. 107. versi. prima ergo. Cod. de iure emphyteu.

36 † Sexto fallit, quando emphyteuta rem emphyteuticam concedit in feudum, putà, tu habes castrum in emphyteusim perpetuam, concedis illud mihi in feudum, quod est alienare, vt dico suprà d. q. 2. c. 28. incip. dicitur etiā alienatio dare aliquid in feudum. potes facere etiam sine consensu domini, & non cadis à iure tuo, per Specu. de loc. d. §. nunc aliqua. versicul. 129. vbi concludit, id posse fieri sine consensu domini, quia potest velle dare gratis propter affectionem emphyteuta amico, vel seruitori, vel propter merita, quæ non militant in domino, erga quem non cadit ista affectio, quæ mouet emphyteutam, & à quo emphyteuta nulla recipit seruitia, & sic nulla sunt merita. item quia si dominus recipiat in feudū ab emphyteuta, nascitur absurditas, quia emphyteuta efficitur maior domino, & dominus efficitur subiectus illi. item fit contra regulam, quod res mea mihi seruire non potest, vt ibi. tenet, & sequitur Imo. in d. c. potuit. col. 8. item potest quæri. nu. 20.

37 Item † non procedit conclusio, quando emphyteuta compromittit de emphyteusi, id quod est pariter alienare, vt deduco suprà in d. q. 2. c. 36. incip. venire etiam videtur compromissum, &c. quia etiam si compromittat sine consensu domini, non cadit, secūdum Bal. in l. fi. §. fi. ad fi. C. comm. de leg. vbi dicit, quod compromittendo quis non videtur alienare, etiam quod arbiter arbitrando adiudicaret rem emphyteuticam aduersario, quia dicit, quod per sententiam arbitri nō perdit quis dominium rei. facit Spec. de arbi. §. restat. versiculo sed nunquid. vbi vult, quòd vasallus potest de re feudali compromittere. per Roma. in l. 1. §. & post operis. in fine. de operis noui nuncia. Ias. in d. l. fin. col. 34. numero 119 vers. nonò quæro. pro Ias. facit, quæ deduco suprà dicto cap. 36.

38 † Item limitatur conclusio, vt non procedat, quando emphyteuta transigit super re emphyteutica, quia licèt trāsigere sit alienare, vt dico supra in dicta quæstione 2. capitulo primo. incip. istis paucis. tamen in aliquibus casibus potest transigi per emphyteutam, & transigendo etiam sine consensu domini non cadit; pone, quando emphyteuta rem emphyteuticam penes se existentem penes se retinet ex causa transactionis, tamen fit transactio taliter, quòd res remanet sibi, aliud dando, aut faciendo aduersario, & eo casu benè potest transigere emphyteuta sine cōsensu domini, quia tunc nil alienat, & ista non est alienatio, per gloss. in l. nulli. vbi Barto. & alij. ff. de transactio. item in casu, quo erat res dimissa penes aduersarium ex causa transactionis aliquo dato, aut recepto per emphyteutam, & talis trāsactio est adhuc permissa sine consensu domini, quia dimissio rei existentis penes aduersarium ex causa transactionis nullam inducit translationem dominij, vel alienationem, per textum vnicum in leg. si pro fundo. vbi Bar. C. de transaction. glo. in l. penul. C. de vsucapio. pro emptor. sequitur Ias. in dicta l. fina. colu. 33. numero 122. quæstio. 10. versic. breuiter.

† Item fallit, quando emphyteuta imponit rei emphyteuticæ aliquam seruitutem, vel vsumfructum, quod itidem appellatione alienationis venit, vt suprà tradidi in dicta quæst. 2. cap. 16. incip. quando vero constituitur seruitus, &c. quia id potest benè facere sine consensu domini, etiam sine periculo caducitatis, per doctrinam Bal. in l. in prouinciali. Cod. de seruitutib. & aqua. vbi posita ista quæstione, & ad partes disputata, concludit, quòd emphyteuta benè potest imponere seruitutem super emphyteusi etiam sine requisitione cōsensus domini, quæ tamen seruitus durabit, quantum durat ius emphyteuticum, & non vltrà, argu. l. si is, cui. ff. quemadmodum seruitus amit. & finito iure emphyteutico ipso iure seruitus resoluetur, argum. l. peto. §. prædium. de legatis secundò. Pro quo facit gloss. ordinaria in l. secunda. ff. de seruitut. Bald. in capitulo primo. §. quid ergò. de inuestitu. de re alien. fact. in vsibus feudorum. per illum tex. quem reputat singularem, vbi idem dicitur de vasallo, intelligendo tamen, quòd impositio talis seruitutis tenet in præiudicium emphyteutæ, vel vasalli, non domini. & habetur per eundem Bald. in l. 1. §. item in fundo. per illum textum, quibus modis vsufruct. amitt. quòd emphyteuta in re emphyteutica potest vsumfructum constituere, & in hac constitutione facienda non requiritur consensus domini, sequitur Ias. in dicta l. fina. colum. 34. numero 117. cum seq. versic. octauò quæro. vbi versic. & ex his habetis 14. limi. dicit, quod ista est alia limitatio ad dictam conclusionem, vt non procedat, quantum ad imponendam seruitutem, vel vsumfructum constituendū, quia in talibus non requiritur consensus domini, per Barto. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquiren. possess. pen. colu. versic. quæro quomodo. idē Ias. in d. l. fin. colum. 32. numer. 112. versic. quarto quæro, ad fin. & per eundem col. 31. sub num. 106. vers. secunda est, quia per venditionem vsusfructus sola commoditas transfertur, non ius, vt ibi. 39

† Item non procedit conclusio, quando res emphyteutica est vendita, vel alienata per ignorantem rem esse emphyteuticam, & talem, puta, quòd sit nouus hæres, nouus successor, in quo cadit verisimilis ignorantia, quia talis conclusio, vt alienans emphyteusim sine consensu domini cadat à iure, procedit, si alienans scienter fecit, c. 1. de controuer. inter dominum, & emptorem feud. quem tex. Bald. ibi ad finem reputat ad hoc valde singularem, & ex eo colligit, quod in omnibus alienans cadit à iure suo, omnia iura in hoc disponentia debent intelligi in sciente qualitatem rei, secus in ignorante: & similis distinctio, secundum eum, habetur in l. fi. §. fin. de leg. 2. est glo. in l. 2. in glo. fin. Cod. de iure emph. dicit in terminis Bald. in cap. si vasallus. ad fi. text. si de feu. defunct. conten. sit inter dom. & agna. quod si hæres ignoranter vendidit fundum emphyteuticum, non cadit à iure suo, & dominus volens alienatam rem reuocare, habet docere de scientia, & scientiam probare alienantis. 40

† Item non procedit, si sit facta alienatio ir- 41
requisito

requiſito domino cum pacto legis commiſſoriæ,
vel adiectionis in diem, & contractus per aduen-
tum conditionis eſt reſolutus; quia ſi tale pactum
fuerit appoſitum in ipſo contractu alienationis, &
tempore dictæ alienationis, tale pactum excuſat
alienantem à caducitate, per Guliel. de Cuneo,
quem ſequitur Bald. in l. ab emptione. in vlti. colum.
ff. de pact. per gloſſ. ibi affirmantem, quod cum pa-
ctum legis commiſſariæ, vel adiectionis in diem
apponitur ab initio tempore contractus, tunc
contractus reſoluitur ipſo iure, & ipſo iure trans-
fertur dominium; ſecus ſi ex interuallo, quam gl.
ibi extollit Ang. Iaſ. in d. l. ſi colum. antepe. num. 138.
verſi. 21. quæro. C. de iure emphyt.

41 † Item fallit concluſio, quando eſt facta ven-
ditio, aut alienatio ſine conſenſu domini requiſi-
to, cum clauſula Saluo iure, & ſaluo conſenſu do-
mini, & non aliter, nec alio modo, quia ſic facta
tenet alienatio, & alienans non cadit, nec per-
dit ius, quia mediante illa clauſula; Nec aliter, nec
alio modo, nihil actum videtur, quia con-
ſtat, quod non intendit alienare, niſi poſsit, &
& non aliter, iuxta no. in ſimili in l. ſi quidem. C. de
except per Bald. in c. 1. §. ſi col. vlt. quæ fuit prima cauſa
benef. amit. in vſib. feud. vbi dicit; quod non ſufficit,
quod ſit dictum Saluo iure domini, vel eccleſiæ,
quia ſi proceſſum ſit ad traditionem, illa verba
parum, vel nihil releuant. Aluarot capitu 1. de pro-
hib. feu. alie. apoſtil ad Abb. in d. c. potuit. de loc. in ad-
dit. incip. ad hoc, quod dicitur Abb. in c. ſi. col. ſi. nu. 10.
verſic. vlt. hic quæro. de feud. quia cum non ſit de-
nunciatum domino, clam factum videtur. tenet
idem Bal in l. vnica 12. col. verſiculo quæro, quid C. de
his, quæ pœn. nom. quod proteſtatio illa, Vendo ſal-
uo iure, & ſaluo conſenſu domini, nihil releuat,
vt ibi per eum in q. 6. numer. 50. Dec. conſil. 160. col. 2.
ad ſi. numer. 4. & conſi. 464. col. 2 in princ. numer. 7 &
colum. 3. numer. 13. Pariſ conſil. 86 colum. 3. numer. 14.
cum ſeq. 4. volum. Duran. in tract. de arte teſtan. &
in titu. de leg. caut. 46. ad ſi. & eſt ſententia magis
** ** communiter approbata ſecundum Curt. ſen. conſil.
8. per tot. & ita aliàs ſe conſuluiſſe, & obtinuiſſe
reſpondet Aug. Bero. in d. cap. potuit. col. 5. in prin-
ci. num. 24. cum ſeq. de loc. vbi dicit, quod aliàs ex
dicta clauſula diſpoſitio legis alienationem rei
emphyteuticæ prohibentis eluſoria videretur,
quia ſemper emphyteutæ cum dicta clauſula do-
minis irrequiſitis bona emphyteutica alienarent.
& per Alcia. nouiſſimè in vna Placentina, vbi di-
cit; quod ſeruatur in practica, vt hoc caſu dicta
clauſula Non obſtante, ſit locus caducitati, vt per
eum in conſi. 753. nu. 2. eſt in ciuitate Placentiæ ſtatu-
tum in lib. Stat. d. ciuitatis ſub rub. de prohib. alie. rei
emphyteu. incip. Ordinamus omnino prohibitum cuiuſ-
cunque alienationis rei emphyteuticæ inconſulto do-
mino: de quo etiam per Alc. d. conſil. 753. Et facta a-
lienatione, & ſequuta traditione rei, ſi ceſſet em-
ptor, aut ſucceſſor in re vltra annum, & diem pe-
tere à domino directo conſenſum, cauſata intelli-
gitur caducitas, per Cagn. in l. 2. 16 q. nume. 107 C. de
pac. inter empto per tex. in l. ſi. §. neceſſitatem. vbi Iaſ.
colum. 8. numer. 33. cum ſeq. 11. no. Codic. de iure em-
phy. vbi concludit, quod nouus emphyteuta tenetur
inueſtituram à domino petere, & licèt ille tex. ni-
hil dicat de tempore, tamen idem Cagn. & Iaſ. ibi-
dem dicunt, quod id ſuppleri debet per iura lo-
quentia de feudatario, ſcilicèt, per text. cap. 1. quæ
fuit prima cauſa benefi. amit. & cap. ſi. de prohib. feud.
alien. per Lothar. vbi ita deciditur in feudatario.
quia de iure valet argumentum de feudatario ad
emphyteutam. Soci. quia atteſtatur de * commu- *
ni, in conſilio 167. non inutilis colum. penul. numero 24.
verſiculo confirmo. volum. 2. Alexand. conſilio 24. incip.
viſa facti narratione. colum. 1. numero 2. volum. 3. De-
ci. conſilio 624. colum. 2. numero 6. quamuis contrari-
um teneat idem Bald. in capitulo 1. §. donare. colum.
fina. qualiter olim feud. pot. alien. & in additio. ad Spe-
cul. de locat. verſicul. nunquid. & titu. de pace Conſtant.
§. libellariæ. colum. 15. Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum.
colum. 30. de conſtit. Rom. conſilio 471. emphyteuta non
poteſt. relati per addit. ad Abb. in dicto capitulo potuit.
littera Codic. ſuper verb. exponere venale. extra loca.
vbi tenent, quod clauſula Saluo iure, excuſat à ca-
ducitate. Et ſimili modo excuſatur alienans à ca-
ducitate, † quando dicit alieno tibi, ſi, & inquan- 43
tum de iure poſſum, & non aliter, & poſtea ſequa-
tur traditio, quia per iſtam conditionem adie-
ctam alienationi excuſatur emphyteuta à pœna
caducitatis, per Bald. in capitulo 1. § hoc quoque pe-
nul. colum. de ſucceſſ. feud. per Aluaro. capitulo 1. verſi-
culo quæro, quid ſi vaſallus. de prohib. feu. alien. per Fed.
per Iaſ. in d. l. ſi col pen. num. 143. verſicul. vigeſimoquin-
to pone.

Et pari modo non cadit emphyteuta alienans
emphyteuſim ſine conſenſu Domini, ſi in aliena-
tione † proteſtatus ſit, quod alienat ſub conditio- 44
ne, ſi Domino placuerit, vel ſub conditione, ſi
conſenſus Domini acceſſerit, quia talis proteſta-
tio illum ſaluat à periculo caducitatis, per Alb. in
d. l. ſi. colum. ſi. quia cum iſta ſit venditio conditio-
nalis, perinde eſt, ac ſi Domino fuiſſet mandatum,
& illius conſenſus eſſet habitus, l. fin. Codic. de fund.
patri. libr. 11. Bald. in ca 1. §. hoc quoque. de ſucceſſ. feud.
Aluar. in cap 1 penul. colum de prohib. feud alien. Iacob.
Ardizo. in Summa tit. quibus mod. feud. amitta. in ru-
brica ſua, ſi vendidit ſub conditione: quod tamen
intelligo, ſi non ſit ſequuta rei traditio, vt ſu-
prà.

† Et ſimiliter non cadit emphyteuta alienans 45
ſine conſenſu Domini ponens in inſtrumento,
Ego vendo ſi Dominus non reuocauerit, aliàs
ſit inempta, quia per iſtam conditionem benè ex-
cuſatur à pœna caducitatis, tenet Bart. in l ſi quis
locuples. ff. de manum. teſtam. per Iaſ. in d. l. fin. in fi-
ne. non ſequuta tamen rei traditione, vt dico ſu-
prà.

† Item non procedit concluſio, quando em- 46
phyteuta alienat non requiſito Domino, & con-
tractus alienationis eſt celebratus minus ſolemni-
ter, non ſeruata ſolemnitate ſeruanda, & ſic nulli-
ter, putà ſtatutaria, vel conſuetudinis, puta, ſi mu-
lier, vel pupillus non interueniente propinquo-
rum conſenſu, & ſimilium alienet, quia tunc non
cadit à iure emphyteutico, quia verbum Vendi-
tio, abſolutè prolatum non comprehendit vendi-
tionem nullam ex defectu ſolemnitatis, arg. l. 4. §.
condemnatum. ff. de re iud. Facit Bart. in l filium. §. ſi
quis. ff. de leg præſtan. vbi quod ſi ſtat ſtatutum, quod

si quis cesserit actionem alicui nobili, cadat à iure suo, non cadit, si cedens cedere non potuit, aut cessio fuit inutilis. tenet Bal. *in l. 1. §. fi. ff. quod quisque iur.* vbi statutum puniens opponentem exceptionem, non punit opponentem ineptè. Bald. *in l. quid ergo. §. cum autem. ff. de infam. per Bart. in lege vbi pactum. C. de transactio. & in l. continuum. §. cum quis. ff. de verborum. obligation.* vbi ponit, an, & quando sufficiat aliquid de facto fieri, quod de iure non teneat.

47 † Item non procedit conclusio, vt emphyteuta non possit alienare sine requisito consensu domini, quando vxor est domina emphyteusis, quia si sit emphyteuta vxoris, quæ vere est domina, & velit vendere emphyteusim, aut alienare, potest requirere consensum mariti tantùm sine vxore, & sufficit, vt non cadat, quia perinde est, ac si vxori met foret denunciatum, per tex. *in l. aut qui aliter. §. sed & seruis & gloss. ibi, ff. quòd vi, aut clam.* vbi habetur, quòd sufficit viro nuntiare, vel eo sciẽte opus facere, vbi Bartol. dicit, quantum ad excusandum quem à dolo, quod sufficit denunciare viro pro vxore, ad nota. per eundem Bartol. *in l. nõ solum. §. morte. in 3. colum. ff. de operis noui nunciatione. Angel. & alij in l. de pupillo. §. si quis ff. eodem. Ias. in d. l. fi. columna 35 numero 130. versicul. decimoseptimo quæro.*

48 † Pro qua materia nota, quod si emphyteuta in facienda denunciatione pretij reperti pro alienatione, vel venditione emphyteusis non fuerit verax, & legalis, immo maius pretium, quam reuerà inuenit, domino nunciauerit, tâlis denunciatio nihil facit, & perinde est, ac si requisitio non esset facta, tenet Hostien. *& alij in dicto c. potuit. de loca. vbi Imo. in primo nota. Spec. in d. §. nunc aliqua. de loca. versic. 92. per Salyc.* vbi dicit, quòd per istam factam notificationem emphyteuta cadit à iure.

Item non procedit conclusio de æquitate, quando emphyteuta emphyteusim alienatam dubitans de periculo caducitatis celeriter reuocat, & recuperat, quia tali recuperatione celeriter facta

49 † ante sequutam declarationem mentis domini, & ecclesiæ super caducitate, & deuolutione euadit pœnam, tenet Speculat. *in d. §. nunc aliqua. versic. 96. de loca. c. si quis præsbyterorum. de rebus eccles. alienan. vel non capitulo de multa de praben.* subdens. Nec obstat, quod decretal. si quis presbyterorũ. loquatur de æquitate, & quòd aliud sit de iuris rigore seruandũ; quia cum ista æquitas scripta sit, rigori iuris est præseruanda, *l. placuit. C. de iudi.* vbi etiam recenset alios tenere contrarium de rigore iuris. tenet primam opinionem Salyc. *in d. l. final.* quòd si celeriter redimatur, pœnam euitat, per tex. *d. cap. potuit versiculo, nisi celeri.* reseruando dispositionem illius versiculi ad omnia præcedentia, idest, tam ad alienationem, quàm ad cessationem solutionis, vt videlicèt ille, qui alienauerit, & qui cessauerit soluere, cadat, nisi celeri satisfactione sibi prouiderit, tenent Butri. & Ioan. Andr. *in d. cap. potuit. Ioan. Andr.* in illis verbis, videlicèt, Vel potest dici de duobus mensibus, vt quo tempore dominum expectat emphyteuta, eodem tempore expectetur emphyteuta per dominum, vt videlicèt dicatur celeriter prouidere sibi si infra duos menses, &c. & duo menses in eo text. sunt assignati alienare volenti. Sequitur Bero. *ibi col. 41. vers. vtrum autem. num. 163.* vbi supra hac quæstione facta primo de alienatione, sine traditione quæ benè, inquit, potest reuocari etiam sine consensu emptoris, stante, quod lex annullat talium rerum emphyteuticarum contractus sine consensu domini directi celebratos, *l. fi. C. de iure emphy.* Secundo loco, dicto de alienatione sequuta traditione in vtroque casu, & in vtraque alienatione, concludit, quòd per celerem recuperationem, & reuocationem rei alienatæ, potest emphyteuta alienans moram purgare, & sibi à periculo caducitatis prouidere. sequitur Bald. *in d. l. fi. in finalibus verbis, ibi;* Vel dic, quod licèt cadat ipso iure, quia tamen intelligitur, si dominus voluerit, dicendum est, quod si ante declaratam domini voluntatem emphyteuta rem recuperauit, sufficit, vt pœnam cadentiæ euitet, non, si posteà, vbi intelligit dispositionem tex. *in dicto capitulo potuit.* comprehendere vtrumque casum, & referri ad vtrumque, ad alienationem, & ad cessatam solutionem, quia per celerem satisfactionem in vtroque casu potest mora purgari, & pœna cadentiæ euitari. sequitur. Saly. *ibidem ad finem,* licet sit secus in feudatario, vt per eundem Saly. Albe. *in d. l. fi. dicto loco, & per Bero. in d. cap. potuit.* qui feudatarius semel, quòd illicitè alienauit, cadit, & recuperando celeriter moram non purgat.

† Et per alienationem factam irrequisito domino, vel ecclesia, non cadit ipso facto alienans, nisi velit ecclesia, & declaret, se velle, per Saly. *in d. l. fi. Cod. de iure emphy. Imo. in repet. cap. fi. de rescript. 34. colum. per adducta per Alexan. in consi. 106. num. 4. lib. 4. Ias. in l. 2. num. 8. & num 15. C. de iure emphyteu.* 50

ADDITIO.

à SEd contra Ruin. *consilio 57. numero 9. volumine primo.*

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius vsumfructum absque consensu hæredis alienare potest.*
2 *Vsufructuarius vendit, & alienat fructus, locat, & obligat.*
3 *Vsufructuarius vsumfructum alienare potest, quò ad commoditatem fruendi.*
4 *Conductor ad longum tempus non potest suum ius alienare, nisi sine dispositione l. fi. Cod. de iure emph.*
5 *Colonus vendens tanquam proprietarius expelli potest.*
6 *Colonus partiarius, qui rem in emphyteusim accepit, alienare non potest.*
7 *Superficiarius an possit sine domini consensu alienare.*
8 *Censuarius per quamcunque alienationem ab eo factam non cadit à iure suo.*
9 *Censuarius, si cesset soluere canonem etiam per mille annos, non cadit.*
10 *Alienare rem emphyteuticam, & non soluere canonem à pari ponuntur.*

CAP.

CAP. X.

HIs dictis de emphyteuta, videamus de vsufructuario, de conductore, de superficiatio, & alijs huiusmodi, an possint alienare sine Domini consensu, & si alienant aliter, an à iure cadant. Et incipiendo ab vsufructuario, vi-
1 detur, quod † vsufructuarius possit liberè alienare absque requisitione Domini proprietatis vsumfructum, est tex. *in l. cui vsusfructus. ff. de vsufruct. & quemadmodum quis vtat.* vbi habetur, quod ille, cui vsusfructus legatus est, potest illum vendere extraneo etiam inuito hærede, vbi gloss. dicit, esse secus in emphyteuta. sequitur gloss. *in l. fin. Cod. de iure emphyt. in gloss. fin. sequitur Ias. ibi colum. 29. vers-*
2 *ficul. in ea. gloss. in fin. numero 106.* Facit † quia vsufructuarius vendit, & alienat fructus, *l. arboribus. §. vsufructuarius. ff. de vsufruct. per Bart. in l. 1. versicul simile in vsufructuario. Codic. de pet. bon. sublata. libr. 10.* Item potest locare, & concedere rem fruendam, *Insti. de vsu, & habita. in fin.* potest obligare vsumfructum, *l. is, cui vsusfructus. vbi Bart. ff. de pignor.* Sed id non potest vsufructuarius, nisi pro tempore, quo durat eius vsusfructus, per ea, quæ latè deducit, Socin. *in consilio 32. incip. ex his. versic. circa 2.*
3 *quæst. par. 1.* Et † quod dicitur, quod potest vendere vsumfructum, intelligo, quòd possit vendere commoditatem fruendi etiam Domino nõ requisito, immo etiam inuito, *l. necessario. § fi. de peric. & comm. rei vendi. Bal. in l. per diuersas. 2. colum. C. mand. Bar. in l. interest C. de vsufruct.*

4 † Conductor vero ad longum tempus, non potest suum ius alienare, nisi seruata forma *d. l. fin. Codic. de iure emphyteut.* quia si alienat ius suum non requisito consensu Domini directi, cadit à iure suo, tenet Raph. Fulg. *in consilio 24.* pro euidentia eorum, de quibus quæritur. quod reputat mirabile Ias. *in d. l. fin. colum. 2. numer. 2. versi.* antequam, & dicit esse ampliationem ad dispositionem *d. l.*

5 † Colonus vero, qui tanquam proprietarius rem sibi locatam vendidit, quia potest dici, quòd malè versatur respectu contractus, quia facit id, quod est contra naturam contractus locationis, & conductionis, *vt l. fina. Codic. de acquiren. possess.* è re conducta potest expelli, per doctrinam Bald. *in l. ade. colum. fina. versicul. sed quid Codic. loca. facit Bald. in l. vsufructu. solu. matri. ad finem. per Ias. in d l. final. colum. 36. quæstione decimatertia, sub numero 125. versicul. & ad hoc quod emphyteuta.* vbi dicit, quod emphyteuta, & colonus, qui vendunt rem tanquam propriam, & sic tanquam proprietarij, possunt expelli à Domino, per Baldum *in locis allegatis, & Imola in dicta l. vsufructu.*

6 † Colonus autem partiarius, qui recipit rem in emphyteusim, non potest alienare rem non requisito Domino, & non seruata forma *d. l. fin. Cod. de iure emphyt.* etiam soluendo quinquagesimam, per Spec. *in §. nunc aliqua. de locat. versicul. 104. in fin. per Ias. in d. l. fi. colum. 37. quæst. 18. num. 131. vbi citat Io. Fab. & ibi Ias. hoc notat pro extensione dispositionis d. l. fi.*

7 † Superficiarius pariter videtur, quòd non possit alienare, nisi cum consensu domini, secundum Bar. *in l. 1. §. quod autem. lib. secundo. ff. de superfici.* vbi distinguit, quod aut superficiarius, qui emit, vel habuit superficiem, est obligatus ad aliquam annuam pensionem, vel præstationem, & iste superficiarius potest vendere, & quocunque titulo alienare, & in alium transferre absque consensu domini, & non seruata forma *dict. l fin.* aut superficiarius pro superficie soluit aliquam annuam pensionem, & seu præstationem, & tunc talis non potest vendere, nec alienare sine consensu domini, & seruata forma *d. l. fi.* & puto, inquit, quòd idem iuris sit in eo, quod in emphyteuta. sequitur Spec. *qui idem tenet, in d. §. nunc aliqua. de loca. versicul. 119. per Imo. in cap. potuit. de loc. colum. 3. numer. 8. per Ias. in dicta l fi. colum. 15. sub nume. 56. versiculo respondet. ibi Bar. & col. 38. numero 131. versicul. decimo octauò quaro. per Angel. Aret. in §. adeò. Institu. locat. ad finem.*

† Censualis vero, vel censuarius per quamcunque venditionem, aut alienationem ab eo factam de re censuali, ex quo habet virtute sui contractus in se translatum dominium, *per no. per gloss. & Doctor. in capit. constitutus. de religio dom. Imo. in cap. ad audientiam. de rebus eccles. alienan. vel non.* ob alie- 8
nationem non cadit à iure suo, quia si † non soluat 9
canonem, & cesset etiam per mille annos, non cadit, glos. *in dicto capitulo constitutus.* ità pari modo si alienet non requisito domino, non debet cadere à iure, quia isti duo casus † à pari ponuntur, non 10
soluere canonem, & alienare, *d. cap. potuit. de loc.* vnde in his debet eadem iuris dispositio militare. tenet Bartholo. Socin. *in consilio 208. visis actis, & actitatis. colum. 3. numero 5. versicul. sed in tractatu censuali. volum. 2.* licet contrarium teneat Aret. *in dicto §. adeò. Instit. loca. ad finem.* vbi dicit; quòd sicut emphyteuta non potest vendere sua melioramenta irrequisito domino, & si vendat, cadat à iure suo, ità etiam superficiarius, vel censuarius, qui soluit aliquid nomine pensionis; vbi dicit, se ità habuisse de facto in superficiario, & censuali ecclesiæ Sancti Proculi. facit Dec. *consilio 264. col. 3. & Ias. in d. l. fi. colum. 36. numero 131. versicul. decimo octauò quaro.*

SVMMARIVM.

1 *Vasallus negans tenere feudum à domino, feudum amittit.*

2 *Vasallus negans partem, cadit à parte negata tantùm.*

3 *Vasallus negans narrata, prout narrantur, an dicatur negasse feudum, & num. 4.*

5 *Vasallus negans non priuatur ipso iure, sed requiritur sententia.*

6 *Negatio potest per vasallum negantem reuocari.*

7 *Emphyteuta post negationem moram purgare non potest.*

8 *Emphyteuta, si negauerit se esse emphyteutam, conuictus de mendacio cadit à iure suo.*

9 *Emphyteuta negans non cadit, nisi neget per dolum, vel latam culpam.*

10 *Emphyteuta negans amittit possessionem, non autem cadit à iure.*
11 *Emphyteuta conuentus negans rem esse ecclesia, conuictus, palinodiam recantando, an sit audiendus.*
12 *Negans sine iusta causa ignorandi priuari debet.*
13 *Emphyteuta possessionem domini interuertens, an possit à domino propria authoritate expelli.*
14 *Conductores, coloni, & similes, qui interuertunt possessionem domini, suo iure priuantur.*
15 *Locatio finitur eo ipso, quòd colonus excipit de dominio.*
16 *Colonus negans similis est furi.*
17 *Qui negat, vel non soluit mercedem, dicitur dominum spoliare.*
18 *Qui negando in re ipsa deliquit, iustum est, vt in eadem re puniatur.*
19 *Conductor conuentus rei vendicatione non potest opponere, quòd agens non est dominus.*
20 *Conductor, qui habet iustam causam contradictionis, excusatur à pœna.*
21 *Causam ab aliquo voluntariè habens, quaestionem dominij refricare non potest.*
22 *Conductorem negantem finita locatione rem conductam restituere, potest dominus propria authoritate expellere.*

CAP. XI.

NEgatione quoque feudatarij, emphyteutæ, conductoris, vel alterius similis causatur caducitas, vel expulsio: pone, quando feudatarius feudum, emphyteuta emphyteusim, conductor rem locatam de dominio excipiendo quęstionem dominij referendo, aut ius directi dominij subuertendo vel aliàs possessionem dominij, interuertendo inficiantur, vel excipiunt non esse dominum, vel rem non esse sibi ab eo infeudatam, emphyteuticatá, locatam, aut se pro ea non teneri ad alicuius solutionis, vel canonis præstationem.

1 † Quia si vasallus inficiatur feudum domino, vel neget feudum tenere à domino, feudum amittit, per text. *in capitulo primo, §. vasallus si feudum. si de feud. defunct. conten.* Sed aduerte, quòd text. loquitur, quando negat, aut inficiatur feudum de certa scientia, quia secus, si ignoranter, vbi gloss. *in verb. scientia intelligit*, quod ignorantia crassa, & supina non erit excusata. vbi Bald. dicit, quòd non dicitur scire, nisi qui certitudinaliter scit, & aliquando qui habet vehementem opinionem consonantem substantiæ veritatis, quæ vehemens opinio nascitur ex indicijs immediatis. & sciens in casu *d. §.* etiam intelligi debet eo, qui scire debuit, item qui refugit scientiam, habetur pro sciẽte: vbi
2 glo. subdit, quòd † si vasallus negauerit tantùm vnam partem feudi, putà certa prædia, aut possessiones feudales, cadet tantùm à parte negata, non autem à toto feudo, quia, inquit, non debet vltrà procedere metus, quàm reperiatur delictum, *l. sancimus. Cod. de pœnis.* & licèt Pet. de Ceruo. tenuerit contrarium, quod videlicèt cadat à toto negando partem, tamen eius sententia ab omnibus
* feudistis * communiter reprobatur, vt tradit Iul. Clar. *in §. feudum. lib. 4. senten. quæst. 59. versiculo sed quid. vbi Iulius in versicul. sequenti subdit*, quòd si vasallus † non negauit in specie feudum, sed litem 3
contestando negauit narrata, prout narrantur, &c. quòd per talem responsionem, & seu negationem non dicitur negasse feudum, ità quòd incidat in pœnam priuationis, argum. *eius, quod dicit Barto. in l. si dubitet. §. ità demùm. ff. de fideiussor.* vbi dicit; quòd fideiussor conuentus respondens per illa verba, Nego narrata, prout narrantur, non dicit se non esse fideiussorem, quia non negat se fideiussisse, ideò non potest dici per talem negationem perdidisse beneficium diuisionis, & in pœnam amissionis talis beneficij incidisse, vt ibi per Bar. per Iulium Clarum *ibidem*, vbi nonnullos citat authores. Sequitur Bald. *in d. §. vasallum. colum. 1. versiculo quæro, dicitur.* vbi tenet, quod non cadit, nisi à parte negata, non etiam à parte confessata, quia dolus, & pœna sunt proportionabilia, & dolus, & pœna diuisionem patiuntur, vbi reprobat opin. Petr. Cer. qui sentiebat, quod in totum esset priuatus, non quod esset rationabile, sed quia ità esset de consuetudine; vbi concludit, aliud esse, si sit commissum circa rem diuisibilem, aliud, si circa rem indiuisibilem, vt primo casu pęna non egrediatur delictum, secus in secundo casu In quo casu negationis idem videtur sentire Ias. quod in alienatione, & distinguere videtur, prout in alienatione, vt per eundem *in l. si. colum. 40. num. 125. versic. 13. quæro. ad medium, & Bal. in d. §. vasallus. colu. 1.* dicit esse intelligendum non † de 4
simpliciter negante, quia talis, inquit, non videtur incidere in istam pœnam, sed in negante per dolum, vel latam culpam.

† Sed an iste vasallus negans sit priuatus ipso 5
iure nec ne? Videtur, quod non, immò videtur, quod requiratur sententia, quia tex. *d. §. vasallus.* vtitur verbo futuri temporis, quod importat sententiam, *vt no. in l. in criminali. Codic. de iurisd. om. iud. per Doct. in l. iubemus nulli. Cod. de sac. eccl.* & ista † ne- 6
gatio potest per vasallum negantem reuocari vsq; ad sententiam secundum, Iacob. de Belui. *in d. l. in criminali. apostilla ad Ias. in l. 2. colum. 24. quæst. 32. nu. 86. versic. puto tamen. littera E. super verb. quod vasallus negans. Cod de iure emphy.*

† Emphyteuta quoque, qui post lapsum tem- 7
pus ad soluendum canonem, vel pensionem conuentus denegat, non potest post negationem moram purgare, nec sibi celeri satisfactione prouidere, immò cadit à iure, per Spec. *in d. §. nunc aliqua. versiculo 84. quæritur. de loc.* nam, inquit, cum de iure antiquo post tempus non posset soluere, immò res emphyteutica ei auferebatur, & de iure moderno possit sibi celeriter satisfaciendo prouidere, est restringendum, vt qui exactus debitum non soluit, non possit sibi prouidere.

† Et emphyteuta conuentus, vt canonem sol- 8
uat, si denegat, vel neget rem esse emphyteuticam, aut se esse emphyteutam, conuictus de mendacio perdit emphyteusim, & cadit à iure emphyteutico per talem negationem, per doctrinam Innoc. *in cap. cæterum. extrà de iudic.* vbi sic tenet, quando scienter negaret se esse emphyteutam, & posteà conuin-

steà conuinceretur de mendacio, secus, si ignoranter, & causa ignorantiæ foret iusta; pone, quia hæres alterius, & in alterius ius, vel locum successit, idem tenet Ang. in l. fin col. 1. per illum text. ff. de rei vend. Sed intellige, vt dico supra in vasallo.
9 quod emphyteuta † negans non cadit, nisi oeget per dolum, vel latam culpam, vt per Bald. in d. §. vasallus. c. 1. si de feud. defun. cōten. sit inter dom. & agna. per gloss. in §. ex meleficijs. versicul. item mista. in verb; distulerint. Instit. de actio. glo. in d. l. fi. de rei vendi. Bar. in l. eum, qui. in prin. ff. de iureiur. Ias. autem in d. l. 2. colum. 24. quæst. 32. sub numer. 86. versicul. puto tamen. Codic. de iure emphy. tenet contrarium quod emphyteuta per negationem non amittit ios, nec cadit à
10 iure, sed tantùm † amittit possessionem. primò, quia Bal. in d. §. vasallus. colum. 2. ver. extrà quæro. tenet, quod pœna amissionis feudi indicta vasallo neganti non militat in emphyteuta, vel liuellario, quia pœnæ non trahuntur ad casus non expressos, & quia in pœnalibus, & odiosis, non fit extensio. & l. fi. de rei vend. in qua se fundat Ang. non loquitur de amissione alicuius iuris, sed tantum de amissione possessionis. quia, inquit, ibi habetur, quod si conuentus rei vendicatione neget se possidere, conuictus de mendacio perdit beneficium possessionis, & de amissiooe iuris ibi verbum nullum.

11 † Si verò emphyteuta, vel priuati, vel ecclesiæ, conuentus rei vendicatione neget rem esse ecclesiæ, & posteà de mendacio sit conuentus, palinodiam recantando, dicat rem se habere ab ecclesia iure emphyteutico, an debeat audiri, an vero dicatur rem amisisse per negationem, quia videtur suboertere voluisse ius directi dominij? Et videtur, quod per talem negatiooem perdiderit ius suum emphyteuticum, per Specul. in d. §. oune aliqua. versiculo 65. de loca. vbi dicit, quod negās in re ipsa deliquit: deliquit enim volēdo priuare Ecclesiam dominio, vnde, inquit, merito priuandus est iore suo. vnde quia in re ipsa negando deliquit, instrumentum est, vt in eadem re puniatur: item negando ipsam rem emphyteuticam esse videtur in re malè versatus, vnde ob hoc solum debet posse expelli. subdens in fine secundum Martin. de Fan. quod hoc casu negans, qui iustam cau-
12 sam non habuit ignorandi, sola debet † negatione prinari, si hoc postuletur, Authen. item si possessor. C. qui poti. in pig. habeantur. facit Alber. in rub. C. de iure emphyt. & per eundem in l. si quis conductionis. col. 2. C. de loca. sequitur Ias. in d. l. 2. col. 24. q. 33. numero 87. vbi dicit, & tenet, qnod negans tantum priuatur possessione, non autem iure, ibi in fine, & istud est verius, quod per talem negationem perdat solum possessionem, vt, inquit, tenui in præcedenti, quem sequitur idem Ias. in d. l. 2. colum. 36. oumero 117. versiculo circa vero tertiam. vbi quærit, an emphyteuta inter-
13 uertens † possessionem domini possit id non propria authoritate expelli, vbi dicit, secundum glo.
* ibi, quod non, quam gloss. sequuntur ibi * omoes scribentes, & Doct. in c. propter. & capit. potuit de loca extrà. & Spec. in d. §. nunc aliqua. versicu. 48. ibi, Tu dic, quod si certum est emphyteutam ius suum amisisse, & possessionem dominij interuertisse, benè poterit authoritate propria expellere. vbi subdit, quod si emphyteuta negat rem emphyteuticam, & in canone soluendo cessatum non esset, aut aliquod ius sibi in re cōpeteret, & de eo paratus sit in iure docere, quia tūc res efficitur dubia, quod ecclesia, vel dominus directus non poterit à se ipso sibi ius dicere, maximè si copiam iudicis habeat. Id quod inquit Ias. quod non possit dominus authoritate propria expellere, intellige verum, quando ex interuallo, secus, si incontinenti, & in ipso actu interuersionis, quia tunc benè pro retinenda sua ciuili possessione posset expellere. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi, & vi arma. sequitur Iulius Clar. lib. 4. sent. §. emphyteusis. q. 25.

Conductores etiam, coloni, & qui precario 14
rem detinent alienam, & quicunque similes, qui referentes quæstionem dominij interuertunt dominorum possessionem per negationem, videntur cadere, & priuati debere iure suo primo per tex. in l. conductores. C. loca. vbi conductores alienarum rerum, seu alienam cuiuslibet rei possessionem detinentes, eorumque hæredes, qui eas dominis recuperare volentibus non restituerint, immo litem vsque ad definitiuam sententiam sustinueriot, tenentur restituere rem, & illius æstimationē, ad similitudinem rei alienæ inuasoris. facit tex. in l. si quis cōductionis. eod. tit. vbi cōductor domus, qui vult excipere de dominio domus, debet prius domū restituere, q̃ de dominio litigare. vbi Bal. col. 1. versi. secūdo oppono. quòd locatio
† finitur eo ipso, quod colon' excipit de dominio, 15
quia malè versatur, nam respectu contractus dicitur quis malè versari in re, vt si facit id, quod est contra naturam contractus, & ideo expelli potest, vt ibi per eum. melius idem Bald. in d. l. conductores. quod colonus sic contra dominium refragando, perdit ins suum, sicut ille, qui spoliat. qui enim inquit, Dominum reuertentem finita locatione
non admittit, vim expressam facit. vbi in † fine 16
notat, colonum negantem similem esse furi. facit idem Bald. in l. æde. col. fi. versiculo sed quid si nō distinxit. C. locat. idem Bald. in d. l. si quis conductionis in hac materia distinguit, versiculo secun-
dò oppo. quòd qui negat, vel † non soluit merce- 17
dem, dicitur Dominum spoliare subtrahendo sibi debitam pensionem, c. quærelam. de electio. ergò non debet audiri, quia spoliatus ante omnia debet restitui, & soluendo dicit, quod si agitur duraote locatione, & intelligitur spoliare, & tunc sua exceptio non admittitur, si finito tempore locationis, & tunc non spoliat, ex eo, quod allegat se non teneri. Si vero denegat restitutionem rei locatę; & tunc, aut durante locatiooe, & non spoliat, aut ea non durāte, & finita, quod spoliat, vt ibi per eum. Faciunt deducta supra per Spec. in d. §. nunc aliqua versicul. 65. quæritur. de loca. vbi emphyteuta Ecclesiæ, qui negat emphyteusim Ecclesiæ, deliquit volendo priuare Ecclesiam dominio, vnde merito priuandus est iure suo, 13. q. 2. quibus. vnde
quia negando † in re ipsa reliquit, iustum est, vt 18
in eadem re puniatur, & negādo rem esse emphyteuticam videtur in re malè esse versatus, vnde ob hoc solùm debet posse expelli. & in fi. quæstio. Et

hoc

hoc casu dicit Martinus negantem, qui iustam causam non habuit ignorandi, sola debere negatione priuari, & quamuis loquatur de emphyteusi, & emphyteuta negante, tamen eadem locum habent in conductore, vel colono. Facit idem Bal. in d. l. si quis conductionis. in fi. quod conductor cō-
19 uentus † rei vendicatione, non potest opponere, quod agens non est dominus. Sequitur Bart. in l. non ab re. C. vnde vi. vbi summat text. quod qui possessionem alienam tenent, & in illius restitutione fuerint contumaces vsque ad sententiam condemnantur ad restitutionem illius, & illius æstimationem ex illa lege. & in fi. dicit, quod hæredes non tenentur condictione ex illa lege, nisi sciuerint rem conductam, quia si ignorauerint, non tenentur, quoniam, inquit, iustam causam ignorantiæ habent, l. qui in alterius. ff. de reg. iuris. idem Bar. in d. l. si quis conductionis. C. loca.

Sed pœna d. l. conductores. non habet locum in casu, quando successor locantis reperit rem locatam per suum præcessorem, & conductor contradicit, immo litem suscepit; quia tunc, quo ad talem conductorem contradicentem, & litigantem, non habet locum æstimatio bonorum maximè, si tempus locationis adhuc duret, & sit facta locatio per se, & successores suos, quia sic poterat
20 † habere iustam causam contradictionis, propter quam excusatur à pœna. est Rotæ decis. 2. aliàs 233. incip. ex præmissis. de loca. & condu. in nou. per Felyn. in c. inter dilectos. extrà de fid. instru. col. 9. versicul. & idem. quod si conductor non finita locatione refricet dominium successori Prælati locantis, non incurrit pœnam præfatam. vbi subdit Fely. secundum Doctores, quos ibi citat, quod
21 licèt habens † causam, & ius ab aliquo voluntariè, non possit eidem refricare quæstionem dominij; tamen secus, si non habet ab eo causam voluntariè, purà, quia per vim sibi abstulit, quia potest eidem, scilicè, qui dedit causam alteri per vim agēti, quod metus causa obijcere exceptionem dominij. facit Ias. in d. l. 2. col. 28. versicul. quartò, & vltimo. num. 101. Cod. de iure emphyteu. vbi dicit;
22 quod conductores † negantes restituere finita locatione rem conductam, potest dominus propria authoritate expellere, vbi vide permultas columnas de ista materia, an dominus emphyteutam, vel colonum resistentem, & contradicentem expellere possit propria authoritate.

SVMMARIVM.

1 *Contractus nominatus non rescinditur, si vna partium non seruet conuenta.*
2 *Contractus ex partium conuentione legem accipiunt.*
3 *Contractus ex pacto propriam naturam deponit, & aliam assumit.*
4 *Pacta, & conuentiones faciunt, quòd quis cadat, & non cadat à iure.*
5 *Pactum quòd cessans soluere canonem non cadat, non est contra substantialia contractus; secus est in pacto, quòd quis non teneatur ad canonem.*
6 *Pactum contra substantialia contractus non valet: secus si contra naturalia.*
7 *Pactum, quòd res communis nunquam diuidatur, non valet, valet tamen ad tempus.*
8 *Pactum, quòd emphyteuta possit sine domini consensu alienare, valet.*
9 *Pactiones tam ex natura contractus, quàm super alijs capitulis seruari debent.*
10 *Pactum de non transferendo ius suum in aliquem irrequisito domino, est in instrumento emphyteutico apponendum.*
11 *Emphyteuticum ius est fragile, & amittitur, si quis faciat contra legem, aut pactum.*
12 *Caducitas ob non seruata pacta non est pœna, sed natura contractus.*
13 *Ratio finalis emphyteusis est ad meliorandum.*
14 *Emphyteuta pacta, & conuentiones non seruans potest expelli, & cadit à iure suo.*

CAP. XII.

SI verò infeudatus, emphyteuta, colonus, aut inuestitus fecerit cum domino pactum, aut conuentionem de aliquid faciendo, aliquid omittendo, aliquid non omittendo in re inuestita, aut concessa, vel cum hoc, quod si non faceret, aut cessaret, caderet à iure inuestito, & à beneficio contractus, licet in contractibus, maximè nominatis, si vna † partium non seruet conuenta; non 1
rescindatur contractus, sed agitur ad interesse, l. ea conditione. Cod. de rescind. vend. l. in ciuile. Cod. de rei vend. tamen talia conuenta seruare debet inuestitus, alias cadit à iure suo, quia † contractus 2
ex partium conuentione legem accipiunt, l. 1. §. si conuenerit. ff. depos. c. 1. de duobus fratribus. vbi dicitur, quod qualis sit natura feudi, ex tenore inuestituræ diiuditur: per Barb. consil. 40. circa secundam dubitationem. col. 10. vol. 1. Et talis, ac † tanta est pactorum, & conuentionum vis, quòd contractus ex pacto propriam naturam deponit, 3
& aliam assumit, & immutat, l. naturalis. §. fi. ff. de præscrip. verb. Specula. de loca. §. nunc aliqua. versic. sextò quæro. numero 7. per Bald. in l. 2. primo not. Cod. de iure emphyt. quòd pacta expressa remouent naturam legalis dispositionis, & pacta, † & conuentiones faciunt, quod quis cadit, & non cadit à iure, & quis expellitur, & non ex- 4
pellitur, per tex. & ibi Ias. in l. 2. Cod. de iure emphyt. primo not. vbi Ias. Quòd quæcunque conuentiones initę inter dominum, & emphyteutam, maximè super emphyteuta reijciendo, vel non reijciendo, valent, & tenent, & debent seruari. subdens, Et consequenter hic videtur tex. quòd valet pactum initum inter dominum, & emphyteutam, quod si emphyteuta cessauerit triennio, & amplius à solutione canonis, tamen non cadat, per glo. in d. l. 2. in verb. repellere. vbi Bar. numero 6. versicul. quæro tertio. dicit; quod tale pactum valet, quia pactum, quòd qui † cessauit soluere per triennium, & vltra, non cadat à iure, non 5
est pactum contra substantialia contractus, secus, si fuisset factum pactum. quòd quis non solueret canonē emphyteuticum, quia tale pactum tanquā contra substantialia cōtractus annullaret contractum, & non valeret, & per eundem Ias. in d. l. 2. in princ. in diuisione legis, ibi; Statuit pacta in hoc contractu emphyteutico apposita debere obseruari. & paulò post ibidem, Pacta apposita super quibuscunq; capitulis in cōtractu emphyteutico,

& ma-

& maximè super emphyteuta reijciendo sunt seruanda. sequitur idem Ias. *in d. l. 2. colum. 35. versicul. tria tamen sunt. numero 120.* vbi dicit; quod aut
6 † pactum est factum contra substantialia contractus, aut contra naturalia. Si contra substantialia, pone, vt valeret emptio sine pretio, vt esset emphyteusis sine præstatione canonis, tale pactum esset ipso iure nullum, *l. si donationis. Cod. de contrahen. emptio. §. pretium. & §. item pretium. Instit. de emptio. & vend.* Si contra naturalia contractus fiat pactum, putà, quòd si emphyteuta cesset soluere, quòd non possit expelli, tunc tale pactum benè valet, debebit seruari, & non poterit emphyteuta etiam cessans vltra tempus legis in solutione expelli, quia tale pactum est contrà naturalia contractus tantùm, *l. pacta conuenta de pact. dicit hoc glo. in l. 2. allegata, in verb. repellere* ità concludit ibi Ias. dicens, quòd ex his, quæ ibi adducit, remanet defensata conclusio, quòd valet pactum initum inter dominum, & emphyteutam, quod emphyteuta expelli non possit, etiam si non soluat canonem emphyteuticum, idem Ias. *d. colu. 35. numer. 119 versic. similiter.*

Habetur per Specul. de loca. *d. §. nunc aliqua. vers. 89. quæritur.* quod si sit factum pactum, quod emphyteuta, vel rem deteriorans, vel soluere cessans, aut rem alienans, non cadat, nec vnquam possit expelli, licèt quidam dicant, quod tale pactum non valet, quasi per illud inuitetur emphyteuta ad delinquendum, pone ad non soluendum, vel ad dominum non requirendum, vel ad rem aut alienandam, aut deteriorandam; secus, si pactum sit ad tempus, pone quod nō cadat, nec possit expelli
7 per tantū tempus, quia tunc benè valet, sicuti † nō valet pactū, quod ne res cōmunis vnquam diuidatur ad, vel per tantum, tempus, *l. in hoc iudicio. §. si conueniat. ff. communi diuid.* tamen secundum aliquos valet tale pactum, quia licitum est domino suo iuri renunciare, *l. si quis in conscribendo. Cod. de pactis. & inquit Specula. facit. l. 2. Codic. de emphyteu.* dum ibi deciditur, quod valet pactum factum super emphytenta reijciendo; nam, inquit, multo fortius valet, si super non reijciendo fiat, *argum. l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. & cap. ex litteris. ext. de probat.* contractus enim ex conuentione legem accipiunt. & quod emphyteuta si non seruet pacta, & conuenta in contractu, vel instrumento emphyteutico cadat ab emphyteusi, tenet glo. *in verb. repellere. in Authen. qui rem. Codic. de sacrosan. eccles.* quæ dicit, quod omne pactum factum in eo contractu valet. facit idem Ias. *in l. fi. Cod. de iure emphyt. 2. colum. nota. primo. numero 3.* quod pacta inita inter dominum, & emphyteutam circa alienationem rei emphyteuticæ, aut melioramentorum sunt seruanda. ex quo habetis correlariè notare, inquit Ias. quod valet pactum initum
8 inter dominum, & † emphyteutam, quod emphyteuta possit alienare sine consensu domini, dicit hoc clarè tex. *in l. 1. Codic. de iure emphyteu. in prin.* vbi habetur, quod ius emphyteuticarium ex contractus, in quo cuncta, quæ inter partes super omnibus placuerunt, firma modis omnibus custodiri debent, vbi gloss. in verb. cuncta. habet, quod omnia pacta sunt seruanda. & glo. *in verb. super omnibus.* quod super omnibus casibus, & causis. Facit tex. *in l. 2. in princip. eod. titu.* vbi dicitur, 9
quòd non solum pactiones, quæ † veniunt ex natura contractus, sed & omnes aliæ in alijs capitulis in ijsdem emphyteuticis instrumentis contentæ etiam super reiectione emphyteutæ seruari debent, dicit gloss. *1. ibi, & glo. in verb. capitulis.* & Ias. *in d. l. fin. dicto loco numero 4.* ponit quæstionem, an ille, qui habuit emphyteusim cum pacto, quòd possit alienare cuicunque voluerit, quod potest ius suum, & suas meliorationes alienare etiam sine consensu domini, mediante tali pacto sine periculo alicuius caducitatis incurrendæ, vt ibi per Iaso. id tenentem per duas quæstiones *1. & 2. colum. Facit idem Ias. in d. l fin. colum. 15. numer. 58. versicul. subdit tamen Ang.* vbi ad quæstionem, de qua ibi per eum, dicit; quod in instrumento emphyteutico debet inscribi, quod em- 10
phyteuta promittit non vendere, nec in aliquem suum ius transferre aliquo titulo irrequisito, aut volente domino, quia tunc erit securus, cum pacta inita veniant seruanda, tenet Angel. *in l. si domus. §. fin. ff. de lega. 1. & in l. cum ij. §. si cui. ff. de transac.* vbi quòd hodie cauti concedentes emphyteusim semper expresè paciscuntur de non alienando sub pœna priuationis, per Anchara. *in cap. potuit. vbi Imola 7. colum. extrà locat. Facit Bald. in d. l. fi. versicul. vltimò nota.* vbi dicit, quod ius † 11
emphyteuticum est ius fragile, & perditur, siue quis faciat contra legem, siuè contra pactum. Facit, quia licèt priuatio iuris non fit, nisi vbi expresè iure caueatur, per Barba. *consil 30. volum. 1. per Alex. in l. etiam. ff. sol. matr.* tamen nihil magis conuenit, quàm pacta seruare, & contrafaciens de perfidia, & iniquitate imputatur, meritò dicitur, quòd caducitas † ob non seruata pacta non est 12
pœna, sed natura contractus, per Bald. *in l. placet. & in l. nemo martyres. Codic. de sacrosanct. ecclesijs Butri. & Bald. in Authen. qui rem. Codic. de sacrosanct. eccles. But. & Abb. in cap. pen. de relig dom.* Facit, quia ratio, & † causa finalis emphyteusis est ad me- 13
liorandum, qua cessante debet cessare inuestitura, per Guliel. de Cun. & Castren. *in d. Authen. qui rem.* & non obseruans conuentiones inuestituræ, non potest ex ea se iuuare, Specula. *de loca. § nunc aliqua. versic. 66. quæritur.* Immo † contraueniens, 14
& non adimplens, pacta potest expelli, & cadit à iure emphyteutico, Imola *in cap. propter. de loca. colum. 20. facit, quod not. in l. vniuersas. Codic. ne rei dom. vel templo.* si enim faciens contra naturam contractus expellitur, multò fortius faciens contra expressam conuentionem, Bald. *in l. si quis. & in l. fin. Codic. locati. Bald. & Imola in l. fructus ff. soluto matr. facit tex cum glo. in §. scire in Authen. de non alien. Francisc. de Cur. ad Alex. in l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. mat.*

SVMMARIVM.

1 *Conductor, siue colonus non potest expelli, nisi formaliter probetur, quòd conuentis contrauenerit.*

2 *Pœnam petens debet esse extra omnem culpam, & numer. 7.*

3 *Pœna commissio non potest probari per coniecturas, nec*

ras, nec per iuramentum in supplementum.
4 *Pœna promissa in contractu non debetur, nisi omnia ad vnguem per aduersam partem fuerint obseruara.*
5 *Iudex ex officio supplere potest super exceptione implementi non facti.*
6 *In contractibus nominatis contra non implentem agitur ad interesse.*
8 *Agens ad condemnationem debet ex parte suà rem claram habere, non incertam, nec dubiam.*
9 *Præsumptio iuris est contra non liquidè probantem.*
10 *Locator agens ad caducitatem ob pactorum inobseruantiam tractat de lucro captando.*
11 *Libelli in ingressu iudicij sunt odiosi.*
12 *Sententiam certam ferre in re dubia graue est.*
13 *Prætor æquitatem ante oculos habere debet.*
14 *A contractu vltrò, citroque obligatorio etiam iuramento vallato, si vna pars non obseruet conuenta, alteri parti recedere licet.*

CAP. XIII.

COLONVS autem, siue conductor ob
inobseruantiam pactorum, & ex eo,
quia non seruauit legem locationis, non
ità de facili cadit à iure locationis, & à bene-
1 ficio contractus, quia ad hoc, vt † cadat, aut
expelli possit, opus est, vt probetur, quod
conductor formaliter conuentis contrauenerit,
vnde non sufficit, quod vel per æquipollens, vel
in parte, seu aliàs non formaliter contraue-
nerit, per doctrinam Bal. in l. vnica. Codic. de
his, quæ pœn. nomi. 3. opp. Secundo, quod
locator in iudicio intentatæ caducitatis ea pro-
bet, primo, quæ pro eius parte sunt proban-
da, cum contractus sit vltro, citroque obligato-
rius, quod videlicèt locator præstiterit pati-
entiam conductori vtendi fruendi re locata, ad
quod locator ex natura contractus tenetur, tra-
dit Bart. in l. si fideiussor. §. meminisse. in fi.
ff. de leg. 1. est text. in l. si in lege. §. colonus. ff.
de loca.

Secundo loco debuit facere constare, quod
omnia promissa per eum in dicto contractu ad-
impleuit, & obseruauit; quod in primis ne-
cessarium est, ne à tali petitione pœnæ repella-
tur, decidit Bald. tit. quali. domi. proprie. feud.
priue. in vsibus feud. Dec. consil. 380. ad tradi-
ta per Doc. in l. cum pater. §. libertis. ff. de lega.
2 2. vbi in specie Bart. quod ille, qui † petit pœ-
nam, debet esse extra omnem culpam, & debet
ante omnia docere, & probare, se omnia adim-
pleuisse, ad quæ pro parte sua tenebatur. pœna-
rum namque natura est, siue sint pœnæ legales, si-
ue conuentionales, quod nisi petens pœnam pro-
bet ex sua parte adimpleuiisse id, ad quod teneba-
tur, & sic debitum implementum contractus
pro sui parte fecisse, repelli vtique debeat à peti-
tione ipsius, casus est in l. quæro. §. inter locato-
rem. ff. loca. not. in l. & si non fuerit. ff. de iure-
iur. & in l. 5. Codic. de his, quæ pœn. nom. Alex.
consil. 33. incip. viso themate, & instrumento
absolutionis. numer. 1. versicul. ad quod osten-
dendum. volum. 2. vbi dicit; quod pœnæ com-
missio non potest probari per coniecturas, vel
per præsumptiones, per Bal. in d. l. 1. Cod. de his,
quæ pœn. nom. 4. opp. & quòd in talibus non est
locus delationi iuramenti in supplementum, ad
gloss. in l. 3. verb. agatur. ff. de iureiur. & per
Bal. d. cap. 1. quod in iudicijs similibus, in qui-
bus agitur ad pœnam, debet esse probatio liqui-
dissima.

* Facit Dec. d. consil. 380. colum. fin. & melius *
consilio 408. vbi concludit; quod pœna apposita
† in contractu non debetur, si per partem aduer- 3
sam omnia ad vnguem non fuerint obseruata, &
causa non sit liquida, ob quam pœna petatur, alio-
quin agens ad pœnam repellitur ab agendo.

Et in hoc, inquit, officium iudicis est latissi-
mum, qui etiam † super exceptione implementi 4
non facti, etiam parte non opponente, ex officio
supplere potest, vt per Roman. cons. 244. quem
sequitur Crauet. consi. 151. numer. 10. & consil.
171. numer. 55. & consi. 92. numer. 22. & consi. 127.
num. 14. vbi dicit; quòd talis exceptio pro parte
sua non adimplementi dicitur exceptio litis fini-
tæ in huiusmodi contractibus, Et si simus in con-
tractu locationis, & sic in contractu nominato,
est dicendum, quod ex non implemento quis non
ità de facili cadit, quia in † talibus contracti- 5
bus contra non implentem pro parte sua solùm
agitur ad interesse, vel ad implementum, vt habe-
tur in l. fin. de cond. ob caus. per Crauet. consil.
192. vbi multòs refert. Afflict. decis. 280. vbi latè
instat. facit l. ea conditione. Codic. de rescin. vend.
l. inciuile. C. de rei vendicat. licèt sit secus, si con-
tractus sit innominatus, in quo benè ex non im-
plemento contractus potest rescindi, per Soc.
consilio 26. numer. 3. volum. 3. Ruin. consil. 88.
vol. 1.

Nec esse mirum debet, si requiritur, quòd ille,
qui agit ad pœnam, debet adimpleuisse pro sua
parte adimplenda: quia qui † pœnam petit, debet 6
omninò esse extra culpam, Bar. in d. l. cum pater.
§. libertis in fi. de leg. 2. Dec. d. consi. 380. per to-
tum. adeo quod iudex etiam parte non opponen-
te id ex officio supplere potest, per Aymon. Cra-
uet. consi. 151. numer. 10. & consi. 127. numer. 14.
† Et pro parte agentis in huiusmodi causa exigi- 7
tur, quod res sit admodum clara, & clarè probata,
quia si sit contra agentem dubium non videtur
sufficere actori ad obtinendam condemnatio-
nem, & sufficere reo conuento ad consequen-
dam absolutionem, cui solùm sufficit intentio-
nem agentis esse incertam, vel reddi dubiam, per
Bal. consi. 29. col. 2. lib. 2. Crauet. consi. 6. nu. 327.
dubia. n. in meliorem partẽ sunt accipienda, c. e-
stote misericordes. extrà de reg. iur. cap. nauigan-
ti. de vsur. quia contra † non liquidè probantem 9
est præsumptio iuris, Castren. consi. 143. lib. 2. nu.
5. Facit in hac materia, † quia locator agens ad ca- 10
ducitatem ob talem pactorum inobseruantiam,
tractat de lucro captando, quia ipse vult reci-
pere, Bartol. in l. Mæuius. §. duobus. nu-
mer. 24. de leg. 2. Dec. in l. petens numer. 18. C.
de pact.

Conductor vero, siue colonus tractare vide-
tur de damno euitando, quia nollet suo iure pri-
uari. ei magis iure fauendum videtur, *l. fi. C. de co-
dicil.*

dici l. vltra id, quod semper fauorabiliores esse debe
mus ad liberandum, *l. Arrianus. ff. de actio. & oblig.*
præcipuè in odinsis. *l interpretatione. de pen.* libelli
11 enim † actoris in ingressa iudicij sunt odiosi, Ias.
in l. exigendi. nume. 12. C. de procurat. & in primis
quando tractatur de præiudicio alicuius, quo ca-
su facilè est lædere veritatem, *cap si 33 dist. Afflic. de-*
12 *cis. 252. in fi.* graue est † enim in re dubia certam
ferre sententiam, quamuis proposita sint in se ve-
ra, sed certis indicijs non probata, *c. graue. & c. seq.*
13 *11 q. 3.* & sanctè dicitur prætorē † debere æquitatē
habere ante oculos, *l. quod si Ephesi. in fi. ff. de eo. quod*
cer. loc. & est satius reddere rationē misericordiæ,
q̃ crudelitatis, *glo. fi. c. ponderet. 50. dist.* Facit, quia in
14 contractu † vltrò citroque obligatorio, si iuratū
sit obseruari conuenta, si vna pars non obseruet,
vel veniat contra pacta iuramento vallata, si pars
sit maior 25. ann. & conuentio, & iuramentum fu-
erunt voluntaria, altera pars non tenetur stare cō-
tractui, potest resilere, & recedere à contractu, &
non obseruare, *l si quis maior. C. de transac. vbi Docto.*
per Bartholom. Soci. consil. 26. in præsenti. col. 3. versi. con
firmatur ista conclusio vbi dicit, quòd verbum pa-
cta *in d. l. si quis.* includit omnes contractus, *l. prima.*
de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas non intentata per defunctum, per silenti-*
um, vel taciturnitatem videtur remissa.
2 *Feudum filio propter felloniam patris non est aufe-*
rendum.
3 *Reuocatio donationis ex ingratitudine non competit*
hæredi.
4 *Patientia domini habetur pro licentia.*
5 *Pater si contra vasallum de fellonia non fuit conque-*
stus, nec filius poterit de fellonia obijcere.
6 *Iniuria, quæ trahit secum exequutionem, transit in*
hæredem.
7 *Hæres non potest amoueri ob felloniam feudatarij, si*
dominus non fuit conquæstus.
8 *Donatio firma remanet, nisi signa mutatæ volunta-*
tis appareant.
9 *Donatio ex causa ingratitudinis non potest reuocari*
donatario mortuo.
10 *An post mortem donatarij donatio reuocari pos-*
sit.

CAP. XIV.

IN qua quidē materia est aduertendū, quod non
semper, & non omni tēpore ista caducitas in-
stitatur, aut intentari potest: quia si tēpore, vel
testatoris, aut authoris mei, & à quo ego causam
habeo, sit causata caducitas, & testator, vel au-
thor contra cadentem non fuerit de hoc conque-
stus, aut eius vita, vel tempore durante, lis, aut
quæstio caducitatis mota, vel intentata non fuit,
per me intentari quæstio, vel lis moueri non po-
1 terit: † quia me non contradicente, & per merum
silentium, vel taciturnitatem videtur remissa:
quia caducitas non intentata per defunctum, non
intentatur per hæredem: istud enim videtur esse
beneficium personale quod non egreditur perso-
2 nam, nec transit ad successores, exemplo † reuo-
cationis donationis ex capite ingratitudinis, quod
licèt competat donatori, non tamen competit e-
ius hæredi, vel successori, *l. fin. Codic de reuocan. do-*
nat. vbi beneficium reuocandæ donationis ex
causa ingratitudinis, vel ex causis, vt ibi, non tran-
sit ad successores. quia, *inquit tex. ibi in fi.* si ipse, qui
hoc passus est tacuerit, silentium eius maneat sem-
per, nec à posteritate eius suscitari permittatur,
vel contra eum qui ingratus fuit, vel illius hære-
des, aut successores. Idem habetur in tex. *in ca. fin.*
extrà de donat. vbi glo. *in verb. successoribus.* exten-
dit ad terminos nostros, dicens, quod feudum
† non est auferendum filio propter felloniam pa- 3
tris, si patri quæstio mota non fuit, *l. omnimodo.*
Codic. de inoffic. testam. arg. l. 1. §. fi. ff. ad Syllan. fa-
ciunt dicta Bald. in cap. Imperialis. versic. quæro, nun-
quid. de probib. feu. alien. per Lotb. vbi dicit; quòd
patientia domini † sine contradictione habetur 4
pro licentia, per glo. ibi, per text. *in l. qui agros.*
Codic. de omni agro deser. lib. 11. quia, inquit, est in
potestate domini factum impedire, nisi interue-
niat error, ex quo errans non consentit, nec rati-
ficat, *l. mater. Codic. de rei vendic. Idem Bald. in ter-*
minis nostris in cap. Imperialem. §. insuper, colum 2. ver-
sicul. ex bis. de probib feud. alien. per Fed. vbi dicit;
quòd si pater de † fellonia contra se per vasallum 5
commissa non fuit conquestus, cùm potuit con-
queri, quòd filius non potest de fellonia obijce-
re, nisi tamen esset fellonia, per quam vasallus
feudum perdidisset ipso iure: † quia iniuria, quæ 6
trahit secum exequutionem, etiam in hæredem
transit, *l. 3. §. quod ait prætor. ff. quod quisque iur.* vn-
de si esset, inquit, fellonia commissa alienando,
quæ contraheretur ipso iure, etiam sine pacto,
aut esset alia fellonia, esset tamen appositum
pactum, quòd per eam vasallus caderet à feu-
do ipso iure, tale præiudicium transiret in
hæredem, etiam querela non præparata, quod
est, inquit, notandum. Sequitur Bal. *in d. l. fi.*
Codic. de reuocan. donat. versicul. gloss. arguit,
† quòd feudatario committente felloniam, si 7
dominus non est conquestus, & feudatarius
decessit, hæredi eius non potest moueri quæstio
de fellonia. subdens, quòd ipso iure reuersum in-
telligitur, si dominus voluerit, & petijt. & in ad-
ditio. ibidem, quòd successor non improbat fa-
ctum defuncti. Facit Bal. *in l. 1. Codic. eod. titul.*
vbi dicit, quòd quis pleno iure possidet id,
quod ex superuenienti casu potest retractari:
† quia donatio firma remanet, nisi signa muta- 8
tæ voluntatis appareant. sequitur Ange. *in d. l.*
fin. quod feudum non est auferendu a filio pro-
pter felloniam patris, si patre viuente que-
rimonia non fuit exposita: id quod, inquit,
melius probat text. *in l. his solis. Codic. eod. vbi*
idem Angel. quòd donatario mortuo, † dona- 9
tor, non potest reuocare donationem ex cau-
sa ingratitudinis per eum commissæ, dum vi-
uebat. debuit ergò reuocari eo viuente: subdens,
& similiter hæres donatoris, qui tacuit, dum vi-
xit, reuocare illam non potest.

Abb. † *in d. cap fi. col. 3. num 7. versi. in glo fi. de do-* 10
na. in hac materia donationis distinguit. Aut,
inquit, donator ingratitudinem commissam in

vita donatarij ignorauit, vel sciuit, & non habuit tempus competens ad agendum, & tunc benè hæres donatoris aget; quia non potest quis dici tacuisse, si ignorauit. Aut non habuit tempus competens ad agendum, subdens Abbas, & hæres Domini pariter non agit contra vasallum ob delictum commissum contra defunctum; sicut non agit hæres donatoris ob ingratitudinem commissam contra defunctum. quòd si Dominus sciuit, & tacuit, non potest agere eius hæres; & residet in doctrina Bald. superius allegata, quòd videlicèt debet attendi, quando quis cadit, vel priuatur ipso iure: pone, inquit, quia alienauit, & eo casu licèt Dominus non reuocauerit feudum ad se, hæres tamen poterit; si autem ipso iure non perdit feudum, non agitur contra filium ob delictum patris, &c. refert, & sequitur hanc distinctionem Bald. Franciſchin. *inn. consilio 142. sanctissima Trinitatis. habita diligenti consideratione. colum. 5. versicul. præmissa iudicio meo. numer. 12. affirmans hanc distinctionem sequi Aluarot. Cardin. Alexan. in dicto §. insulam. per not. per Bart. in l. 1. ff. de priua. delict. & in l. ex indiciorum. ff. de accusa. & inscript.*

Ex quibus sit iste labor absolutus, cum expressa protestatione in principio, in medio, & in fine semper repetita, quod si fuerit aliquid dictum, per quod Catholici, & Christiani hominis possint aures aliquo modo offendi, sit semper correctioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in qualibet parte subiectus. Ad laudem Omnipotentis Dei, Iesu Christi eius filij, & Spiritus Sancti procedentis ab vtroque, ac Beatæ Mariæ semper Virginis.

FORMA,

FORMA, ET MODVS SERVANDVS IN ALIENATIONIBVS ECclesiaſticis faciendis.

*PAVLVS Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum in omnibus iudicijs ſit rectitudo
iuſtitia, & conſcientia puritas obſeruanda, id multò magis in commiſſionibus alienationum rerum
Eccleſiarum conuenit obſeruari, in quibus de Chriſti patrimonio in diſpenſatione pauperum, non de
proprio cuiuſcunque peculio agitur, aut tractatur. Quapropter oportet, vt in commiſſionis huiuſ-
modi alienationum cauſis, quæ à Sede Apoſtolica in forma Si in euidentem vtilitatem cedant,
contractis, Eccleſiaſticorum iudicium conſcientijs delegantur, nihil fauor vſurpet, nec timor extor-
queat, nulla expectatio præmij iuſtitia conſcientiam ſubuertat. Monemus ergò, & ſub intermi natione diuini iudicij
omnibus commiſſarijs delegatis huiuſmodi diſtrictè præcipimus, vt diligenter, & cautè attendant cauſas in litteris
Apoſtolicis per ſupplicationes expreſſas ſolicitè examinent, atque diſcutiant, teſtes, & probationes ſuper narrato-
rum veritate recipiant, & ſolum Deum præ oculis habentes omni timore, & fauore depoſito Eccleſiarum indemni-
tatibus conſulant, ne in læſionem, aut detrimentum eorum decretum quomodolibet interponant. Si quis autẽ cõ-
miſſarius, aut delegatus conſcientia ſuæ prodigus in grauamen, aut detrimentum Eccleſiæ per gratiam, timorẽ, vel
ſordes alienationi conſenſerit, aut decretum, aut authoritatem interpoſuerit, inferior quidem Epiſcopo ſententiã
excommunicationis incurrat; Epiſcopus verò, aut ſuperior ab exequutione officij per annũ nouerit ſe ſuſpenſum, ad
æſtimationem detrimenti Eccleſiæ illati nihilominus condemnamus: ſciturus, quòd ſi ſuſpenſione durante dãnabiliter
ſe ingeſſerit in diuinis, irregularitatis laqueo ſe inuoluit, à quo non niſi per Summũ Pontificẽ poterit liberari. Is ve-
rò, qui dolo, vel fraude, vel ſcienter in detrimentũ Eccleſiarũ alienationẽ fieri procurauerit, aut per ſordes, aut im-
preſſiones alienationis decretum extorſerit, ſimilẽ ſententiã excommunicationis incurrat, à qua non niſi per Rom.
Pon. poterit abſolui, ad reſtitutionem nihilominus rerum alienatarum cum fructibus, quandocunq; de præmiſſis cõ-
ſtiterit, condemnamus. Volumus autem, quòd commiſſarij, & delegati præfati de pœnis conſtitutionis noſtræ ſpecifi-
cè moneant, vt in quibuſcunq; litteris commiſſionum huiuſmodi hoc ſtatutum noſtrum inſeratur. Nulli ergò omni-
nò hominum, &c. Aduertant ergò omnes præfati iudices, vt benè conſideratis Supplicatione, & Breui Apoſtolico in-
de expediendo, & ſeruata prædicta conſtitutione, quæ in Curia Romana vocatur. Si in euidentem, procedant, ſi di-
ctas pœnas, & cenſuras cupiunt euitare. Hæc per occupationes noſtras dicta ſufficiant. Cætera, ad ſaturitatem iſtius
extrauagantis dixi, vt ſuprà dixi in quæſt. 20. de cauſ. vtilita præſtante eo, qui viuit in ſæcula. Amen.*

FORMA BREVIS APOSTOLICI PRO ALIENATIONE ECcleſiaſtica per Pœnitentiariam.

*VEnerabili in Chriſto Patri Dei gratia Epiſcopo N. & diſcreto viro primam, vel aliam dignitatem in Eccleſia
N. obtinenti, Carolus miſeratione diuina tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis ſalutem, & ſyncerã in Do-
mino charitatem. Ex parte N. Presbyteri diœceſis N. nobis oblata petitio continebat, quòd ipſe, vt dicta Ec-
cleſia ſua conditionem valeat efficere meliorem, cupit nonnullas petias terrarũ ſitas in pertinentijs dictæ diœceſis in
diuerſis locis iuxta ſuos confines ad dictam Eccleſiam legitimè ſpectantes, quarum annuus reditus ſummam quinq;
ducatorum auri de Camera in totum non excedunt, alicui, ſeu aliquibus perſonis meliorem cõditionem offerentibus,
in emphyteuſim perpetuam, ſeu ad cenſum pro annuo cenſu, ſiue canone reperibili concedere, & locare, aut cum a-
lijs bonis ſtabilibus, & vtilioribus permutare, id tamen ſibi licere, ſeu permitti dubitat inconſulta deſuper Apoſtolica
Sede. Quare ſupplicari fecit humiliter ſibi ſuper his per Sedem Apoſtolicam miſericorditer prouideri. Nos igitur di-
ctarũ terrarũ ſituationes, & confines pro expreſſis habentes, & attendentes, &c. huiuſmodi ſupplicationibus incli-
nati authoritate D. N. Papæ, cuius Pœnitentiariæ curã gerimus, & de eius ſpeciali mãdato ſuper hoc viua vo is ora-
culo nobis facto, circunſpectioni veſtræ coniunctim cõmittimus, quatenus, ſi per diligentẽ informationem per vos ſu-
per præmiſſis, ſeruatis, ſeruandis, habendã, locationes, & conceſſiones, ſeu permutationes præfatas, ſi fiant in euiden-
tem dictæ Eccleſiæ vtilitatẽ cedere repereritis, ſuper quibus veſtram conſcientiam oneramus, illas quibuſuis perſonis
meliorem conditionẽ offerentibus faciendi, ac quæcunq; inſtrumenta deſuper neceſſaria celebrandi licentiã, & li-
beram concedatis facultatẽ, illaſque, poſtquam facta fuerint, Apoſtolica authoritate approbetis, & confirmetis, ac
illis perpetuæ firmitatis robur adijciatis, omneſque tam iuris, quã facti defectus ſuppleatis in eiſdem. Non obſtan. fe-
re. Pauli Papæ II. de rebus Eccleſiæ non alienandis alijſque Apoſtolicis, ac tam prouincialibus, quàm ſynodalibus con-
ſtitutionibus, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque ſtatu, &c.*

FORMA REVOCATIONIS MALAE ALIENATIONIS rerum Eccleſiæ

*LEO Epiſcopus Seruus Seruorũ Dei dilectis filijs Archidiacono Eccleſiæ Triuetianæ, & vicario venerabiliũ Fratrũ
noſtrorum Triuicen. ac Theatin. Epiſcoporum in ſpiritualibus generalibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictio-
nem. Ad audientiam noſtram peruenit, quòd nonnulli Abbates, ſeu perpetui commendatarij Beatæ Mariæ de
Nuce, & S. Saluatoris de Caſtilliano, ac eiuſdem Beatæ Mariæ de Banetano monaſteriorum ordinis S. Benedicti
Triuen. diœceſis, ac rectores parochialium Eccleſiarum Beatæ Mariæ Matris Domini, necnon eiuſdem Beatæ Mariæ
della Lopara Theatin. diœceſis, quam, ſicut aſſeritur, dilectus filius Bernardinus Carazolus clericus Neapolitanus in
commendam obtinet, ipſius Bernardini prædeceſſores, qui fuerunt pro tempore, terras, domos, campos, prata, paſcua,*

nemora, syluas, grancias, casalia, molendina, piscaria, lacus, stagna, aquas, aquarum decursus, iura, iurisdictiones, & quædam alia bona ad mensas Abbatiales dictorum monasteriorum, quæ conuentibus carent, & ad parochiales ecclesias prædictas respectiuè legitimè spectantia, datis super hoc litteris, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis iuramentis, factis renunciationibus, & pœnis additis, in grauem ipsorum monasteriorum, & parochialium præfatorum læsionem, nonnullis clericis & laicis aliquibus eorum ad vitam, quibusdam verò ad non modicum tempus, & alijs perpetuo ad firmam, vel sub annuo censu concesserunt, quorum aliqui super his confirmationum litteras in forma communi dicuntur à Sede Apostolica impetrasse. Quia verò nostra interest super hoc de opportuno remedio prouidere, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ea, quæ de bonis singulorum monasteriorum, ac ecclesiarum huiusmodi per concessiones prædictas alienata inueneritis illicitè, vel distracta, non obstantibus litteris, instrumentis, renunciationibus, pœnis, iuramentis, confirmationibus supradictis, ad ius, & proprietatem dictorum monasteriorum, & parochialium Ecclesiarum prædictarum tunc reuocari curetis, contradictores authoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo: testes autem, qui fuerint nominati, si ex gratia, odio, vel timore subtraherentur, censura simili, appellatione cessante, compellatis veritati testimonium perhibere; quòd si non omnes eius exequendis potueritis interesse, duo, aut vnus vestrum nihilominus exequatur. Datũ Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo decimo septimo, viii. Idus Maij. Pontificatus nostri anno IIII.

BVLLAE, ET LITTERAE APOSTOLICAE DIVERSORVM ROMANORVM Pontificum in hoc opere non solum vtiles, verùm etiam necessariæ.

Transumptum litterarum Apostolicarum in forma Breuis super bonis ecclesiasticis alienatis contra formam constitutionis Pauli II. Dilectis filijs nostris Iacobo S. Simeonis de Puteo nuncupato, & Ioannis Baptistæ Sancti Clementis Presbyteris Cardinalibus.

IVLIVS PAPA III.

DILECTI *filij nostri salutem, & Apostolicam benignatem. Cum sicut accepimus à centum annis citrà diuersa bona immobilia, & iura diuersarum Cathedralium etiam Metropolitanarum, & collegiatarum, ac aliarum ecclesiarũ, necnon monasteriorũ, & prioratuũ, tam virorum, quam mulierũ, ac præpositurarum, præpositatuũ, dignitatũ, personatuũ, administrationũ, & officiorum, necnon canonicatuũ, & præbendarum, ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, sæcularium, & diuersorum ordinum regularium ac hospitalium, & aliorum piorum locorum temporalis dominij S. R. Ecclesiæ præter, & contra formam constitutionis per fe. re. Paulum PP. II. prædecessorem nostrum super alienatione bonorum Ecclesiasticorum edita, se aliàs nulliter, vel illicitè, & in euidens Ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, præpositatuum, dignitatum, personatuum, administrationum, & officiorum, ac canonicatuum, & præbendarum, aliorumq́ beneficiorum ecclesiasticorum, necnon hospitalium, & piorum locorum huiusmodi damnum varijs personis alienata, seu in emphyteusim perpetuam etiam singulis viginti nouem annis renouanda, aut ad longum tempus, vel ad certas generationes, seu nominationes locata, & aliàs diuersimodè occupata, & detenta fuerint, occupenturq́, & detineantur etiam de præsenti, & exinde fructus, redditus, & prouentus Ecclesiastici non modicum diminuti existant: Nos volentes indemnitati Ecclesiarum, monasteriorum, prioratuũ, præpositurarũ, præpositatuũ, dignitatũ, personatuũ, administrationum & officiorũ, ac canonicatuũ, & præbendarum, necnon beneficiorũ, hospitaliũ, & locorũ huiusmodi, vt ex debito nostro pastoralis officij tenemur, opportunè prouidere, circumspectioni vestræ, quorum eximia integritas, singularis prudentia, exacta diligentia, & rebus gerendis dexteritas, ac aliæ præclaræ virtutes veteris experientia documento nobis iamdudũ cognitæ sunt, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus per vos, vel alium, seu alios, quos ad hoc cum simili, aut limitata potestate duxeritis deputandos, vocatis, prout vobis videbitur, eorundem bonorum possessoribus, vel detentoribus super nullitate, & inualiditate alienationum, & locationum huiusmodi, ac exinde subsequutarum confirmationum etiam Apostolica authoritate factarum, seu facultatum ad illas faciendas concessarum, necnon desuper confectorum instrumentorum, litterarum, & aliarum scripturarum, ac indebita occupatione, & detentione bonorum, & iurium huiusmodi etiam summariè, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, authoritate nostra diligenter inquiratis, ac bona, & iura, quæ vocatis eisdem possessoribus vel detentoribus, præter, aut contra formam dictæ constitutionis, seu aliàs nulliter, vel illicitè, & in euidens ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, præpositatuum, dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, canonicatuum, & præbendarum, ac beneficiorum, hospitalium, & piorum locorum prædictorum damnum alienata, seu locata, aut occupata, & detentata reperietis, ad ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, præpositatuum, dignitatuum, personatuum, administrationum, officiorum, canonicatuum, & præbendarum, ac beneficiorum, hospitalium, & piorum locorum quorũ anteà erant, ius, & proprietatem reuocetis, & reducatis, ac eos, qui bona, & iura huiusmodi indebitè possederunt, & detinuerunt, ad satisfaciendum de indebitè perceptis opportunis iuris remedijs cogatis, & compellatis. Nos enim vobis eos, qui satisfecerint, quietandi, & liberandi, ac cum eis, qui satisfaciendi modum non habuerint, & alijs personis, de quibus vobis videbitur, super huiusmodi indebitè perceptis, ac bonis, & iuribus præter, & contra formam dictæ Constitutionis, seu alias nulliter, vel illicitè, aut in euidens damnum alienatis, seu locatis, tam eorum, quorum bona, & iura huiusmodi anteà erant quàm etiam nostro pro interesse, quod in præmissis ratione fructuum, redituum, & prouentuum indebitè perceptorum habet Camera Apostolica nominibus componen & quascunque honestas compositiones, & concordias ineundi, & si vobis videbitur, bona, & iura prædicta postquam ad ius, & proprietatem eorum, quorum antea erant, reuocata, & reducta fuerint, eisdem possessoribus seu detentoribus, aut alijs personis de consensu eorum, quorum intererit, & si requisiti consentire noluerint, sine eorum consensu sub honesto annuo canone siue censu, aut aliàs prout vobis iustum esse videbitur, in euidentem vtilitatem ecclesiæ locandi, & concedendi, ac ad effectum præmissorum omnes, & singulos emphyteutas, locatores, & conductores etiam perpetuos bonorum ecclesiasticorum, & alias personas ecclesiasticas, & sæculares cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, etiam exemptos etiam per edicta*

loca

locis publicis affigenda ad exhibitionem titulorum, quos in eiſdem bonis eccleſiaſticis habent, ſub ſententijs cenſuris, & pœnis, de quibus vobis videbitur, monendi, & requirendi, necnon aliquas idoneas perſonas per prouincias, ciuitates, terras, & loca dictæ ditionis cum ſimili, aut limitata poteſtate, qui præmiſſa omnia exequantur, & vt laici, ac aliæ perſonæ, quæ diuerſa eorum bona maximi valoris ratione minimorum cenſuum eccleſiæ obligata eſſe ægrè fuerunt, aliquod commodum ſine damno eccleſiarum reportare poſſint, ſed de his, qui bona huiuſmodi modico cenſu grauata ab illius præſtatione, & ſolutione liberare cupiunt, ac modis, & conditionibus, quas pro liberatione huiuſmodi efferunt ad hoc, vt de præmiſſis nos certos reddere poſſint, noſq́; ſuperinde opportunè prouidere poſſimus, ad plenum informent, & ad hoc, ſi opus fuerit, dominos directorum dominorum euocent, ſubdelegandi, eaſq́;, quando vobis videbitur, reuocandi, & alios eorum loco ſubſtituendi, cæteraq́; in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, plenam, & liberam poteſtatem authoritate prædicta tenore præſentium concedimus facultatem, & poteſtatem: Non obſtantibus præmiſſis & Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus concilijs editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, præpoſiturarum, præpoſitatuum, hoſpitalium, & locorum, ac ordinum huiuſmodi iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq́;, indultis, exemptionibus, & litteris Apoſtolicis eiſdem eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, præpoſituris, præpoſitatibus, hoſpitalibus, locis, & ordinibus, ac eorum ſuperioribus, & perſonis per quoſcunq́; Rom. Pont. ſimiliter prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem prædictam, etiam per viã generalis legis, & ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, necnon motu proprio. & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conciſtorialiter, & aliàs ſuis quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibus ſuis etiam derogatoriarũ derogatorijs, alijſq́; efficatioribus efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnõ irritantibus, & alijs decretis quomodolibet etiã pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus, etiã ſi pro illarũ ſufficiẽti derogatione de illis, eorumq́; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruãda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſum, & forma in illis tradita obſeruata eſſet, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis, necnon modos, & formas ad id ſeruandas pro indiuiduo ſeruatis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſq́; contrarijs quibuſcunque. Cæterùm quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula loca, in quibus illis opus eſſet, tranſmittere, etiam volumus, & dicta authoritate decernimus, quòd litterarum earundem tranſumptis, etiam per calcographos impreſſis, & manu notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius curiæ eccleſiaſticæ, vel Canonici Metropolitan. ſeu alterius Cathedralis eccleſiæ, aut perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibita, vel oſtenſa. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die xxiij. Maij. M. D. LII. Pontificatus noſtri anno tertio.

BVLLA SANCTISSIMI D. N. D. PAVLI DIVINA PROVIDENTIA Papæ IV. ſuper reſciſſione alienationum bonorum Eccleſiaſticorum in damnum Eccleſiarum, aut non ſeruatis ſolemnitatibus factarum.

PAVLVS *Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Iniunctum nobis deſuper, meritis licèt imparibus, Apoſtolicæ ſeruitutis officium mentem noſtram continua pulſat inſtantia, vt bona Eccleſiaſtica, quæ cæca hominum cupiditate occupata detinentur, noſtræ operationis miniſterio ad ius, & proprietatem eorum, quorum anteà erant, omninò reducantur. Cum itaque (ſicut nobis innotuit) licèt aliàs fe. re. Symmacus Papa prædeceſſor noſter prædium Eccleſiæ pro aliqua neceſſitate quouis modo alienari, aut rura Eccleſiæ in vſumfructum dari prohibuerit, & lege huiuſmodi omnes cuſtodes aſtringi, ac donatorem, accenſatorem, & venditorem honorem perdere & qui præmiſſis ſubſcriberet, anathema eſſe cum eo, qui daret, ſiue reciperet, niſi reſtituerentur, & quaslibet eccleſiaſticas perſonas contradicere, & cum fructibus alienata repoſcere poſſe: hocq́; non ſolùm in Eccleſia Rom. conſeruari, verùm etiam in vniuerſis per Prouincias Eccleſijs conuenire voluerit: Et piæ memoriæ Paulus Papa II etiam prædeceſſor noſter omnium rerum & bonorum eccleſiaſticorum alienationem, omneq́; pactum, per quod ipſorum dominium transferetur, ac conceſſionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in caſibus à iure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis fieri prohibuerit, & ſi quis contra huius poſterioris prohibitionis ſeriem de bonis, & rebus eiſdem quicquam alienare præſumeret, alienatio, hypotheca, conceſſio, locatio, conductio, & infeudatio huiuſmodi nullius omninò eſſent roboris, vel momenti, & tam, qui alienaret, quàm qui alienatas res, & bona reciperet ſententiam excommunicationis incurreret, & nihilominus res, & bona alienata huiuſmodi ad Eccleſias, Monaſteria & loca pia, ad quæ anteà pertinebant, liberè reuerterentur: Nihilominus à nonnullis annis citrà diuerſæ perſonæ, tam ſæculares, quàm eccleſiaſticæ quamplura caſtra, terras, oppida, ciuitates, & loca, tam Romæ prædictæ, quàm diuerſarum Cathedralium, etiam Metropolita. & aliarum Eccleſiarum, necnon monaſteriorum, domorum, & aliorum regularium locorum, ac hoſpitalium, & aliorum piorum locorum, prætextu diuerſarum alienationum eis de caſtris, terris, oppidis, ciuitatibus, & locis prædictis in euidens damnum eccleſiarum, monaſteriorum, domorum, hoſpitalium, & aliorum regularium, & piorum locorum, ſeu aliàs non ſeruatis ſolemnitatibus à iure requiſitis, factarum, occupauerint, & occupata detinuerint, & detineant de præſenti, ac exinde factum ſit, vt non ſolùm Eccleſiarum, monaſteriorum, & domorum Prælati, ac hoſpitalium, & aliorum regularium, & piorum locorum huiuſmodi Rectores, qui ex fructibus, & redditibus, & prouentibus caſtrorum, terrarum, oppidorum, ciuitatum, & locorum huiuſmodi Eccleſias, monaſteria, & domos, hoſpitalia, & alia loca prædicta gubernabant, & illuſtrabant, ac eorum miniſtris alimoniam præbebant, notabiliter ſint damnificati, verùm etiam Rom. Pont. qui anteà egenis, & miſerabilibus perſonis, præſertim nobilibus ad hanc almam Vrbem pro tempore confugientibus alimenta abundè ſubminiſtrare conſueuerat, vix ſe, & familiam ſuam ſuſtentare, nedum alijs alimenta ſubminiſtrare poſſit, in Diuinæ Maieſtatis offenſam, & ordinis clericalis opprobrium, ac plurimorum Chriſti fide-*

lium scandalum: Nos præmissa conniuentibus oculis, pertransire nequentes, quinimò cupientes eis, quantum cum Deo possumus, opportunum remedium adhibere, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine omnes, & singulas alienationes, & in emphyteusim, seu censum perpetuum, aut tertiam, vel aliam generationem, seu hominis vitam, aut aliud tempus vltra triennium locationes, vel concessiones, seu permutationes, hypothecas, & obligationes de quibusuis castris, terris, oppidis, ciuitatibus, & locis, aut alijs bonis immobilibus, seu rebus, & iuribus tam spiritualibus, quàm temporalibus eiusdem Rom. & quarumcunque Cathedralium, etiam Metropolita & aliarum Ecclesiarum, necnon monasteriorum, domorum, & aliorum regularium locorum, & quorumuis beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumuis ordinum regularium, necnon hospitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet per quoscunque etiam Rom. Pont prædecessores nostros, seu eorum authoritate, vel mandato, Camerarios suos, & clericos Cameræ Apostolicæ præsiden. ac quosuis Ecclesiarum, monasteriorum, domorum Prælatos, & beneficiatos, necnon hospitalium, & aliorum regularium, & piorum locorum Rectores, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, etiamsi Cardinalatus honore pollerent, in damnum Ecclesiæ, seu non seruatis solemnitatibus à iure requisitis, aut alias nulliter hactenus factas, & contractus superinde sub quibusuis formis, & verborum expreßionibus habitos, & celebratos, etiam si iuramento vallati existant, & quantumuis longa temporis præscriptione robur sumpsisse dici poßint, ac ipsius Ro. Eccl fauorem, aut commodum concernant, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expreßis habentes, Apostol. autho. tenore præsentium rescindimus, irritamus, cassamus, & annullamus, ac viribus omninò euacuamus, ac pro rescißis, irritis, caßis, & nullis, ac penitus infectis haberi voluimus, ipsosque detentores ad castra, terras, oppida, ciuitates, & loca occupata, ac bona, res, & iura prædicta Rom. cathedralibus, ac etiam Metropolita. ac alijs Ecclesijs, necnon monasterijs, domibus, hospitalibus, & beneficijs, ac regularibus, & pijs locis relaxandum, & de fructibus tam hactenus perceptis, quàm in posterum percipiendis realiter satisfaciendum teneri, & ad id etiam sententijs, & censuris, & pœnis ecclesiasticis, ac etiam pecuniarijs, omnibusque alijs opportunis iuris, & facti remedijs cogi, & compelli posse; sicq; in præmißis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios, quauis authoritate fungentes etiam causarum Palatij Apost. Auditores, & ipsius Romanæ Eccle. Cardinales, ac eorum collegium in quauis causa, & instantia sublata, eis, & eorum cuilibet quauis alter iudicandi, & interpretandi authoritate, & facultate, iudicari, & definiri debere. ac si secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apost. cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ rescißionis, irritationis, cessationis, annullationis, euacuationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, Pridie Idus Iulij. Pontificatus nostri Anno primo. Barengus.

MOTVS PROPRIVS SANCT. D. N. PII IV. PONT. MAX. PER quem reducuntur ad viam iuris communis ea, quæ à Paulo IV. edita fuerunt, super alienatione bonorum Ecclesiasticorum.

PIVS PAPA IV.

MOTV proprio &c. Prouida Ro. Pontificis circumspectio ea, quæ certis suadentibus causis emanarunt, ex alijs non minus attendendis rationibus ad rationis tramitem reducit, prout rerum qualitate digesta, salubriter cõspicit expedire. Dudum siquidem fe. re. Paulus Papa IV. prædecessor noster ex certis tunc expressis, & nobis notis causis, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine omnes, & singulas alienationes, & in emphyteusim, seu censum perpetuum, aut tertiam, vel aliam generationem, seu hominis vitam, aut aliud tempus vltra triennium, locationes, vel concessiones, seu permutationes, hypothecas & obligationes de quibusuis castris, terris, oppidis, ciuitatibus, & locis, aut alijs bonis immobilibus, seu rebus, & iuribus tam spiritualibus, quam temporalibus Rom. Ecclesiæ, & quarumcunque Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & aliarum Ecclesiarum, necnon Monasteriorum, domorum, & aliorum regularium locorum, & quorumuis beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumuis ordinum regularium, necnon hospitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet per quoscunque Rom. Pontifices prædecessores suos, seu eorum authoritate, vel mandato Camerarios suos, & Clericos Cameræ Apostolicæ præsidentes, ac quosuis Ecclesiarum, monasteriorum, & domorum Prælatos, & beneficiatos, necnon hospitalium, & aliorum regularium, & piorum locorum Rectores cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, etiam si Cardinalatus honore pollerent, in damnum Ecclesiæ, seu non seruatis solemnitatibus à iure requisitis, aut aliàs nulliter hactenus factas, & contractus superinde sub quibusuis formis, & verborum expreßionibus habitos, & celebratos, etiam si iuramento vallati existerent, & quantumuis longa temporis præscriptione robur sumpsisse dici possent, ac ipsius Rom. Ecclesiæ fauorem, & commodum concernerent, per suas sub plumbo expeditas litteras rescidit, irritauit, cassauit, & annullauit, ac viribus omnino vacuauit. voluitque detentores castrorum, terrarum, oppidorum, ciuitatum, & locorum prædictorum ad illa, ac bona, res, & iura præfata Rom. & Cathedralibus etiam Metropolita. ac alijs Ecclesijs, necnon monasterijs, domibus, & hospitalibus, necnon beneficijs, & pijs locis relaxandum, & de fructibus tam hactenus perceptis, quam in posterum percipien. realiter satisfaciendum teneri, & ad id sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ac etiam pecuniarijs, omnibusque alijs opportunis iuris, & facti remedijs cogi, & compelli, ac quicquid secus super ijs quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari, irritum, & inane decreuit. Et deinde executionem dictarum litterarum fieri cupiens motu simili tunc Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, coram quo iam constitutio prædicta, seu illius transumptum prædictum reperiebatur, tam ad tunc procuratoris Fiscalis

pro ijs,

pro ijs, quæ Romanam Ecclesiam, & Sedem, & Cameram Apostolicam concernebant, quàm ad singularum aliarum Ecclesiarum, monasteriorum domorum, hospitalium, beneficiorum, & piorum locorum prædictorum, quòd coram eo ad exequutionem huiusmodi petendum comparerent, Prælatorum, seu procuratorum, syndicorum, œconomorum, aut alias quomodolibet ad id faciendum mandatum, seu potestatem legitimam habentium instandum singulorum castrorum, terrarum, oppidorum, aliorumque bonorum immobilium, seu rerum, & iurium prædictorum detentoris, ad illos, illas, & illa respectiuè relaxandum & de fructibus præfatis satisfaciendum, vel quamobrem id facere non tenerentur docendum, sub excommunicationis latæ sententiæ, necnon pecuniarijs ipsius Auditoris arbitrio moderā. & applican pœnis, etiam per edictum publicum constito, summariè &c de non tuto accessu moneret, requireret, & elapso tempore, & termino in singulis monitorijs huiusmodi per eum statuendo, illisque non comparentibus illicò, seu illis etiam comparentibus, &, vt præfertur, non docentibus, seu alias constito sibi summariè, simpliciter, & de plano sine vlla terminorum substantialium nuncupatorum, autus alteri cuiuscunque telæ iudicialis obseruatione de alienationibus, seu locationibus, permutationibus, hypothecis, vel obligationibus præfatis, & qualibet earum, & qui in damnum Ecclesiæ seu loci, à qua, vel quo factæ fuisse prætendebantur, tenderet, seu non seruata solemnitatibus à iure requisitis, aut alias nulliter factæ forent, & quatuor terminis consuetis ad docendum, tam suis, quàm ipsius Auditoris monitorialibus litteris, vt præfertur, decernen. paruisse cens. & aduersus ipsos non parentes ad declarationem incursus censurarum, & pœnarum prædictarum, & post declarationem huiusmodi ad earundem censurarum, & pœnarum aggrauationem, reaggrauationem, necnon interdictum, & brachij sæcularis inuocationem, etiā vnico contextu simul, & semel procederet, & totaliter exequeretur, ac exequi mandaret, & faceret, quacunque appellatione remota, commisit, & mandauit, cum potestate non solùm detentores ipsos præsentes sed etiam anteriorum detentorum, si qui forent, pro fructibus perceptis, & alios quoscunque tam in decretis, quàm in exequutionibus decernendarum monitorialium huiusmodi nominandos, etiam sub similibus cens. & pœnis inhibendi, & contra inobedientes, seu contrauenientes simili modo, vt suprà, proceden & illos, si qui ex monendis præfatis pupilli, aut minores forent, ad legitimè comparen. citandi, & eis non comparen. & absentibus, & non petentibus de curatore ad litem huiusmodi prouidendi, & in præmissis etiam singulis diebus, & horis, præterquam in honorem Dei feriatis, ac alias iuxta ordinem curiæ suæ in ciuilibus stylum, & ei in omnibus, & singulis præmissis tam per se, quàm suum in ciuilibus Locumtenentem, seu alium ab eo subdelegatum, procedendo, alijsque facultatibus necessarijs, & opportunis, & forsan etiam alia fecit, prout in dictis litteris, & motu proprio desuper manu sua propria signato plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, occasione litterarum, & motus proprij huiusmodi diuersæ lites, quæstiones, & controuersiæ ortæ, ac diuersa grauamina, læsiones, perturbationes, & incommoda diuersis personis generata, etiam illata, ac littera, & motus proprij huiusmodi rigorosæ exequutioni demandata fuerint, in earundem personarum animorum molestiam non modicam plurimorum ad nos querelæ delatæ fuerint, & in dies deferantur, conquerentium potissimū de rigore, vel potius iniustitia litterarum, & motus proprij prædictorum, præsertim facta interpretatione, prout à nullis dicitur esse facta, quòd contra illos non possit opponi legitima præscriptio temporis, neque compensatio, vel etiam pro melioramentis competens retentio, & pro fructibus bona fide perceptis, & non sumptis excusatio, neque fori declinatio, minusque appellatio, aliave iuris communis remedia, & quòd alienationes factæ à Rom. Pont. sine solemnitatibus alias à iure requisitis, & etiam ad commodum, & fauorem, & ex necessitate S. R. E. non valeant: Nos arbitrantes indemnitati Ecclesiarum per anteriores Canones esse abundè prouisum, ad quietem, & tranquillitatem singulorum Christi fidelium nostris potissimum temporibus syncceris exoptan. affectibus, ad tollē. omnem querelarum prædictarum occasionem, litterarum, & motus proprij prædictorum veriores, necnō processuum desuper formatorum, & sententiarum latarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, necnon quarumcunq; litium desuper forsan motarum, & penden. status, ac merita, ac nomina, & cognomina iudicum, & collitigan. præsentibus pro expressis haben. volentes consideratione etiam dilectorum filiorum Populi Romani, vbi propter litteras & motum proprium prædictarum nouitates nonnullæ factæ esse dicuntur, litteras, & motum proprium huiusmodi quò ad penden. & futuras causas, ac si nunquam emanassent, ad ius commune, & terminos, & viam iuris communis ex certa nostra scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine omnino reducimus, reuocamusque, cassamus, & annullamus, ac viribus euacuamus. Quò verò ad eas causas, in quibus vigore litterarū, & Motus proprij prædictorū ad sētētiæ prolationē est processum, illos, contra quos est sententiatum, si sint propterea censuris Ecclesiasticis irretiti à cens. huiusmodi absoluimus, concedimusque, & volumus, quòd etiam si ab eisdem sententijs non appellauerint, aut interpositæ per eos appellationes desertæ remanserint, ac etiam ad earundem sententiarum exequutionem processum fuerit, possint nihilominus firma remanente exequutione iam facta, pro eorum, & cuiusque eorum libito voluntatis super sententiarum, exequutionumque huiusmodi, & quorumcunque inde sequutorum iniustitia, & nullitate, coram suis competen. ordinarijs, siue specialiter delegan. iudicibus agere, & experiri in causis, quæ ipsis secundū iuris cōmunis dispositionē posthabitis. Bulla & Motu proprio prædictis procedi, & sententiari, & definiri debeat, ita vt si huiusmodi sententias cū inde sequutis à dictis ordinarijs, vel iudicibus specialiter delegatis per viā nullitatis, vel iniustitiæ reuocari contigerit etiā quòd vnica sententia sit in fauorē priorū possessorū, exequutioni demandetur, firma manente appellatione, quò ad caput deuolutiuū, & ita per quoscunque iudices quauis authoritate fungen. etiā causarū Apostolici Palatij Auditores, ac S. R. E. Cardinales sublata &c. Irritū quoq; &c. iudicari, & definiri, præsentiumque (quas vim legis in perpetuū habere volumus) solā signaturā sufficere, & postquā per Cursores in locis consuetis more solito publicatæ fuerint, statim omnes afficere, & earū transumptis vnius ex dilecti filij nostri in Alma vrbe Vicarij Iudicibus manu subscriptis, eiusdēq; Vicarij sigillo obsignatis, nō minus: quā ipsis originalibus credi, & fidē adhiberi decernimus, & declaramus Nō obstāt. præmissis, ac quibusuis renūciationibus, & de nō cōtrauen. obligationibus desuper factis, etiā iuramento, quod quoad hoc relaxamus, vallatis, priuilegijs quoq;, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscūq; tēporibus, & formis, ac cū quibusuis clausulis, & decretis, ēt motu proprio, & sciētia, similibus quomodolibet cōcessis, &c. Quib. omnib. & singulis in litteris latiss extē. ēt si de illis &c. tenores &c. hac vice dūtaxat

specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque cum clausulis opportunis, & consuetis.

Fiat Motu proprio I.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum. iij. Idus Septembris, Anno primo.

BVLLA S. D. N. D. DIVINA PROVIDENTIA PAPAE IV. SVPER rescisione alienationum bonorum Ecclesiasticorum in damnum Ecclesiæ, vel Sedis, & Cameræ Apostolicarum quomodolibet factarum.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

Apostolicæ seruitutis officium fidei, & diligentiæ nostræ diuinitus traditum nos iampridem excitat, & impellit, vt ipsam Sedem, & Cameram Apost. non solùm futuris rerum suarum iacturis sartam tectam præstare, sed etiam aduersus illata sibi detrimenta, semotis omnibus omnium iniustis affectibus, quò ad eius fieri potest, integrare studeamus. Sanè licèt in Pontificatus nostri principio frequentibus multorum, qui Constitutionem per felicis record. Paulum Papam IV. prædecessorem nostrum de rebus Ecclesiæ non alienandis, & de alienatis recuperandis editam tanquam nimis rigorosam, quippè quæ nullam inter alienationes ex causa necessaria, vel vtili factas, & alias merè voluntarias Ecclesijs damnosas differentiam faciebat, retractari vehementer instabant, querelis inducti rem in plena signatura nostra cognoscere, & multitudinem querelantium sedare volentes d. Constitutionem ad terminos iuris communis sublata, videlicèt, III. Idus Septembr. Pontificatus nostri anno primo, reducere quodammodò coacti fuerimus: Nos tamen, quos successu temporis experientia longo rerum vsu, & quotidiano pastoralis officij nostri exercitio varijs modis edocuit, multas alienationes rerum Ecclesiæ Romanæ, Sedisque, & Cameræ prædictarum per aliquos importunis precibus, & alijs varijs artibus inductos, Rom. Pontifices prædecessores nostros, & forsan, quod dolenter referimus, per nos nulla rationabili causa suadente, in grauissimam ipsius Ecclesiæ læsionem, Dei offensam, populi scandalum, & euidens animarum periculum hactenus factas, & approbatas extitisse non solùm perspicuis huius animarum periculi magnitudine, sed etiam debita erga Deum, & suam, cui nos præesse voluit, Ecclesiam pietate, tum etiam vrgentis conscientiæ nostræ testimonij religione perculsi, rem omnem cum venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in Concistorio nostro secreto diligenter duximus perscrutandã, vbi maturè considerantes bonum, & fidelem seruum nihil eorum, quæ sibi à domino credita sunt, distrahere, seu negligere, nec aliter, quàm ex causa, vel necessitatis, vel euidentis vtilitatis alienare sed cuncta fideliter conseruare debere: Hinc est, quòd his, alijsque iustis de causis moti quarumcunque venditionum, infeudationum, cessionum, & aliarum quocunque nomine nuncupatarum alienationum de ciuitatibus, terris, oppidis, castris feudis, dominijs, locis, & alijs stabilibus bonis, ac censibus, & iuribus quibuscunque vbilibet constitutis ad Ecclesiam, Sedem, & Cameram præfatas quomodolibet, & quæ pertinuisse, vel pertinere censeri possent, cuiuscunque qualitatis, quantitatis, excellentiæ, & quantumuis maximi, vel minimi momenti fuerint, quibusuis personis quauis Ecclesiastica, vel sæculari, siue mundana, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & Cardinalatus honore, seu Marchionali, Ducali, Regali, vel alia quacunque dignitate, seu præeminentia præditis, aut etiam Communitatibus, Vniuersitatibus, Collegijs, & alijs per quoscunque Roma. Pontifices prædecess. nostros, ac per nos, dictamque Sedem, ac Cameram ex causa gratiosa, & lucratiua siue aliqua, vel saltem minimè correspectiua nec competenti recompensa, seu necessitate, vel euidenti d. Sedis vtilitate id non exigente, perpetuò, vel ad recipientium vitam, aut alias ad longum tempus, etiam per viam permutationis, hypotheca, recompensa contractus etiam iurati etiam de Fratrum consilio quouis colore, vel ingenio, etiam Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, etiam cum quibusuis aduersus quascunque reuocationes, & alias contrarias dispositiones præseruatiuis, & in pristinum statum restitutiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis, etiam à quocunque quantumlibet longissimo, & immemorabili tempore citrà quomodolibet factarum, & concessarum, ac etiam iteratis vicibus approbatarum, & innouatarum, contractuumque desuper initorum, & iuratorum, necnon quarumcunque Apostolicarum & aliarum scripturarum, aliorumque hic etiam de necessitate exprimendorum tenores, ac quarumcunque litium & causarum si qua desuper vbilibet, & in quauis instantia pendeant, statum, & merita præsentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro sufficienter expressis & insertis habentes, de Fratrum ipsorum consilio, & assensu vnanimi ex certa scientia nostra, ac de eadem Apostol. potestatis plenitudine, vniuersas, & singulas venditiones, cessiones, infeudationes, locationes, donationes, permutationes, hypothecas, concessiones, & alias omnimodas alienationes, & contractus præfatos, quæcunque, quotcunque, & qualescunque, ac in quorumuis Principum, ac Cardinalium, Patriarcharum, & aliorum Prælatorum fauorem, vel eorum contemplatione per prædecessores nostros, ac nos, & Sedem præfatam, necessitate, vel euidenti vtilitate Sedis huiusmodi id non exigente, seu sine aliqua, vel saltem minimè correspectiua, neque competenti recompensa, vt præmittitur, factos, & concessos, ac confirmatos, & approbatos, etiam si quantumuis longissima temporis præscriptione robur sumpsisse dici possint, authoritate Apost. tenore præsentium perpetuò reuocamus, rescindimus, cassamus, irritamus, annullamus, ac viribus omnino vacuamus. Declarantes venditiones, cessiones, infeudationes, locationes, donationes, permutationes, hypothecas, concessiones, & cæteras alienationes præmissas nequaquam tenuisse, nec tenere, nullumq; emptoribus, cessionarijs, feudatarijs, locatarijs, donatarijs, alijsq; rerum ipsarum detentoribus ius, nec aliquem possidendi titulum per eas quæsitum esse, nec eisdem Ecclesiæ, Sedi, & Cameræ præiudicium afferre potuisse, ac ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum eorundem habitatores, vasallos, & subditos dd. illorum detentoribus nullum vasallagij. fidelitatis, vel subiectionis, aut aliud ius, vel obedientiam alienationum huiusmodi vel etiam iuramenti per eos illis præstiti quod etiam eis harum serie relaxamus, prætextu debere, aut illis astrictos esse. Quinimmò detentores ipsos ad easdem ciuitates, terras, castra, oppida, & loca Sedi, & Cameræ præf. realiter, & cum effectu restituenda, & relaxanda, ac eorum detentores ad fructuum inde post obitum

conce-

concedentis hactenus perceptorum, & in posterum percipiendorum restitutionem in vtroque foro omninò teneri, & ad id etiam sententijs, censuris, & pœnis ecclesiast. ac etiam pecuniarijs, necnon priuationis quorumcunque aliorum feudorum ecclesiast. per eos etiam legitimè obtentorum, & inhabilitatis ad illa, aliaque deinceps obtinenda, ac alijs iuris, & facti remedijs cogi, & compelli posse. Ac decernentes præsentes vim perpetuæ legis habere, neque de nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quouis defectu notari, seu impugnari posse sed illas, omni exceptione remota, validas, & efficaces fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & inuiolabiliter obseruari. Sicq; per quoscunque iudices, & Commiss. quauis authoritate fungentes, etiam S.R.E Cardin. in quauis etiam de præsenti pendente causa, & instantia sublata, eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & definiri debere Ac irritum, & inane quicquid à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan. reductione nostra, & litis pendentijs præmissis, ac etiā per nos præstitis iuramentis, & de non tollendo ius quæsitum, alijsque quibusuis Constit. & ordinationibus Apost. necnon priuilegijs, indultis promissionibus, ratificationibus, obligationibus, submissionibus, renunciationibus, & litteris Apost. de tēteribus præfatis, & alijs quibusuis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cū quibusuis etiā derogatoriarū derogatorijs, alijsque efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis etiā Motu scientia, & potestatis plenitudine similibus per nos, etiā Consisterialiter, & contra tales renocationes quomodolibet concessis, ac etiā pluries approbatis. & innouatis. Quibus omnibus, etiā si de illis, eorūque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autē per clausulas general. idē importantes mentio, seu quæuis alia expressio habēda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorū tenores, ac si de verbo ad verbū insererentur. præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè paribus Motu, scientia, & potestatis plenitudine derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes ad eorum, quos concernunt, notitiam facilius deducantur, volumus, & mandamus, quòd illæ in Basilica Principis Apostolorum de Vrbe. & Cancellariæ, ac Cameræ Apost. valuis per aliquem ex nostris Cursoribus affixæ copia illarum ibi dimissa, vniuersos, & singulos, quorum interest, si citra, videlicèt, infrà mensem, si verò vltra montes fuerint, infra tres menses à die affixionis huiusmodi computandos. perinde afficiant, ligent, arctentque, ac si illis personaliter intimata fuissent. Nulli, ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, rescissionis, cassationis. irritationis, annullationis, vacuationis, declarationis, relaxationis, derogationis, voluntatis, decreti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apost. eius se nouerit incursurum. Dat Romæ apud S. Petrum Anno Incarnat. Dominica 1565. 15. Kal. Iunij, Pontificatus nostri Anno sexto.

BVLLA S. D. N. D. PII DIVINA PROVIDENTIA PAPAE V. PROhibitoria, ne ciuitates, & loca S.R.E. posthac infeudentur.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ADmonet nos suscepti cura regiminis vniuersalis Ecclesiæ, cui authore Domino præsidemus, vt ciuitates, terræ, oppida, & loca nobis, & Sedi Apost. in tēporalibus mediatè, & immediatè subiecta perpetuò in iure, dominio, & proprietate, ac possessione d. Sedis conseruētur. Sanè licèt nōnulli Rō. Pōtif. prædecessores nostri per eorum Constitutiones rerum ecclesiast. alienationes prohibuerint, & iam factas reuocauerint, & annullauerint, nihilominus cum retroactis temporibus nonnulli nimium ambitiosi, & dominandi cupidi sub varijs prætextibus, coloribus, & causis sæpè etiam falsis (quod non sine maximo animi nostri mœrore referimus) aliquibus Rom. Pontificibus suggestionibus, & insinuationibus suis conati sint ostendere. & persuadere magis vtile, & expediens. S R.E. & Sedi præf. fore. si aliquæ ciuitates, terræ, oppida, castra, arces, & loca ad ius & proprietatem eiusdem Sedis pertinentia in feudum, gubernium, Vicariatum, Ducatum, aut quemuis alium titulum perpetuum, vel ad tertiam generationem, seu ad vitam, aut aliàs ad longum tempus concederentur, vel etiam ex eo, quod aliàs in feudum data, aut quouis alio titulo huiusmodi alienata fuerint, & propterea tanquam ad Sedem prædictam deuoluta vel deuoluenda posse, & debere de iure iterum infeudari, & alienari, atque inde nonnullas alienationes, infeudationes. & concessiones à Sede Apostol emanasse, ex quibus illa non mediocrem diminutionem non solum patrimonij sed etiam existimationis recepisse dignoscitur. Hinc est, quod nos considerantes omnium ciuitatum, & locorum prædictorum singularem fidem, & promptam deuotionem eidem Sedi exhibitam omni tempore valde vtilem & salutarem fuisse. & esse, ac volentes non solum alienationes huiusmodi quas tempore nostro omninò excusare intendimus, de medio tollere, & quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus, quos non immemores fore speramus ante Domini nostri I. Christi in examine diei magni aduenien tribunal villicationis nostræ rationem reddituros nos esse, sed vt omnis alienationum huiusmodi fiendarum occasio penitus aboleatur, quantum cum Deo possumus, per amplius prouidere, Constitutionibus prædecess. nostrorum huiusmodi etiam inhærendo, illasque innouando, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam sed ex mera animi nostri deliberatione, & de Apost. potestatis plenitud. habita etiam super his cum ver. Fr. nostris S R E. Cardinal. in Concistorio nostro secreto consultatione matura, de eorum consilio, & vnanimi assensu, qui etiam iurauerunt præsenti Constitutioni nō contra cōuenire, nec Pontificibus alienationes contra tenorē præsentiū attentantibus consentire, & absolutiones à iuramento huiusmodi non petere, nec acceptare hac nostra perpetuò valitura Const. decernimus, & declaramus, ciuitates, & loca præd. etiam hactenus in feudum, aut quemuis alienationis titulum dari solita, vel consueta ad nos, & Sedem præf. quomodolibet deuoluta, & pro tempore deuoluenda absque alia vlteriori declaratione, & illorum possessionis apprehensione eo ipso Sedi, & Cameræ Apost. incorporata, ac ad ius & proprietatem. & dominium pristinum, ac possessionem redijsse censeri, perinde ac si per 40. annos, & vltra ciuitates, & loca præfata à nobis, & Sede præf. immediatè possessa, & nunquā in fundū, aut aliū titulū concessa fuissent: statuimusq; & decernimus, quod omnes, & singulæ, tā Cōmunitates, & Vniuersitates, quā ciues, & incolæ ciuitatū, terrarum, & loco-

rum

rum prædictorum, aliaq; quæcunque persona tam ecclesiastica, quàm sæculares cuiusuis dignitatis, & ordinis etiam Episcopalis, vel maioris existentes, ac S.R.E Card. tam publicè in Consilijs Ciuitatum, & locorum præfa. quàm priuatim alibi in quibusuis locis, etiam si ciuitatum, & terrarum earundem Gubernatores, aut nostri, & Sedis Apost. Legati, vel Prolegati existant, tractantes, consulētes, aut alias verba facientes de infeudationibus, aut alienationibus de ciuitatibus, & locis præf. immediatè ad nos, & Sedem præfa. spectantibus, & pertinentibus etiā deuolutis, etiam in feudū communiter, & pluries dari solitis, etiā ex causa permutationis, vel sub annuo censu, aut canone, aut alias quomodolibet, etiam contemplatione meritorum erga Sedē præfatam, aut sub prætextu necessitatis vel euidentis vtilitatis faciendis, seu de postulandis à nobis, & Sede præf. quibusuis personis cuiusuis dignitatis, status, gradus, etiam nobis, & success. nostris secundum carnem coniunctis, etiam S.R.E. Card. aut quauis alia temporali, vel ecclesiastica dignitate fungentibus in Duces, Vicarios, Gubernatores, seu quemuis alium titulum ad vitam, vel in perpetuū, vel longum tempus, aut etiā ad Sedis Apost. beneplacitum, ciuitatū, & locorum præf. ac propterea de eligendis Oratoribus ad nos & success. nostros super præmissis, vel illorū occasione mittendis proponentes, tam ipsi, quàm Oratores munus huiusmodi recipientes, aut alij quicunque alienationes huiusmodi Rom. Pont. pro tempore existenti per se, vel per alium seu alios insinuantes, vel suadentes, eo ipso sententiam excommunicationis incurrāt, à qua nisi ab ipso Pontifice. præterquā in mortis articulo, absolui nequeant: Et insuper S.R.E. & Sedis Apost. præfatæ rebelles, etiam in primo capite læsæ maiestatis, & proditores ciuitatum, & locorum præf. ac bona eorum fisco, & Cameræ Apost. ipso iure deuoluta, & incorporata sint, & esse censeātur, omnibusq; Ecclesijs, Monasterijs, & alijs per eos quomodolibet obtentis beneficijs ecclesiast. eo ipso priuati, & ad illa ac alia in posterum obtinenda inhabiles existant, neque ad ciuitates, & loca præf. vllo vnquā tempore remitti possint. Et si aliquando eos reintegrari contigerit, nihilominus infames remaneant, illisq; bonorum, & dignitatum porta perpetuò claudantur. Et quoniam intelleximus aliquos etiā Cardinales ciuitates, terras, oppida, castra, arces, & loca ad vitam, seu tertiam, vel aliam generationē, aut alias à d. Sede, etiā ex causa onerosa obtinere, habere, & possidere cū facultate faciendi in illis meliorament a; ità quòd ab eis amoueri non possint, nisi restitutis sibi prius pecunijs in melioramenta huiusmodi expositis, omnes, & singulas facultates faciendi melioramenta præfata quibusuis personis etiam Cardin. per eosdē prædecessores nostros, aut alios ad id facultatē habētes quomodolibet concessas harū serie reuocamus, & annullamus, & nemini deinceps suffragari posse, neque debere, ac cuicunque facultatem faciēdi melioramenta huiusmodi habēti illa, etiā pro munitione, & tuitione, nisi ex causa necessaria conseruationis locorū eorundem facta fuerint, post publicationē præsentium facere omninò interdicimus, ac prohibemus: & si secus à quoquam factū, attentatumve fuerit, melioramenta quæcunque per eos contra tenorem præsen. facta locis ipsis cessare. & Cameram ad illorum satisfactionē minimè teneri, & obligatā esse volumus, & declaramus. Decernentes præsentes litteras sub quibusuis reuocationibus, cassat. derog. & alijs contrarijs dispositionibus sub quibusuis tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis pro tēpore quomodolibet factis minimè comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, & de nouo concessas esse, & censeri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his, à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstā. Constitutionibus, & ordinat. Apost. ac ciuitatū, & locorum prædict. iuramento, confirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisq; cōtrarijs quibuscunque. Sic igitur deuotionis, & fidei constantia ciuitatū, & locorum præf. erga nos, & successores nostros, & eandem Rom. Ecclesiam perseueret, vt meritò integritatis virtus maiora beneficia ab eadem Sede consequi mereatur. Volumus autem, quòd sicut omnes, & singuli Cardinales præsentes Constitutionem huiusmodi, quantum in eis erit, obseruare, illiq; non cōtrauenire, nec Pontificibus contrafacientibus consentire, aut absolutionem à iuramento præstito non petere, nec oblatam, aut cōcessam acceptare in Concistorio nostro secreto promiserunt, & iurarunt, idem per absentes Card. à Concistorio in habitatione eorum, & à Rom. Curia, vt quandocunque ad eandem Curiā se contulerint, ac per futuros pro tempore Card. in assumptione pilei promitti, & iurari debeat, ac promissionem, & iuramentum huiusmodi in formula iuramenti per eosdem Cardin. præstari soliti adiungi, & inseri debere, ac contrafacientes pœnam periurij, & perpetuæ infamiæ iuris, & facti eo ipso incurrere decernimus. Præterea quòd ipsi Cardinales occurrente Apost. Sedis vacatione in Conclaui, quando de obseruandis litteris Iulij Papæ II. prædecess. nostri super electione Rom. Pontificis, & alijs Constit. iuramentū præstare solent, etiā de inuiolabiliter obseruanda præsenti Constitutione nostra per quemlibet eorum, qui in Rom. Pontificem electus fuerit, & postmodum idē ad Summi Pontificatus fastigium assumptus post eius assumptionem hoc ipsum promittere, ac iurare, & deinde post coronationem suam promissionem, & iuramentū huiusmodi per litteras suas speciales harum confirmatorias reiterare debeant. Quòd si illud à Pontifice (quod credendum non est) recusabitur, aut differetur, tunc dd. Cardinales in primo Concistorio secreto, & præcipuè eorum Decanus, & capita ordinum apud eū omni cum instantia, & instantissimè pro præsentium obseruatione petere, & rogare, ac obtestari non cessent idq; vt omninò efficiat, diligētissimè curare studeāt, statuimus, & ordinamus: quodq; præsentes litteræ in libellum redigantur, & post prædictas Iulij litteras, quæ in d. Conclaui legi solent, inter alias Const. nostras adiungantur, & etiam in quinterno Cancellariæ Apost. cum alijs extrauagantibus nostris describantur, ac ad valuas Basilicæ Beati Petri Principis Apostolorum, & in Cancellaria nostra Apost. ac Acie Can. pi Floræ publicētur. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferre, decernimus etiam, & declaramus, quòd earum transumptis, etiam impressis, manu alicuius notarij subscriptis, & sigillo alicuius Prælati munitis eadem prorsus fides vbique in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, reuocationis, decreti, statuti, interdicti, prohibitionis, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apost. eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incar. Dominicæ 1567. 4. Kal. April. Pont. nostri anno II.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

PIVS

PIVS PP. V. REVOCATIO FACVLTATVM CONCEDENDI COMmiſsiones alienationum bonorum Eccleſiaſticorum, aut piorum locorum Camerario, & Cameræ Apoſt. Clericorum Collegio conceſſarum.

PIVS PAPA V.

MOTV proprio &c. Volentes indemnitati Eccleſiarum, aliorumq́; piorum locorum, quantum cum Deo poſſumus, conſulere, ac prouidere, ne illorum bona ſine noſtra, aut ſucceſſoru noſtri ſcientia, & licentia alienentur, aut perpetuò, vel ad longum tempus, aut vnam, vel plures illa conducere volentes vitam locentur, aut de his alio titu. diſponatur: omnes, & ſingulas facultates, & licentias concedendi commiſsiones alienationum, vel permutationum, aut affrancationum, aut illarum confirmationum quorumuis bonorum Eccleſiaſticorum, aut locorum piorum cuiuſcunque valoris exiſtentium, etiam ſummam annuam v. ducatorum auri de Camera non excedentium, aut alterius minoris valoris in forma, quæ dicitur Si in euidentem, Dilecto filio Vitellio S. Mariæ in Via lata Diacono Cardinali Vitellio nuncupato S. R. E. Camerario, eiuſq; anteceſſoribus, & Clericorum Cameræ noſtræ Apoſt. Collegio, tam per fel. recor. Gregorium IX. Bonifacium IX. Vrbanum VI. Martinum V. Gregorium V. Sixtum IV. Innocentium VIII. Iulium II. Leonem X. Paulum III & Iulium ſimiliter III. ac alios quoſcunque Ro. Pont. noſtros, etiam Motu proprio, ex certa ſcientia ex quauis cauſa etiam vrgentiſsima cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs, ac quibuſuis decretis, etiam irritantibus, & in vim contractus conceſſas, confirmatas, & innouatas, illorum omnium tenores pro ſufficienter expreſsis habentes, perpetuò reuocamus, caſſamus, & annullamus. interdicentes, & expreſſè prohibentes eidem Camerario, & Clericis, ac alijs eiuſdem Cameræ Apoſtolicæ officialibus ſub pœna indignationis noſtræ, ne in futurum licentias, & facultates, ac commiſsiones alienationum huiuſmodi ſub quouis prætextu concedant: ac commiſsiones, & conceſsiones commiſsionum huiuſmodi contra voluntatem, ordinationem, & decretum noſtrum, nullas, inualidas, & irritas eſſe decernimus, & declaramus. Sicque in præmiſsis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, quauis authoritate fungentes &c. ſublata, &c. iudicari, &c. debere: Necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à dictis Camerario, Clericis, & alijs officialibus, & Iudicibus præfatis, vel quibuſuis alijs quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obſtantibus præmiſsis cõſtitutionibus, & ordinationibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis prædictis, & alijs quibuſuis quomodolibet conceſsis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus illorum tenores, &c pro ſufficienter expreſsis habentes, derogamus, illaq́ue quoad præmiſſa caſſamus, reuocamus, & annullamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, quòd præſentis noſtri Motus proprij, etiam abſque illius data, & regiſtratura ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat, tam in iudicio, quàm extrà, quacunque regula, ſeu conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtante. Volumus autem quòd præſens noſter Motus proprius in Cancellaria noſtra Apoſtolica, & Acie Campi Floræ de more publicetur, & inter conſtitutiones perpetuas deſcribatur. Et quia difficile foret præſens ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quòd eius tranſumptis etiam impreſsis, manu alicuius Notarij ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſenti Motui proprio adhiberetur, ſi foret exhibitus, vel oſtenſus. Placet Motu proprio M.

Lectus, & publicatus fuit ſupradictus Motus proprius Romæ in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incar. Dominicæ 1568. die verò Martis, 17. Auguſti, Pontificatus S. D. N. PII Papæ V. anno tertio.

A. Lomellinus Cuſtos.

BVLLA S. D. N. PII PAPAE V. REVISIONIS, ET RECVPERATIOnis bonorum Eccleſiaſticorum malè alienatorum.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ET ſi de ſingulis paſtoralis officij cura nos admonet eſſe ſolicitos, Fabricam tamen S. Petri, quam ſpeciali quadam cura nobis cognoſcimus eſſe commiſſam, ſpecialis intentionis fauore proſequimur, eamque gratijs attollimus opportunis. Accepimus ſanè nuper, quòd diuerſæ perſonæ tam Eccleſiaſticæ, quàm ſæculares quamplura bona, poſſeſsiones, & terras ad Eccleſias etiam Metropolitan. Monaſteria, beneficia, domos, & alia regularia, ac alia pia loca nec non hoſpitalia pertinentia, & ſpectantia, prætextu diuerſarum alienationum eis contra tenorem litterarum fel. rec. Symmachi, & Pauli I I. ac aliorum Rom. Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, aut ſine Apoſtolicæ Sedis licentia, ſeu illarum forma non ſeruata, aut alias in euidens damnum, & præiudicium Eccleſiarum monaſteriorum, beneficiorum, & piorum locorum huiuſmodi factarum occupauerunt, & detinuerunt, ac de præſenti occupent, & detineant. Nos præmiſſa conniuentibus oculis pertranſire nequeuntes, vt potè quæ in diuinæ maieſtatis offenſam, ac Eccleſiarum, & ordinis clericalis detrimentum tendant, vtque Fabricæ Baſilicæ præfatæ maximis neceſsitatibus ſuccurramus. Dilectos filios Collegium, & deputatos Fabricæ præf. eorumque pro tempore Auditores, & Miniſtros, ac eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes: Motu proprio, non ad ipſorum deputatorum, & Collegij, ac Auditorum, & miniſtrorum præfatorum, vel alicuius eorum, aut pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac de mera noſtra liberalitate, & Apoſt. poteſtatis plenitudine eiſdem Collegio, & deputatis, eorumque pro tempore Auditoribus, & miniſtris præfatis, vt omnes, & ſingulas alienationes in emphyteuſim, ſeu cenſum perpetuum, aut tertiam, vel aliam

genera-

generationem, seu hominis vitam, aut aliud tempus vltra triennium locationes, vel concessiones, seu permutationes, aut occupationes de quibusuis terris, possessionibus, aut alijs bonis immobilibus, seu rebus, & iuribus, tam spiritualibus, quàm temporalibus Ecclesiarum, monasteriorum, domorum, beneficiorum, hospitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet sine Sedis Apostolicæ licentia, aut illius forma non seruata in damnum Ecclesiarum, seu solemnitatibus à iure requisitis, aut constitutionibus ipsorum monasteriorum, seu domorum minimè seruatis, aut alias nulliter hactenus factas reuidere, & constito sibi, quantum sufficere videbitur, de præmissis, illas & contractus superinde sub quibusuis formis, & verborum expreßionibus habitos, & celebratos, etiamsi iuramento vallati existãt, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur pro expreßis habentes, authoritate Apostolica ad solius præfatæ Fabricæ Procuratoris instantiã, etiã parte inuita, & contradicente facta sibi prius intimatione per tres menses, tenore præsentium rescindere, irritare, cassare, & annullare, ipsosque detentores, & occupatores ad terras, posseßiones, & bona, res, & iura præfata, vt præfertur, detenta, & occupata relaxandum, & de fructibus tam hactenus perceptis, & qui percipi potuerunt, quàm in posterum percipiendis realiter satisfaciendum cogere & compellere, bonorumque, & fructuum recuperandorum huiusmodi tertiam partem ipsi Fabricæ, reliquis duabus partibus Ecclesiis, monasterijs, beneficijs, domibus, hospitalibus, & pijs locis, ad quæ bona ipsa spectabunt, cum effectu consignatis, vendicare, & applicare poßint, & valeant, facultatem, & authoritatem concedimus, & impartimur: ità vt eisdem Collegio, deputatis, eorumque auditoribus, & ministris liceat dictæ tertiæ partis huiusmodi bonorum præfatæ Fabricæ, vt præmittitur, applicatorum corporalem posseßionem propria authoritate liberè apprehendere, illamque in dictæ Fabricæ vsus, & vtilitatem absque alia Sedis Apostolicæ & superiorum, Ecclesiarum, monasteriorum, domorum, beneficiorum, hospitalium, & aliorum piorum locorum, ad quæ bona ipsa, & fructus spectabunt, licentia alienare, vendere, & conuertere, diœcesani locis vel cuiusuis alterius licentia desuper minimè requisita. Decernentes præsentes litteras nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, aut inualidari, etiam ex eo capite, quòd interesse habentes vocati non fuerint, aut ad iuris terminos reduci, minusque in controuersiam vocari posse, sed semper validas, & efficaces existere, suosque plenarios effectus sortiri, minusque sub quibusuis similium, vel dißimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, & derogationibus comprehendi vllatenus posse, sed ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas esse, & censeri. Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis authoritate fungentes etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, iudicari debere, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Apostolicis, necnon in prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis, specialibus, vel generalibus, constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibusuis personis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro expreßis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expreßè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impreßis, manu Secretarij, & sigillo Collegij dictæ Fabricæ subscriptis, & munitis, eadem prorsus in iudicio, & extrà fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, conceßionis, impartitionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo nono, xj. Kal. Ianuarij. Pont. nostri anno quarto.

Ca. Glorierius

C. Rouyer.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

FINIS.

COPIOSISSIMVS RERVM OMNIVM, AC SENTENTIARVM INSIGNIVM,

Quæ in hoc de rebus Ecclesiæ non alienandis Opere continentur.

A

Alie-

con-

Con

E

F

G

H

I

L

Mobi-

N

c 2

O

P

pictu-

præ-

præsen-

Q

Et istud

R

Dummo-

Res so-

S.

D officia

Soli-

Vas sa-

Finis totius Indicis.

IHS